ix. Sed ꝓprie nō appellatur/ nec eſt vere ꝓpheta: ni-
ſi intelligat ⁊ interpretetur viſionē. Nā ex hoc ꝓphe-
tia dicitur diuina inſpiratio: eo ꝙ intuitꝰ ꝓphete in-
ſpiratꝰ lumine ſupnaturali: ⁊ ꝓphetico interpretatur
⁊ intelligit viſionem: aliter nō eſſet ꝓpheta: ſed vi-
dēs tm̄: ſicut Pharao ⁊ Nabuchodonoſor: ⁊ iō dicitur
Daniel'. x. ꝙ opꝰ eſt intelligentia in ꝓphetia. ¶ Et C
ideo Theodorꝰ fuit cōdēnatus hereticꝰ in concilio
Toletano: eo ꝙ aſſerebat ꝓphetas non intellexiſſe
viſiones ⁊ prophetias ſuas. Cuiꝰ oppoſitū ptz ꝑ to-
tū diſcurſum Daniel'. q̄ eo dictꝰ eſt ꝓpheta: qꝛ inter-
pretatus eſt viſionē regū Chaldeorū ⁊ Perſarum:
nec vnq̄ q̄euit vſqꝫ quo intellexit viſiones ſomnio-
rū: vt ptz ibidē. Ex quo ptz ſexto ꝙ requiritur lumen
ſupernaturale ⁊ ꝓpheticū ad interꝓtādas ⁊ intelli
gēdas obſcuras ⁊ enigmaticas viſiōes. ¶ Ex oībꝰ
ſupradictis ptz: quod dauid fuit verꝰ ꝓpheta. Pro
batur. Nā habuit oēs cōditiōes q̄ requiruntur ad verū
ꝓphetā. Nā primo ꝓdixit in veteri teſtō oīa myſte
ria futura nr̄e redētiōis de xpo ⁊ eccl'ia. Scdo ta-
lia ꝓdixit ex diuina inſpiratiōe. Tertio oīa illa my
ſteria ex lumine ꝓphetico a ſpū ſancto ſibi collato
intellexit: vt ipſemet ꝯfitetur. ij. Regū. xxiij. qꝛ dicit.
Dn̄s meꝰ mihi locutꝰ eſt: ⁊ ſpūs dn̄i locutꝰ eſt ꝑ lin
guā meā. Ergo eſt verꝰ propheta: vt latiꝰ patebit.

## Quantū ad ſecundū articulum aduerten-

Tria genera ꝓphetiarū ſeu reuelationū.

dum: ꝙ tria genera prophetiarū ſiue reuelationū
diſtinguit nobis deus numeri. xij. cū dicit. Si quis
fuerit inter vos propheta dn̄i: in viſione apparebo
ei: aut in ſomnis loquar ad illū. at nō talis ſeruus
meus Moyſes: ore enim ad eos loquar ei palam: ⁊ D
non ꝑ enigmata ⁊ figuras deum videt. ¶ In quibꝰ
verbis oſtēditur: ꝙ tribꝰ modis reuelabat deꝰ ꝓphe
tis diuina ⁊ futura myſteria. ſ. ꝑ ſomnia: aut ꝑ viſio-
nē in vigilia: aut ꝑ locutiōes angelorū ⁊ familiarē
doctrinā. Primo modo apparuit angelꝰ dn̄i in ſom
nis Ioſeph dicēs. accipe puerū ⁊ matrē eius ⁊ fu-
ge in egyptū. Matth. ij. Scdo ꝑ viſionē in vigilia
Eſaias vidit dn̄m ſedentem. Eſaie. vj. Tertio modo
ꝑ locutiones angelorꝫ ⁊ familiarē doctrinā. Moy-
ſes accepit legē in monte ſynay. Exo. xx. Et angelꝰ
Gabriel reuelauit Danieli totū myſteriū incarna-
tionis: ⁊ primū ⁊ ſcdm aduētū Chriſti ⁊ quaſi totuꝫ E
diſcurſuꝫ a ſuo tpe vſqꝫ ad iudiciū. Daniel'. ix. ¶ Sꝫ Augu.
eſt aduertēdū ſm Augu. cōtra Adamantiū circa fi-
nē libri ꝙ reuelatio facta in vigilia: qñqꝫ fit ꝑ viſio
nem realē. i. corporalem ad extra. ſicut Hieremias
videbat realiter cathenā ligneā: quā ferebat in col
lo ex ꝓcepto dn̄i: vbi ꝓuidebat futuraꝫ captionem
Sedechie. Hier. xxvij. Qñqꝫ aūt talis reuelatio fie
bat ꝑ viſionē imaginariā ab intra ſicut Eſaias vi-
dit dn̄m ſedētē. Vn̄ eſt aduertēdū: ꝙ reuelatio per
imaginariā viſionē fiebat ſub tali ordine. Nā qñqꝫ
fiebat per ſpecies acceptas per viſum ad extra: ſi-
cut dictū eſt de cathena lignea Hieremie. Sꝫ qñqꝫ
fiebat ꝑ nouos ſpēs ⁊ imagines obiectas in phan-
taſia ipſius prophete. Et ſic apparebat in phātaſia
Eſaie imago dei ſedētis ſup ſoliū excelſum: ⁊ appa
rebāt duo ſeraphim cū ſenis alis. Itē eodē mō ap-
parebāt in phātaſia Ezechielis ſil'itudines ⁊ ima-
gines quatuor aīalium habētiū facies quaternas
plenas oculis ⁊ trahētiū illā rotā. Iſte aūt ſil'itudi
nes ⁊ imagines exiſtētes in phantaſia ꝓijciebantur
intellectui ꝓphete: ſꝫ intellectꝰ ꝓphete ex ꝓprio lu
mine naturali nō poterat abſtrahere a talibus ſpe
ciebus ⁊ imaginibꝰ ſiue phantaſmatibꝰ ſpēs futu-
rorū myſteriorꝫ ꝑ illas imagines ſignificatorꝫ: qꝛ lu
mē intellectꝰ agētis nō pōt abſtrahere a ſpēbꝰ ſen
ſatis: niſi ſpēs nō ſenſatas ipſiꝰ q̄ditatis natural'r
cōiūctas ipſis accidētibꝰ: vt ptz. iij. de aīa. Et ideo

ſpūſſctūs inſpirabat ⁊ influebat lumen ſupnatura
le ⁊ ꝓpheticū in intellectū ipſi⁹ prophete: ⁊ irradia
bat ſuper ipſas imagines ⁊ ſilitudines. Et tunc in
tellect⁹ prophete ſic ꝯfortatus ⁊ adiutus ⁊ eleuat⁹
ꝑ lumē ꝓpheticū: ꝓuidebat futura myſteria ī illis
phātaſmatib⁹ figurata: ⁊ repñtata: que dicebantur
veritates quedā ſupnaturales. Et ſic ꝓpheta inter
pretabat viſionē imaginariā ſibi obiectā. Et tūc vi
ſio imaginaria ⁊ enigmatica: fiebat viſio ītellectua
lis ⁊ ꝓphetica: iterp̄tata ī virtute luminis ꝓpheti
ci intuit⁊ inſpirati. Et ſic ꝑ maiori pte oēs ꝓphete
cōtēplādo tales viſiones imaginarias: ex nutu dei
eis obiectas: in lumine ⁊ ſpū ꝓphetico ꝓuiderūt fu
F tura myſteria eis reuelata. ¶ Ulteri⁹ aūt aduertē
dū/ φ talis eleuatio intellect⁹ ſumpta ex imagina
ria viſiōe ꝑ lumē ſupnaturale: poterat fieri tripl'r
in ipſo vigilāte. Nā p̄io eleuabat intellect⁹ ꝓphe
te ſupra lumē naturale ꝑ lumē ſupnaturale illuſtrā
do phātaſmata ⁊ imagines ſibi obiectas: ꝑ q̄s ꝓui
debat myſteria futura de xp̄o ⁊ eccleſia: ī illis ima
ginib⁹ repñtata: vt dictū eſt. In qua viſiōe ꝓpheta
nōdū erat alien⁹ a ſenſib⁹ interiorib⁹: in q̄bus luce
bāt ille imagines. Et iſte gradus viſionis fuit cōica
tus oīb⁹ ꝓphetis: q̄ dr exceſſus mētis: in q̄tū illud
lumē ꝓpheticū ſupnaturale: excedebat lumē natu
rale ipſi⁹ intellect⁹ agētis. Scđo poterat eleuari
mēs ꝓphete ꝑ alti⁹ lumē cū alienatiōe ab oīb⁹ ſen
ſib⁹ nō ſolū exteriorib⁹: ſʒ etiā interiorib⁹/ vtēdo ſo
lo intellectu: ꝑ ſpēs itelligibiles q̄s abſtraxerat a
phātaſmatib⁹ ⁊ imaginib⁹ pri⁹ obiectis. In quib⁹
bonis cōtēplatis ⁊ preuiſis: ipſa voluntas delecta
ta cōquieſcebat ꝑ aliquā morā: ⁊ tūc dicebat eſſe in
B quadā extaſi. Extaſis eīm̄ dr: q̄dā ſtat⁹ hoīs cōtēpla
Extaſis tiui exiſtētis alienari. q̄ſi extra ſeipm̄. Eſt q̄dē verū
q̄d ſit. φ q̄dā nō faciūt drīam inter extaſim/ ⁊ mētis excef
ſum. Sed in veritate extaſis includit mētis exceſ
ſum: addēdo alienationē ab oībus ſenſibus: ⁊ etiā
addēdo affectū mētis. ſ. quietē in bono cōtēplādo:
vel ſtuporē in aliquo terribili ſibi iniecto ex pauo
Diony. re. Et iō dicit Diony. iiij. cap. de diuinis no. φ amor
diuin⁹ extaſim facit ⁊c. Tertio mō pōt multo alti⁹
eleuari itellect⁹ cū magna violētia ab ipſo ſpū ſan
cto: vſq ad viſionē diuine eſſentie: q̄ q̄dē eleuatio
dicit rapt⁹: rōne violētie ⁊ rōne termini: ⁊ rōne ſu
perioris nature: i quā eleuatur. Iſte aūt terti⁹ gra
dus excedit limites ꝓphetie: quē pauci potuerunt
attingere in hac vita. Nā primū gradū mētis exceſ
ſus attigerūt oēs ꝓphete. In ſcđo autē gradu. ſ. in
extaſi: dr frequēter fuiſſe ipſe Dauid vt patebit. In
tertio aūt gradu fuit btūs Paul⁹ q̄n̄ rapt⁹ eſt vſq
ad tertiū celū: vbi vidit arcana dei q̄ nō lʒ hoī loq̄.
ij. ad Corint. xij. Unde iſti tres gradus eleuationis
M intellect⁹ ſupra naturā ſui: dicunt tres celi contem
Tres platiōis. Nā exceſſus mentis ſimplex dr primū ce
gradus lū cōtēplatiōis. Extaſis vero dr ſcđm celū. Raptus
electio aūt dr tertiū celū: ad qđ tertiū celū rapt⁹ fuit Pau
nis in lus: ⁊ etiā Joānes euāgeliſta: q̄n̄ ſupra pectus dñi
tellect⁹ in cena recubuit. Et forſan oēs apl'i in die penteco
ſupra ſtes: vt patebit pſalmo. lxvij. De quib⁹ tribus celis
naturā dicitur ī oratiōe dñica. Pr̄ noſter q̄ es in celis. i. in
ſui dnr̄ viris cōtēplatiuis. ¶ Et ſic patēt tres grad⁹ eleua
tres ce tiōis intellect⁹ ſupra naturā in viſiōe facta in vigi
li contē lia. Ad quorū duos primos ꝑuenerunt ꝓphete ve
platio te. teſta. Terti⁹ aūt gradus excedit limites prophe
nis. tie ad quē pauci ꝑuenerūt in nouo teſtamento. Sʒ

q̄ rapt⁹ icludit extaſim: ⁊ extaſis includit exceſſū
mētis: ideo vnū ſumit q̄nq ꝓ alio in ſacra ſcriptu
ra. Nā raptus Pauli dicit mētis exceſſus vt pate
bit pſal. lxvij. ¶ Et ſic ꝑ ſupradicta ptʒ ſcđm genus
ꝓphetice viſionis: qđ fit in vigilia ꝑ in eternā inſpi
rationē. ¶ Tertiū aūt gen⁹ ꝓphetice viſiōis fiebat
q̄nq: ꝑ familiarē locutionē: ⁊ reuelationē angelo
rū. Sed iſtud poterat fieri duob⁹ modis. Uno mō
ꝑ viſum ⁊ auditū: ſicut Moyſes realiter videbat ⁊
audiebat angelū q̄ ſibi loq̄bat i corpe aſſumpto in
illis: xl. dieb⁹ in mōte: ⁊ Daniel realiter videbat et
audiebat Gabrielē angelū ſibi reuelātē futurū ad
uētum xp̄i poſt. lxij. hebdomadas. Daniel. ix. Scđo
aūt mō talis doctrina ⁊ locutio angelica fiebat ꝑ ſo
lū auditū nō vidēdo angelū: ſicut audiebant rñſa
de tabernaculo dñi a ſacerdotib⁹: ⁊ ſic audiuit Sa
muel vocē āgeli ter vocātis ipʒ. ſ. Reg. iij. ¶ Quar
tū aūt gen⁹ ꝓphetice viſionis addit Joſephus: qđ
fiebat ꝑ hurȝ ⁊ tumȝ ī rōnali ſacerdotis: de quo
dicetur in ſequēti articulo. Ex q̄b⁹ oīb⁹ ptʒ: φ viſio
ꝓphetica nō poterat fieri abſq lumine ſupnatura
I li eleuāte mētē prophete. ¶ Sed iſtud lumen ſup
naturale deſup infuſum q̄ dicitur ſpūs ꝓpheticus:
nō eodē mō cōſecuti ſunt oēs ꝓphete. Nam quidā
Spūs cōſecuti ſunt ſimplex lumen ſiue ſimplicem ſpiritū
ꝓpheti propheticū. Quidā aūt cōſecuti ſunt duplicem ſpi
cus q̄d ritū propheticū. Spūs eīm̄ ſimplex ꝓphetic⁹ dice
ſit. batur: ille ꝑ quē prophete ꝓuidebant materialia ⁊
tp̄alia geſta futura ⁊ facienda in illo populo ante
aduentum xp̄i in tabernaculo: et in primo et ſcđo
templo: nō peruenientes vſq ad Chriſtum. Spūs
aūt duplex ꝓpheticus dicebatur ille per quē ꝓphe
te primo preuidebant geſta materialia ⁊ tp̄alia fu
tura in illo ppl'o ⁊ tēplo: ſed per illa materialia et
tp̄alia trāſcēdentes: preuidebant futura myſteria
de xp̄o ⁊ eccl'ia: ī illis rebus materialibus ⁊ tp̄ali
bus figurata. Exēpli gratia. Nā Eſaias in ſpū pro
phetico ſimplici/ ꝓuidit captiuitatē ⁊ deſtructionē
Hierl'm faciendā per Chaldeos: ⁊ remiſſionem ca
ptiuitatis faciēdā ꝑ Cyrū: ⁊ reedificatorē templi/ ⁊
ciuitatis faciendā ꝑ Cyrū et zorobabel et Ieſum
ſacerdotē magnū. Sed in duplici ſpū preuidit qua
liter remiſſio illi⁹ tp̄alis captiuitatis erat figura re
miſſionis gñalis/ ⁊ eterne/ ⁊ ſpūalis liberatiōs fa
ciēde per xp̄m. ſ. qualiter xp̄s debebat redimere to
tum genus humanū a captiuitate ⁊ miſerabili ſer
uitute pcti: ⁊ debebat edificare nouā Hierl'm toto
orbe diffuſam. Et ſic vaticinando ⁊ predicendo fu
turam remiſſionē illius captiuitatis tp̄alis facien
dā ꝑ Cyrū: ⁊ reedificationē tēpli ⁊ ciuitatis mate
rialis ꝓdicit ⁊ intermiſcet remiſſionē toti⁹ generis
humani faciēdā ꝑ xp̄m: vt ptʒ Eſaie. xlv. Et ſic oēs
ſacri prophete per iſtum duplicem ſpm̄ ꝓpheticū:
nō ſolū dixerūt geſta materialia ⁊ tēporalia illi⁹
populi: ſed etiā myſteria ſpūalia de Chriſto ⁊ eccle
ſia/ per illa materialia figurata. ¶ Et iſte ē ille ſpi
K ritus duplex ꝓpheticus: quē poſtulabat Helyſeus
ab Helya. iiij. Regū. ij. vbi legitur: φ cum veniſſet
Helyas cū Helyſeo in Hierico: dixerunt filij. i. di
ſcipuli prophetarū ad Helyſeū. Nunquid noſti q̄
dñs tolit hodie dñm̄ tuū a te: quib⁹ rñdit. Noui: ſi
lete. Ex quo patet: φ tam filij ꝓphetarū: q̄ Helyſe⁹
preuiderunt in ſpū futurū raptum Helye: ſed ne
ſciebant figurā illius rapt⁹: nec q̄d ampli⁹ futurū
eſſet de Helya. Quia neſciebant q̄n̄o ille aſcenſus



Helye figurabat aſcenſum Chriſti in celū. Et q̄n̄o
Helyas erat venturus in tp̄e Antichriſti ad ꝓdicā
No. de dū ſcđm aduentū Chriſti. Ex quo ptʒ: φ tā filij pro
raptu phetarū q̄ Helyſeus: tm̄ habebāt ſimplicē ſpm̄ ꝓ
helye. pheticū d̄ futuro raptu Helye: ⁊ ideo Helyſeus cu
piēs ſcire q̄d eſſet futurū de Helia: dixit ad eum q̄n̄
ferebat in paradiſum. Obſecro te dñe/ vt ſpūs q̄ eſt
in te duplex: fiat in me: quaſi diceret: vt ſciā in du
plici ſpū q̄d figuret ⁊ ſignificet iſte raptus tuus. ⁊
ſciā et preuideā futura myſteria d̄ xp̄o meſſia in le
ge ꝓmiſſo l. q̄ non pñt ꝓuideri niſi per duplicē ſpm̄
⁊ lumē ꝓpheticū. Cui rñdit Helias. rē difficilē po
ſtulaſti. quaſi diceret difficile eſt. et paucis eſt con
ceſſum talē duplicē ſpm̄ ꝓpheticū attingere. Hoc
aūt dicebat Helyas: q̄m̄ ipſe in duplici ſpū ꝓuide
rat per ſuū raptū qualiter Chriſtus poſt paſſionē
⁊ reſurrectionē erat aſcenſur⁹ in celū ⁊ acceptur⁹
vniuerſale dñium/ ⁊ iudiciariā ptātē ſup oēs crea
turas/ ⁊ qualiter erat vētur⁹ in fine mūdi ad iudi
candū oēs gentes/ ⁊ qualiter ipſe Helyas debebat
ꝓuenire ante ipm̄ Chriſtū ad ꝓdicandū ſm̄ aduen
tū ei⁹/ ⁊ qualiter erat ab Antichriſto occidendus
Hunc igit duplicē ſpm̄ ꝓpheticum impetrauit He
lyas a dño ꝓ ipſe Helyſeo: vt ptʒ ibidē. Iudei aūt
⁊ multi catholici dicunt: φ ꝑ duplicē ſpm̄ Helyſei:
intelligit duplex virtus faciendi miracula: q̄ in du
plo fecit plura ⁊ maiora miracula q̄ Helyas. Sed
Nota. licet hoc ſit veruʒ: tū primus intellectus eſt magis
cōformis ⁊ cōtinet maius ſacramentū. ¶ Ex ſupra
dictis ptʒ qualiter ſpūs ſimplex ꝓpheticus non at
tingebat/ niſi materialia ⁊ temporalia geſta illius
ppl'i ⁊ ciuitatis ⁊ tēpli. Spūs autē duplex erat ille
q̄ nō ſolum ꝓuidebat ⁊ attingebat futura geſta ma
terialia ve. te. ſed ꝑ illa trāſcēdebat vſq ad myſte
ria Chriſti ⁊ eccl'ie in illis figurata. immo ꝓphete
in ſpiritu duplici ꝓphetico ꝑ geſta vet. teſt. preteri
ta et pñtia ⁊ futura ꝓuidebant myſteria de Chri
ſto ⁊ eccleſia in illis figurata. Unde ſicut homo ha
bēs bonū viſum ꝑ montes ꝓpinquiores videt mō
tes vlteriores: ita parit ꝓphete duplici lumine et
ſpū ꝓphetico illuſtrati: nō ſolū ꝓuidebāt geſta ma
terialia ⁊ tēporalia ꝓpinquiora: ſed etiam preuide
bant/ qualiter illa geſta materialia erant figura fu
turorum myſteriorū ſpūalium de Chriſto ⁊ eccl'ia.
Et ſic tranſcendentes illa materialia: preueniebāt
vſq ad ꝓpheticā notitiā Chriſti ⁊ noſtre redēptio
nis. Et ſic Dauid ⁊ Eſaias/ ⁊ ceteri ꝓphete: ꝑ futu
rā liberationē Babylonice captiuitatis: ⁊ ꝑ exituʒ
de egypto: ꝓuidebant futurā liberationē totius ge
neris humani faciendā ꝑ Chriſtuʒ vt patebit. Et iō
q̄ miſeri ⁊ ceci Iudei nō poſſunt ꝑcipere iſtū ſpm̄
duplicē ꝓpheticū: inde eſt φ oēs promiſſiones/ et
omnia dicta prophetarum putant eſſe dicta in ſim
plici ſpū materialiter ⁊ tēporaliter de illo primo ⁊
ſecundo templo ⁊ de illa captiuitate ⁊ liberatiōe
tp̄ali/ ⁊ de reedificatione illius materialis Hieru
L ſalē. ⁊ ſic oīa gloſſāt tp̄aliter. ¶ Per ſupradicta pa
Tres tent tres gradus prophetie cōmunes. Primus per
gradus reuelationē factam in ſomnis. Secundus ꝑ viſio
ꝓphe nē imaginariam ⁊ enigmaticaʒ. Tertius ꝑ familia
tie. re doctrinā angelorū. Et iſte eſt pfectior ſecundo: ⁊
ſecundus primo: eo φ viua vox habet neſcio quid
latentis energie. vt inquit Hieronimus ad Pau
linū. Sed quartus gradus queʒ habuit Dauid. ſ. ꝑ
locutionē ſpūſſancti factā in extaſi: eſt pfectior ce

teris trib⁹/ eo φ ſit cū altiori lumine: ⁊ claritate/ et
diſtinctione/ ⁊ ꝑuenit ad altiora. ¶ Ex ſupradictis
ſequitur primo: φ ꝓpheta rōne luminis ⁊ ſpūs pro
phetici dicit ꝓpheta. Probat. Nā ſine tali lumine
nullus poſſet interpretari tales viſiones. q̄ in vir
tute iſti⁹ luminis ꝓphete interp̄tabant illas eni
gmaticas viſiones. Et ideo nec Pharao nec Nabu
chodonozor fuerūt ꝓphete. q̄ neſcierūt iterp̄tari
ſuas viſiones: eo φ carebāt tali ſpū ꝓphetico ſiue
tali lumine: ſʒ Joſeph ⁊ Daniel interp̄tari ſunt il
las viſiones eo q̄ habebāt lumē ⁊ ſpm̄ ꝓpheticū.
immo Daniel nunq̄ dictus eſt ꝓpheta: vſq quo ſci
uit interp̄tari ſuas viſiones ⁊ alienas. ¶ Scđo ſe
quit φ oīs ꝓpheta eſt interpres. q̄ intantum dice
bat intelligere viſiones inquantū interp̄tabat eas
ꝑ tale lumē. Uñ dicitur Daniel. viij. neſciebā inter
pretationē viſionis et ſic Daniel non intellexit pro
phetiā: nec viſionē: vſquequo ſciuit eā interp̄tari.
¶ Tertio ſequit φ dignitas ꝓphete ſumit ſcđʒ al
tiorē gradum luminis prophetici. eo φ dignitas ſu
mit a forma rei. ſʒ lumē eſt forma in tali interp̄ta M
tione: q̄ lumē propheticū dat eſſe ⁊ dignitatē pro
phetice viſioni: ⁊ ſic ſcđm gradus luminis prophe
tici: ⁊ erunt gradus prophetarum: ⁊ vnus propheta
dicetur dignior altero ſecundum gradum altioreʒ
ipſius luminis: et ſpiritus prophetici: et etiam ſe
cundum gradum ipſius raptus ⁊ extaſis inquan
tū ſit maior exceſſus ſupra naturalē intelligentiā.

## Quantum ad tertium articulum in quo

erat videndū quomodo Dauid eſt verus propheta: N
⁊ in quo genere prophetie magis profecit et in qui Quō
bus obiectis preuidit futura myſteria de Chriſto dauid
⁊ eccl'ia. ¶ Eſt primo notanduʒ: φ oēs doctores he eſt ve
breorū ante aduentū Chriſti/ ⁊ vſq ad tēpora con rus ꝓ
ſtantini aſſeruerunt Dauid fuiſſe maximum pro pheta.
phetam inter oēs: vt patet per Joſephum ⁊ Jona
than Abenhuziel: ⁊ ꝑ Philonē diſertiſſimū iudeo
rū qui fuit tempore apoſtolorum: ⁊ patet per plu
res alios illius temporis. Unde dixerunt quidam
Thalmudiſte φ de⁹ in principio mūdi creauit oēs
animas ſimul cum anima ipſius Adam. Et quan
do deus dixit omnes creaturas ad Adaʒ: vt videret
quid vocaret eas: oſtēdit etiā oēs animas filiorum
ſucceſſorū ſuoruʒ in corpora humana venturas. et
tunc Adam cognouit animā Abrahe: et Iſaac / et
Jacob/ ⁊ Moyſi/ et Dauid/ ⁊ omniū aliorum. Inter No. be
quas preuidit in ſpiritu animā Dauid nobiliorē: et ne.
q̄n̄o in altitudine ſcientie ⁊ prophetie oēs alias de
bebat ſupare. Sed ꝓuidit in ſpū ipſe Adam qual'r
Dauid in infantia añ annū cōpletū erat moritur⁹.
Uñ tunc Adam tactus dolore cordis dixit ad dñm.
O dñe/ quare vis tantū bonū futurū impedire/ pro
pter mortē hui⁹ pueri? Rogo vt ꝑmittas ipm̄ viue
re: vſq ad ſeptuageſimū annū/ ne tanta ſcientia ꝑ
datur in mundo. Cui dñs reſpondit. φ hoc non po
terat fieri. Nā ipſe iam diuerſat totā vitam huma
nam inter oēs illas aīas futuras: ⁊ vnicuiq aſſi
gnauerat ſuā partē vite. ⁊ ſic non remanebat plus
ſpatij vite ꝓ Dauid: niſi vn⁹ annus: q̄ iā inter oēs
erat diuiſa ⁊ diſtributa tota vita humana. Cui di
xit Adaʒ. O dñe ego debeo viuere. M. annis quos
mihi aſſignaſti ad videndum. ergo aufert a ma. lxx.
annos. et da eos ipſi Dauid. quia ego contentus
ſum de reſiduo. ne tātum bonū perdat in mundo.

Cui petitioni annuit deus. ⁊ ita factū eſt. Nam Da
uid vixit. lxx. annos: ⁊ ideo Adā nō vixit niſi. dcccc.
xxx. annos. ſublatis. lxx. annis qbus vixit ipſe Da
uid. Que opinio lꝫ ſit falſa et heretica. ſ. ꝙ oēs aie
hūane fuerint ſimul cū aīa ipſi⁹ Ade: ītn̄ ex dictis
iſtoꝝ doctoꝝ hebreoꝝ pꝫ ꝙ Dauid fuit maxim⁹
ꝓpheta ⁊ ꝓfundior ceteris in ſciā diuinoꝝ. ¶ Itē
dicunt etiā doctores eoꝝ antiq. ꝙ poſtꝗ̄ Jonathā
Abenhuziel fuerat interptat⁹ totā ſcripturā legis
⁊ ꝓphetarū ex Hebreo in Caldaicū: quā tranſlatio
nem appellant Targum incepit interpretari librū
pſalmoꝝ ipſius Dauid. ſed tunc audiuit vocem de
celo dicentē. Quis es tu/ q̄ vis reuelare profunda
ſecreta mea? quaſi diceret/non ſufficit tibi ꝙ ꝑmiſi
vt declarares legē ⁊ alios ꝓphetas: ſed etiā vis in
terpretari librū Pſalmoꝝ/in quo latent ꝓfundio
ra ſecreta mea. cui rn̄dit Jonathaꝫ Abenhuziel. O
dn̄e ego hoc volo facere ad honorē ⁊ ſeruitiū tui/
⁊ vtilitatē toti⁹ ppl'i. Et ſic dicūt ꝙ deus ꝑmiſit: vt
Jonathan interptaret pſalmos Dauid. Quā inter
pretationē Judei hn̄t i tāta reuerētia ⁊ auctorita
te: ꝙ null⁹ eſt auſus ei cōtradicere: vt latius pate
bit. Ex quib⁹ pꝫ: ꝙ de intentione antiquorum He
breoꝝ erat: ꝙ altiora ſecreta ⁊ myſteria cōtinent
in lib. Pſalmoꝝ: ꝙ in toto reſiduo legis ⁊ ꝓpheta
rū. ⁊ iō cōplures eoꝝ dicūt: ꝙ tota lex ⁊ ꝓphete cō
tinent in libro Pſalmoꝝ. immo dicunt: ꝙ tota lex
⁊ ꝓphete perderent liber Pſalmorum ſufficeret.
q: ibi reperit tota lex ⁊ ꝓphete. ¶ Sed cauſa qua
quidā eoꝝ negant Dauid fuiſſe ꝓphetam fuit iſta.
O Nā videntes magiſtri Judeoꝝ ꝙ per cōuerſionē
Cōſtantini: totus ppl's gentilis conuertebat ad fi
dē Chriſti: ⁊ videntes etiā ꝙ maior pars Judeoꝝ
cōuertebat ad Chriſtū ſimul cū gentilibus cogno
ſcētes manifeſte Chriſtū fuiſſe verū meſſiā in lege
ꝓmiſſuꝫ ꝑ ſcripturas ꝓphetarū maxime ꝑ ſcriptu
ras libri Pſalmoꝝ: eo ꝙ manifeſte ꝓnūciat cōuer
ſionē gentiū in aduentu Meſſie: tūc hoc videntes
magiſtri Hebreorum congregati ſunt in babylone
egypti/q̄ mō dr̄ Cayre: ⁊ ibi cōfinxerūt ſcripturam
Thalmud. vt retinerēt ſimplices eoꝝ: ⁊ gloſſaue
rūt falſo mō ſcripturā ve. te. Et q: quotidie cōuin
cebant a cōuerſis de iudaiſmo ꝑ ſcripturā pſalmo
rū q̄ clari⁹ loquit de cōuerſione gentiū: iō negaue
Magiſtri hebreoꝝ ad q̄d cōfinxerunt ſcripturā thalmud.
rūt Dauid fuiſſe ꝓphetā. Et iō diſtinxerūt totā ſcri
pturā ve. te. in tres partes. ſ. in legem ⁊ ꝓphetas et
agiographa. Et ſic poſuerūt Dauid ⁊ Danielē īter
agiographa. vt auferrēt eis dignitatē ꝓphetie. eo
ꝙ clari⁹ loquunt de xp̄o ⁊ de tpe aduent⁹ eius: ⁊ q:
magis ⁊ ſepi⁹ cōuincebant ꝑ Dauid ⁊ Danielē. Et
ſic hodie īter Hebreos eſt maxia cōfuſio. Naꝫ qn̄qꝫ
dicunt ꝙ Dauid eſt maximus inter oēs ꝓphetas ꝓ
pter ea q̄ ſupradicta ſunt. qn̄qꝫ aūt dicunt ipm̄ non
eſſe ꝓphetā: ꝓpter rōnē iam dictā. Et ſic mētita eſt
iniquitas ſibi. q: manifeſte confundit eos Dauid.
¶ Sed cōtra iſtos ꝑuerſos ponit ꝓ cōcluſione. ꝙ
Dauid fuit ver⁹ ꝓpheta. qd̄ probat rōne ⁊ auctori
tate ve. te. Nā ille eſt ver⁹ ꝓpheta. q̄ habet oēs cō
ditiones veri ꝓphete. ſed Dauid eſt hmōi. igit Da
uid fuit ver⁹ ꝓphea. Maior eſt nota. ſꝫ minor pro
P bat. Naꝫ de rōne veri ꝓphete eſt: ꝙ ꝓnūciet diuina
myſteria futura de xp̄o ⁊ eccl'ia: ex diuina reuela
tione: in aliquo obiecto repn̄tata: ꝑ ꝓphetā īter
ꝑtata ⁊ intellecta: ꝑut dictū eſt in primo ⁊ ſcd̄o ar
ticulo. Sꝫ ꝙ Dauid habuerit oēs has conditiones
nō ſolū eſt manifeſtū ex experiētia: q: oīa q̄ ꝓdixit
de xp̄o ⁊ eccl'ia: ⁊ de cōuerſione gentiū ⁊ occecatiōe
⁊ ꝑpetua captiuitate Judeoꝝ videmus manifeſte
eſſe cōpleta. ſꝫ etiā ꝓbat auctoritate ſacre ſcriptu
re ve. te. ij. Reg. xxiij. vbi ſic legit. ſ. Hec ſunt verba
nouiſſima q̄ dixit Dauid fili⁹ Jſai. dixit vir cui cō
ſtitutuꝫ eſt de Chriſto dei Jacob/ egregius pſaltes
Jſrael. Spūs dn̄i locut⁹ eſt ꝑ me. ⁊ ſermo ei⁹ ꝑ lin
guā meā. de⁹ Jſrael locutus eſt mihi. Sicut lux au
rore oriēte ſole mane abſqꝫ nubib⁹ rutilat: et ſicut
pluuijs germinat herbā de terra. Nec tāta ē dom⁹
mea apud deū: vt pactū eternū iniret mecū firmū
in oībus atqꝫ munitū. Cūcta em̄ ſal⁹ mea ⁊ oīs vo
luntas. nec eſt quicꝗ̄ ex eo qd̄ nō germinet. Preua
ricatores aūt quaſi ſpine euellent vniuerſi / q̄ non
tollunt manib⁹. et ſic q̄s tāgere voluerit eas arma
bit ferro ⁊ ligno lāceato: igneqꝫ ſuccenſe cōburent
vſqꝫ ad nihilū. Hoc canticulū predictū fecit Dauid
in ſua ſenectute: in quo oſ̄dit dignitatē ⁊ veritatē
⁊ vtilitatē ſuarū viſionū ⁊ ꝓphetiarū ⁊ vaticinio
rū q̄ ꝓdixit in libro Pſalmoꝝ. ¶ Ex quo cātico poſ
ſunt recolligi octo cōcluſiones. Quarum prima eſt
iſta. ſ. ꝙ Dauid fuit verus propheta ⁊ egregius in
ter oēs prophetas Jſrael. Per hoc ꝙ dicit dixit vir
egregius pſaltes Jſrael. Nā egregi⁹ dicit: quaſi ex
tra gregē alioꝝ: ⁊ ſic dicit ſupexcellentiā. ¶ Scd̄a
cōcluſio. ꝙ oīa que dixit Dauid in pſalmis: ſunt in
telligenda de Chriſto in lege ꝓmiſſo. ⁊ ad eum refe
rēda. ꝑ hoc ꝙ dicit. Cui cōſtitutū eſt de Chriſto dei
Jacob. ¶ Tertia cōcluſio. ꝙ ꝓphetia Dauid eſt ab
ipſo deo ⁊ ſpū ſancto ipſi Dauid reuelata. et ꝑ ꝯn̄s
authētica. ꝑ id qd̄ ait. Spūs dn̄i locutus eſt ꝑ me: ⁊
ſermo eius ꝑ linguā meā. Et ꝑ cōſequēs adept⁹ eſt
tertiū gradū ꝓphetie ꝑ familiarē doctrinā ſpirit⁹
ſancti. q̄ quidē locutio facta fuit ſibi in extaſi vt pa
tebit. ¶ Quarta cōcluſio. ꝙ Dauid clari⁹ ⁊ ꝑfecti⁹
ꝓuidit futura myſteria de Chriſto ⁊ eccl'ia ⁊ gloria
ſanctoꝝ: ꝗ̄ aliq̄s ali⁹ propheta ꝑ hoc ꝙ ait. Sicut
lux aurore oriente ſole mane abſqꝫ nubib⁹ rutilat.
quaſi dicat. ꝙ ita fuit mihi clara ꝓphetia ⁊ reuela
tio ſine enigmatib⁹: ſicut ſol videt de hoīb⁹ in ma
ne ſereno abſqꝫ nubib⁹. ¶ Quinta ꝯcluſio. ꝙ ꝓmiſ
ſio facta ipſi Dauid de eternitate ſui regni ⁊ rege
eterno ſucceſſore: non eſt intelligenda de Salomo
ne: nec de illo regno tēporali: ſed eſt intelligenda d̄
Chriſto rege Meſſia/ ⁊ de ei⁹ regno eterno. per hoc
qd̄ ait. Nec tanta eſt domus mea apud dn̄m: vt pa
ctum eternū iniret mecū firmiſſimū atqꝫ munituꝫ.
Et etiaꝫ ꝑ illud qd̄ ſupradictū eſt. Cui cōſtitutū eſt
de Chriſto dei Jacob. ¶ Sexta cōcl'o/ ꝙ in prophe
tia pſalmoꝝ Dauid cōtinet ⁊ ꝓdicit prophetie to
tū myſteriū noſtre redēptionis/ ⁊ deſideriū noſtre
ſalutis. ꝑ hoc ꝙ ait. Cūcta em̄ ſal⁹ mea ⁊ voluntas
i. deſyderium redēptionis continet ſupple in libro
pſalmoꝝ. ¶ Septima cōcluſio. ꝙ nihil eſt ſcriptū
in libro pſalmoꝝ: qd̄ nō fuerit cōpletum in primo
aduētu Chriſti/ aut ſit implendū in ſcd̄o aduentu:
ꝑ id qd̄ ait. Nec eſt quicꝗ̄ ex eo qd̄ non germinet. i.
faciat fructū ⁊ impleat in tēpore ſuo ꝑ Chriſtuꝫ in
primo vel ſecūdo aduentu. ¶ Octaua ꝯcluſio. ꝙ q̄
cunqꝫ fuerit preuaricator ⁊ cōtēptor libri pſalmo
rū: id eſt quicunqꝫ non receperit Chriſtū in ſuo ad
uentu ⁊ legem euangelicam prout in pſalmis pro
phetice predicitur ⁊ vaticinatur: ille talis popul⁹
⁊ ciuitas euelletur: igne ferroqꝫ deſtruetur. quod
manifeſte

Q
Pria ꝯcl'o
No. bene dauid ꝓpheta.
Scd̄a ꝯcl'o
Tertia ꝯcl'o.
Quarta concluſio.
Quinta concluſio.
Sexta ꝯcl'o
Septima concluſio.
Octaua concluſio.



manifeſte fuit impletū in populo Judaico Chri
ſtum negāte ⁊ prophetiam Dauid preuaricante:
qui per Titū ⁊ Romanos partim fuit trucidat⁹:
⁊ partim ab illa terra euulſus ⁊ captiu⁹ per mun
dum diſperſus ⁊ ciuitas eoꝝ a fundamentis euer
ſa ⁊ igni ſuccenſa/ ⁊ per hoc quod ſubdit preuari
catores quaſi ſpine euellentur. ¶ Ex ſupradictis
omnib⁹ patet qualiter Dauid fuit verus prophe
ta: q: obtinuit omnes ꝯditiones veri ꝓphete: q:
in ſpū ꝓphetico ⁊ lumine ipſis ſancti: preuidit et
predixit oīa myſteria Chriſti ⁊ eccleſie: ⁊ oīa my
ſteria noſtre redēptionis ⁊ ſalutis: q̄ oīa videmus
impleta ꝑut ipſe predixit in pſalmis. Et nō ſolū
fuit ꝓpheta ꝓuidēdo futura ꝑ imaginarias viſio
nes ⁊ enigmata ſicut ceteri: ſed adhuc fuit ⁊ egre
gi⁹ ⁊ excellētior: q: ipſi locut⁹ eſt deus claro modo
abſqꝫ enigmate: ⁊ eius viſio fuit clara ſicut lux au
rore oriente ſole abſqꝫ nubib⁹. ¶ Sed q: dictū eſt
ꝙ Dauid prius inclinauit aurē ſuam in parabo
lā: ⁊ poſtea aperuit in pſalterio ꝓpoſitionē ſuam.
Et dictum eſt ꝙ iſta parabola ad quā inclinauit
aurem: eſt ſcriptura vet. teſt. cōtinēs myſteria ex
quibus accepit ꝓpoſitiones ⁊ parabolas ad infe
rendū ꝓphetice veritates ⁊ cōcluſiones euāgeli
cas. Jdeo videndū eſt in hoc tertio articulo que ⁊
quot ſunt illa myſteria vet. teſt. in quib⁹ Dauid fi
guraliter ⁊ ꝓphetice ꝓuidit myſteria euāgelica:
ex quibus aſſumpſit parabolas ⁊ ꝓpoſitiones ad
ꝓphetādū ⁊ ꝓdicādū ⁊ inferēdū veritates euāge
licas in pſalmis. Et videndū eſt in quo gn̄e pro
phetie magi ꝑfecit Dauid īter ceteros: ⁊ quē ad
R modū habuit in ꝓphetādo. ¶ Ad cui⁹ intellectuꝫ
No. in q̄ gn̄e ꝓphetie magis ꝑfecit dauid.
eſt notādū ꝙ ex materia ⁊ titulis pſalmoꝝ poſſu
mus recolligere qualiter Dauid in quatuor obie
ctis ſibi repn̄tatis preuidit ꝓphetice in dupli
ci lumine ⁊ ſpū ꝓphetico oīa futura myſteria de
Chriſto ⁊ eccleſia. Primo cōtēplādo oīa geſta pa
triarchaꝝ: ⁊ oīa ſcripta in quinqꝫ libris legis: ⁊ li
bris Joſue ⁊ iudicū: ⁊. j. ⁊. ij. Reg. vſqꝫ ad ſuū tem
pus. Scd̄o cōtēplādo oēs ꝑſecutiones ⁊ ꝓſperi
tates ſuas ⁊ exaltationem ſui regni. Tertio con
templando ꝓmiſſionē ipſi factā de ſucceſſione re
gni eterni in filio ſuo. ij. Reg. vij. Quarto contē
plando exemplar ⁊ deſcriptionē templi edificādi
ſibi traditā a ſpū ſancto ꝑut dicit ſecūdi Parali
pome. xxviij. Jn his ergo ſupradictis. iiij. obiectis
tanꝗ̄ in ſpeculo preuidit Dauid per lumen ⁊ ſpm̄
ꝓpheticū oīa futura myſteria de Chriſto ⁊ eccle
ſia. Sed de ſtatu ⁊ modo ꝓphetādi ipſius Dauid
dicūt Thalmudiſte: ꝙ poſtꝗ̄ Dauid quieuit a bel
lis: ⁊ maxime poſtꝗ̄ vidit angelū percutiētem in
area Jebuzei ceſſante peſtilētia tunc relictis vo
luptatibus ⁊ cōcupiſcentijs ⁊ mundanis negotijs
totaliter ſtatuit magis ampliare cultum diuinuꝫ
⁊ ordinare ſacerdotes ⁊ cantores ⁊ leuitas per vi
ces ſuas in tabernaculo qd̄ mutauerat a domo
ſua ad aream Jebuzei: quā quinquaginta ſiclis
emerat ꝓ tabernaculo tēdēdo ⁊ tēplo edificādo.
Et non ſolum preparauit materialia. ſ. lapides ⁊
ligna ⁊ ferrum ⁊ argentū ⁊ aurū: ſed etiā ſpūalia.
Et ſic condidit pſalmos q̄ cantarent in tēplo ⁊ ta
bernaculo: ⁊ diuiſit eos cantādos tribus cantori
bus. ſ. Aſaph ⁊ Ethā ⁊ Hemā in determinatis fe
ſtiuitatib⁹. Et dicūt vlteri⁹ Thalmudiſte ꝙ Dauid
ſic ſecluſus ⁊ remot⁹ in cōtēplatiōe in ſtratu ⁊ ſe
creto penetrali ſuo in tali cōtēplatione opprime
batur ſomno. Sed mane diluculo aū aurorā intra
bat ventus per feneſtrā ex parte aqlonis ⁊ moue
bat chordas cithare ſiue pſalterij pēdentis ad ca
put lecti. Et ſic Dauid excitabat a ſomno: ⁊ reple
tus ſpū ſancto rapiebat pſalteriū ⁊ cōdebat pſal
mos de reb⁹ quas cōtēplatus fuerat ex parte no
ctis. Et de talibus myſterijs intellectis cōdebat
pſalmos: imo dicūt ꝙ Dauid anteꝗ̄ dormiret di
cebat illū verſiculum pſalmo. cvij. ſ. Exurge glo
ria mea exurge pſalteriū ⁊ cithara: exurgā dilucu
lo. quaſi diceret. O tu pſalteriū ⁊ cithara exurge
mane motū a ſpiritu ſancto ⁊ ego exurgā diluculo
ad ꝓphetandū. Unde dicūt Hebrei ꝙ hāc excellē
tiā habuit Dauid ſuper oēs alios ꝓphetas: nam
dies excitabat alios ꝓphetas: ſed ipſemet ſpirit⁹
ſanct⁹ excitabat ipſum Dauid mane diluculo an
te diem ad ꝓphetandū: ⁊ hec eſt ſententia quoꝝ
dam magiſtroꝝ Hebreoꝝ: que quidē poſitio non
eſt cōtēnenda: eo ꝙ continet aliqualem veritatē:
Sed inſufficiēter explicat modū ⁊ dignitatē pro
phetie Dauid. ¶ Jdeo ad pleniorē notitiā ⁊ euidē
S tiā eſt notādū ſcd̄m aliquos: ꝙ nō eſt negādū Da
uid feciſſe aliquos pſalmos anteꝗ̄ quieſceret a
bellis: aliquādo dū erat in ſtatu gratie: prout vi
debitur in expoſitiōe: ſed maiorem partem fecit
dum quieuit a bellis ⁊ voluptatibus ⁊ mundanis
negotijs/ ⁊ ſe dedit totaliter contēplationi: ⁊ ſta
tuit ampliare diuinū cultum/ ⁊ preparare oīa ne
ceſſaria ꝓ edificādo tēplo per Salomonē: vt pa
tet in fine. ij. Paralipomenō: ꝑut dictū eſt. Quia
igit̄ totaliter deditus contēplationi incepit ſedu
lo cōtēplari diuina myſteria cōtenta in quatuor
obiectis ſupradictis. Unde ſic contēplando diui
na myſteria/ ⁊ illa quatuor obiecta rapiebat a ſen
ſibus exteriorib⁹/ ⁊ manebat in ſola imaginaria
cōtēplatione. Sed rurſus eleuat⁹ per lumen pro
pheticū ſupnaturale: preuidebat futura myſteria
in illis obiectis tanꝗ̄ in ſpeculo: ⁊ talis viſio ima
ginaria fiebat intellectualis in virtute luminis
ꝓphetici inſpirati cōfortātis ⁊ eleuātis intelle
ctum ipſius Dauid/ ⁊ irradiantis ſupra illa obie
cta imaginata ⁊ repn̄tātis futura myſteria in il
lis obiectis tanꝗ̄ in ſpeculo: ſicut intellect⁹ agēs
abſtrahit ⁊ repn̄tat ſpecies quidditatū reꝝ ma
terialiū in phantaſmatib⁹ naturalibus. Et talem
T gradū ꝓphetie ⁊ viſionem ꝓpheticā intellectua
lē ſumptā ex imaginaria viſione obtinuit Eſaias
⁊ oēs alij ſacri ꝓphete. Sed ſupra iſtos obtinuit
alium gradū ipſe Dauid. nam poſtꝗ̄ ſemel ſpecu
lādo ſua obiecta preuiderat myſteria futura re
preſentata in illis per lumen propheticum: reten
tis ſpēbus futuroꝝ myſterioꝝ de Chriſto ⁊ eccl'ia
quas abſtraxerat ab illis imaginatis obiectis: tūc
per altius ⁊ forti⁹ lumē magis eleuatus rapieba
tur totaliter a ſenſibus interiorib⁹ ⁊ illis obiectis
imaginatis ad ſola myſteria futura. Et tunc ob
litis omnibus temporalib⁹ ⁊ rebus materialibus
⁊ etiam ſe ipſo: nude ⁊ abſqꝫ figuris ⁊ enigmatib⁹
preuidebat clare ⁊ diſtincte: ⁊ contemplabatur to
tum myſterium incarnationis ⁊ noſtre redēptio
nis in ſe ⁊ nō in aliquo enigmate/ nec obiecto re
preſentatiuo. Et tūc ſubtilius ⁊ magis particula
riter ⁊ diſtincte cōtēplabatur nō ſolum incarna
tionē/ ſed ⁊ reſurrectionē ⁊ aſcenſionē ⁊ gloriam

Excellentia dauid ſuper/ oēs alios ꝓphas.

paradiſi: quaꝫ Chriſtus erat daturus ſuis fideli-
bus: ⁊ in tali cõtẽplatione non vtebatur ſenſibus
No. de vera extaſi Dauid in qua alios ꝓphetas ſuperauit.
exterioribus/ nec interioribus. Et ſic erat in qua
dam extaſi: qui quidem ſtatus tenet medium ĩter
vitam hominum ⁊ angelorum in qua quidem ex-
taſi dicitur fuiſſe frequenter Dauid / ⁊ loqui cum
deo: imo deus loquebatur ipſi in ſpiritu oſtẽdẽs
ipſi abſq; enigmate myſteria Chriſti ⁊ ſecreta ce-
leſtia. vñ de tali clara viſione ⁊ diuina locutiõe fa
cta ipſi Dauid eleuato in extaſim: dicitur. ij. Reg.
xxiij. Dñs mihi locutus eſt ſicut lux auroꝛe oriẽte
ſole mane abſq; nubibus rutilat. qꝛ in tali extaſi
iaꝫ videbat illas ſupernaturales veritates: ⁊ illa
futura myſteria ⁊ ſecreta celeſtia non per obiecta
enigmatica: ſed per ꝓprias ſpecies intelligibiles
in virtute altioꝛis luminis. Et ideo videbat ſubti
lius ⁊ clarius myſterium incarnationis/ ⁊ predi-
cationis: ⁊ paſſionis/ ⁊ reſurrectionis/ ⁊ aſcenſio
nis/ ⁊ future beatitudinis: q̄ ceteri prophete. Et
ideo locutio ⁊ doctrina facta in ſpiritu ſub tali ra
ptu ⁊ extaſi: poteſt eſſe quandoq; perfectioꝛ: q̄, fa-
cta per locutionẽ ſenſibilem per angelum inquã
tum ipſi Dauid potuit cõcedi altius lumen ⁊ plu
ra ⁊ altioꝛa reuelari: q̄ ꝑ ſenſibilem locutionem
angelicam factam ipſi Joſue ⁊ Gedeoni ⁊ pleriſ-
q; alijs. Nec eſt etiã negandũ Dauid quãdoq; ha-
buiſſe ſimiles familiares locutiones cũ angelis.
Ordo ergo et modus prophetie ſiue prophetandi
Ordo ꝓphetãdi ipſius Dauid.
ipſius Dauid eſt diſcutiendꝰ per ſingula obiecta.
Unde primo legẽdo literalia myſteria ſacre ſcri-
pture reponebat tales ſpecies in phãtaſia: puta
de creatione mũdi/ aut myſterium diluuij/ aut ſa
crificium Abrahe/ aut agni paſchalis: ⁊ imaginã
do ⁊ contemplando talia myſteria in ſua cella et
camera ſecreta large dabatꝛ ipſi lumen propheti-
cum: ⁊ tũc illa obiecta imaginata: illuſtrata lumi-
ne ſupernaturali repreſentabãt ipſi futura myſte
ria: ⁊ ſic intellectus Dauid confoꝛtatus ⁊ eleuatꝰ
per tale lumẽ preuidebat futura myſteria de xp̃o
et eccleſia in illis obiectis repreſentata. Et ſic ꝑ
creationem mũdi materialis: preuidebat recrea
tioneꝫ mundi ſpiritualis que eſt eccleſia Chriſti.
Et per arcam diluuij ꝓuidebat/ qualiter eccleſia
Chriſti debebat ſaluare oẽs ad eam confugiẽtes.
Et per ſacrificiũ Abrahe: ꝓuidit totũ myſterium
paſſionis Chriſti. Et ꝑ imolationẽ agni paſcha-
lis: ⁊ per ſacrificiũ agni matutini ⁊ veſpertini: ꝓ-
uidit totũ myſteriuꝫ paſſionis Chriſti: ⁊ totũ my
ſterium ſacramẽti altaris. Sed rurſus in tali ↄtẽ
platiõe augebatur ipſi lumẽ ꝓpheticum: ⁊ rapie-
bat ipſum ſupra primaꝫ contẽplationẽ ad ſecũdũ
graduꝫ extaſis. Et tunc relictis obiectis enigma
ticis veteris teſtamẽti contẽplabatꝛ ſolas ſuper-
naturales veritates ⁊ ſolaꝫ illã incarnationem ⁊
moꝛtẽ ⁊ paſſioneꝫ ⁊ reſurrectionẽ Chriſti ⁊ myſte
ria noſtre redẽptionis ⁊ ſuperne beatitudinis. Et
tunc abſq; aliquo enigmate oĩa illa videbat cla-
rius ⁊ diſtinctius quã alij prophete. Et ſic contẽ-
plando perſecutiones ⁊ liberationes ſuas et exal
tationem ſui regni: preuidit in tali lumine et ſpũ
ꝓphetico oẽs perſecutiones xp̃i ⁊ exaltationem
eius regni poſt reſurrectioneꝫ. Et iõ Dauid reuer
ſus ex tali extaſi ĩ ſe ⁊ ad ſenſus ſuos/ ⁊ dũ eẽt cõ-
pos ſuiipſiꝰ: rapiebat pſalteriũ ⁊ citharã. Et ſic fe
cit pſalmũ ſcdm de ↄiuratiõe cõtra xp̃m faciẽda
per ſcribas ⁊ phariſeos ꝓut preuidit in ↄiuratio
ne Saulis ⁊ ſuoꝝ facta cõtra ipſum Dauid. Et fe
cit pſalmũ tertiũ de ꝑſecutiõe chriſti ꝓut preui-
dit per ꝑſecutionẽ ſuã factã per Abſalonẽ vt pate-
bit. Itẽ ↄtẽplãdo ꝓmiſſionẽ ſibi factã. ij. Reg. vij.
de rege filio ſuo ⁊ ſucceſſione regni eterni filij ſui/
preuidit ĩ ſpiritu myſterium incarnatiõis chriſti
de ſua generatiõe: de quo fecit pſalmũ. lxxxviij. et
cxxxj. ⁊ plures alios. Itẽ contẽplando totã deſcri-
ptionẽ tẽpli ſibi traditã a ſpũ ſancto: intellexit/ ⁊
preuidit totũ myſteriũ ĩcarnatiõis/ paſſiõis/ ⁊ re
ſurrectiõis chriſti/ ⁊ oẽs ꝓſperitates ⁊ aduerſita-
tes eccleſie. Et preuidit modos quibus hodie deꝰ
colitur in eccleſia. Et ideo fecit oẽs pſalmos alle-
luiaticos. Et ſic Dauid in ſupradictis quatuoꝛ ob
iectis ꝓuidit oĩa myſteria chriſti ⁊ eccleſie de qbꝰ
fecit. CL. pſalmos aſſumẽdo parabolas ⁊ ꝓpoſi-
tiones ex ſupradictis quatuoꝛ obiectis. Sed ad-
huc Joſephus ⁊ Rabbi Salomon addit quintuꝫ
obiectũ in quo Dauid ꝓuidebat futura. ſ. ꝑ huryꝫ
⁊ thummyꝫ. i. ꝑ imagines ⁊ doctrinas: nã ſicut le
gitur. Exo. xxviij. ĩ rationali ſũmi ſacerdotis erãt Nota.
cõſuti ⁊ impreſſi. xij. lapides ꝓcioſi. ſ. ſex in quoli-
bet humero: ⁊ ĩ frõte mitre erat affixa lamina au-
rea ĩ qua erat ſcriptũ nomẽ dei tetragrãmatõ: qđ
lucebat ⁊ imprimebat imaginẽ illarũ literarũ ĩ il
lis. xij. lapidibus. Ideo dum filij Iſrael volebant
preſcire futurã ꝓſperitateꝫ ⁊ victoriã: oꝛnabatur
ſacerdos ad ſacrificium cũ humerali ⁊ ephot ⁊ mi
tra. Et ſi bellũ erat eis proſperũ: tunc lucebat no
men dei tetragrammaton ⁊ apparebat eiꝰ imago
ĩ duodecim lapidibus: ⁊ ſic cũ fiducia ꝓcedebant
ad preliũ: ſi autem foꝛtuna ⁊ victoꝛia erat aduer-
ſa nullo modo lucebat illud nomẽ in lapidibꝰ hu-
meralis. Et ſic deſiſtebant ire ad bellum. Et ideo
rationale iudicij erat colligatũ cũ humerali ĩ quo
ponebatꝛ doctrina ⁊ veritas: vt patet Exo. xxviij.
Et dicebatur rationale iudicij: eo q̄ ſummꝰ ſacer
dos ĩ eo iudicabat de futuris/ ⁊ docebat veritatẽ
de cõſultatis inquantũ fulgebat nomẽ dei ĩ illis
lapidibus: qđ quideꝫ iudiciũ appellant Chalmu
diſte huryꝫ ⁊ thummyꝫ/ id eſt doctrinam ⁊ verita
tem: imo ĩ textu Hebraice dicitꝛ huryꝫ ⁊ thũmyꝫ:
de quo myſterio legitur. j. Regũ. xxiij. q̄ qñ Dauid
voluit ſcire an ciues Ceyle tradere vellẽt ipſum ĩ
manus Saul: dixit ad Abiathar. applica ephot. i.
oꝛna te oꝛnamentis ſacerdotalibus/ vt videamus
ſi viri Ceyle tradent me in manus Saul. Et fctã
oꝛatione: reſpõdit dñs. tradent te ſupple. qđ ni-
hil aliud fuit: niſi q̄ tũc non apparuit imago no-
minis dñi in lapidibus: ſicut ante apparuerat qñ
cõſuluit dñm de futura victoꝛia cõtra Philiſteos:
vt ptꝫ eodem. c. xxiij. Per illud profecto myſteriũ
nominis dñi lucẽtis in illis. xij. lapidibus: ꝓuide-
rat Dauid qualiter Chriſtus qui eſt nomen dñi
debebat lucere ⁊ imprimere ſapientiam ſuam in
duodecim apl'is/ qui debebãt annunciare verita-
teꝫ ⁊ doctrinam euangelicã per vniuerſum mun-
dũ: đ quo fecit plures pſalmos. ¶ Ex ſupradictis
ptꝫ qualiter Dauid fuit verus propheta ⁊ excellẽ-
tioꝛ ceteris: ⁊ patet modus prophetandi/ ⁊ excellẽ
tia prophetica eiuſdem.

## Quantum ad quartum articulum in quo reſtat vidẽdũ an Moyſes fuerit maioꝛ ꝓpheta q̄



Dauid/ an econtrario. eſt aduertẽdũ q̄ cauſa qua
Nota ſi moyſes fuerit maioꝛ propheta q̄ dauid.
re Judei tenẽt q̄ Moyſes eſt maioꝛ propheta q̄
Dauid: eſt quia Moyſes fecit multa miracula: et
Dauid nullũ. Et cauſa quare multi catholici aſſe-
runt idem: eſt quia dicunt q̄ Moyſes vidit deũ ꝑ
eſſentiã: ⁊ Dauid non. Et ideo eſt primo videndũ
an Moyſes viderit deũ per eſſentiã. Secũdo da-
to q̄ Moyſes viderit deũ per eſſentiã ⁊ fecerit mi
racula: ⁊ Dauid non: an propter hoc Moyſes di-
catur maioꝛ propheta q̄ Dauid. ¶ Ad primũ eſt
✠ No. ſi moyſes viderit deum.
aduertẽdum q̄ vſq; ad preſentem diem nullꝰ do-
ctoꝛ Judeoꝛum auſus eſt concedere q̄ Moyſes
viderit deũ per eſſentiã. Unde Rabbi Abenazra
in ep̃la ad Judeos africanos nititur probare per
textum ſacre ſcripture q̄ Moyſes non vidit deũ
per eſſentiam. hoc idẽ probat Rabbi Moyſes de
egypto in ſuo lumine dubioꝛum parte ſecunda: ⁊
ambo iſti mouentꝛ/ propter hoc q̄ deus reſpondit
Moyſi Exo. xxxiij. Non poteris videre faciẽ meã
nõ enĩ videbit me homo ⁊ viuet. Unde ibidẽ ptꝫ
q̄ abſolute deus negauit Moyſi viſionẽ ſue eſſen
tie. Sed dicit rabbi Moyſes q̄ deus bene cõceſ-
ſit Moyſi notitiam omniũ creaturarũ: cum dixit
ipſi. Ego oſtendam tibi omne bonum. i. naturaꝫ ⁊
principium omniũ creaturarũ: quia oĩa que fecit
deus: erant valde bona ſecundum naturas ſuas.
Geñ. j. Hoc idem ꝓbat beatus Augu. ij. De trini-
tate. ca. xvij. ⁊. xviij. vbi diſputat hanc materiaꝫ.
✠ ¶ Unde volens cõcoꝛdare illa duo que videntur
adinuicẽ cõtradicere: nã primo dicitꝛ q̄ Moyſes
loquebatꝛ deo: ⁊ deus Moyſi/ facie ad faciẽ/ ſicut
ſolet loqui amicus ad amicum. Et poſtea in eodẽ
cap̃. xxxiij. quando Moyſes petebat: vt deus oſtẽ-
deret ſibi faciem ⁊ gloꝛiam ſuam. Reſpõdit deus
Facies dei multiplex.
faciem meam videre nõ poteris ⁊c. Iſta duo que
videntur cõtradicere concoꝛdat Augu. diſtinguẽ
do de facie dei: qꝛ ibi facies dei ſumitur equiuoce
nam primo qñ dicitur q̄ deus loquebatur Moyſi
facie ad faciem: ibi ꝑ faciẽ dei intelligitur ille an
gelus per quẽ deus loquebatur familiariter ipſi
Moyſi: ⁊ per quẽ notificabat ipſi voluntatẽ et ſe-
creta ſua. Nam in ſcriptura per faciẽ notitia deſi
gnatur ſecũdũ Gregoꝛium ſuꝑ Ezech. Unũ qꝛ oẽs
angeli ſunt nũtij ⁊ miniſtri dei: nõ ſicut Gabriel
dicitꝛ foꝛtitudo dei: eo q̄ annũciauit foꝛtitudinẽ
dei ipſi Danieli: ⁊ Raphael dicitꝛ medicina dei: eo
q̄ tulit medicinã ipſi Thobie: ita ille angelꝰ qui
familiariter notificabat ſecreta dei ipſi Moyſi: di
cebatꝛ facies dei: ⁊ ſic deus dicebatꝛ loqui facie ad
faciem ipſi Moyſi ꝑ ipſum angelum. Et ita Apl's
ad Hebre. j. dicit q̄ lex data eſt Moyſi ꝑ angelos.
Et beatus Stephanus Act. vij. dicit q̄ angelꝰ dei
loquebatꝛ Moyſi per ſubſtantiam mediam: ⁊ hoc
idẽ dicit Rabbi Moyſes/ ⁊ oẽs Hebrei. Sꝫ poſt-
ea qñ deus dixit Moyſi in eodẽ ca. Faciẽ meã vi-
dere nõ poteris: tũc ibi per faciẽ intelligitꝛ ipſa di-
uina eſſentia in ſua gloꝛia: cuiꝰ viſio fuit negata
ipſi Moyſi: vt ibi ĩquit Augu. Et ſic determinat
Augu. ibidẽ. ſ. ſecũdo de Trinitate. c. xviij. q̄ moy
ſes non vidit deũ per eſſentiã. Sed quid dicendũ
eſt ad eundẽ Auguſtinum qui. xij. ſuꝑ Geñ. ad lite
ram: ⁊ in libello de vidẽdo deũ ad paulinam/ per
longã diſputationẽ ⁊ inquiſitionẽ videtꝛ determi
nare q̄ Moyſes ⁊ etiã Paulus vidit deũ ꝑ eſſen-
tiam. Et mouetꝛ Aug. ꝑ hoc/ q̄ deus dixit de Moy
ſe. Numeri. xij. Palaꝫ loquar ei/ ⁊ nõ per enigma
ta ⁊ figuras videt deũ. ⁊ ſic dicit Aug. q̄ vidit deũ
in eſſentia ſua. Ex quibus videtur Auguſtinũ cõ
tradicere ſibiipſi. Ad hoc autẽ dicũt quidã q̄ Au-
guſtinus in libro ſuper Geñ. ⁊ ad paulinã nõ lo-
quitur determinatiue de iſta materia: ſed diſpu-
tatiue: ſed in. ij. de Trinita. loquitꝛ determinatiue
q̄ moyſes nõ vidit deum per eſſentiam. Sed hoc
nõ videtur ſatiſfacere: nam ibi ſuper Geñ. mani-
feſte probat Augu. q̄ nõ ſolũ Moyſes doctoꝛ Ju
deoꝝ/ ſed nec etiam Paulꝰ doctoꝛ chriſtianoꝝ
vidit deũ per eſſentiã. ⁊ ideo ne tantus doctoꝛ vi-
deatur manere in cõtradictiõe: eſt dicẽdũ q̄ ſicut
Exod. xxxiij. equiuocatꝛ de facie dei: ita Auguſti-
nus equiuocat de viſiõe diuine eſſentie. ¶ Nã de
diuina eſſentia duplex viſio põt haberi ſꝫm q̄ deꝰ ✠ diuine eſſẽtie duplex viſio.
duobꝰ modis põt oſtẽdere ſuã eſſentiã. Uno mo-
do a prioꝛi per lumẽ gloꝛie beatificũ ſecundum q̄
beati primo ꝑ lumẽ gloꝛie vidẽt diuinã eſſentiã
viſione matutina. Et exinde vidẽt in verbo idea-
liter omnia creata: quia oĩa apparẽt in illo verbo
diuino tanq̄ in arce ⁊ ſua cauſa. ⁊ ſic vident beati
qualiter deus eſt principiũ omniũ in genere cau
ſe foꝛmalis ⁊ efficientis ⁊ finalis. ⁊ talis viſio pro
cendens a deo ad creaturas dicitꝛ eſſentialiter eſ
ſentialis. Aliã viſionẽ põt deus cõicare alicui de
ſua eſſentia a poſterioꝛi ꝓcedendo/ puta a creatu
ris vſq; ad diuinã eſſentiã incluſiue. Exempli gra
tia. nã pũctus exiſtens in medio circuli: inuiſibi
lis eſt de ſe oculo coꝛpoꝛali. ſed ſi trahantꝛ linee a
pũcto cẽtrico ad circũferẽtiã: tũc ille pũctus fiet
viſibilis inquantũ eſt principiũ oĩm illarũ linea
rũ. Et ſic oculus per lineã venit ad viſionẽ pũcti
inquãtũ eſt principiũ eius. Ita pariter eſt dicẽdũ
de ſole qui eſt oculo noſtro quaſi ĩuiſibilis ꝓpter
ſui excellẽtiam: ſed ſequendo radios eiꝰ ꝑuenimꝰ
ad viſionẽ eiꝰ/ inquãtũ eſt fons ⁊ principiũ oĩm ra
dioꝝ. Ita ergo pariter cũ oẽs creature emanẽt a
xbo diuino/ ſicut radij ⁊ lumẽ a ſole: ⁊ ſicut linee
a pũcto cẽtrico: vt inquit Diony. iõ deꝰ põt cõica-
re alicui viatoꝛi eleuãdo eiꝰ intellectũ ꝑ lumẽ ſu-
pernaturale: vt ꝓcedẽdo per creaturas ꝑueniat
vſq; ad viſionẽ realẽ diuine eſſentie: inq̄tũ ab ea
oẽs creature emanãt realiter ſicut lumẽ a ſole. nã
ſicut linea emanat realiter a pũcto abſq; hoc qđ
cõponatꝛ ex pũctis: ⁊ radij emanãt realiter a ſole
abſq; hoc q̄ trahãt de eiꝰ ſubſtantia. ita creature
realr̃ emanãt a xbo/ abſq; hoc q̄ ſint de eiꝰ ſub-
ſtãtia. nã ſicut ſol cõicat ſuã ſilitudinẽ ꝑ totũ dia-
phanũ nõ cõicãdo ſubſtãtiã: ita deꝰ cõicat ſilitu-
dĩe ſuarũ ꝑfectionũ ⁊ idearũ creaturis abſq; cõi
catiõe ſue ſubſtãtie: vt clariꝰ videbitꝛ. deꝰ ergo iſto
modo potuit cõicare ipſi Moyſi realẽ viſionẽ ſue
eſſentie a poſterioꝛi inq̄tũ eſt ꝓcipiũ ⁊ fons oĩm
creaturarũ: ⁊ inq̄tũ ex tpe ꝑ creationẽ ab eo pro-
cedũt ⁊ emanãt. Que quidẽ viſio lꝫ dicatꝛ eſſentia-
lis/ inquãtũ attingit diuinã eſſentiã ꝑ illapſum ⁊
lumẽ ſupnaturale/ ⁊ ꝑ raptũ ab oĩbꝰ ſenſibꝰ ꝑ mo-
dũ terminãtis: tñ nõ dicetꝛ eſſentialr̃ eſſentialis/
ſicut illa viſio beatifica ⁊ gloꝛioſa quã beati habẽt
ꝑ modũ mouẽtis ꝑ lumẽ gloꝛie a prioꝛi/ ⁊ ꝑ modũ
ꝑmanẽtis. Sed talis viſio fuit etiã multũ ĩferioꝛ
viſiõe quã habuit Paulꝰ in raptu. vt patebit pſal
mo. lxvij. Sed q̄ fuerit quaſi neceſſariũ Moyſen
aſſecutum fuiſſe talẽ viſionẽ diuine eſſentie/ põt

ꝓbabiliter deduci. nā deus cōicauit cuicūꝙ pro-
phete donū ꝓphetie ⁊ ſcientiā ⁊ virtutē ſm̄ exi-
gētiā ſue legatiōis. ¶ Sed qꝛ tūc totus mundus
laborabat in idololatria ⁊ cultu multoꝝ deoꝝ ⁊
in fedis ſupſtitionibus: ⁊ totus mūdus putabat
mundū fuiſſe ab eterno: ideo de⁹ miſit Moyſen
ad docendū ⁊ ꝑdicandū vnū tm̄ eſſe deū ſubſtātia
liter ⁊ eſſentialiter. ⁊ eſſe ꝑncipiū oīm rerū a quo
ꝓceſſerunt ex tpe oīa ꝑ creationē: ⁊ qūo de⁹ oīa
gubernat ſcd̄m ſuā ꝓuidentiā. Et miſit etiā illū
ad educendū illū populū de illa captiuitate: ⁊ in-
troducēdū ipm̄ in terrā ꝓmiſſionis. ꝓut promi-
ſerat Abrahe Iſaac ⁊ Jacob. ⁊ vt doceret illū po-
pulum colere vnū deū ſolū creatorē: ⁊ ſepararet — Z
ipm̄ ab omni falſa ſupſtitione. ¶ Ad quā legatio — Qūo
nē ꝑficiēdā tria erāt neceſſaria ipſi Moyſi. priō — Moy-
clara notitia eſſentialis de ſubſtātia vni⁹ dei. ſe- — ſes fu-
cūdo notitia emanationis creaturū ab vno ꝑnci — it dei
pio: vt predicaret vnū deū ſolū creatorē oīm rerū — legat⁹
eſſe colēdū ⁊ adorādū: ⁊ oēm ſuperſtitionē eſſe fal
ſam. tertio erat ſibi neceſſaria virt⁹ faciēdi mira-
cula: vt ppl's crederet ipſum a deo miſſum: ⁊ pha-
rao ex timore tātoꝝ miraculoꝝ et portentoꝝ
dimitteret ppl'm. Et hec fuit cauſa quare deus vo-
luit cōicare Moyſi viſionē hui⁹ diuine eſſentie:
⁊ virtutē faciēdi miracula: ⁊ modū creatiōis mū-
di. Hec aūt viſio nō fuit dicta eſſential'r eſſentia-
lis: eo ꝙ nō fuit a priori ꝑ gloriā: ſed a poſteriori
aſcēdēdo ꝑ creaturas vſꝙ ad attingētiā diuine
eſſentie. ⁊ ideo nō dicit̄ ſimpliciter eſſentialis. in
qua quidē viſiōe diuina eſſentia poti⁹ ſe habet ꝑ
modū terminātis ad intellectū: ꝙ ꝑ modū mouē
tis. Et hoc pōt haberi ex textu ibidē Exo. xxxiij.
qn̄ deus dixit Moyſi. Ego oſtēdam tibi omne bo
nū. i. vnde procedūt oīa bona creata. Itē quando
dixit: poſteriora mea videbis: faciē autē meā nō
videbis. i. oſtendā tibi viſionē eſſentie a poſterio
ri per creaturas / inquantū emanant ab vno prin
cipio. ſed nō oſtendā tibi eſſentiā meā a priori. i.
lumen glorie: qualē viſionē habent beati. Et ſic
ratione huius viſionis dicit̄. Numeri. xij. ꝙ Moy
ſes vidit deū palā: nō per enigmata nec per figu-
ras. i. vidit deū realiter / nō ꝑ imaginarias viſio-
nes: ſicut Eſaias ⁊ Hieremias. ſed peruenit per
creaturas vſꝙ ad diuinam eſſentiā a qua realiter
emanāt. Sed rōne prime viſionis a priori eſſen-
tialiter eſſentialis per gloriam dicitur Exod. xxx
iij. Faciem meam videre nō poteris. Ita ergo pa
riter Auguſtinus ſcd̄o de Trinitate. ca. xviij. aſſe
rit Moyſen non vidiſſe deum per eſſentiam per
viſionem a priori. ſed. xij. ſuper Gen̄. ⁊ ad Pauli-
nam aſſerit Moyſen deum vidiſſe per eſſentiā a
poſteriori ſecundum exigentiam ſue legationis
quia Moyſes non habebat manifeſtare mundo
gloriam beatoꝝ: ſed eſſe tantum vnū creatorem.
⁊ omnium cōſeruatorē ⁊ gubernatorem: cui ſoli
adoratio ⁊ cultus latrie debebatur. Et ſic ptꝫ quo
modo vidit deum per eſſentiam: ⁊ quomodo nō.
⁊ quomodo fuit ipſi neceſſaria virtus faciēdi mi-
racula. Quādo autē Moyſes vidit deum per eſ-
ſentiā neſcitur: ſed creditur ꝙ in ſecundo aſcen-
ſu in montem. Exod. xxxiiij. ¶ Sed nūc reſtat vi-
dendum. vtrum dato qꝺ Moyſes viderit deū ſeu
dominum (idē enim eſt in hac re deus ⁊ domin⁹)
per eſſentiam modo predicto: ⁊ habuerit virtutē
faciendi miracula: an ipſe ꝓpter hoc dicat̄ maior — A
ꝓpheta ꝙ̄ Dauid. ¶ Ad quod dicendū ꝙ iſta ſtāt — No. ꝙ
ſimul: ſcꝫ ꝙ Moyſes viderit deum perfectius ꝙ̄ — Moy-
Dauid: ⁊ habuerit virtutē faciendi miracula: ⁊ tn̄ — ſes fuit
ꝙ Dauid fuerit excellētior ꝓpheta ꝙ̄ Moyſes: qꝛ — maior
aliud eſt eſſe videntē: ⁊ aliud eſſe prophetā: qꝛ om — ꝓphe-
nis ꝓpheta eſt vidēs / ſed nō ecōtrario: nā dictum — ta quā
eſt ꝙ propheta ꝓprie dictus eſt ille qui ex diuina — Dauid
reuelatione dixit futura myſteria de xp̄o ⁊ eccle-
ſia: vnde ſtat multū bene ꝙ Moyſes viderit diui
nam eſſentiam eo modo quo dictū eſt: tamen in
tali viſione nō eſt neceſſe ꝙ viderit futura myſte
ria de xp̄o et eccleſia: ſed tm̄ vidit ſubſtantialiter
⁊ eſſential'r qūo deus erat vn⁹: ⁊ qūo oēs creature
emanabant ab eo / tanꝙ̄ a primo principio forma
li. Et ſic tantū vidit ea que pertinebāt ad ſuā lega
tionem. Et in tali viſiōe nō eſt incōueniēs quod
Moyſes fuerit dignior ꝙ̄ Dauid: qꝛ vt ſic Moyſes
non dictus eſt ꝓpheta in illa viſione: ſed poſtea
Moyſes preuidit multa futura de illo populo: et
etiā de chriſto per imaginarias viſiones per do-
ctrinā euangelicam vt patebit in expoſitiōe illi⁹
cantici qꝺ incipit Cantemus dn̄o. ⁊ in illo altero /
ſcꝫ Audite celi que loquor: ſed in tali viſione pro
phetica preuidit illa Dauid ⁊ abūdātius ⁊ diſtin-
ctius ꝙ̄ Moyſes ⁊ ceteri: vt dictū eſt. ¶ Et ſic Da-
uid dicitur eximius ⁊ excellētiſſimus omniū pro — B
phetarum ſm̄ omnes catholicos: vt dictū eſt. vn̄
ſicut Moyſi data eſt viſio ſm̄ exigētiam ſue lega-
tionis: ita pariter ipſi Dauid: nā articulus vnius
dei / ⁊ articulus creationis erat iam credit⁹ in po-
pulo Iſrael: ideo nō fuit neceſſe vt Dauid habe-
ret viſionē de illis ſicut habuit Moyſes: ſꝫ qꝛ Da
uid fuit miſſus ad liberādū populū Iſrael de ma
nu Philiſtinoꝝ: ⁊ ad ampliandū diuinū cultuꝫ
⁊ ad preparandū materiam pro templo edifican-
do / que omnia erant figura corporis chriſti ⁊ pre-
ſentis eccleſie. Et ideo fuit neceſſe vt prophetice
preuideret omnia myſteria de chriſto ⁊ eccleſia fi
gurata per illud templū ⁊ per cerimonias diuini
cultus: vt faceret pſalmos appropriatos: in quib⁹
predicerent̄ ꝓphetice diuina myſteria chriſti: qꝛ
fuit miſſus ad predicēdum ⁊ prophetandum om-
nia myſteria noſtre redemptionis. Et ideo fuit ſi
bi cōmunicatū excellentiſſimum lumen ꝓpheti
cum ad interpretandū totā ſacram ſcripturam / ⁊
oīa geſta ſua / ⁊ omnes ꝓmiſſiones ⁊ deſcriptionē
templi edificandi: vt de myſterijs chriſti ⁊ eccleſie
in illis quatuor obiectis figuratis cōderet pſal-
mos: ſed nō fuit neceſſe ipſum habere virtutē fa-
ciendi miracula: quia hoc non exigebat ſua lega
tio. Sed quia ſua legatio exigebat donum ꝓphe
tie ad interpretāda illa quatuor obiecta: ideo da
tum fuit ipſi donū ꝓphetie ſuꝑ oēs alios ꝓphe-
tas: per qꝺ lumē ⁊ donū ꝓphetie cōfecit. cl. pſal-
mos: qui ꝓphetice cātabant̄: in quib⁹ clare ⁊ di-
ſtincte predixit illa decē myſteria / ⁊ decē chordas
pſalterij euangelici. ſ. myſteriū trinitatis / ⁊ incar
natiōis / ⁊ ꝑdicatiōis / ⁊ paſſiōis / ⁊ reſurrectiōis / ⁊
aſcēſionis xp̄i. Et in hoc exceſſit ⁊ ſuꝑauit Moy-
ſen ⁊ omnes alios ꝓphetas: Et ideo ab omnibus
doctoribus / ⁊ a tota eccleſia predicatur eximius
prophetarū. ¶ Sed contra totum fundamentum
arguitur: ⁊ videtur quod Dauid nunꝙ̄ fuit inter-
pres: nam ſm̄ Hierony. ad Deſyderium in ꝓlogo



ſuper Pentatheucū / Aliud eſt eſſe vatē ⁊ aliud in-
differē — terpretē: nā ibi ſpūs futura ꝑdicit: hic aūt. ſ. inter-
tia in- — pres verboꝝ copia eruditus / ea ꝗ intelligit tranſ-
ter va- — fert. ſi Dauid fuit ꝓpheta ergo nō interpres. ¶ Itē
tē ⁊ in- — ſi Dauid interꝑtatus eſt totā legē / ⁊ oīa geſta ſua / et
terꝑtē — promiſſiones / ⁊ deſcriptionē templi ſibi traditam:
ergo nō fuerunt neceſſarij apoſtoli ⁊ ſancti docto-
C — res ad interpretandas ſcripturas vete. teſt. ¶ Ad
primū eſt dicendū ꝙ duplex eſt interpretatio. vna
dicit̄ ex vna lingua in aliā facta traductio: ⁊ iſta di-
citur interpretatio linguarum. Altera dicit̄ alicui⁹
obſcuri ⁊ enigmatici ſermonis facta declaratio. et
iſta dicit̄ interꝑtatio ſermonū. Primo modo dicit
Hierony. ꝙ aliud eſt eſſe interpretē: ⁊ aliud vatē.
ſed ſcd̄o modo non ſolum apl'i ⁊ doctores ⁊ omnes
gloſſatores: ſed etiā oēs prophete dicunt̄ interpre-
tes. eo quia intellexerunt / ⁊ interꝑtati ſunt in lu-
mine prophetico enigmaticas viſiones / ⁊ obſcura
myſteria ſacre ſcripture. Et iſto modo etiā angeli
dicunt̄ interpretes inter deum ⁊ homines. Chriſt⁹
dicit̄ medi⁹ interpres inter deū patrem ⁊ eccleſiam
qꝛ quecūꝙ audiuit a patre: nota fecit nobis. Joan.
xv. Et ſic angelus Gabriel interpretat⁹ eſt Danieli
myſterium. lxx. hebdomadarū. Et ſic non ſolū Da-
uid ſed etiā Daniel vocat̄ interpres / eo ꝙ interpre-
tatus eſt verba Hieremie. de. lxx. annis captiuita-
tis babylonice / etiam qꝛ interpretatus eſt ſomnia
Nabuchodonozor / ⁊ ipſius Balthazar / et ſomnia
ſua ꝓpria: vt patet per totum diſcurſum Danielis.
Et ſic etiā Virgi. in. vj. appellat ſibyllam vatem et
interpretē / eo ꝙ interpretabat̄ reſponſa Apollinis
cū dicit. Magnā cui mentem animūꝙ Deli⁹ īſpirat
vates aperitꝙ futura. Et ſic patet Dauid fuiſſe in
D — terpretē ꝓpheticū ſacre ſcripture. ¶ Ad ſcd̄ꝫ dicit̄
ꝙ tā Dauid ⁊ oēs prophete: ꝙ̄ apl'i dicuntur inter-
pretes: ſed aliter ⁊ aliter: ⁊ altero ⁊ altero lumine.
nā Dauid ⁊ prophete interꝑtati ſunt ſcripturā et il
las enigmaticas viſiones ꝓphetice de futuro: ſed
apl'i ⁊ doctores interpretati ſunt eaſdē eſſe iam in
Chriſto cōpletas de preterito ⁊ hoc in lumine euā-
gelico. Et ideo interꝑtatio apl'orum ⁊ doctoꝝ fuit
multum perfectior ⁊ diſtinctior ⁊ manifeſtior: quia
fuit ſimul annūtiatio veritatis ⁊ interꝑtatio: vt pa
tet per totū diſcurſum euāgelicū / ⁊ actuū apl'orum.
Ex ſupradictis patet Dauid fuiſſe veruꝫ interpretē
⁊ eximium prophetarū oīm. Et hec ſint dicta de to
ta queſtione in toto ſcd̄o tractatu intenta. Sed re-
ſtat nunc reſpondendū ad argumēta facta in prin-
E — cipio queſtionis. ¶ Ad primam. qū dicunt Judei ꝙ
Dauid non eſt propheta eo ꝙ nō fuit miſſus a deo
ad aliquem regem nec populum: ſicut Moyſes ⁊ ce
teri prophete: Reſpondetur ꝙ hoc eſt falſum: imo
fuit electus ⁊ miſſus a deo ad regendū ⁊ liberandū
⁊ ampliandū illū populū ⁊ regnū ⁊ paſcendum ipm̄
vt patet primi Reg. xvj. ⁊ ij. Reg. v. cui dixit dn̄s.
tu paſces ppl'm Iſrael: ⁊ eris dux ſuper Iſrael. Itē
c. vij. Ego te tuli de paſcuis ſequētē gregē: vt eſſes
dux ſuꝑ populū meū Iſrael. Itē miſit eū ad ampliā
dum ⁊ ordinandū diuinū cultū. ⁊ tradidit ei exem-
plar ⁊ deſcriptionem tēpli. ⁊ dedit ei lumen ꝓphe-
ticum: vt intelligeret oīa que erant figurata in exē
plari. vt ex illis myſterijs propheticis poſſet con-
dere pſalmos. ¶ Ad ſecūdum eſt dicendum ꝙ licet
promiſſio eternitatis regni Dauid fuerit primo re-
uelata ipſi Nathan vt ipſam manifeſtaret ipſi Da-
uid: tn̄ melius intellexit Dauid illam promiſſioneꝫ
per ſucceſſuꝫ tpis in lumine ꝓphetico ꝙ̄ Nathan.
imo Nathan intellexit in principio illam ꝓmiſſio-
nē de regno tēporali ⁊ de Salomone. ſed Dauid in
lumine ꝓphetico intellexit poſtea ipſam de Chri-
ſto ⁊ eius regno eterno. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ
beatus Hieronym⁹ in ꝓlogo allegato recitat ſolū
diuiſionē / quā doctores Hebreoꝝ ſui tēporis fece
rūt de ſacra ſcriptura. Et ſic ſcd̄ꝫ opinionē eoꝝ po-
nit Dauid īter agiographa. ſꝫ poſtea in oīb⁹ ſcriptꝭ
ſuis appellat Dauid eximiū ꝓphetā ſcd̄m opinio-
nem ſuam ⁊ totius eccl'ie. ¶ Ad quartum dicitur. ꝙ
licet Dauid nō viderit deū per eſſentiā / nec fecerit
miracula ſicut Moyſes: tn̄ fuit maior propheta in
quantū clarius intellexit myſteria ſacre ſcripture
in lumine ꝓphetico ꝙ̄ Moyſes: qꝛ Moyſes in illa
momentanea viſione nō fuit ꝓpheta de futuro: ſed
ſolū vidit vnitatē ſubſtantialē vnius dei: ⁊ emana-
tionē oīm creaturarū ab illo principio. que quideꝫ
viſio data fuit ſibi vt ſcriberet creationem mundi /
⁊ vnitatē vnius dei cum certitudine ad annuncian-
dum illi populo. ⁊ per eandē rationem data eſt ſibi
virtus faciendi miracula: vt Pharao dimitteret il
lum populum: ⁊ populus crederet Moyſen fuiſſe
miſſum a deo. vt dictum eſt. vnde in his Moyſes — facere
fuit maior ꝙ̄ Dauid vt dictum eſt: ſed hoc accidit — mira-
ꝓphete ꝙ faciat miracula: ⁊ videat deum per eſſen- — cla ac-
tiam. ſed proprium cuiꝙ prophete: vt preuideat fu- — cidit
tura myſteria de Chriſto ⁊ eccleſia in lumine pro- — ꝓphe.
phetico. ⁊ in hoc Dauid ſuperexceſſit Moyſen ⁊ om-
nes ꝓphetas: quia magis clare ⁊ diſtincte ꝑdixit
myſteriū incarnatiōis / ⁊ oīa myſteria noſtre redē-
ptionis ꝙ̄ Moyſes ⁊ ceteri ꝓphete. intantum ꝙ in
quibuſdā pſalmis magis videt̄ texere hiſtoriam ꝙ̄
ꝓphetiā: ⁊ magis videl' euangeliſta ꝙ̄ propheta: vt
patebit exponēdo pſalmos. Et maxime in pſalmo
xxj. ⁊. lxviij. ⁊. lxxj. Et hec de ſecundo tractatu.

## ¶ Tertius Tractatus.

Quantum ad tertium tractatum de — F
intelligētia ꝓphetie Dauid: erunt duo — No. de
capitula. Nā in primo ꝑmittent̄ ꝗdam — intelli
principia ſine quibus nulla pars ſacre — gentia
ſcripture poteſt intelligi. In ſecundo — ꝓphe-
aſſignabuntur decem regule: que magnam par- — tie da-
tem conferunt ad exponendam totam ſacram ſcri- — uid.
pturam vtriuſꝙ teſta. ¶ Quantū ergo ad primum
eſt primo notandum: ꝙ poſtꝙ̄ tota ſacra ſcriptura
veteris teſta. dicitur propoſitio ſiue propoſitiones
que aperiuntur in hoc libro. ex quibus inferuntur
cōcluſiones prophetice de Chriſto ⁊ eccleſia: ⁊ etiā
morales et anagogice: vt dictum eſt. Et quelibet
ſcientia habet ſua propria principia: que dicuntur
communes animi conceptiones: per que princi-
pia probantur: ⁊ ad que reducuntur omnia proba-
ta in illa ſcientia: ⁊ in quorum virtute eliciuntur
omnes concluſiones illius ſcientie: vt patet primo
Poſteriorum. Ideo in ſcientia huius libri pſalmo
rum / ⁊ etiam in tota theologia viatoris que eſt to-
ta ſacra ſcriptura: ſunt aſſignanda aliqua forma-
lia principia: ex quibus dependet tota notitia et
ſcientia huius libri ⁊ totius ſcripture. eo ꝙ tota ſa
cra ſcriptura continetur in hoc libro pſalmorum

vt dictum eſt ⁊ magis patebit. Quibus principijs ignoratis impoſſibile eſt intelligere ea ꝙ̃ cõtinent in hoc libro/⁊ quibꝰ notis noſcunt oĩa in hoc libro cõtenta:⁊ ideo dicunt principia intelligendi ſacrã ſcripturã. ¶ Item eſt iterũ aduertẽdum: ꝙ ſicut in
no. bũ de ꝑn=cipio. Metaphyſica eſt vnũ principiũ cõiſſimũ omnibus ſcientijs:⁊ vna maxima propoſitio quam neceſſe eſt quẽlibet docendum habere ſcʒ de quolibet eſſe vel non eſſe:vt ptʒ primo Poſteriorum. ⁊ quarto Meta. Ita in tota theologia viatoris eſt vnũ cõiſſimũ principiũ:qđ preſupponitur in tota ſacra ſcriptura vtriuſqʒ teſt. ⁊ in qualibet eius parte. ſ. ꝙ tota ſacra ſcriptura vtriuſqʒ teſta. eſt ab ipſo deo tradita ⁊ reuelata/⁊ per ſpũ ſctm̃ inſpirata:⁊ ideo nullo mõ poteſt mentiri. Hoc primũ principium ꝓponit beatus Petrus in ſua canonica ſcđa. cap. j. dicẽs. Hoc primum intelligẽtes/ꝙ oĩs ꝓphetia ſcripture propria interpretatione non fit:nõ eñ voluñtate humana allata eſt aliqñ ꝓphetia:ſed ſpũ ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti dei hoĩes. Hoc idem cõiſſimũ principiũ magis declarat Apl̃s Paulus ad Hebr. in principio ꝑſupponens ipſum tanꝙ̃ primum dicẽs. Multifarie multiſqʒ modis olim loquẽs deus patribus in prophetis:nouiſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in filio quẽ conſtituit heredẽ vniuer=
Nota qño locutꝰ eſt deꝰ ⁊c. ſorum per quẽ fecit ⁊ ſecula. In quibꝰ verbis aſſerit:ꝙ idẽ deꝰ ꝗ locutꝰ eſt patribꝰ in ꝓphetis in vete. teſt. ille idẽ locutꝰ eſt nobis in filio ſiue per filiuʒ in nouo teſta. Ex quo patet ꝙ tota ſcriptura vtriuſqʒ teſta. eſt a deo tradita ⁊ reuelata:⁊ per conſequens nõ poteſt mentiri nec falli. Et hoc eſt primũ principium ⁊ cõiſſima propoſitio. quam neceſſe eſt quẽlibet fidelẽ/⁊ quẽlibet docendũ habere in tota theologia viatoris. Hoc idẽ principiũ preſupponit Auguſtinus ⁊ docet preſupponendum in primo de doctrina Chriſti/enumerãs oẽs libros ſacri canonis de quibus nullum eſt dubium eſſe nobis a deo traditos:quibꝰ omnimodã fidẽ dicit eſſe adhibendam in primis. Et in qbꝰ querit veritas intemerata et inconcuſſa:⁊ charitas dei ⁊ ꝓximi ⁊ tota ſalus no=
Scđm ſtra ⁊ redẽptio. ¶ Secũdũ principiũ eſt: ꝙ in diuinis eſt vna ſubſtãtia ⁊ vnum eſſe:⁊ vna eſſentia tribus perſonis diuinis relatiuis cõicata. Et ſic eſt vnus ſolus deus trinus in perſonis ⁊ vnus in ſubſtantia. ſ. pater ⁊ filius ⁊ ſpũs ſctus. que multiplicatio perſonarũ fit: qꝛ pater ab eterno cõicat filio totam ſubſtantiã ⁊ eſſe ⁊ eſſentiã diuinã quã ipſe habet:⁊ hoc per eternã gñationẽ: ⁊ ambo eãdem ſubſtantiã cõicant ſpũi ſcto ꝑ ſpirationẽ. Et ſic manet vnus ſolus deus ꝑ vnã ſubſtãtiã ⁊ eſſentiam:⁊ tres ꝑſone multiplicate ꝑ tres relationes ⁊ duas emanationes. Hoc principiũ docet Augu. primo de doctrina chriſtiana/omni docẽdo in ſacra ſcriptura eſſe ꝑſupponẽdũ. Unde qꝛ Arriani carebãt hoc principio:ideo inciderũt in nefandã blaſphemiã legẽdo ſacras ſcripturas/ſeparantes diuinas ꝑſonas in ſubſtãtia. Ideo dicit Augu. iij. de doctrina xp̃iana:ꝙ neceſſe eſt nobis ꝑſupponere fidẽ trinitatis ad intelligẽdas ſacras ſcripturas noui ac vet. teſt.
tertiũ. ¶ Tertiũ principiũ eſt ꝙ verbũ diuinũ ꝗ eſt filiꝰ patris/ſcđa perſona in trinitate/aſſumpſit verã carnem humanã ex virgine Maria ſimul cũ aĩa rõnabili ibidẽ creata: ⁊ per ꝯñs aſſumpſit verã humanitatẽ in vnitate ſuppoſiti:in qua ꝓ nobis poſſet pati: ita ꝙ xp̃s eſt verꝰ deus ⁊ hõ cõſtãs ex duabus inte=gris naturis in vna perſona. Et ſic de Chriſto verificantur que ſunt dei:⁊ que ſunt hoĩs. Nam iſta eſt vera. iſte homo creauit mũdũ. Et iſta. deus paſſus eſt. demõſtrando xp̃m. Et ſic eſt verũ ꝙ iſte hõ dedit legẽ Moyſi ⁊ reduxit populũ de egypto:vt patet in canonica Jude. c. vnico. ⁊ hoc rõne vnitatis ꝑſone:qꝛ eadẽ eſt perſona. ¶ Quartũ pricipiũ: ꝙ ſicut verbũ diuinũ aſſumpſit illã carnẽ ⁊ humanã naturã in vnitate ꝑſone vt in illa pateret:que quidẽ ꝑſona dicit vnus Chriſtus deus ⁊ hõ. Ita pariter ille Chriſtus aſſumpſit ⁊ vniuit ⁊ deſponſauit ſibi totã eccleſiã ⁊ vnitatẽ fideliũ in vnitatẽ corporis myſtici vt pro illa pateret:ita ꝙ Chriſtus ⁊ eccleſia dicitur vnus hõ myſticꝰ ⁊ vnus Chriſtꝰ myſticus: cuiꝰ caput eſt Chriſtus verus:⁊ corpus ſiue membra dicit tota eccleſia fideliũ: que per fidẽ ⁊ baptiſmũ eſt iſti capiti vnita ⁊ deſponſata:⁊ ſic Chriſtus dr̃ ſponſus ⁊ caput eccleſie. ¶ Unde eſt aduertẽdũ: ꝙ duo hoĩes ſunt capita ⁊ principia totius gñis humani. vnus. ſ. primus Adã fuit cã omnis peccati et miſerie ⁊ oĩs mali. ⁊ alter. ſ. Chriſtus fuit cauſa oĩs boni ⁊ oĩs gratie. Nam ſicut ille ex illo peccato oẽs interfecit ⁊ venũdedit:⁊ captiuitati ⁊ morti ⁊ miſerie ſubiecit:ita Chriſtꝰ ex ſuis meritis oẽs a predictis malis liberauit. Itaqʒ ſicut primꝰ homo fuit deſtructor ⁊ diſſipator totius generis humani per ſuũ pctm̃ ⁊ inobedientiã:ita Chriſtus ꝓpter ſuam obediẽtiã ⁊ meritũ fuit liberator/⁊ redemptor/⁊ reſtaurator totius generis humani. Nec ab alio potuit genus humanũ liberari:niſi a ſolo Chriſto me=
Xp̃s caput nrm̃. diatore dei ⁊ hominũ. ¶ Itẽ ſicut Chriſtꝰ eſt caput totius eccleſie ⁊ corporis myſtici/a quo formaliter deſcendunt oĩa genera gratiarũ ⁊ meritorũ in oĩa mẽbra ſua:ita eſt ſubiectũ penarũ ⁊ punitiõis ⁊ iuſtificationis oĩm noſtrorũ peccatorũ: qꝛ deus poſuit in eo iniquitates oĩm noſtrũ:⁊ languores noſtros ipſe tulit/⁊ dolores noſtros ipſe portauit: quo ad penã. Eſa. liij. inquantũ in eo fuerũt punita omnia peccata noſtra:⁊ in eo ſuimus oẽs conſepulti ⁊ crucifixi ⁊ mortui. ad Ro. vj. Imo deus pater fecit ipſum xp̃m ꝓ nobis pctm̃. i. ſacrificiũ ꝓ pctõ. ij. ad Corin. v. ⁊ ſic patet ꝙ Chriſtus nõ ſolum eſt caput noſtruʒ quo ad viuificãda/⁊ mouẽda ſua mẽbra per grãm ⁊ merita:ſed eſt ſubiectum noſtroꝝ omniũ peccatoꝝ/ quo ad punitionem ⁊ penam ⁊ iuſtificationem. Et iſto modo Chriſtus omnia peccata noſtra dicit eſſe ſua in multis pſalmis:⁊ hoc quo ad penã:vt in procedendo patebit. Nam non ſolum poſt peccatum Ade:ſed ab eterno deus pater ꝓpoſuit nõ per aliũ ſed ſolis meritis paſſionis ⁊ oratione Chriſti filij ſui genus humanũ reſtaurari:vt qđ Adã perdidit Chriſtus recuperaret. Hanc propoſitionẽ ⁊ principiũ ꝓbat Apoſtolus per totuʒ diſcurſum ad Rom. vnde dicit ꝙ oẽs in Adam peccauerũt ⁊ egent gratia dei:⁊ ꝙ non poteſt nobis a patre gratia ꝓuenire niſi per Chriſtum:quem prepoſuit propitiatorẽ pro omnibus ⁊ mediatorem. Et. j. ad Corin. xv. dr̃: ꝙ ſicut in Adã oẽs moriuntur:ita ⁊ in Chriſto omnes viuificabuntur: et ſic peccatum Ade fuit cau=
quītũ. ſa aduentus Chriſti in carnem. ¶ Quintum principium eſt ꝙ Chriſtus eſt finis ⁊ veritas legis ad iuſtitiam omni credenti. Ad Roma. x. Et per conſequens lex nihil aliud eſt niſi via in Chriſtum. Iteʒ lex nihil aliud eſt niſi ſignum veritatis complẽde in Chriſto: qꝛ tota lex et prophete fuit verifica=



ta in Chriſto:⁊ per conſequens ſicut Chriſtus fuit finis/ita fuit veritas legis. quia lex per Moyſen data eſt:gratia autem ⁊ veritas ꝑ Chriſtum facta
G eſt. Joan. j. ¶ Ad cuius intellectũ eſt notandum ſecundũ Aug. in libello:cur deus homo ꝙ poſtꝙ̃ deꝰ decreuit a principio hoĩem perditũ non redimere: nec liberare niſi per Chriſtũ filiũ ſuũ deũ ⁊ hoĩem: ideo illico eijciens ipſum de illa terreſtri paradiſo dedit ipſi legem nature:per quã tenderet in Chriſtũ redẽptorẽ ſuũ de virgine naſciturũ. Et hoc fecit deus vt Adã nõ ꝓpter inſtãtẽ miſeriã deſperaret:ſed ꝓpter Chriſtũ ſibi de ſua carne promiſſum: iam de ſuo ſueqʒ poſteritatis remedio de longinquo gauderet. Et ſic ab Adã ⁊ ſua poſteritate fidelium ſemper dñi ꝑſtolabat aduentꝰ. Unde dicit ꝙ deus Adã ex ciue fecit peregrinũ:mittẽs ipſum cũ tota ſua poſteritate ad Chriſtũ:vt ab eo redimeret. Sed iſta lex continue accepit aliquã perfectionem ⁊ augmentũ ad maiorẽ eius explicationẽ. vt patet per totũ diſcurſum vete. teſt. Nã in Noe cepit quedã ſacrificia ⁊ ꝑcepta. Et in Abrahã cepit circũciſionẽ. Et in Moyſe precepta moralia ⁊ cerimonialia ⁊ iudicialia. Ex quo patet ꝙ lex veteꝰ nihil aliud fuit:niſi via in Chriſtũ tanꝙ̃ in terminũ ⁊ finẽ: in quo ꝑfecit curſum ⁊ officium ſuum:⁊ nihil aliud fuit niſi ſignum veritatis cõplete in Chriſto. Item ſecũdo patet. ꝙ lex vetus nõ erat gratia ſui:ſed grã Chriſti futuri cuius erat via. Probatur:nam via et curſus non agitur grã ſui. ſed grã termini ⁊ finis
Nota qño tota lex eſt de xp̃o intelligẽda. ad quẽ tendit:quia ſignũ non eſt gratia ſui:ſed grã ſignificate veritatis. Tertio ſequit ꝙ tota lex ⁊ quelibet pars ſui eſt principaliter intelligẽda ⁊ gloſſanda de Chriſto ⁊ eccleſia. Probat. qꝛ tota lex vetus/⁊ quelibet pars ſui erat ſignũ ⁊ figura ⁊ prenũciatio de Chriſto ⁊ eccleſia:vt inquit Augu. contra Fauſtũ. ⁊ lib. de Cathecizandis rudibꝰ. ergo principaliter eſt intelligẽda de Chriſto ⁊ eccl̃ia cuiꝰ erat via/⁊ cuiꝰ erat ſignũ ⁊ figura ⁊ officiũ. Quarto ſequitur. qđ oẽs patres ⁊ fideles vete. teſt. tẽdebant in Chriſtũ:vt in eo acciperẽt repromiſſiones:et ꝑ cõſequẽs magis ſaluati ſunt ꝑ fidẽ Chriſti/ꝙ per opa legis. qꝛ nõ exercebãt opera legis niſi ꝓteſtãdo fidem Chriſti futuri. Scđo eſt notandũ. qđ ſicut deus remiſit Adam ⁊ oẽs fideles vete. teſt. ad Chriſtũ:vt ab eo redimerent in primo aduẽtu:ita Chriſtus remiſit ſuos ad ſecundũ aduẽtum:vt ab eodẽ glorificarent. Nã ſicut ꝑ primũ aduẽtũ promiſſa eſt fidelibus per Chriſtũ redemptio:ita nobis iam redẽptis promiſſa eſt ꝑ eundẽ Chriſtũ in. ij. aduentu gloria ⁊ beatificatio. iam enim redẽpti tendimus in Chriſtum vt glorificemur. expectamus eñ eũ a nuptijs reuerſurum:vt ptʒ per totũ diſcurſum euãgelicũ. Ex quo ptʒ qđ vtraqʒ lex eſt via in Chriſtuʒ ⁊ Chriſtus eſt finis vtriuſqʒ legis. ſ. ve. vt redemptor/⁊ no. le. vt glorificator ⁊ beatificator. ⁊ ſic vtraqʒ lex eſt de Chriſto. Ideo dicit Caſſiodorus ⁊ Hugo:quod Chriſtus vt Chriſtus/eſt obiectũ/⁊ ſubiectum totius nr̃e theologie ⁊ ſacre ſcripture. vnde dicit Aug. ſuper Joannẽ. qđ que in tota ſacra ſcriptura et in qualibet eius pte nõ intelligit Chriſtũ nihil intelligit. ¶ Sextũ principiũ eſt:qđ Chriſtus
Sextũ deus et hõ nõ ſolũ eſt caput ⁊ ſpõſus eccl̃ie ⁊ finis vtriuſqʒ legis:ſed etiã eſt mediator dei ⁊ hoĩm. prime Timo. ij. Et ratio eſt. Nã poſtꝙ̃ Chriſtus tenet mediũ inter deũ et hoĩes inquãtũ hõ:oportet etiã qđ ſit mediator in oĩbus. Nã licet inꝗtũ deus ſit equalis patri:tñ eſt minor ſcđm humanitatem. Et inquantũ homo eſt maior et melior omni hoĩe:tuʒ ratione naturalis excellentie et vnionis ad verbũ: tũ quia inter oẽs mortuos liber in natura ⁊ in ꝑſona. tũ quia plenus grẽ ⁊ veritatis. Ex quo ptʒ qđ tenet mediũ inter deũ ⁊ hoĩes. et per conſequẽs in oĩbus debet eſſe medius. ¶ Ad cuius euidẽtiam eſt notandũ. qđ Chriſtus ſeptẽ modis eſt mediator et mediũ inter deum ⁊ hoĩes. Nã primo medius eſt ꝓpitiator/⁊ interceſſor/⁊ recõciliator inter nos et patrem. ad Ro. iij. ⁊ v. Scđo eſt medius fideiuſſor: qꝛ pro oĩbus ſoluit pctm̃/⁊ ſe obtulit hoſtiã deo placentem. ad Ro. xij. Tertio fuit medius interpres: qꝛ nobis interꝑtatꝰ eſt totã legẽ et ꝓphetas ſicut promiſſum fuerat Moyſi. Deute. xviij. Prophetã ſuſcitabo de medio fratrũ tuorũ ſimilẽ tui. et ponã verba mea in ore eius. loqueturqʒ ad eos quecunqʒ dixero tibi. et hoc impleuit Chriſtꝰ Matth. v. exponẽdo legẽ. Itẽ Luce. xxiiij. incipiẽs a Moyſe et ꝓphetis interpretabat duobꝰ diſcipulis oĩa que de ipſo ſcripta erãt. Unde Joannes vidit Apoca. v. librũ ſcriptũ intus et foris:⁊ ſigillatũ ſeptẽ ſigillis: quẽ nemo fuit dignus aperire:nec ſoluere ſeptẽ ſignacula eius:niſi ſolus agnus qui occiſus eſt:ille eñ accepit librũ de dextera ſedẽtis ⁊ ſoluit ſignacula eiꝰ vt patet ibidẽ. Ille etiã liber eſt liber legis ⁊ ꝓphetarũ ſcriptꝰ foris ſcđm ſenſum literalem. et ſcriptus intus ſecundũ ſenſum ſpũalẽ ⁊ ꝓpheticũ cõtinens ſub ſeptẽ ſigillis ſeptẽ myſteria ꝓfundiſſima de Chriſto ⁊ eccl̃ia. ſ. myſteriũ incarnationis et predicatiõis et paſſionis et reſurrectionis/ ſpũs ſancti miſſionis et gentilium cõuerſiõis et vltime glorificationis. Hec ſeptem myſteria in lege veteri clauſa:ſolus Chriſtus nobis reſerauit. Et ideo dixit Joã. xvij. Pater manifeſtaui nomẽ tuũ hoĩbus. Item huius libri et maxime libri pſalmorũ in quo tota ſacra ſcriptura continetur:ſolus Chriſtus habet clauẽ Dauid:qui aperit et nemo claudit:claudit et nemo aperit. Apo. iij. Ex quo patet qđ ſolus Chriſtus fuit verus interpres legis inter nos et patrẽ. Quarto Chriſtus dicitur mediꝰ diſpenſator et procurator ⁊ diſtributor bonorũ patris. nã ipſe diſtribuit nobis bona grãrũ et ſacramẽtorũ:⁊ finaliter bona glorie. vt patet Matth. xx. Nã pater dicet Chriſto procuratori et diſpẽſatori ſuo:voca operarios/et redde illis mercedem de denario diurno. Quinto dicitur mediꝰ ductor:quia nemo venit ad patrẽ:niſi per Chriſtum Joan. xiiij. nec poteſt introire ouile ouium. niſi ꝑ Chriſtũ qui eſt oſtiũ ouilis Joã. x. quia quos pater ab eterno ꝑdeſtinauit: hos Chriſtus ex tpe vocauit et iuſtificauit. ad Ro. viij. Sexto. Chriſtus eſt medius iudex inter deũ et hoĩem. nam pater non iudicat queꝙ̃:ſed omne iudiciũ dedit filio Chriſto:qꝛ filius hoĩs eſt. Joan. v. Septimo. Chriſtus eſt medius beatificator et glorificator:et ratio eſt. Nam ſicut eſt medius diſpenſator ⁊ dator gratiarũ. ita eſt medius dator ꝑmiorũ Item ſicut deus per Chriſtũ vocauit/et iuſtificauit quos ipſe ab eterno ꝑdeſtinauit:ita oportet vt per Chriſtũ iuſtificatos glorificet ⁊ beatificet ⁊ magnificet. Ex quibus omnibus patet qđ Chriſtꝰ in omnibus eſt mediator dei et hominũ quia eſt medius interceſſor et fideiuſſor et interpretator et diſpẽſator et ductor et iudex et beatificator:qđ eſt ſextum

Margin (beside "tenet mediũ inter deũ ⁊ hoĩes"): M xp̃s ſeptẽ modis eſt mediator.

generale principiū: qđ neceſſe eſt quēlibet docendum habere in theologia: ſine quo ſacra ſcriptura nullo modo bene pōt intelligi. ¶ Septimū principiū eſt: ꝙ ſicut Chriſtus eſt caput eccleſie/⁊ oīm fideliū a quo deriuat̃ omnis virtus/⁊ gr̃a in omnia mēbra eius: ita diabolus eſt caput ⁊ principiū oīm malorū ⁊ omniū infideliū ⁊ obſtinatorū ⁊ perfidorū hominū: ⁊ oēs infideles ⁊ obſtinati ſunt mēbra diaboli a quo ꝓuenit eis perſuaſiue oīs iniquitas ⁊ malitia. Unde ſicut ex Chriſto ⁊ eccleſia fidelium conſtituit̃ vnū corpus myſticum tanꝙ̄ ex capite ⁊ mēbris iuſtorū: ita ex diabolo ⁊ eccleſia ſiue ſynagoga ſathane ⁊ obſtinatorū cōponit̃ vnum corpus diabolicū. Et ſic quandoqꝫ diabolus dicit̃ homo. Matthei. xiij. Inimicꝰ homo hoc fecit. ⁊ malus homo etiam dicitur diabolus. Joan. vj. Unus veſtrū diabolus eſt. Quia etiam cōmunicātur in eis idiomata ſicut in corpore Chriſti myſtico. Et etiam mali homines dicuntur filij diaboli. Joā. viij. Uos ex patre diabolo eſtis.

## ¶ Secundum Capitulum.

K xp̄s dr̄ liber ſcriptꝰ

Quantum ad ſecundū capitulum huius tertij tractatus eſt aduertenduꝫ ꝙ ſicut liber ſacre ſcripture vete. teſt. dicitur propoſitio/ſiue propoſitiones ex quibus eliciuntur ⁊ inferuntur concluſiones euangelice: vt dictum eſt in primo tractatu: ita pariter dicit̃ liber ſcriptus intus ⁊ foris ſignatus ſeptem ſigillis ſub quibus latēt ⁊ clauduntur ſeptem principalia myſteria euangelica noui teſtamenti ſcripta intus. i. ſub iſtis ſeptē ſigillis. ſcilicet myſterium trinitatis: incarnationis: ⁊ predicationis Chriſti: ⁊ paſſionis ⁊ reſurrectionis: ⁊ legis euangelice publicationis: ⁊ vltimi iudicij ⁊ noſtre glorificationis. Hec enim myſteria erant ſigillata in veteri teſtamento ſub ſignis ⁊ figuris ⁊ vaticinijs in libro legis ſcripto intus ⁊ foris. ⁊ maxime latebant in libro pſalmorum. in quo tota lex ⁊ prophete cōtinentur. quem librum nemo fuit dignus aperire/nec ſoluere ſeptem ſignacula eius niſi ſolus Chriſtus agnus qui occiſus eſt: vt patet Apocalyp. v. eo ꝙ ipſe ſolus Chriſtus habet clauē Dauid/qui aperit ⁊ nemo claudit: ⁊ claudit ⁊ nemo aperit. Apocalypſis. ij. quam quidem clauem Chriſtus cōmunicauit apoſtolis ⁊ diſcipulis in die Pētecoſtes: conferendo dona ſpiritusſancti: ⁊ communicauit beato etiam Auguſtino/⁊ ceteris ſacris doctoribus ad aperienda myſteria ſacre ſcripture. Et ideo ſicut fuerunt neceſſaria ſeptem principia aſſignata in primo capitulo huius tractatus ad probādas propoſitiones ſacre ſcripture veteris teſtamenti: ita pariter oportet aſſignari aliquas claues ad aperiendum librum ſacre ſcripture ſcriptum intus ⁊ foris: et ad ſoluenda ſeptem ſignacula eius: ⁊ ad detegenda ſeptem myſteria euāgelica in eo clauſa. Et ideo Thiconius Donatiſta poſt eius correctionem conatꝰ eſt aſſignare ſeptem regulas: quas claues vocauit ad aperiendas omnes ſcripturas: vt narrat Aug. iij. de doctrina Chriſtiana: quas regulas correxit Auguſt. oſtendens in multis deficere/⁊ in multis ſuperfluere. Et ideo ex intentione et doctrina Augu. in libris de doctrina chriſtiana/⁊ in plerisqꝫ locis aſſignabimus decem regulas: que magnam partem conferent ad intelligendas ſacras ſcripturas: ⁊ maxime myſteria clauſa in libro pſalmorū: quorum prima erit de perſona ⁊ eſſentia. ſecūda de Chriſto deo ⁊ homine: tertia de Chriſto capite ⁊ eius corpore myſtico. quarta de natura ⁊ gratia. quinta de ſpū ⁊ litera. ſexta de ſenſu verborum in quo fiunt. Septima de vnitate legis ⁊ corporis myſtici. Octaua de diabolo ⁊ eius corpore. Nona de ſpecie ⁊ genere/ſiue de toto ⁊ parte. Decima erit de tropis ⁊ figuris grāmaticalibus.

### ¶ Prima Clauis.

L Nota de pſona ⁊ eſſentia

Prima ergo regula eſt de eſſentia ⁊ perſona. Nam cū deus ſit trinus ⁊ vnꝰ: vt dictū eſt in ſecundo principio: et vna perſona diſtinguatur ab alia realiter: vt inter ſe opponuntur: ſed vt comparātur ad diuinam eſſentiā/ſunt vna ſubſtātia ⁊ vnus deus: ideo opera trinitatis ad extra ſunt indiuiſa: quia tunc perſona nō agit vt relatiua perſona: ſed vt deus ⁊ eſſentia. Et ſic talia opera dicuntur eſſentialia: qꝛ oēs tres perſone concurrūt puta ad creandū ⁊ miſerendum. Sed pſona cū agit ab intra comparata ad aliā: tunc agit vt pſona: ⁊ tunc diſtinguitur ab alia: vt generare cōuenit ſoli patri: ⁊ generari ſoli filio ⁊ ſpirare cōuenit vtriqꝫ: ſpirari vero conuenit ſoli ſpiritui ſancto. Et ideo eſt valde attendēdum in legēdis ⁊ exponēdis ſacris ſcripturis/qū eſt actus eſſentialis/⁊ qū pſonalis. Unde quādo dicit̃ in principio Gen̄. in principio creauit deus celum ⁊ terram: ly deus ſtat eſſentialiter: eo ꝙ creare eſt actꝰ eſſentialis. Et ſic cōuenit toti trinitati inquātū deus. Itē qū dicitur Exo. iij. Ego ſum deꝰ Abraham: deus Iſaac ly deus ſtat eſſentialiter. Sed qū dicit̃ pſalmo. ij. Dn̄s dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te. ly Dn̄s ſtat perſonaliter: qꝛ pro perſona patris tm̄: eo ꝙ dicere ⁊ generare eſt actus perſonalis ⁊ notio ipſius patris. Et ly ad me ſtat pro perſona filij: ad quā loquit̃ pater. Nā patrē dicere ad filiū: filius meꝰ es tu ⁊c. nihil aliud eſt/niſi patrem dicendo filium generare: vt magis ibidem patebit: ⁊ per eandē rationē pſalmo. cix. cū dicitur. Dixit dn̄s dn̄o meo. ly dominus ſtat pro pſona patris: ⁊ ly dn̄o ꝓ pſona filij: qꝛ opa trinitatis ſunt diuiſa ab intra. Itē per eandē rationem cū dicit̃ pſalmo. xliiij. Sedes tua deus in ſeculū ſeculi: ly deus ſtat pro pſona filij: ꝓpter illud qđ ſequit̃. Propterea vnxit te deus deus tuus. Nā ly deus primo memoratus/eſt vocatiui caſus: ⁊ ponitur pro perſona filij qui eſt vnctus: ⁊ ly deus in ſecundo loco ponit̃ pro perſona patris qui eſt vngens filium: ⁊ ſic memoratur deus pater vngēs: ⁊ deus filius vnctus/⁊ ipſa vnctio que eſt ſpiritus ſanctus ab vtroqꝫ procedēs. q. d. O deus fili/ ꝓpterea deꝰ pater tuꝰ vnxit te ineternum. Ex quo patet quod ly deus vtrobiqꝫ ſtat perſonaliter ⁊ non eſſentialiter. Item Eſaie. xlviij. cum dicit̃. Et nunc dn̄s deus meus miſit me ⁊ ſpūs eius: ly dn̄s miſit/ſtat pro pſona patris: ⁊ ly me/pro perſona filij: ⁊ ly ſpūs eius: pro pſona ſpūs ſancti: et ſic exprimit totum myſterium perſonarū diuinarum. Item Zacha. ij. cum dicitur. Exulta filia Sion: quia ecce ego veniam: ⁊ habitabo in medio tui: ⁊ tunc cognoſces ꝙ dominus miſit me vt predicarem tibi: ly dn̄s ſtat pſonaliter ꝓ pſona patris mittentis: ⁊ ly me pro pſona filij miſſi ⁊ ſic in plerisqꝫ locis ſacre ſcripture exꝓmit̃ myſteriū diui-



narum perſonarū. Sed iudei ceci ⁊ obſtinati ignorantes ⁊ nō preſupponētes ſupradictū ſcđm principiū/precipitant̃ in diuerſas ⁊ varias ⁊ falſas expoſitiones. Itē Arriani ignorātes ſupradictū principiū diuiſerūt ſubſtantiā diuinarū perſonarū: ⁊ iō fidelis ⁊ prudens lector attēdat tales locutiones quando ſunt eſſentiales ⁊ quando perſonales.

### ¶ Secunda clauis.

M Quō xp̄s eſt deꝰ et homo.

Secunda regula eſt de Chriſto deo ⁊ homine: ſiue de forma dei/⁊ forma ſerui in xp̄o. Unde cū xp̄s ſit verus deus ⁊ homo. ſ. deus/inꝙ̄tū habet naturā ⁊ formā dei: et homo inꝙ̄tū habet naturam ſiue formā hoīs in eadē pſona ideo cōmunicant̃ in eo idiomata vt dictū eſt in tertio ⁊ quarto principio: ⁊ iō debet aduertere fidelis lector/qū xp̄s loquit̃ in forma dei: ⁊ qū in forma hoīs: ⁊ qū fit de eo locutio/inquātū eſt homo/ſiue inquātū deus. Nā multa verificant̃ de ipſo/inquātū hō tantū: vt ibi/ In manus tuas dn̄e cōmēdo ſpūm meū. Itē ibi. Reſuſcita me ⁊ retribuā eis. pſal. xl. Et ſic vtrobiqꝫ loquit̃ Chriſtus in forma ſerui ⁊ inquātū homo. Sꝫ qn̄qꝫ loquit̃ in forma dei/⁊ inquātū deꝰ: vt. ibi: Clarifica me pater ea claritate quā habui anteꝙ̄ mundus fieret. Joan. xvij. Itē ibi. exiui a patre/ ⁊ veni in mundū. Joā. xiiij. Itē ibi. Anteꝙ̄ Abrahā fieret ego ſum. Joā. viij. Itē multa verificantur de xp̄o ratione vtriuſqꝫ nature: vt ibi. Oīa ſubieciſti ſub pedibus eius. pſal. viij. Itē ibi. Sede a dextris meis.

Nota. pſal. cix. Unde oēs tres modos cōprehendit Apl's ad Phi. ij. Nā cū dicit. Hoc enī ſentite in vobis qđ et in Chriſto Ieſu: qui cū in forma dei eſſet: nō rapinā arbitratꝰ eſt ſe eſſe equalē deo: hoc verificat̃ de xp̄o vt deꝰ. Sꝫ poſtea cū ſubdit/ Humiliauit ſeipſum obediēs vſqꝫ ad mortē: ꝓpter qđ deꝰ exaltauit illū: hec verificant̃ de Chriſto inꝙ̄tū homo: qꝛ inꝙ̄tum homo ſe humiliauit vſqꝫ ad mortē: ⁊ inꝙ̄tū homo ſuſcitauit pater: ⁊ exaltauit illum. Sed totū illud qđ ſequit̃: Dedit illi nomē qđ eſt ſuꝑ omne nomen vt in nomine Ieſu omne genu flectat̃: verificat̃ de Chriſto ratione vtriuſqꝫ: qꝛ inquātū deus ⁊ homo habet vniuerſale dn̄ium ⁊ principatū: ſꝫ ſimul adoratur ⁊ glorificat̃ humanitas cū diuinitate vna latrie adoratione: qꝛ vna eſt pſona in duabꝰ naturis ⁊ ecōtra. Et ſic prudenter aduertat lector tales locutiones in ſacra ſcriptura: qū fiunt ⁊ verificant̃ de xp̄o in forma ſerui. Unde Arrius ignorās hoc principium ⁊ hanc regulā fuit turbatus ⁊ deceptus in illa locutione Chriſti qū dixit. Uado ad patrē: qꝛ pater maior me eſt. Joā. xiiij. Et ſic aſſeruit Arrius ꝙ Chriſtus nō erat cōſubſtantialis patri. vn̄ neſciuit diſtinguere quō filius eſt equalis patri ſcđm diuinitatem/⁊ minor patre ſcđm humanitatē. Et quō filius loquebat̃ ibi in forma ſerui/⁊ inquantū homo/⁊ nō inquantū deus. Ideo aduertat lector.

### ¶ Tertia clauis.

de xp̄o capite ⁊ eius corpore myſtico.

Tertia regula eſt de xp̄o myſtico. ſ. de Chriſto capite ⁊ eiꝰ corpore quod eſt eccleſia/quā Chriſtus ſibi vniuit per fidē in vnitate myſtica: vt dictum eſt in quarto principio. vn̄ tāta eſt vnio xp̄i ad ſuam eccleſiā/quā ſibi vniuit per fidem ⁊ charitatem/ꝙ totaliter voluit ꝑ charitatē transformari in ſua mēbra: intantum, ꝙ communicātur idiomata.

¶ Unde Chriſtus qn̄qꝫ ſe nominat peccatorem: ⁊ pctā mēbrorum dicit eſſe ſua: nō ꝙ ipſe fuit formalr̄ peccator quātum ad culpā: ſed ꝙ̄tū ad penā: qꝛ ꝓ ſuis mēbris peccatoribus pati voluit: ⁊ voluit in ſe aſſumere penā peccatorū mēbrorū ſuorū/⁊ ſic pctā membrorū ſuorū dicit eſſe ſua: nō quo ad culpā: ſed quo ad penā ꝙ̄ pro eis voluit pati: vt mēbra ſua a morte ⁊ pena ꝑpetua liberaret. Et ſic eſt aduertendum quō fiant tales locutiones in ſacra ſcriptura. vnde Apl's paulus/⁊ Augu. appellāt vnū xp̄m myſticū/totū aggregatū ex chriſto capite ⁊ tota ſocietate fideliū membrorū. Et ſic in toto iſto corpore ſiue xp̄o myſtico aſſignant̃ tres nature. ſ. vna diuina ⁊ eterna/altera humana perſonalr̄ verbo ex tp̄e vnita/⁊ altera peccatrix ⁊ corrupta in Adā/que eſt xp̄o capiti myſtice vnita. q̄ ꝙ̄dē licet nō ſit altera ſcđm ſpēꝫ ab humanitate Chriſti: tm̄ eſt altera ſm̄ cōditiōem/ qꝛ iſta libera/⁊ immunis ab omni pctō/nō ex opere Adā traducta: illa aūt in Adā corrupta ⁊ ſauciata. ¶ Et iō eſt aduertēdū: ꝙ qn̄qꝫ totꝰ xp̄s myſticus intreducit̃ ad loquēdū in pſalmis. Sed qn̄qꝫ loquitur ratiōe nature diuine q̄ eſt in capite. vt ibi. Dn̄s dixit ad me filiꝰ meus es tu/ego hodie genui te. Et qn̄qꝫ loquit̃ ratione humane nature/libere ⁊ pſonaliter aſſumpte: vt ibi: Dn̄e nō eſt exaltatū cor meuꝫ. ⁊ ibi. In capite libri ſcriptū eſt de me: vt faciā voluntatē tuā. ⁊ ibi. Uide ſi via iniquitatis in me eſt. qꝛ tales locutiones nō poſſunt verificari: niſi de Chriſto vero pro humanitate perſonaliter aſſumpta ſine macula ⁊ ſine peccato: de quo dicit̃: Solus inter mortuos liber. ſed qn̄qꝫ loquit̃ Chriſtus in perſona mēbrorū ſuorū: ⁊ ratione nature corrupte in membris myſtice ſibi vnitis: vt ibi. Longe a ſalute mea verba delictorū meorū. ⁊ ibi: Nō eſt ſanitas in carne mea a facie peccatorū meorū. ⁊ ibi. Delicta mea a te non ſunt abſcōdita. Que quedem peccata dicit Chriſtus eſſe ſua nō quo ad culpā/ſed quo ad penā: Igitur Chriſtus caput nō ibi loquit̃ in pſona ſui: nec pro natura pſonaliter aſſumpta: ſed in perſona mēbrorū/⁊ pro natura eorū corrupta. Que quidem mēbra aſſumpſit Chriſtꝰ in vnitate myſtica ꝑ fidē ⁊ charitatē vt dictū eſt. Ideo talis charitas cogit ſic loqui Chriſtū ꝓ mēbris ſuis. Et iō prudēter aduertat fidelis lector tales locutiones in tota ſcriptura maxime in libro Pſal. vbi magis frequentant̃. Unde qꝛ ceci ⁊ obſtinati Iudei ignorant hoc principiū ⁊ hanc regulā: ideo incidunt in ꝑcipitia irremeabilia. Nā qui hoc principio caret/ impoſſibile eſt vt poſſit attingere intelligētiam libri Pſalmorum.

### ¶ Quarta clauis.

N No. de corruptione ⁊ gr̃a.

Quarta regula eſt de natura ⁊ gratia. Nam dictū eſt in quinto principio ꝙ tota natura humana fuit corrupta in Adā: ſicut probat Augu. in lib. de natura ⁊ gratia/⁊ de perfectione iuſtitie hominis/⁊ hypognoſtico per oēs quatuor rn̄ſiones ⁊ in oībus libris quos fecit cōtra pelagianos: in quibus diſputat ⁊ ꝓbat ꝙ taliter fuit tota natura humana ſiue caro in Adā corrupta ⁊ ſauciata fomite peccati: ꝙ nullus homo ex tali natura vitiata a primis parentibus ꝑ libidinoſam gn̄ationē traducta poteſt vitare peccatū/nec poteſt facere bonum/nec implere diuina precepta: niſi talis natura ſic corrupta ꝑ gratiā Chriſti ſanetur. Unde dicit ibi: ⁊ in

homilia de publicano/⁊ phariſſeo: ꝙ nullū eſt peccatū, qḋ fecit hō/ qḋ nō faciat alter homo/ niſi iuuetur a deo/ a quo factus eſt homo. Hoc idem dicit libro de nuptijs. Hoc eñ fundamentū ſumit Augu. ab Apl'o ad Ro. vij. vbi dicit Apl's. Inuenio legem in membris meis repugnantem legi mētis mee: et qḋ nolo hoc facio ⁊c. quis me liberabit a corpe mortis huius? Et reſpondet dicens. gr̃a Chriſti. Et ſic dicit Apl's ꝙ nos participamus duos hoīes. ſ. primum Adā/ ⁊ Chriſtū: qꝛ ab illo traximꝰ naturā corruptā ⁊ omne malū ⁊ peccatū: ⁊ a ſolo Chriſto oēm gr̃am. Vñ dicit Apl's. j. ad Corin. xv. Sicut in Adā oēs moriūtur/ ita ⁊ in Chriſto oēs viuificabunꝰ. Et ideo dicit Augu. in locis ſupra allegatis: ꝙ aliter eſt loquendū de natura humana corrupta in Adā: derelicta in ſeipſa: ⁊ aliter eſt loquēdum de eadem humana natura ꝓut eſt adiuta per gratiaꝫ Chriſti in quolibet hoīe. Nā nullus hō derelictꝰ in ſua natura corrupta ſine gr̃a Chriſti pōt vitare pctm̄/ nec facere bonū/ niſi iuuetꝰ per gratiā Chriſti: qḋ nō eſt intelligendū abſolute ⁊ preciſe de gratia gratum faciēte. Nā multoties aliquis peccator exiſtēs in vno pctō. ſ. in adulterio vel ſimplici fornicatione: vitat aliqḋ pctm̄. ſ. homicidiū/ aut furtū ⁊ nō habet gratiā gratificantē: ſed hoc nō pōt facere ſine aliqua gr̃a ſpecial'r gratis data: vt in ſuis locis diceꝰ. Et ideo dicit Augu. ꝙ alique propoſitiones ſiue locutiōes verificanꝰ in ſacra ſcriptura de homine ſm̄ naturam corruptam: que non ſunt vere de perſona adiuta per gr̃am chriſti. Nā illa eſt vera ſm̄ Apl'm. Oēs declinauerūt/ inutiles facti ſunt/ nō eſt qui faciat bonū. Sed hoc eſt intelligendū ſm̄ naturā corruptā ⁊ vitiatā in quātum ſunt filij Adā: ⁊ ab eo habent naturam vitiatam/ niſi iuuarenꝰ per gratiā: ſed iſta nō abſolute eſt vera: qꝛ multi adiuti ꝑ gratiam Chriſti/ ſicut virgo maria ⁊ Joā. bap. ⁊ ſctūs Nicolaus/ ⁊ multi ſancti non cōmiſerunt illa crimina ⁊ ſcelera que in illo pſal. xiij. ſcribunꝰ. ſ. Sepulcrū patēs eſt guttur eoꝝ: qꝛ nō fuerūt mēdaces/ nec blaſphemi/ nec homicide: ⁊ ideo additur ibi. Dñs reſpexit ſuꝑ filios Adā/ ſiue ſuꝑ filios hoim̄: ad denotandū ꝙ oēs hoīes in quātū ſunt filij Adā ⁊ filij hoim̄/ habēt huiuſmodi vitiatā naturā: ſed cū hoc ſtat ꝙ poſſunt ꝑſeruari ⁊ liberari ꝑ Chriſtū a tali peſte: ⁊ ideo cōcludiꝰ in fine pſal. Quis dabit in Sion Salutare Iſrael? q. d. Quis pōt hoīeꝫ liberare a talibus criminibꝰ. Rñdet ꝙ Chriſtus faciet hoc: cū auerterit captiuitateꝫ ⁊c. Et ideo dicit Aug. ꝙ ratiōe nature corrupte dicitur. Impulſus euerſus ſum vt caderem: ſed ratiōe nature per gratiam adiute diciꝰ/ quid retribuā dño ꝓ oībus que retribuit mihi. Et iſta eſt vera per naturam/ oēs in adam peccauerunt: quia oēs in eo venundati ſunt pctō: quia oēs filios naturales ſuo pctō obligauit. Sed iſta eſt vera per gratiam/ in Chriſto oēs viuificabuntur. ¶ Et ideo eſt aduertendū/ ꝙ quedā vocales locutiones ſunt intelligēde ꝑ notā ſufficiētie vt iſta/ omnes in Chriſto viuificabūtur. i. ꝙ paſſio Chriſti fuit ſufficiens ſaluare oēs/ niſi qui obſtinatus reſiſtat. Et ſic ſunt intelligēde ſimiles locutiones. Ex ſupradicto fundamento probat Augu. lib. de natura ⁊ gratia: ⁊. ij. de bap. paruulorū ꝙ ſolus Chriſtus eſt liber a peccato per naturam: ceteri autem ſunt obnoxij peccato per naturam corruptam: ſed omnes poſſunt liberari per gratiā Chriſti preuenientem/ aut ſubuenientem ⁊c.

Caue hic ⁊ vi ḋ Sco. in. ij. diſt. xxviij.

Eſt tñ aduertendū: ꝙ humana natura tripliciter pōt ſumi in ſcriptura. Uno modo ꝓ ipſa eſſentia ⁊ natura ſpecifica. Scḋo ꝓ ipſa ſola carne traducta ſucceſſione ex primis parentibꝰ ꝑ libidinoſam gñationē. Tertio mō ꝓ tota deſcēdētia ⁊ gñatione oīm hominū deſcēdentium ab Adā primo hoīe per naturalē gñationē. Primo modo natura humana reſpicit verbū diuinū ⁊ ideā/ ad cuiꝰ ſilitudinem eſt ꝓducta: et ſic diciꝰ valde bona. Geñ. j. Scḋo aūt ⁊ tertio mō dicitur natura humana corrupta in Adā. Nā primi parentes tranſtulerūt in filios carnē libidinoſam ex pctō/ in qua erat peccatū ſeminaliter ⁊ materialiter: ſicut ignis in ſilice/ ⁊ mors in arſenico venenoſo: que quidem caro ſic morbida morbo cōcupiſcētie ꝑ ſolū cōſortium creat pctm̄ originale in aīa: ⁊ ꝑ cōſenſum deliberatū creat actuale in volūtate.

Q. Humana natura tripl'r capiꝰ.

¶ Quinta Clauis.

QUinta regula ſiue clauis ad aperiendū librū ſacre ſcripture ſcriptum intus ⁊ foris ⁊ ſigillatum ſeptem ſigillis: eſt regula de ſpiritu ⁊ litera de qua fecit Aug. ſpecialem librū. Que quidē regula qꝛ eſt neceſſaria toti ſacre ſcripture ⁊ cuilibet eiꝰ pti: iō nō pōt eſſe breuis. ¶ Et iō ſunt notāde quedā doctrine ad eiꝰ explicationē. Quarū prima eſt Auguſtini in primo de doctrina chriſtiana: ⁊ adduciꝰ a magiſtro lib. j. diſt. j. ꝓ fundamento totius ſui opis. ſ. ꝙ in hoc differt ſacra doctrina theologica ab oībus ſciētijs hūanis: nā oīs ſcīa hūana vel eſt rerū vel ſignorū tm̄: ſed ſacra doctrina eſt rerū ⁊ ſignorū ſimul. Verbi gr̃a: nā ſcīe rōnales ſicut eſt grammatica ⁊ logica/ ſunt ſignorū tantum: nā grammatica cōſiderat nomina/ ⁊ verba/ ⁊ ceteras partes orationis: ꝓut ſunt tm̄ ſīna: quia tantū cōſiderat hoc nomen homo/ prout eſt cōis generis/ ⁊ habet duas ſyllabas primam breuem/ ⁊ aliā indifferentem: ⁊ prout ſignificat ſubſtantiam a qua actus verbi egreditur: ⁊ ꝓut ſimul cū verbo facit orationē perfectā: ⁊ quomodo iſta oratio: homo eſt animal: eſt oratio cōgrua: qꝛ conuenit nomen cum verbo in numero ⁊ in ꝑſona ⁊ in debita rectitudine. Logicus aūt cōſiderat eandē orationem/ prout poteſt eſſe propoſitio premiſſa cū alia/ ad inferendā concluſionē: et prout cum alia ꝓpoſitione pōt formare ſyllogiſmum. Ex quo ptꝫ: ꝙ iſte due ſcientie ſunt ſignorū tm̄: ⁊ ideo dicunꝰ rationales. Sꝫ ſcīe reales ſunt rerū tm̄: nā Phyſica conſiderat hoīem ſignificatum per hoc nomen. in quantū homo habet formam in materia: ⁊ componitur ex aīa rōnali/ ⁊ corpe phyſico organico ⁊c. Et ſic eſt dicendum de Mathematica/ que cōſiderat formas ꝑter materiā ſenſibilem. Et de Metaphyſica que ꝯſiderat eſſentias rerū ꝑter oēm motū. Ex quo ptꝫ: ꝙ oīs doctrina humana vel eſt rerum tantū/ vel ſignorū tātū. Sed doctrina theologica. ſ. ſacra ſcriptura maxime vete. teſta. eſt ſimul rerum ⁊ ſignorū: ⁊ ponit exemplū Augu. de illo ligno qḋ moyſes intinxit in aquis Marath ⁊ dulcorauit eas cū eſſent amariſſime: ⁊ reddidit eas potabiles filijs Iſrael: qui tribus diebus ambulauerant per ſolitudinem non inuenientes aquā: vt patet Exod. xv. per qḋ lignū ſignificabaꝰ ⁊ figurabaꝰ humanitas Chriſti ſeu lignū crucis: nā cū totum genus humanū ambulaſ-

Ro. de ſpū et lr̃a.

R Theologia q̃n diſfert ab alijs ſcientijs.

Inductio notāda ḋ xp̄i cruce ⁊ baptiſmo



ſet ꝑ ſolitudinē huiꝰ mūdi tribus diebus: ſcꝫ in lege nature ⁊ in lege Moyſi/ non reperit aquam ſalutarē gratie. Et ſic ſitiēs ꝑuenit ad Chriſtū in tertio die mūdi. Chriſtus aūt intinxit humanitatē et carnē ſuā in aqua Jordanis ꝑ baptiſmū: ꝑ cuiꝰ contactū ꝑbuit virtutē regeneratiuā aquis baptiſmalibus: ⁊ remouit oēm amaritudinē peccati ab aīa noſtra ⁊ refecit fideles per aquas baptiſmales dulcoratas ꝑ ꝯtactū carnis Chriſti: ⁊ ꝑ intinctionē ligni crucis: qꝛ non fit baptiſmus ſine ſigno crucis ⁊ inuocatione ſancte trinitatis. Ex quibus ptꝫ ſcḋm Aug. ꝙ theologus fidelis dupliciter conſiderat illud lignū ⁊ illud myſteriū dulcorationis aquaruꝫ Marach. Primo ꝓut fuit quedā res realiter geſta. Scḋo ꝓut illud lignū ⁊ illa dulcoratio fuit ſignum ⁊ figura Chriſti ⁊ ſacramēti baptiſmi: qꝛ theologꝰ fidelis: ⁊ verꝰ chriſtianus nō cōſiderat illud lignū nec illud myſteriū per ſe tm̄: ſed ꝓut fuit figura et ſignū Chriſti ⁊ baptiſmi noſtri. Et iſte modus cōſiderationis eſt ſeruandus a theologo ⁊ omni chriſtiano in tota ſcriptura vet. teſt. nā non ſolū cōſiderat creationē mundi preciſe materialiter ꝓpter ſe: ſed ꝓut fuit ſignū ⁊ figura recreatiōis eccleſie per Chriſtum factē de: vt patebit pſal. ciiij. Itē nō cōſiderat diluuiū ꝑciſe ꝑ ſe: ſed ꝓut per Noe figurabaꝰ Chriſtꝰ qui erat fabricaturꝰ arcā eccleſie ī qua oēs fideles erāt per Chriſtū ſaluādi a diluuio ⁊ morte peccati: vt patebit pſal. xxxiiij. Et ſic conſiderat ſacrificiū Abrahe/ inquātū figurabat ſacrificiū Chriſti. Et ſic conſiderat ipſum Jacob patrē. xij. patriarcharū/ inquātū figurabat Chriſtū qui erat regeneraturus. xij. apl'os/ per quos erat multiplicādus totus populꝰ chriſtianus per totū orbē. Et ſic cōſiderat Moyſen educentē Iſrael de egypto/ ⁊ dantem legē/ ⁊ ducentē illū populū ꝑ deſertū/ inquantū figurabat Chriſtū qui eduxit totum genus humanū de miſerabili ſeruitute diaboli/ ⁊ de tenebris peccatorum. Item cōſiderat Joſue introducentē illū populū in terrā ꝓmiſſam per aquā Jordanis ſuꝑ. xij. lapides/ in quātum figurabat Chriſtum qui introduxit fideles in eccleſiā iſtā per aquā baptiſmi: et per. xij. articulos fidei: vt patebit pſal. lxvij. Itē cōſiderat ipſum Dauid qui poſt multas ꝑſecutiones fuit ſublimatus in regnū: in quātū figurabat Chriſtum qui poſt labores ⁊ mortē ⁊ paſſionē ⁊ reſurrectionem accepit poteſtatē a patre ſuꝑ oēs creaturas. Itē cōſiderat Salomonē qui edificauit templum/ ⁊ fuit ita ſapiens ꝙ regina Sabba venit a finibus terre audire ſapiētiā eius: vt ptꝫ. iij. Reg. x. ⁊ hoc in quantum figurabat Chriſtū/ qui edificauit eccleſiā toto orbe diffuſam. Ad cuius ſapientiam et legem euangelicā ſuſcipendā venit totus populus gentilis nō ſolum ab auſtro/ ſed ab oriente/ occidente/ ⁊ aquilone. Vñ ꝙ illud myſterium Salomonis et regine Auſtri: nō ſit intelligendum ꝑciſe literaliter de Salomone et illa regina: ſed in quantum fuit ſignuꝫ Chriſti ⁊ eccleſie/ ptꝫ Matth. xij. Nā cū Scribe ⁊ phariſſei peterent a Chriſto ſignū de celo: rñdit eis dicens. Generatio adultera ſignum querit ⁊ ſignum nō dabitur ei: niſi ſignū Jone ꝓphete nā ſicut Jonas fuit tribus diebus ⁊ tribus noctibus in vētre Ceti: ſic erit filiꝰ hoīs in corde terre tribꝰ diebus et tribus noctibus: et ecce pluſq̃ Jonas hic: Item regina Auſtri venit a finibus terre audire ſapientiā Salomonis: ⁊ ecce hic pluſq̃ Salomon ⁊c.

De diluuio ei alijs ſignis

Ex dictis Saluatoris patet. ꝙ myſteriū Jone ꝓphete nō ſolum eſt intelligendum realiter pro illa hiſtoria: ſed prout fuit ſignum ⁊ figura ſepulture/ ⁊ reſurrectionis Chriſti. Et ꝙ myſteriuꝫ regine Auſtri nō ſolum eſt intelligenduꝫ pro illa hiſtoria/ ſed principaliter prout fuit ſignum ⁊ figura/ qualiter tota gentilitas erat ventura ad fidē Chriſti ⁊ legeꝫ euangelicā. Item ſequitur ſecundo ꝙ oīa geſta vet. teſt. non erant gratia ſui/ ſed gratia Chriſti ⁊ eccl'ie in quantū erant oīa verificanda de Chriſto propter quem gerebanꝰ. Et ſic principaliter ſunt intelligēda de Chriſto: per hoc qḋ ait Chriſtus/ ecce pluſq̃ Jonas/ ⁊ pluſq̃ Salomon hic. ¶ Ex quo vult innuere Saluator qḋ ipſe eſt verus Salomon/ et verus Jonas: quia illa myſteria ꝑamplius ⁊ ꝑfectius fuerunt impleta in Chriſto q̃ in eis. Et quia tā Salomon q̃ Jonas ordinabanꝰ ad Chriſtum: ſicut figura ad figuratū ⁊ veritatē. ⁊ ſic eſt dicendū ꝙ Chriſtus fuit verus Adam ⁊ verus Abel/ ⁊ verus Noe/ et Abraham/ ⁊ Iſaac/ ⁊ Jacob/ ⁊ Moyſes/ ⁊ Joſue/ ⁊ Dauid/ et Salomon ⁊c. quia oēs illi ſortiti ſunt talia nomina ī quantum fuerunt figura Chriſti iuxta nominis interꝑtationeꝫ. Et ideo talia noīa analogice dñr de Chriſto/ ⁊ illis: ſicut homo pictus nō eſt verus homo/ ſed ſignum ⁊ figura veri hominis. Et ſic Chriſtus diciꝰ verus Dauid et verus Salomō in tota ſcriptura. Ex quibus oībus ptꝫ ꝙ oīa geſta ve. teſt. principaliter ſunt intelligēda de Chriſto/ cuiꝰ ſunt ſignū et figure. Ex q̄bus oībus cōcludiꝰ: ꝙ preter ſenſum literalē eſt querēdus principaliter ſenſus ſpiritualis de Chriſto et eccl'ia/ ꝑ quē intelligūtur oīa diuina myſteria de Chriſto et eccl'ia/ q̃ erāt clauſa et ſigillata in geſtis vet. teſt. Et ideo oīa geſta et legalia vet. teſt. erant quedam ſacramenta: qꝛ erant ſigna ſacrarū reꝝ futuraꝝ in Chriſto ⁊ eccl'ia: quia in tantū dicebaꝰ ſacra ſcriptura/ in quantū cōtinebat illa ſacramenta. ¶ Et ideo dicit Origenes ſuper Matth. ꝙ ſicut homo cōponitur ex corpore ⁊ aīa/ ita ſcriptura ve. teſt. cōponitur ex ſpiritu et litera: qꝛ litera eſt corpus: ſenſus autem ſpiritualis eſt aīa ipſius litere. Et ſic ſenſus ſpiritualis eſt principaliter inquirendus in geſtis patriarcharum/ et in lege et ꝓphetis: et ideo dixit Chriſtus iudeis. Joā. v. Scrutamini ſcripturas: qꝛ ille teſtimonium perhibent de me: et ſi Moyſi crederetis/ forſitan ⁊ mihi crederetis: quia ille de me ſcripſit. quaſi dicat: ꝙ non ſolum geſta patriarcharum: ſed etiam omnia cerimonialia preter ſenſuꝫ literalem ſunt ſpiritualiter de me intelligenda. Item Luce. xxiiij. Chriſtꝰ incipiens a Moyſe et prophetis interpretabatur illis duobus diſcipulis omnia que de ipſo ſcripta erant: quia oportebat impleri oīa que erant ſcripta in lege et prophetis et pſalmis de ipſo: vt Saluator inquit in eodem ca. Et ſic preter ſenſum literalem principaliter eſt querendus ſenſus ſpiritualis de Chriſto in ſcriptura vet. teſt. ad quē ſenſum ſpiritualem Chriſtus interpretatus eſt totam legeꝫ ⁊ ꝓphetas illis duobus diſcipulis. Iteꝫ Matt. v. ait Saluator. Non veni ſoluere legem aut prophetas ſed adimplere. ſuꝑ qḋ ait Hieronymus: qḋ que minima putantur in lege ſacramentis plena ſunt: et oīa recapitulantur in euangelio ⁊c. ¶ Scḋo eſt notandum ꝓ ſecunda doctrina: ꝙ licet oīa geſta et facta vet. teſt. ſint intelligenda ad duplicem ſenſum ſicut dictum eſt in precedenti doctrina: tū oēs pro-

S

T

T

Mſio ꝓmiſſiones et vaticinia ꝓpheta ꝝ ſunt de xp̄o intelligēda.

miſſiones patriarcharū ⁊ oīa vaticinia ⁊ ꝓphetie
ꝓphetarū ſunt intelligēde lr̄aliter de xp̄o ⁊ eccl'ia
eo ꝙ oīa literaliter fuerunt in eo impleta: nā litera
liter fuit impleta in Chriſto illa ꝓmiſſio Abrahe/
In ſemine tuo benedicentur oēs gentes. Geñ. xxij.
⁊ illa promiſſio facta ipſi iudee. Geñ. xlix. Nō aufe
ret ſceptrū de Iuda ⁊c. Itē illa prophetia Eſa. vij.
Ecce virgo cōcipiet. ⁊ illa. egredietur virga de radi
ce Ieſſe: ⁊ ſic de ſingulis. Et ſic pꝫ ꝙ oīa ꝓmiſſa pa
triarcharū ⁊ vaticinia ꝓphetaꝝ ſunt intelligenda
literaliter de Chriſto ⁊ eccleſia. ¶ Sed eſt valde ad=
uertēdū ꝙ ſicut patriarche habuerunt duplicē ſpm̄
in ſuis ꝓmiſſionib⁹/ ⁊ ꝓphete locuti ſunt in dupli=
ci ſpū i ſuis vaticinijs: ita illa ꝓmiſſa ⁊ vaticinia fue
runt dupliciter impleta ad literam: ⁊ per ꝯñs ſunt
dupliciter ad literam intelligēda. Exempli gratia.
¶ Nam Abraham in illa promiſſiōe ſibi facta Geñ.
xij. ſ. multiplicabo ſemen tuū/ ſicut ſtellas celi/ ⁊ ſi=
cut arenā q̄ eſt in littore maris ⁊c. preuidit in ſpiri=
tu qualr̄ filij carnis debebāt multiplicari/ ſicut are
na maris/ ⁊ poſſidere tpaliter illam materialē ter=
ram promiſſam. ſ. terram Paleſtine: ſed filij ꝓmiſ=
ſionis/ ⁊ ſpūs debebant multiplicari/ ſicut ſtelle ce
li/ ⁊ poſſidere terram viuentium eternalem. Que
quidem ꝓmiſſio literaliter impleta fuit. Nam filij
carnis. ſ. Iudei poſſederunt illā terrā vſq ad Chri
ſtū: ⁊ Sarraceni q̄ ſunt etiā filij Abrahe ſunt mul=
tiplicati ſicut arena maris: ⁊ poſſident illam terrā
Chanaā: ſed chriſtiani q̄ ſunt filij ꝓmiſſionis ipſi⁹
Abrahe ſm̄ ſpm̄/ ſunt benedicti in ſemine Abrahe
ſcꝫ in Chriſto/ ⁊ poſſident terrā viuentiū figuratā
per illam terram materialē/ quā poſſederūt filij car
nis. Itē tota illa promiſſio Geñ. xlix. qñ dicit Ia=
cob Iuda: te laudabunt fratres tui ⁊c. partim fuit
literaliter ⁊ materialiter impleta in Dauid q̄ obti=
nuit ſceptrū regni: ſed totaliter ⁊ ꝑfectius fuit īple
ta in chriſto. Item ꝓmiſſio facta ipſi Dauid de ſuc=
ceſſione regni in filio. ij. Reg. vij. partim ⁊ imperfe
cte ⁊ temporaliter fuit impleta in Salomone: ſed
perfecte ⁊ eternaliter fuit impleta in Chriſto de re
gno eterno. Item ꝓphetia Eſaie. xlv. de Cyro qui
debebat relaxare captiuitatē/ ⁊ reedificare ciuita=
tem Hieruſalē/ materialiter fuit impleta per Cyrū
regem perſarum/ qui relaxauit illā temporalē ca=
ptiuitatem/ ⁊ dedit licentiam reedificandi ciuita=
tem materialem ⁊ templū: ſed pamplius ⁊ ꝑfecti⁹
fuit impleta in Chriſto/ q̄ relaxauit captiuitatē to
tius generis humani/ ⁊ edificauit eccleſiā toto or=
be diffuſam: que dicitur vera hieruſalem. Et ſic il=
la prophetia eſt intelligenda materialiter de Cyro
rege Perſarum: ſed literaliter ⁊ finaliter eſt intel=
ligēda de Chriſto figurato p Cyrū. Et hoc accidit:
nam Eſaias ⁊ ceteri prophete in ſimplici ſpū pre=
uidebant futuros euentus materiales ⁊ tempora=
les illius populi ⁊ tēpli ⁊ ciuitatis: ſed poſtea ma=
gis eleuati in duplici ſpū prophetico preuidebant
qualiter illa geſta temporalia ⁊ materialia futura
erant figura Chriſti ⁊ eccleſie. Et tunc habētes ſen
ſum ſpūalem ex illis geſtis materialibus literali=
ter prophetabant ⁊ predicebant futura myſteria
de Chriſto ⁊ eccleſia: Sic ergo pariter Dauid exi=
mius prophetarum contemplando totam legem
Moyſi/ ⁊ Ioſue/ ⁊ Iudicū/ ⁊ cōtemplando omnes
promiſſiones factas patriarchis: ⁊ contemplando
ꝓmiſſionem ſibi factam de regno filij ſui: ⁊ contem
plando oēs ꝑſecutiōes ⁊ ꝓſperitates ſuas: ⁊ cōtem
plando etiam deſcriptionē templi a ſpū ſancto ſibi
traditā: tunc in duplici ſpū ⁊ lumine ꝓphetico per=
cipiebat in illis ſenſum ſpūalem vltra literalem: et
ſic ꝓuidebat myſteria futura de Chriſto ⁊ eccleſia:
Et ſic accepto ⁊ ꝑcepto ſenſu ſpūali illorū myſterio
rū accipiebat parabolā ſeu ꝓpoſitionem ex geſtis
vet. teſt. inferendo myſteria ꝓphetice futura. Et ſic
condebat lr̄aliter pſalmos de Chriſto ⁊ eccl'ia. Et
ſic oēs pſalmi/ ⁊ oīa vaticinia ꝓphetarū ſunt litera
liter intelligēda de Chriſto ⁊ eccl'ia. Sed miſeri iu
dei non intelligētes nec percipientes hunc dupli=
cem ſpiritum ꝓphetie quem habuit Dauid/ ⁊ om=
nes alij prophete: ⁊ ideo putantes quod oēs pro=
phete locuti ſint in ſpiritu ſimplici preciſe de rebus
temporalibus ⁊ materialibus: inde eſt quod om=
nia dicta prophetarū intelligunt de illa Hieruſa=
lem ⁊ templo ⁊ terra materiali; ⁊ de illa captiuita=
te Babylonie/ vel de iſta in qua modo ſunt/ de qua
fruſtra expectant liberari p falſum Meſſiam quem
expectāt. ¶ Tertio eſt notandū/ ꝙ nō ſolū i ſcriptu
ra vet. teſt. ſed etiā in ſcriptura euangelica ⁊ in om=
nibus geſtis ⁊ dictis Chriſti/ vltra ſenſum literalē
eſt querendus ſenſus ſpūalis: eo ꝙ oīa facta ⁊ di=
cta Chriſti ſunt maxime ſacramēta: q ſunt ſigna vi
ſibilia ⁊ ſenſibilia alicuius rei ſacre. i. ꝙ ſub aliqua
forma ſenſibili cōtinebāt aliquā rē ſacrā īuiſibilē.
Unde ꝙ oīa geſta ⁊ facta Chriſti ſint quedā ꝓfun=
da ſacramenta in quibus preter ſenſum literalem
ſit querendus ſenſus ſpiritualis de reb⁹ occultis:
oſtendit Augu. per totum diſcurſum ſup Ioā. ⁊ ma
xime omilia de miraculo. v. panū Ioan. vj. vbi ait:
ꝙ miracula q̄ fecit Chriſtus/ ſunt quedam diuina
opera/ ⁊ ad intelligendū deū/ de viſibilibus admo
nent humanā mētem. Et infra. Interrogemus ipſa
miracula qd nobis loquanꝛ de xp̄o. habēt eñ ſi in=
telliganꝛ/ linguā ſuā. Hoc eñ miraculū ſicut audi=
uimus q̄ magnū ſit: queramus q̄ ꝓfundū ſit: ⁊ nō
tm̄ in eius ſupficie delectemur: ſed etiā altitudineꝫ
perſcrutemur: habet eñ aliq̄d intus qd miremur
foris ⁊c. Ex quib⁹ verbis Auguſtini pꝫ: ꝙ in oībus
geſtis ⁊ factis Chriſti debemus ꝑſcrutari ſacr̄m/ qd
latet ſupficie litere. ¶ Et ideo Augu. querēs ſenſuꝫ
ſpiritualem illius miraculi oſtendit qualiter illi
quinq panes ordeacei ſignificabant quinq libros
Moyſi quos Chriſtus fregit/ ⁊ in multas partes
diuiſit: ex quibus extorſit quaſi infinitas veritates
euāgelicas: quas collegit in. xij. cophinis. ex quib⁹
Chriſtus ſatiauit omnes fideles. Et ita pariter Au
gu. extorſit ſenſum ſpūalē de miraculo ſex hydria=
rū aque/ quā Chriſtus conuertit in vinū. Ioā. ij. Et
ſic pꝫ qualiter oīa geſta ⁊ facta Chriſti ſunt quedā
ſacramēta multo magis q̄ geſta ⁊ ſacramenta ve=
teris legis: nam illa erant tantū ſacre rei ſignū/ in=
quātū ſignificabāt futura myſteria Chriſti ⁊ eccle=
ſie: ſed non cōtinebāt de preſenti illā rē ſacrā: quā
ſignificabāt de futuro: ſꝫ omnia geſta ⁊ facta chri=
ſti nō ſolum ſignificabant gratiam inuiſibilē: imo
in preſenti cōtinebant et efficiebant gratiā/ quam
ſignificabāt. Unde ſanatio corpalis ceci nati ſigni=
ficabat ſanationē aīe eiuſdē a pctō/ quā Chriſt⁹ de
preſenti in eo effecit. Et hoc idem ſignificabat ſana
tio infirmi exiſtentis in probatica piſcina. Ideo di=
xit ei. Uade amplius noli peccare/ ne deterius ti=
bi contingat. Hoc idē patet de paralyticis ⁊ omni=

Mño ſenſus ſpūalis eſt q̄rēdus in ſcriptura.

De quinq panibus.

De ſex hydrijs

De ceco ⁊ alijs īfirmis.



bus quos ſanauit: q nullū ſanauit ī corpe: quin
ſanaret ī aīa: ⁊ ita pariter oēs quos chriſt⁹ reſuſci
tauit viſibiliter a morte corpali/ reſuſcitauit etiā
a morte ſpūali pctī. Nō etiā nō ſolū geſta chriſti
que fecit erga alios/ fuerūt ſacramēta cōtinētia
in ſe aliquid ꝓfundū ⁊ inuiſibile myſteriū: ſꝫ oīa
que facta ſunt in ſe fuerūt quedā maxīa ſacramē
ta inuiſibilia. Nā qñ Chriſt⁹ fuit viſibiliter mor=
tuus in cruce: ⁊ ſic etiā cū eo fuerūt crucifixa ⁊ mor
tua oīa legalia/ ⁊ tota lex ⁊ ꝓphete: eo ꝙ ipſe erat
finis ⁊ terminus legis: iō oīa finierūt officiū ⁊ cur
ſum ſuū in ei⁹ morte ⁊ paſſione: ideo anteq̄ red=
deret ſpm̄ patri/ videns ꝙ oīa legalia ⁊ vaticinia
ꝓphetarū erāt in ſe cōpleta: dixit. Cōſummatum
eſt. ī quoꝝ ſignū velū tēpli ſciſſum eſt ⁊c. Itē chri
ſtus viſibiliter fuit ſepult⁹: ſed tota lex cū eo fuit
inuiſibiliter ſepulta ſimul cū paſcha ⁊ ſabbato.
Sed qñ xp̄s reſurrexit/ nō reſurrexit cū mortali=
tate ⁊ penalitatib⁹: nec cū paſcha ⁊ ſabbato: ſed re
lictis oīb⁹ illis in ſepulcro ſurrexit ad nouā vitā
glorioſam ſimul cū die dn̄ica/ ⁊ cū veritate euāge
lica oſtēdēs oīa legalia manere mortua in ſepul=
cro: ⁊ amplius nūq̄ reſurgere: ⁊ iō illa legalia nō
ſolū fuerūt tūc mortua eternaliter: ſed etiā ſunt
mortifera oībus obſeruātib⁹ ea poſt publicatio=
nē euāgelij: vt inquit Augu. Itē nō ſolū geſta ⁊ fa
cta chriſti ſunt ſacramēta cōtinētia ⁊ faciētia ali=
quod inuiſibile ꝑter id qd videbaꝛ: de quibus eſt
ſemper querēdus ſenſus ſpiritualis: ſed etiā di=
cta chriſti erant maxima ſacramēta nō ſolū cōti
nētia ⁊ ſignificātia ſecreta preſentia: ſed etiā pre
terita ⁊ futura. Unde in illa parabola de illo qui
deſcendēs ab Hieruſalē in Hierico incidit in la=
trones ⁊c. ibi ſignificat chriſt⁹ oīa mala que tra=
xit Adā ex peccato/ cū tota ſua poſteritate ꝑegri=
nante vſq ad Chriſtū. Et qñ chriſtus repperit
ipſum hominē ſauciatū/ ⁊ quomodo erat ipſum
ſanaturus per mortem ⁊ paſſionē ⁊c. Et ſic patet
quomodo omnia geſta ⁊ facta ⁊ dicta chriſti ſunt
ſacramēta. Et quomodo nō ſolū ſeptem ſacramē=
ta eccleſiaſtica/ que cōtinue exercemus in eccle=
ſia/ cōtinent ⁊ efficiunt quod ſignificāt. Sed etiā
omnia geſta ⁊ facta chriſti cōtinebant/ ⁊ efficie=
bant qd ſignificant. Et ideo erant magis ſacramē
ta q̄ omnia geſta ⁊ legalia veteris teſta. Et per cō
ſequēs vltra ſenſum literalem magis eſt queren
dus ſenſus ſpūalis in iſtis q̄ in illis. ¶ Sed eſt
aduertēdū ꝙ oīa geſta ⁊ dicta chriſti euāgelica ſi=
mul ſunt veritates ſacramenta. Sunt enim veri
tates reſpectu veteris legis complete in xp̄o: ſed
ſunt ſacramēta in quātū continēt altiſſima ⁊ pro
funda ſecreta: ⁊ cōtinent gratiā in pñti/ ⁊ imme=
diate ſignificant futurā gloriā ⁊ inquantū ſub ſe
cōtinēt ſenſum moralē ⁊ anagogicū. Differt ergo
litera legis a litera euāgelica: nā ſub illa ſignifi=
cabaꝛ gratia futura noſtre redēptiōis que iā im=
pleta eſt p chriſtū: ſed ſub litera euāgelica cōtine
tur gratia noſtre redemptionis in preſenti: ⁊ ſi=
gnificatur glorificatio noſtra futura. ¶ Cū ergo
iſta myſteria que latēt in litera tā euāgelica q̄ le=
galia/ ſint inuiſibilia: oportet vt illuſtrenꝛ per lu
mē ſpirituale ad hoc ꝙ nobis fiāt viſibilia ⁊ no=
ta. Unū intantū eſt neceſſari⁹ litere iſte ſpiritus ſi
ue lumē ſpirituale: ꝙ dicit Origenes: ꝙ ſicut ani
ma dat vitā corpori/ ⁊ corpus eſt mortuū niſi viui
ficetur per animā. Ita litera ſcripture: maxime ve
te. teſta. de ſe eſt mortua/ niſi viuificeꝛ p lumē ſpi=
rituale qd eſt ei⁹ aīa/ ⁊ dat et vitā ſpūalē. Itē. ij.
ad Corin. dicitꝛ ꝙ litera nō ſolum eſt mortua ſine
ſpū: imo occidit legērem: niſi legat eam cū ſpū: q
litera occidit/ ſpūs aūt viuificat: vnde q iudei le
gūt totū teſtamētū vetus ſine iſto ſpū ⁊ lumine:
ideo occidit eos litera ⁊ tanq̄ ceci offendūt in la=
pidem offenſionis ⁊ cadunt ⁊ cōfringunꝛ. Itē nō
ſolū litera veteris legis occidit ſine ſpū: ſed etiaꝫ
litera euangelica in quibuſdā partib⁹ occidit: ni
ſi legaꝛ cū ſpū. Unde Arrius legendo ſine ſpū il=
lud Ioan. xiiij. Pater maior me eſt ⁊c. incidit in
hereſim ⁊ mortē eternā dicēs filiū non eſſe deum/
nec cōſubſtantialeꝫ patri. Itē Manicheus legēs
ſine ſpirituali lumine dictū ſaluatoris. Ioā. xiiij.
Princeps mundi huius eijcieꝛ foras ⁊ in me nō
habet quicq̄: dixit diabolū eſſe creatorē ⁊ deū hu
ius mundi ſenſibilis: ⁊ ꝙ ſolus deus verus crea=
uit ſolas naturas inuiſibiles. Et ſic poſuit duas
animas in homine/ vnā immortalē creatā a bo=
no deo: ⁊ alterā corporalē creatā a principe tene=
brarum ⁊ a malo deo qui eſt diabolus. Et ſic dicit
ꝙ Chriſtus nō erat homo in re: ſed in ſola appa
rētia: ne cogereꝛ dicere: corp⁹ chriſti eſſe creatū a
diabolo. Et ſic dicit multa alia deteſtabilia ꝓſu=
mens de ſuo ſenſu volēs legere literā ſine ſpū. Et
ſic eſt dicendū de omnib⁹ alijs hereticis/ quos oc=
cidit litera: eo ꝙ nō legebāt eam cū ſpū ⁊ lumine
ſpirituali. Et ideo dicit Augu. cōtra donatiſtas.
ꝙ in eadē bona lege veteri chriſtiani ſunt boni ⁊
viuificanꝛ legētes eam cū ſpiritu: ſed Iudei ſunt
mali ⁊ cadūt ⁊ occidūtur legētes eā ſine ſpiritu.
Et ſic eodē modo ī lege euāgelica catholici ſunt
boni: ſed heretici ſunt mali ⁊ occidūtur volētes
⁊ preſumētes eam legere ſine ſpū: quia ſpirit⁹ eſt
ille qui viuificat literā ſicut aīa corpus. ¶ Unde
eſt aduertendum ſm̄ eundē Auguſt. in principio
ſup Geñ. ꝙ ſicut aīa dat corpori triplicē vitā. ſ. ve
getatiuam/ ſenſitiuam/ ⁊ intellectiuam: ita ſpiri=
tus dat litere triplicē ſenſum. ſ. allegoricū quo ad
fidem ad credendum/ ⁊ moralē ad diligēdū deū/
⁊ proximum/ ⁊ bene operandū. ⁊ anagogicum ad
ſperandū celeſtia ⁊ eterna/ ⁊ cōtemnendū mūda=
na: ⁊ ſic ſacra ſcriptura vtriuſq teſtamenti poteſt
legi ad iſtum triplicē ſenſum preter literalem.

Nota q̄ geſta xp̄i ſunt ſacramēta.

Pōdera hic de tpe ceſſa. lega. q magna eſt cōtrouerſia īter doctores. Sco. ī iiij. diſtin.

Nota.

Mño litera occidit ⁊ ſpūs viuificat

Opi. Maniche.

Nota.

## ¶ Sexta Clauis.

SExta regula eſt de ſenſu verborū
in quo fiunt: ⁊ quē faciunt. Ad cuius
euidentiam eſt notandū ꝙ multe lo=
cutiones fiūt in ſacra ſcriptura maxi
me euāgelica/ que videnꝛ falſe in ſen
ſu literali quē faciunt ⁊ generāt in aurib⁹ carna=
libus: tn̄ ſunt vere ad ſenſum in quo vel ad quē
fiūt ſpiritualiter. Et ideo iſta regula licet coinci=
dat cū ſuperiori cū poſſit in ea cōtineri: tamē me
lius eſt vt de talibus locutionibus fiat regula par
ticularis expreſſa: ⁊ vt magis imprimaꝛ in mente
ipſius legentis ⁊ audientis. Unde illa ſcriptura
⁊ locutio ⁊ oratio chriſti Matth. xxvj. qñ dixit.
Pater ſi poſſibile eſt trāſeat a me calix iſte. verū=
tamen non ſicut ego volo: ſed ſicut tu: fiat volun=
tas tua. Iſta quippe locutio vnum ſenſuꝫ facit in
aurib⁹ corporis. ſ. ꝙ chriſtus timuit in principio

A Queſtio ſacra ſcriptura eſt īter ꝑtāda.

No. de orōne xp̄i in horto.

mortē ⁊ deſiderabat fugere mortē. Et ſic rogabat
patrē vt talē paſſionē trāſferret ⁊ mutaret ſentē
tiam ſuā: ſed in alio inſtanti tp̄is: q̄r chriſtus vi=
dit ꝙ volūtas patris erat vt pateretur tale genꝰ
mortis: iō ſubdit: nō ſicut ego volo: ſꝫ ſicut tu: fiat
volūtas tua: ſed iſte talis ſenſus eſt falſus: ꝓpter
multa incōueniētia que ſequerent̄. Nā primo ſe=
queret̄ ꝙ petitio chriſti eſſet īdiſcreta: q̄r petebat
illud qḋ tam erat impoſſibile: cū ip̄e ſciret ab eter
no fuiſſe a deo patre decretū: vt ſic fieret. Item ſe=
queret̄ ꝙ chriſtus tractabat ſuū ꝓpoſitū ⁊ ꝓmiſ
ſum. Nā Chriſtus iam ſtatuerat/ ⁊ ꝓmiſerat mo=
ri/ ⁊ pati tale genus paſſionis/ ꝓut ipſe ap̄l's pau
lo ante reuelauerat: qū dixit. Ecce aſcēdimꝰ hie=
roſolymā/ ⁊ filius hominis tradetur ad crucifigē
dū ⁊ flagellādū. Itē ſequeret̄ ꝙ chriſtus pro illo
inſtāti perdidiſſet charitatem quā habebat erga
genus humanū. Itē ſequeret̄ pro illo inſtanti fa=
cere falſas ſcripturas que de ipſo erāt: ⁊ oīa iſta
cedebāt in maximū incōueniēs ſm̄ talem ſenſum.
Nā ipſemet dixerat ꝙ nō venerat niſi ad facien=
dam volūtatem patris. Et ad hoc natus erat vt
teſtimoniū ꝑhiberet v̄itati ſcripturarū: ⁊ ꝙ vnū
Iota nō preteriret a lege de eo ſcriptum. Et ideo
eſt dicendū ꝙ talis locutio ad aliū ſenſum facta
eſt. ſ. vt chriſtꝰ notificaret nobis qualiter erat ve
rus homo/ ⁊ habebat veram carnē mortalē cōtra
Manicheos. Et q̄ñ paſſio ſua erat doloroſa et
terribilis: q̄r aliter nō fuiſſet ita meritoria. Et ſic
voluit oſtēdere verā humanitatē vltra diuinita=
tē. Et voluit diſtinguere in ſe duos appetitꝰ: vnū
naturalem ⁊ ſenſitiuum: qui horrebat ⁊ timebat
mortē: ⁊ aliū intellectiuum/ qui dicitur volūtas:
que ſemper fuit cōformis volūtati patris. Et ſic
etiam in chriſto erāt due volūtates/ ſcꝫ humana
⁊ diuina. Nam ſuam volūtatem humanam ſubij
ciebat ⁊ cōformabat diuine. Et ſic talis oratio nō
facta eſt niſi ad exprimēdū vtrāq; naturā/ ⁊ ad ex
primēdū dolorē intolerabilē ſue paſſiōis. Eſt er=
go talis ſenſus huius orationis. O pater/ licet ca
ro mea ⁊ ſenſualitas horreat ⁊ timeat tam crude
lē mortē ⁊ paſſionē: eo ꝙ oē ens appetit ꝑmane=
re: ⁊ omne aīal inq̄ntū aīal deuitet ⁊ velit deuita=
re mortē ⁊ perniciem: tū ego nolo cōformare volū
tatē meā carni mee nec ſenſualitati: ſed volo cō
formare tue volūtati. Et ſic oſtēdit ꝙ volūtas ſua
ſimul tēpore condolebat carni/ ⁊ conformabatur
paterne volūtati: ꝓut latius videbit̄ pſalmo. xx.
⁊. xxj. quia adhuc ſenſum dicit̄ illud. Clamabo ꝑ
diem ⁊ nō exaudies. Ex quibꝰ ptꝫ ꝙ ſupradicta lo
cutio nō facta eſt ad ſenſum quē facit: ſed in quo
fit. Itē illa locutio Matth. xx. vbi dicitur: ꝙ qui
laborauerāt in vinea per totam diem murmura=
bāt aduerſus patrēfamilias: eo quod laborātes
per vnā horam equales eis feciſſet. Et etiā illa
verba filij obediētis/ qui indignatꝰ eſt aduerſus
patrem/ eo ꝙ filiū prodigū cū gaudio ad penitē=
tiam recepiſſet. Luc. xv. Nō ſunt talia verba expo
nēda ad ſenſum quem faciunt. Quia vbi eſt ſum
ma charitas in illa celeſti patria inuidere fas nō
eſt: cū vnuſquiſq; iuſtus gaudeat de premio alte=
rius. Sed ſunt intelligenda verba ad ſenſum in
quo fiunt. Nā ibi ſaluator in illis parabolis re=
ſpōdet tacitis queſtionibꝰ que ab hominibꝰ car
nalibus poſſent fieri. Nā in prima oſtendit chri=

No. de murmurātibꝰ aduerſus patrēfamil.

ſtus ꝙ paſſiones huius mūdi ⁊ labores nō ſunt
cōdigni illo denario ſumme beatitudinis. Ideo
ſi eundē denariū dat primis ⁊ nouiſſimis: ⁊ econ
uerſo nulli facit iniuriā: q̄r vltra cōdignū vtriſq;
premiū ⁊ ſtipendiū impēdit. Ideo vtriq; debēt cō
tentari/ ⁊ gr̄as agere. In ſcd̄a vero parabola oſtē=
dit Chriſtus q̄ñ venia datur penitētibus ex ſum
ma dei miſericordia: ⁊ q̄ñ deus neminē vult pe=
rire: q̄r pro omnibꝰ paſſus eſt: ideo gaudet de pe=
nitentia peccatoris. Itē oſtendit ꝙ nullus ex pro
prijs viribus reſiſtit peccato ⁊ agit bonū: ſed ſolū
ex gratia dei: ideo ita/ imo magis debet agere gra
tias iuſtus q̄ peccator penitēs. Et ſic iuſtꝰ debet
gaudere/ ⁊ cōgaudere de penitētia pctōris. Item
illa verba Job. iij. qū dixit. Pereat dies ī qua na
tus ſum/ ⁊ nox in qua cōceptꝰ eſt homo. Nō ſunt
intelligēda ad ſenſum quem faciunt: q̄r Job ho=
mo iuſtus nō malediceret creaturam dei ſine ma
gno pctō: ſed intēdit Job hūc ſenſum. ſ. ꝙ pctm̄
originale ī quo cōcipit̄ vnuſquiſq;/ eſt a deo male
dictū: ⁊ tale pctm̄ nō eſt a deo creatū: ideo nō cō=
putat̄ in diebꝰ/ nec in mēſibꝰ anni/ nec inter crea
turas dei: q̄r nō creauit deꝰ malū/ nec pctm̄. Sed
fuit a diabolo cauſatū perſuadēdo primis parēti
bꝰ. Et ſic illud pctm̄ fuit cauſa omnis mali: ⁊ ab
illo peccato ꝓuenīūt nobis oēs īfirmitates ⁊ oīa
mala. Itē loquit̄ etiā Job conditionaliter: ꝙ ſi hō
nō haberet aliquod premiū de ſuis laboribꝰ: ⁊ de
patiētia ſua poſt hāc vitam: ſequeret̄ ꝙ maledi=
ctus eſſet dies cōceptionis: ⁊ natiuitatis oīm iu
ſtorū/ qui maxīe vexātur ꝑſecutionibꝰ ⁊ infirmi=
tatibꝰ in hac vita. Et ſic ad hos ſenſus ſunt intel
ligenda verba Job. Itē ad hunc etiā ſenſum ſunt
intelligēda verba Hieremie. xx. cap. qū dixit. Ma
ledicta dies in qua natus ſum: ⁊ dies in qua pepe
rit me mater mea. quaſi dicat. Si tu dn̄e nō retri
buis premiū iuſtis ꝓ laboribus: ⁊ penā malis ꝓ
peccatis: ergo maledicta eſſet dies in qua natus
ſum. Et ſic magna pars ſacre ſcripture vtriuſq; te
ſtamenti eſt intelligenda ad ſenſum in quo fit/ ⁊
nō quē facit. Nā aures ſpirituales mentis ſuſci=
piūt ſenſū ſp̄ualē ⁊ ſecretū. Sed aures corpis nō
recipiūt niſi literā: de quibus auribꝰ ſp̄ualibꝰ di=
cit ſaluator Matth. xiij. Qui habet aures audiē=
di. i. intelligēdi audiat/ ſcꝫ ſp̄ualiter ⁊ nō carnali
ter. i. ītelligat ſenſum ſpiritualē ad quē/ ⁊ in quo
verba ſp̄ualia fiunt. Itē Joan. vj. Verba que locu
tus ſum vobis ſp̄ūs ⁊ vita ſunt. Sp̄ūs eſt qui vi=
uificat. Caro aūt nō prodeſt quicq̄. Et ſic ptꝫ qḋ
iſta ſexta regula partim cōtinetur in precedenti.
Itē iſta propoſitio Crux adoratur/ non eſt intelli
genda ad ſenſum quem facit: quia nulla creatura
per ſe adoratur. Sed eſt intelligēda ad ſenſum in
quo fit/ ſcꝫ chriſtus crucifixus adoratur.

No. de filio ꝓdigo.

Nota Job. pereat dies ⁊c.

¶ Septima Clauis.

Eptima regula eſt de ſeculis
ſiue de etatibꝰ vniꝰ legis ⁊ eccle=
ſie/ ⁊ de pergrinatiōe hoīs miſtici
per eā. ¶ Ad cuiꝰ ītellectū eſt no=
tandū ſm̄ Auguſti. Hyponoſticō
reſpōſione tertia/ ⁊ in plerīſq; lo
cis: quod ſicut in vtroq; teſtō vnꝰ
ſemper fuit chriſtꝰ creditꝰ: ita dicitur vna ⁊ eadē
eſſe fides patrū vet. teſt. ⁊ noſtra: eo ꝙ vnitas fidei

B De vnitate legis et corporis myſtici.



eſt ab vnitate obiecti crediti. Itē ſicut fuit ſemꝑ
vna fides xp̄i: ita fuit ⁊ ſemꝑ eſt vna lex in vtroq;
teſtamēto: q̄r vnitas legis ſumit̄ ab vnitate fidei.
Sicut ergo in vtroq; teſtamēto ſemper vnus eſt
Chriſtꝰ creditꝰ ⁊ vna lex: ita ſemꝑ fuit vna eccleſia:
⁊ vna ciuitas dei: ⁊ vnū corpus myſticū ab Adam
vſq; ad iudiciū. Nā ciuitas dicit̄ vna inquātū eſt
concors hoīm multitudo vnius legis cōſenſu ſo
ciata ſicut ergo vnitas ciuitatis ſumit̄ ab vnita=
te legis: ita ⁊ vnitas eccl'ie ⁊ corporis myſtici ſu=
mitur ab vnitate vniꝰ legis ⁊ vnius fidei ⁊ vniꝰ
capitis. i. Chriſti crediti. Et ſic in vtroq; teſtamē
to eſt cōſiderādū vnū caput/ q̄ eſt Chriſtus credi=
tus/ ⁊ vna fides/ ⁊ vna eccl'ia ſiue vnū corpus my
ſticū cuius caput ſemꝑ fuit ⁊ ſemꝑ eſt Chriſtus.
¶ Et iō dicit Greg. homilia de vinea. ꝙ ab Adam
⁊ Abel vſq; ad vltimū electū ſemper fuit vna vi=
nea ⁊ vna eccl'ia: cuius palmites ⁊ mēbra fuerūt
oēs electi vtriuſq; teſtamēti. Et ſic Adā ⁊ Abel ⁊
Abraham iam erāt membra Chriſti ⁊ ciues huiꝰ
ciuitatis. Nā lꝫ Chriſtꝰ nōdū eſſet incarnatus: tū
iā erat Chriſtus creditus: q̄r fides eſt illa q̄ com=
paginat mēbra ſuo capiti. ¶ Et ſic dicit Aug. ꝙ to
ta eccl'ia fideliū eſt vnus hō myſticus expulſus a
paradiſo terreſtri in Adā quē hoīeꝫ deus remiſit
ad Chriſtū: vt ſanaret̄ ab eo. Et ſic iſte homo my
ſticus peregrinatꝰ eſt ꝑ fidē in primo teſtamento
vſquequo ꝑuenit ad Chriſtū in quo ⁊ a quo acce
pit nobiſcū repromiſſiōes: vt ait Ap̄l's ad Hebre.
xj. Quia oēs illi patres veteris teſt. nō acceperūt
repromiſſiōes niſi nobiſcū. Ex quo ptꝫ ſm̄ Ap̄l'm
ꝙ vna eſt eccl'ia ⁊ vna fides Chriſti: noui ac vete.
teſt. Nam eadē fides Chriſti q̄ ſaluat nos: ſalua=
uit ⁊ illos: q̄r quē nos credimus iā veniſſe: ⁊ quē
recepimus illū ⁊ eundē Xp̄m: ipſi credebāt ⁊ ex=
pectabant futurū. Et in tali fide ſaluabant̄: vt ait
Aug. ij. ꝯtra aduerſarium legis ⁊ prophetarum.
⁊ libro de nuptijs: ⁊ ptꝫ. iij. ſniarū diſt. xxv. ¶ Con
tra autē ſupradicta arguit̄ ⁊ videt̄ q̄r lex vetus ⁊
noua nō ſit vna: imo altera: ꝑ hoc qḋ dicit̄ Hier.
xxxj. Ecce dies venient dicit dn̄s ⁊ feriam domui
Iſrael ⁊ domui Iuda fedus nouū nō ſcd̄m pactū
qḋ pepigi cū patribus eorū cū apprehēdi manus
eorū/ ⁊ educerē eos de terra Egypti. Itē Baruch
ij. Statuā illis teſt. alterum ſempiternū. Unde ꝑ
hunc textū ꝓbat Ap̄l's ad Hebr. viij. Legē nouā
eſſe alterā a veteri/ ⁊ veterē iam preteriſſe. Ad hoc
reſpondet̄: ꝙ legē nouā ⁊ veterē eſſe vnā ſtat du=
pliciter. Uno modo vnitate eſſentiali: alio modo
vnitate accidētali. ¶ Ad cuius intelligētiam eſt
valde aduertendū: ꝙ in lege dei ſunt cōſiderāda
aliqua eſſentialia/ ⁊ aliqua accidentalia. Vū ea q̄
ſunt de eſſentia vnitatis legis ſunt ſex. ſ. vnitas
legiſlatoris: vnitas ſpiritus intelligētie ſiue in=
tellectꝰ: ⁊ vnitas veritatis: vnitas fidei ⁊ ſpei: vni
tas terminis ꝯmunis: ⁊ vnitas finis. Accidētalia
aūt legis ſunt officia legalia. ſ. ritus ſacrificiorū
⁊ oblationū ſacrorū ⁊ ſacramētorū/ ⁊ vniuerſali=
ter oīm legaliū cerimoniarū. Iſta aūt accidētalia
ſiue officialia fuerūt mutata ⁊ abolita/ ⁊ nō ſemꝑ
fuerūt eadē in eadē lege: eo ꝙ accidēs pōt adeſſe
vel abeſſe p̄ter corruptionē eiuſdeꝫ ſubiecti. Sed
eſſentialia legis ſemꝑ manſerunt vna ⁊ eadē qḋ
probat̄. Nam ſemꝑ fuit vnus legiſlator ⁊ cōditor
vtriuſq; legis. Unde dicit Aug. cōtra aduerſariū

Quid ſit ciuitas.

C

D

Nota.

legis ⁊ ꝓphetarum: ꝙ ſicut vnus eſt creator oīm
preteritorū ⁊ futurorū: ita vnus fuit ⁊ eſt dator am
borum teſtamentorū. Nam ille idē deus qui locu=
tus eſt in vet. teſt. per ora ꝓphetarū locutꝰ eſt etiaꝫ
in nouo teſt. per carnem aſſumptam/ ⁊ per ꝓpriū
os: vt ait Apoſtolus ad Hebre. j. Multifarie mul
tiſq; modis olim deus locutꝰ patribus in ꝓphe=
tis nouiſſime diebꝰ iſtis locutꝰ eſt nobis in filio.
Et ſic patet/ ꝙ idem deus eſt cōditor vtriuſq; te=
ſta. Item ſicut fuit vnus legiſlator: ita fuit vnus ⁊
idem ſp̄ūs: q̄r idem ſpiritus q̄ illuminauit mētes
patriarcharū ⁊ ꝓphetarū/ illuminauit etiā Ap̄l'os
⁊ oēs chriſtianos ꝓbatur: q̄r idem ille ſpiritꝰ qui
fecit p̄triarchas ꝓuidere futura myſteria de Chri=
ſto ⁊ eccl'ia: illemet fecit ap̄l'os cognoſcere illa my
ſteria eſſe de Chriſto ꝓpheta: ⁊ ideo apoſtoli et
euāgeliſte ⁊ doctores allegant dicta patriarcha=
rū ⁊ ꝓphetarū. Ideo dicit Aug. ꝯtra aduerſariū le
gis ⁊ ꝓphetarū. ꝙ antiqui patres eundē ſpiritum
habuerūt nobiſcū. Per eandē etiā rationē eſt di=
cendū: ꝙ eandē veritatē habuerunt nobiſcum de
ſacra ſcriptura: q̄r eandē veritatē euāgelicā quā
nos videmus preſentē ⁊ conſummatam/ viderūt
⁊ ipſi futurā. Iteꝫ ꝑ eandē rationē habuerunt ean
dem fidē nobiſcū de Chriſto ⁊ eccl'ia: q̄r qḋ credi
mus preteritū ⁊ preſens/ ipſi crediderunt ⁊ expe=
ctarunt futurum: vt ſupra dictum eſt: q̄r eandē re
dēptionē credebat ⁊ eundē Chriſtū futurū. Item
ſicut fuit vna fides: ita fuit vnū obiectum fidei q̄
eſt chriſtus. qui eſt terminus communis copulās
vtramq; legem/ ⁊ faciens ex vtraq; vnā: q̄r Chri=
ſtus fuit finis illius legis veteris: ⁊ p̄ncipiū no=
ue legis. ¶ Vñ arguit̄ ſic. ſicut illa linea dicit̄ vna
cuius partes copulātur ad vnum punctum ⁊ ter=
minuꝫ cōmunem: ita ⁊ illa lex dicitur vna/ cuius
partes copulātur ad vnū terminū ⁊ obiectum cō
mune. Sed lex vetus et noua ſunt huiuſmodi: q̄r
copulātur ad Chriſtū qui fuit finis illius et prin
cipiū huius: ergo eſt eadē ratione termini et ob=
iecti. Itē ꝑ eandē rationē vtraq; lex dicit̄ vna ra=
tiōe finis: q̄r Chriſtus eſt finis vtriuſq;. Nā ſicut
Chriſtus eſt obiectum ⁊ terminus cōmunis ratio
ne fidei: ita eſt finis vtriuſq; ratiōe ſpei. Nā ſicut
Chriſtꝰ fuit finis intentus/ ⁊ ſperatus in illa: ita
⁊ ī iſta. Nā eūdem Chriſtum quem ipſi expecta=
bāt redēptorē/ nos expectamus premiatorem et
glorificatoreꝫ. Et ſic vnus eſt finis vtriuſq; legis.
Sed ꝙ ſit vna fides ⁊ vnus Chriſtus ⁊ vnꝰ finis
vtriuſq; legis. Probat Aug. cōtra Pelagianos
hyponoſticō reſpōſione. iij. dicēs. vbi ait Apoſto=
lus ad Timotheum: Superabūdauit gratia dn̄i
noſtri Jeſu Chriſti cū fide ⁊ dilectiōe q̄ eſt ī Chri
ſto Jeſu. Eādē ergo fidē dixit q̄ ſalutē attulit/ ⁊ il=
lis ⁊ nobis. Hāc apertiſſime demōſtrat Ap̄l's ſcri
bēs ad Galathas: dicēs. Priuſq̄ adueniret fides
ſub lege cuſtodiebamur cōcluſi in eandē fidē q̄ re
uelāda erat. Eadē itaq; ſemꝑ temporibus tacitis
erat in ſeruis dei ꝑ verbū: ⁊ reuelāda erat in gēti
bus ꝑ incarnatū idē verbū. Quia vt idē ait Ap̄l's
ad Hebre. Heri ⁊ hodie ⁊ ipſe in ſecula tp̄a itaq;
mutata ſunt nō fides: iuſtificatio igit̄ ꝑ fideꝫ Jeſu
Chriſti data eſt/ datur ⁊ dabit̄. Ex dictis Auguſti
ni in hoc loco ptꝫ. ꝙ idē eſt lator ⁊ ꝯditor vtriuſq;
teſta. ⁊ idē Chriſtꝰ ⁊ eadem fides idē finis. Ex q̄=
bus ptꝫ ꝙ eſſentialia vtriuſq; legis ſunt eadem: ⁊.

Q̄ño ē vnius finis vtriuſq; legis.

per ꝯñs vtraq; lex eſt vna ſcḋꝫ eſſentialia/ ⁊ ſic eſt
vna per eſſentiā. Sed eſt altera ſcḋꝫ accidētalia/
⁊ ſcḋm officiū: ⁊ ideo dicit Aug. ꝯ aduerſariū legis
⁊ prophetarū: ꝙ oīa cerimonialia que fiebant in
lege veteri erāt officiū reſpectu noue. Unde inqt
ꝙ inter officium ⁊ finē hoc intereſt. Nam officiū
eſt qđ facimꝰ: ſed finis eſt ꝓpter quē facimus: ⁊ ſic
oīa illa cerimonialia ⁊ legalia q̄ illi faciebant/ nō
faciebāt niſi ꝓpter Chriſtū: ideo ꝑ eius aduentū
oīa fuerūt abdicata ⁊ abolita poſtq̄ impleuerunt
officiū ⁊ curſum ſuū: q2 adepto fine ceſſat officiū/
⁊ habitibus exiſtētibus in materia ceſſat motus.
Et ſic patet quomodo eſt vna: ⁊ quomodo eſt alte-
ra. Et ideo reſpōdet̄ ad autoritates in contrariū
adductas. Nam deus ꝑ Hieremiā non intēdebat
dare alterā legē ſcḋm eſſentialia: ſed ſcḋm accidē
talia ⁊ officialia ⁊ ſcḋꝫ ritus ⁊ cerimonias/ in quā
tum oīa illa debebāt ceſſare. Et ꝑ hāc ratione po
teſt reſponderi ad oīa q̄ poſſunt fieri in cōtrariū.
Ex quibus patet ꝙ licet accidentalia ⁊ officialia
legis ſint mutata ꝑ ſucceſſuꝫ tpis in aduētu Chri
ſti: tñ nō ſunt mutata eſſentialia legis. ſ. veritas
⁊ finis ⁊ fides legis. Et ſic nō eſt mutata lex eſſen-
tialiter: imo manet confirmata ⁊ verificata. Un̄
Q̄ño meliꝰ ſeruamꝰ legem q̄ iudei. in hoc decipiūtur miſeri ⁊ ceci iudei neſciētes di
ſtinguere īter eſſentialia legis ⁊ accidētalia: imo
putāt ꝙ illa legalia accidentalia ⁊ officialia ſunt
de eſſentia legis: cum nō ſint data niſi ad officiuꝫ
⁊ in ſignū future veritatis ⁊ finis: ⁊ nō gr̄a ſui. Et
ſic falſificāt legē: ⁊ faciunt ipſam mendacē poſtq̄
nō recipiūt eius veritatē. Ex quibꝰ ſequit̄: ꝙ nos
meliꝰ ſeruamus legē Moyſi q̄ iudei: q2 tenemus
⁊ ſeruamꝰ veritatē eſſentialē legis: q̄ qdē veritas
ſurrexit cum Chriſto: ⁊ ipſi repudiata veritate eſ-
ſentiali ipſius legis ſeruāt ⁊ colūt accidētalia q̄
iam ſunt mortua ⁊ abdicata poſtq̄ curſum ſuū cō
E pleuerūt/ q̄ nō ſolū ſunt eis inutilia ſed etiā mor-
Deus alpha ⁊ o. tifera. ¶ Itē eſt notandū Apoc. xxij. ꝙ Chriſtus
eſt alpha ⁊ o. i. primus ⁊ nouiſſimus. ſ. principiū ⁊
finis. ⁊ etiā dicit̄ mediū ⁊ via/ Jo. xiiij. Et ſic eſt pri
cipiū mediū ⁊ finis. Eſt eīm principium noſtrum
per creationē. Itē eſt mediū noſtre redēptiōis: q2
mediator dei ⁊ hoīm. Itē eſt finis noſtre glorifica
tionis. Ideo iſte homo myſticꝰ peregrinatus eſt a
principio mūdi vſq; ad primū aduentū Chriſti/
tanq̄ ad mediū: vt ſanaret̄/ ⁊ deo reconciliaretur.
Sed modo peregrinatur a primo aduentu ꝑ legē
euāgelicam vſq; ad ſcḋm aduentū. tanq̄ in finem
vltimū vt glorificet̄. Et ſic iſte hō myſticus exiuit
a Chriſto per creationē: q2 oīa per ipm facta ſunt
Joan. j. ⁊ tranſiuit per ipſum per redēptionem: ⁊
tēdit ī ipſummet Chriſtū ꝑ glorificationē. Et ſic
ſemper eſt idem Chriſtus ⁊ idem homo myſticus
qui cōtinuatur per vnū caput ⁊ per vnum mediū.
¶ Sed dicit Augu. lib. de Cathecizandis rudibꝰ.
F ꝙ ſicut Jacob in ſuo ortu prius emiſit brachiū te
nens plantā fratris ſui Eſau/ ⁊ poſtea oſtēdit ca-
put ⁊ exinde totū reſiduū corporis ita pariter ho-
mo myſticus prius oſtendit ⁊ traxit ſiniſtrū bra-
chium in veteri teſtamēto: ſed in aduētu Chriſti
oſtēdit ⁊ traxit totū reſiduū corporis ſucceſſiue.
Ex quo ptꝫ ꝙ ſicut iſte ꝑegrinus eſt vnus homo
myſticus ab Adā vſq; ad iudiciū: ita eſt vna lex ⁊
via ꝑ quā peregrinatꝰ eſt. Itaq; ergo lex tota eſt
vna ſcḋm eſſentialia: ſed altera ſcḋm accidētalia

eſt vna ſcḋm finē: ſed altera ſcḋm officium: eſt vna
ſcḋm veritatē: ſꝫ altera ſcḋm vmbrā ⁊ ſignū. Itē
vna ſcḋm ſpūm/ ſed altera ſcḋm literā. Eſt ergo di-
cēdū ꝙ iſte homo myſticus/ q̄ ꝑ fidē peregrinatꝰ
eſt ab Adā vſq; ad Chriſtū: ſemꝑ ꝯtinue in iſto iti
nere ⁊ peregrinatione accepit aliqua accidētalia
illius legis. Nā in Adā ⁊ in Abel accepit oblatio
nes: ⁊ in Noe accepit aliquē modū ſacrificiorū: ⁊
in Abrahā accepit circūciſionē: ⁊ in Moyſe acce-
pit legē preceptorꝫ cerimonialiū ⁊ cetera legalia/
q̄ oīa data ſunt ei in figurā Chriſti futuri. Et ideo
cū iſte homo myſticꝰ ꝑuenit ad Chriſtū/ dimiſſis
⁊ abdicatis oībus ſupradictis accidētalibus acce
pit veritatē ⁊ ꝑfectionē illorꝫ/ ⁊ repromiſſionē in
Chriſto: ⁊ ſic iſte homo myſticꝰ iā ꝑfectus in Chri
ſto ꝑ primū aduentū adhuc peregrinat̄ in hac ec-
cleſia/ vſq; ad ſcḋm aduētū Chriſti/ in quo eſt re-
cepturꝰ vltimā ꝑfectionē corporis/ ⁊ aīe. ſ. gloriā/ ⁊
īmortalitatē corporis/ ⁊ felicitatē vtriuſq;. ¶ Et
ideo eſt aduertēdū ꝙ iſte homo myſticꝰ ⁊ peregri
nus multoties īroducit̄ ad loquēdū in pſalmis
de quo verificant̄ diuerſe locutiones ſcḋm diuer-
ſitatē ſeculorꝫ ſiue ſtatuū ⁊ etatū ſuarꝫ. Nā aliqua
verificant̄ de eo ꝓut peregrinabat̄ in ſtatu ⁊ etate
legis nature: ⁊ aliqua verificant̄ de eo ꝓ ſtatu ſub
lege Moyſi: ⁊ aliqua ꝓut fuit in ſtatu gr̄e: ⁊ etiam
q2 iſta eccl̄ia habuit multos ſtatꝰ ⁊ etates: iō mul
ta verificant̄ de ea ſcḋꝫ diuerſos ſtatus ⁊ etates/
vt patebit locis ſuis. ¶ Nā circūciſio đr data fe-
dere ſempiterno. Geñ. xvij. Sed hoc eſt intelligen G
dū ſcḋꝫ illā etatē ⁊ ſeculū ab Abrahā vſq; ad Chri
Nō. de etern. ſtū. Nā eternū đr ab etate. Et ſic eternū ſiue ſem-
piternū đr illud qđ eſt ſemꝑ cū aliqua etate. Et ſic
circūciſio dicta fuit ſempiterna. non ſimpliciter
cū omni tpe: ſed cū illa etate ab Abraham vſq; ad
Chriſtū: q2 fuit ſempiterna illi etati illius corpo
ris myſtici ⁊ legis. Et ſic eſt dicēdū de ꝑcepto ſab
bati ⁊ agni paſchalis. Quorū etas fuit finita in
Chriſto. Nā oēs Hebrei ⁊ Thalmudiſte dicunt ⁊
appellāt tp̄s Meſſie aliud ſeculū ⁊ aliā etatē. Et
ēt eſt dicēdū ꝙ circūciſio ⁊ tota lex Moyſi eſt eter
na rōne ſue veritatis ⁊ ſui figurati. Nā eternitas
legis Moyſi ꝯtinuatur in veritate euāgelica/ ſi-
cut eternitas regni Dauid fuit ꝯtinuata in Chri
ſto. Ita ergo pariter iſte homo myſticus/ ⁊ iſta lex
cōtinue relinquendo imperfectiōes accidētales
accepit in Chriſto ꝑfectiones eſſentiales in actu
quas ante habebat in potētia ⁊ in figura. Et ſic in
ſcriptura veteris teſtamenti multa verificant̄ de
iſta eccl̄ia/ ſiue corpore myſtico ſcḋꝫ diuerſos ſta-
tus ⁊ etates: vt ptꝫ in pſalmis ⁊ in canticis Salo
monis. Ideo valde debet attēdere prudēs lector
in huiuſmodi ſeculis ⁊ etatibꝰ legis ⁊ hoīs myſti-
ci: q2 cū ſit vnus/ plures habuit ſtatus ⁊ etates ⁊
ſecula. Nam totum tempus veteris legis fuit tē-
Nō. de tpe legis ve. ⁊ noue. pus ſignificādi ⁊ figurandi ⁊ deſiderandi: ſed tem
pus noue legis fuit tempus adimplendi ⁊ verifi-
candi ⁊ recipiendi promiſſiones. Unde quādo di
citur in cāticis. Oſculetur me oſculo oris: verifi-
cat̄ de eccleſia ſcḋm ſtatum vet. teſta. q2 tunc deſi-
derabat aduētū Chriſti ſponſi ſui. Sed cū poſtea
dicitur. Queſiui quē diligit anima mea ⁊ inueni
⁊ tenui nec dimittā illum: Tunc verificatur de ec
cleſia ſcḋm iſtum ſtatum ilico poſt aduentū Chri
ſti prout ipſum recepit. Sed cum poſtea dicitur.



Que eſt iſta q̄ ꝓgredit̄/ quaſi aurora cōſurgēs ter
ribilis vt caſtrorum ⁊c. tunc verificatur de eccl̄ia
poſt reſurrectionē Chriſti/ ꝓut exiuit ad ꝑdican
dū euangeliū populo gētili. Sꝫ cū poſtea dicitur.
Que eſt iſta q̄ aſcendit de deſerto delicijs affluēs
innixa ſuper dilectū ſuū. Tunc verificat̄ de eccl̄ia
ꝓ ſtatu tēporis/ in quo fuit in ſua maxima ꝓſꝑita
te venerata ꝑ totū orbē terrarū. Et ſic apparet ꝑ
predicta/ qualiter vna ⁊ eadeꝫ eccleſia habuit di-
uerſos ſtatus ⁊ etates de quibꝰ fiunt diuerſe lo-
cutiones in ſacra ſcriptura: quas prudens lector
debet fideliter ⁊ cū tremore conſiderare: de quibꝰ
datur hec ſeptima regula. ¶ Iteruꝫ eſt notandū.
H ꝙ ſicut iſta eccleſia ſiue hoc corpꝰ myſticū hꝫ tria
diſtincta ſecula: ita etiā tria gn̄a mēbrorꝫ. Nā q̄dā
ſunt pura/ ſicut eſt virgo Maria: q̄ nunq̄ peccauit
ꝓ qua de tota eccl̄ia verificat̄ illud. Tota pulchra
es amica mea. Et q̄dā ſūt mēbra iā ſanata/ ꝓ qui
bus verificat̄ illud. Impulſus euerſus ſum: vt ca
derē: ſed dn̄s ſuſcepit me. Et q̄dam ſunt infirma q̄
adhuc in aliquo peccato laborant. De q̄bus verifi
cat̄ illud. Sana me dn̄e qm̄ infirmus ſum. Et ſic
multe locutiones verificāt̄ de tota eccl̄ia rōne ali
cuius membri. quare aduertat lector.

¶ Octaua Clauis.

I
Nō. de diabolo ⁊ eiꝰ corpe. OCtaua regula eſt de diabolo et
eius corpore/ ſiue de membris eius.
Un̄ ē notādū: ꝙ ſicut Chriſtꝰ vniuit ⁊
īcorporauit ſibi eccleſiā fideliū ꝑ ba-
ptiſmū ⁊ gratiā ī vnitate myſtica: ita
pariter diabolus vniuit ſibi infideles ⁊ hereticos
⁊ obſtinatos per peccatū. Quorū q̄dē congrega-
tio dicit̄ ſynagoga ſathane ſiue eccl̄ia malignātiū
Et ſic oēs heretici ⁊ infideles ⁊ obſtinati dicūtur
mēbra diaboli. Nā cū natura hoīs a deo ſit crea-
ta bona naturaliter: tñ diabolus inimicꝰ ſemina
uit zizaniā ī ipa. Matth. xiij. Et ſic cū homo male
agit: tūc ī eo nō operat̄ deꝰ: ſed diabolꝰ ſiue mali-
tia quā ſeminauit diabolus: vt inquit Augu. in
ſermone vnius martyris. vbi ait. ꝙ qñ te perſeq-
tur homo/ noli attēdere: nec dēſtruere naturā: nec
nāꝫ quā fecit ⁊ inſpirauit deus: q2 nō te perſeq-
tur qđ fecit deus: ſꝫ malitia quāꝫ fecit homo/ quā
malitiā ꝑſuaſit homini aſtutia ſathane. Unde in
tātum tenet diabolus ⁊ alligat ⁊ copulat ſibi pec-
catores ⁊ obſtinatos: ꝙ īter eos cōicant̄ idioma-
ta tanq̄ inter caput ⁊ mēbra. ita ꝙ hoīes damnati
nominant̄ noīe capitis ſui diaboli. ideo Chriſtus
appellauit Judam Diaboluꝫ. Joan. vj. cum dicit.
Unus veſtrū diabolus eſt. Itē Eſaie. xiiij. alloqui
tur ipſum Nabuchodonoſor ſub noīe diaboli di-
cēs. Qñ cecidiſti Lucifer q̄ mane oriebaris? Itē
Ezech. xxviij. Alloquit̄ regē tyri eodē modo dicēs
Tu ſignaculū ſimilitudinis in delitijs ꝑadiſi fuiſti.
Itē ecōuerſo diabolus appellatur homo ſub noīe
mēbrorꝫ ſuorū qñq;: vt Matth. xiij. Inimicus ho-
mo hoc fecit. Itē pſalmo. lv. Miſerere mei deꝰ qm̄
conculcauit me homo. i. diabolus. ¶ Sed eſt ad-
uertēdū ꝙ ī ſynagoga ſathane nō ſunt niſi mali:
ī eccl̄ia aūt Chriſti miſcent̄ multa mēbra diaboli
cū bonis: ⁊ dicūt̄ mēbra Chriſti ſimulata: q̄ in ſe-
creto ſūt heretici/ hypocrite. ¶ Eſt iterū aduerten
dū: ꝙ ſicut oēs ꝑfectiōes ⁊ virtutes prius verificā
tur de Chriſto a quo primo deriuāt̄: ⁊ ex cōſequē-

ti de eius membris fidelibus: ita pari rōne oīa
mala priꝰ īntelligunt̄ ⁊ verificāt̄ de diabolo a quo
deriuant̄ ⁊ ſuggerūt̄: ⁊ ex cōſequēti de mēbris in q̄
bus/ ⁊ per q̄ diabolus operatur. Un̄ illud/ Prin-
cipes ꝑſecuti ſunt me gratis. prius intelligitur đ
diabolis inſtigatoribꝰ: ⁊ ex cōſequēti de tyrannis
⁊ hereticis ⁊ malignis ⁊c. quos diabolus inſtigat
cōtra iuſtos ⁊ fideles. Itē pſalmo. lj. ꝑ Doech pri-
mo intelligitur diabolus īfeſtator ⁊ excitator. Et
ex cōſequenti intelliguntur omnes tyranni ꝑſe-
cutores eccleſie/ ⁊ omnes maligni/ ⁊ ſuſurrones/ ⁊
ſeminatores zizanie.

¶ Nona Clauis.

NOna regula eſt de ſpecie et ge-
nere ſiue de toto ⁊ parte. Unde cum
pars ſit aliquid totius multoties re
cipit denominationē totiꝰ ⁊ ecōuer-
ſo ꝑ ſynecdochen aut ꝑ metaphorā.
Et ſic qñq; ī ſcriptura cū nominatur vna ciuitas
ītelligit̄ totum regnum: aut tota ꝓuincia/ ⁊ qñq;
totus mūdus: vt cū dicit̄ memor ero Raab ⁊ Ba-
bylonis: intelligitur totus populꝰ gētilis. Et ſic
Egyptus ⁊ Sodoma ⁊ Gomorra ponit̄ ꝓ toto po-
pulo maligno: vt ptꝫ ī ep̄la Jude. Et ſic ꝑ iudeam
⁊ Hier̄lm intelligitur tota eccl̄ia: vt ait Hiero. ad
Marcellam. Itē hoc nō ſolū intelligit̄ de toto et
parte ī loco: ſed etiā in tpe: vt Apoca. xix. cū dicit̄
ꝙ Angelꝰ ſiue Chriſtꝰ alligauit ſathā ⁊ diaboluꝫ
M. annis: hoc intelligit̄ ꝑ lōgū ⁊ magnū tēpus.
Hec etiā regula intelligit̄ in numeris: vt cuꝫ dicit̄
in Apoca. xiiij. Vidi ſupra montem Syon. cxliiij.
M. vbi ponit̄ numerus determinatus ꝓ indeter
minato. Item Geñ. iiij. Quicūq; occiderit Cain
ſeptuplū punietur. i. multipliciter. Ibidē. Septuplū
dabit̄ vltio de Cain. de Lamech vero ſeptuagies
ſepties. i. multo pluries. Itē Matth. xviij. ait Chri
ſtus Petro: Nō dico tibi ſepties: ſed ſeptuagies ſe
pties. i. infinities. Verūtamē aduertat lector: qđ
tales numeri nō ponunt̄ ſine ſacramēto. ¶ Un̄ eſt
aduertendū: ꝙ licet hec regula ꝯtineat̄ ſub ſequē
ti: tñ melius eſt ꝙ fiat regula ex parte expreſſa ꝓ-
pter magna ſacramēta ⁊ difficultates que cōtinē
tur ⁊ inſurgunt ex talibus locutionibus ⁊c.

¶ Decima Clauis.

DEcima ⁊ vltima regula eſt de tro K
po ⁊ grammaticalibus figuris. ¶ Ad
cuius euidentiam eſt aduertendū: ꝙ
licet oēs ſpecies tropi ⁊ ſchematis re
periant̄ in ſacra ſcriptura/ ⁊ maxime
in libro pſalmorꝫ: tñ aliq̄ maxime ī hac regula ſūt
notande. eo ꝙ magis frequentant̄ ⁊ maiorē affe-
runt difficultatē. Quarū prima eſt hyſteron ꝓte-
ron: que cauſat̄ in ordine narrationis de qua Ti-
chonius fecit ſpecialē regulā. Nā ſepe ī ſacra ſcri
ptura quedā narrant̄ non eodē ordine quo geſta
ſūt: ſed qñq; per anticipationē aut poſtpoſitionē/
aut per interpretationē que dicitur parētheſis/
aut per recapitulationē/ aut ꝑ ſuppletionē/ Un̄
totū ſecundū capitulū Geñ. ponit̄ per recapitula-
tionē et ſuppletionē eorū/ q̄ ꝑnarrata ſunt in pri-
mo caplo de ipo Adā. Itē oīa q̄ ſcribunt̄ in libro
Deutero. ponit̄ ꝑ recapitulationē. Itē oīa q̄ ſcri-
bunt̄ in duobꝰ libris Paralipomenō/ ponunt̄ ꝑ-
tiꝫ ꝑ ſuppletionē eorꝫ q̄ omiſſa ſunt ī libris Regū:

⁊ partiz ꝑ recapitulationē. Et ſic eſt dicēdū de ſecūdo libro Macha. que ſunt q̄dā ſuppletiōes eoꝝ q̄ omiſſa ſunt in primo. Item pſal. lxxvij. ꝑ anticipationē prius narrant̄/ q̄ geſta ſunt in deſerto: ꝙ ſigna q̄ facta ſunt in egypto: vt ibidē patebit. Et ſic in ſcriptura eſt valde attēdendū in ordine narrationis: ſi dicant̄ res anticipādo aut recapitulādo aut interponēdo. ¶ In ſcđo loco huius regule eſt valde notanda figura q̄ dicit̄ metonymia: q2 q̄n̄q; imo frequenter ponit̄ contentū ꝓ cōtinēte ⁊ ecōuerſo: ⁊ artifex ꝓ artificiato ⁊ ecōuerſo: ⁊ effectus ꝓ cauſa: ⁊ ecōtra: ⁊ abſtractum ꝓ concreto et ecōtra. Itē ī ſcriptura multū frequētat̄ metaphora: q2 fit noīs trāſlatio ratione ꝓprietatis: vt nō arabis cum boue ⁊ aſino. Et ſic ſimplex homo dicitur agnus. Item frequentat̄ ſinecepſis in pſalmis: qn̄ mutat̄ ꝑſona: vt p̄s. iiij. Cū inuocarē exaudiuit me de⁹ iuſtitie mee: in tribulatiōe dilataſti mihi. Sed inter ceteras figuras frequentatur allegoria: qn̄ vnū ad literam dicit̄: ⁊ aliud intelligit̄. Et ſic tota ſcriptura vete. teſt. eſt allegorica quia nō ponit̄ gr̄a ſui: ſed gratia noui teſta. vt dictū eſt in quinta regula. Ad cuius clariorē euidētiam eſt notandū: ꝓut dictū eſt in quinta regula. ꝙ oīa geſta vete. teſt. nō erāt gratia ſui: ſed erant quedam figure ⁊ picture ⁊ ſigna ⁊ exēplaria ⁊ parabole reſpectu noui teſt. īq̄tū figurabāt ⁊ ſignificabāt ⁊ notificabāt ⁊ exēplificabāt ⁊ cōparabāt aliqua alia futura myſteria in nouo teſt. Et ideo ꝓceſſus ⁊ diſcurſus/ quē facit intellectus fidelis ⁊ catholic⁹ a teſtamēto veteri in nouū: tanq̄ a figura ad ſuū figuratū: ⁊ a ſigno ad ſignatum: ⁊ ab exemplari ad exēplatū: ⁊ a parabola ad ſuam veritatem euangelicā: dicit̄ ꝓceſſus ⁊ diſcurſus allegoricus. eo ꝙ allegoria eſt tropica ⁊ cōuerſa locutio ab vno ad alterum: qn̄ per vnū aliud intelligit̄. Ex quo ptz ꝙ talis argumētatio ⁊ diſcurſus allegoric⁹ reducitur ad quartā ſpeciē argumētatiōis: que fit ꝑ exēplū. quatuor enī ſunt ſpēs argumētatiōis: vt patet in Topicis/ ⁊ in principio libri Poſterioꝝ. ſ. ſyllogiſm⁹ enthymema/ īductio ⁊ exēplū. Et ideo talis diſcurſus allegoric⁹ dicit̄ argumentatio exemplaris/ inquantū extendit̄ et ampliat̄ a rebus vet. teſt. ad myſteria noui teſta. tanq̄ a figura ad figuratū: ⁊ a ſigno ad ſignatum/ ⁊ a parabola ad veritatem/ ⁊ ab exēplari ad exemplatum/ ⁊ a propoſitionibus ad cōcluſionē. Et tali modo argumētationis. ſ. allegorico ⁊ exēplari/ frequēter vſus eſt Chriſtus: diſputādo contra Iudeos inferēdo veritates euāgelicas ex geſtis ve. teſt. tanq̄ ex figuris ⁊ ſignis ⁊ parabolis ⁊ exemplis: ꝓcedēdo a figura ad figuratū/ ⁊ a ſigno ad ſignatum. vnde Matt. xij. ꝑ myſteriū Ione prophete probauit myſteriuz ſepulture ⁊ ſue reſurrectionis cum dixit. Generatio praua ⁊ adultera ſignū querit ⁊ ſignum nō dabitur ei/ niſi ſignū Ione ꝓphete. ſicut enim Ionas ſtetit tribus diebus ⁊ tribus noctibus in vētre Ceti: ita erit filius hoīs in ventre terre. Ita ꝑ aduētū regine Auſtri ad audiēdā ſapiētiā Salomonis ⁊c. ꝓbat x̄p̄s ⁊ arguit aduentū populi gentilis ad fidē euangelicam audiendā. Et ſic vtrobiq; arguit Chriſt⁹ a figura ad figuratum. qđ ipſe declarat dicens. ⁊ ecce pluſq̄ Ionas ⁊ Salomon hic. quaſi dicat: illi fuerunt figura mei. Ita a figura ad figuratū arguebat Chriſtus Luc. x. qn̄ ꝑ miſſionez Helie ad viduā in Sareptam: ⁊ per ſanationē Naamā Syri a lepra ꝓbauit cōuerſionē ⁊ baptiſmuz populi gētilis. Ita ſuā mortē ⁊ paſſionē ⁊ vniuerſalez redēptionē allegorice ꝓbauit Chriſt⁹ qn̄ dixit. Sicut Moyſes exaltauit ſerpentē in deſerto: ita oportet exaltari filium hoīs. Io. iij. Item Chriſtus docebat Scribas ⁊ phariſeos: vt procederēt allegorice in ſcripturis a figura ad figuratū/ cū dixit. Scrutamini ſcripturas: q2 ille teſtimonium perhibent de me: ꝙ Moyſes de me locutus eſt. Ioan. v. quaſi dicat ꝙ oīa ſacrificia ⁊ legalia fuerunt data in figuram mei. Item tali argumentatiōe allegorica vſus eſt Ioan. euangel̄. qn̄ dixit. Facta ſunt aūt hec vt ſcriptura impleret̄. os nō cōminuetis ex eo. Ioā. xix. Itē hoc gn̄e allegorice argumētatiōis frequētiſſime vtit̄ Ap̄ls maxime. j. ad Cori. x. qn̄ dicit. oēs patres noſtri ſub nube fuerūt ⁊ in Moyſe baptizati ſunt ī nube ⁊ in mari ⁊c. Itē ad Galathas. iiij. ꝑ Saram vxorem Abrahe ⁊ ꝑ Agar ancillā ꝓbat duo teſtamēta/ ⁊ ꝑ Iſaac ꝓbat populū chriſtianū eſſe filiū promiſſionis: ⁊ per Iſmael ꝓbat ppl'm Iudaicū poſt Chriſtū eſſe filiū carnis tm̄ ⁊ foras eiectū cū ſynagoga matre ſua. Et per iſtuz diſcurſum allegoricum ꝓbat Ap̄ls per totam epiſtolaz ad Heb. oīa ſacramēta ⁊ ſacra ⁊ ſacrificia veteris legis fuiſſe data in figuraz de Chriſto ⁊ noſtra redēptione. Et hoc gn̄e allegorice argumētationis vtunt̄ oēs doctores catholici. ¶ Eſt etiā vlterius aduertendū quod nō ſolū Chriſtus ⁊ oēs ap̄li et euāgeliſte vſi ſunt hoc genere allegorice argumētatiōis in ſcriptura veteris teſta. ſed etiā ipſe Dauid in ſuis pſalmis: nā pro maiori parte ꝓcedit ꝓphetice a figura ad figuratum: ⁊ a ſigno ad ſignatū: nā adducit geſta patriarchaꝝ ⁊ ꝓphetaꝝ ⁊ myſteria legis Moyſi: nō gratia ſui/ ſ3 inquātū erāt ſigna ⁊ figure: ⁊ ꝓut in eis ꝓuidit in duplici ſpū futura myſteria de x̄p̄o ⁊ eccl'ia: ⁊ ſic allegorice ꝓcedit a figura ad figuratū/ vt patēbit ꝑ oēs pſalmos ⁊ maxīe p̄s. xvij. ⁊. lxxvij. vbi manifeſte dicit̄. Aperiā in parabolis os meū/ loquar ꝓpoſitiōes ab initio: vbi per tranſlationē tabernaculi ab Effraim in Hieruſalē: ⁊ per tranſlationē ſacerdotij a filijs Heli in Samuelē: ⁊ per trāſlationē regni a Saul in Dauid: ꝓbat ⁊ infert ꝓphetice tranſlationē regni ⁊ ſacerdotij a ſynagoga in chriſtū ⁊ eccleſiā: vt patebit ibi. Et nō ſolū Dauid: ſed etiā Eſaias ⁊ ceteri prophete ꝓcedūt frequēter iſto diſcurſu allegorico: in quātuz predicūt futura myſteria de x̄p̄o ⁊ eccl'ia: prout preuiderunt ea in ſpiritu in geſtis veteris teſta. ⁊ in quibuſdam ſignis ⁊ figuris. Ex quibus ptz/ ꝙ argumentū allegoricū ſumēs principium ex myſterijs vete. teſta. licet nō ſit efficax contra iudeos ꝓpter cōtrariā indiſpoſitionē: eo ꝙ occecauit eos malitia eoruz ne intelligāt ſacramēta dei clauſa in litera: tn̄ eſt efficaciſſimū quātū ad veritatē in ſe ⁊ quo ad nos: quib⁹ datum eſt noſſe myſterium regni dei clauſum in litera veteris teſta. Unde quia ſpiritusſanct⁹ qui illuſtrauit mentes apoſtolorum ⁊ doctorum vt cognoſcerēt illa myſteria in ſcriptura vete. teſt. figurata ⁊ per ꝓphetas vaticinata in x̄p̄o ⁊ eccleſia eſſe completa: idē illuſtrauit mētē Dauid ſpiritu ꝓphetico vt cognoſceret eadem myſteria in Chriſto ⁊ eccleſia eſſe cōplenda. de quib⁹ myſterijs ꝓpheticos edi-

Xp̄s vſus ē argumento allegorice.



dit pſalmos. Ideo ex his patet ꝙ licet lumē euangelicum fuerit clarius ⁊ perfectius in. xij. apoſtolis ⁊ doctoribus q̄ lumen ꝓpheticū in ꝓphetis: tamen ex parte rei eadem eſt veritas ⁊ certitudo. nam ſicut apoſtolis fuerūt certa geſta euangelica quo ad veritatem eſſe completa: ita eadem geſta fuerunt certa ⁊ credita ipſis prophetis eſſe cōplēda in Chriſto. Et ideo Dauid in ſuis pſalmis predicit frequenter ⁊ prenunciat futura myſteria de Chriſto ⁊ eccleſia per verba de p̄terito ꝓpter certitudinē ꝓphetic oſtēdens illa eſſe certiſſima in veritate: ac ſi iam tūc fuiſſent completa: ⁊ iſtū modum ſeruant etiam ceteri prophete ꝓut dictum eſt in tractatu primo. Ex quibus omnib⁹ ptz qualiter argumētum factum per diſcurſum ⁊ proceſſum allegoricum a figura ad figuratū/ aut a ſigno ad ſignatum/ ⁊ a parabola vet. teſt. ad ſuam veritatem euāgelicam ſibi correſpōdērē: licet non ſit efficax cōtra cecos iudeos: tamē eſt efficax inter catholicos fideles/ quibus datum eſt noſſe myſteriuz regni dei: vt dictū eſt. ¶ Sed eſt iterū aduertēdum: ꝙ intellectus fidelis dupliciter diſcurrit a ſcriptura vete. teſt. ad nouum. vno modo allegorice a figura ad figuratuz/ eo modo quo dictū eſt. Secūdo modo per expreſſa ꝓmiſſa literaliter allegādo ꝓmiſſiones expreſſe factas in vete. teſt. et ꝓphetias ꝓphetarū: ſicut frequēter faciūt euangeliſte. vt Ecce virgo concipiet. Matth. j. Itē oēs etiā iſte decem regule ſiue claues poſſunt reduci ad numeruz ſeptenariū iuxta numerū ſeptē ſigillorum: eo ꝙ ſexta ⁊ ſeptima regula reducūtur ad quintam de ſpū ⁊ litera: ⁊ nona regula reducitur ad decimā: ⁊ ſic manent ſeptē principales claues ad aperiendū ſeptem ſigilla libri vete. teſta. Et iō omnes nouem regule ſupradicte poſſunt reduci ad iſtam decimam regulā: quia oīa dicunt̄ ſub aliqua grāmaticali ⁊ tropica figura: vel ſub aliquo tropo ſiue typo. Ex oībus ſupradictis patet qualiter prudēs lector debet vigilāter attēdere in quolibet pſalmo quā propoſitionem propheta Dauid nobis aperiat ſiue aperiēdā proponat. Et ex quo myſterio accipiat ⁊ ſumat parabolā ⁊ ꝓpoſitionē ad prophetandum ⁊ faciendum pſalmum. i. a qua figura ad quod figuratum allegorice procedat et diſcurrat. Et in virtute cuius principij/ ⁊ per quā regulam pſalmus ſit exponēdus ⁊ intelligēdus. Et in tali expoſitione que cōcluſio euangelica inferatur ⁊ eliciatur. i. quod myſteriū de Chriſto ⁊ eccleſia explicet̄ in ipſo pſalmo/ aut que chorda pſalterij euāgelici pulſetur. quod idem eſt.

Nota.

## ¶ Quartus Tractatus.

Quantū ad quartū tractatum eſt primo notandū: ꝙ vtriuſq; iuris ꝓfeſſores ⁊ doctores nō ſolū ad vitādam ꝓlixitatē: ſed etiā ꝓpter neceſſitatez faciūt ſpecialē tractatū ⁊ rubricā de verborū ſignificationib⁹. Nō ergo min⁹ imo magis neceſſariū arbitratus ſum anteq̄ deueniā ad expoſitionē pſalmoꝝ ꝑmittere ſpecialē tractatuz de nominū ſignificatiōib⁹: q̄ maxime in ſacra ſcriptura ⁊ in hoc libro pſalmoꝝ frequētant̄: ne multiplex iteratio in quolibet pſalmo legentib⁹ inferat tedium. ¶ Ad cuius euidentiā eſt aduertēdū ꝙ in tota ſacra ſcriptura ve. teſt. ⁊ maxime in pſalmis aut deus loquit̄ populo/ aut populus loquit̄ ad deum. aut Meſſias loquit̄ ad patrē orans ⁊ petens ſalutem pro ſe ⁊ ꝓ ppl'o ſuo. Et qn̄q; popul⁹ qui loquit̄ ad deum: aut petit Meſſiā redēptorē aut petit legē iuſtificantē. ſ. euāgelicam: aut conquerit̄ de diabolo ⁊ mēbris ei⁹ ꝑſequētib⁹ eū. Et ſic frequēter fit ſermo de deo ⁊ de Meſſia in lege ꝓmiſſo: ⁊ de pp'lo dei. ⁊ de locis in quib⁹ de⁹ dicit̄ habitare. ⁊ de locis in quibus habitabat. ⁊ fit frequēs ſermo de lege ꝓmiſſa: ⁊ de diabolo ⁊ membris ſuis ſiue de populo diaboli. ¶ Et ſic frequētantur ſeptē genera noīm in hoc libro ⁊ etiam in tota ſacra ſcriptura ve. teſt. ſ. nomina dei. ⁊ noīa populi dei. ⁊ noīa localia dei. ⁊ nomina localia populi dei. ⁊ noīa legis. ⁊ noīa diaboli ⁊ populi ei⁹. Quorū ſignificationes ſunt diſtinguēde ⁊ explicāde in hoc tractatu: in quo erunt. v. cap̄la. Nā in primo determinabit̄ de ſignificationib⁹ nominuz dei ⁊ meſſie. In ſecūdo de noīb⁹ populi dei. In tertio de nominibus localibus dei et populi ſui. In quarto de noībus legis. In quinto de noīb⁹ diaboli ⁊ populi ei⁹. ¶ Quantū ergo ad primū eſt notandū ꝙ licet ſecūdū Hieronymū ad Marcellā Hebrei decem nominibus nominēt deū: tn̄ duo ſunt nomina dei que maxime apud eos frequētātur. ſ. el ⁊ adonai. el enim ſignificat vniuerſaliter ⁊ cōiter deū. ſ. intelligibilē ⁊ ſpeculabilē ⁊ nō ſenſibilē. Eſt verū ꝙ reperit̄ multoties eloim in plurali in ſcriptura: tamē ſemper cum verbo ſingularis numeri. Ut in principio creauit eloim celuz ⁊ terrā. Sed dicunt Iudei ⁊ maxime Rabbi Moyſes ꝙ eloim eſt equiuocum ad deū ſingularem et pluralem. Sed hoc dicunt ex ignorantia nō percipientes ſacramētum litere. Nam ibi eloim non ſtat ſubſtātiue: ſed adiectiue: ſicut nos dicim⁹: diui creauit celuz ⁊ terram. i. tres perſone diuine. i. tota trinitas ſiue deus trinus ⁊ vnus creauit celū ⁊ terraz ad denotandū ꝙ omnes tres perſone cōcurrunt ad creādum celum ⁊ terram: quia opera trinitatis ſunt indiuiſa ad extra. ⁊ talia ſunt ex tēpore ꝓducta. Nam opera trinitatis ab intra ſunt diuiſa et eterna: ſicut productio ſiue generatio filij ⁊ productio ſpiritus ſancti. Et ideo per hoc voluit ſibi Moyſes explicare ꝙ creatio eſt operatio totius trinitatis ad extra facta ex tempore. Et ſic eloim ibi nō ſonat deos: ſed tres diuinas perſonas in vna eſſentia ⁊ ſubſtantia. Et ſic in pleriſq; locis ſacre ſcripture ponitur eloim nō notificando pluralitatem ſubſtantiarum: ſed perſonarum. Et ideo vbicunq; ponitur eloim ſemper apponit̄ verbum numeri ſingularis: eo ꝙ talis act⁹ eſt eſſentialis. Et ideo interpretes tam greci q̄ latini vbicunq; inuenerūt in Hebreo eloim traduxerūt deus in ſingulari. Sed quia pagani appellāt etiā deos idola ſua: ideo ad differētiam falſorum deorū multoties in ſcriptura dicit̄ deus exercituuz. deus celi. ⁊ deus Iſrael. ad denotandū ꝙ iſte ſol⁹ eſt verus deus. ⁊ dij gentium ſunt demonia. ¶ Secundo modo de⁹ in ſcriptura dicit̄ adonai: ſed reperitur ſcriptum dupliciter. Uno modo per proprias literas/ ſcilicz aleph/ daleph. Alio modo cū quatuor literis/ ſcilicet ioth/ het/ vau/ he/ que quidem quatuor litere/ licet non ſonent tale nomen:

N. No. de noīb⁹ dei et meſſie

Eloim

Nota.

Adonai.

tamē Hebrei vbicun͡q reperiunt nomen iſtarum quatuor literarū ſemꝑ ꝓnunciāt adonai. qđ q̄dez nomen ſic ſcriptū ſignificat ⁊ denotat in deo quatuor effectus ineffabiles ⁊ incōprehēſibiles. ſ. omnipotentiā: ſapientiā: miſericordiā ⁊ iuſtitiā. iſta enī quatuor ſunt nobis incōprehēſibilia. Nā de primo dicitur. Potēs es dn̄e: ⁊ nō eſt qui reſiſtat tibi. De ſcđo. Sapiētie eius nō eſt numerus. De tertio. Miſeratiōes eius ſuper omnia opa eius.

Tetragrāmaton. De quarto autem. Judicia dei abyſſus multa. Et ſic dicſit ꝙ hoc nomē tetragrammaton ſignificat deum ineffabilem: eo ꝙ importat iſta quatuor ineffabilia. Sed omnes interpretes tam greci q̄ latini vbicun͡q repererūt adonai ſcriptum tam per iſtas quatuor literas q̄ per proprias literas ſemper traduxerunt dominum: ſed forſan meli⁹ fuiſſet apposuiſſe aliquā differentiam. tum propter ſacramētū quod hoc nomen tetragrāmaton importat: tū quia hoc nomen adonai ſic ſcriptū non poteſt poni niſi pro ipſo deo. Sed quando ſcribit proprijs literis poteſt indifferēter ſignificare dominū terrenū vel ipſum deū. Sic ergo eſt dicēdū ꝙ hec ſupradicta duo nomina dei. ſ. el ſiue eloim ⁊ adonai ſunt nomina dei magis frequentata in

O Noīa meſſie. ſcriptura. ¶ Sz nomina Meſſie ſunt multo plura. nā pluribus nominib⁹ meſſias in lege promiſſus ſcribit ⁊ nominat. ſ. deus: dn̄s: tetragrāmatō/ verbuz domini: nomē domini: ſalutare dei: dextera domini: brachiū domini: ſanct⁹ domini: ſanct⁹ ſanctorū: iuſt⁹: heres: rex ſacerdos: Chriſt⁹: filius dei: Dauid: Meſſias. Et ſic omnib⁹ ſupradictis nominib⁹ nominat meſſias Chriſtus: quorū quedā ſunt ſibi naturaliter ꝓpria: ⁊ quedā ab effectu vt pater. Nā naturaliter eſt deus ⁊ filius dei ⁊ dominus: ſz ab effectu dicitur ſalutare ⁊ dextera dei. Unde Chriſtus meſſias in aliquib⁹ locis ſcribit ⁊ appellat deus. vbi iudei nō poſſunt cōtradicere: imo confunduntur cōfiteri myſteriū trinitatis perſonarum diuinarum: vt pſalmo. xliiij. Sedes tua de⁹ in ſeculū ſeculi: ꝓpterea vnxit te de⁹ de⁹ tuus oleo letitie. per quod denotatur myſterium trinitatis. ſ. de⁹ vngens/ ⁊ deus vnct⁹: ⁊ ſpiritusſanctus intellect⁹ per oleū quo filius vngit quo ad humanitatē. Jtem meſſias etiam vocat deus Eſaie. xlv. Tu es de⁹ abſcōdit⁹. Jtē. xlviij. Dominus miſit me ⁊ ſpūs eius/ hec dicit dn̄s de⁹ tuus ſanct⁹ Jſrael. Jtē Zacha. ij. Dn̄s miſit me vt propheratē vobis. vtrobi͡q enī meſſias dicit deus ⁊ meſſias. Nam meſſias interpretatur miſſus. Jtez meſſias in lege ꝓmiſſus multoties in ſcriptura ſcribitur ſub nomine tetragrāmaton: id eſt cuz illis quatuor literis ſcriptum per quod ſolus de⁹ intelligit: vt Hiere. xxiij. Jn dieb⁹ illis ſuſcitabo Dauid germē iuſtū. Et hoc eſt nomē qđ vocabunt eū dn̄s iuſtus noſter. Jtē thre. iiij. Spūs oris nr̄i Chriſt⁹ dn̄s capt⁹ eſt ī peccatis noſtris. Jtē Eſa. ix. Uocabit magni ↄſilij angelus dn̄s de⁹ fortis. Utrobi͡q ponitur ſub nomine tetragrāmaton qđ ſoli deo conuenit: ⁊ in hoc manifeſte cōuincūtur iudei: quia meſſias non ſolū nominatur de⁹: ſed etiā adonai. Jtē dicit etiā verbū dn̄i. ps. cvi. Miſit verbū ſuū ⁊ ſanauit eos. Jtē dicit nomē domini: vt Dn̄e dn̄s noſter q̄ admirabile eſt nomē tuū in vniuerſa terra. Et Eſaie. iij. Ecce nomē dn̄i venit de lōginquo. Jtē. lxij. Utinā dirūperes celos ⁊ manifeſtares nomē tuū. Sed quare Chriſtus dicitur nomē dn̄i: declarabit pſalmo. viij. Jtē dicit verbum dei patris. i. diffinitio. Nam diffinitio explicat totā eſſentiam diffiniti: ideo dicitur oratio quid eſt eſſe rei ſignificans. Unde intellect⁹ cōcipiens eſſentiam rei ſiue rē per ſua eſſentialia format cōceptum diffinitiuū: ideo greci cōceptū ſiue diffinitionē eſſentialē appellāt logon. i. verbum: ſed nomē notificat rem per ſuos effectus. Et ſic dicitur candela a candendo: ⁊ lucerna a lucendo: et indumentum ab induendo: vt inquit Ariſto. vij. metaphy. Ex his ſequit: ꝙ Chriſtus vere dicit verbū dei ⁊ nomē dei. Dicit enim verbū dei: qꝛ eſt de tota ſubſtātia ⁊ eſſentia patris: ⁊ ſic explicat totā eius eſſentiā: qꝛ eſt primus ⁊ eternus cōcept⁹ patris quo intelligit ſe pater/ ⁊ in quo ſunt oēs diuine perfectiōes ⁊ idee eterne: ad quarū exēplar oīa ſunt creata: ⁊ ſic Chriſtus in quātū deus vere dicitur verbū/ qꝛ eſt dictū a patre: ⁊ per qđ loquit pater: ⁊ etiā Chriſtus in quātum homo dicit verbū: qꝛ per ipm̄ nobis locutus eſt pater: nam ſicut per verbū locutus eſt ad extra oīa creando: qn̄ dixit fiat lux: ita poſtea per idem verbū incarnatum locut⁹ eſt nobis ferēdo legē euāgelicā: ⁊ ſic vtro͡q modo Chriſtus dicit verbū patris. ¶ Jtē dicitur nomē dn̄i dei patris in quantū nobis notificauit quatuor mirabiles effect⁹ ipſi⁹ patris poſtq̄ fuit incarnatus. ſ. oīpotētiam in miraculorum operatione: ⁊ qn̄ expoliauit infernū ⁊ reſurrexit ⁊ aſcēdit in celū. Scđo notificauit ſapiētiā patris in datione legis. tertio miām in ſua paſſiōe. quarto iuſtitiā ſiue iudiciariā ptātē in ſua aſcēſiōe: que magis oſtēdetur in generali iudicio. ¶ Et ideo chriſt⁹ ꝓprie dicit nomē dn̄i tetragrāmatō notificās iſta quatuor ineffabilia de patre/ que oīa cōprehēdūtur ſub hoc noīe Jeſus. Unde hoc eſt nomē qđ de⁹ nō reuelauit patrib⁹ vete. teſta. qꝛ ſolus Chriſt⁹ debebat ipm̄ nobis reuelare. Jdeo cū tāto affectu patriache ⁊ ꝓphete deſiderabāt vt veniret nomē dn̄i/ ſcz Jeſus: qꝛ hoc eſt nomē dn̄i tetragrammaton: cuius interpretationē null⁹ potuit ſcire vſ͡q ad aduētū xp̄i: nā ille quatuor litere. ſ. Joth. he. vau. he. reddūt ſonū hui⁹ noīs Jothhetſua. i. Jeſus. Nā Jothhetſua habraice idē eſt qđ ſaluatio ſiue ſaluator latine. Jō Hierony. vbicū͡q repe rūt Jothhetſua ī hebreo trāſtulit Jeſus vel ſalutare in latinum: ⁊ hoc in pleriſ͡q locis. recte ergo Chriſt⁹ appellat⁹ eſt Jeſus: quod eſt nomen dn̄i. P

¶ Jtē ꝓpter ſupradicta Chriſt⁹ etiā in ſcriptura dicitur dextera dei ⁊ brachiū dn̄i: eo qđ pater per ipſum operatus eſt quatuor ſupradicta ineffabilia. Jtē Chriſt⁹ dicit heres in quātū recuperauit hereditatē dei/ ſcz genus humanū de poteſtate diaboli tanq̄ filius primogenit⁹ patris. Jtē dicit ſanct⁹ ſanctorū: qꝛ iuſtus ⁊ caput oīs ſanctitatis ⁊ gratie a quo oēs gratie deriuant a ſua mēbra. Jtē dicit rex qꝛ heres patris. Jtē dicit ſacerdos: qꝛ ſeipſum ſacrificiū pro oībus obtulit: et omnia ſacra eccl'iaſtica cōſtituit. Jtē dicit xp̄s: quia oleo letitie donorū ſpūs ſancti nō ad menſurā pre ceteris eſt vnctus tanq̄ caput vt ab eo deſcenderet vnctio ad ſua mēbra per participationē. Et ſic fit vnus xp̄s myſticus ex capite ⁊ mēbris. Etiā cōmunicantur idiomata. Nā tota eccleſia cū xp̄o dicit vnus Chriſtus. Eſt verū ꝙ analogice dicitur hoc Q



nomē xp̄s de xp̄o capite ⁊ de eccl'ia. Naz prius dr̄ de Chriſto vero capite. Et ex cōſequenti de corpore myſtico. Et etiā de quolibet fideli tanq̄ de menſura ⁊ mēſurato. qꝛ Chriſtus eſt mēſura oīm fidelium in iuſtificādo. Jtē Chriſtus dicit etiam Dauid. Hiere. xxx. Seruient dn̄o deo ſuo ⁊ Dauid regi ſuo. Jtem Oſee. iij. Reuertent filij Jſrael ⁊ querēt dn̄m deū ſuū ⁊ Dauid regē ſuū. Unde Chriſt⁹ tripliciter dicit Dauid. vno modo quia erat futurus de genere Dauid ſecundū carnē ſibi ꝓmiſſus. ſecūdo quia in multis Dauid fuit figura Chriſti ꝓ maiori parte. tertio ꝓpter noīs interpretationē qꝛ Dauid īterpretat manu fortis qđ ꝓprie xp̄o conuenit. Et ideo qn̄ ponit Dauid in titulo pſalmorū nō intelligit ꝓpheta Dauid tanq̄ actor pſalmi illius. Sed intelligitur xp̄s qui loquitur vel de quo fit locutio ī illo pſalmo. Sic ergo eſt dicēdū ꝙ quotieſcū͡q in pſalmis ⁊ ceteris partib⁹ ſcripture ponitur de⁹ ſiue dn̄s/ quādo͡q intelligitur pater ſiue tota trinitas. ⁊ quādo͡q ītelligit Chriſt⁹ Meſſias vt patebit in ſuis locis. ſed oīa alia noīa ſupradicta ſcilicet verbū dn̄i: Nomē dn̄i: ſemꝑ verificantur de Chriſto Meſſia in lege ꝓmiſſo: ⁊ ad hoc intendat lector.

R Noīa populi dei.

## Jn ſecundo capitulo huius quarti tractatus exponuntur: noīa populi dei: que magis ī ſcriptura frequētant. que ſunt iſta. ſcz Jacob. Jſrael ſemen abrahe/ filij Abrahe/ ſiue Jſrael/ ſiue Jacob filij dei/ populus dei/ vinea dn̄i. ciuitas dei. conſilium ⁊ cōgregatio iuſtorū. Eccleſia dei: ſiue dom⁹ dei: quod corpus myſticū ſiue hoīem myſticū aut Chriſtū appellam⁹. De quib⁹ per ſingula eſt dicēdum. Ad cuius euidentiā eſt aduertēdū ꝙ dicūt

Q̄ſo iudei ⁊ ppl's dei dr̄ iacob. Judei ꝙ totus popul⁹ dei dicitur Jacob ⁊ Jſrael/ ⁊ ſemē abrahe. eo ꝙ ſecūdū carnē deſcēdit ab iſtis. Et ſic dicūt ꝙ nos temere vſurpam⁹ nomē Jſrael ⁊ Jacob. cū deſcēdamus a populo gentili. Sz hoc eſt irriſorie dictū. nā ⁊ ſic tota generatio arabū per mūdū diffuſa diceretur ſemē Abrahe cū deſcēdat ad Abrahā ſecundū carnē per Jſmael. et magna pars populi gētilis qui deſcēdebat p Eſau a quo deſcendebāt Syri ⁊ Jdumei gētiles ⁊ idololatre.

S ¶ Et ideo eſt dicendū ſecūdū Aug. ↄtra Fauſtū/ et xvj. de ciui. dei. c. ij. ꝙ multa noīa ſunt īpoſita antiquis patrib⁹ vete. teſt. que nō ſunt īpoſita a caſu nec humana volūtate: ſed ſolo dei p̄cepto ⁊ inſpiratione/ in quātū illi fuerūt imago ⁊ figura xp̄i ⁊ eccl'ie: quia oīa cōtingebāt illis in figura. Et ſic ipſuz Abraham appellauit Abrahā. i. patrē multarū gentiū in quantū in ſemine eius erāt oēs gētes benedicēde. ⁊ oēs erant futuri filij eius ſecundū promiſſionē. ⁊ ſic Sarai vocauit Sarā. i. riſuz: eo ꝙ ī Jſaac facta eſt repromiſſio de Chriſto futuro. qui debebat afferre riſum ⁊ gaudium vniuerſo mūdo. Gen̄. xviij. ⁊ ideo quia in Jſaac facta eſt de Chriſto repromiſſio: ei⁹ filij per Jſaac deſcēdētes dicti ſunt filij repromiſſiōis. Ceteri aūt dicti ſunt filij carnis. rurſus Gene. xxv. quia facta eſt repromiſſio in Jacob/ ⁊ non in Eſau: iō filij Jacob dicti ſunt filij repromiſſiōis. Et filij Eſau filij carnis. ⁊ ſic tam filij Jſmael q̄ filij Eſau perdiderūt ⁊ amiſerūt nomē filiatiōis Abrahe in ſcriptura. ꝙ fuit figuratū primo in Jſmael qui fuit eiect⁹ de domo Abrahe cū Agar ācilla matre ſua. ſecūdo ī Eſau quem Jacob expulit primo de ventre Rebecce tenēs plātā eius. Per hoc fuit figuratū ꝙ filij ꝓmiſſionis ipſius Abrahe ⁊ Jacob debebāt eijcere iudeos filios carnis de domo ⁊ eccl'ia Chriſti in aduētu ſuo: ⁊ illis reprobatis ⁊ eiectis: filij ꝓmiſſionis qui ſunt chriſtiani debebant ſuccedere ⁊ poſſidere hereditatē ꝓmiſſam ipſi Abrahe ⁊ Jacob. Hoc ergo preuidēs Rebecca in ſpiritu vocauit illum Jacob id eſt ſupplantatorem ⁊ luctatorem.

T ¶ Propter duo ergo Jſmael ⁊ Eſau cū filijs ſuis amiſerūt filiationē Abrahe. Primo qꝛ fuerūt de domo eiecti. ſecundo quia non ſecuti ſunt religionem Abrahe de cultu vnius dei: imo declinarunt ad idola. Et in tantū Jſaac dicitur filius Abrahe: in quātū manſit in domo ⁊ ſecut⁹ eſt religionē patris. Et ſic dicēdo de Jacob reſpectu Eſau. Eadez ergo ratiōe iudei moderni amiſerunt filiationez Abrahe ⁊ Jacob. quia eiecti ſunt ab eccleſia. ⁊ nō ſecuti ſunt religionē Abrahe nec Jacob. qꝛ nō receperūt nec coluerūt Chriſtū illis ꝓmiſſuz ⁊ expectatū. ⁊ ſic chriſtiani manēt veri filij Abrahe ⁊ Jacob ſcđz repromiſſionē. Prīo qꝛ eiecerūt iudeos de domo ⁊ ventre eccl'ie. Secūdo qꝛ imitati ſunt Abrahā ⁊ Jacob recipiendo ipſuz xp̄m illis ꝓmiſſum ⁊ expectatū. Tertio quia ſunt benedicti ⁊ regenerati in Chriſto qui eſt ſemen Abrahe. Judei autē quia nō ſunt benedicti nec regenerati ī xp̄o: ideo falſo dicunt filij ⁊ ſemen Abrahe. Jtē rurſuz quia Eſau vendidit primogeniturā ipſi Jacob ꝓ cibo carnali: ideo non meruit habere hereditatē: imo Jacob ſucceſſit in hereditate ⁊ noīe filiationis. Per qđ fuit figuratū ꝙ nos debebam⁹ ſuccedere iudeis in bonis ſpiritualibus: qꝛ nobis primogeniturā vendiderūt pro bonis tēporalib⁹ qn̄ Chriſtū contēpſerūt: ⁊ ſic ꝑdiderūt nomē filiationis ſimul cū primogenitura. Q̄ſo xp̄iani ſunt abrahe filij.

V ¶ Jtē per hoc ꝙ Jacob ſurripuit benedictionē dū Eſau iuit ad venādum cibos: fuit figuratū qualiter nos debebam⁹ ſurripere benedictionē redemptiōis ⁊ beatitudinis/ dum iudei vadunt poſt bona tēporalia contēnentes bona ſpiritualia Chriſti ⁊ eccl'ie. Et ſic eccleſia ſucceſſit in hereditate ⁊ benedictione/ ſynagoga repudiata ſequente bona temporalia et cibos cerimoniarū. Ex quo patet ꝙ eccleſia Chriſti vere dicitur Jacob: quia ſupplantauit ⁊ eiecit ſynagogam de ventre/ ⁊ ſurripuit benedictionem: ⁊ ſic ſupplantauit eam. Et ſic manifeſte patet etiaz ꝙ Jacob non eſt nomē nature: ſz nomē gratie ex dono dei. Et ideo filij carnis ipſius Jacob nō merētur dici filij eius in ſcriptura. que q̄dem ſcriptura nō ſequitur carnē: ſed gratiā ⁊ ſpiritū. ⁊ ſic nos ſumus veri Jacob/ ⁊ filij eius. ¶ Jtē rurſus. quando Jacob rediēs de Meſopotamia luctat⁹ eſt cuz angelo/ nec voluit ipſum dimittere vſ͡q quo benedixit ipſuz. ⁊ tunc angelus vocauit ipm̄ Jacob Jſrael: ⁊ cetera. Gene. xxxij. Ubi nōtantur ſeptez myſteria. Primo quia Jacob tranſiuit vadū Jaboth Scđo vidit deū in forma viri. Tertio luctat⁹ eſt cū deo ⁊ tenuit ipſuz fortiter. Quarto emarcuit neruus eius femoris ſiniſtri ⁊ māſit claudus pede ſiniſtro. Quinto fuit benedict⁹ ⁊ dilect⁹ a deo. Sexto mutauit deus ſibi nomē Jacob in Jſrael. Septimo vocatum eſt nomē loci illius Phanuel id eſt facies dei: eo ꝙ in eo vidit dominum facie ad faciem ⁊ ſalua facta eſt anima eius. Per que quidē No. de luctu iacob cū angelo.

ſeptem myſteria figuratiua preuidit Jacob in ſpi
ritu alia ſeptē myſteria futura de Chriſto ꝛ eccl'a.
Nam per primū preuidit qualiter nemo poterat
peruenire nec intrare in eccl'iam Chriſti niſi trā-
ſiret vadū baptiſmale.i.per ſacramentum baptiſ
mi. Per ſecundum autem preuidit qualiter filiꝰ
dei erat incarnandus ꝛ debebat apparere mundo
in forma humana. Per tertium vero preuidit ꝛ fi
gurabatur qualiter filij Jacob baptizati debebāt
recipere Chriſtum ꝛ tenere ipſum fortiter ꝑ fideʒ
Per quartū vero preuidit in figura qualiter filij
Jacob erant diuidendi in duas partes: quarū vna
debebat manere clauda deuiando ꝛ claudicando
a veritate legis non recipiendo Chriſtū in lege ꝓ
miſſum. altera autem debebat manere recta Chri
ſtum ꝛ veritatē legis recipiēdo. Per quintum au
tem preuidit qualiter ille populus qui Chriſtum
erat recepturus: debebat ab eo benedici per eccle-
ſiaſtica ſacramenta/ꝛ dirigi per legeʒ euangelicā.
Per ſextum vero preuidit qualiter omnes qui in
Chriſto erant regenerādi ꝛ benedicēdi ꝛ dirigen-
di: debebant vocari nomine Jſrael. Per ſeptimū
tādem preuidit in figura qualiter in ſola eccleſia
Chriſti erat deus videndus facie ad faciem per fi-
deʒ/ꝛ maxime in ſacramēto Euchariſtie: ꝛ in ſola
eccleſia erant fideles ſaluandi. per hoc qḋ dixit
vidi dominū facie ad faciem ꝛ ſalua facta eſt ani-
ma mea. Ex ſupradictis patet ꝙ Jacob nō dictus
eſt Jſrael ſcḋm carnem ꝛ natiuitatem carnalē: ſʒ
ſecundum ſpiritum ꝛ regenerationē ꝛ benedictio
nem ſpiritualem. ꝛ ideo filij Jacob qui nō recepe-
runt benedictionem ꝛ baptiſmum ꝛ regeneratio-
nem Chriſti: nō ſunt Jſrael nec filij ſcḋʒ ſpiritū:
ſed ſecundū carnem tantū: ꝛ non ſecūdū fidem. ra
tione cuius nō dicitur veri filij Jſrael ꝛ Abrahe:
quia propter fidē vtiqʒ ſortitus eſt tale nomē ꝛ fa
cta eſt ſibi repromiſſio ḋ Chriſto futuro ꝛ de here
ditate eiuſdem. ¶ Et ſic patet ꝙ Jacob ꝛ Jſrael ꝛ
ſemen Abrahe nō ſunt noīa nature nec carnis ſʒ
gratie ꝛ ꝓmiſſionis. ideo conueniunt ſoli eccleſie
Chriſti. Et ſic patet quomodo populꝰ xp̄ianꝰ eſt
verus Jſrael. eo ꝙ habet ſupradictas ſeptē condi
tiones. Nam Jſrael interpretaꝝ vir videns deum
facie ad faciem. vt legiꝝ ibidem. ꝛ etiam Jſrael in-
terpretaꝝ princeps fortis cū deo vel directꝰ a deo
vel benedictus a deo. Et ſic cū populꝰ chriſtianus
videat deū per fidē ꝛ receperit Chriſtū ꝛ tenet euʒ
fortiter/ꝛ eſt benedictus ꝛ cōfortatus per eccleſia
ſtica ſacramenta ꝛ directus per legē euangelicaʒ:
ideo vere dicitur Jſrael. Et per ꝯſequens populꝰ
iudaicus falſo dicitur Jſrael. cū nullā ſupradicta
rum cōditionum habeat: imo totum oppoſitū fe-
cit: quia nō ſolū non recipit Chriſtū: ſed et ipſum
crucifixit. et ſic non videt deum imo manet cecus
ꝛ maledictus. Nec etiā poteſt dici Jacob: ſed Eſau
Primo quia eiectus ab vtero eccleſie. ſecundo qꝛ
vendidit primogenituraʒ nobis. tertio quia ami
ſit benedictionē ſanctorum. Ex quibus ptʒ ꝙ po-
pulus chriſtianꝰ vere dicitur Jacob ꝛ Jſrael: ꝛ ſe-
men Abrahe ſecundum promiſſionem ꝛ imitatio
nem. Unde excecationem illius populi reprehē-
dit Eſai. vj. Cum dominus dicit. Exceca cor popu
li huius ꝛ aures aggraua. Item. xlij. Quis cecus
niſi ſeruus meus? ꝛ ſurdus niſi ad quem nuncios
miſi? Et quis cecus niſi qui venundatus eſt? Itē

X
Nota
qūo po
pulus
xp̄ia-
nꝰ eſt
verus
iſrael.

xliiij. predicit populū gentilem hereditaturū no
men Jacob ꝛ Jſrael/dicens. Ab oriente adducā ſe
men tuum/ꝛ ab aquilone cōgregabo. dicā aquilo-
ni: da. ꝛ auſtro noli prohibere. affer filios meos ḋ
longinquo ꝛ filias meas ab extremis terre: ꝛ oēs q̄
inuocant nomē meum ꝛ gloriam meam: formaui
eum ꝛ creaui ꝛ feci eū: educ foras populum tuum.
oēs gentes ꝯgregate ſunt ſimul ꝛ collecte ſunt tri
bus. Iteʒ. xliiij. Noli timere ſerue meꝰ Jacob ꝛ re
ctiſſime Jſrael quē elegi. effundam aquā ſuper ſi-
tientē/ꝛ flumina ſuper aridā. Et iſte dicit. dn̄e ego
ſum. ꝛ ille vocabiꝝ noīe Jacob. ꝛ hic ſcribet manu
ſua dn̄o. ꝛ in noīe Jſrael aſſimilabiꝝ. Item ibideʒ
lxv. Dimittetis nomen veſtrum hereditariū: ꝛ vo
cabo ſeruos meos nomine alio. ¶ Ex ſupradictis
ptʒ ꝙ populus iudaicus debebat amittere nomē
Jacob ꝛ Jſrael: ꝛ manere cecus. et populꝰ gētilis
debebat ſuccedere ī noīe ꝛ hereditate ꝛ vocari no-
mine Jacob ꝛ Jſrael/ꝛ manu/ꝛ ore/ꝛ ſcripto ꝯfi-
teri deum ꝛ Meſſiam in lege ꝓmiſſum. Ex quibꝰ
patet qḋ eccleſia Chriſti ꝛ populꝰ chriſtianus eſt
verus Jacob ꝛ verus Jſrael ꝛ verū ſemē Abrahe.
ſicut probat Apoſtolus per epiſtolam ad Roma.
¶ Item populus chriſtianꝰ dicitur ciuitas dei in
quātum eſt concors fidelium multitudo cōſenſu
vnius legis euangelice ꝛ vnius fidei ꝛ charitatis
ſociata. Item dicitur eccleſia inquantum eſt con
gregatio fidelium. Item dicitur corpus myſticuʒ
inquantū iungitur vni capiti Chriſto per fidē et
charitatem. Item dicitur vnus homo myſticꝰ in-
quantuʒ peregrinatur ab Adam vſqʒ ad Chriſtū
in primo ꝛ in ſecundo aduentu. Item diciꝝ vinea
domini: quia ab adam vſqʒ ad vltimum electum
quot ſanctos germinauit: tot palmites ꝓtulit ſe
cundū Gregoriū. Et etiam quia Chriſtus expreſ-
ſit ex ea vinū ſacramentorum in ſuo aduentu. Ex
ſupradictis patet/quod vbicunqʒ in ſcriptura et
maxime in pſalmis ſcribitur et ponitur Jacob:
aut Jſrael/aut ſemē Abrahe/aut ciuitas dei/aut
domus dei/aut hieruſalē/aut Sion/aut vinea do
mini: ſemper intelligitur eccleſia fidelium Chriſti:
quia omnia illa nomina poſita ſunt in vete. teſt.
in figura Chriſti ꝛ eccleſie ſiue populi dei/qꝛ oīa
figurabant ꝛ ſignificabant iſtam preſentem eccle-
ſiam. Cauſa etiam quare tota eccleſia Chriſti ḋr
Jſrael ꝛ Jacob ſiue filij Jſrael eſt. Nā omnes nos
deſcendimus ab apoſtolis per generationē ſpūa-
lem/ꝛ ſic ſumus filij apoſtoloꝝ ſm̄ ſpiritum/ſed il
li ſunt filij Jacob ſiue Jſrael ſm̄ carnē ꝛ ſpirituʒ:
ideo nos dicimur Jſrael ꝛ Jacob ſiue filij Jſrael
ꝛ ſemen Abrahe ſecundū ſpirituʒ. Unde ſicut ille
populus fuit continuatus a Jacob vſqʒ ad apoſto
los per generationem carnaleʒ: ita populus chri
ſtianus/ꝛ eccleſia fidelium continuabitur a chri-
ſto ꝛ apoſtolis vſqʒ ad iudicium per generationeʒ
ſpiritualem.

Y

Z
Popl's
xp̄ia-
nus ḋr
ciuitas
dei.

## In tertio capitulo exponuntur nomina lo-

calia ipſius dei ꝛ populi eius. Ad cuius itellectū
eſt notādū ꝙ quinqʒ ſunt nomina locorū que ma-
xime in pſalmis frequentantur/in quibus deꝰ di-
citur habitare: ſcʒ arca domini: tabernaculū dn̄i.
tēplū dn̄i/mons dn̄i/ꝛ celuʒ. ¶ Unde arca eſt quā
dominus precepit fieri per Moyſen in mōte Si-
nai ex lignis ſethim: vt ptʒ Exodi. xxvij. ꝛ. xxxvij.

Noīa
loca-
lia dei

A
De ar
ca dn̄i



In qua cōſiderantur quatuor/ſcilicet materia ex
qua facta erat: quia ex lignis ſethim/ſcilʒ cypreſſi
imputreſacibilis. Scḋo ibi erāt repoſite due ta-
bule diuine legis. Tertio virga Aarō. Quarto vr
na ipſius māne vt ait apoſtolus ad Hebr. ix. In
quibꝰ quatuor figurabatur ꝑſona Chriſti qui eſt
deus ꝛ homo/rex/ꝛ ſacerdos. Nā per lignū Se-
thim notatur humanitas: per māna diuinitas: ꝑ
legem vero regnū: per virgam autē ſacerdotiū fi-
gurabatur. Et ideo arca dn̄i per prius verificabaꝝ
de ipa humanitate ꝛ perſona Chriſti: q̄ de ceteris
eo ꝙ in ea habitat verbum per vnionē perſona-
lem. Secūdo arca dn̄i verificatur de ſacramento
eucariſtie in quo Chriſtus habitat ꝛ continetur
realiter ꝛ ſacramentaliter: ꝛ fit vnū ſacramentuʒ
ex Chriſto ꝛ accidētibꝰ ſacramētalibꝰ. Tertio ve
rificaꝝ de beata virgine. in cuius vtero virginali
Chriſtꝰ. ix. mēſibus habitauit. Quarto verificaꝝ
de tota eccleſia fidelium in qua Chriſtus habitat ꝑ
myſticam vnionē: quā ſibi vniuit ꝛ deſpōſauit in-
diſſolubiliter ꝑ fidem quā ex lapidibꝰ viuis fabri
cauit. Quinto verificaꝝ de qualibet aīa iuſti quā
deus inhabitat per gratiam. Sexto verificaꝝ de
qualibet eccleſia materiali in qua deus habitat
per ſpiritualē dedicationē. eo ꝙ eccl'ie fabricātur
ꝛ dedicātur adminiſtranda eccleſiaſtica ſacramē-
ta ꝛ diuina officia celebrāda. Septimo arca dn̄i ve
rificatur de celo empyreo: in quo deꝰ habitat per
gloriā. Ex quibꝰ patet ꝙ arca analogice diciꝝ de
iſtis. vij. ſcḋm priꝰ ꝛ poſterius ꝑ ordinē ſm̄ ꝙ in
eis maiorē habet vnionē. Et ideo arca dn̄i ꝑ priꝰ
verificaꝝ de humanitate aſſumpta: qꝛ ꝑfectiꝰ ha-
bitat in hūanitate aſſumpta q̄ in ceteris/qꝛ ꝑfe-
ctius vniꝝ ei/ꝛ ideo magis beatificat illā q̄ cete-
ra tabernacula/ꝛ ſic arca dn̄i per ordinē verificaꝝ
de ceteris. ¶ Itē ꝑ eandē rationē tabernaculum
dn̄i ꝛ tēplū dn̄i verificanꝝ de. vij. ſupradictis ꝑ or-
dinē ſcḋm priꝰ ꝛ poſteriꝰ. Nā tabernaculū ſiue tē-
plū dn̄i primo figurabat humanitatē Chriſti. Et
ideo primo de illa verificaꝝ. Et ideo Chriſtꝰ cor-
pus ſuū tēplū appellat. Joā. ij. qū dixit: ſoluite tē
plū hoc ꝛ in triduo reedificabo illud. Et ideo ſub
dit euāgeliſta: ꝙ hoc dicebat de tēplo corꝑis ſui.
Ideo Dauid ī toto illo exēplari ꝛ tota illa deſcri
ptione tēpli ſibi tradita a ſpiritu ſancto preuidit
in ſpiritu totū myſteriū incarnatiōis ꝛ fabricatio
nis eccl'ie: vt ipſe Dauid ait prīo Paralip. xxviij.
ꝙ intellexit oīa que erāt in illo exēplari ſibi tra-
dito. Ideo totū illud tēplū ꝑ Salomonē fabrica-
tū xp̄e fuit figura Chriſti ſcḋm ꝑtes ſuas. Nā in il
lo tēplo erāt tria. qꝛ in medio erāt ſancta ſancto-
rū: ꝑ qḋ figurabaꝝ diuinitas que in Chriſto late
bat. ſcḋo erat in illo tēplo atriū ſacerdotū per qḋ
figurabaꝝ aīa Chriſti. tertio erat ibi atriū populi
per qḋ figurabaꝝ caro Chriſti. Et ſic totū illud tē
plū recte figurabat ꝑſonā Chriſti. Extra autē cō-
iunctim cū tēplo erat porticus tēpli. ꝑ qḋ figura-
baꝝ totū corpꝰ myſticū eccl'ie. Ex quo ptʒ ꝙ tēplū
dn̄i in ſcriptura priꝰ verificaꝝ de hūanitate xp̄i. ꝛ
exinde de ſex ſequētibꝰ ꝑ ordinē. Hoc idē eſt dicē-
dū de tabernaculo qḋ fabricauit Moyſes: qꝛ priꝰ
verificaꝝ de hūanitate xp̄i: ꝛ inde de ceteris ſex ſu
pradictis. Itē ꝑ eādē rōnē mōs dn̄i ꝛ celū ꝑ priꝰ
verificanꝝ de hūanitate xp̄i: ꝛ exīde de ceteris. Ex
quibꝰ ptʒ ꝙ qū nos legimꝰ iſta quinqʒ loca dei in

B
Taber
nacu-
lū dn̄i
ꝛ tem-
plum.

ve. teſt. nō debemus ſiſtere in litera: quia nō ponū
tur grā ſui vt frequēter dictū eſt. Sed vt figura-
bāt ſupradicta ſeptē loca ſpiritualia in quibꝰ deꝰ
vere diciꝝ habitare modis quibus dictū eſt. ꝛ ſic
ſpūaliter ꝛ ꝓphetice ſunt exponēda ſupradicta
quinqʒ noīa localia dei ī ſacra ſcriptura. ꝛ in hoc
cōcordat Rabbi Moyſes deuteronomij titulo de
penitētia. ca. viij. dicēs. ꝙ hoc eſt bonū poſt ꝙ nul
lū eſt bonū. ꝛ hoc deſiderarūt ſcire ꝓphete. qḋ bo
nū multis vocauerūt noībus/que ſunt mōs dei. ꝛ
locus ſanctꝰ eius. ꝛ locus ſanctuarij. ꝛ via ſancta.
atria domini: templū dn̄i: domus domini: ꝛ porta
domini. Itē dicit ꝙ illud tēplū qḋ deſcribit Eze
chiel. cxliiij. nō eſt intelligendū de tēplo materia
li: ſʒ ſpirituali ꝛ celeſti. ex quibꝰ patet ſecundum
iſtum ꝙ illa nomina locorū dei nō ſunt intelligē
da ad literam de illo tēplo materiali. ¶ In ſecun
da parte huius capituli exponenꝝ nomina loca-
lia populi dei. Ad cuius intelligentiā eſt notādū
ꝙ nomina locorū in quibꝰ habitat populus dei/
que magis frequētanꝝ in ſcriptura: ſunt quinqʒ:
ſcilicet Hieruſalē/ſyon/iudea/terra iſrael/ꝛ here
ditas dn̄i. Unde Hieruſalē eſt ciuitas ſita in mō-
te ſyon ꝛ mons ſyon eſt in iudea. ſ. in tribu ꝛ ſorte
Juda. Et iudea eſt pars meridionalis totius ter-
re ꝓmiſſionis. Et ſic terra ꝓmiſſionis diciꝝ tota
terra a mōte libano: vſqʒ ad Berſabee. Et a mari
mediterraneo vſqʒ ad euphratē. lʒ totā nunq̄ poſ
ſederūt vt ptʒ Joſue primo ꝛ iudicū tertio. Verū-
tū eſt aduertēdū ꝙ hec noīa nō ſunt īpoſita iſtis
locis a natura nec a caſu. ſed ex dei nutu ꝛ volūta
te ꝓpter futura myſteria que in ipſis locis erant
futura ꝛ implenda. ꝛ hoc patet per eorū interpre-
tationes. Nā hieruſalē interpretaꝝ viſio pacis: ꝛ
Syon interp̄taꝝ ſpecula ſiue ſpeculatio: ꝛ Judea
cōfeſſio. Que quidē loca ſi ad literā ſumanꝝ tpa-
liter/videꝝ ꝙ falſo noīe nominētur. Nā in hieru
ſalē nūq̄ fuit viſa pax terrena ꝛ tēporalis. Sʒ ſem
per litigiū ꝛ maxīe hodie que eſt ſubiecta infide-
libus. Et ideo eſt dicēdū ꝙ ratio ꝛ cauſa quare pa
triarche ꝛ ꝓphete tantū cōmendarūt ꝛ deſidera-
rūt illā ciuitatē hieruſalē ꝛ ſyon ꝛ iudeā/non fuit
ꝓpter ſitū: nec ꝓpter muros. Sed qꝛ preuiderūt
in ſpiritu ꝓphetico/qualiter Chriſtꝰ ī lege ꝓmiſ
ſus erat in illā terrā ꝛ ciuitatē vēturus: ꝛ in ea ꝑ-
dicaturus ꝛ miracula operaturꝰ. ꝛ in mōte ſyon
debebat inſtituere ſacramentum euchariſtie: ꝛ in
hieruſalē moriturus ꝛ ſepeliēdus ꝛ reſurrecturꝰ.
ꝛ in mōte ſyon ſpiritū ſanctum ſuper diſcipulos
miſſurus. Et ideo qꝛ Chriſtꝰ rex pacis in illa ciui
tate nos debebat deo patri ꝑ ſuum ſanguinē re-
conciliare ꝛ pacificare: iuſte vocata eſt Hieruſalē
Itē quia Chriſtꝰ rex pacis in illa hieruſalē debe-
bat fundare ꝛ edificare ꝛ incipere ſuā eccleſiaʒ in
pace fundatam. Et per eādē rationē ille mons di-
ctus eſt Syon. i. ſpecula ꝛ contemplatio. quia ibi
apoſtoli debebāt recipere ſpiritū ſanctum ꝛ dona
gratiarū. ꝑ que intellexerūt diuinas ſcripturas.
Et per eandem rationē tota illa pars terre dicta
eſt iudea id eſt cōfeſſio/ quia in ea Chriſtus erat
naſciturꝰ/ꝛ in ea angeli debebāt ꝯfiteri Chriſtū
eſſe deū in ſua natiuitate cantātes gloria in excel
ſis deo. Item quia ibi magi Chriſtū confeſſi ſunt
ipſum eſſe deum ꝛ hominē offerētes tria munera/
ꝛ latria ipſum adorātes. Et ſic patet ꝙ cōfeſſio de

C
Noīa
loca-
lia po-
puli dī

No. de
hierl'ʒ
ꝛ terra
ꝓmiſ-
ſionis

Chriſto in iudea facta eſt ĩ ſua natiuitate ⁊ in oblatione tēpli per Simeonē ⁊ Annā ꝓphetiſſam. poſtea ꝑ apoſtolos. ⁊ ideo ex diuina prouidentia cecidit illa terra in ſortem iuda. ⁊ vocata eſt Judea propter myſteria futura. ¶ Per eādem rationem tota terra illa dicta eſt terra ꝓmiſſionis: qꝛ in ipſam erat venturus Chriſtꝰ in lege ꝓmiſſus ⁊ in ipſa genus humanū debebat recipere repromiſſiones. ⁊ ſic etiā dicebať hereditas domini. qꝛ in ea recepimus hereditatē ꝓmiſſam. Et ideo dicit Hieronymus in epiſtola de manſionibus. qđ cauſa quare patriarche ⁊ ꝓphete deſiderabant ſepeliri cum tanto affectu in terra promiſſionis: fuit qꝛ ꝓuiderūt in ſpiritu ꝙ Chriſtꝰ erat ibi moriturus/ ⁊ ſepeliēdus ⁊ reſurrecturus. ideo deſiderabāt cū illo reſurgere ad vitā immortalē. Et ſic putāt multi doctores ꝙ Adā ⁊ Abrahā ⁊ Dauid ⁊ multi ſancti ve. teſt. ſurrexerūt cū Chriſto ꝓpter illā euāgelicā ſniam. Multa corpora ſanctorū ſurrexerūt cū eo. Ex ſupradictis pꝫ ꝙ nō a caſu nec volūtate hūana/ nec ꝓpter naturā locorū fuerūt impoſita talia noīa iſtis locis: ſed ꝓpter diuina myſteria que erāt in eis futura: que realiter fuerunt in eis ꝑ Chriſtū cōpleta. Sed qꝛ tota eccľia Chriſti icepit ĩ illis locis ⁊ fuit ĩſtituta ĩ hierľm/ ⁊ exinde ꝑ totū mūdū diffuſa: idō ꝑ totā ſcripturā eccľia xp̄i noīať his quinqꝫ nominibꝰ. ſ. hierľm/ ⁊ ſyon/ ⁊ iudea/ ⁊ terra ꝓmiſſiōis/ ⁊ hereditas dei. Nā eccleſia xp̄i incepit ĩ illa ſancta ſocietate apoſtolorū ⁊ diſcipulorū q̄ ſecuti ſunt xp̄m ante paſſionē. ⁊ poſt reſurrectionē fuerūt ꝯgregati numero. cxx. ĩ mōte ſyō: vbi oēs receperūt ſpm̄ ſctm̄/ vt patet Actuū primo ⁊ ſcđo. quā ſocietatē ⁊ eccľiā xp̄s in pace fundauit. qꝛ nunꝙ venit ad eos quin diceret: pax vobis: vt patet ꝑ totū diſcurſum euāgelicū ⁊ maxime poſt reſurrectionē: totus eñ theſaurꝰ huiꝰ ſocietatis fuit pax. Unde dixit eis xp̄s. Pacē meā do vobis pacē: meā relinquo vobis. Unde iſta ſctā ſocietas ſiue eccľia egreſſa ab illa hierľm diſperſa eſt ꝑ totū orbē. ideo tota eccľia vere dicif hierľm: qꝛ ab illa ciuitate incepit: ⁊ idō nomē eiꝰ retinet: ſicut flumina retinēt nomē fontis vnde oriunť. vñ Araxes ſic noīať eo ꝙ fluit a mōtibus Arach ipſius Armenie. ⁊ Boryſthenes ſic nominať ꝑ totū eo ꝙ oriť a mōte Bory qui eſt ꝑs ipſiꝰ riphei. Et ſic ꝓ maiori parte oīa flumina retinēt noīa montiū ⁊ locorū a quibꝰ oriunť. ¶ Propter duo ergo tota eccleſia Chriſti dicif ⁊ denoīatur Hierľm. Primo qꝛ ibi fuit cōſtituta a Chriſto ⁊ incepta/ ⁊ inde orta ⁊ ꝑ totū orbem diffuſa. Secundo ꝓpter ꝓprietatē ⁊ noīs interpretationē/ quia ipſa eſt viſio pacis in qua ſola Chriſtꝰ videť per fidē. Per eandem rationem dicif Sion: qꝛ in ſola ipſa Chriſtus ſpeculatur ⁊ contēplať. Item per eandem rationem dicitur terra promiſſionis ⁊ hereditas domini: quia in ſola ipſa recepimus promiſſiones factas de Chriſto. ⁊ recepimꝰ hereditatem hic per gratiā ⁊ in futuro per gloriā. Et ſic eſt dicendum ꝙ in ſacra ſcriptura iſta. v. noīa verificātur. primo de Chriſto: ſecūdo de eccleſia: nam Hieruſalē ⁊ Sion primo verificanť de ꝑſona Chriſti ⁊ de eiꝰ humanitate. quia ipſa anima Chriſti primo videt deū per eſſentiā/ ⁊ in ipſa humanitate videtur deus in patria a beatis. Itē pax primo reperiť in ipſa humanitate Chriſti in qua

(Marginalia: D — E q̄ſo eccleſia dr̄ hieruſalē. — hierľz dr̄ ꝑſona xp̄i)

totū corpus cū magna cōcordia ſubijcitur ⁊ cōformatur anime ⁊ aīa deo. ſcđo ex conſequenti in tota eccleſia: que dicitur hieruſalē ꝓpter rōnes iā dictas. Tertio verificatur hieruſalē de ipſa virgine Maria: quia in ea maxime viguerunt ſupradicte conditiones viſionis/ pacis ⁊ ordinis. Quarto verificať de anima cuiuſlibet iuſti. Quinto verificať de regno celeſti. ⁊ per eaſdem rōnes ſm̄ ordinem/ Sion primo verificatur de xp̄o: ſecūdo de eccleſia. Et ſic eſt dicendū de hoc nomine Judea .i. terra vincentium: ⁊ hereditas dñi: ⁊ etiā de hoc nomine celū. nam celum interpretať clarū. et dicitur a claritate. Ideo prius verificať de Chriſto. ſecūdo de eccleſia. tertio de virgine Maria. quarto de qualibet aīa iuſti. quinto de celo empyreo ſiue de regno celorū/ ſiue de curia beatorum. Sed hoc eſt ſecundū ordinem ſucceſſionis. nam ſcđm ordinem perfectionis: celum prius intelligitur ⁊ verificatur de conſiſtorio trinitatis. ſecūdo de tota illa eccleſia triumphāti. tertio de iſta militāti: quia illa eſt clara per gloriam. iſta per gratiam ⁊ fidem. ¶ Aduertat ergo diligenter prudēs lector: quia iſta noīa nō fuerūt impoſita illis locis gratia ſui: ſed ratione futurorū myſteriorū de Chriſto ⁊ eccleſia/ ideo ad talē ſenſum exponēda. Unde cū hoc cōcordat Rabbi Moyſes de egypto in ſuo more. vbi dicit ꝙ hoc eſt deſiderium deſideriorum quod cupiunt ſcire prophete/ ſcilicet ſcire et intelligere ſignificationes nominum localiū terre ꝓmiſſiōis. quia per Hieruſalē inferiorē intelligēda eſt Hieruſalem ſuperior. Cū hoc etiā concordat illud quod legiť in gloſſa Bereſſit Raba vbi per Thamuldiſtas mouetur queſtio. An deꝰ ſiue eius meſſias cū venerit debeat eſſe acceptator perſonarū. ad quā queſtionē reſpōdēt ꝙ abſit: imo Meſſias cum venerit: ſaluabit omnes cōfitētes deum corde ⁊ opere. quia ſic ſcriptum eſt Hieremie. lx. In diebus illis ſaluabiť iuda. i. omnes gentiles deum cōfitētes qui dicentur Juda. quia ſic ſcriptum eſt Etiā Eſai. xlix. Dedi te in lucē gentium: vt ſis ſalus mea vſqꝫ ad fines terre. Ex quibus patet ꝙ nomina ſiue loca ſupradicta nō ſunt intelligēda etiā ſecūdū Hebreos ſolū ad literam: ſed ſolū ſpiritualiter pro tota eccleſia/ a ſolis ortu vſqꝫ ad occaſum diffuſa. Unde dicit Rabbi Salo. ſuper zecha. ix. ꝙ ꝓphete nō ſunt locuti niſi ad tp̄s Meſſie/ qꝛ nihil eſt ſcriptū in lege vet. gratia ſui: ſed omnia referuntur ad Chriſtum vt dictū eſt.

(Marginalia: F Nota. — Queſtio.)

## In quarto capitulo exponuntur nomina diuine legis.

(Marginalia: G No. de nominibus diuine legis.)

Ad cuiꝰ intellectum eſt aduertēdum ꝙ lex domini ſcđm ꝙ habet diuerſos effectus ⁊ reſpectus ita diuerſis nominibus nuncupatur. Nā inquantum eſt a deo lata/ ⁊ in quātū ligat ⁊ obligat hominem: dicitur lex domini. ſed in quātū eſt a deo ꝓlata ⁊ ſcripta in tabulis: dicitur ſermo domini ſiue eloquium domini. ſed in quantū prohibet mala fieri dicitur precepta ſiue preceptū. in quantum autē admonet bona fieri/ dicitur mandatum ſiue mandata. Sed in quātum eſt teſtificata a deo ⁊ prophetis/ dicitur teſtimonium domini. Sꝫ inquantum per legem cognoſcimus volūtatem domini/ dicitur voluntas domini. Sed inquantum fuit confirmata per mortem Chriſti teſtatoris/ dicitur teſtamentū domini. Sed inquantum iuſtifi



cat obſeruātes: dicif iuſtitie ſiue iuſtitia dñi. Sed operationes que fiunt ſcđm iuſtitiam dicūtur iuſtificationes. Sed punitiones premiationes que fiunt ꝑ iuſtitiā dicunť iudicia dñi. In quātū vero ducit ⁊ dirigit hoīes/ dicif via. Itē in quantū eius ſcripta oīa ſunt impleta in Chriſto/ dicif veritas. In quātū per le. ſumus liberati dicitur mīa. Itē in quantū deo pacificati: dicitur pax. Itē dicitur arbor ſiue lignum vite: ⁊ hoc methaphorice. Nā ſicut Adam colēdo illam arborem vite ⁊ comedēdo eius fructum: iuxta preceptū dñi fuiſſet preſeruatus ab omni infirmitate ⁊ morte: ⁊ in tp̄e ſuo collegiſſet ⁊ adeptus fuiſſet immortalitatē: ⁊ poſt magnū tēpus tranſlatus eſſet in vitam meliorē ſcđm Auguſt. ita deus poſt lapſum dedit homini hāc legem loco illius ligni vite: vt eam ſeruaret ⁊ coleret expectādo ex ea fructū vite. Et Patres vete. teſta. eam ſeruarunt vſqꝫ ad tēpus Chriſti. Et ſic ex ea receperūt fructū in tempore ſuo. ſ. fructum redemptionis. ⁊ ſic eandē legem ſcđm veritatē colentes nos expectamus fructū glorie. Iſta arbor ſicut in primo aduentu Chriſti facit fructū gratie ⁊ noſtre redemptionis: ita ⁊ in ſecundo aduentu faciet fructū glorie. Itē lex dñi dicitur etiā vinea dñi. Nā ſicut vinea primo plantať: ⁊ poſtea fecit palmites ⁊ exinde vuas: ex quibus expreſſis in torculari extorquetur vinum in tēpore ſuo: ita pariter Chriſtꝰ in ꝓ̄ncipio dedit legē nature que fecit folia ĩ Noe ⁊ Abrahā. ⁊ ſic icepit facere vuas in Dauid ⁊ ꝓphetis: que mature fuerūt in aduentu Chriſti ex quibꝰ Chriſtꝰ expreſſit ⁊ extorſit vinum eccleſiaſticorū ſacramētorū in torculari crucis. ⁊ ex eadē lege ve. extorſit veritatē euangelicā quā nos colimus ⁊ obſeruamus. ex qua extorquemus ⁊ extorquebimus vinum glorie in die iudicij ⁊ etiā in fine cuiuſlibet fidelis ex quo pꝫ ꝙ lex diuina accōmodate dicif vinea dñi. Matt. ij. ⁊. xxj. Que data eſt nobis ad colendū. Itē lex diuina dicitur etiā ſeges. nā ſicut frumentū primo ſeminatur ⁊ poſtea creſcit in herbā/ ⁊ exinde in granum ⁊ vltimo in area cum ventilabro ſeparatur granū a paleis: ⁊ granum reponiť in horreo ad ſuſtētandum vitam hoīm: palee vero comburuntur igni ⁊ proijciuntur beſtijs ad comedendū: pariformiter deus in principio ſeminauit legē poſt lapſum in Adā ⁊ Abel: que creuit in herbā in Noe ⁊ Abraham: ⁊ incepit facere ſpicas in Moyſe: ⁊ icepit facere granū ĩ prophetis. que quidē ſeges legis fuit matura in Chriſto. vnde dicit Chriſtus Luce. ix. meſſis quidē multa. Itē Joā. iiij. Aſpicite meſſes qm̄ albe ſunt. ſed hanc meſſem Chriſtus meſſuit ⁊ in ſua area crucis triturauit: ⁊ vētilabro ſuo granū euāgelice veritatis a paleis cerimonialiū ⁊ ceterorū legaliū ſeparauit. ⁊ granum ſacramentorū ⁊ legis euāgelice in horreo eccľie pro nobis repoſuit. ⁊ paleas cerimonialiū tradidit igni extinguibili. qꝛ cerimonias ⁊ cetera legalia totaliter reprobauit ⁊ eiecit ⁊ abdicauit. Et ſic ſicut iā recepimus granū ſacramentorū nunc expectamꝰ granum glorie poſt hāc vitā. Judei autē ceci ⁊ obſtinati adhuc comedūt folia cerimoniarū ſine fructu. ⁊ bibunt ſiue comedūt vinaciū ſine vino qđ iam exinde expulſum eſt. ⁊ ita comedūt paleas legaliū ſine grano tanꝙ beſtie. ¶ Et ſic pꝫ q̄ſo lex diuina ſiue ſacra ſcriptura nominať iſtis. xx. nominibus. ſ. lex dñi/ verbū dñi/ eloquium dñi/ ſermo dñi/ preceptū/ mandatū/ teſtamentū/ teſtimoniū/ iuſtitia/ iudiciū/ iuſtificationes/ via dñi/ ſemita dñi/ veritas/ mīa/ pax: arbor ſiue lignū vite/ vinea dñi: ager ſiue ſeges dñi: ⁊ hoc ſm̄ diuerſos reſpectus ⁊ effectus. ⁊ ideo q̄cunqꝫ aliqđ iſtorū nominum in ſacra ſcriptura ponitur ſemper eſt intelligenda lex diuina: que ſemper eſt diſtinguēda ſecundū ſuas etates vt dictū eſt tractatu. iij. regula. vij. veruntamen de vnoquoqꝫ iſtorū clarius dicetur in ſuis locis.

(Marginalia: Lex dñi dicif vinea. — H)

## In quinto capitulo memorantur et exponuntur nomina diaboli ⁊ populi eius magis frequētata in ſacra ſcriptura.

(Marginalia: I de noībꝰ diaboli.)

vnde diabolꝰ dicif qꝛ diuiſus. qꝛ ab initio in veritate nō ſtetit: ſꝫ a deo diſceſſit. ⁊ ſicut ipſe fuit diuiſus: ita fuit etiā diuiſor. qꝛ hoīem a deo ꝑ peccatum ſeparauit. ⁊ continue inter homines zizaniam ſeminauit. Matth. xiij. ⁊ a veritate diuine legis nos ſeparare conatur. Secūdo dr̄ ſathanas. i. cōtrarius ⁊ aduerſarius: qꝛ ab initio nobis aduerſať ⁊ inimicať ⁊ omni veritati reſiſtit. Itē dicif pctōr. qꝛ ab initio peccat ⁊ mētitur. Jo. vj. Item dr̄ exterminator Apoc. ix. qꝛ hoīem extra terminos diuine viſionis ⁊ beatitudinis eiecit ⁊ cōtinue conatur extrahere. Itē dicitur mors Apoca. vj. quia hominem in mortē deiecit ⁊ actor mortis ip̄e fuit. ⁊ ſic hec ſunt nomina diaboli magis frequentata. Dicitur etiam Belial ⁊ Leuiathā: nā Belial interpretatur aſcēſus ſiue ſupbia. ⁊ Leuiathā. terribilis ⁊ vaſtās. Sed nomina ꝑpľi diaboli ſunt Sodome. egyptꝰ in epiſtola Jacobi. eo ꝙ tales ſunt obcecati in tenebris peccatorū. Itē dicif Babylon: qꝛ cōfuſio. Apoc. xvj. Quia inter mēbra diaboli nō eſt ordo ſed horror ⁊ cōfuſio: cū oēs ſeruiāt vitijs ⁊ malis cupiditatibꝰ. ⁊ ſic in eis nō ratio ſed ſenſualitas dominatur. Et ideo ꝑ talia nomina in ſcriptura cōmuniter populus ſiue mēbra diaboli aut heretici ⁊ infideles ⁊ mali intelliguntur.

## ¶ Tractatus Quintus.

(Marginalia: K de titulo in pſal.)

IN quinto tractatu exponūtur generaliter ⁊ explicātur tituli pſalmorū. Ad cuius intellectū eſt notādū qđ titulꝰ in pſalmis eſt cū ſacramento occulto aliquid ſignificās ꝓ̄ſcriptio. vñ per hoc ꝙ dicif preſcriptio/ denotatur ꝙ in tali titulo deſcribunť aliqui termini/ ſiue ꝙ talis fit ꝑ aliquos terminos. Per hoc autē ꝙ dicif aliquid notificans denotať ꝙ illi termini ponunť ad aliquid notificandū. Per hoc autē ꝙ additur cū aliquo ſacramēto/ denotatur ꝙ illi termini includūtur aliqđ ſacramētū de Chriſto ⁊ eccľia. Itē ſcđm alios: Titulus in pſalmis eſt quorūdā terminorū ſacramentū pſalmi continentium annotatio. que quidē deſcriptio idē ſignificat cū ſuperiori. ¶ Et ideo eſt notandū ꝙ ſex prenotanť in titulis pſalmorum. nā talis titulus aut notificat nomē pſalmi: aut perſonam aliquam: aut materiam pſalmi: aut modū cantādi: aut inſtrumētū cū quo cantabantur illi pſalmi: aut tempus in quo cātabantur. Nomina autē pſalmorū ſunt octo. ſ. pſalmꝰ. canticū. hymnus. intellectꝰ ſiue eruditio/ oratio/ alleluia. pſalmꝰ cātici. canticū pſalmi. Pſalmus dicitur quaſi ſermo laudatorius. Et ſic oēs

generaliter dicitur pſalmi. Cāticū dicit̄ inquā-
tū cantabat̄ voce humana. Hymnꝰ autē dicitur
inquātū dicit laudeȝ dei cum letitia. Alleluia di
citur inquātū cōtinet laudes dei ſimpliciter. Vn̄
dicit Rabbi Abenazra in prologo huiuſmodi/ ꝙ
hec eſt differētia inter hymnū ⁊ alleluia: qꝛ hym-
nus dicit ſimpliciter laudē: ſed alleluia dicit lau
dē ſimul cū deo. Nam allelu/ idē eſt qꝺ laudate:
ſed ia idem eſt quod deus. i. laudate deuȝ. Et ſic
alleluia includit ſimul deū cū laude. Sꝫ iſta ſunt
ſatis friuola: qꝛ hoc idē dicit hymnus: niſi ꝙ ad-
dit letitiam. Sed alleluia dicitur inquātū in illo
pſalmo narrantur beneficia dei. Intellectꝰ vero
ſiue eruditio dicit̄ inquātū ille pſalmus cōtinet
aliquod myſteriū ꝓfundū a ſpū ſancto ꝓphetice
reuelatū. Oratio dicit̄ inquantum in illo pſalmo
fit aliqua petitio. Canticum vero pſalmi dicitur
No. de pſonis in titulis pſalmorū. Nota.
inquātū ille pſalmus cantabatur ſimul cū inſtru
mēto muſico. Sed erat iſta differentia. Nam qñ
chorus cātorū incipiebat primū verſum pſalmi/
⁊ inſtrumētum ſonabat verſum ſequētem/ tunc
dicebatur cāticum pſalmi. Sed quando inſtrumē
tum incipiebat pſalmum/ ⁊ chorus ſequebat̄ ſm
verſum: tūc dicebatur pſalmus cantici. Et ſic pꝫ
ꝙ iſta octo ſunt nomina pſalmorū in titulis pre-
notata ⁊ nō plura. Secundo prenotatur qñq; in
titulis aliqua perſona. Sed illa perſona poteſt eſ
ſe triplex. Nam quādoq; prenotatur ⁊ preſcribit̄
perſona actoris ipſius pſalmi: vt qñ dicitur pſal-
mus Dauid. Quādoq; autem perſona cantoris vt
cū dicitur ipſi Aſaph ſiue filijs Chore. Quādoq;
vero pſona de qua eſt pſalmus: vt cū dicit̄ in Sa-
lomone vel Doech pſalmo. lj. Tertio ī titulo quā
doq; prenotatur materia de qua eſt pſalmus ſiue
ex qua eſt pſalmus. vt cum dicitur/ cum Dauid fu
geret a facie Abſalon. Quarto prenotat̄ quādoq;
in titulo modus cantādi. vt cum dicitur in fineȝ/
ſiue ad victoriam/ ſiue ſuper octauam: qꝛ tūc vnꝰ
chorus conabat̄ ſuperare alium in eleuatione vo
cis. Sed hoc non fiebat ſine ſacramēto vt patebit
ſuis locis. Quinto quādoq; in titulo prenotatur
inſtrumentum cū quo pſalmus cantabatur. vt cū
dicitur/ In organis Dauid. Sexto qñq; in titulo
prenotatur ⁊ notificatur tempus in quo pſalmꝰ
cantabatur: vt cū dicitur pro torcularibꝰ/ ſiue pri
ma/ aut quarta ſabbati. Sed omnia iſta nō fiebāt
ſine ſacramēto vt patebit: ⁊ dicit Rabbi Abenaz-
ra quod qñ in titulis ponit̄ ad victoriā ſiue in fi-
nē/ aut canticū: ſemper prenotabat aliqꝺ futurū.
Item dicit Camby in ꝓlogo huiꝰ libri ꝙ omnes
pſalmi qui intitulantur ad victoriā/ ſiue in finē/
ſiue in organis/ loquunt̄ de Meſſia ⁊ ſemper de-
notant aliquod myſterium profundum. Itē dicit
ſcꝺo ꝙ Dauid fecit oēs pſalmos qui ſunt ſine titu
lo. Itē dicit tertio ꝙ Dauid non ſolum fecit pſal-
mos in perſona ſui: ſed etiā in perſona aliorum:
ſcilicet ī perſona Adā hariſon. i. primi hominis/
⁊ in perſona Moyſi. Vnde qñ dicit̄ oratio Moyſi
viri dei/ nō ponitur ibi Moyſes ꝙ fecerit pſal. iij.
ſed quod fecit Dauid pſalmū illū in perſona ipſiꝰ
Moyſi: inquantum introducit ipſum ad loquen
dum. Et ſic eſt dicendū de pſalmo. xvij. qui intitu
latur in Salomone. Et ſic dicimꝰ nos quod mul
ti pſalmi ſunt facti in pſona illiꝰ qui introducit̄
ad loquendum: ſicut in pſal. iij. ⁊. xv. ⁊. xx. ⁊ multi
facti ſunt in pſona eccleſie ſiue corpis myſtici vt
eſt ps. v. Et multi ſunt facti in pſona ipſius Ade
cū ſua poſteritate fideliū: vt eſt pſalmus. vj. ⁊. xij.
Et ideo debet diligēter aduertere lector que pſo-
na introducitur ad loquēdū in quolibet pſalmo/
⁊ cuius eſt vox ſiue locutio: quia aliter nō pōt ha
beri vera ītelligētia pſalmi. Et etiā preter pſonā
actoris pſalmi eſt pnotāda ⁊ valde ꝯſiderāda pſo
na introducta ad loquēdū in pſalmo: ſicut in co-
medijs ⁊ tragedijs prenotant̄ ⁊ cōſiderant̄ pſone
introducte: qꝛ nūq̄ loquit̄ autor. Ex quo pꝫ qꝺ
oēs particule in titulis poſite ſunt valde notāde:
qꝛ nulla ponit̄ ſine magno ſacramento. Nam vbi
cūq; ponitur in finē prenotatur ꝙ ille pſalmꝰ di-
rigit nos in Chriſtū qui eſt finis legis. Et ſic Da-
uid ꝑ illū pſalmū dirigebat illū populū in Chri-
ſtū Meſſiam futurū: qꝛ in illo pſalmo loquebat̄
prophetice de Chriſto futuro quem ille ppl's tāq̄
finē illius legis expectabat: in quē tēdebat ⁊ pere
grinabat̄. ¶ Itē ſunt etiā attendenda ⁊ cōſiderā-
da inſtrumēta muſicalia que noīant̄ in titulis et
in pſalmis: que ſunt. vij. ſcꝫ Pſalteriū/ Cithara/
Tympanū/ Chorꝰ/ Organū/ Cymbalū/ Tuba. ⁊
Quorū quodlibet nō ponit̄ ſine ſacramēto: imo
ſignificabat aliqꝺ myſteriū futurū de Chriſto ⁊ ec
cleſia. Nā pſalteriū eſt inſtrumētū muſicale qua-
drāgularis figure altera parte longiori habēs de
cē chordas principales. Per qꝺ ſignificabat̄ my
ſtice lex euāgelica: que primo eſt quadrāgularis:
qꝛ per quatuor euāgeliſtas fuit ſcripta ⁊ teſtifica
ta. Quorū duo ſunt maiores ⁊ de viſu. ſ. Joānes ⁊
Mattheus: ⁊ duo minores de auditu. ſ. Lucas ⁊
Marcus. ¶ Itē ſcꝺo ꝙ lex euāgelica habet deceȝ
chordas. ſ. que cōtinet in ſe decē euangelica my-
ſteria. ſ. primo myſteriū trinitatis. Scꝺo myſte-
riū incarnatiōis ⁊ natiuitatis. Tertio myſteriū
predicatiōis. Quarto myſteriū miraculorū opa-
tiōis. Quinto myſteriū mortis ⁊ paſſiōis. Sexto
reſurrectiōis. Septimo aſcēſiōis. Octauo ſpūs
ſancti miſſiōis. Nono gentiliū vocatiōis ⁊ totius
eccl'ie cōgregationis. Decimo future glorificatio
nis. Hec ſunt decē chorde pſalterij euāgelici. Et
hoc dicit̄ pſalteriū decachordū figuratū per illud
pſalteriū materiale cū quo cātabant̄ pſalmi leg.
vet. Itē lex euāgelica dicitur etiā moraliter pſal-
teriū decachordū inquātū cōtinet decē precepta
moralia. Et ſic in hac eccl'ia militāti cōtinue cā-
tamus pſalteriū morale ꝑ obſeruātiā decē prece-
ptorū. Scti vero ī celo cantāt pſalteriū anagogi
cū decem fructuū ⁊ gaudiorū glorie ⁊ felicitatis.
Itē cithara q̄ eſt triāgularis figure. Primo ſigni
ficabat myſteriū trinitatis. ſ. tres perſonas diui-
nas in vna ſubſtātia ⁊ eſſentia. Scꝺo ſignificabat
vnā eccl'iam ceptā triplici nutu. ſ. fidei ſpei ⁊ Cha
ritatis. Nā in tota lege euāgelica nihil ꝑcipit̄ ni-
ſi q̄d credēdū/ quid agēdū/ quid ſperādū. Itē ſigni
ficabat anagogice ſtatū future beatitudinis que
cōſiſtit in viſiōe ⁊ tentione ⁊ fruitiōe. Vnde. xxiiij.
chorde ipſiꝰ cithare triāgularis ſignificabāt. xx
iiij. ſeniores cātātes. Sanctꝰ/ Sanctus/ Sanctꝰ/
in cōſpectu agni. Itē tertio tympanū ſignificabat
myſteriū paſſionis Chriſti ſpecialiter: qꝛ fuit per
cuſſus. Itē quarto per organum ſpecialiter ſigni
ficabat̄ myſteriū reſurrectiōis. Itē quinto ꝑ cho-
rū ſignificabatur myſteriū glorificationis. Sexto

T
No. de inſtrumētis muſicalibus pſalmorū.

M

De Cithara.



per tubā ſignificabat̄ myſterium aſcenſionis. Se
ptimo per cymbalum ſignificabatur myſteriū vo
cationis gentiliū ⁊ cōgregatiōis in vnam eccle-
ſiam. Ideo quādo Dauid aut ſacerdotes in tēplo
cantabant pſalmos cū pſalterio decē chordarū/
nihil aliud intelligebāt niſi vocare Chriſtū vt ve
niret in carnē ad implēda illa decē myſteria euā
gelica. Et ſic eſt dicendū de ceteris inſtrumentis
Nos autē iam cantamus pſalterium euangelicū
agendo gratias pro beneficijs illis iam receptis.
Ex quibus pꝫ: ꝙ qñ ponunt̄ in pſalmis ⁊ memo-
rantur talia muſicalia inſtrumenta nō debemꝰ ſi-
ſtere in litera materiali: ſed trāſire ad ſenſum ſpi
ritualē ⁊ ad myſteria euāgelica que ſignificabāt
illa materialia inſtrumenta. Itē qñ in pſalmis/ ſi
ue in titulo alicuius pſalmi ponit̄ aliqꝺ tēpus in
quo cantabant̄/ puta pro torcularibꝰ/ aut ꝓ dedi-
catione tēpli: tūc debemus recurrere ad myſteria
illarū feſtiuitatū: puta quid ſignificabāt futurū in
nouo teſtamēto. Et ſic ſunt exponēdi tituli/ ⁊ etiā
pſalmi illius tituli: prout latius patebit in ſuis lo
N
Nota de diapſalmate.
cis. ¶ Alterius eſt tertio notādū ꝙ in Pſalterio
lxx. interpretum preter titulos cōmunes reperiū
tur quidā particulares tituli ſcripti in rubeo qui
dicunt̄ diapſalmata/ ⁊ hoc ſub numero. vij. Et hoc
in medio quorūdā pſalmorū/ ⁊ qñq; in principio.
De quo diapſalmate nulla eſt certitudo apud he
breos. imo inter ſe multipliciter diſcordāt. Nam
quidā dicūt ꝙ eſt mutatio metri. quidā aūt ꝙ eſt
cōmutatio ſiue pauſatio cantus. quidā vero ꝙ eſt
mutatio ſententie. Sed hoc nō placet beato Hie-
ronymo in epiſtola ad Marcellam. Sed dicit ꝙ
vbi greci habēt diapſalma literis rubeis/ Hebrei
habēt Sela qꝺ ſignificat ſemꝑ. Et ſic Aquila vbi-
cūq; reperit ſela ſic ſcriptū ipē traduxit ſemꝑ. lxx.
vero ⁊ Symmachus ⁊ Theodocion traduxerunt
diapſalma. Sed beatꝰ Hieronymꝰ ſequēs Aqui-
lam tranſtulit ſemꝑ in latinū in ſua traductiōe.
Sed in veritate nullam videt̄ importare rationē.
Nā quaſi in infinitis verſibus pſalmoruȝ reperit̄
hoc aduerbiū ſemꝑ: vbi nō ſcribit̄ diapſalma tali
modo literis rubeis: qꝛ ſolum reperiunt̄. viij. dia-
pſalmata ſic in rubeo ſcripta in medio pſalmorū.
Et quandoq; bis aut ter in eodeȝ pſalmo. Et ideo
Aug. aliter dicit. vnde dicit: q; ſicut ſymplaſma di
citur cōtinuatio pſalmi apud grecos: ita diaplaſ-
ma dicit̄ diuiſio pſalmi: ſiue manifeſte ſententie.
Nā manifeſte videt̄ ꝙ vbi ponit̄ diapſalma eſt di
ſtinctio/ ſiue mutatio ſententie in eodeȝ pſalmo.
Et ſic Caſſiodorus ſequendo ſententiā Auguſti-
ni/ vbicūq; repperit diapſalma ſemꝑ fecit diuiſio
nem in litera ſui cōmēti ⁊ in ſententia. Sed licet
hoc ſit bene: ⁊ vere dictū: qꝛ diapſalma realiter ſi
gnificat diuiſionē pſalmi tñ adhuc poſitio Augu-
ſtini nō euacuat totā cauſam huiꝰ myſterij/ quare
hoc nomē diaplaſma ꝑponat̄/ ſiue interponat̄ li-
teris rubeis/ ſiue alteriꝰ coloris. ¶ Et ideo eſt ad
O
uertendū ꝙ ſi bene inſpexerimus titulos pſalmo
rum/ potius pro maiori parte denotāt modū can-
tandi q̄ materiā. Nā Dauid q̄ ordinauit diuinuȝ
cultum in tabernaculo/ ⁊ diſtribuit pſalmos in ꝓ
prijs feſtiuitatibꝰ: ⁊ ſic ītitulauit eos: ſicut eccl'ia
nunc intitulat hymnos appropriatos ſingulis fe
ſtiuitatibꝰ. ⁊ ꝑcepit Dauid vt cantarent̄ illi pſal-
mi cū ceteris inſtrumētis ſignificātibꝰ myſteria
cōtēta in illis pſalmis. Et ſic in titulo pſalmi me-
morabat īſtrumēta determinata cū quibꝰ pſalmi
cātabāt̄. Et etiā explicabat modū cātādi vt ſupra
dictū eſt: vt vnuſquiſq; chorus ſciret ſcꝺm vices
ſuas quē pſalmū deberet cātare in qualibet feſti
uitate ⁊ ꝑ quē modū. ⁊ talis modus qñq; explica-
tur in titulo. Et ſic Dauid intitulauit pſalmos ſi-
cut Terentiꝰ intitulauit ſuas comedias/ explicā
do modū cantandi ⁊ pſonas ⁊ inſtrumēta cuȝ q̄bꝰ
cantabant̄: cū dicit Acta ludis megalēſibꝰ duabꝰ
tibijs ⁊c. Itē Dauid qñq; diuidebat pſalmū queȝ
cantabat chorꝰ in ſua feſtiuitate/ ⁊ accipiebat vnā
particulā pſalmi abſciſſam alteri feſtiuitati cōmo
datā ⁊ appropriatā quā vocabat diapſalma. Et cā
tores in medio pſalmi vbi fiebat talis diuiſio ſcri
bebāt diapſalma ī rubeo/ vt cognoſceret̄ diuiſio
⁊ diſtinctio illius particule. Et ſic reperiunt̄. lxx.
diapſalmata. i. diuiſiones in toto pſalterio ſcꝺꝫ ri
tū cantādi q̄ fiebat tūc in tēplo Salomonis. Quē
modū etiā nos ſeruamus in aliquibꝰ pſalmis/ qꝛ
de toto pſalmo accipimus qñq; aliquā particulā/
⁊ cātamus illā in aliqua hora. Nā de pſalmo. xxx.
excerpimus ſex primos vſus. ſ. In te dñe ſperaui.
Et ſic relicta ſcꝺa parte pſalmi cātamꝰ primā par
ticulā in cōpletorio. Et ſic prima particula ꝓprie
dicit̄ diapſalma. i. partitio ſiue diuiſio pſalmi. Et
ſic etiā excerpimus ⁊ abſcindimus duos vltimos
verſus de pſalmo. xxix. ſ. Dñe refugium: et dicimꝰ
eos cū Gloria patri poſt Precioſa in ꝯſpectu dñi
ad primā. Et ſic illa ꝑticula ⁊ abſciſſio pſalmi di-
cit̄ diapſalma. ⁊ ſic ēt pſalmū. cxviij. Beati imma-
culati in via. q̄ habet. xxij. octonarios diuidimꝰ in
xj. partes ponēdo duos octonarios ī qualibet par
te/ et ponimus eos prima/ ⁊ tertia/ ⁊ ſexta/ et nona
horis. Que quidē partitiones dicunt̄ diapſalma
ta. Et ſic patet quid eſt diapſalma. Item per oppo
ſitum etiaȝ eccleſia latina facit alqua ſympſalma
ta. i. cōtinuationes multorum pſalmoruȝ. Nā qñ
q; dicit duos pſalmos ſub vno Gloria patri/ vt in
laudibus dicimus. Deus deus meus. ⁊ Deus mi-
ſereat̄ noſtri ſub vno Gloria patri. Et poſtea in fi
ne dicimꝰ tres pſalmos. ſ. Laudate dñm de celis.
⁊ Cantate dño/ ⁊ Laudate dñm ī ſctis eiꝰ. ſub vno
Gloria pri. Et iſta talia dicunt̄ ſympſalmata/ ſiue
apopſalmata. i. cōtinuatiōes ſiue appoſitiōes di-
uerſorū pſalmorū. Ita q; ſicut diapſalma ē diuiſio/
ſiue ꝑtitio pſalmi: Ita ꝑ oppoſitū ſympſalma/ ſi-
ue apopſalma eſt cōtinuatio/ ſiue appoſitio pſal-
morū: quando vnus pſalmus apponitur alteri: et
continuatur cuȝ eo. Et ſic patet quid eſt/ aut quid
ſignificat diapſalma: quare literis rubeis ſcribe-
batur/ qꝛ ſignificabat diuiſionē/ ſiue partitionem
pſalmi factam in illa parte pſalmi ꝓpter cās iaȝ
dictas. Sed q̄d dicendū ad beatū Hieronymū vi-
ruȝ tante autoritatis: qui dicit ꝙ Sela ſignificat
ſemꝑ? Ad hoc reſpondetur ꝙ hoc nomen Sela in
hebreo erat tunc equiuocū ad ſemꝑ ⁊ ad ꝑtitionē.
Et ideo. lxx. cū Symmacho ⁊ Theodocione cepe-
runt vnā ſignificationē ⁊ veram. Aquila autē qꝛ
ignorauit hanc equiuocationē cepit tantū vnā ſi
gnificationē ſibi notam/ ⁊ hunc ſecutus eſt beatꝰ
P
Nota.
Hieronymus. ¶ Vnde eſt aduertendum ꝙ multa
fuerūt in primo tēplo quantū ad diuinū cultū: q̄
poſtea fuerunt ignorata in ſecundo templo/ vt ait
Joſephus: qꝛ in ſecundo templo non fuit ſeruatꝰ

totaliter idem ritus cantandi pſalmos: imo mul
ta fuerunt omiſſa ⁊ ignorata ꝓpter deſtructioneʒ
primi templi ⁊ ciuitatis: qꝛ cū magno labore reuo
cauit Eſdras ſacerdotes ⁊ illū populū ad cultū di
uinū in ſecūdo tēplo: ⁊ ſic nō potuerūt oīa recupe
rare que fiebant in pⁱmo tēplo. Imo dicit Joſephꝰ
ꝙ nō ſolū ꝑdiderūt Judei exiſtētes ī Babylonia
cultū diuinū: ⁊ obliti ſunt ritus colēdi deū. Sʒ ēt
obliti ſunt literas ⁊ liguā hebreā: ⁊ ideo Eſdras
alios characteres literarū repperit quibꝰ reſtau
rauit ⁊ ſcripſit legē/ vt inquit Hierony. in ꝓlogo li
bri regū. Non ergo eſt mirū Judei moderni poſt
deſtructionē ſecundi tēpli a finibus ſuis electi et
per totū orbē diſperſi perdiderūt oēs ritus colen
di deū antiquos/ ⁊ linguā hebreā ⁊ ignorāt mul
tas ſignificationes ⁊ equiuocationes vocabuloꝝ:
⁊ ideo inter eos ſunt multe cōtradictiōes ⁊ diſcor
die in literali expoſitione ſcripture vete. teſt. Et
ideo nulla fides eſt eis adhibenda: qꝛ neſciūt qd
dicunt propter longam obliuionē. Et ideo eſt ma
gis credendū. lxx. interpretibus ⁊ ipſi Joſepho: q
fuerūt multo tpe ante deſtructionē ſecūdi tēpli: q
melius nouerūt ritus colēdi deū/ ⁊ ſignificatiōes
vocabulorū hebraicoꝝ ꝙ Aquila ⁊ Thalmudiſte
quos ſequitur beatus Hieronymꝰ in hac parte:
quia Judei moderni multas ſignificatiōes voca
bulorū ignorāt/ vt latius dicetur in ſequenti tra
ctatu. Et ideo Judei iam neſciunt quid dicant in
titulis pſalmorū: nec in ceteris ritibus antiqs.

## ¶ Tractatus Sextus.

QUantum ad ſextum tractatuʒ qꝛ
totum teſtamētū vetus eſt tractū ex
hebreo in grecū ⁊ latinū/ ⁊ multe ⁊ di
uerſe ſunt huiuſmodi interꝑtatiōes:
ex quibꝰ eſt eligenda vna ad exponē
dum librū pſalmoꝝ: ideo tria ſunt premittenda ⁊
vidēda in hoc ſexto ⁊ vltimo tractatu. Pⁱmo vnde
habuit ortū lingua hebrea/ ⁊ in quo differt a chal
dea ⁊ ab arabica ⁊ ſyra. Scdo qui fuerūt interpre
tes maioris autoritatis. Et que fuit cauſa diuerſi
tatis eorū. Tertio que eorū interpretatio in libro
pſalmorum ad exponenduʒ nobis ſit magis eligē
Q Nota vñ habuit ortuʒ lingua hebrea.
da. ¶ Quantū ad primū eſt notādū ſʒ ꝙ dicit Al
bumaſar in ſuo ītroductorio: ꝙ Noe poſt diluuiū
deſcēdit a mōtibus armenie ⁊ venit in Chaldeā
⁊ quia vidit terrā aptā ad ſcientiā/ eo ꝙ eſt ſita in
quarto climate: ideo decreuit ī ea manere cū filiꝭs
ſuis ⁊ nepotibꝰ/ quos docuit aſtronomiā/ ⁊ artes
mathematicas: ⁊ naturalem philoſophiā. Poſt
ea chaldei docuerunt arabes ⁊ phenices. Sʒ ara
bes docuerūt egyptios ⁊ ethiopes. phenices au
tē docuerūt grecos/ ⁊ greci latinos: ⁊ ſarmathas.
Et ſic ſemper manent alique diuerſitates in lite
ris ⁊ linguis/ ⁊ alique ſimilitudines in ſonis lite
rarum. Ex quibus patet ꝙ in prima etate iā erāt
litere/ vt dicit Liſander. Nam enos incepit īuoca
re nomen dñi Geū. iiij. ergo iam habebat literas
quibus cōmendabat memorie oratiōes quas cō
ficiebat. Et ſic Noe nutritus in prima etate iā ſci
uit literas/ que litere ⁊ lingua dicebātur natura
les/ eo quod in lege nature fuerunt tradite: quas
literas ⁊ linguam Noe docuit filios ⁊ nepotes ī
ſecūda etate poſt diluuium. Et ſic illa lingua na
turalis cū literis durauit vſq; ad Heber ⁊ Falec.
In cuius tēpore facta eſt cōfuſio ⁊ diuiſio lingua
rum in Babylonia. Unde dicit Aug. xvi. de ciui.
cap. xj. quod illa ligua naturalis māſit in Heber
⁊ filiꝭs ſuis: ideo dicitur hebrea ab heber. Sʒ he
brei dicunt ꝙ illa lingua naturalis totaliter fuit
extincta in illa confuſione Babylonie. Sed in ve
ritate hoc nō eſt neceſſe ꝙ illa ligua naturalis to
taliter extingueret/ ſed ſufficit ꝙ fuerit facta cōfu
ſio ⁊ mutatio ex illa lingua ī multas alias ꝑ mu
tationem aliquarum literarū in principio dictio
nū aut in fine. Et manſit aliqua ſimilitudo ⁊ diſſi
militudo inter linguas maxime vicinas/ vt patet
manifeſte. Sed cū hoc ſtat ſm Aug. ꝙ manſit illa
lingua naturalis integra ⁊ ꝑfecta apud filios He
ber ⁊ ſuos ſucceſſores/ ⁊ iſta fuit lingua Chaldai
ca/ vt manifeſte ptʒ. ¶ Ad cuiꝰ intelligētiā eſt ad
uertendū/ ꝙ ſicut lingua Gallica ⁊ Hiſpana cōue
niunt cū Italica ſiue latina/ eo ꝙ deſcendūt ab il
la: nā Romani cogebant Hiſpanos ⁊ gallos: qbꝰ
dñabantur/ loqui more Romano: eo etiā ꝙ Roma
ni habebāt plures colonias in Hiſpania ⁊ galliꝭs
⁊c. Et ſic tam galli ꝙ hiſpani loquuntur romanū
quaſi in quibuſdā literis ⁊ ſyllabis. Et ſic lingua
hiſpana moderna nil aliud eſt niſi lingua Roma
na obliquata. Et ideo hiſpani ꝓ maiori parte ītel
ligunt linguam italicam ⁊ ecōtrario: eo ꝙ iſta de
ſcendit ab illa. Et etiā hiſpani intelligūt linguā
gallicā/ eo ꝙ ambe deſcendūt ⁊ deriuanť ab itali
ca ⁊ latina. Idem ergo pariter eſt dicendū de lin
gua hebraica/ ⁊ ſyra/ ⁊ arabica. Nā qꝛ oēs deſcen
dunt a chaldaica: vt dicit Albumaſar: ideo oēs ſe
intelligunt inter ſe/ ⁊ oēs intelligunt faciliter lin
guā chaldaicā/ vt manifeſte ptʒ intuentibꝰ. Nam
pro maiori parte vocabula hebraica non differūt
ab arabicis ⁊ Chaldeis niſi mutatis qbuſdā lite
ris aliqñ in principio/ aut in fine. Et ideo iudei fa
ciliter addiſcūt arabicū ꝓpter vicinitatē lingue.
Sʒ cauſa quare lingua hebrea deriueť a chaldea
fuit ꝙ Abrahā vir chaldeꝰ exiuit a chaldea ⁊ meſo
potamia/ q̄ eadē eſt/ ⁊ venit in terrā chanaan que
eſt in ſyria citra euphratē/ ⁊ ibi loquebať chaldai
ce cū filiꝭs ⁊ familia ſua. Sed per longā tpis morā
illa lingua fuit obliquata cōuerſando cuʒ chana
neis. Sed qꝛ chananei ⁊ omnes ſyri vocabant he
breos oēs venientes vltra flumen euphratē: ideo
oēs de familia Abrahe loquētes illa ligua appel
labant hebreos/ ⁊ illā linguā appellabāt hebreā.
Nam hebreus interpretať tranſiēs peregrinꝰ/ ve
niens vltra. Sed qꝛ Abrahā cū ſuis venerat vltra
de chaldea ideo appellabāt ipſum hebreū cū om
nibus ſuis. Ideo dicitur Gene. xxiiij. quod venit
Abrahaʒ hebreus/ quaſi homo peregrinꝰ veniēs
vltra euphratē. Et ſic exinde omnes ſunt dicti he
brei quaſi peregrini ⁊ vltra fluuiani ⁊ chaldei. Ex
quibꝰ ptʒ ꝙ Abrahaʒ fuit chaldeus/ ⁊ lingua ſua
que diciť hebrea fuit chaldea. Et ſic ligua hebrea
eſt lingua chaldea obliquata/ ⁊ aliqualiter altera
ta propter conuerſationē aliarū nationū. Iteʒ qꝛ
Iſmael filius Abrahe ⁊ Eſau filius Iſaac popula
uerunt arabiā: ideo lingua arabica eſt ipi hebrai
ce vicina ⁊ ſimilis. Et ſic lingua ſyriaca/ ⁊ arabica
vʒ lingua chaldea alterata ⁊ obliquata/ inter q̄s
eſt tāta vicinitas/ vt ait Hieronymꝰ in ꝓlogo ga
leato/ ꝙ ſe adinuicē intelligunt. Nam tota terra:
que eſt vltra Jordanem/ pertinet ad arabiaʒ. Sʒ



ab hierl'm vſq; ab Jordanē vix ſunt. xviij. miliaria.
Inde eſt ergo ꝙ beatꝰ Hieronymus: ita in breui
tpe didicit ita ꝑfecte literas ⁊ linguam hebream/
eo ꝙ habitauit in terra ꝓmiſſiōis ferme ꝑ. xl. an
nos: in qua terra oēs vulgares loquebanť indiffe
rēter arabice ⁊ ſyriace. Et ſic Hieronymꝰ iā pra
cticus in lingua arabica ⁊ ſyriaca faciliter trāſi
uit in linguā hebream ⁊ chaldaicam ꝓpter vicini
tatem linguarū. Nā ipſe priꝰ nouit arabicū: nam
immediate ex arabico in latinū trāſtulit librum
Job/ vt ipſe ait in ꝓlogo eiuſdē libri. Et ſic ptʒ ꝙ
lingua hebrea nil aliud eſt niſi lingua chaldaica
quā Abrahā duxit in terrā chanaā ſiue Paleſti
nā. Que poſtea fuit obliquata ꝓpter ꝯuerſationē
R
chananeorū. Etiā fuit magis obliquata/ dū ipſe
ppl's deguit vltra cētū annos ī terra egypti. Et
ſic in hac lingua ſcripſit Moyſes legem dñi: ſiue
pentateuchū/ ⁊ ī eadē lingua fuit ſcriptū reſiduū
veteris teſta. ⁊ in eadeʒ lingua fuit tota ſcriptura
per Eſdraʒ ſcripta poſt captiuitatē Babylonis/
ſed forſan nō eiſdē characteribus literarū/ vt ait
Hieronymꝰ in ꝓlogo galeato: ⁊ ſic illa lingua ⁊ li
tera durauit ⁊ perſeuerauit vſq; ad xpm ⁊ deſtru
ctionē ſecūdi tēpli. Sʒ poſtea iudei expulſi a fini
bus ſuis ⁊ mixti inter alias nationes obliti ſunt illā
linguā ⁊ multas ſignificatiōes vocabulorū: nec
ſciūt alia vocabula hebraica niſi tm̄ illa que ponū
tur ī ſcriptura. Et etiā ignorāt magnā partē ſigni
ficationū illorū. Sed qꝛ poſt expulſionē iudeorū
Syri ⁊ Arabes inhabitarūt illā terrā: iō oēs vul
gares loquebanť Arabice ⁊ Syriace īdifferēter.
Et ſic ptʒ vñ habuit ortū lingua hebrea ⁊ eiꝰ lr̄e.
S No. de interꝑtibꝰ ſacre ſcripture.
¶ Quātū ergo ad ſcdm eſt dicendū/ ꝙ cauſa ⁊ mo
dus/ quare iſta ſacra ſcriptura ꝑuenit ad grecos ⁊
latinos/ fuit iſta. Nā ſm Ariſteum ⁊ Euſebium
de preparatiōe euāgelica libro. viij. ⁊ Augu. xviij.
de ciuitate dei. cap. xlij. ⁊ de doctri. chriſtiana. ca
pitu. x. Appropinquāte tpe aduētꝰ Meſſie ſpūs
ſanctus cuiꝰ eſt ꝓuidere de eccleſia ſua regenda:
preuidens futurā cecitatē ⁊ obſtinationē Judeo
rum: ⁊ conuerſionē gentiliū/ ⁊ ex omnibꝰ linguis
⁊ nationibus in vnā eccleſiam ⁊ fidem congrega
tionē/ tunc per. ccl. annos ante aduentū chriſti in
iecit cupiditatē animo Ptolemei philadelphi re
gis egypti habendi ſcripturā/ ſiue legē Judeorū
in ſua bibliotheca inter ceteros codices ⁊ faculta
tes. Et ſic miſit nūcios ad Heleazarū ſacerdotē:
qui miſit ei. lxxij. viros peritiſſimos in lingua he
brea ⁊ chaldaica ⁊ greca/ qui interpretati ſunt to
tā ſcripturā veteris teſt. ex hebreo in grecū/ nemi
ne in aliquo diſcrepante: imo oēs in eandē ſentē
tiā fuerūt cōformes ⁊ cōuenientes. quā interpreta
tionē Ptolemeꝰ repoſuit in ſua bibliotheca ⁊ co
luit cū maxima reuerētia. Et hāc primā interpre
Spūs ſanctꝰ ꝓcurauit interpretationē ſcripture ꝓpter quinq;.
tationē/ vt ait Euſebiꝰ/ ꝓcurauit ſpūs ſanctus an
te aduentū Chriſti ꝓpter quinq;. Primo ne Ju
dei poſt aduentū Chriſti in ſua ꝓteruitate ⁊ ceci
tate manentes ſcripturā vete. teſta. chriſtianis oc
cultarent. Scdo ne ipſam falſam ⁊ corruptā chri
ſtianis cōmunicarent. Tertio ne dicerent quod
chriſtiani ad ſuū libitū falſam trāſtuliſſent. Quar
to vt greci in quibus vigebat ſciētia/ ipſam habe
rēt: eo ꝙ primi erāt ad fidē cōuertēdi. Quinto qꝛ
latini qui oībus nationibꝰ dominabanť/ erāt ma
xime fidē chriſti amplexuri. Et ſic erat neceſſariū
vt ſcripturā ex grecis iam interpretatā haberēt/ ⁊
faciliter ex greco in latinum poſſent traducere.
¶ Sed qꝛ ex cōſequēti preuidit ſpūs ſanctus: qđ T
oēs Chaldei/ ⁊ Perſe/ ⁊ Medi/ ⁊ Parti/ ⁊ Ara
bes/ ⁊ Armeniꝭ/ ⁊ ceteri adiacētes populi ⁊ natio
nes erāt ad fidē Chriſti vēturi: ideo in principio
imperij Ceſaris auguſti quaſi. xlij. annis ante na
tiuitatē Chriſti ſuſcitauit Jonathā Abenhuziel
babilonicū in lege ⁊ ꝓphetis peritiſſimum: ⁊ iſte
trāſtulit totū teſta. vetꝰ ex hebreo in chaldaicū.
Sed ſcripſit illā trāſlationē literis hebraicis que
nō multū diſtant a chaldeis ſicut dictū eſt/ quā
traductionē iudei appellāt Tragū: que trāſlatio
magis exprimit ſenſum/ qꝛ magis fuit ſolicitꝰ tra
ducere ſenſum ex ſenſu ꝙ verbū ex vbo/ eo qꝛ ille
lingue ſunt valde vicine. imo ponit talia vocabu
la que magis explicāt ⁊ declarāt ſenſum ſicut fa
cit magiſter hiſtoriarū apud nos in texēdo hiſto
riā vete. teſt. Un̄ iſte Jonathā vbi nos habemus. No. bū Quāti fiat ab hebreis traductio Jonathan Abenhuziel.
Dixit dñs dño meo ⁊c. ipſe trāſtulit: Dixit dñs ver
bo ſuo. Que trāſlatio apud hebreos eſt tāte auto
ritatis ꝙ nullꝰ fuit auſus cōtradicere eiꝰ ꝓpter
viri peritiā ⁊ autoritatē/ tū ꝓpter eiꝰ ſanctitatē.
Nā dicūt Judei ꝙ qñ ille ſcribebat iſtā interpre
tationē ſi aliqua muſca deſcēdebat in chartā: tūc
ignis deſcēdebat de celo ⁊ cōburebat illā muſcā
ne ſibi inferret impedimētū/ abſq; leſione charte
⁊ manus illiꝰ. Sed qꝛ iudei moderni viderūt hāc
trāſlationē ita cōformē ⁊ fauorabilē fidei catholi
ce. Nā vbicūq; in ſcriptura ponitur vel noiať xp̄s
ipſe trāſtulit meſſias: vt ibi. Quare fremuerūt gē
tes aduerſus dñm ⁊ aduerſus Meſſiā eius. Et qꝛ
ex tali trāſlatione multi Judei cōuertebanť ad fi
dē/ ⁊ etiā frequēter ꝑ eā chriſtiani cōuincebāt Ju
deos in diſputationibus. Ideo Rabini iudeoruʒ
occultarunt illā trāſlationē/ ⁊ maxime illā que fa
cta eſt ſuꝑ pſalteriū: nec permittūt vt Judei ſim
plices videāt eam: etiā nec chriſtiani ꝓpter cau
ſas iā dictas. Sʒ hec trāſlatio habeť in vſu apud
chriſtianos chaldeos ⁊ pſas ⁊ medos ⁊ parthos/
⁊ ethiopes/ ⁊ arabes/ ⁊ armenios: eo ꝙ iſte natio
nes vtunť literis ⁊ lingua chaldaica ī rebꝰ arduis
⁊ ſacris: ſicut Hiſpani ⁊ Galli ⁊ Italici vtunť lin
gua grāmaticali latina in ſimilibus. Tpe autem
Hadriani a natiuitate Chriſti anno. cxliiij. poſtꝙ
Judei fuerūt expulſi a finibus ſuis/ ⁊ mixti extra
neis nationibꝰ ⁊ liguis: obliti ſunt linguā hebreā
⁊ antiquam/ ⁊ ritum colendi deū/ ⁊ ſignificatiōes
vocabulorum hebraicorū. ¶ Et ideo quidā proſe V
litus Ponticus nomine Aquila ex gentili factꝰ Aqla.
iudeꝰ ꝓpter quandā pulchrā iudeam filiā cuiuſ
dā magni diuitis Rabini Judeorū/ adhibuit ſtu
dium ſolicite literis hebreis ⁊ chaldeis vt place
ret ſocero ⁊ ceteris iudeis propter lucrum. Et iſte
ex hebreo in grecū trāſtulit totū vetus teſta. Sed
qꝛ iam nomē chriſtianorū incipiebat creſcere/ iō
in multis ꝑuertit ſcripturas. Et ideo Thedocion Theodociō
chriſtianus vtriuſq; lingue peritus/ vt confunde
ret peruerſitatē huiꝰ Aquile: idē vetus teſta. etiā
in grecū traduxit: hoc poſtea idē fecit Symmacꝰ.
Sed qꝛ iſti fuerūt ſectatores Hebionitarū: ideo
non habiti ſunt in magna autoritate apud eccle
ſiam. ¶ Origines autem omniū linguarū peritꝰ/ X
⁊ ſacrarū ſcripturarū ſubtiliſſimꝰ indagator vi Origenes.
dens tātam diuerſitatem in tranſlationibꝰ gre

cis/ oẽs trãſlationes habere procurauit: ⁊ ex oĩbꝰ ſub aſteriſco ⁊ obelo vnã correctam cõfecit: oſtendẽs editionẽ ipſorum. lxx. fuiſſe veriorẽ: ⁊ in hoc apparuit admirabilis labor ⁊ ingenium Origenis Et ſic tota eccleſia greca vtebaẗ tranſlatione ipſorũ. lxx. per Origenem correcta ⁊ aſteriſco ⁊ obelo notata. ¶ Tertio eſt iterũ valde aduertendũ: ꝙ cauſa tante diuerſitatis iſtarũ tranſlationũ eſt iſta. Nã chaldei/ ⁊ hebrei/ ⁊ arabes nõ habent vocales in literis ſuis/ ſed tantũ cõſonãtes. Sed vtunẗ quibuſdã pũctis appoſitis/ aut ꝓpoſitis literis cõſonãtibus loco vocaliũ: ſicut manifeſte videmus in literis arabicis. Et ſic tota ſacra ſcriptura fuit ſcripta per Eſdram ſine vocalibꝰ ⁊ ſine pũctis. Et ideo nõ ſciebãt legere ſcripturã legis ⁊ ꝓphetarum ante aduentũ Chriſti niſi magni magiſtri eorum ex longo ſtudio ⁊ conſuetudine/ eo ꝙ vocabula ſic poſita erãt multũ equiuoca ⁊ poterãt adduci ad diuerſos ſonos ⁊ ſignificationes ꝑ appoſitionẽ diuerſarum vocalium aut punctorũ. Et ideo. lxx. interpretes ſpiritu ſancto inſpirati/ ⁊ in lege/ ⁊ ꝓphetis peritiſſimi elegerunt ꝓprias ⁊ ꝟas ſignificatiões vocabulorꝫ hebraicorꝫ ⁊ ſecũdũ illas ſignificationes interpretati ſunt totũ vetus teſta. ⁊ ſic tranſtulerũt ex hebreo in grecum/ ⁊ nõ ſolũ verbũ ex verbo/ ſed etiam ſenſum ex ſenſu. Ideo multis in locis aliqñ mutarunt vocabula/ ⁊ aliqñ aliud addiderũt ad ſenſum explicãdũ/ ⁊ hoc fecerũt ex ſpiritus ſancti autoritate: qꝛ fuerũt veri prophete ⁊ pleni ſpiritu ſancto/ vt ait Augu. xviij. de ciui. dei ca. xliij. ⁊ Hieronymꝰ ſecũdo ꝓlogo ſuper Paralip. Et ſic dicit Auguſtĩ. quod tanꝗ ꝓphete ſunt habendi. Et ideo ceteris interpretibus nõ eſt adhibẽda tãta fides/ maxime iudeis: qui ſemꝑ conati ſunt auertere ſcripturas a vero ſenſu. ¶ Ad cuiꝰ intelligẽtiã eſt iterũ aduertẽdũ: ꝙ poſt cõuerſionẽ magni Cõſtãtini vidẽtes Rabini iudeorũ oẽs gẽtiles cum tãta deuotione ad fidem Chriſti cõuerti per totũ orbem/ ⁊ eccleſiam tanto fauore proſperari: ⁊ etiam ꝙ infinita multitudo iudeorum videntes manifeſtam veritatẽ per experientiã ⁊ miracula/ pariter cõuertebanẗ: ⁊ ſic deficiebãt queſtus ⁊ reditus ⁊ tributa rabinorꝫ. Hac igitur iniquitate cõmoti magna multitudo rabinorũ cõgregata fuit apud Babyloniã egypti que dicitur Cayre: vbi quãto magis caute potuerunt conati ſunt falſificare ⁊ peruertere ſcripturas a vero ſenſu ⁊ ſignificatiõe. Nã cõfinxerunt ſupra. v. vel. vij. puncta loco vocalium. Nã loco ipſius/ a/ cõfinxerũt virgulã trãſuerſam quã Pathah appellãt/ ⁊ aliã quã camem vocant/ ⁊ poſuerũt pro ipſo/ a/ ſub qualibet conſonante. Et pro/ o/ poſuerũt vnum punctũ ſupra/ qđ holez vocant. Et pro/ i/ ponũt punctum ſub cõſonante/ quod hirich appellant. Et loco ipſius/ e. ponunt duo pũcta ſic facta :/ que Sceua: vel tria ſic ∴ fctã qđ Segol appellãt. Et loco ipſius/ v/ ponũt tria ſic facta ⁝ que ſeloſa necudoth vocãt. Et ſic hec pũcta apponũt: vel ſupponunt in literis conſonãtibus loco vocaliũ. Et ſic iſto modo deduxerũt omnia vocabula ſacre ſcripture veteris teſtamẽti ad ſonos ⁊ ſignificationes prout eis libuit ⁊ ad intẽtum ſuum: vbi erãt manifeſta myſteria de Chriſto ⁊ eccleſia/ peruertẽdo ad eorum intentum. Et ſic dixerũt quod trãſlatio ipſorum. lxx. in multis

Cã diuerſitatis iſtarũ trãſlationum.

Augu.

Y Nota.

deficiebat. Quorũ pũctorꝫ inuẽtores fuerũt Rauina ⁊ Rauaſſe/ duo doctores eorũ. Ex quibꝰ patet ꝙ ſcriptura vet. teſt. eo mõ quo ſcripſit Eſdras/ ita indiget interpretatione apud hebreos: ſicut apud nos. Ex quibꝰ etiã ptꝫ ꝙ tota ſcriptura quã hodie habẽt hebrei ſic pũctuata eſt iam interpretata ⁊ ducta ad ſenſum ⁊ intentũ eorũ per illa pũcta. ⁊ ideo nulla fides eſt adhibẽda ſcripture hebraice/ ſicut hodie habẽt ſic interpretatam ⁊ punctuatam: imo ipſimet confitẽtur qđ potuit eſſe error in tali pũctuatione ⁊ interpretatiõe. Et ideo ſcribũt oĩno ſine pũctis illam legem Moyſi quã cũ veneratione tenẽt repoſitam in ſynagogis eorũ: quã thorat appellãt. Illa enim Thorat eſt ſcripta oĩno ſine pũctis/ ſicut Moyſes ⁊ Eſdras ſcripſit eã. Et hoc faciũt vt ipſi dicũt ne poſſit miſceri aliquis error ꝓpter illa pũcta poſita loco vocalium: que poſſunt peruertere ad ſonũ ⁊ ſenſum et ſignificationẽ vocabulorũ. Itẽ iſti Rabini nõ ſolum peruerterũt ſcripturas modo ſupradicto: ſed etiã cõfinxerunt libros Thalmud: in quibus ſcribũtur multa ⁊ falſa ⁊ digna irriſione ⁊ cõtra totã veritatem nõ ſolũ ſacre ſcripture: ſed etiã philoſophorũ: ⁊ cõtra oẽm rationẽ humanam. Et ideo qñ Iudei negãt tibi interpretationẽ. lxx. vel Hieronymi/ eo quod nõ cõuenit cum ſua litera: dic ꝙ mentiuntur: imo ipſi habent interpretatã literã ⁊ falſo modo per illa pũcta deductã. Sed dic eis quod remoueãt puncta/ ⁊ reperient veritatem. Eſt verum qđ iam ignorãt pro maiori parte ſignificationes vocabulorũ: ⁊ etiaꝫ ipſa antiqua vocabula hebraica vt dictum eſt: imo manent per omnia ceci/ ignari/ ⁊ cõfuſi. ¶ Quantum ad tertium articulũ eſt aduertẽdũ ꝙ tota eccleſia tam greca ꝗ latina vſqꝫ ad tempora Theodoſij ſemper vſa eſt trãſlatione ipſorũ. lxx. ⁊ illam colebat ⁊ venerabatur. Sed quia vt dicit Hieronymꝰ illa tranſlatio venerat in tãtam corruptionẽ ex vitio ſcriptorum/ quod vix vnus codex cõcordabat cum altero: ⁊ ideo in quibuſdam eccleſijs grecorum legebaẗ traductio Origenis/ ⁊ in alijs traductio Luciani. Et ſic erat magna cõfuſio in eccleſijs grecorum. Sed maior cõfuſio erat in eccleſijs latinis propter diuerſitatem traductionuꝫ latinarũ. Nã vnuſquiſqꝫ doctor latinorum traducebat vetꝰ teſtamẽtum ex greco in latinũ/ eo quod omnes nouerãt literas grecas/ intantum ꝙ quot erant eccleſie tot erant traductiones apud latinos: vt inquit Hieronymus. Ideo Paula ⁊ Euſtochiũ videntes tantam confuſionem inter eccleſias latinas rogarunt beatum Hieronymum hebraicarũ ⁊ grecarum ⁊ latinarum literarum viruꝫ peritiſſimum/ vt ad vitandam talem cõfuſionem vetus teſtamentum immediate ex hebreo interpretaretur ⁊ verteret in latinum. Et ſic rogatu earũ tranſtulit pentateuchum/ ⁊ Ioſue/ ⁊ librum iudicum/ ⁊ libros regum. Sed rogatu Chromatij trãſtulit libros Paralipomenon/ prout patet in ꝓlogo biblie: in qua traductione beatus Hieronymus tenuit iſtum modum: quia noluit ſequi literam iam per iudeos punctuatam: ſed voluit videre tranſlationem ipſorum ſeptuaginta/ ⁊ Origenis ⁊ omnium aliorum: ⁊ ſic eligit ſignificationes et ſenſus prout ſibi melius et rationabilius viſum fuit: Et in quibuſdam non tranſtulit verbum ex

Z Notã interꝑtatio ſit a[...] bis m[...] gis eli[...] genda

No. de trãſlatione Hieronymi.



verbo/ ſed ſenſum ex ſenſu/ ſicut ſepius fecerunt ſeptuaginta vt ipſe dicit in epiſtola ad Pammachium de optimo genere interpretandi. Unde Hieronymus nõ intẽdebat in tali interpretatione reprehendere. lxx. ſed vitia ſcriptorum et defectus/ eo ꝙ vitio ſcriptorum ⁊ imperitia ⁊ negligẽtia illa tranſlatio in multis locis erat vitiata/ ⁊ q̃dam etiaꝫ erant omiſſa/ que allegantur in ſcriptura noui teſtamẽti/ vt ipſemet ĩquit. ¶ Et ideo papa Damaſus ⁊ etiam vniuerſalis eccleſia Romana bene acceptauit tranſlationẽ Hieronymi tanꝗ veram ⁊ catholicam. Sed noluit eccleſia vt traductio Hieronymi nec aliqua alia ꝑ̃ferretur/ nec anteponeretur interpretationi ipſoruꝫ. lxx. imo voluit vt habeantur tanꝗ prophete in omnibus que interpretati ſunt/ ⁊ in his que addiderunt/ eo ꝙ ſpiritu ſancto pleni locuti ſunt/ vt ait Auguſtinus. xviij. de ciuitate dei. cap. xlij. ⁊. xliij. Ueruntamen paulatim conſuetudo inoleuit in eccleſia vt vnuſquiſqꝫ pro maiori parte ſcriberet ex exemplaribus Hieronymi ad vitandam confuſionem aliarum editionum. Et ſic intantũ celebrata fuit editio Hieronymi: ꝙ impreſentiaruꝫ/ aut vix/ aut in paucis bibliothecis latinis reperitur traductio ipſorum. lxx. imo per oẽs ecclĩas latinas celebratur traductio Hieronymi. De pſalterio autẽ fuit maior difficultas. Nam Damaſus papa propter confuſionem/ et corruptionem diuerſorum exemplarium latinorum rogauit beatum Hieronymum: vt ex greca editione ipſorum. lxx. traduceret pſalterium/ et ſic correctum redderet latinis. Et ſic hoc pſalterium per Hieronymuꝫ primo ex greco tranſlatum ⁊ correctum precepit Damaſus cantari in epiſcopatu Romano. Poſtea vero qꝛ Sophronius frequenter diſputabat cum Iudeis non acceptantibus/ imo negantibus interpretationem ipſorũ. lxx. ideo rogatu eius beatus Hieronymus traduxit pſalterium de verbo ad verbũ ex hebreo iam pũctuato ⁊ interpretato ꝑ Iudeos Thalmudiſtas. Et hanc tranſlationeꝫ bene acceptant Iudei: eo ꝙ conuenit cum litera punctuata et interpretata. Sed eccleſia latina non renuit hanc tranſlationem. veruntamen noluit ꝙ cãtaretur in eccleſia: eo ꝙ eſt aliquantulum ſuſpecta/ cum ſit traducta ex hebreo iaꝫ interpretato ⁊ punctuato: et ad determinatas ſignificatiões ad libitum iudeorum per illa puncta ab eis deducta. Et hoc dicitur Pſalterium ſecundum hebraicã veritatem: non ꝙ illa traductio ſit magis vera ꝗ traductio ipſorum. lxx. Sed qꝛ fideliter de verbo ad verbũ abſqꝫ aliquo addito ſiue remoto ex hebreo iam punctuato ſit facta traductio. Et ideo Hebrei impoſuerunt illi tale nomen: ſcꝫ Pſalteriuꝫ Hieronymi ſecundũ hebraicam veritatem. Poſtea vero quia traductio quam primo ad rogatum Damaſi pape fecerat Hieronymus ex greco in latinum/ vitio ſcriptorum aut aſtutia maliuolorũ emulorum/ iterũ fuerat corrupta: ideo Hieronymus ad inſtantiam Paule ⁊ Euſtochij pſalteriũ ex greca editione ipſorum. lxx. vertit in latinũ qđ quidem pſalteriũ ſic emendatum ⁊ correctum receperunt omnes eccleſie gallicane. Ideo dicitur pſalteriũ gallicanũ. Et ſic omnes eccleſie Italie/ ⁊ Germanie/ ⁊ Hiſpanie pariter ſunt ſecute. Intantũ ꝙ omnes eccleſie cantant hodie hoc pſalterium per Hieronymum ex interpretatione greca ipſorum. lxx. in latinum tranſlatũ/ ⁊ emendatuꝫ/ ⁊ correctum. Ex ſupradictis patet ꝙ Beatus Hieronymus licet totum reſiduũ ver. teſta. fuerit interpretatus ex hebreo non punctuato in latinuꝫ: tamen nullam interpretationẽ fecit de pſalterio ſed ſolum fecit tranſlationes. ſ. duas ex greco interpretato per. lxx. ⁊ vnã ex hebreo iam interpretato ⁊ punctuato vt dictũ eſt. ¶ Reperiẗ ergo triplex trãſlatio ſiue triplex pſalterium tranſlatum per Hieronymum. ſ. pſalteriuꝫ Romanum quod primo tranſtulit ex greco ad rogatum Damaſi/ quod iam non eſt in vſu. Secundum pſalterium quod dicitur Hieronymi ſecũdum hebraicam veritatem/ immediate ex hebreo in latinum tranſlatum: quod quidem pſalterium licet reperiatur in multis bibliothecis antiquis/ tamen in nulla eccleſia legitur propter rationes iã dictas. Tertiuꝫ dicitur pſalteriũ per. lxx. interpretatũ ex hebreo in grecum/ ſed ex greco in latinum per Hieronymum tranſlatum ⁊ emendatũ ſiue correctum qđ quidem pſalterium per omnes eccleſias latinas cantatur ⁊ allegatur ⁊ celebratur: ⁊ apud omnes tam ſeculares ꝗ eccleſiaſticos habetur in vſu. Secundum ergo hanc cõmunem tranſlationẽ intendo ſequi pſalterium ipſius Dauid in preſenti expoſitione. Eſt tamen verum ꝙ vtrãqꝫ tranſlationem ante oculos habere intendo. Et ideo vbi videbo aliquam contradictionem/ aut ſacramenti occultationẽ in litera Hieronymi: aut concordabo tranſlationes adinuicem/ aut differentiã aſſignabo. Sed ſi fuerit ſola differẽtia in rebus abſqꝫ contradictione ſententie: nullũ intendo facere caſum aut mentionem.

A

B triplex pſalte. ꝑ hierony. trãſlatum.

## Prologi tam prolixi cauſe.

Non ergo quis miretur ſi antequã venirē ad expoſitionem Pſalmorum: ita prolixũ premiſi proemium ⁊ tractatum: quia hoc viſum eſt mihi neceſſarium nõ ſolum ad intelligentiam libri pſalmorum ⁊ aliorum librorum ſacri canonis: ſed etiam ad percipiendam mentem beati Auguſtini: ⁊ aliorum ſacrorum doctorum: qui in virtute ſupradictorum principiorum nobis ſacras ſcripturas expoſuerunt. Unde neceſſe eſt prudentem ⁊ catholicum lectorem preſcire in quolibet pſalmo non ſolum autorem pſalmi: ſed que propoſitio veteris teſtamēti in illo pſalmo proponatur: ⁊ que cõcluſio ſiue quod myſterium noui teſtamenti: nobis ex illa propoſitione aperiantur ⁊ in virtute cuius principij talis veritas exquirat. Et per quã regulam ille pſalmus exponatur. Et quid per nomina ſignificetur ſpiritualiter. Et q̃ ſacramenta per titulos importentur: et quomodo diuerſe tranſlationes concordentur: ⁊ adinuicē verificentur. Et ne omnia ſimul iſta in quolibet pſalmo quererentur et itcrarentur: ad vitandam prolixitatem et faſtidium: fuit neceſſe ex ſingulis in hoc prologo particularem et ſpecialem premittere tractatum.

## Proteſtatio autoris.

Veruntamen antequã deueniam ad expoſitionem huius libri: duo intendo cum proteſtatione premittere. Primũ: ꝙ non intendo aliquid dicere nec aſſerere quod ſit contra determinationem Romane eccleſie: nec ſacrorum doctorum ab ea approbatorũ: ſed oĩa mea in hoc opere ⁊ dicta et dicēda ſacroſancte Romane matri eccleſie ſubmitto corrigenda: ſub cuius fide et obedientia viuere et mori intendo.

## Intentio autoris.

Secundum eſt: ꝙ cum ego non ſuſceperim hoc opus aggrediendum ad oſtentationem mei: ſed ad ſatiſfaciendum deuotioni et petitioni ſimplicium ſacerdotum et Chriſtianorum. Ideo in hoc opere non intendo diſputare materias: cũ iam ſint ſatis digeſte et examinate per catholicos doctores tã modernos quã antiquos. Et ſic non intendo adducere diuerſitatem opinionũ doctorũ ſcholaſticorum: ne videar alicui eorum cõtradicere vel derogare. Sed ſolum intendo ex doctrina ſacrorum doctorum antiquorũ: ſecundum gratiam mihi deſuper datam: Veritatem et theſaurum euangelicũ in hoc ſacro agro libri Pſalmorum abſconſum et latentem in lucem fidelibus detegere et reſerare: et tandem cecitati et obſtinationi modernorum Judeorum obſtare: et eorum maledictis ⁊ vanis argumentis reſpondere et ſatiſfacere.

## Inuocatio autoris.

Ergo in nomine ſancte trinitatis ad expoſitionem accedamus.

## Finis Prologi.





Arg. i. l. titiũ et meuiũ. ff. de admi. tuto. Et nota Bart. in. l. j. §. ſi pſes. ff. de excer.

Beatus vir qui non abijt in conſilio impiorum: ⁊ in via peccatorum non ſtetit: ⁊ in cathedra peſtilentie non ſedit.

¶ Iſte liber vulgariter appellatur liber pſalmorũ Dauid inquantũ oẽs generaliter appellant pſalmi: q̃ continet totã ſacram ſcripturam vet. teſta. per modum laudis/ vt dictum eſt in prologo. Secũdo dicit Liber hymnorum Dauid/ ⁊ hoc ratiõe finis: eo ꝙ finis omniũ pſalmorum eſt letitia ⁊ gratiarum actio pro beneficio redēptionis/ vt patebit. hymnus enim dicit cantus letitie. Tertio dicit liber ſoliloquiorũ Dauid: ⁊ hoc rõne modi loquēdi: eo ꝙ vel ſol⁹ Dauid loquit deo in ſpũ ⁊ contēplatione/ vel introducit Chriſt⁹ loquens ſolus ad patrē/ vel introducitur chorus myſtice loquēs ad patrē vel ad filiũ Meſſiam in lege pmiſſuz. Quē librũ hebrei appellant Tihilim. i. librũ orationũ. ¶ Sed quãtuz ad diuiſionē huius libri eſt aduertēdũ: ꝙ liber pſalmorũ non põt ſufficiēter ⁊ pciſe diuidi p partes ⁊ materias pter iã dicta in plogo/ tractatu ſcdo/ capl'o pmo. Et hoc pter quatuor. Primo q̃ pſalmi nõ ſunt facti ſucceſſiue in eodē tpe: imo in diuerſis tpibus pter diuerſas cauſas ⁊ occaſiones mouētes ipſũ Dauid ad cõdēdos pſalmos: ſicut accidebat ſibi ex aduerſitatib⁹ aut pſperitatib⁹. Scdo q̃ pſalmi non ſunt ordinati ⁊ collocati in hoc volumine eo ordine quo fuerunt facti. Sed ſicut ſucceſſiue fuerũt repti/ vt ait Hiero. in plogo maiori. Tertio nõ poſſunt diuidi p titulos: eo ꝙ inter pſalmos eiuſdem tituli interponunt pſalmi aliorũ titulorũ. Quarto non pñt diuidi p materias: eo ꝙ quãq; multi pſalmi habent eandē materiã. Et ideo opʒ vt vnuſquiſq; pſalmus tanquã diuiſus ab altero/ exponat et diuidat p partes. ¶ Sic ergo ad expoſitionē pſalmi primi accedamus: cui null⁹ titulus pponit in hebreo. Et ſic nõ apparet autor hui⁹ pſalmi. Sed dicit beatus Hiero. ſm opinionē quorũdã hebreorũ ꝙ Eſdras fecit hunc pſalmũ tanquã prologũ totius libri pſalmorũ/ vt induceret oẽs fideles ad ſtudium diuine legis. Tñ btũs Aug. ⁊ Origenes/ ⁊ Baſili⁹/ et Caſſiodorus dicũt ꝙ Dauid fecit hũc pſalmũ cũ oĩb⁹ alijs. Sñ dicit Baſili⁹ in homil. primi verſ⁹ hui⁹ pſalmi: ꝙ dauid ſiue Eſdras qui collegit oẽs pſalmos ĩ hoc volumine/ ppoſuit iſtũ pſalmũ in principio hui⁹ libri tanquã brauiũ ⁊ pmiũ oĩbus obſeruantibus diuinã legē. ⁊ vt inducat oẽs ad amorē ſapientie diuine legis/ q̃ maxime in hoc volumine cõtinet/ eo ꝙ in hoc pſalmo explicat ⁊ promittit vera felicitas ⁊ beatitudo cõtēplatoribus diuine legis ⁊ obſeruatorib⁹. Itē ipſemet Hieronym⁹ in epla ad Paulinũ de oĩbus libris ſacre ſcripture attribuit hũc pſalmũ ipſi Dauid cũ dicit in deſcriptiõe viri iuſti. Cũ Dauid eũ arbori vite qui eſt in paradiſo cõpararet: hoc ĩtulit/ In lege dñi voluntas eius/ ⁊ in lege dñi meditabit die ac nocte. Ex quo patet ꝙ Dauid fecit hunc pſalmũ. Nec valet euaſio quorũdã dicētiũ: ꝙ lʒ Dauid nõ fecerit oẽs pſalmos: tñ tot⁹ liber pſalmorum denominat a dauid/ tanquã a maiori parte. Sed hec reſponſio videt friuola. Nã Hieronymus in maiori plogo pſalmorũ de mēte doctorꝝ hebreorꝝ dicit ꝙ dauid nõ fecit niſi nouē pſalmos/ ergo ſcdm illũ moduʒ loquendi/ Dauid minorē partē fecit. Et ſic tot⁹ liber non denominaret ab eo. Ex quo ptʒ ꝙ Hiero. ibi ſolũ locut⁹ eſt ſcdm opinionē magiſtri ſui Barrabã/ ⁊ quorundã aliorũ hebreorũ illius tpis. Sed poſtea Hiero. locut⁹ eſt ſcdʒ veritatē: cũ in diuerſis eplis ⁊ tractatibus oẽs pſalmos diuiſim allegat p ipſo dauid/ vt patebit. Ex dictis ergo Aug. ⁊ Baſilij ptʒ ꝙ Dauid fecit hũc pſalmũ in quo pmittit xp̃a beatitudo cõtēplatorib⁹ et obſeruatoribus legis. ¶ Ad cuius euidētiã eſt vlteri⁹ notãdũ ꝙ oẽs ſapientes in hoc cõuenerũt/ ꝙ vera beatitudo eſt finis oĩm actuũ humanorũ/ vt pʒ. j. Ethi. et ꝙ eſt bonũ per ſe ſufficiēs delectãs habērē. ⁊ pcõſequens ꝙ eſt ſtatus oĩm bonorũ aggregatione pfectus/ quo adepto nihil eſt amplius quod deſiderari queat/ vt concludit Boe. iij. de pſolatiõe. Sʒ de iſto ſtatu pfecto ⁊ beatitudine in quo conſiſtat: ſapientes diuerſimode loquunt quo ad modũ. lʒ quo ad obiectũ oẽs cõueniant in deũ. Nã Peripatetici dicũt/ ꝙ cõſiſtit in ſpeculatione ſummi ĩtelligibilis ⁊ ceterarũ ſubſtãtiarũ ſeparatarũ/ vt patet. x. Ethi. ⁊. xij. Metaphy. Sed Auicēna ⁊ Algazel dicũt. ix. Meta. ꝙ vltima beatitudo ⁊ perfectio aĩe rõnalis eſt: vt fiat ſpeculũ intelligibile/ et deſcribat in ea forma totius. Et ſic recipiat formas oĩm intelligibiliũ vſq; quo iungat primo intelligibili qḋ eſt deus/ et fiat vnũ cũ eo/ ⁊ tunc eſt in vltima pfectione ⁊ beatitudine/ q̃ tũc primus intellect⁹ lucet in eo. Sʒ in veritate lʒ hoc ſit bene dictũ: tñ non explicat totã eſſentiã btitudinis hoĩs. Nã intelligētia nõ ſolũ beatificat in apprehēſione ⁊ contēplatione ſummi intelligibilis: ſed ĩquãtũ mouet pter ipm amatũ ⁊ deſideratum/ vt patet. xij. Met. Et ſic beatitudo put cõſiſtit in cõtemplatione/ ⁊ contēratione/ ⁊ delectatione explet totũ deſideriũ humanũ ⁊ appetitũ. ergo non ſolũ ptinet ad apprehēſionē intus. Sed vltimate cõple

Beatitudo ſit finis oĩum actuum humanoruʒ.

In q̃ beatitudo conſiſtat opinio diuerſa.

tur ⁊ ꝑficit per voluntatē ⁊ amorē. Nec ſufficit ꝙ
aīa inſigat primo intelligibili ꝑ intellectū: ſed ne=
ceſſe eſt/ vt amore inhereat ipſi per voluntatē/ ad
hoc ꝙ appetitus ⁊ deſiderium noſtrum finiatur/ ⁊
ſiſtat ⁊ expleatur. Nam licet deus in quantū ens
primum ⁊ prima veritas ſit primum ⁊ ſummū in=
telligibile: tamen inquantū eſt ſummū ⁊ ſufficiēs
per ſe bonū: eſt ſummū appetibile ⁊ amabile: ⁊ vt
ſic/ ſatiat appetitū. Et ſic felicitat ⁊ beatificat ho=

Frui= ſti q̄d ē

mines ⁊ angelos ⁊ eſt eo fruendum. Ideo ait Au=
guſt. primo de doctrina chriſtiana: ꝙ frui eſt amo
re īherere alicui ꝓpter ſe. Et ſic ſolis diuinis ꝑſo
nis eſt fruendū q̄ nos beatos faciūt. inquantum
in eis eſt vna ſumma bonitas/ ⁊ tamē fruimur co=
gnitis quibꝰ volūtas delectata cōquieſcat. ¶ Ex

E

Tria ſūt de ratiōe btitu= dinis.

quo patet ꝙ tria ſunt de ratiōe beatitudinis/ pri=
mo cognitio ſummi boni/ ⁊ ſic ait Chriſtus Joā.
xvij. Hec eſt vita eterna: vt cognoſcāt te ſolū deū
verum/ ⁊ quē miſiſti Jeſum Chriſtum. Secundo
fruitio ⁊ poſſeſſio illius ſummi boni cogniti ⁊ ap=
prehēſi. ⁊ hoc ꝑ inheſionē volūtatis. Tertio dele
ctatio ⁊ quies ⁊ ꝯtētatio in illo ſummo bono poſ
ſeſſo. Et in hoc cōſiſtit eſſentialiter beatitudo. Et
ſic nullū aliud eſſentiale pōt ſibi addi nec deſide=
rari/ lꝫ aliqđ accidentale poſſit addi ⁊ appeti: vt
infra patebit. Ex his ptꝫ ꝙ in hac vita nemo pōt
eſſe beatus in re/ ſed ſolū in ſpe: inquātū per bōa
opa q̄ hic facit expectat ꝓmiū btitudinis. ¶ Sed

F

de mō acq̄rē= di bea titudi= nem o= pinio multi= plex.

de modo inherēdi ⁊ acq̄rēdi hāc beatitudinē fue
rūt multe opiniōes. Nā veri philoſophi dixerūt
ꝙ ꝑ opationes ſcḋm morales virtutes. Sacerdotes
autē gentiliū dicebāt/ ꝙ nemo poterat perueni=
re ad illā beatitudinē niſi ꝑ cultū pluriū deorū/ ⁊
ſic finxerūt cōplures ſupſtitiones/ ⁊ ritus nefan=
dos/ ⁊ falſas doctrinas ad decipiēdos ⁊ attrahen
dos populos ad cultum pluriū deoꝝ: vt oſtendit
Euſebius in q̄nq; primis libris de preparatione
euangelica. Et Lactantius in libris diuinarū in=
ſtitutionū. Et Aug. in primis decē libris de ciui
tate dei. Sꝫ ſola ciuitas ⁊ populus dei diuino nu
tu ⁊ ſpiritu ſancto inſtructus e principio dixit: qđ
via acq̄rēdi ꝑdictā beatitudinē nō eſt niſi ſtudiū
⁊ obſeruātia diuine legis. Et rō eſt: nā ſicut pctm̄
per ꝙ datur pena ⁊ miſeria eterna/ nihil aliud eſt
niſi ꝑuaricatio diuinorū ꝓceptorū/ ⁊ oē dictum vel
factū cōtra illud qđ lex ꝓhibet/ vt inquit Aug. et
Ambro. ergo meritū quo acq̄rit beatitudo nihil
aliud eſt niſi cōtēplatio ⁊ obſeruatio diuine legis
Et qꝛ totū hoc fuit reuelatū in ſpiritu ipſi Dauid:
ideo fecit hūc pſalmū ⁊ .cxviij. Ideo Eſdras prepo

Aug.

ſuit ipm tanq̄ brauiū in principio libri pſalmorū
vt ſupra dictū eſt ꝑ Baſiliū. ¶ Ad cuius maiorem
euidentiā eſt tertio notandū ſcḋm Aug. lib. cōfeſſio
nū/ ꝙ deꝰ creauit hoīeꝫ: vt ipm cognoſceret/ ⁊ co=
gnoſcendo amaret/ ⁊ amādo frueret ⁊c. ⁊ ſic beati
ficaretur in tali fruitione. Sed voluit deus ꝙ hō
nō attingeret talē beatitudinē ⁊ ꝓmiū niſi prius
operādo mereret. Et ideo in paradiſo terreſtri de
dit ſibi legē in principio valde leuē. ſ. vt operaret
⁊ cuſtodiret lignuꝫ vite/ ⁊ coleret/ ⁊ de omni ligno
ederet ad vitā ſuſtentandā: ſed de ligno vite ede=
ret ad vitā perpetuādā: ⁊ de omni ligno ederet ꝑ=

In le= ge da= ta ade=

ter q̄ de ligno ſciētie boni ⁊ mali/ ⁊ hoc ſub cōmi
natione duplicis mortis/ vt pꝫ Gen. ij. Et ſic pa=
ret ꝙ in illa lege erat duplex preceptū. ſ. vnū affir
matiuū/ ⁊ aliud negatiuū/ vnde erat ꝓpoſitū pre

fuit du plex ꝓ ceptū

niſi ſi obſeruaret ⁊ obtēperaret/ ⁊ pena ſi tranſgre
deret. Sed qꝛ ꝑuaricati ſunt primi parētes prece
ptum ⁊ legē dn̄i. ideo ꝑdiderūt ꝓmiū ⁊ beatitudi=
nē ꝓmiſſaꝫ/ ⁊ inciderūt in penā mortis ⁊ miſerie.
Et ſic a paradiſo terreſtri in qua ad p̄ſens felicita
bantur/ ſunt expulſi/ ⁊ in hanc valleꝫ lachrymarū
deſtinati. Et ſic cū eſſent felices ciues illius ciui=
tatis ꝑ obediētiā ⁊ obſeruantiā illius legis/ facti
ſunt exules ⁊ miſeri peregrini propter inobedien
tiam. Sed qꝛ deꝰ eſt ſumme bonꝰ ⁊ miſericors/ mi
ſertus eſt homini veniā ⁊ miām petēti. Et vt recu
peraret felicitatē ꝓmiſſam in celo: quā peccando
amiſerat: voluit deus vt in hoc mūdo peregrinā=

Nota.

do nō aliter q̄ ꝑ legē fidei ambulando/ ⁊ ipſam le=
gē dei obſeruādo ad celeſtē felicitatē perueniret.
Et loco originalis iuſtitie dedit ei iuſtitiā ⁊ legeꝫ
quā nūc habemus/ ⁊ ꝑ quā ambulat homo myſti=
cus in hoc mūdo. Et ſic ꝑ hāc legē ſiue in hac am
bulauit Adā cū tota ſua poſteritate fidelium vſq;
ad Chriſtū/ ⁊ ambulat ī p̄ſenti vſq; ad iudiciū: vt
dictū eſt in ꝓlogo tractatu. iij. Ex quo ptꝫ ꝙ tota
lex dn̄i tam in vete. teſt. q̄ in nouo data eſt nobis
a deo ad colēdū ⁊ obſeruādum loco illius origina

Lex da tur ob= ſeruan da lo= co ori= ginalis iuſti= tie.

lis iuſtitie quā hō debebat ſeruare ī paradiſo. Et
iſta dr̄ lex dn̄i ⁊ via ꝑueniendi ad veram beatitudi
nē: q̄ ſcḋm diuerſas etates accepit maiores ꝑfectio
nes vſq; ad Chriſtū/ in quo accepit gratiā ⁊ redē=
ptionē. nūc autē iā nō expectat niſi vltimū termi
nū ⁊ beatitudinē. Et ſic dr̄ via dn̄i: ꝑ quā peregri=
namur ad vltimam ⁊ veram beatitudinem. Hoc
ergo myſterium preuidens ⁊ cōtemplās Dauid in
ſpiritu/ fecit hunc pſalmuꝫ in quo comparat legeꝫ
domini ⁊ cultorem eius ipſi arbori vite plātate in
paradiſo delitiarum. Nam ſicut ſi Adam ſeruaſ=
ſet preceptum domini/ ⁊ coluiſſet illā arborē: vixiſ
ſet in preſenti felicitate ineternum: ⁊ poſt longaꝫ
vitam in preſenti fuiſſet abſq; morte trāſlatus in
meliorem ⁊ feliciorem vitam eternam in celo: ita
nos colendo legē dei ⁊ obtēperādo eiꝰ ꝓceptis/ q̄
quidē lex nobis loco illiꝰ arboris ad colēdū data
eſt/ obtinebimꝰ vitā grē in p̄ſenti ⁊ vitā glorioſam
⁊ eternā in futuro. Et ſicut Adā cōtēnēdo diuinā
legē ⁊ arborē vite/ guſtādo de cibo vetito ꝑdidit
vtrāq; felicitatē/ ⁊ incidit in vtrāq; penā mortis:
Jta pariter ꝑuaricator huius legis non ſolū ꝑdit
p̄ſatā ꝓmiſſaꝫ felicitatē: ſed etiā incurrit dānatio
nē eternā. Un̄ hoc miſteriū ⁊ hāc ꝓpoſitionē ape
rit nobis Dauid ī hoc pſalmo. Eſt ergo dicēdū ꝙ
Dauid ex myſterio ligni vite plātati in paradiſo
accepit parabolā ⁊ ꝓpoſitionem ad faciēdum hūc
pſalmū. in quo duo pricipal'r facit. Nā primo oſtē
dit ꝙ lex dn̄i eſt via ꝑ quā peruenit ad veram bea
titudinē/ ⁊ ꝑ quā dat felicitas eterna. Scḋo com=
minat penā eternā ⁊ priuationē btitudinis tranſ
greſſoribꝰ huius legis/ ibi. Non ſic impij non ſic.
Quo ad primū autē duo facit: nā primo facit ꝙ di
ctū eſt. Scḋo hoc probat ꝑ cōparationē ⁊ figuram
ligni vite plātati in paradiſo. Jn q̄ etiā pre oſten=
dit implicite in q̄bꝰ ꝯſiſtit eſſential'r vera btitudo
ibi. Et erit tanq̄ lignū. ¶ Quantū ad primum eſt

G

primo notandū. ſcḋm Ariſto. p'o Ethicoꝝ: ꝙ ſicut
ſagittarius nō pōt trahere recte/ nec dirigere ſa=
gittam in ſignū niſi ꝓuideat et cognoſcat ſignuꝫ:
Jta ⁊ nos nō poſſumꝰ peruenire ad felicitatē/ q̄ eſt
finis oīm actuū humanorū. niſi ꝓcognoſcamꝰ ter
minū/ ⁊ felicitatē/ ⁊ viā ꝑueniendi ad felicitatem.



Cū ergo finis nr̄/ ⁊ btitudo ſit poſſeſſio/ ⁊ fruitio
ſummi boni qđ eſt deꝰ: ⁊ via ꝑueniēdi ad hāc bea

cogno ſcenda ſunt a nobis duo ⁊c.

titudinē ſit lex dn̄i vt dictū eſt: Ideo ſunt duo no=
bis ꝓcognoſcēda. P'mo deꝰ trinꝰ/ ⁊ vnus creator/ ⁊
redēptor/ ⁊ glorificator ſiue beatificator/ q̄ vt ſic/
eſt finis noſter ⁊c. Scḋo ipſa lex diuina ꝑ quā ſu=
mus ad ipm finē ꝑuenturi. Sꝫ qꝛ primū eſt ſupra
humanā facultatē natural'r in hac vita: ideo opꝫ
vt hoc cognoſcamꝰ ⁊ credamꝰ ꝑ fidē. Et ſic in hac
fide ambulauerūt p̄res antiqui ab Adam vſq; ad
Chriſtū. Et ſic fuit neceſſe vt deꝰ reuelaret eis my
ſteriū creatiōis ⁊ future incarnatiōis ⁊ redēptio
nis Chriſti/ ī cuiꝰ fide ſaluati ſunt ī aduētu Chri
ſti. Et in eadē nos ābulamꝰ: vt recipiamꝰ vltimū
terminū nr̄e btitudinis. Et ſic per iſtā fidē ⁊ legē
dn̄i diligimꝰ ꝓximū/ ⁊ ꝑ ſpem ſcḋm legē operamur/
⁊ viuimꝰ ⁊ meremur futurū ꝓmiū: aliter nō. ¶ Ex
quo patet ꝙ lex diuina eſt illa qui docet q̄d ſit cre
dēdū/ ⁊ operādū/ ⁊ expectādū. Et ſic eſt neceſſaria
precognitio/ ⁊ cōtēplatio aſſidua diuine legis. Et
ſic credēdo ꝑ fidē dicimur fideles ⁊ veri/ ⁊ operādo
dicimur iuſti ⁊ boni/ ⁊ licet nondū dicamur beati
in re: tū dicimur btī in ſpe/ qꝛ iam de iuſtitia/ ⁊ de
cōgruo debet iuſtis/ ⁊ fidelibꝰ iſta btitudo ex pa=

H

cto ꝓmiſſa ꝑ Chriſtū in lege euāgelica. ¶ Scḋo
eſt notādū ꝙ ſicut tripl'r cōuenit ābulare in via ⁊
lege dei/ ad hoc qđ ꝑueniat ad finē debitū. ſ. cre=
dēdo/ ⁊ operādo/ ⁊ perſeuerādo/ ⁊ docēdo: ita tri=
pliciter cōtingit errare circa legē dei. ſ. nō creden
do/ aut nō operādo ſcḋm legē: aut nō perſeuerando:
aut falſo mō credēdo ⁊ docēdo. P'mi. ſ. nō credē
tes/ dicunt infideles ⁊ impij. Scḋi dicunt iniuſti.
Tertij dicunt irriſores ⁊ heretici. Et ſic nullꝰ iſto
rū pōt ꝑuenire ad terminū beatitudinis. Nā qui=
libet iſtoꝝ deuiat a via iuſtitie. Nā īfidelis nō cre
dēdo nō intrat viā veritatis. Et ſic deuiat in ꝓnci
pio vie. Iniuſtꝰ aūt lꝫ credat: tū exit a via ī medio.
hereticus aūt deuiat in fine vie. Et ſic nullꝰ iſtoꝝ
pōt ꝑuenire ad terminū. Qꝛ ad cōſtruēdū multa
requirunt: ſꝫ ad deſtruēdū ſufficit vnū/ ſiue ī vno
deficere. Oportet ergo vt obſeruator diuine legis
recte credat: ⁊ ꝑſeuerādo bene operet/ ⁊ recte do=
ceat/ vt ait ſaluator Mat. v. Qui aūt fecerit ⁊ do=
cuerit/ hic magnꝰ vocabit in regno celorū. Item
Jacobi. j. Eſtote factores vbi ⁊ nō auditores tm̄.
⁊c. qui autem perſpexerit in lege perfecte liberta=
tis: ⁊ permanſerit in ea/ non auditor obliuioſus
factus/ ſed factor operis/ hic beatus in facto ſuo

I

erit. ¶ Ex q̄bus ptꝫ ꝙ ad hoc ꝙ q̄s ꝑueniat ad ter
minū btitudinis: opꝫ ꝙ fiat piꝰ ⁊ fidelis in credē=
do: ⁊ fiat iuſtꝰ ī operādo ſcḋm legē/ ⁊ ꝑficiat curſum
vie in ꝑſeuerādo ⁊ docēdo: aut alr̄ diceret impiꝰ/
aut iniuſtꝰ/ aut peſtilēs ⁊ hereticꝰ. Hoc aūt preui=
dēs Dauid ī ſpū/ dicit ī ꝓncipio huiꝰ pſalmi. Bea
tus eſt ille vir q̄ nō abijt ī cōſilio īpiorū. ſ. īfidelīū
nō credēdo/ imo credēdo/ ⁊ in via pctōꝝ nō ſtetit
cōtra legē agēdo/ imo operādo ſcḋm legē/ ⁊ in cathe
dra peſtilētie nō ſedit falſo docēdo ⁊ intelligēdo.
Un̄ nota ꝙ vbi tranſlatio nr̄a habet in cathedra
peſtilētie. ⁊c. litera Hieronymi habet ſcḋm hebrai=
cam interꝑtationē in cathedra irriſorū nō ſedit/
qđ idē eſt. Nā heretici ꝑuerſe gloſſando ſcriptu=
ras dicunt irriſores legis ⁊ vitatis diuine. Et ſic
etiā dicunt peſtilētes: qꝛ ſuo mortifero veneno ce
teros ſauciāt ⁊ inficiūt. Nota etiā ꝙ ī hoc vſiculo
ponunt tria noīa adiectiua. ſ. impioꝝ/ pctōꝝ/ ⁊
peſtilētiū/ ſiue irriſoꝝ/ ⁊ pariter ponunt tria noīa
localia. ſ. in cōſilio/ ⁊ in via/ ⁊ in cathedra. Et po=

Nota.

nunt etiā tria verba. ſ. abijt/ ſtetit/ ⁊ ſedit. Sed nō
ſupflue ponunt. Nā ipſi ſunt infideles/ qꝛ pietas
ꝑtinet ad fidē pctōres ſunt iniuſti a via iuſtitie de=
clinātes ⁊ errātes/ peſtilētes vero ſunt heretici ⁊
obſtinati ī pctō. Sed cōſiliū impiorū eſt falſa ſup=
ſtitio paganorū/ via pctōꝝ eſt via vitiorū. Cathe
dra peſtilētie eſt falſa doctrina hereticorū. Infide
les ergo pagani recedētes a via veritatis abeūt
in cōſilio īpioꝝ nō credēdo. pctōres autē ⁊ iniuſti
ſtāt ⁊ ꝑmanēt in via vitioꝝ. ſ. in ſupbia/ ⁊ auaritia
⁊ luxuria. heretici vero ſedēt in falſis ſectis ꝑuer
ſoruꝫ dogmatū ⁊ errorū/ ⁊ permanēt in ſuo pctō ⁊

K

Quid ſit ca= the= dra pe ſtilen= tie.

obſtinatione. ¶ Un̄ ī hac cathedra peſtilētie ſeu
irriſorū ſedit ⁊ legit primo Saucuniacus/ q̄ pri=
mo apud Phenices ⁊ egyptios tradidit nefan=
dos ritꝰ colēdi falſos deos. Et Muſeus/ ⁊ Linus/
⁊ Homerꝰ apud grecos. Et Numa Pōpiliꝰ apud
Romanos. In hac etiā cathedra peſtilentie ſedit
Ariſtoteles cū dixit. viij. Phyſicorū. ⁊ primo celi
⁊ mūdi/ Mundū eſſe eternū. ⁊ cum dixit. ij. de gnā
tione/ reuolutiones celorū eſſe eternas/ ⁊ quorū
ſubſtātia ſemel deperijt/ impoſſibile eſſe iterum re
dire: ⁊ per cōſequēs reſurrectionē eſſe impoſſibi=
lem. Itē in hac cathedra peſtilētie legit ⁊ ſedit cō
mētator Auerroys/ cū dicit eſſe vnicū intellectuꝫ
oībus hominibus. iij. de aīa/ cōmēto. v. Itē Aui=
cenna q̄ ponit datorē formarū in cōcauo orbis lu=
ne/ ⁊ poſſe aīas intellectiuas creare. Et ſic ī libro
de diluuijs hoīes poſſe naturaliter generari ex
corruptione ꝑ ſolā influentiā aīe a datore forma=
rū. Itē in hac cathedra ſedit Arrius cū ſuis/ q̄ di=
xit filiū nō cōſubſtantialē patri. Itē Neſtorius q̄
aſſeruit duas ꝑſonas in Chriſto. Itē Eutichius q̄
poſuit vnicā naturā cū vna perſona/ ⁊ ſic de cete=
ris peſtilētibus ⁊ irriſoribꝰ hereticis. ¶ Item to=
tus iſte verſus poteſt intelligi myſtice ſiue pro=
phetice de Chriſto/ ⁊ ꝑ oppoſitū de Adā. Nā Adā
abijt in cōſilio impioꝝ qū ꝑſuaſu diaboli diſceſſit
a diuino ꝓcepto/ ⁊ comedere ꝓpoſuit fructū ꝓhi=
bitū. Sꝫ tūc ſtetit in via pctōꝝ qū actual'r come=
dit. Sed tūc ſedit in cathedra peſtilētie qū ſuo pe
ſtifero veneno oēs poſteros ſauciauit. Hoc idem
eſt dicēdū de diabolo q̄ recedēs ab amore dei con
uerſus ad amorē ſui magis dilexit ſeipm q̄ deū/
nō implēdō voluntatē dei/ ⁊ ſic manſit obſtinatꝰ
ſedēs ī cathedra peſtilētie. Et ſic docet oēs here=
ſes ⁊ falſas ſectas. Sed Chriſtꝰ fuit ille q̄ nunq̄
abijt in ꝯſilio impiorū: qꝛ nunq̄ receſſit: imo ſem
per impleuit voluntatē patris/ ⁊ nunq̄ ſtetit in
via peccatorū: qꝛ pctm̄ nō fecit nec inuentꝰ eſt do
lus in ore eius/ nec ſedit in cathedra peſtilentie:
qꝛ viam dei in veritate docuit/ qꝛ eſt via veritas
⁊ vita. ideo aſcēdit in montē ⁊ ſedēs docuit ⁊ de=
clarauit legē. Matth. v. Iſte etiā verſus pōt expo
ni moraliter de quolibet fideli ⁊ iuſto. ¶ Nā pec=

L

Pecca ti ſunt tres gradꝰ

catū habet tres gradus. ſ. propoſitū/ opationē/ et
obſtinationē. Un̄ qū q̄s ꝓponit peccare: tūc abijt
in cōſilio impiorū ꝑ cōſenſum ſiue cōſentiēdo con
ſilio diaboli. Sꝫ qū operat ꝑ effectū: tūc tam ſtat
in via pctōꝝ cū diabolo. Sed dū manet obſtina=
tus ⁊ morit in peccato: tunc ſedet in cathedra pe=
ſtilētie cū diabolo. ¶ Duo ergo intelligunt ꝑ ſe ſ=

M

ſionē ĩ cathedra peſtilētie.ſ.doctrina hereticoꝝ
poſtifera/⁊ ĩpenitētia obſtinatoꝝ:qꝛ ambo illi ſe
dēt in cathedra peſtilētie:qꝛ vterqꝫ iſtoꝝ īficit ſo
cios/iſte p falſaz ⁊ peſtiferā doctrinā/⁊ ille exem-
plo praue vite dat ceteris occaſionē ⁊ audaciā pec
cādi.⁊ambo dicunt irriſores diuine legis.ſ.ille
falſo interptādo/⁊ hic preuaricādo ⁊ diuina pre
Nota. cepta ⁊ ſacramēta eccleſiaſtica cōtēnēdo. Vñ nota
ꝙ ſicut eſt triplex gradus malorū hoīm.ſ.ꝓponē
tiū peccare/⁊ peccātiū/⁊ obſtinatoꝝ:ita ſunt tres
gradus bonorū.ſ.incipiētiū ⁊ ꝓficiētiū ⁊ perfe-
ctorū. Et ideo iſte verſus debet legi ⁊ intelligi hypo
thetice ſic: Beatꝰ vir q nō abijt in cōſilio impioꝝ:
ſed māſit in cōſilio fideliū ⁊ iuſtorū/⁊ in via pctōꝝ
nō ſtetit/ſed in via iuſtoꝝ ꝑmāſit bene operādo/
⁊ in cathetra peſtilentie nō ſedit:ſed in vera do-
ctrina legis ꝑſeuerauit. Itē lꝫ aliqñ abierit in cō-
ſilio impioꝝ cōſentiēdo/⁊ ſteterit in via peccato-
rū male operādo:tñ nō ſedit in cathedra peſtilē-
tie/qꝛ finaliter penitētiam egit de peccatis.

di.j.c. oēs leges. et xiiij.q.j. qſqs

**Sed in lege dñi volūtas eius:⁊ in lege eius meditabitur die ac nocte.**

¶ Notandū ſm Caſſiodoꝝ:ꝙ totus iſte pſalmus
ꝓcedit p ſyllogiſmos ſiue ꝓpoſitiones hypothe
ticas ⁊ duplices. Nā ex negatiua infert affirma-
tiua ⁊ ecōtrario. Vñ qñ in primo verſu dicit nega
tiue. Beatꝰ vir qui nō abijt ⁊c. ideo illico affirma
tiue ſubdit. Sed in lege dñi fuit volūtas eiꝰ ⁊c.
Quaſi dicat ꝙ beatꝰ eſt vir qui nō receſſit a deo/
nec a lege ſua:ſed opere ⁊ fide ſemꝑ manet in lege
dñi p cōtēplationē ⁊ operationē. Unde qꝛ nō ſuf-
ficit ſolū non agere malū niſi quiſqꝫ agat bonū/⁊
operet ſm legē: Ideo poſtq̄ dixerat: Beatꝰ vir q
nō abijt.⁊c.i.qui nō deuiauit a lege in ꝓpoſito nec
qd lex diuina facit hoīem fidelē. in facto.⁊c.ꝓtinus addit. Sed in lege dñi.i.ſem-
per ille eſt beatꝰ ſupple cuiꝰ voluntas eſt in lege
dñi/⁊ in ea meditabit die ac nocte. Unde notādū
ꝙ ſicut ſuꝑſtitio ⁊ infidelitas reddit hoīem infi-
delē/⁊ peccatorē/⁊ peſtilētē: Ita lex diuina ⁊ eiꝰ
aſſidua cōtēplatio reddit ipm piū/⁊ fidelē/⁊ culto
rē viiꝰ dei/⁊ iuſtū/⁊ piū/⁊ ſaluū/⁊ dignū vita eter
na. Ideo ſubdit: Sed in lege dñi volūtas eius ⁊c.
Cōditiones viri iuſti. Iterū aduertēdū ꝙ duo dicit de viro iuſto. Primo
ꝙ voluntas eius ſit in lege dñi. Scdo ꝙ in ea me
ditabitur ⁊c. Unde per primū intelligit operatio
ſcdm legē/per ſcdm vero aſſidua contemplatio.
Nā primo quis credit per aſſiduam cōtemplatio
nē/qd pertinet ad intellectū. Scdo diligit deū ⁊
proximū in affectu ⁊ in effectu/qd pertinet ad vo
luntatē. Nā ex aſſidua contēplatione generat fi-
des/⁊ ex fide generatur charitas/⁊ ex vtraqꝫ naſci
tur ſpes/qꝛ qd credimus bonū diligimus/⁊ bo-
nū futurū creditū ⁊ amatū ſperamus. Quando er
go chriſtianus baptizatur/⁊ qñ nō cōſentit diabo
lo:tunc nō abijt in cōſilio impiorū:ſed fideliū. Et
quādo voluntas eius manet in lege domini/tunc
operatur ſcdm precepta/⁊ nō ſtat in via peccato-
rū ſed iuſtorū/⁊ cum contēplatur aſſidue in lege
dñi cum humanitate ⁊ charitate:tūc nō ſequetur
falſas doctrinas/nec manebit obſtinatus. Et ſic
nō ſedebit in cathedra peſtilentie/ſed veritatis ⁊
ſalutis. Et ſic talis eſt beatus in ſpe/vt dictū eſt.
N ¶ Secūdo eſt notādū ꝙ dies ⁊ nox tripliciter ſu-
Dies ⁊ mit in ſacra ſcriptura. Primo tēporaliter. Et ſic
dies eſt preſentia ſolis ſuꝑ terrā/⁊ nox abſentia nox tripliciter ſumit in ſcriptura.
eiuſdē. Scdo ſumit moraliter. Et ſic proſperitas
dicit dies/⁊ aduerſitas nox. Tertio ſumit allego
rice. Et ſic lex vetus dicit nox/⁊ lex noua dr dies.
Et ſic dicit aplus ad Romanos.xiij. Nox ꝓceſſit/
dies aūt appropinquabit.⁊c. Quomodocūqꝫ ergo
ſumat ſemꝑ verificat hoc dictū/qꝛ neceſſe eſt bo-
nū virū meditari in lege dñi die ac nocte. Nā bea
tus vir qui meditat in lege dñi die ac nocte tēpo-
rali.i.per totū tēpus vite ſue. Nam tūc cognoſcet
deū:⁊ exēplo bonoꝝ cauebit omne malū/⁊ faciet
omne bonū. Et ſic nō abibit in ꝯſilio impioꝝ/nec
ſtabit in via peccatorum/nec ſedebit in cathedra
peſtilētie/ſed ſalutis.⁊c. Itē beatus/qui meditat
in lege dñi die ac nocte.i.in ꝓſperitate ⁊ aduerſi
tate. Nā cōſiderādo iſta mundana eſſe trāſitoria/
⁊ oīa celeſtia eſſe eterna:q nō acquirunt niſi per
bona opera/⁊ per patiētiā in aduerſis. Et ſic exē-
¶ Hec eſt ſcd̄a pars in qua Chriſtꝰ increpat ⁊ exhortat̄ ſuos ꝑſecutores/ vt deſiſtāt a malitia: ⁊ ſequant̄ doctrinā ſuā ⁊ legē euāgelicaꝫ: ⁊ duo facit. Nā primo facit qꝺ dictū eſt. Scd̄o remouet ⁊ ſoluit quandā falſam excuſationē eoꝝ ibi. Multi dicunt quis ⁊c. Quātū ad primū eſt aduertēdum/ ꝙ cauſa quare principes/ ⁊ phariſſei moti ſunt ꝯtra Chriſtū fuit: qꝛ Chriſtus exhortabat̄ eos ad contēptū tꝑalium: ⁊ vt ponerēt ſpē in deo/ ⁊ in bonis celeſtibus ⁊ ſpūalibus ⁊ ꝑdicabat legē Moyſi nō eſſe intelligēdā ad literā: ſed ſecūdū ſenſum ſpūalē. Et ideo cōiurarūt cōtra ipm̄ dicētes. Si hūc dimittimꝰ veniēt Romani ⁊c. Et tūc ꝯgregati ſunt in atrio Caiphe: vt ipſum morti traderēt ⁊c. Dicit ergo Chriſtꝰ: O filij hoīm. i. hoīes mūdani ⁊ carnales vſquequo eritis graui corde/ ⁊ manebitis in corde graui ⁊ maliuolo: o vos Iudei conantes me occidere ⁊ vos tyranni ꝑſequētes nomē meuꝫ ⁊ eccleſiā/ vt q. d. i. quare diligitis vanitatē. i. bona tꝑalia vana ⁊ friuola? Nā vos Iudei ꝓpter bona tꝑalia vana queritis mēdaciū: falſo mō gloſſando legē ad literā tantū intelligendo/ ⁊ verū ſenſum ſpūalē refellēdo/ ⁊ in cerimonijs ꝑmanēdo: ⁊ veritatē meſſie negādo. Nam lex ꝑ Moyſen data eſt. Sed veritas ꝑ Chriſtū patefacta eſt: quā vos tāꝗ mendaces negatis: ⁊ ſuſcipere recuſatis. Et etiaꝫ vos gentiles tyranni diligitis vanitatem rerum temporalium: ⁊ queritis mendacium ſuperſtitionis ⁊ cultus idolorum. Et ideo

De cōſe. di. ij iterat̄. de pe. diſ. j. ꝙ ebrie.

**Scitote quoniam mirificauit dominus ſanctum ſuum: dominus exaudiet me cum clamauero ad eum.**

¶ Scitote: ⁊ volo ꝙ ſciatis qm̄ dn̄s pater mirificauit ⁊ mirificū oſtēdit Chriſtū ſanctū ſuū ⁊ filiuꝫ ſuū. Oſtēdit eīm mirificū in ſua ꝯceptione: qꝛ non opere Adā ſed de ſpiritu ſctō conceptus eſt: ⁊ ſup naturā natus. Et etiā mirificauit eum per oīa ſigna que facta ſunt in eius natiuitate per vniuerſum orbem. ſ. qꝛ angeli cantarunt Gloria in excelſis ⁊c. Et ſtella magos duxit ad preſepe ⁊c. Item in eiꝰ oſtēſione ⁊ predicatiōe innumera miracula operatꝰ eſt: egros ſanando: ⁊ mortuos ſuſcitando. Itē in eius paſſione tenebre facte ſunt ꝑ vniuerſam terrā. Itē mirificauit eū in eiꝰ reſurrectiōe et aſcenſione ⁊c. Ideo cognoſcite ipm̄ eſſe veꝝ deū: ⁊ meſſiam in lege ꝓmiſſum/ ⁊ caput totiꝰ eccleſie: ſine quo nemo poteſt ſaluari: ⁊ niſi ipſe orauerit ꝓ eo ad patrem. Ideo ſubdit/ Dominus pater exaudiet me: cum. i. quandocunꝗ clamauero ⁊ orauero ad eum pro membris meis. Ergo

Ephe. iiij. de pe. di. j. c. teſurā.

**Iraſcimini ⁊ nolite peccare: que dicitis in cordibus veſtris: ⁊ in cubilibus veſtris compungimini.**

Augu. vj. q. j. vj. a gnouimꝰ. de cōſec. di. iiij. nec ꝙ. ꝙ. ⁊ placuit.

¶ Iraſcimini. i. lꝫ ad horam iraſcimini: tū nolite peccare. i. irā ⁊ malū ꝓpoſitū in effectū deducere. quaſi dicat. Vos Scribe ⁊ phariſſei ex ira ⁊ iniquitate ⁊ inuidia diligētes vanitatē ⁊ querētes mendaciū/ conſilium feciſtis vt me dolo caperetis et occideretis. Et ideo licet hoc feceritis/ tū nolite peccare. i. hāc malitiā in effectū ⁊ executionē deducere/ cognoſcite veritatē/ ⁊ ſcrutamini ſcripturas: qm̄ ipſe teſtimoniū ꝑhibēt de me: ⁊ nolite effundere ⁊ tradere ſanguinē iuſti. Et ſi forſan hoc dicitis ⁊ dixiſtis in cordibꝰ veſtris: et ꝓpoſuiſtis me occidere: tū cōpungimini in cubilibꝰ veſtris ꝑ pniam. i. videte ⁊ cognoſcite pctm̄ ⁊ errorē veſtrū in penetralibꝰ. i. ſecretis vr̄is: ⁊ ꝯpūgimini ⁊ agite pniam de his q̄ dicitis ⁊ dixiſtis in cordibus ꝯtra me. Et ēt lꝫ occideritis me: tū ꝯpūgimini ꝑ pniaꝫ ⁊ ꝯuertimini ad me: baptiſmū ⁊ legē euāgelicā recipiēdo: ⁊ iā deinceps abijcite ⁊ dimittite cerimonias: ⁊ ſacrificia figuratiua veteris legis: ſed ⁊

**Sacrificate ſacrificium iuſtitie: ⁊ ſperate in domino: multi dicunt quis oſtendit nobis bona.**

**Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui domine: dediſti letitiam in corde meo.**

¶ Sacrificate ſacrificiū iuſtitie. ſ. euchariſtiam in qua ſacrificat̄/ ⁊ offertur Chriſtꝰ filiꝰ dei/ q̄ eſt verum ſacrificium iuſtitie bonū de ſe/ ⁊ acceptabile apud patrem ꝓ oībus pctīs ſatiſfaciens: qꝛ bonū de operato. Et ſperate in dn̄o/ ⁊ nolite ampliꝰ ponere ſpem veſtram in ſacrificijs ⁊ cerimonijs legalibus: quia non ſunt gratia ſui: ſed qꝛ figurabāt Chriſtū venturū ⁊ eccleſiam. Et ideo in eis nō eſt ſpes ponenda/ nec in cibis: aut rebus temporalibus/ ſed in ſolo deo/ ⁊ in bonis futuris ſpiritualibus ⁊ celeſtibus. Et ideo ſperate in dn̄o: ⁊ non in mundanis rebꝰ/ ⁊ bonis corporalibꝰ. ¶ Multi dicunt qs oſtēdit. Vn̄ nota/ ꝙ in Hebreo/ ⁊ in litera Hieronymi hic icipit ꝟſus: nec in hoc eſt vis: nā dictū eſt ꝙ Dauid cōpoſuit pſalmos in ꝟſu lyrico: ⁊ vt plurimū in verſu ſapphico/ aut pindarico: quia quidem verſiculi ſunt parui continentes. x. ſyllabas aut. xj. Sed ex duobus verſiculis paruis/ vel ex tribus faciebant ſacerdotes vnū verſum ad cātādum in choro. Vnde hic: ſi vnus verſiculus ſcꝫ. Sacrificate ſacrificium iuſtitie. Et iſte eſt aliꝰ. ſ. Sperate in domino. ⁊ multi dicūt: quis oſtendit nobis bona: eſt alius verſiculus. ⁊ Signatū eſt ſuper nos lumē vultus tui dn̄e: eſt alius verſiculꝰ. Vnde ex iſtis duobꝰ vltimis verſiculis fit vna ſententia: eo ꝙ vnus eſt interrogatiuꝰ: ⁊ alter reſpōſiuus. Et ſic Iudei in Hebreo ex primis duobꝰ verſiculis faciunt vnū verſum magnū: ⁊ ex duobꝰ vltimis faciūt aliū: eo ꝙ cauſatur alia ſententia per nouā interrogationē ⁊ queſtionē. ¶ Ad cuiꝰ euidentiā eſt notandū: ꝙ quia dictū eſt ſuperius ad Iudeos ⁊ hoīes mūdanos: Sacrificate ſacrificiū iuſtitie: ſperate in dn̄o. i. ꝙ relictis ſacrificijs veteris legis offerant verū ſacrificiū Euchariſtie per illa legalia figuratū/ ⁊ etiā ꝙ relictis rebꝰ mūdanis ponāt ſpē ſuā in bonis ſpūalibus futuris in euangelica lege ꝓmiſſis: ideo Iudei ⁊ hoīes mūdani de hoc volētes ſe excuſare/ dicunt quis oſtēdit nobis iſta bona ſpūalia in euangelio ꝓmiſſa? quaſi dicāt: qūo poterimꝰ dimittere/ ⁊ cōtemnere iſta bona tēporalia/ que poſſidemus ⁊ videmꝰ/ propter iſta bona ſpūalia que vos chriſtiani ꝑdicatis cū ea nō videamus nec cognoſcamus? quaſi dicant: Oſtendite nobis ad ſenſuꝫ illa bona ⁊ credemus vobis ⁊ euangelio. Omnibꝰ iſtis Iudeis ⁊ mūdanis loquēdo ad patrē reſpōdet Chriſtus dicēs. O dn̄e pater nō poſſunt iudei/ ⁊ hoīes mūdani hoc negare. Nam lumē vultus tui ſignatum eſt ſuper nos. ¶ Ad cuius intelligētiā eſt aduertēdum: ꝙ duplex lumē ſignat deus ſup aīas. ſ. vnuꝫ naturale: ⁊ aliud ſupernaturale ⁊ infuſum.

D

Duplex lumē ſignat deꝰ ſuꝑ animas.

Lumē naturale eſt lumen intellectus agētis ⁊ rationis: quo oīa naturalia aīa noſtra pōt cognoſcere ꝑ ſtudiū ⁊ actionē: ⁊ ſic pōt cognoſcere qūo aīa nr̄a eſt immortalis/ ⁊ dependēs a primo eſſe qꝺ eſt deus: ꝓut naturaliter cognouerunt philoſophi deuꝫ ⁊ intelligentias ⁊ animam noſtrā eſſe immortaleꝫ. Et in eadē parte intellectus ponit̄ lumē ratiōis que dicit̄ inferior pars: ꝑ qꝺ pōt cognoſcere que ſunt bona vel mala: iuſta vel iniuſta: turpia vel honeſta: agēda vel nō agēda. Vnde ſicut primū lumen dicit̄ ſpeculatiuū: ita ſcd̄m dicitur practicū: ⁊ tū vtrūꝗ lumē dicit̄ nobis naturaliter inſituꝫ: ꝑ qꝺ lumē pōt anima noſtra naturaliter cognoſcere tria naturalia principia ſiue tres leges naturales nobis naturaliter inſertas/ que ſunt tria principia in genere morū. Quorū primū eſt/ ꝙ omne bonū eſt agendū/ ⁊ omne malū vitādū. Scd̄m eſt. Qꝺ fieri tibi nō vis: alteri nō facias. ⁊ ꝙ tibi vis: alteri fac. Tertiū ꝑncipiū ⁊ lex naturalis eſt: nullum bonū irremuneratū/ ⁊ nullū malū impunitū. Ex his tribꝰ legibꝰ reſultat quarta lex naturalis ſ. ꝙ deus qui eſt principiū oīm eſt iuſtꝰ iudex/ punitor malorum/ ⁊ remunerator bonorū. Que quidem principia ⁊ leges ſcribunt̄ Gen̄. iiij. vbi dixit dn̄s ad Cain: Cur iratus es cōtra fratrē tuū: ⁊ cur hoc egiſti? vbi demōſtrat nullū malū agendum. ⁊ poſta cōſequit̄: Neſcis ꝙ ſi bene egeris recipies: ſi autē male/ peccatū ſtatim in foribꝰ aderit? ꝑ qꝺ oſtenditur nullū bonū irremuneratū/ ⁊ nullū malum impunitū eſſe legē naturalem nobis naturaliter inſitam: eo ꝙ per lumē naturale iſtā legē ſimul cum ceteris duabus poſſumꝰ naturaliter cognoſcere. Et hoc eſt lumē quod dicit Chriſtꝰ eſſe ſignatū ſuper nos: per qꝺ lumen ⁊ per que principia naturalia poſſumꝰ preuidere ⁊ cognoſcere bona ſpūalia nobis in lege euāgelica ꝓmiſſa/ et penas eternas reprobis debitas. qꝺ ꝓbatur. Nā ſi nullū bonū irremuneratū: ⁊ nullū malū īpunitū ergo boni ⁊ iuſti de iure nature debēt remunerari hic vel in futuro. Sed multi iuſti patiunt̄ ꝑſecutiōes in hac vita ꝓpter veritatē ⁊ iuſtitiā qui hic nūꝗ fuerūt remunerati: ſicut Abel ⁊ Hieremias Et multi mali fuerūt ꝓſperati/ qui nunꝗ fuerūt puniti in hac vita: ergo ſequit̄ ꝙ iſti remunerabūtur poſt hāc vitam bonis ſpiritualibus: ⁊ illi punietur penis eternis. Ex quibꝰ ſequit̄ ꝙ expectātur futura bona ſpiritualia quibꝰ boni ꝑmiantur ⁊ futura mala quibus mali puniuntur. Et ſic tam Iudei ꝙ ceteri infideles ꝑ hoc lumē naturale poterāt cognoſcere futura bona ⁊ mala: ⁊ tria principia ſupradicta. qꝺ quidē lumē dicit Dauid in ꝑſona Chriſti ꝙ eſt ſignatū ſup nos: de quo quidē lumine dicit Apl's ad Ro. ij. ꝙ gētiles habebāt legē naturalē ſcriptā in cordibus ſuis. Lumē aūt ſupnaturale eſt illud qꝺ īfundit̄ ex ſpeciali dono ſpiritꝰ ſancti eleuās intelligētiā vltra naturā ſuā ad apprehēdēdū ea que ſunt ſupra humanā facultatē: ꝓut ſpiritꝰ ſanctꝰ diuidit ſingulis prout vult. prime Corin. xij. qꝺ quidē lumē dupliciter ꝑuenit ad nos. Vno modo ꝑ ſpūalē infuſionem ⁊ illuſtrationē: ⁊ ſic receperunt ipſum patriarche ⁊ ꝓphete in veteri teſt. ⁊ Apl'i ⁊ ſancti doctores in nouo teſta.

Lumē dei duplr ad nos ꝑuenit.

Scd̄o mō ꝑuenit illud lumē ad ſimplices fideles per doctrinā ⁊ ꝑdicationē. Nā Moyſes eandē legē quā accepit a deo annunciauit populo. Et ꝓphete annunciauerunt populo eadē myſteria ⁊ vaticinia que a ſpiritu ſancto fuerunt eis reuelata. Et ita etiā Apl'i reuelarunt nobis ea/ q̄ a ſpiritu ſancto receperūt. Ex quibus patet/ ꝙ ſcriptura vtriuſꝗ teſtamēti dicit̄ lumē ſignatū ſup nos: primo reuelatū patriarchis/ ⁊ ꝓphetis/ ⁊ apl'is/ ⁊ ex cōſequenti nobis annūciatū. Ex quibus patet/ ꝙ licet gentiles non habuerint hoc lumē ſupnaturale: tū habuerūt lumē naturale/ quo potuerūt vitare malū/ ſiue diſcernere inter bonum ⁊ malū: vt ſupradictum eſt: ſed Iudei/ quia receperūt vtrūꝗ lumē. ſ. naturaleꝫ ⁊ ſupnaturale: minꝰ ſunt excuſandi: Quia multo magis oīa ſupradicta poterant cognoſcere: eo ꝙ habuerūt legē/ ⁊ ꝓphetas loquentes de futura redēptione/ ⁊ ſuperna felicitate. Et ideo multo minus poſſunt dicere/ quis oſtēdit nobis bona. ¶ Dediſti letitiā ⁊c. ¶ Hic Chriſtꝰ agit gratias patri de beneficio reſurrectionis/ ⁊ bonorū ſpūalium/ que a patre recepit ꝓ ſe ⁊ mēbris ſuis.

Iudei ſolū q̄rebant tēporalia.

¶ Ad cuius intelligētiā eſt aduertēdū/ ꝙ Iudei carnales nō expectabant nec querebant/ niſi temporalia puta abundātiā frumēti/ vini ⁊ olei/ ⁊ dominiū tēporale ⁊ dignitates. Et ſub tali deſyderio expectāt Meſſiā/ qui oīa iſta debet eis dare. Sed Chriſtꝰ in lege euangelica ꝑcipit omnia iſta cōtēni: ⁊ bona ſpiritualia ⁊ futura deſyderari vt dictū eſt. Et ideo cōtēpſerunt ipſum ⁊ legē euangelicam. Sed cū felicitas quā ipſi petunt ſit tantum in hac vita: ideo eſt trāſitoria ⁊ temporalis ⁊ breuis. Et ſic letitia ⁊ gaudium eorum eſt breue/ ⁊ multis miſerijs admixtū. Chriſtus aūt quia expectabat reſurrectionem ⁊ eternā vitā ⁊ gloriā: ideo letitia eius ⁊ ſuorū eſt eterna. Nā premium eſt cōforme cum ſpe. ideo ait Chriſtꝰ/ O pater gratias

ſupple ago tibi/qm̄ dediſti veram letitiam ⁊ ꝑpetuam vitam/⁊ felicitatem in corde meo.

De pe. di. iij. ca. qđ ergo turbamur. §. ꝙꝙ. j. q. j. c. ſuggeſtum al's habitare feciſti me.

**A fructu frumenti vini ⁊ olei ſui: multiplicati ſunt.**

¶ Nā ipſi Judei ⁊ oēs mundani multiplicati ſunt .i. abundarunt a fructu frumēti vini ⁊ olei/⁊ ceterorū bonorū tēporaliū .i. licet ipſi ſint multiplicati in huiuſmodi abundātia ⁊ copia bonorū/tamē

**In pace in idipſum: dormiam ⁊ requieſcā. Quoniā tu domine ſingulariter in ſpe: conſtituiſti me.**

¶ Ego dormiā ſimul ⁊ requieſcā in pace ⁊ quiete bonorū ſpiritualiū hic ꝑ gratiā/⁊ in futuro ꝑ gloriā. Nā licet ĩ hac vita paſſus fuerim ꝑſecutiōes/⁊ mortē/tñ reſurrexi ad gloriam ſempiternā: ipſi aūt ad mortē eternā deſtinabūtur. Et vnde hoc: qꝛ tu dñe cōſtituiſti me ſingulariter in ſpe reſurrectionis ⁊ glorie. Nā ſicut ſpes mea fuit bona: ita ⁊ effectus eius. Nā ſemꝑ premiū correſpondet ſpei.

Nota

Unde eſt aduertendū/ꝙ ly in idipſum ſtat aduerbialiter/⁊ idē eſt qđ ſimul vel ſimiliter. Et ideo litera Hieronymi habet ſic: In pace dormiā ſimul ⁊ requieſcam. Et ſic eſt aduerbiū cōgregandi. Unde ſepties reperitur hoc aduerbiū in idipſum in hoc libro pſalmorū. Sed vbi .lxx. poſuerunt in idipſum/Hieronymus traduxit ⁊ poſuit hoc aduerbiū ſimul. ſed vtrobiqꝫ cōtinet magnū ſacramentum.

E Duratio tēpalis et eterna differunt.

¶ Unde eſt notandū ſecundū Aug. ⁊ Boe. ꝙ hec eſt differentia inter durationē tēporalē/⁊ eternā. Nā duratio tēporalis eſt terminabilis ⁊ ſucceſſiua: nec pōt haberi tota ſimul. Sed eternitas eſt interminabilis vite tota ſimul ⁊ perfecta poſſeſſio. Et ideo deus qui eſt ĩ eternitate: oīa bona ſimul poſſidet: ⁊ nullum bonū ipſi deceſſe pōt. Sꝫ deus qui habet hāc eternitatē/⁊ felicitatē ꝑ eſſentiam/cōmunicat eam ſanctis ꝑ participationē. Et ideo vita ⁊ felicitas ſanctorū erit ⁊ eſt interminabilis a parte poſt/⁊ tota ſimul eſſentialiter/licet poſſit accidēraliter augeri vſqꝫ ad iudiciū: vt dictū eſt ĩ primo pſalmo. Et felicitas ſanctorū dicitꝛ tota ſimul ⁊ eterna/⁊ indeficiēs/⁊ ſufficiēs bonū. Et hoc aduerbiū in idipſum ſignificat idē ꝙ eternū: ⁊ eſt ſenſus: In pace in idipſum dormiā .i. dormiā ⁊ requieſcam in eternū in pace ⁊ quiete beatitudinis: qꝛ illa pax ⁊ qes eſt eterna et tota ſimul/⁊ nō tranſitoria nec temporalis ⁊c. quia eſt ſtatus omniū bonorū aggregatione perfectus/in cuius poſſeſſione conſiſtit vera beatitudo. ¶ Sed quia (vt apparuit in titulo) iſte pſalmus nos dirigit in finē legis qui eſt Chriſtus ⁊ etiā cōtinet ſtatū ⁊ perſecutionē/⁊ reſurrectionē eccleſie per hoc ꝙ ponitur in organis/per quod ſignificatur eccleſia Chriſti vt dictum eſt: Ideo oſtendit ꝙ ſpecialiter exponatur iſte pſalmus pro eccleſia/nō ꝙ eccleſia ſit ſeparata a ſuo capite Chriſto (nā ſimul intelligitur cum ſuo capite) ſed oportet ꝙ hoc fiat ad diſtinctionē noſtre intelligentie: vt iſte pſalmus cū precedente ſit norma et regula ad exponendum omnes ſubſequentes ratione materie/et ratione titulorum/ne amplius fiat iteratio. Nam ſub vna voce poterunt exponi.

F Eccl'ia dicitꝛ

¶ Ad cuius intelligentiā eſt notandum ꝙ ſicut tota eccleſia dicitur vnum corpus myſticum organizatum ⁊ menſuratum/⁊ ꝓportionatū ex ordine multorū mēbrorū ad vnū caput qui eſt Chriſtꝰ: ita pariter dicitur vna ciuitas organizata/⁊ menſurata ex harmonia/⁊ ordine multorꝫ ciuium ad vnum principē qui eſt Chriſtus conſenſu vnius legis/⁊ vnius fidei ſociata: cuius ortum ⁊ progreſſum ⁊ ꝓprietates deſcribit Augu. xiiij. de ciui. dei cap. vlti. ⁊ .xv. de ciuita. dei cap. primo. vbi dicit ꝙ a primordio mūdi genꝰ humanū fuit in duo genera diſtributū: vnū qui ſcđꝫ hoīem: alterū qui ſcđm deū viuunt: quas etiam myſtice duas ciuitates appellamꝰ .i. duas hoīm ſocietates: quarū vna eſt in eternū ꝑdeſtinata regnare cum deo: altera cuꝫ diabolo eternū ſubire ſuppliciū. quaꝝ vna .ſ. ciuitas dei ĩcepit ab Abel. Altera .ſ. ciuitas diaboli ĩcepit a Cain. Ciues prime ciuitatis dicūtur filij dei: alteri aūt filij hoīm.

corpꝰ

Ciuitas dei ⁊ diaboli.

Inter quas duas ciuitates aſſignat Aug. vij. differētias: qꝛ differūt ſcđm diuerſos fines. Uñ dicit Augu. ꝙ fecerūt has duas ciuitates duo amores/terrenā .ſ. amor ſui vſqꝫ ad cōtēptum dei. Celeſtē aūt amor dei vſqꝫ ad contēptū ſui. Scđa differentia: qꝛ illa in ſe: hec in dño gloriaꝛ. Tertia: quia illa querit ab hominibus gloriari. hec dicit dño ſuo/Tu es gloria mea ⁊ exaltans caput meū. Itē in illa hoīes ſcđm carnē viuentes deū verum nō honorarūt. In hac aūt eſt vera ſapiētia ⁊ pietas in qua recte verus deus colitꝛ/expectās premiū in ſocietate ſanctorū angelorū. Ex quibꝰ verbis Auguſtini patet ꝙ iſte due ciuitates principaliter differunt. Primo ratione affectus ⁊ amoris. Secundo ratione cultus. Tertio ratione finis ⁊ ſpei quia ciuitas terrena toto affectu diligit iſta tēporalia ⁊ nō recte colit deū. Ciuitas aūt dei colit vnum verum deum: ⁊ illum ſuꝑ oīa diligit qui eſt Chriſtus deus ⁊ homo/⁊ in eo totam ſuā ſpem ponit. Et ideo ſemꝑ ab initio mundi fuit vexata ⁊ afflicta a ciuitate terrena: eo ꝙ in moribꝰ ⁊ cultu ſemꝑ fuit ipſi cōtraria ⁊ aduerſa. Uñ illico a principio mūdi Cain ĩterfecit Abel: ⁊ poſtea Chaldei perſecuti ſunt Abraham/⁊ Eſau Jacob/⁊ Iſmael Iſaac: ⁊ ſic de ceteris iuſtis. In teſtamento autē nouo illico Scribe/⁊ phariſei ꝑſecuti ſunt Chriſtū: qui eſt caput ⁊ princeps huiꝰ ciuitatis. Et poſtea Judei ⁊ tyrāni perſecuti ſunt eā in apoſtolis ⁊ martyribus: poſtea heretici vexarūt: ⁊ perſequuntur etiā per ſectā Mahumeticā: ⁊ affligetur in fine per Antichriſtū. Tota ergo iſta ciuitas cuꝫ principe ſuo Chriſto introducitur ad loquendū in pſalmo: ⁊ ꝯqueritur apud patrē petēs vltionē de ſuis inimicis affligentibꝰ eam. Et ita pariter tota iſta ciuitas que eſt eccleſia introducitur ad loquendū in hoc pſalmo: agēs deo gratias: eo ꝙ abſtraxit ⁊ liberauit eam a ſolicitudine mundanorum ⁊ rerū temporaliū: ⁊ conſtituit eam in bonis ſpiritualibus gratie/⁊ in ſpe futurorum bonorū glorie.

Pſalmi diuiſio.

In quo pſalmo quatuor facit. Naꝫ primo petit bona ſpūalia. Scđo increpat ciues terrenos: vt deſiſtāt a ꝑſecutione iuſtorū: ⁊ exhortaꝛ vt ſequātur bona ſpiritualia. Tertio remouet quādā cauillationē. Quarto agit gratias: qꝛ relectis tpalibꝰ cōſtituit eā in bonis ſpūalibꝰ. Scđa ibi. Filij hoīꝫ. Tertia ibi. Multi dicunt. Quarta ibi. Dediſti letitiam.

Juſtitia hominis quā acquiritꝛ regnū

G

¶ Quātū ad primū eſt notādū/ꝙ tota iuſtitia hominis q̄ acquiritꝛ regnū celorū cōſiſtit in tribꝰ .ſ. ĩ mundītia cordis ⁊ operatione bonorū/⁊ patiētia in aduerſis ꝑpter deū. Uñ iſta tria maxime debemus querere a deo: ⁊ ideo ait Saluator Matth. vj. Nolite ſoliciti eſſe dicentes: Quid mādūcabimus ⁊c. Sed primo querite regnū dei ⁊ iuſtitiā eius. Hāc ergo petit in primis Dauid ſimul cū tota eccleſia in principio huiꝰ pſalmi: cū inuocarē exaudiuit me deus iuſtitie mee. Alia litera habet. Cū inuocauero exaudi me deus: Litera vero Hieronymi habet: Inuocātem exaudi me deꝰ. Et ſic litera eſt plana abſqꝫ figura. Et eſt ſenſus. O deus iuſtitie mee .i. ĩ quo ꝯſiſtit tota mea iuſtitia: exaudi me inuocantē te/vel cū inuocauero te: dādo mihi iuſtitiā .ſ. patiētiā in aduerſis/⁊ in mūditiā cordis: vt ſine peccato poſſim meritorie operari. Iſta ergo tria peto a te .ſ. primo in tribulatione dilataſti mihi/⁊ ponitꝛ ꝑteritū ꝓ futuro ſiue ꝓ imperatiuo .i. dilata ⁊ corrobora mihi animū/⁊ cor in tribulatione: largiendo patientiā in aduerſis: vt valeā ꝑſecutiones ⁊ cetera aduerſa equo aīo tolerare. Secūdo miſerere mei/peccata mihi remittēdo ⁊ in gratia ꝯfirmādo: vt poſſim bene operari. Tertio exaudi orationē meā/regnū celorū largiēdo. Unde nota ꝙ iſta prima particula redditur difficilis ſcđm noſtrā tranſlationē ꝓpter mutationē ꝑſone. Sed forſan nō eſt ſine myſterio. Uñ poteſt eſſe talis ſenſus referendo ad diuerſa: vt dicat eccleſia. Cū ego inuocarē ſub lege veteri ꝑ patriarchas ⁊ ꝓphetas: tunc deus iuſtitie mee: exaudiuit me mittēdo filiū ſuū in carnē. Et cōuerſa eccleſia ad Chriſtū dicit. Tu dñe in illa tribulatione dilataſti mihi cor ⁊ animū: dando legē libertatis ⁊ gratie. Et ideo miſerere mihi peccata remittēdo per gratiā: Et exaudi orationē meā regnū celorū largiendo ⁊c. ⁊ patientiā in aduerſis cōtra perſecutores cōferendo. Et poſtq̄ liberaſti me a peccato/libera me a perſecutiōe impioꝝ.

Increpatio malorum.

¶ Filij hominum. In hac ſecūda parte eccleſia increpat ciues terrenos ⁊ mundanos: vt deſiſtant a perſecutiōe iuſtorū: ⁊ exhortatur eos ad colendū Chriſtū ⁊ legē eiꝰ/cōtēnendo terrena/⁊ appetēdo bona ſpiritualia. Unde dicit. O filij hominū vſquequo eritis maleuoli ⁊ crudeli corde cōtra me: vt qđ .i. qualiter diligitis vanitatē .ſ. ſuꝑbiā ⁊ auaritiā bonorū mundanorū/que ſunt vana ⁊ corruptibilia: et queritis mēdacium: ſcilicet vos Judei falſo gloſſando ſacras ſcripturas veteris teſtamenti literaliter preciſe intelligēdo. Et vos gentiles idola/⁊ falſos deos colēda. Et vos Sarraceni turpem ſectam mahumeticam obſeruādo. Et vos heretici falſa dogmata ſeminando: ſimplices decipiendo. Scitote: id eſt volo ꝙ ſciatis: qꝛ dominꝰ pater mirificauit Chriſtū ſanctū ſuū: ⁊ ipſum tanq̄ verum deū ⁊ redēptorē ⁊ legiſlatorē in mundū miſit. Et ideo ego colo eum ⁊ eius legē euangelicā ſeruare decreui/⁊ in ipſo ſpem meā cōſtitui. Et ideo ipſe dñs Jeſus Chriſtꝰ exaudiet me cū clamauero ad eum: ⁊ liberabit me de manibus ⁊ ꝑſecutionibus veſtris. Et ideo ſi iraſcimini .i. ſi aliqū fuiſtis irati cōtra me/⁊ ꝑſecuti me: tñ iā amplius nolite peccare. Sed deſiſtite a perſecutione: ⁊ que dicitis in cordibus veſtris/⁊ in cubilibus veſtris cōpungimini .i. ſi aliqū dixiſtis ⁊ ꝓpoſuiſtis in cordibus ⁊ ſecretis penetralibꝰ veſtris facere malū: tñ nō deducatis ad effectū: ſed reſiſtite malis tētationibꝰ ⁊ cogitatiōibꝰ: ⁊ cōpungimini in corde penitētiā agēdo. Et cognoſcētes veritatē recipite legē euāgelicā/q̄ docet oēm veritatē: ⁊ ꝓhibet omne malū fieri: ⁊ exhortaꝛ ad omne bonū. Et ſic ſeruātes legē euāgelicā: ſacrificate ſacrificiū iuſtitie .ſ. ſacrificiū euchariſtie: qđ de ſe eſt iuſtū ⁊ bonū iuſtificans oīa. Et etiā ſacrificate ſacrificiū iuſtitie .i. offerte deo cor mundū ⁊ cōtritū ⁊ humiliatum: in quo cōſiſtit tota iuſtitia hoīs: ⁊ ſperate in dño .i. ponite ſpem veſtrā in dño ⁊ nō in rebus tēporalibus: ſꝫ in bonis ſpiritualibꝰ in euāgelica lege ꝓmiſſis/q̄ vos beatos ⁊ felices facient.

Nota.

¶ Multi dicunt ⁊c. Hic reſpondēt q̄ſtioni quā hoīes mūdani faciūt/⁊ dicūt. Quis oſtēdit nobis iſta bona futura que Chriſtꝰ ꝓmittit: Quaſi dicāt quō cōtēnemus iſta bona tēporalia q̄ videmus ⁊ poſſidemꝰ: ꝓ illis que nō videmus/nec cognoſcimus: quaſi dicāt ꝙ fatuū eſſet hoc facere ⁊c. Ad hoc reſpōdet eccleſia: ꝙ ſignatū eſt lumen vultus dei ſuꝑ nos/per qđ lumen poſſumꝰ credere ⁊ ꝑcognoſcere iſta bona ſpiritualia: ⁊ exponitur vt ſupra.

H

¶ Dediſti letitiā ⁊c. in corde meo. Iſta eſt quarta pars huiꝰ pſalmi. ad cuius intelligentiā eſt aduertendū qđ ſicut fides eſt quedā virtꝰ theologica deſuꝑ infuſa: qua mens eleuata ⁊ cōfortata credit ⁊ aſſentit rebus ſuꝑnaturalibus ⁊ nō viſis: Et charitas eſt alia virtꝰ infuſa/qua volūtas eleuatur ad diligēdū deū ſuꝑ oīa: Ita pariter Spes eſt quedā virtꝰ infuſa/qua cōtēptis terrenis/ſpiritualia bona/⁊ inuiſibilia appetuntur ⁊ expectanꝛ.

Quidē ſpes. Differentia inter hoīem iuſtuꝫ ⁊ prauum.

Secundo eſt aduertēdū/ꝙ hec eſt differētia inter hominē iuſtum ⁊ prauū. Nā homo prauus quātūcūqꝫ potēs ⁊ diues ſit: licet gerat letitiā ĩ facie ꝓpter affluentiā bonorū tēporaliū: tñ ſemꝑ gerit triſtitiā: ⁊ terrorē in corde timēs futurū iudiciū ⁊ punitionē/accuſante eū conſcientia ſua: ⁊ etiā qꝛ timet perdere bona temporalia que poſſidet: ⁊ ideo cōtinuus timor non ſinit ipm̄ eſſe felicē: ꝑ oppoſitū homo iuſtus/licet aliqū gerat triſtitiā ⁊ fletum in facie ꝓpter ꝑſecutionē malorū: tñ ſemꝑ gerit letitiam ⁊ gaudiū in corde: eo ꝙ expectat gloriā ⁊ premiū ꝓpter mala/que patienter tulit ꝓpter deū. De hac ergo letitia ⁊ ſpe agit hic gratias tota eccleſia .ſ. qꝛ recepit fidem ⁊ ſpem ꝑ quā cōtēnit tēporalia: ⁊ appetit ⁊ expectat bona futura ſpūalia. Et ideo dicit eccleſia: Gratias ago o dñe ſupple qm̄ dediſti hanc letitiā in corde meo. qm̄ ipſi hoīes mūdani multiplicati ſunt ⁊ locupletati a fructu frumēti ⁊ vini ⁊ olei ⁊ aliorū tēporaliū. Sꝫ ego habens hāc ſpem ⁊ letitiā ĩ corde meo de bonis futuris abſqꝫ ſolicitudine tēporaliū: ſimul dormiā ⁊ requieſcā in pace ⁊ quiete: ⁊ hoc faciā qm̄ tu dñe ſingulariter me in tali ſpe cōſtituiſti. Itē ipſi qui abundāt talibꝰ diuitijs ĩ hoc ſeculo: tñ poſt finē tāq̄ oues in inferno poſiti ſunt: ⁊ mors eterna depaſcet eos: pſalmo .xlviij. Ego aūt poſt hanc vitā dormiā ſimul ⁊ requieſcam in illa pace ⁊ fruitione celeſti: eo ꝙ tu cōſtituiſti me in hac vita in ſpe: contēnēdo terrena ⁊ appetendo illa celeſtia. Nā illa celeſtia danꝛ in premiuꝫ fidei ⁊ ſpei ⁊ charitatis: quā hic habuimus.

I

¶ Unde eſt aduertēdū ꝙ ad hunc intellectum/⁊ ſecundum iſtam ſecundam expoſitionem legit eccleſia hūc pſalmū quotidie ad completoriū in principio noctis: eo ꝙ diabolus ⁊ ciuitas eius ſemper machinantur ad malum contra ciuitatem dei/⁊ religionem chriſtianā: ideo orat

Nota.

eccleſia vt defendat eā ab iniqua ꝑſecutiōe ⁊ ma-
licia illoꝝ. Legit etiā hūc pſalmū in ꝑſona cuiuſ-
libet martyris ⁊ ꝯfeſſoris: eo ꝙ ꝓ Chriſto paſſus
eſt ⁊ laborauit in hac vita contēnendo terrena/ et
appetēdo celeſtia/ ⁊ in ſpe future beatitudinis vi-
xit. ¶ Ex toto ergo iſto pſalmo pñt recolligi q̄nqꝫ
concluſiones. Prima ꝯcluſio/ ꝙ iudei multipli-
citer poterāt cognoſcere Jeſum Chriſtū eſſe meſ
ſiam in lege promiſſum. Primo qꝛ deꝰ pater mi
rificauerat ipſum in opatione miraculoꝝ. Secū
do/ quia doctrina eiꝰ erat vera ⁊ non vana. Ter-
tio/ quia ſemꝑ fuit exauditus a patre. Et ꝑ conſe-
quens iudei nō debebāt graui corde ꝑſequi Chri
ſtū. ¶ Secūda ꝯcluſio/ ꝙ oībus hominibꝰ eſt in-
ſertū ⁊ ſignatū lumē naturale/ ꝑ qđ quis pōt di-
ſcernere inter bonū ⁊ malū/ ⁊ cognoſcere tria p̄n-
cipia moralia. ſ. omne malū fugiēdū/ ⁊ omne bonū
agendū: ⁊ qđ tibi vis fieri alteri fac: ⁊ nullū bonū
irremuneratū/ ⁊ nullū malū impunitū. ¶ Tertia
ꝯcluſio/ ꝙ ꝓter lumē naturale fuit ſignatū ſuper
populū iudaicū lumē ſacre ſcripture patriarchis
⁊ prophetis reuelatū/ per quod poterāt magis co
gnoſcere deum/ ⁊ diſcernere inter bonū ⁊ malū/ ⁊
deſyderare humanā redēptionem/ ⁊ cognoſcere
Chriſtū eſſe Meſſiam in lege ꝓmiſſum per opa q̄
faciebat. ¶ Quarta ꝯcluſio/ ꝙ preter lumē ꝓphe
ticū eſt ſignatū ſuꝑ populū Chriſtianū lumē euā
gelicū: per qđ cognoſcit oīa myſteria/ ⁊ vaticinia
vet. teſt. eſſe cōpleta per Chriſtū. Et per qđ cogno
ſcit ſpem nullo modo eſſe ponēdaꝫ in hoc mūdo/
ſed in ſola futura beatitudine. ¶ Quinta ꝯcluſio
ꝙ ciuitas dei. ſ. chriſtiana religio differt a ciuita-
te terrena ratione finis: nam cum cetere natiōes
mundane conſtituant finem ſuum/ ⁊ ponāt ſpem
ſuaꝫ in bonis tēporalibus: tamē ſola religio chri
ſtiana cōtēptis huiuſmodi tēporalibus ponit ſpē
ſuam in futuris bonis ſpiritualibus ⁊ eternis.

*[margin:] R. Iudei poterāt cognoſcere xp̄m.*

## Verba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum.

*[margin:] Alias exaudi dñe xxviij. di. c. ſedulo. Et de cōſec. diſt. v. nō mediocriter.*

¶ Titulꝰ huiꝰ pſalmi ſcđm Hebreos
eſt. Ad victoriā ſuꝑ hanehilot pſalmꝰ
Dauid. Hierony. aūt trāſtulit: victori ſuꝑ heredi-
tatibꝰ canticū Dauid. Rabi autē Salomon qui
in regno Francie ſuꝑ pſalteriū ⁊ totū vetus teſta
mentū ſcripſit: anno milleſimo. cclxx. qui conatꝰ
eſt peruertere ſcripturas/ ad literā dicit: ꝙ Nehi-
lot eſt equiuocum ad hereditates in plurali/ ⁊ ad
quoddā inſtrumētū muſicum cū quo cantabatur
iſte pſalmus: ⁊ ideo ly nehilot ponitur pro vtroqꝫ
in eodē titulo. Sed licet hoc poſſit eſſe verū: quia
nullā cōtradictionē īducit litere ⁊ ſniē huiꝰ pſal
mi: tñ in nullo intēdo eū/ nec alios rabinos iudeo
rum ſequi: eo qđ magis dubitāt in titulis/ ⁊ in ce-
teris rebus literalibꝰ q̄ catholici/ ⁊ plures diuer
ſe opiniōes/ ⁊ cōtrouerſie ſunt īter eos q̄ īter nos
in hmōi. Et rō eſt qꝛ iſte cerimonie cantādi fue-
rūt aliquo mō deperdite: imo poſt incēſam Hieru
ſalē per romanos/ ⁊ diſperſionē iudeoꝝ per mun
dum/ nunq̄ vſi ſunt huiuſmodi cerimonijs: ideo
totaliter fuerūt delete a memoria ⁊ ſcriptura eo-
rū. Et ſic neſciūt quid dicūt in his ⁊ ī ceteris: nec
procedūt niſi per coniecturas ⁊ falſas fictiones:
ideo magis eſt credēdum trāſlationi ⁊ interpreta
tioni ipſoꝝ. lxx. qui preceſſerunt aduentū Chri-
ſti/ ⁊ interp̄tationi Hieronymi qui fuit paulo poſt
aduentum Chriſti: q̄ fictionibꝰ Thalmudiſtarū
⁊ modernorum rabinorum/ qui totaliter conātur
peruertere ſcripturas ⁊ ſenſum earum. Et ſic no-
lo amplius terere tēpus in vacuū in eoꝝ dictis:
ſed in omnibus ſequi interpretationē. lxx. ⁊ Hie-
ro. quia fuerunt tunc bene ⁊ late examinate. Se
quēdo ergo eos in hoc titulo/ ⁊ in ceteris: per hoc
qđ dicitur ad victoriam ſiue victori: prenotat̄ qđ
iſte pſalmus Dauid cantabat̄ cū toto conatu vo-
cū eleuādo vocē vſqꝫ ad vltimū ꝑfectū ⁊ finem: eo
ꝙ lex vocabat Chriſtū: vt dictū eſt. Per hoc ꝙ di-
citur in finē/ prenotat̄ ꝙ iſte pſalmus dirigit oēs
in Chriſtum: qui eſt finis legis. Nā ꝑ primū aduē
tum eſt finis legis veteris/ ⁊ ꝑ ſecundum finis le
gis euangelice: in primo ad ſaluandū ⁊ redimen-
dū: in ſecundo ad glorificandum ⁊ premiandū. Et
ſic iſte pſalmus ⁊ ceteri cantabantur in vtraqꝫ le-
ge. Sed diuerſo modo finis vt dictum eſt. ¶ Sed
per hoc qđ additur pro ea que cōſequitur heredi
tate/ eſt notandū/ ꝙ Iudei vocant hereditatē dñi
totam terrā ꝓmiſſionis a Dan/ vſqꝫ ad Berſabee/
que eſt pars Syrie meridionalis. Nam ab oriēte
clauditur mōtibus Idumee. ſ. Galaad/ ⁊ Faſga/ et
Petre: ab occaſu autem terminat̄ mari noſtro: ab
Aquilone vero mōte Libano/ ⁊ Hermone magno
qui īteriacet/ īter Damaſcū/ ⁊ Itureā. Ab Auſtro
vero terminat̄ deſerto Cades/ ⁊ Pharā. Et ſic to
ta terra ꝓmiſſionis eſt clauſa p̄dictis terris/ cuiꝰ
lōgitudo a Dan. ſ. a mōte Libano/ vſqꝫ ad Berſa-
bee. ſunt. clx. miliaria. Latitudo xo a mari noſtro.
ſ. a Iope vſqꝫ ad Baſam ⁊ ad mōtē Abarin ⁊ Faſ
ga: ſunt quaſi. liij. miliaria. In hac terra putāt Iu
dei ceci iſtam ſuam ſpē ⁊ felicitatē: eo ꝙ data fuit
eis ⁊ diuiſa per Ioſue poſt exitū de egypto. Et to-
tum deſyderiū eoꝝ/ ⁊ finalis ſpes eſt hanc terrā
poſſidere ⁊ inhabitare: ⁊ hec eſt orō eoꝝ iugis et
quotidiana. Ideo Ra. Salo. ⁊ ceteri dicūt ꝙ Da-
uid fecit hunc pſalmū orando deum pro hac here
ditate cōſeruanda: ⁊ ab inimicis liberāda. Et ſic
faciebat hunc pſalmū in tēplo ſiue in tabernacu
lo per leuitas cantari cū huiuſmodi inſtrumento
nehilotis ⁊c. Et ſic ſicut ſunt ceci ⁊ carnales nō ſa
piunt niſi carnaliter ⁊ tēporaliter. Et ideo nō eſt
credendū ꝙ Dauid per quē ſpiritus ſanctus locu
tus eſt ꝓphetice pro re tā vili ⁊ tranſitoria feciſ-
ſet hūc pſalmū. Et nec ad hoc indiguiſſet lumine
ſpiritus ſancti nec eſſet propheta/ cuius cōtrariū
dictum eſt. Ideo nos quibus datum eſt noſſe my-
ſteriuꝫ regni dei aliter debemus hoc intelligere.
Ideo eſt notandum/ quod poſtq̄ Adam perdidit
hereditatem Paradiſi/ ⁊ eiectus eſt ab ea: deus
dedit totum mundum ipſi ⁊ poſteris eius in here
ditatem terrenam ⁊ legem diuinam in heredita-
tem ſpiritualem: eo quod per illam erant conſecu
turi celeſtem hereditatem. Sed quia poſt Adam
fuit diuiſum genus humanum in duas ciuitates
et ſocietates: vt dictum eſt pſalmo precedenti:
Ideo tota ciuitas dei ſiue ſocietas fidelium legē
diuinam obſeruantiuꝫ dicitur hereditas domini
⁊ populus electus ⁊ peculiaris: eo quod ſunt cō-
ſecuturi celeſtem hereditatem/ et pertinent ad il
lam. Ceteri autēꝫ dicuntur diaboli hereditas: cu
ius ſupplicio ſunt ſubijciendi. Ex quo patet quod

*[margin:] M. Hereditas dñi ſm iudeos.*

*[margin:] Hereditas ſunt fideles.*

ſola eccleſia eſt hereditas domini ab Adā ⁊ Abel:
vſqꝫ ad vltimum electum: vt ait Augu. ⁊ Grego.
Que quidem eccleſia licet ſit vna eſſentialiter ab
Adā vſqꝫ ad iudiciū: eo ꝙ viuit ſub vna fide Chri-
ſti ⁊ charitate: tñ differt accidētaliter ſcđm diuer-
ſos ſtatus ⁊ diuerſa ſecula ⁊ ſcđm minus ꝑfectuꝫ
⁊ magis ꝑfectū. Nā totā ſuā ꝑfectionē in hoc mun
do poſſibilē adepta eſt ꝑ Chriſtū. Vltimā aūt ꝑfe
ctionem adipiſcet̄ in iudicio vt dictū eſt. Et ideo
pro hac hereditate cōſeruanda in gratia/ ⁊ preſer
uāda a malis futuris ⁊ peccatis: ⁊ liberāda a pre
ſentibꝰ cōtinue orauit ⁊ orat eccleſia. Et ſic eſt in-
telligēdus iſte titulus. ſ. ꝙ Dauid fecit hunc pſal
mum orādo pro ea ciuitate dei. ſ. eccleſia que ꝯſe-
quit̄ hereditatē ſpūalē hic ꝑ gratiā ⁊ in futuro ꝑ
gloriā. Et p̄cepit ipſum cantari ad victoriā vocū:
eo ꝙ vocabat Chriſtū ad primū aduētū: vt daret
hereditatē hic ꝑ gratiā ⁊ ſemper vocat ipſum ad
ſcđm aduentū: vt conferat hereditatē glorie cele
ſtis. Et ſic dirigit nos in finē qui eſt Chriſtus. Ex
hoc apparet materia huiꝰ pſalmi. ſ. ꝙ Dauid īntro-
ducit eccleſiā loquētē in hoc pſalmo orantem ꝓ
ſeipſa: vt deus conſeruet eam in gratia ⁊ liberet
eam a malis tēporalibus. Que quidē eccleſia du-
rat ab Adā vſqꝫ ad iudicium: ⁊ eſt diffuſa ab ortu
vſqꝫ ad occaſum per vniuerſum orbem. vel loquit̄
ipſe Dauid tāq̄ mēbrū eccleſie in perſona totius
eccleſie. ¶ Secundum ergo hūc intellectum duo
facit Dauid in hoc pſalmo. Nā primo introducit
ciuitatē dei. ſ. eccleſiam petētē liberari per Chri-
ſtum a perſecutione diaboli ⁊ mēbroꝝ eius. Se-
cūdo predicit fines vtriuſqꝫ ciuitatis. ſ. ſuppliciū
malorum/ ⁊ gloriam ⁊ premiū bonoꝝ ibi. Iudica
illos deus. Quantū ad primū eccleſia primo pro-
ponit ſuā petitionē exaudiri captando beniuolē-
tiā. Scđo explicat ſuā petitionem. ibi. Rex meus.
ſiue Qm̄ ad te orabo. Dicit ergo eccleſia ad caput
ſuum ⁊ regē Chriſtū. O dñe Ieſu Chriſte percipe
verba mea auribus benignis. Et intellige clamo
rē meū: ⁊ qꝛ tu es rex meus ⁊ deus meus intende
voci orationis mee. ¶ Vnde eſt notanter aduer-
tendum/ ꝙ tria ſunt neceſſaria ad hoc ꝙ petitio
impleat̄. ſ. ꝙ iudex ſiue beneficus prebeat aures
benignas petenti: vt cum patientia audiat. Secū
do vt diſcernat ⁊ intelligat verba ⁊ clamorem pe
tentis: vt videat ſi petit iuſtum ⁊ iuſte. Tertio vt
liberaliter intendat ⁊ annuat ⁊ ſit propitius pe-
tenti petitionem: votum eius adimplēdo. Et ideo
propter primum dicit verba mea auribus perci-
pe domine. i. aures benignas verbis meis accom
moda ⁊ prebe. propter ſecundum dicit intellige. i.
diſcerne clamorem meum ſcilicet an ſit iuſtus an
iniuſtus. propter tertium dicit

*[margin:] N. Vt petitio īpleat̄ tria neceſſaria ſūt.*

*[margin:] De cōſe. di. j. c. nūq̄.*

## Intende voci orationis mee: rex meus et deus meus.

¶ Intēde. i. annue voci oratiōis ⁊ petitiōis mee:
tu qui es rex meꝰ ꝑ gubernationē: ⁊ deus meus ꝑ
creationē. Vnde quādo in ſcriptura ſcribitur rex
⁊ deus ſemper intelligitur Chriſtꝰ qui eſt deus et
homo ⁊ caput ⁊ rex eccleſie ⁊ ciuitatis dei quam
gubernat ⁊ regit.

*[margin:] j. q. j. c. ipſi ſacerdotes.*

## Quoniam ad te orabo domine: mane exaudies vocem meam.

¶ Qm̄ ad te orabo. Hic explicat tēpus ⁊ opportu
nitatē ⁊ modū ſue petitiōis. ¶ Vnde eſt aduerten
dum ſm̄ Aug. ꝙ ſicut ſol per ſuā preſentiā cauſat
diē ⁊ lucē in noſtro hemiſpherio/ in qua luce oīa
vident̄ ⁊ diſcernunt̄ a nobis: ⁊ per ſuā abſentiam
cauſat noctē ⁊ tenebrā in qua res nō poſſumꝰ di-
ſcernere: ita pariter Chriſtus qui eſt ſol iuſtitie ꝑ
ſuā preſentiam cauſauit ⁊ portauit lucē in aduen
tu ſuo ⁊ dedit legem euangelicā: in qua videmus
⁊ diſcernimus veritatē omniū/ que latebant in ce
rimōijs legis vete. Et ſic lex vetꝰ ab Adam vſqꝫ
ad Chriſtū dicebatur nox: vt Apl's ad Rom. xiij.
nox p̄ceſſit/ dies aūt appropinquauit ⁊c. Et ideo
Abraham/ ⁊ Moyſes/ ⁊ Dauid: ⁊ oēs patriarche
⁊ ꝓphete: ⁊ vniuerſaliter tota ciuitas dei ambula
bat in nocte ante aduentū Chriſti. Et ſic expecta
bat diē ⁊ lucē venturā per Chriſtū: vt in ipſo diſcer
nere poſſet veritatē q̄ latebat in nocte ſiue in vm-
bra legis. Et ſic lex vetus appellat tempus meſſie
diem ⁊ mane. Et ſic nos appellamus tēpus legis
vete. noctem preteritā que preceſſit. Vnde Abra-
ham exaltauit vt videret diem iſtum: vt patet Io.
viij. Et ideo Dauid q̄ erat in illa nocte/ ⁊ expecta-
bat diem Chriſti ſiue mane: dicit in perſona totiꝰ
eccleſie illius noctis: o dñe Ieſu Chriſte qm̄ tu es
rex meus ⁊ deus meus laturꝰ diem ⁊ lucē ſuꝑ ter
ram/ ideo mane. i. in tuo aduētu ego orabo te: ⁊ tu
exaudies vocem meam ⁊ petitionem cōtra diabo
lum/ ⁊ ciuitatē terrenam quoniaꝫ in nocte legis
nō potui exaudiri: ideo exaudies me in mane. ſ. tē
pore gratie me a diabolo ⁊ membris eius per tuā
paſſionem liberando. Vnde eſt petitio mea vt ha
bitē tecū in ciuitate tua. ſ. in hac eccleſia per gra-
tiam: ⁊ des mihi lumen legis euāgelice: vt videā
veritatem. Et ſic quoniam aſtabo tibi ⁊ iuxta: in
lumine euangelico videbo omnē veritatem quam
in nocte nō potui clare videre: ⁊ quid videbo? ſcꝫ.
quoniā tu nō es deus volens iniquitatē: ſed iuſti
tiā ⁊ equitatē. Quia non habitabit iuxta te mali
gnus in tua ciuitate: hic per gratiā: nec in futuro
per gloriam. ¶ Notandū ꝙ in Hebreo ⁊ in trāſla-
tiōe Hieronymi totus iſte pſalmus videt̄ diſcor-
dare a tranſlatione noſtra in combinatione verſi-
culoꝝ. Vnde ſic ordinant̄ verſus in Hebreo. Di-
cta mea attende dñe: intellige meditationē meā.
Auſculta vocē deprecatiōis rex meus ⁊ deus meꝰ
qm̄ ad te orabo. Dñe mane preparabo ad te ⁊ con-
tēplabor. Quoniā nō volēs iniquitatē tu es: nec
habitabit iuxta te malignus. Ex quibꝰ ptꝫ ꝙ ter-
tius verſus incipit in ly Domine mane exaudies.
Et quartus verſus incipit in ly Qm̄ nō deus vo-
lens iniquitatē ⁊c. Sed iſta noſtra trāſlatio ipſo-
rum. lxx. fuit confuſa vitio ſcriptoꝝ apud grecos:
vt ait Hieronymus: ⁊ ideo q̄nqꝫ confundit ſentē-
tiā: vnde ſcđm literā Hieronymi clarior apparet
ſententia ⁊ diuiſio huius pſalmi/ in quo memorā-
tur iſte due ciuitates ⁊ fines eaꝝ. Vnde eſt aduer-
tendū/ ꝙ Dauid in ſpiritu p̄uidit diſcurſum huiꝰ
ciuitatis dei. Vnde primo preuidit in ſpiritu qua-
liter hec ciuitas nō poterat habere ſuā perfectio-
nē/ niſi per aduentū Chriſti/ qui erat laturus diē
⁊ lucem: ⁊ per conſequens deſyderiū ⁊ orationes
ꝓphetaꝝ ⁊ patriarcharum non poterant audiri
niſi per Chriſtum in tempore gratie: qꝛ tūc debe
bant ſortiri effectum ſuum et tunc tota ciuitas

*[margin:] O.*

*[margin:] Nota.*

dei erat viſura veritatem legis per Chriſtum: q̄ in lumine Chriſti omnes eramus viſuri lumē: vt patet per omnes ꝓphetas. Secundo ꝓuidit quos ⁊ quales ciues debebat Chriſtus in ſuā eccleſiaȝ/ ⁊ ciuitatem congregare: ⁊ quos ⁊ quales excludere. Tertio preuidit fines diuiſos iſtarum duarum ciuitatum. Et ideo tria facit in hoc pſalmo. Nam primo in perſona eccleſie illius ſtatus orat/ vt veniat Chriſtus in carnem ad viſitandum ſuā ciuitatem: vt orationes ſue exaudiantur/ ⁊ in lumine diei Chriſti videat veritatem eorum/ que latebāt in lege veteri. Secundo predicit quos et quales ciues cōgregabit Chriſt⁹ in eccleſia: ⁊ quales excludet. Tertio predicit diuerſa premia ⁊ diuerſos fines harum duarum ciuitatū. Scḋa ibi. Q̄m nō deus volēs iniquitatem. Tertia ibi. Judica illos. Prima iā declarata eſt per ea que dicta ſunt. Nā dicit ꝓpheta in pſona totius eccleſie pro illo ſtatu: O domine Jeſu Chriſte et meſſia percipe verba mea auribus tuis benignis/ ⁊ intellige clamorem meum. Et o rex meus ⁊ deus meus ⁊c. Et ſubdit tempus opportunum in quo eſt exaudiēdus: dicens. Mane exaudies vocē meam: quaſi dicat. O domine veni in carnem ⁊ porta illum diem et mane gratie: vt in illo exaudias vocē meā. Quia

diſtin. lxvj. fratrē. xj. q. iij. c. eſtimant.

**Mane aſtabo tibi ⁊ videbo: quoniam non deus volens iniquitatem tu es.**

Mane. ſ. in tempore gratie/ aſtabo tibi et videbo id eſt habitabo tecum in eccleſia ⁊ videbo ⁊ contemplabor te. Et ſic videbo omnem veritatē: que latebat in nocte ⁊ vmbra legis: quia tūc ambulabo ſicut in die poſtꝗ̄ nox preceſſerit. ¶ Sequitur ſecunda pars. Quoniaȝ non deus volēs. In qua predicit qui ſunt excludendi ab eccleſia. Secūdo qui ſunt introducendi ibi. Ego auteȝ in multitudine. Ad primum dicendū ꝙ quinqȝ conditiones hominum excludentur/ ſiue erant excludende ab eccleſia in aduentu Chriſti: a quibus petit liberari. ſcȝ maligni/ iniuſti/ mendaces/ viri ſanguinū/ ⁊ homicide/ ⁊ ſuſurrones/ qui incitant ad effundendum ſanguinem. Et doloſi ſiue deceptores. Jdeo dicit: O Chriſte cum veneris ad congregādos filios diſpſos ad eccleſiā/ ⁊ ciuitatē tuā: nō cōgregabis malos ſed bonos. Q̄m tu es deus non volens nec diligēs iniquitatem ſed equitatem.

De pe. diſti. j. nūq̄d caym. ⁊. xcij. diſt. c. diaconi.

**Neqȝ habitabit iuxta te malignus: neqȝ permanebunt iniuſti ante oculos tuos.**

¶ Homo malignus non habitabit iuxta te ī eccleſia ⁊ ciuitate tua: nec iniuſti/ ⁊ violenti/ ⁊ petulantes: manebūt ante oculos tuos/ eo ꝙ tu es iuſtus ⁊ equus. Jdeo

xxij. q. ij. c. ij. ⁊ de peni. diſ. v. fr̃es xxv. diſtin. c. capit. vnum orariū §. alaſ P

**Odiſti omnes qui operantur iniquitatem: perdes oēs qui loquuntur mendacium. Virum ſanguinum ⁊ doloſum abominabitur dominus: ego autem in multitudine miſericordie tue.**

¶ Odiſti ⁊ abiecisti omnes qui operantur iniquitatem ⁊ iniuſtitiam. Item quia tu es verax: ideo perdes omnes qui loquuntur mendacium: q̄m dominus abominabitur. i. tanꝗ̄ malum omen ⁊ mōſtrum abijciet ab eccleſia ⁊ domo ſua omnem virum ſanguinum: ⁊ omnem doloſum. ¶ Unde nota ꝙ officium mendacis eſt zizaniaȝ ⁊ diſcordias ſeminare. Ex quibus ſequuntur homicidia ⁊ effuſiones ſanguinis. Jdeo per virum ſanguinuȝ nō ſolum intelligit homicidam: ſed omnem ſuſurronem/ ⁊ ſeminatorem diſcordie/ ⁊ cauſatorem effuſionis ſanguinis. Secundum officium mendacis eſt alios decipere ⁊ defraudare: ⁊ talis dicitur doloſus. Unde hos/ ſcilicet virum ſanguinuȝ ⁊ doloſum abominabitur Chriſt⁹ ⁊ excludit ab eccleſia ſua hic per gratiam ⁊ in futuro per gloriaȝ. Unde hoc preuidēs propheta in ſpiritu dicit: Uirum ſanguinum ⁊c. quia iſti tales pertinent ad ciuitatem ⁊ ſocietatem diaboli. ¶ Ego autem. Hic incipit verſus in Hebreo ⁊ ſententia ſecunduȝ veritatem: vbi eccleſia ſiue populus dei/ ⁊ corpus myſticum gaudet/ ⁊ dicit ſe eſſe electuȝ a Chriſto ⁊ introductum in eccleſia: ⁊ non abiectum et reprobatum: ſicut predicte conditiones hominum. Jdeo dicit.

Offi̅ mēdacis.

**Introibo in domum tuam: adorabo ad tēplum ſanctum tuum in timore tuo. Domine deduc me in iuſtitia tua propter inimicos meos: dirige in conſpectu tuo viā meam. Quoniam non eſt in ore eorum veritas: cor eorum vanum eſt.**

Diſ. xj. c. eccleſiaſticarum xij. q. ij. c. deuotiſſimā. xiij. q. iij. c. aliqs.

¶ Ego auteȝ in multitudine miſericordie tue. i. ſecundum multitudineȝ miſericordie tue: quia elegiſti me: non meis precedētibus meritis: Introibo in domū tuam ⁊ eccleſiam/ ⁊ adorabo te ad tēplum ſanctum tuuȝ: viuēdo in timore tuo filiali. Et ſic non ero malignus/ neqȝ iniuſtus/ neqȝ mendax/ nec vir ſanguinum/ nec doloſus. Ex his oſtēdit propheta/ ꝙ non ex noſtris meritis: ſed ex ſua benignitate ⁊ miſericordia nos predeſtinauit in hereditatem ſuam/ ⁊ ex miſericordia nos elegit deus ad eccleſiam ſuam: ⁊ preſeruauit/ ⁊ liberauit per gratiam/ ne eſſemus maligni/ nec iniuſti/ nec mendaces/ nec viri ſanguinum: nec doloſi: q̄ non eſt volentis nec currentis: ſed miſerentis. ad Roma. ix. Et ideo ſubdit. Deduc me domine ī via tua. i. in lege tua euangelica: que eſt via ad vitaȝ: ⁊ dirige viam meam: ideſt omnes actus ⁊ operationes meas in conſpectu tuo: ideſt ne deuiēt/ nec recedant a voluntate tua: ſed omnia fiant ſecundum legem ⁊ voluntatem tuam: ⁊ ſint accepta in cōſpectu maieſtatis tue. Et hoc fac propter inimicos meos: ſcilicet diabolū/ ⁊ membra eius: qui continue pugnant contra me: ⁊ tentant ⁊ conantur me decipere/ ⁊ in peccatum deducere/ ⁊ a via tua retrahere ⁊ ſeparare. Et hoc faciūt quoniam non eſt in ore eorum veritas. Et ſic volunt me dolo decipere/ ⁊ etiam quia cor eorum vanum eſt/ per ſuperbiam ⁊ auaritiaȝ: ⁊ ſic volunt alios opprimere ⁊ affligere.

**Sepulchrū patens eſt guttur eorū: linguis ſuis doloſe agebant: iudica illos deus.**

j. xliij. di. ⁊ ad roma. iij. c. b.

¶ Guttur eorum eſt ſicut ſepulchrum apertum/ ⁊ patens plenum cadauerum/ emittens fetorem intolerabilem: quia ſic iſti emittunt ⁊ euomunt fetorem blaſphemie/ et mendacij. Et ideo doloſe agebant: ideſt loquebantur doloſe linguis ſuis



pollutis: vt me deciperēt/ ⁊ in ignominiā deducerent: Et ideo tu dn̄e Jeſu Chriſte deduc me in via tua/ ⁊ dirige viā meā in cōſpectu tuo/ ꝓpter inimicos meos: vt nō ſim particeps in peccatis ⁊ moribus eorū: ſed libera me ab eis gratiā cōferendo: q̄ ſine te nec poſſuȝ malū vitare nec bonū agere: nec a perſecutionibus inimicoruȝ liberari. ¶ Deinde ſubdit. Judica illos deus. Poſtꝗ̄ ſuperi⁹ ꝓpheta per modum orationis ꝓdixit/ qui erant eligendi ꝑ Chriſtū ad eccleſiam: ⁊ qui pertinent ad ciuitatē dei: ⁊ qui ad ciuitatē diaboli a qb⁹ petijt liberari. Nunc in hac tertia parte predicit diuerſos fines harum duarum ciuitatū. Nā primo ꝓdicit punitionē/ ⁊ ſupplicium malorū. Secundo premiū ⁊ felicitatē iuſtoruȝ. ibi. Et letenť oēs ⁊c. Ad primū ergo dicit: O de⁹ poſtꝗ̄ ciues diaboli ſunt ita iniuſti ⁊ maligni/ ⁊ mendaces/ ⁊ doloſi/ ⁊ blaſphemi: ergo iudica ⁊ puni eos ſecundum opera ⁊ demerita eorum. Et

de pe. diſt. j. medicina. de pe. di. iij. q̄d ergo turbamur.

**Decidant a cogitationibus ſuis: ſecundum multitudinem impietatum eorum expelle eos: quoniam irritauerunt te domine.**

¶ Decidant a cogitationibus ſuis: vt non poſſint explere malas cogitationes ⁊ deſyderia ſua: nec poſſint nocere iuſtis fidelib⁹ tuis: Et expelle eos ſcḋm multitudinē impietatum eorū: quia nō merenť habitare in hac tua eccleſia ꝑ gratiā/ nec in ſupna ꝑ gloriā. Et q̄m irritauerūt ⁊ contēpſerunt te/ ⁊ legem tuā euāgelicā. Et ideo ſicut receſſerūt a via ⁊ lege tua: ita nō merētur peruenire ad eius terminū que eſt vera ⁊ celeſtis beatitudo.

Eccli. iij. et roma. vi.

**Et letentur oēs qui ſperant in te: in eternum exultabunt ⁊ habitabis in eis.**

¶ Hic deſcribit ⁊ predicit ⁊ petit finem ⁊ ꝑmiū iuſtorū ⁊ bonorū. ſ. hereditatē ⁊ felicitatē in celo ꝓmiſſaȝ. Unde nota ſcḋm Apl'm. j. ad Corin. xv. ⁊ Apoca. xxj. ꝙ tota gloria ⁊ premiū ſanctorū erit: q̄ de⁹ ſcȝ Chriſt⁹ de⁹ ⁊ homo habitabit in hoībus beatis ꝑ gloriā. Et ſic erunt oīa in oībus q̄ per partē rationalē fruentur diuinitate/ ⁊ per ſenſus corporeos fruentur humanitate. Et ſic letabunť ab intra ⁊ exultabunt ab extra. Eo ſic eorū glīa erit ꝑfecta. dicit ergo propheta. O dn̄e letentur letitia/ ⁊ gaudio interiori ⁊ exteriori oēs q̄ ſperāt ⁊ ponūt ſpem ſuā in te/ ⁊ in eternū exultabunt in vidēdo humanitatē tuā/ ⁊ in tali exultatiōe laudabūt te. ⁊ talis exultatio proueniet eis: quoniā habitabis in eis/ ⁊ ipſi in te in ciuitate tua celeſti.

**Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum: quoniā tu benedices iuſto. Domine vt ſcuto bone voluntatis tue: coronaſti nos.**

de pe. diſt. ij. ca. charitas eſt. prima q. j. c. j. de cōſe. di. iiij. capi. nec quāꝗ̄

¶ Gloriabunť ⁊ beatificabunť oēs q̄ diligunt nomē tuū q̄ gloria eorū erit: vt tu habites ī eis ⁊ ipſi in te. Et tota iſta gloria ꝓueniet eis: Q̄m tu benedices iuſto cōferendo gratiā in hac vita: vt poſſit vitare malū ⁊ facere bonū. Et hec gratia fuit: q̄m tu dn̄e coronaſti/ ⁊ vallaſti/ ⁊ circuiſti/ ⁊ protexiſti nos ſcuto bone voluntatis tue: vt liberaremur ab omni malo ⁊ faceremus bona. Unde hoc non habet homo ex meritis ſuis: ſed ex bona voluntate ⁊ gratia tua: quia non eſt volentis nec currentis: ſed dei miſerentis: volentis hominē ad iuſtitiam eligere: ⁊ ſcuto bone voluntatis vallare ⁊ armare. ¶ Tēporaliter ergo poteſt exponi iſte pſalmus: vno modo prophetice prout Dauid ꝓuidet hereditatē ⁊ ciuitatē dei affligēdā per inimicos/ ⁊ tyrannos/ ⁊ hereticos/ de quibus petit liberari. Scḋo poteſt exponi pro quolibet martyre/ q̄ cōiter iuſti affligunť a prauis. Tertio pōt exponi in perſona cuiuſlibet defuncti exiſtentis in purgatorio/ petentis ex illis penis liberari. Et ſic legitur in agenda defunctorum.

**Domine ne in furore tuo arguas me: neqȝ in ira tua corripias me. Miſerere mei dn̄e quoniā infirmus ſum: ſana me domine quoniā cōturbata ſunt omnia oſſa mea.**

Infra q. vj. de pe. di. j. cap. porro. §. iter a mortuo. j. xxxviij. a.

¶ Titulus ſecūdū Hebreos: Ad victoriā in organis ſuper octauam. pſal. Dauid. Scḋm vero. lxx. In finē pſal. Dauid pro octaua. Hieronymus. Uictori in pſal. Dauid ſuper octauū. Per ſupradicta patet cōcordia diuerſitatis dicendi in hoc titulo. Nā oēs explicant ꝙ Dauid fecit hunc pſalmum. Sed in Hebreo explicať modus cantandi: q̄ cantabať cum toto conatu gradatim eleuando vocem vſqȝ ſuper octauā vocē: ⁊ ratio eſt. Nā hic pſalmus habet. x. verſus: ergo ſi in quolibet verſu ſucceſſiue eleuabant vocē per punctū: ſequitur ꝙ aſcendebant ſuper octauā/ vſqȝ ad decimū punctū: ⁊ hoc cū organis. LXX. vero explicant perſonā ad quā nos dirigit iſte pſ. ſ. ī Chriſtū qui eſt finis legis. Hierony. vero explicat etiā perſonā cui dirigitur iſte pſal. ſ. ipſi Chriſto/ qui intelligitur per Dauid myſtice. ⁊ ſcḋm interpretationē. Sed eſt inquirēdum de materia huius pſalmi: de qua eſt etiā altercatio apud Hebreos. Nā quidā dicunt ꝙ Dauid fecit hūc pſalmū poſtꝗ̄ cognouit ſe peccaſſe cōtra Uriā. Alij dicunt ꝙ fecit hunc pſalmū q̄n miſit deus illā ingentē peſtilentiā per totā Hieruſalem propter peccatū numerationis populi: vt patet. ij. Reg. xxiiij. Et ſecundū hunc intellectū diuidunt hunc pſalmū in duas partes. Nā in prima explicat Dauid ſuā deuotā petitionem: in ſecūda ibi. Diſcedite: oſtendit ſe eſſe exauditū a deo/ ⁊ peccatū ſibi remiſſum. Et ſic exponūt iſtum pſalmum literaliter prout Dauid petit ne deus arguat nec puniat ipſum cū furore/ ⁊ petit miſericordiam allegando ſuā fragilitatē. Sed licet predicta expoſitio ſit ſatis cōueniens/ ⁊ conformis litere huius hiſtorie ſiue myſterij: tū nō explicat intentum prophete/ nec myſteriū clauſum in illa hiſtoria/ nec euacuat intelligentiā pſalmi ſecundū fidē catholicā: nec aperit intellectū Chriſtianorum: q̄ ſi ſic manet mere literalis: tunc erit inutilis: q̄ nō diriget nos in Chriſtum. ⁊ ſic maneret inanis ⁊ vacua. Nā nō minus Dauid fuit ꝓpheta illuſtratus ſpiritu ſancto in hoc pſalmo q̄ ī ceteris. Et ideo nō eſt ſiſtendū in literatura ſola: ſed oportet ꝙ exponatur moraliter ad intentionē prophete/ ⁊ ſecundum intellectum ad queȝ legit ipſum eccleſia/ vt vere in Chriſtum dirigatur. ¶ Ad cui⁹ intelligentiā eſt notandū ꝙ Dauid in illa peſtilentia vidit in ſpiritu totum myſteriū peccati ipſi⁹ Ade/ ⁊ qualiter ꝓpter illud peccatum totū genus hu-

De natura huius pſal.

Nota q̄modo da-

Aliq in tribulatiõe clarebat intelligẽtia.

⁊ periurare. quia videt ꝙ hoc ſit cōtra dignitatē ſionis
ſuam ⁊ reuerentiam. ¶ Et ideo eſt notandū ſecū- xpi effi
dum Aug. ꝙ paſſio Chriſti ideo fuit tante effica- cacia.
cie ⁊ virtutis ad redimendū hominē ⁊ delendum I
omnino peccatum quia fuit in homine innocēte
et libero ab omni peccato. quia aliter fuiſſet ina-
nis ⁊ vacua illa paſſio: nec Chriſtus potuiſſet vin
cere diabolum: ſi primo ipſe fuiſſet victus ⁊ ſeruꝰ
diaboli per peccatum. ⁊ per conſequēs nō potuiſ-
ſet nos liberare nec ſeipſum. Nam vt ait Aug. cō
tra Arrium ſi verbū diuinum eſſet factū ⁊ creatū:
non potuiſſent omnia fieri ꝑ ipſum. quod eſt con-
tra illud. Omnia per ipſū facta ſunt. Ita pari ra
tione ſi Chriſtus verbū caro factum fuiſſet obno
xiꝰ peccato tūc nō potuiſſet alios liberare. Ideo
hic ſe oſtendit liberum ab omni peccato. ⁊ ſub ty-
po ⁊ figura adiurationis et pene rei/oſtendit ꝙ ſi
eſſet peccator cecidiſſet inanis et victus ſine fru-
ctu paſſionis. Nam dictum eſt in prologo tracta-
tu primo: ꝙ quilibet ꝓpheta habet ſuam linguā
⁊ modū ꝓpriū loquēdi. inter quos Dauid habet
extraneū ⁊ exquiſitū modū loquēdi. Nam p̄dicit
futura myſteria de Chriſto ⁊ eccleſia quādoqꝫ per
verba de preterito propter certitudinē ꝓphetie.
quandoqꝫ per modū orandi: ad oſtēdendū ꝙ om-
nia facit pater per filiū. quandoqꝫ loquitur ꝑ mo-
dum adiurationis vt oſtendat ꝙ ſi Chriſtus fuiſ
ſet peccator et reus in his que ſibi imponēbātur:

tũc ſua paſſio nõ fuiſſet efficax ad delēda oĩa peccata. Eſt ergo ſenſus. Dñe ſi feci iſtud qđ mihi imponit: ⁊ ſi eſſet iniquitas ⁊ aliqđ peccatũ in manibus meis: ⁊ nõ eſſem liber ab omni peccato: tunc decidiſſem inanis ⁊ victꝰ ab inimicis/ qꝛ non potuiſſem ſuperare diabolum. Et paſſio mea eſſet inanis ⁊ infructuoſa/ qꝛ tũc inimicus .ſ. diabolus perſecutus fuiſſet animam meam/ ⁊ conculcaſſet animam meam in terra calce peccatorum/ ſicut vitam aliorũ hominũ cõculcauit. ⁊ tunc tota gloria mea ⁊ fama eſſet deducta in puluerē ⁊ ad nihiluʒ ſine fructu redēptionis. Et ſic iſta verba ſupradicta non ſunt intelligēda ad ſenſum quē faciũt: ſʒ ad ſenſum in quo fiũt ſicut dictũ eſt in ꝓlogo tractatu tertio ⁊ regula ſexta. Unde ꝓpheta per modum adiurationis ꝓdicit puritatē ⁊ innocentiam Chriſti per quã meruit deſtruere noſtra peccata.

xxiij. q v §. vltimo. K
**Exurge domine in ira tua: et exaltare in finibus inimicorum meorum.**

¶ In hac tertia parte petit vltionē. ¶ Unde eſt notandum ſcđm Hilarium ⁊ Augu. ꝙ Chriſtus filiꝰ dei oĩa que facit per ſe attribuit patri: eo ꝙ nõ ſolum inquantũ homo ſed inquãtum deus q̃cquid habet: habet a patre. Nã inquãtũ deus ab eterno quicq̃d habet naſcēdo accepit: ⁊ inquantũ homo ex tēpore in incarnatiõe accepit omnem virtutē a patre: ideo quicq̃d facit attribuit patri: ⁊ ſic dicit Doctrina mea nõ eſt mea: ſed eiꝰ qui miſit me patris ⁊c. Joã. vij. Et ideo Chriſtus quia loquit̃ hic inquãtũ homo: ⁊ reſurrexit in virtute diuinitatiſ. Et ideo hanc reſurrectionē ⁊ virtutē attribuit patri: iõ ait o dñe pater. Exurge. i. fac me a mortuis reſurgere. Exurge dico/ in ira cõtra Judeos ⁊ obſtinatos. nã reſurrectio mea erit gaudiũ ⁊ gloria fidelibus. Sed ĩfidelibꝰ erit ira ⁊ mors ⁊ punitio. Itē exurge qꝛ hucuſq; ſediſti expectãdo populum iudaicũ per .xl. annos poſt paſſionē meã: ſed quia mãſerũt obſtinati ⁊ ad ꝑdicationē apoſtolorũ noluerũt conuerti: ideo exurge in ira tua cõtra eos. Primo tēporaliter eos deſtruēdo: ⁊ per mũdũ diſpergēdo. Et ſecũdo eternaliter ꝯdēnãdo. Et exaltare. i. oſtende potentiã ⁊ rigorē in finibus inimicorũ meorũ iudeorũ: eos ab omnibus finibꝰ terre promiſſionis exterminando ⁊ expellendo ⁊ trucidando per exercitum romanorum.

xxiij. q v. eleuamꝰ.
**Et exurge domine deus meus in precepto quod mandaſti: et ſynagoga populorum circundabit te.**

¶ In hebreo habetur ꝓmiſſum qđ promiſiſti. ſcilicet per prophetas: per quos predixiſti punitionē Judeorũ. Et etiam iſta poteſt eſſe vox eccleſie ad Chriſtũ dicētis Exurge dñe Jeſu Chriſte in precepto qđ ꝓmiſiſti: quando fleuiſti ſup Hieruſalē dicēs. Circũdabũt te inimici tui vallo: ⁊ nõ relĩquēt in te lapidē ſuper lapidē. Luce. xix. quaſi dicat imple illud dictum ⁊ ꝓphetiam quã ibi dixiſti. ⁊ mãda et precipe romanis/ vt veniant contra Hieruſalem ad vindicandã mortē tuam. quia ſynagoga. i. cõgregatio omniũ populorũ gentiliũ circundabit te. ⁊ veniēt tecũ ad deſtruēdam Hieruſalē. Item ſynagoga. i. congregatio oĩm populoꝝ/ ſcilicet romanorũ ⁊ aliorũ gentilium circundabit te in verum Meſſiam recipiēdo. ⁊ ſic Judeis reprobatis ⁊ abdicatis dabis hereditatem gratie ⁊ glorie populo gentili ad fidem conuerſo.

**Et propter hanc in altum regredere: dominus iudicat populos.** xv. q. vj. ſacerdotiũ

¶ Propter hanc ſynagogam. i. eccleſiã ex populo gentili congregatã/ regredere ad ꝓtegendũ eam. Uel etiã regredere in celũ vnde deſcēdiſti ꝓpter hanc eccleſiam populorum ad fidē conuerſorũ/ vt des eis hereditatē in regno celorum. quia tu ſupple es dñs qui iudicas populos. i. ad quē ꝑtinet iudicare populos/ ⁊ dare vnicuiq; ſcđm opera ſua. ¶ Dominus iudicat. Hic proprie incipit verſus ⁊ ſententia in hebreo. Unde ait Chriſtus ad patrē. O pater quia tu es ille dominus qui iudicas populos: ideo

**Judica me dñe ſecũdum iuſtitiam meam: et ſecundum innocentiam meam ſuper me.** De pe. diſti. §. op

¶ Quaſi dicat. tu ſcis iuſtitiã meam qꝛ nulli iniuriam feci. Et tu ſcis innocentiam meam: qꝛ nulli nocui. ergo fac vt opera mea mereantur: ⁊ nõ permittas me amplius iniuſte pati. Sed redde mihi premium iuſtitie ⁊ innocentie mee. Et fac vt conſumatur/ ⁊ deſtruatur nequitia peccatorũ iudeorum/ vt cum viderint me iam ſurrexiſſe ⁊ in celos aſcēdiſſe/ ⁊ iudiciariam poteſtatem ſuper omnes accepiſſe: tunc confundatur ⁊ conteratur nequitia ⁊ malitia eorum. Item confundatur nequitia eorum cum. i. quoniam tu qui es deus ſcrutans renes ⁊ corda hominũ/ diriges iuſtum filium tuũ in celo: ⁊ etiam quando diriges eccleſiam tuam ⁊ proſperabis in terra. Item tu qui es deus iuſtus ſcrutans corda ⁊ renes ⁊ ſcis iuſtitiam ⁊ innocentiam meam: noſti malitiam eorum: ergo fac vt

**Conſumetur nequitia peccatorum et diriges iuſtum: ſcrutans corda et renes deus.**

xxxij. diſti. erubeſcant. Argu. xxiij. q. vij. c. ſcim ⁊. vij. q. j. c. clemens
¶ Eorum cõſumetur nequitia ⁊ diriges iuſtum. id eſt exaltabis Chriſtum tuum cum ſua eccleſia: ⁊ hoc facies/ quia ſemper ſperauit in te qui es

**Juſtum adiutorium meum a dño: qui ſaluos facit rectos corde.**

¶ Ex his verbis patet/ ꝙ iſte pſalmꝰ nõ põt exponi preciſe ꝑ Dauid/ quia ille nõ poteſt dicere iudica me ſcđm iuſtitiam ⁊ innocentiã meã: qꝛ hoc ſoli Chriſto cõuenit qui nũq̃ peccauit nec potuit peccare. Et nota quod Chriſtus nõ ſolũ petit hic vltionē ꝓ ſe cõtra Judeos: ſʒ etiã pro mēbris ſuis ꝯtra tyrannos ꝑſequētes eccleſiã. que tota ſimul ratione capitis ⁊ ꝑfectorũ mēbrorũ dicitur colũba ſine macula in cãticis: ⁊ dicit̃ nõ habere maculã neq; rugã. Et ideo poteſt eſſe vox ecclie ad Chriſtuʒ caput ſuũ dicētis. Exurge domine in ira tua cõtra Judeos: ⁊ ciuitatē Hieruſalēʒ in ꝑcepto qđ mãdaſti ⁊ predixiſti. Luce. xix. quando fleuiſti ſup ciuitatē Hieruſalē ⁊ dixiſti. Circũdabũt te inimici tui vallo ⁊ non relinquēt in te lapidē ſup lapidem. Ueniant ergo Romani ⁊ tollant ⁊ auferant eis locum ⁊ gentem ac ſacerdotium ⁊ deſtruant ciuitatem ⁊ templum ⁊c. Etiam deſtrue tyrannos ⁊ proſterne populum gentilem a ſuperbia ſua ⁊c.

**Deus iudex iuſtus fortis et patiens: nunquid iraſcitur per ſingulos dies?** de pe. diſti. nũqđ

¶ Hic exhortatur Judeos ⁊ gẽtiles ⁊ omnes peccatores ad penitentiam ſub cõminatiõe: que eſt principalis intẽtio huiꝰ pſalmi. vnde dixit: o Judei peccatores/ licet deus ſit iuſtus in iudicando ⁊ patiens in expectando peccatorem ad penitentiam: tamen nunquid iraſcitur per ſingulos dies id eſt nunquid videmus ꝙ quotidie iraſcitur ⁊ cũ ira punit impenitentes ⁊ obſtinatos: ſicut puniuit Pharaonem ⁊ Saulē ⁊ Achitophel ⁊ multos alios: q̃ſi dicat ſic. Et ideo dico vobis Judeis: qđ

De pe. di. vlt. in fine
**Niſi conuerſi fueritis gladium ſuum vibrauit: arcum ſuum tetendit et parauit illum.**

¶ Niſi cõuerſi fueritis ad Meſſiaʒ Chriſtũ ⁊ receperitis eum cauete quia iam gladiũ ſuum vibrauit/ id eſt exercitũ Romanorũ cõtra vos preparauit/ ⁊ arcum ſuum ⁊ ſentẽtiam ire ſue preparauit ⁊ tetendit contra vos.

xxvj. q. ij. qui fine.
**Et in eo parauit vaſa mortis: ſagittas ſuas ardentibus effecit.**

¶ Et in eo parauit ſagittas ſuas: q̃ ſunt vaſa ⁊ inſtrumenta mortis/ ⁊ ſagittas ſuas effecit ſimiles fulminibus ardentibus. quaſi dicat deus eſt paratus ad mittendum fulmina ire ⁊ ſententie ſue cõtra vos. Conuertimini ergo quia ſatis vos per .xl.
L Bonauentura ſuaſio.
annos expectauit. Aliter autem mittet cõtra vos ſententiam quã preparauit. ¶ Unde nota ꝙ ſicut homo quãdo procedit ad bellum/ vel quãdo vult ferire feram: primo in domo extendit arcũ ſeu baliſtam: ⁊ poſtea ponit ſagittam: ⁊ quãdo videt opportunitatem trahit ⁊ ferit ceruũ: Ita pariter deꝰ primo per aliqua tēpora expectauit Judeos: ſʒ qꝛ vidit ꝙ non conuertebantur incepit vibrare gladium ſuum conuertēdo Hieruſalē: immittēdo ſeditiones ⁊ bella inteſtina: imo etiam viſus eſt gladius igneus per annum ſupra Hieruſalem/ vt ait Joſephus. Sed videns Chriſtꝰ ꝙ non dũ etiã conuertebantur permiſit vt rebellaret ciuitas Hieruſalē contra Nerōnē. Et tunc Nero incepit tēdere arcũ ſuũ ⁊ preparare exercitũ cõtra Hierl'm ⁊ miſit ducē Ueſpaſianũ. Sed poſtq̃ Ueſpaſianus factus eſt imperator ⁊ Titus filius ſuus mãſit dux exercitus: ⁊ incepit obſidere Hierl'm: tunc incepit ponere ſagittas ſuas in arcum: Sed cõpletis .xlij. annis poſt paſſionē Chriſti vidēs Titus obſtinationē Judeorũ tũc ſagittas ſuas ſimiles fulminibus ardētibus effecit: ⁊ totaliter euertit ⁊ incēdit ciuitatē. Effecit etiã ſagittas ſuas ex fulminibꝰ ſiue ferris ardētibus. Quã obſtinationē ⁊ vaſtationem preuidens Dauid ſubdit.

Job xv. extra ne ſede vacante. ca. j.
**Ecce parturit iniuſtititiam: concepit dolorem ⁊ perperit iniquitatem.**

¶ Ecce parturit. i. licet deus iſtũ populũ ad penitentiã per multa ſigna inuitaſſet vibrando gladiũ cõminationum ⁊ tendendo arcum ⁊ ponēdo ſagittas vt dictum eſt/ tamen ipſe ppl's in ſua malitia occecatus: ſicut ſemel cõcepit dolorē ⁊ odiũ cõtra Chriſtum: ita ſemper parturiuit iniuſtitiã apl'os perſequendo: ⁊ cõtinuo peperit iniquitatē in ſua obſtinatione perſeuerando. Et ſic

vj. q. j. c. exmerito.
**Lacum aperuit et effodit eum: et incidit in foueam quam fecit.**

¶ Lacũ aperuit cũ cõtra imperatorē rebellauit. ⁊ ſic ipſemet ꝓcurauit ſibi cauſam ſui interitꝰ. Et ſic incidit in foueam quã fecit: quia ipſemet ſe vallauit ⁊ incluſit in feſto paſche/ vt ait Joſephus. et ibi periit totus populus. Et ſic

**Conuertetur dolor eius in caput eius: et in verticem ipſius iniquitas eius deſcendet.** Job xv. infra. xij.

¶ Conuertetur ⁊ cõuerſus eſt dolor ⁊ deſtructio eius in verticem ipſius; id eſt in Hieruſalem que erat vertex ⁊ caput totius iſrael ⁊ terre ꝓmiſſionis. Et ſic iniquitas eius deſcēdit in verticē ipſiꝰ id eſt in Hieruſalē. Sed totum etiã hoc poteſt referri ad excidiũ ſpũale. Unde poſſet quis querere vnde accidit illi populo tale exterminiũ ⁊ excidiũ. Reſpõdet ꝓpheta dicēs/ quia accepit dolorē ⁊ odiũ cõtra Chriſtum dolore inuidie. Et ideo frequēter parturiũt iniuſtitiã ipm Chriſtuʒ accuſando ⁊ perſequēdo/ ⁊ falſa crimina imponēdo: ⁊ peperit iniq̃tatē ipm crucifigēdo ſine cauſa ⁊ aliquo demerito. Et ſic iſte ppl's lacũ aperuit cõtra Chriſtũ tractãdo ⁊ conſpirãdo in eius morte. Sed incidit in foueã quã fecit. Nã ipſi crucifixerũt euʒ timētes ne venirēt Romani ⁊ tollerēt locũ ſuũ ⁊ gētem/ ⁊ ne perderent reditus oblationum ⁊ ſacerdotiũ. Et ſic putãtes euadere occidēdo ipſum inciderũt in foueã quã timebãt. Nã Chriſtus reſurrexit ⁊ regnauit poſt mortē ⁊ abſtulit eis ſacerdotiũ ⁊ regnũ tēporale ⁊ ſpũale. Et ſic iciderũt in ruinã quã vitare putabant. Et ſic iniquitas cõuerſa eſt in caput ⁊ in verticē ipſius. Nam nõ ſolũ perdiderunt regnũ ⁊ ſacerdotiũ: ſed etiã intelligētiã ſcripturarũ. ⁊ manent ceci ⁊ obſtinati ⁊ priuati vita ⁊ regno eterno. Et hec eſt iniquitas que deſcēdit in verticē ⁊ intellectũ eorum quia nõ poſſunt veritatē ꝑcipere. Et ſic totus iſte pſalmus poteſt exponi etiã ꝓphetice de tyrannis perſecutoribꝰ eccleſie Chriſti tēpore martyrũ. Et etiã poteſt exponi moraliter de quolibet pctõre ĩ peccato obſtinato. cui Chriſtꝰ ⁊ ꝓpheta cõminat̃ niſi egerit pñiam: ꝯtra quos pctõres Chriſtꝰ quotidie vibrat gladiũ flagella ĩmittēdo. Itē tēdit arcũ bella tēporalia permittēdo: ⁊ peſtilētiã ⁊ famē ſup ppl'os ⁊ regna deducēdo. Sʒ in finē ſi noluerit agere penitentiã ardētibus fulminibꝰ eos in inferno precipit cruciari.

**Confitebor dño ſecundum iuſtitiam eius: et pſallam nomini domini altiſſimi.**

¶ In hac tertia pte Chriſtꝰ ꝓmittit ſe agere gratias patri poſt reſurrectionē ⁊ alia beneficia recepta. Ideo ait: Poſtq̃ recepero ſupradicta beneficia/ ego cõfitebor dño patri: ſecũdũ iuſtitiã eius. Primo qꝛ puniuit inimicos meos. Scđo quia retribuit mihi premiũ reſurrectiõis ⁊ vniuerſalis iuriſdictionis. Et ideo pſallã nomini dñi altiſſimi celebrãdo feſtiuitates. ſ. natiuitatis ⁊ paſſionis et reſurrectionis ⁊ aſcenſionis/ in quibꝰ agam grãs pro ſupradictis beneficiis receptis. Et nota etiaʒ ꝙ iſte pſalmus põt exponi pro quolibet defuncto exiſtēte in purgatorio: inquãtũ poteſt liberari ab illis penis ꝑ ſuffragia ecclie. ⁊ ideo ecclia cantat iſtũ pſalmũ in agēda defunctoꝝ in perſona cuiuſlibet defuncti ⁊ oĩm aliorũ exiſtētium in purgatorio/ eo ꝙ adhuc pertinēt ad iſtam eccleſiã inquãtum diſceſſerunt cũ penitētia ⁊ charitate ⁊ adhuc non peruenerunt ad terminum patrie. Nota de defũctis.

De cō-ſe. diſ. liij. poſtꝙ aſcendit.

Domine dominus noſter: ꝙ admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra.

¶ Huic pſalmo ſcd̄m. lxx. ꝑponit̄ talis titulus/ſcilicet In finē pro torcularibus pſal. Dauid. Scd̄m vero Hieronymū. Victori ꝓ torcularibus/pſalmꝰ Dauid. ꝓ cuiꝰ tituli declaratione dicit rabi Eliezer cum ſuis ſequacibus ꝙ Dauid fecit hunc pſalmū agens gr̄as de rerū creatione in qua deus ſubiecit primo homini oīa creata. ſʒ qꝛ talis creatio facta fuit in ſeptīo mēſe. ſ. tēpore torculariū: ideo dicit̄ ī titulo ꝓ torcularibꝰ. Sʒ iſta opinio deficit tripliciter. Primo qꝛ creatio facta eſt in principio tēporis/⁊ in pr̄io mēſe anni. ſʒ Martiꝰ ſiue Aprilis fuit ꝑncipiū in mēſibꝰ ān̄i/vt patet Exo. xij. ⁊ Leui. xxiij. ⁊ numeri. xxvij. ergo creatio nō eſt facta in mēſe ſeptimo. ſʒ in primo. Itē ſcd̄o deficit iſta opinio: qꝛ lr̄a ⁊ ſententia huiꝰ pſalmi aliqđ aliud myſteriū explicat preter creationē. Tertio deficit qꝛ aufert dignitatē ꝓphetie huic pſalmo: ꝙ eſt cōtra intētū ꝓphete.

Alia opinio. Et ideo eſt alia opinio quorūdā aliorū hebreorū thalmudiſtarūʒ dicentiū ꝙ Dauid in hoc pſalmo ꝑdicit victoriā regis Meſſie/ꝙ debet habere de toto romano imperio/qđ intelligūt ꝑ ly torcularibꝰ. Et iſti fundant̄ ſuꝑ illud Eſa. lxiij. Quis eſt iſte qui venit de edom tinctis veſtibus de boſra? quare rubrū eſt veſtimētū tuū. vn̄ dicūt ꝙ iſte q̄ venit de edom eſt rex Meſſias q̄ ſolus calcabit torcular: qui debet ſubijcere totum romanū imperiū qđ intelligunt per edom. Nā Iudei moderni oēs romanos ⁊ latinos appellant edom: qđ interpretat̄ rubeus. vnde dicūt ꝙ Meſſias ab eis expectatus erit dn̄s tēporalis: ⁊ ſubijciet oēs nationes et ſpecialiter romanorū imperiū cū magna effuſiōe ſanguinis chriſtianorum. quia ſicut calcās vindemiā in torculari intingit pedes ⁊ manus ⁊ veſtes ex guttis vindemie calcate: ita pariter meſſias intinget pedes ⁊ manus ⁊ veſtes ex ſanguine romanorū ⁊ omnium chriſtianorū vſquequo obtineat victoriā ⁊ totū orbem ſubijciat. Et ideo Eſaias vidēs in ſpiritu Meſſiam venientē de romano imperio cum victoria in hieruſalē tinctis veſtibus ⁊ aſperſuʒ ſanguine romanorū ⁊ chriſtianorū/dicit. Quis eſt iſte qui venit de edom. i. de romano imperio cum triūpho ⁊ victoria veſtibus tinctis de boſra. i. de ſanguine rubro romanorū? Et tūc ipſe Meſſias reſpondet dicens. Torcular calcaui ſolus. quaſi dicat: idō venio rubeus tinctis veſtibus ſanguinē rubro: qꝛ ego ſolus calcaui imperiuʒ romanorum ſicut calcans in torculari. ⁊c. Et ſic dicunt iſti ꝙ hoc idē ꝑuidit Dauid in ſpiritu. Ideo fecit hunc pſalmū in quo predicit futurā victoriā ⁊ vniuerſale dn̄ium Meſſie futuri. ⁊ ideo intitulauit ipſum pro torcularibus. Sed licet iſta poſitio ſit valde extorta ⁊ extranea totaliter a titulo huius pſalmi/tamē quātū ad autoritatē quā adducit aliqualiter ⁊ partim dicit verum/et partim dicit falſum ⁊ blaſphemat. Nam dicit verū per hoc quod dicit/ꝙ per illum qui venit de edom intelligitur rex Meſſias in lege promiſſus: ſed blaſphemat inquantum quod eſt preteritum expectat futurum. Nam Chriſtus filius dei verbum incarnatum venit in mundum: et ipſe ſolus calcauit vindemiam in torculari crucis: ⁊ aſperſit veſtem humanitatis in ſuo ſanguine. Nam primo calcauit vindemiam ſacre ſcripture ex qua expreſſit ⁊ extorſit veritatem legis ⁊ ꝓphetarum ⁊ vinū euangelicū: ⁊ repoſuit ipſum in cellario eccleſie ad ſalutē ⁊ vitam fideliū. Secundo calcauit carnē ſuā per mortē ⁊ paſſionē: ex qua expreſſit vinum eccleſiaſticorū ſacramentorū in premiū noſtre redemptionis: ſed qꝛ in cruce fuit victor ⁊ nō fuit victus qꝛ diabolum vicit ⁊ calcauit ſimul cū populo iudaico: ideo non dicit fui calcatus/ſed torcular calcaui ſolus. Item tertio calcauit infernum ⁊ ligauit diabolū. Quarto calcauit ⁊ ſubiecit totū mundum ⁊ imperiū romanorū ⁊ omnes reges mūdi. Itē dicūt verū: in quātū dicunt ꝙ Meſſias aſperſus ſanguine erat totū orbē ſubiecturus: ſʒ dicūt falſum in quantum dicūt: ꝙ ſanguine alieno erat aſpergendus: imo ſanguine proprio erat munduʒ redempturus. Et ſic patet eoruʒ ineptia ⁊ cecitas ⁊ ignorātia: qꝛ iſta poſitio nihil facit ad propoſitū huius tituli.

Nota de torculari crucis.

¶ Et ideo reiectis eorum fictionibꝰ ⁊ eorū mendacijs: pro vera intelligētia huiꝰ pſalmi ⁊ eiꝰ tituli eſt primo notandū: ꝙ totū tp̄s gratie/⁊ ſeptime etatis/in qua ſumus/fuit figuratum in lege per ſeptimum mēſem qui dicebat̄ menſis ⁊ tp̄s torcularium: eo ꝙ tūc colligebant̄ ⁊ torquebātur vindemie in torcularibus: in quo ſeptimo menſe celebrari ꝑcepit deus tria feſta. ſ. feſtum tubarum in memoriam ſacrificij ipſius Abrahe/⁊ feſtum propitiationis in decima die/⁊ feſtum tabernaculorū in. xv. die. in memoriā ꝑegrinationis ꝑ deſertum: quādo filij iſrael habitabāt in tabernaculis. Et voluit deus quod illa tria feſta celebrarentur in ſeptimo menſe tēpore torculariū. Primo quod myſteria illorum triū feſtorum erāt implenda in hac ſeptima etate in qua ſumus. Nā in hac ſeptima etate fuit immolatus Chriſtus figuratꝰ per ſacrificiū Abrahe: vbi ⁊ per qđ fuit facta generalis ꝓpitiatio ⁊ redēptio: ⁊ finita fuit tota peregrinatio. In quo tēpore fuit expreſſa ⁊ extorta tota vindemia ſacre ſcripture ⁊ extortum vinū euangelicum ⁊ repoſitū in cellario eccleſie. Et ſic totum tēpus gratie/⁊ tota iſta ſeptima etas dicitur ſeptimus menſis mundi ⁊ tempus torculariū ſpiritualiū/quia cōtinue extorquemus vinum ſacramētorum ex cellario eccleſie ⁊ ſacre ſcripture: prout latius patebit pſalmo. lxxx. ⁊ in queſtione finali totius operis.

Nota de tribus feſtis iudeorū.

¶ Scd̄o eſt notandū ꝙ totuʒ deſiderium patriarcharum/⁊ prophetarū/⁊ fidelium veteris teſt. fuit ſcire virtutes/⁊ perfectiōes ⁊ videre effectꝰ nominis dei adonai. qđ illis quatuor literis ſcribebatur in lege ⁊ ꝓphetis. quod quidē nomē deus nulli voluit reuelare in veteri teſta. vnde dicit deꝰ Moyſi Exodi. vj. Nomē meū adonai non indicaui eis: ſed deꝰ promiſit oībus ꝓphetis reuelare nomen ſuum in mundo vniuerſo per meſſiam filiū ſuum: Ideo oēs patriarche et ꝓphete deſiderabant tanto tempore videre aduētum Chriſti: vt reuelaret mūdo ⁊ declararet illud nomen ſuum oībus ignotū. Ideo Eſaias. lxij. clamabat dicens. Vtinam dirūperes celos ⁊ deſcenderes: vt notū fieret nomē tuū ⁊c. Preuidēs ergo Dauid in ſpiritu qualiter in iſta ſeptīa etate erat Chriſtus venturus ⁊ implere debebat oīa que erāt figurata ꝑ ſeptimū mēſem ꝑ myſteriū torculariū

Nota de nomine adonay.



⁊ illorū trium feſtorū: ⁊ quomodo nomē dn̄i debebat dilatari ⁊ magnificari ꝑ vniuerſaʒ terrā: ⁊ chriſtus regnare per totū orbē: Ideo fecit hūc pſalmū de vniuerſali dominio Chriſti/⁊ de dilatatiōe nominis eius ꝑ totū orbē. Et precepit ipſum cantari tēpore torculariū in mēſe ſeptimo/eo ꝙ ille erat figura huiꝰ tēporis gratie/in quo oīa illa ſunt impleta. Eſt ergo ſenſus tituli ꝑpoſiti ꝙ Dauid fecit hunc pſalmū dirigēs nos in Chriſtū qui eſt finis legis: ⁊ precepit ipſum cantari cuʒ toto conatu vocum vſqꝫ ad vltimum punctum: eo ꝙ cum magno affectu vocabat Chriſtum vt veniret ad regnādū ⁊ manifeſtandū nomen ſuuʒ in vniuerſa terra. Et voluit vt cātaretur in templo ꝓ torcularibꝰ. i. in tēpore torculariū propter figuram iam dictaʒ. In quo quidē pſalmo duo principaliter facit Dauid nā primo admirat̄ magnificentiā ⁊ virtutes illiꝰ noīs dei: q̄ erant manifeſtande in vniuerſa terra per aduētū Chriſti. Scd̄o explicat cauſas ſue admiratiōis: ibi. Qm̄ eleuata eſt magnificētia.

Diuiſio pſ.

Quātū ergo ad primū eſt notādū/ꝙ nomē ꝓprium dn̄i magis frequentatū ī ſacra ſcriptura: qđ hebrei ꝓnūciant adonai: vt dictū eſt in ꝓlogo/dicit̄ admirabile ⁊ ineffabile ꝓpter myſteria mirabilia que in eo ſignificabat. Et ideo ſcribebat̄ quatuor literis hebraicis ī hebreo. ſ. iot. he. vau. he. Et hoc ꝓpter quatuor myſteria ꝑſonalia: ⁊ alia quatuor eſſentialia: que ꝯtinet ⁊ notificat illud nomē ī deo: ſignificata ꝑ illas quatuor literas. Nam iſta litera iot interpretat̄ principium. Ideo ſignificat patrem in diuinis q̄ eſt principiū oīm perſonarū nō de principio. he vero interꝑtat̄ eſſe. ideo ſignificat verbū ſiue filium ꝑ quē facta ſunt oīa ⁊ a quo habēt eſſe. vau autē interꝑtat̄ ipſe ſiue virtus. ideo ſignificat ſpiritū ſanctū: qui ſpirat omnē virtutē ⁊ motū oībus rebus. vltima vero litera. ſ. he/ſignificat humanitatem filij iunctam verbo. Et ideo bis ponitur he/in hoc noīe: ad notāduʒ ꝙ iſta litera he. bis ſumpta denotat duas naturas in vna ꝑſona. Et licet ſint due nature ī Chriſto tamē nō manet niſi vna ꝑſona. Et notanter ſcd̄m he ponit̄ in vltimo loco/ad denotandū ꝙ licet tres ꝑſone diuine ſunt ab eterno: tamē incarnatio facta eſt vltimate ex tēpore. ⁊ illa humanitas ita eſt iuncta ꝑſonaliter filio: ꝙ nō ceteris perſonis. Ex quo patʒ ꝙ ꝑ illas quatuor lr̄as ſignificabat̄ myſteriū trinitatis ⁊ incarnatiōis ſimul. Significabāt eñi tres perſonas diuinas ⁊ humanitatē aſſumptā in verbo. Et ſic ſignificabant ſupradicta quatuor myſteria ꝑſonalia ī diuinis.

¶ Itē ille eedē quatuor litere ſignificabant alia quatuor ineffabilia myſteria eſſentialia. ſ. ſummā omnipotentiā/ſummā ſapientiā/ſummā miām/⁊ ſummā iuſtitiaʒ. Et ideo iſtud nomē dicebat̄ ineffabile ⁊ mirabile apud patres vete. teſt. qꝛ nūꝙ ſupradicta myſteria fuerūt ſcita nec reuelata patribꝰ ve. teſt. niſi ſub q̄buſdā figuris. Ideo dixit deus Moyſi. Exo. vj. ꝙ nomen adonai nondū reuelaui eis. ⁊c.

Qualiter in veteri teſtō ꝑnūtiatuʒ eſt nomē dei.

Vnde tria ſunt prenūciata ī ve. te. de hoc noīe dei quatuor literarū. Prīo ꝙ Meſſias ī lege ꝓmiſſus debebat habere hoc nomē: ⁊ debebat vocari illo noīe patribꝰ incognito. vt patʒ Hiere. xxiij. Ecce dies veniēt ⁊ ſuſcitabo Dauid germē iuſtū ⁊ ſapiēs: ⁊ rex erit: ⁊ faciet iudiciū ⁊ iuſtitiā in terra. Et hoc eſt nomē qđ vocabūt eū: dn̄s iuſtus noſter ⁊c. Vbi ly dn̄s ſcribit̄ quatuor literis. qđ ſoli deo cōuenit. Et oēs hebrei dicūt ꝙ iſte eſt rex Meſſias: ergo nomē Meſſie eſt illud nomē dei tetragrāmatō. ſ. quatuor literarū. Scd̄o aſſerit ſacra ſcriptura: ꝙ nō ſolū Meſſias debebat vocari hoc noīe dei q̄tuor literarū: ſʒ etiā realiter eſſe illud nomē dei: qꝛ Meſſias nihil aliđ debebat eſſe niſi nomē dei. Eſa. xxx. Nomē dn̄i veniet de lōginquo. ⁊c. ꝑ qđ nomē intelligit̄ rex meſſias.

¶ Scd̄o ꝙ ſolus rex Meſſias debebat notificare ⁊ manifeſtare ⁊ declarare illud nomē dei. Et ꝙ nomē toti mūdo debebat eſſe notū: ⁊ ꝙ oēs gentes debebāt ip̄m venerari ⁊ inuocare. Eſai. lxiiij. Vtinā dirūperes celos ⁊ deſcēderes ⁊ notū fieret nomē tuū. Itē pſalmo. xcv. Cantate dn̄o ⁊ bn̄dicite nomini eiꝰ annūciate inter gētes gloriā eius. Et ſic aſſerunt oēs Iudei ⁊ moderni ꝙ ſolꝰ rex Meſſias debet hoc nomē dn̄i quatuor literarū mūdo declarare. ⁊ ꝙ ſoli illi q̄ erūt in ſeculo Meſſie ſciēt proprietates ⁊ virtutes huius noīs. Et ideo excōmunicant ⁊ anathematizāt oēs preſumentes declarare proprietates ⁊ ſecreta huius noīs: cū hoc pertineat ad ſolū Meſſiā. Et ideo ponit̄ prima cōcluſio/ꝙ Chriſtꝰ ſaluator noſter habuit illud nomē quatuor literaꝝ tāꝙ nomē ꝓpriū. Qđ ꝓbat̄. Nā iſte litere iot. he. vau. he. ꝑpoſite in illo noīe ſi recte cōbinātur cū ſuis ꝑūctis appoſitio reddūt ⁊ ſonāt hoc nomē iohoſſua. qđ grece declinat̄. ieſos. ⁊ latine Ieſus: ꝙ interpretatur ſaluator/ſiue ſalutare/ſiue ſaluatio. Et ideo vbicunqꝫ reperit̄ ioſua/ſiue iohoſſua/oēs interꝑtes traduxerunt/ſaluator/ſiue ſalutare/ſiue Ieſus/ qđ idem eſt: vt patet in trāſlatione Hierony. Ex quo patet/ꝙ Ieſus/eſt realiter nomē quatuor literarū ſcd̄m proprium ſonū.

De nomine Ieſu.

Scd̄a concluſio/ꝙ Ieſus non noīaliter tantū/ſed realiter eſt ip̄m nomē dei ſicut ꝓphete ꝑdixerūt/ꝓbat̄. Primo ꝙ ī Ieſu Chriſto realiter ſunt illa ſupradicta quatuor myſteria ꝑſonalia. Nā in eo eſt verbū cū humanitate ꝑſonaliter iuncta. ⁊ in eo eſt ꝑſona pr̄is. licet nō incarnata: cū ſit eiuſdē ſubſtātie. ⁊ ꝑ eūdē modū eſt ꝑſona ſp̄us ſctī: qꝛ pater eſt in v̄bo ⁊ ſp̄ū ſcrō/⁊ ecōuerſo. Et Chriſtus cōtinet illa quatuor ꝑſonalia myſteria. Et ꝑ eandē rationē alia quatuor myſteria eſſentialia. imo ipſe Chriſtus eſt realiter oīpotētia/⁊ ſapientia/⁊ miā/⁊ iuſtitia/ergo ſequitur ꝙ Ieſus realiter eſt nomē dei tetragrāmaton. Scd̄o hoc idē ꝓbat̄ ratiōe. Nā ſcd̄m Ariſto. vij. Meta. inter diffinitionē quā greci vocāt verbum/⁊ nomē intereſt. Nā diffinitio ſiue verbū explicat totā ſubſtātiaʒ ⁊ eſſentiā rei diffinite. ⁊ ideo datur ꝑ eſſentialia. Sʒ nomē notificat rē per ſuos effectus. Et ideo veſtimentū dicitur a veſtiēdo/⁊ lucerna a lucendo ⁊c. Ideo dicit Augu. ꝙ verbū diuinū qui eſt filius explicat totā ſubſtantiā ⁊ eſſentiā diuinā ab eterno. Sed vt deus pater poſſet nobis loqui ⁊ notificare ſua ſecreta/induit verbū ſuū carne. Et ſic verbum dei eternū factum eſt nomē: per qđ nomē/⁊ ꝑ quē Chriſtū deꝰ pater locutus eſt nobis diebꝰ iſtis: ⁊ notificauit ſua ſecreta. Et ſic eſt dicēdū/ꝙ Ieſus Chriſtꝰ vt incarnatus: eſt verū nomē dei realiter.

Xp̄s mūdo q̄tuor myſteria notificauit.

¶ Tertia ꝯcluſio/ꝙ ſolꝰ Ieſus notificauit toti mūdo ſupradicta q̄tuor myſteria tā ꝑſonalia ꝙ eſſentialia. Probat̄ ꝑmū. Nā ſolꝰ ipſe notificauit nobis myſteriū trinitatis: cū dicit. cū venerit paracletꝰ quē mittet pater ī noīe meo ⁊c. ¶ Itē notificauit.

nobis humanitatem verbo iunctam/cū dixit. Pa
ter maior me eſt/⁊ notificauit vnitatē eſſentialē
cū dixit pater ⁊ ego vnū ſumus. ¶ Scḋo notifica
uit toti mundo illa quatuor myſteria eſſentialia.
primo diuinam omnipotētiam in ſua natiuitate
⁊ vita ſua per miraculorum operationē mortuos
ſuſcitando ⁊c. Item notificauit ſuā ſapientiā in
legis donatiōe ⁊ eccleſie cōſtructione/⁊ fundatio
ne/⁊ ſpūs ſancti miſſione. Item notificauit ſuam
mīam in ſua paſſiōe: per quā facta fuit copioſa re
dēptio/totum ꝓprium ſanguinem largiendo. Itē
quarto notificauit ſummā iuſtitiā ⁊ iudiciariā po
teſtatē in die aſcenſionis: quando ſedit a dextris
dei. quā quidē iuſtitiā magis notificabit in finali
iudicio: quādo veniet cū poteſtate magna ⁊ maie
ſtate ⁊c. Ex quibꝰ patet ꝙ ſolꝰ Jeſus ſaluator no
ſter fuit ille ꝗ notificauit oīa myſteria/⁊ ſecreta/⁊
virtutes huiꝰ noīs dei quatuor literarū. qḋ quidē
nomē magno ope ⁊ affectu deſiderarūt ſcire ⁊ in
telligere oēs patriarche ⁊ ꝓphete ve. te. Imo di
cūt oēs doctores hebreorū ꝙ totū deſiderium pa
triarcharū ⁊ ꝓphetarū fuit ſcire ⁊ intelligere virtu
tes ⁊ ꝓprietates illius noīs qḋ ſolus meſſias de
bet mundo notificare. ¶ Ex quibꝰ etiā ptꝫ ꝙ ſolꝰ
Jeſus Chriſtꝰ eſt verꝰ Meſſias in lege ꝓmiſſus/
eo ꝙ ſupradicta mirabilia mūdo notificauit. Itē
ſequit̃ ꝙ hoc nomē Jeſus/eſt illud nomē dei: qḋ
per illas quatuor literas importat̃ ⁊ ſignificatur.
Primo qr in hoc noīe Jeſu ille quatuor litere cō
tinētur ⁊ ipm vocaliter ſonāt/vt dictū eſt. Scḋo
qr in virtute huiꝰ noīs Jeſus facta ſunt ſupradi
cta quatuor mirabilia ī vniuerſa terra/vt patebit
per ſingula. ¶ Hoc aūt preuidēs Dauid in ſpiritu
dicit. O dn̄e Jeſu Chriſte qui es dn̄s noſter/ꝗ id
eſt ꝗ tū/eſt/⁊ erit admirabile nomē tuū in vniuer
ſa terra. quaſi dicat ꝙ hoc nomē dei quatuor lite
ris ſcriptū qḋ nos adonai proferimꝰ/cuiꝰ vocē et
myſteria ⁊ ꝓprietates ignoramus: ſꝫ ſcire deſide
ramus: qḋ quidē nomē adonai in ſola iudea ⁊ ter
ra promiſſiōis nunc inuocatur ⁊ nominat̃. Iſtud
inquā nomē in tuo aduētu erit admirabile in vni
uerſa terra/eo qr tunc manifeſtabitur eius ꝓpria
vox ⁊ ſonus qḋ eſt Jeſus in cuius virtute et ſono
fiēt ⁊ manifeſtabunt̃ oīa ſupradicta quatuor my
ſteria: tā ꝑſonalia ꝗ eſſentialia/in vniuerſa terra:
qr a ſolis ortu vſqꝫ ad occaſum inuocabitur/⁊ ve
nerabit̃ nomē tuum qḋ Jeſus.

## Quoniam eleuata eſt magnificentia tua ſuper celos.

xxxv. di. ca. ab exordio. ¶ Quia dictū eſt ſuperius ꝙ hoc nomē dei Jeſus
debebat eſſe admirabile ī vniuerſa terra/eo qḋ in
eius aduentu ⁊ virtute debebāt mundo manifeſta
ri illa quatuor dei myſteria. ſ. ſumma dei omnipo
tentia/⁊ ſapientia/⁊ mīa/⁊ iuſtitia: Ideo in hac ſe
cunda parte hoc oſtēdit per ſingula. Nam primo
Jeſus magnificat̃. ꝓbat ꝙ Jeſus notificauit toti mūdo dei omnipo
tentiā. ⁊ hoc ī miraculorū opatione. Scḋo oſtēdit
dei ſapiētiā in legis datione ⁊ eccleſie cōſtructio
ne. Tertio qualiter oſtēdit ſummā dei mīam in
morte ⁊ paſſiōe. Quarto ſummā dei iuſtitiā ſiue
iuriſdictionē/⁊ hoc in ſua reſurrectiōe/⁊ aſcēſiōe.
Scḋa ibi. qm̄ videbo celos. Tertia ibi. Quid eſt
P hō. Quarta ibi. Glīa ⁊ honore. ¶ Quātū ad ꝓmū
eſt aduertendū/qḋ in duobus fuit mūdo notifica
ta omnipotentia/⁊ magnificentia huiꝰ noīs Je
ſus: primo miraculorū operatiōe/qr oīa elemēta
⁊ oēs celi obedierūt Chriſto in noīe ſuo. Scḋo qr
duodecim hoīes ruſtici ⁊ plebei cōuicerūt primo
populū iudaicū inimicū Chriſti: ⁊ cōuicerūt etiā
populum gentilē ⁊ vltimo deſtruxerūt diabolum
vltorem ⁊ executorem diuine iuſtitie. Et totū hoc
fecerūt apoſtoli ⁊ diſcipuli ꝑ ſuam predicationē/
⁊ in virtute huiꝰ noīs Jeſus/in quibus myſteriis
fuit notificata omnipotētia/⁊ magnificentia dei ⁊
eius noīs Jeſus. Dicit ergo Dauid/o dn̄e deꝰ no
ſter bene admirabile eſt nomē tuū Jeſus in vni
uerſa terra. qm̄ in hoc noīe oīpotētia ⁊ magnificē
tia tua eleuata eſt ſuper oīa elementa/ī miraculo
rū operatione: quia mare ⁊ venti obedierūt nomi
ni tuo. qm̄ Jeſus precepit ⁊ imperauit vētis ⁊ ma
ri: ⁊ liberauit Petrū ⁊ filios Zebedei ⁊c. Itē quā
do ſuſcitauit lazarum ⁊ ceteros de morte ad vitā.
Item quādo ſanauit cecum natū ⁊ ceteros egro
tos. Item quando imperauit demonibꝰ ⁊ eiecit
eos de corporibus obſeſſis. Item imperauit toti
elemēto terre quādo tremuit in ſua morte ⁊ reſur
rectione. Item imperauit inferno qn̄ in ipſum de
ſcendit ⁊ ſathanā alligauit/⁊ purgatorium/⁊ lim
bum expoliauit/⁊ portas eius ereas cōfregit ⁊c.
Item magnificētia ⁊ oīpotētia ipſius Jeſu nō ſo
lū eſt eleuata ſuper elemēta ⁊ ſuper infernum: ſed
etiam ſuper celos. Nā in ſua natiuitate nō ſolum
oīa terreſtria: ſed etiā celeſtia dederūt ſignū ſue
magnificētie. Nam ilico facta eſt multitudo cele
ſtis exercitꝰ clamantiū ⁊ dicētiū: gloria in excelſis
deo ⁊c. ⁊ angelus annunciauit gaudiū magnū pa
ſtoribus ⁊c. Luce. ij. Itē noua ſtella apparuit in ce
lo que magos ad Chriſtū adorandū perduxit. Itē
in Chriſti paſſione ſol fuit obſcuratus ⁊ luna. Itē
in die aſcēſionis celos penetrauit. Et ſic celi ⁊ an
gelorū agmina obedierunt ei. Ex quo patet ꝙ ele
uata fuit Chriſti magnificentia non ſolum ſuper
infernum ⁊ omnia elementa: ſed etiam ſup celos/
⁊ angelos. Et ſic fuit magnificatum hoc nomen
Jeſus ſuper omnes celos.

## Ex ore infantium et lactentiū perfeciſti laudem propter inimicos tuos: vt deſtruas inimicum et vltorem.

¶ Ad cuius maiorem euidentiam/eſt aduerten
dum ꝙ hoc nomē dei Jeſus/Primo fuit mirabi
le ⁊ magnificatum per ipſummet Jeſum in mira
culorum operatiōe: ⁊ hoc in ſola terra promiſſio
nis. Scḋo fuit magnificatū ī celo. Primo in Chri
ſti natiuitate per cātū angelorum. Scḋo in celo ꝑ
ſtelle ductū ⁊ apparationē. Tertio in ſummo ce
lo per aſcenſionem: quando angeli ipſum in dn̄o
recipientes clamabāt dicentes. Quis eſt iſte qui
venit de edom tinctis veſtibꝰ de boſra? hic formo
ſus ī ſtola ſua ⁊c. Eſa. lxiij. Et ſic nomē Jeſus fuit
magnificatum ſuper celos per angelos vt dictum
eſt. Tertio vero hoc nomen Jeſus fuit magnifica
tum ex ore infantium ⁊ lactentium. ſ. per apoſto
los ⁊ ſimplices in vniuerſa terra: qn̄ in noīe Jeſu
cōuicerunt inimicum populum iudaicū ⁊ gētilē: ⁊
corruerūt noīa idolorum. Et ſic deſtruxerūt nō ſo
lū inimicū: ſed etiā diabolū vltorē ⁊ executorem
diuine vindicte. ¶ Ad cuius intelligētiā eſt notā Q
dum ſm̄ Augu. xxij. de ciuitate dei/ꝙ tria non ſo



Nota tria ī poſſibilia apud phos. lum mirabilia: ſed etiā īmpoſſibilia reputabātur
apud philoſophos ante Chriſti aduentū. Primū
erat ꝙ deus poſſet fieri homo. Scḋꝫ ꝙ hoc poſſet
mūdꝰ credere/maxime philoſophi. Tertio ꝙ hoc
myſteriū poſſent credere philoſophi ex doctrina
⁊ ꝑſuaſione piſcatorū ⁊ plebeiorū. ¶ Ex hoc ergo
arguit Aug. myſterium incarnatiōis eſſe verum.
Nā nos videmus ꝙ nō ſolū mundus: ſꝫ maiores
philoſophi puta Dionyſiꝰ ariopagita ⁊ ceteri hoc
crediderūt: ⁊ hodie pro maiori parte omnes cre
dunt. ⁊ omnes iſti crediderunt ad predicationem
⁊ perſuaſionem apoſtolorum qui fuerunt ruſtici
⁊ piſcatores. ergo ſequitur ꝙ poſtꝗ iſta duo que
reputabātur magis impoſſibilia ſunt vera/vt pa
tet intuenti: Sequit̃ ergo ꝙ primū eſt verū/ſcꝫ ꝙ
deus factus eſt homo. Hoc ergo preuidēs Dauid
ī ſpiritu dicit/O dn̄e multū admirabile eſt nomē
tuū in vniuerſa terra: qm̄ ex ore infantiū ⁊ lacten
Apl̄i vocantur infantes R tium/ꝗ fuerūt apl̄i/perfeciſti laudē. i. cōfirmaſti ⁊
auctorizaſti nomen tuū ⁊ laudē in vniuerſa terra
qn̄ miſiſti eos ad ꝑdicandū euangeliū omni crea
ture. ¶ Et appellat apl̄os īfantes inquātū fuerūt
primitie/⁊ infantia ⁊ exordiū eccleſie. Et etiā vo
cat eos infantes/qr ipſe docuit eos loqui. Nā in
principio neſciebāt niſi linguā mundanā ⁊ groſ
ſam: ⁊ ideo quando loquebat̃ eis celeſtia: non po
terāt intelligere: nec capere/vt ptꝫ Jo. vj. qn̄ dixe
rūt: durus hic ſermo ⁊ quis pōt eū audire? Ideo
reſpondit Jeſus. verba que ego loquor ſpūs ⁊ vi
ta ſunt ⁊c. Et ita dicit. Vos adhuc ſine intellectu
eſtis. Sed veniet ſpiritus veritatis ⁊ docebit vos
oēm veritatē. Itē: non eīm vos eſtis ꝗ loquimini:
ſed ſpiritꝰ patris veſtri. ⁊c. Ex quo patet/ꝙ Chri
ſtus docuit eos loqui in die penteco. qn̄ miſit eis
ſpiritū ſanctū ⁊ dedit dona gratiarū. ⁊ ideo vocat
eos infantes. Itē vocat eos lactentes/qr Chriſtꝰ
lactauit eos lacte ſue ſapiētie/⁊ predicationis: cū
ante eſſent idiote ⁊ ignari. Jō ait Petrꝰ loquens
de hoc lacte Chriſti. prime Petri. ij. Quaſi mo
do geniti infantes lac ꝯcupiſcite. Et ſic frequēter
apl̄i ⁊ diſcipuli Chriſti appellātur pueri vt patet
Eſa. viij. Ego ⁊ pueri mei ⁊c. Item Chriſtus vocat
eos pueros. Joan. vltimo di. Pueri habetis pul
mentū. ⁊c. Ex quo patet ꝙ grāde miraculū fuit in
vniuerſa terra/ꝙ apoſtoli infantes ⁊ lactentes et
ſimplices in puritate ⁊ ſanctitate magnificarent ⁊
dilatarēt nomē Chriſti ꝑ totū orbē: ⁊ ſubiicerent
Chriſto principes ⁊ reges ⁊ imperatores ⁊ philo
ſophos. Unde dicit Auguſt. ꝙ nō ꝑ philoſophum
piſcatorē: ſed ꝑ piſcatorē lucratus eſt philoſophū
⁊ imperatorē. Et ſic tāto fuit maius mirabile no
men Chriſti/quāto ꝑ ſimpliciores hoīes magnifi
catū eſt. Itē hoc idē impletū fuit ad literā in die
ramis palmarū: quādo non ſolū apoſtoli/ſed etiā
pueri hebreorū clamabāt oſanna filio Dauid be
nedictus qui venit in noīe dn̄i. Unde cū phariſſei
dicerēt Chriſto: increpa diſcipulos. ⁊c. Reſpōdit
Chriſtus allegans hāc ſcripturā dicens. Nūquid
legiſtis: qr ex ore infantiū ⁊ lactentiū ꝑfeciſti lau
dē? Unde hic Chriſtus nō ſolū pueros hebreorū
vocat ⁊ appellat infantes ⁊ lactētes: ſed etiā apo
ſtolos ⁊ ceteros diſcipulos. Nam ſicut infans ⁊ la
ctens neſcit de ſe loqui: niſi ſicut mater docet ⁊ fa
cit ipſum loqui: Ita illi apoſtoli ⁊ pueri nō a ſe lo
quebant̃: ſed ꝑ ſpiritū ſanctū qui in eis loqueba
tur/⁊ immittebat in eis lac diuine ſapientie: ⁊ im
pellebat eos ad loquendū ⁊ dicēdū/Benedictus
qui venit ⁊c. Unde illemet ſpiritus ſanctus ꝗ po
ſuit lac propheticū in ore Dauid. vt in hoc pō dice
ret ex ore infantiū ⁊ lactētiū ⁊c. ⁊ pō. cxvij. O dn̄e
saluū me fac: O dn̄e bene proſperare bn̄dictus ⁊c.
ille ſpiritus ſanctus mouit linguas illorum pue
rorum ⁊ apoſtolorum in die ramis palmarum/vt
cantarēt benedictus qui venit ⁊c. ⁊ implerēt hāc
prophetiā. ¶ Hoc ergo ꝓuidens Dauid in ſpiritu
dicit hic: Ex ore infantiū ⁊ lactētiū ꝑfeciſti laudē.
Et ibi. o dn̄e ſaluū me fac: benedictꝰ qui venit ⁊c.
¶ Sꝫ ſubdit hic ꝓpter inimicos tuos. Nā dauid
preuidit in ſpiritu: ꝙ laus apoſtolorum ⁊ puerorū
fuit ad maiorem cōfuſionē ⁊ dānationē ⁊ inexcu
ſationē ſcribarū ⁊ phariſſeorū. Nā apoſtoli ignari
legis ⁊ ꝓphetarū/⁊ illi pueri ignari literarum co
gnouerunt ⁊ confitebantur Chriſtum eſſe verum
Meſſiam in lege ꝓmiſſum: ⁊ recipiebāt ipſum cā
tando ꝓphetiam de Meſſia in ſcriptura. ſ. oſan
na. i. ſaluos nos fac. ⁊ benedictꝰ qui venit ⁊c. pſal
mo. cxvij. ⁊ ipſi phariſſei in lege periti negabant
Chriſtum liuore inuidie ꝑcuſſi ⁊ occecati. Nā per
hoc poterant cognoſcere Chriſtū fore Meſſiam: ⁊
apoſtolos ⁊ pueros/nō loqui a ſe ſed a ſpiritu ſan
cto. Et qr confeſſio iſtorum puerorū ⁊ apoſtolorū
fuit ad condēnationē Judeorū: ideo ait ꝓpheta et
ſubdit propter inimicos. i. ad cōfuſionē inimico
rum tuorum iudeorū perfeciſti laudē ex ore infan
tium ⁊c. Ut deſtruas inimicū. Sed qr ex tali obſti
natione ⁊ peccato ille populus perpetrauit homi
cidium ⁊ mortē Chriſti/ꝓpter qḋ peccatū fuit ci
uitas ⁊ regnum deſtructū ⁊ ſacerdotiū ablatum:
ideo ſequitur: Ut deſtruas inimicū. ſ. populum iu
deorum in peccato obſtinatorum. Item ſequitur ⁊ S
vltorē. ¶ Ad cuiꝰ intelligentiā eſt notandū ꝙ dia Diabolus eſt
bolus fuit ⁊ eſt vltor dei ⁊ executor diuine vīdicte. vltor
Nā poſtꝗ Adā peccauit cōtra deum/quaſi venum dei: et
dedit ſeipſū ⁊ oēs poſteros in poſſeſſionē diaboli. executor
eſt verum ꝙ diabolꝰ nō poſſidebat genus huma eiꝰ
num tanꝗ verus dn̄s: ſed tanꝗ vltor diuine iniu iuſti
rie ⁊ executor diuine ſententie. Et ſic cruciat ma tie.
los in inferno ⁊ cruciabat oēs tēporaliter bonos
⁊ eternaliter malos. Et ſic cruciat hodie deꝰ ma
los chriſtianos per infideles tēporaliter. Ex quo
patet/ꝙ diabolus vere dicit̃ vltor diuine iniurie/
quia executor eſt diuine ſententie. Et ſic poſſide
bat totum populum per idololatriam. Et totū ge
nus humanum per peccatum. Sed apoſtoli infan
tes/⁊ lactentes perficientes laudes Chriſti ⁊ ma
gnificantes nomen eius per totum orbem deſtru
xerunt vltorem/ſcilicet diabolū deſtruendo idolo
latriā ⁊ peccatū per predicationē ⁊ baptiſmū. Et
ſic ergo Chriſtus deſtruxit inimicū populū iudeo
rum per romanos: ⁊ deſtruxit diabolum vltorē di
uine iniurie per predicationē apoſtolorū. Dicit er
go Dauid. O dn̄e Jeſu admirabile eſt nomē tuū
in vniuerſa terra. Qm̄ ex ore infantium ⁊ lacten
tium ſcilicet apoſtolorum ⁊ doctorum perfeciſti ⁊
auctorizaſti ⁊ dilataſti laudē nominis tui ꝓpter
inimicos: iḋ eſt ad confuſionem ⁊ deſtructionem
eorum. Et explicat dicens/vt deſtruas inimicum
populum iudeorum/⁊ diabolum vltorem.

## Quoniam videbo celos tuos: opera di

lxvj. di ſtin. c. naſci. ⁊. vj. q. j. ſi om nia. **gitorum tuorum: lunam et ſtellas que tu fundaſti.**

¶ In hac ſecūda parte oſtēdit qualiter nomē Je
ſus fuit ad oſtenſionē ſumme ſapientie quā notifi
cauit in legis datiōe ⁊ eccleſie fundatiōe ⁊ cōſtru
T ctione. ¶ Ad cuius intelligentiaȝ eſt notandū/ ꝙ
ſicut deus pater creauit mundū per verbuȝ tanꝙ
Qūo chriſt⁹ fuit eccleſie principium. per principiū formale: ita pariter creauit ⁊ cōſtru
xit totā eccleſiā ſuā ꝑ idē verbū incarnatū ꝑ prin
cipiū formale. Et ſic totus Chriſt⁹ deus ⁊ homo
caput eccl'ie/ mediator dei/ ⁊ hoīm cōparatus ad
patrē dicitur cōſtruxiſſe eccleſiā/ tanꝙ principiuȝ
formale. Et ſic pater tanꝙ principiū primū dicit
ꝯditor ⁊ redēptor eccleſie per filiū ſuū incarnatū
tanꝙ ꝑ principiū formale/ ⁊ ideale ſiue exēplare.
Et ſic fili⁹ appellat patrē redēptorē frequēter in
ſacra ſcriptura/ vt pſal. xxx. Redemiſti me dn̄e de⁹
veritatis ⁊c. Sed Chriſt⁹ deus ⁊ homo frequēti⁹
appellatur redemptor in ſacra ſcriptura: qꝛ tanꝙ
principiū formale. Sed rurſus qꝛ in Chriſto ſunt
due nature. ſ. vbū ⁊ humanitas: Ideo licet ad ope
ra redēptionis ⁊ eccl'ie cōſtructiōis tota illa ꝑſo
na cōcurrat tanꝙ vnū principiū indiſtinctū: tn̄ ſi
cōparet humanitas paſſa ad verbū/ non eodē mo
do cōcurrit. Nā verbū cōcurrit tanꝙ principium
principale ⁊ virtuale ⁊ hūanitas tanꝙ principiū
inſtrumētale cōiunctū, ſine quo nō facta eſt redē
ptio/ nec eccleſie cōſtructio. Et ſic dicit Damaſce
nus/ ꝙ illa humanitas fuit ſemꝑ īmediatū ⁊ con
iunctum inſtrumentum non ſolū in paſſione: ſed
etiam in multorū miraculoꝝ operatione ⁊ in le
gis datiōe: qꝛ deus pater: immo tota trinitas loqba
tur ꝑ humanitatē filij. Unde ad vocē filij ſuſcita
bant mortui ⁊ mitigabat mare/ ⁊ obediebāt vēti/
⁊ inſtruebant apoſtoli/ ⁊ ad flatū eius receperunt
poteſtatē dimittēdi peccata ⁊c. Et ſic patet/ ꝙ hu
manitas fuit inſtrumentū cōiunctū/ ⁊ immediatū
diuinitatis in fundatiōe ⁊ cōſtructiōe eccl'ie. Sed
totus Chriſtus deus ⁊ homo dicit vnū principiū
actiuū ⁊ formale reſpectu totius operis eccl'ie. Et
ſic Jeſus Chriſt⁹ dr̄ eccl'iam ꝯſtruxiſſe ⁊ formaſſe.
Et ſic cōcedit ꝙ illud verbū dei fili⁹ qui in princi
pio creauit celū ⁊ terrā. ſ. celū ⁊ terrā ⁊ lunā/ ⁊ ſtel
las materiales: illud idē verbū incarnatū poſtea
creauit eccleſiā ⁊ celos ⁊ ſtellas ſpirituales et oīa
ornamēta eccl'ie. ¶ Ad cuius euidentiam eſt vlte
V rius notandū/ ꝙ tota eccleſia dicit vnus mūdus
Eccl'ia dr̄ vn⁹ mūd⁹. myſticus ⁊ ſpiritualis ⁊ cōſtructus ad inſtar hui⁹
mūdi materialis: cui⁹ celi ſunt apl'i/ ⁊ ſtelle ſunt
doctores ⁊ prelati. Et luna eſt totus populus ſim
plicium. Sol aūt huius mūdi eſt ipſe Chriſtus a
quo ſumūt lumē ⁊ influētiā oēs apoſtoli ⁊ docto
res ⁊ populus. Et ſic Chriſtus ſe habet in hoc ſpi
rituali mundo velut ſol qui oīa illuminat ⁊ vege
tat ⁊ creat ⁊ nutrit: ⁊ habetur vt fabricator huius
mundi ſpiritualis. Elementa huius mūdi ſunt ec
cleſiaſtica ſacramenta ⁊c. Hunc ergo mundū ſpi
ritualē dicit Dauid/ ꝙ Chriſtus fabricauit in vir
tute ſui noīs. Et ideo ꝓpheta nō facit mētionem
de ſole ī hac recreatiōe: qꝛ ipſe Jeſus ēſt ſol hui⁹
eccleſie: ideo nō creauit ſeipſum. ſed fundauit ce
los. i. apoſtolos ⁊ ſtellas. i. doctores: ⁊ lunā. i. totū
populū fideliū. Hoc ergo preuidens Dauid ⁊ cōtē
plans in ſpiritu dicit/ O domine Jeſu ꝙ admira
bile erit nomē tuū in vniuerſa terra. Nā in tuo ad
uentu oſtendes ⁊ notificabis tuā ſummā ſapiētiā
in toto mundo in legis datione ⁊ eccl'ie ꝯſtructio
ne. Nā ſicut tūc video iſtos celos ⁊ lunā/ ⁊ ſtellas
⁊ cetera opa hui⁹ materialis mundi: que in princi
pio tu fundaſti: Ita pariter tunc in aduētu tuo vi
debo celos ſpirituales/ ſcilicet apoſtolos/ ⁊ lunaȝ
ſcilicet totum populū fideliū/ ⁊ ſtellas. ſ. doctores
⁊ homines ſanctos ⁊ perfectos/ ⁊ opera manuū et
digitorum que tu fundaſti in fabricatiōe hui⁹ mū
di myſtici ⁊ ſpiritualis que eſt eccleſia tua/ q̄ qui
dem opera manuum ⁊ digitorum tuorum ſunt ec
cleſiaſtica ſacramenta. ¶ Ad cuius intellectū eſt
notandū/ ꝙ Chriſt⁹ fabricauit iſtos celos. i. apo
ſtolos inſtruendo eos ante paſſionē ⁊ poſt reſur
rectionē quando aperuit eis ſenſum/ vt intellige
rent ſcripturas. Et in die penteco. qn̄ miſit eis ſpi
ritum ſanctū/ vbi receperūt oīa dona gratiarū/ et
ſic facti ſunt celi ⁊ ſtelle huius mūdi ſpiritualis.
Lunam autē. ſ. totū populū fideliū regenerauit et
fabricauit ꝑ baptiſmū ⁊ cetera ſacramēta. Opera
digitorū ſuorū. ſ. eccleſiaſtica ſacramēta fundauit
primo in ſuo baptiſmo: vbi cōtulit aquis virtutē
regeneratiuā ꝑ ſuum cōtactū ⁊c. Scd̄o in ſua paſ
ſione/ quādo ex ei⁹ latere exiuit ſanguis ⁊ aqua in
remiſſionem peccatorū/ vnde oīa iſta ſacramenta
traxerunt ⁊ receperunt virtutem.

**Quid eſt homo ꝙ memor es eius: aut filius hominis quoniam viſitas eum?**

¶ In hac tertia parte Dauid admiratur miſericor — xj. q. iij. c. ad miſam. c. filij. j. c. con dign. or.
diam ⁊ charitatem dei patris ⁊ humilitatē filij in
myſterio noſtre redemptiōis. Unde eſt aduerten
dū ⁊ notandū ſm̄ Aug. ⁊ Greg. qd̄ in hoc deus pa
ter oſtēdit maxime ſuā charitatē ⁊ miāȝ circa ho
minem: qꝛ vt ipſum redimeret: filiū ſuū tradidit.
Et in hoc oſtenſa eſt ſimul miā/ ⁊ obediētia filij: qꝛ
vt patri obediret/ ⁊ homini miſereret ⁊ miſeriam
hominis ſubleuaret/ ſeipſum ſpōte obtulit morti — Charitas patris oſtenditur erga hominē magis ꝙ erga angelū.
⁊ paſſioni/ ⁊ quod maximū eſt/ cum eſſet de⁹ fact⁹
eſt homo/ vt hominē redimeret. Unde Chriſt⁹ cū
eſſet de⁹ oblitus eſt ſue dignitatis ⁊ deitatis vt eſ
ſet memor noſtre fragilis ⁊ miſerie humanitatis.
In hoc ergo oſtendit tam pater ꝙ fili⁹ ſuam ineſ
fabilē miſericordiā ⁊ charitatē: qꝛ memor fuit ho
minis lapſi: qui eſt tā parue dignitatis, ⁊ infimus
inter creaturas intellectiuas: ⁊ ingratus/ ⁊ rebel
lis cōtra deum. Nā cōmuniter res digniores ⁊ ſu
periores obliuiſcuntur ⁊ contēnūt inferiores. Sȝ
deus nō oblitus: imo memor hominis factus eſt
filius hominis: carnem aſſumendo vt hominem
redimeret ⁊ liberaret. et hoc vult dicere hic Da
uid. Nam ꝓuidit in ſpū qualiter deus/ licet ꝑ ma
gna tēpora permiſit hominem affligi in poteſtate
diaboli: tamē non totaliter debebat ipſum obliui
ſci. imo memor miſerie et fragilitatis eius debe
bat incarnari: ⁊ pro hoīe pati ⁊ ipm̄ liberare. ¶ Ex — X
quo patet ꝙ maiorem charitatē et miām oſtendit
homini ꝙ angelo. Nam hominē aſſumpſit ⁊ rede
mit/ ⁊ nō angelū. Et ideo valde admiratur Dauid
dicēs. O domine quid eſt homo: ⁊ quam dignita
tem habet in ſe/ ꝙ ſic es memor eius carnem aſ
ſumēdo/ cū ſit infime nature ⁊ miſere ⁊ indigne: ⁊
nō aſſūpſiſti: nec redemiſti angelū cū ſit nobilio
ris nature? q̄ſi dicat: hoc eſt admirabile ⁊ icōphē
ſibile excedēs humanā intelligētiam ⁊ facultatē/
qꝛ memor eſt hoīs ⁊ oblit⁹ eſt angeli. Aut quid
eſt ſupple filius hominis Chriſtus: qui eſt verus
deus: qm̄ viſitas eum per mortē ⁊ paſſionē ꝓpter
hominē: vt per ipſum hoīem redimas ⁊ liberes?
quaſi dicat: quid meruit homo vt ꝑ ipſo Chriſtū
affligas. ¶ Ad cuius intelligentiā eſt notandū/ ꝙ
Adam idē eſt ꝙ hō. Adā in chaldeo ⁊ hebreo idē eſt qd̄ terra rubra.
Et ſic vbicūqȝ in ſcriptura ī chaldeo ⁊ hebreo ſcri
bitur Adā: in latino habet homo: qd̄ idē eſt. Naȝ
homo dicitur ab humo qd̄ eſt terra/ eo ꝙ Adā ſiue
homo fuit format⁹ ex terra. Et iō pro maiori par
te vbi in ſcriptura ponit homo intelligit Adā cū
tota ſua poſteritate: ⁊ qn̄ in ſcriptura ponit filius
hominū vel filij hominū: intelligunt filij Adaȝ: ⁊
ita reperit apud hebreos. Nā adā nunꝙ dicit fili⁹
hominis nec fili⁹ hominū: qꝛ non fuit genitus ab
hoīe: ſed a deo formatus ideo dicit filius dei per
Y creationem ⁊ non per generationē. ¶ Sed omes
deſcendētes ab Adā dicunt filij Adā: ſiue filij ho
minū: eo ꝙ ſunt geniti ex hoīe maſculo ⁊ ex hoīe
femina. Sed qꝛ Chriſt⁹ licet ſcd̄m carnē deſcēdat
ab Adā: tn̄ nō per naturalē generationē/ qꝛ nō ex
maſculo ⁊ femina ſimul ſicut ceteri: ſed ex ſola ma
ria virgine opere ſpūs ſancti/ ideo Chriſtus non
pōt dici filius hoīm: ſed filius hoīs: qꝛ eſt fili⁹ ma
rie: que eſt homo femina: qꝛ hoc nomen homo eſt
cōis generis ad maſculum ⁊ feminā ſiue ad viruȝ
Quare xp̄s non dr̄ filius hoīm. ⁊ mulierē. Et ideo Chriſtus ꝓpter duo dicit fili⁹
hoīs: in ſcriptura. Primo qꝛ eſt filius ipſi⁹ Adā
ſm̄ carnem nō deſcendens ꝑ generationē natura
lem ex viro ⁊ muliere. Scd̄o qꝛ eſt filius ſoli⁹ vir
ginis. Et ſic ſortit hoc ſpeciale nomē. Et ideo vbi
cūqȝ in ſcriptura ponitur homo/ intelligitur Adā
cū tota ſua poſteritate/ ⁊ vbi ponitur filij hoīm/
intelliguntur ſolū deſcendentes ab Adā per natu
ralē generationē ex viro ⁊ femina. Et per filiū ho
minis intelligitur ſemꝑ Chriſtus deus ⁊ homo ſi
ue in quātū homo. Dauid ergo preuidēs qualiter
deus pater miſert⁹ ⁊ memor ipſius hominis ſcȝ
ipſius Adam: cū tota poſteritate/ vt ipſum libera
ret/ debebat mittere verbū diuinū filiū ſuū: ⁊ face
re ipſum filiū hoīs carnem ex virgine aſſumendo
vt in ipſa pateret/ ⁊ flagellaretur: ⁊ crucifigeretur
pro homine: quā rem non erat facturus pro ange
lo lapſo: ideo admiratur Dauid dicens. O dn̄e pa
ter: quid eſt homo ſcilicet Adā cum tota ſua poſte
ritate: ⁊ quid tibi meruit ꝙ ita memor es eius: fi
liū tuū ī carnē mittēdo/ aut quid eſt: aut q̄d deme
ruit fili⁹ hoīs/ ſcȝ filius ỽginis: qm̄ ſic viſitas et
affligis eum dura morte ⁊ paſſione ⁊ fame ⁊ ſiti ⁊
ceteris humanis defectib⁹: cū ipſe ſit deus ⁊ īno
cens ſine peccato. Item cū ſit de⁹ maior angelis.

Heb. ij. b. al's a deo: **Minuiſti eū paulomin⁹ ab angelis: gloria ⁊ honore coronaſti eū: ⁊ conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.**

¶ Minuiſti eū paulomin⁹ ab angelis faciēdo ipȝ
filium hoīs ⁊ mortalē ⁊ paſſibilem ꝓ hoīe. In he
Z breo habet. Quid eſt homo qm̄ memor es ei⁹ aut
Dauid de mltis admiratur. filius Adā qm̄ viſitas eū. vnde Chriſt⁹ ſemper ſe
nominat filiū hoīs. i. filium Adam: eo ꝙ ex Adaȝ
accepit carnē vt ipȝ redimeret cū ſua poſteritate.
¶ Hic eſt aduertendum ꝙ Dauid admiratur non
ſolum ꝓpter vnum: ſed ꝓpter multa. Primo quo
modo filius deus cū ſit de⁹ maior illis angelis/
factus eſt homo: ⁊ quomodo eſt poſſibile. Secūdo
quare verbū aſſumpſit hoīem qui eſt infime natu
re: ⁊ non angelū qui eſt nobilioris nature. Tertio
quare fuit memor hoīs ⁊ oblit⁹ ē angeli: qꝛ hoīeȝ
redemit ⁊ nō angelū: cū vterqȝ eſſet peccator ⁊ re
bellis. Quarto quare voluit ſic viſitare. i. affige
re Chriſtū talib⁹ tormētis: ⁊ tali genere paſſiōis:
cū eſſet innocēs. Quinto qꝛ videt ꝙ ꝑ talē incar
nationē eſſet fact⁹ Chriſt⁹ minor angelis ī digni
tate ⁊ ptāte. Iſta quinqȝ admirat Dauid de myſte
rio incarnationis ⁊ paſſiōis Chriſti nō ex defectu
fidei: qꝛ iſta in ſpū ꝓuidebat: Sȝ admirabat ineſ
fabilē dei miām ⁊ charitateȝ quā cōprehēdere nō
poterat. ¶ Unde nota ꝙ tria tangunt ī his trib⁹
particulis. Prīo miā patris qui memor ⁊ myſer
tus hoīs perditi filiū ꝓpriū morti tradidit: cū di
cit. Quid eſt homo ꝙ memor es ei⁹. Scd̄o nota
tur patiētia ⁊ obediētia filij qui paſſus eſt talibus
tormentis viſitari ⁊ affligi vt patri obediret ⁊ ge
nus humanū liberaret: ꝑ hoc ꝙ ſubdit: Aut filius
hoīs: qm̄ viſitas eū. Tertio notat ei⁹ filij humili
tas: qꝛ humiliauit ſeipſum formā ſerui accipiēs:
per hoc ꝙ ſequit: Minuiſti eū paulomin⁹ ab an
gelis. Et ſic tam in patre ꝙ in filio notificata fuit
mūdo: ⁊ ī vniuerſa terra ſumma dei miſericordia
ꝑ myſteriū paſſionis. ¶ Gloria ⁊ honore. Hic Da
uid in hac quarta parte admirat diuinā iuſtitiam
⁊ premiū: qd̄ Chriſtus conſecut⁹ eſt ex meritis ſue — A
paſſiōis: ⁊ tāte obediētie ⁊ humilitatis. ¶ Ad cu — Duo hoīes dicunt principia generis humani.
ius euidentiā eſt primo aduertendū ſicut dictum
eſt ī ꝓlogo tractatu ſcd̄o: ꝙ duo hoīes dicunt ꝑn
cipia generis humani: ſcȝ primus Adā qui eſt ꝑn
cipium omniū bonoꝝ carnaliū ꝑ generationē na
turalē: ⁊ ſecūdus Adā ſcȝ Chriſtus: qui eſt princi
pium oīm bonorū ſpiritualiū ꝑ baptiſmalē rege
nerationē: vnde oīa que primus Adaȝ ꝑdidit per
inobedientiā: recuperauit Chriſtus ꝑ ſuā humili
tatē ⁊ obedientiam implendo voluntatem dei pa
tris. Unde de⁹ cōſtituerat Adā ſuꝑ oīa opa crea
ta: vt preſideret ⁊ dominaret piſcib⁹ maris ⁊ volu
cribus celi/ vt patet Gen̄. ij. Sed ꝓpter peccatum
⁊ inobediētiam fuit eiectus a tali honore ⁊ dn̄io.
Ideo deus pater conſtituit Chriſtum filiū ſuū in
quantū homo: q̄ patri obediēdo recuperauit oīa
que primus Adā perdiderat. Et ſic de⁹ pater ſub
iecit Chriſto oīa ſub pedib⁹ eius. ſ. oues ⁊ boues
⁊ volucres celi ⁊ piſces maris. Et hoc eſt qd̄ mira
tur Dauid in hac parte dicēs. Quid eſt homo ⁊c.
quaſi dicat: quid meruit homo ſcȝ prim⁹ Adam/
ꝙ memor es eius/ cū ſit peccator/ aut quid deme
ruit filius hominis. ſ. Chriſtus qm̄ taliter viſitas
eum per mortē ⁊ paſſionē: cū fuerit innocēs ſine
peccato? ⁊ cur minuiſti ipſum paulominus ab an
gelis cū ſit maior angelis: quia licet ſm̄ deitateȝ
ſit immortalis ⁊ impaſſibilis: tn̄ adhuc ſm̄ huma
nitatem nō merebatur mortem: qꝛ nō ex ope Adā
natus eſt/ nec peccauit in illo nec in ſe. Uerūtamē
licet minueris ipſum ab angelis ipm̄ morti ſubij — B
ciendo: tn̄ poſtea propter realem obedientiā feci — Tria meruit xp̄s ꝑ ſuaȝ paſſionem.
ſti ipm̄ maiorē angelis. Nā oīa ſubieciſti ſub pedi
bus eius ⁊c. ¶ Secūdo eſt vlterius notandum/ ꝙ
tria principaliter meruit Chriſtus ꝓpter ſuā paſ
ſionem ⁊ obedientiā ⁊ humilitatē ad patrē/ ⁊ pro
pter immenſam charitatē erga genus humanū.

Nã primo meruit liberare totaʒ humanã naturã
de poteſtate diaboli: ⁊ hoc offerendo ſuã vitam et
ſanguinẽ pro nobis in preciũ. Scḋo meruit ĩmor
talitatẽ ⁊ reſurrectionẽ ꝓ ſe ⁊ mẽbris ſuis: ⁊ hoc
rõne ſue obediẽtie ⁊ charitatis/ q꞉ ꝓpter nos fuit
viſitat⁹. Tertio meruit vniuerſale dñium ⁊ iudi=
ciariam poteſtateʒ ſup homines ⁊ angelos in ce=
lo ⁊ in terra ⁊ ĩ inferno ⁊ meruit vniuerſaliter do
miniũ ſuper celos ⁊ oĩa elementa ⁊ oẽs creaturas
tam rõnales ꝙ̄ irrationales: ⁊ hoc q꞉ exinaniuit
⁊ minuit ſeipſum paulo min⁹ ab angelis: ⁊ humi
liauit ſe factus obediens patri vſqꝫ ad morteʒ. ad

Mai⁹ meritũ xp̄i ꝙ̄ peccatum ade.

Ephe. ſcḋo. Ex quibus pʒ ꝙ maius fuit meritum
Chriſti: ꝙ̄ pctũ ipſius Adã: q꞉ plura recuperauit
Chriſtus ꝑ ſuã paſſionẽ ⁊ humilitatẽ ꝙ̄ perdidit
Adã ꝑ peccatũ. Nã adam ſolũ perdidit dominiuʒ
⁊ poteſtatẽ quã habebat tantũ ſup creaturas irra
tionales ⁊ aĩalia bruta. Sed Chriſtus adept⁹ eſt
poteſtatẽ ⁊ dominiũ nõ ſolũmodo ſup homines ⁊
aĩalia bruta: ſed etiã ſuper oẽs angelos ⁊ demo=
nes: ⁊ ſuper oẽs celos ⁊ oĩa elementa/ vt ipſe dicit
Matthei vltimo. Data eſt mihi oĩs poteſtas in ce
lo ⁊ in terra ⁊c. Hoc ergo preuidens Dauid in ſpi
ritu dicit. O dñe pater ꝙ admirabile ẽ nomẽ tuũ
in vniuerſa terra/ quãtum ad iuſtitiã ⁊ equitateʒ.
Nã licet minueris filiũ tuũ Jeſum paulo min⁹ ab
angelis faciẽdo ipſum filiũ hoĩs mortalẽ/ ⁊ paſſi=
bilẽ: ⁊ viſitaueris ⁊ cruciaueris eũ dura morte et
paſſione pro homine liberãdo: tamen ꝓpter meri
ta ſue humilitatis ⁊ mortis tribuiſti ei iuſtuʒ pre
mium. Nam primo Gloria ⁊ honore coronaſti eũ/
q꞉ ipm̃ de morte ad vitam glorioſam ſuſcitaſti: qḋ
ptinet ad gloriã. Scḋo in celũ recepiſti: ⁊ in dexte
ra tua collocaſti ⁊ vniuerſalẽ poteſtatẽ in celo et
in terra/ ⁊ in inferno ei tradidiſti: ⁊ tanꝙ̄ regẽ ho
minũ ⁊ angelorũ coronaſti: qḋ pertinet ad hono=
rem. Unde nõ ſolũ ꝯſtituiſti ipſum ſup creaturas
rationales: ſed etiã cõſtituiſti eum ſup oĩa opera
manuum tuarum. Nam

Hebr. ij. xcvj. di. cuʒ ad verum.

**Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius: oues et
boues vniuerſas: inſuper et pecora campi.
Volucres celi et piſces maris: qui peram/
bulant ſemitas maris.**

¶ Omnia creata ſubieciſti ſub pedibus ⁊ poteſta
te eius. ſ. oues ⁊ boues vniuerſas: ⁊ inſuper ſubie=
ciſti ſibi oĩa pecora cãpi/ ⁊ omnes volucres celi/
⁊ omnes piſces maris qui perambulant ⁊ natãt

C

ſemitas maris. ¶ Ad cuius intellectum eſt aduer
tendum ꝙ omnia iſta animalia ⁊ etiam elementa
fuerunt realiter ⁊ literaliter ſubiecta virtuti no=
minis chriſti ⁊ eius poteſtati: nam mare ⁊ venti
obedierunt ſibi ante ⁊ poſt reſurrectionem ⁊ etiã
piſces obedierunt ſibi: nam in virtute ⁊ precepto
Chriſti apoſtoli laxarunt rete ⁊ ceperunt magnaʒ
multitudinem piſcium/ vt patet Luce. v. ⁊ Joan.
xxj. Sed etiam iſta locutio prophete intelligitur
metaphorice. Nam per oues ⁊ boues non ſolum
intelligit beſtias/ ſed etiam rationales creaturas
per huiuſmodi intellectas. Nam per oues intelli
git populos/ ⁊ ſtatus inferiores hominum: ⁊ per
boues intelligit reges principes ⁊ maiores: ⁊ per
pecora campi intelligit gẽtes barbaras q̄ ad mo
dum pecorũ viuebant/ campos ⁊ nemora pagran=
tes: ſicut ſunt ſcythe ⁊ ethiopes per deſerta fugi=
ter errantes. ⁊ per piſces intelligit habitantes in
inſulis maris: ⁊ per perambulantes ſemitas ma
ris intelligit nauigantes. Itaqꝫ nulla regio: nul=
la habitatio/ nulla hominũ ꝯditio ſecludit a chri
ſti ⁊ eius noĩs poteſtate. Itẽ per volucres celi ĩtel
ligit angelos qui ceciderunt de celo: ⁊ etiã bonos
qui in celo manſerunt. Angeli enim dicuntur vo
lucres a volando ⁊ a velocitate intelligentie ⁊ vir
tutis. Omnia ergo pater ſubiecit ſub pedibus et
poteſtate Chriſti etiã in quãtũ homo eſt: ⁊ hoc ab
inſtanti ſue ꝯceptionis. Sed hoc magis apparuit
in ſua vita per miraculorum operationem. Sed
multo magis fuerit manifeſta in ſua reſurrectio
ne/ et aſcẽſiõe. Sed multo maxĩe manifeſtabitur
executio ſue poteſtatis ĩ finali iudicio. Jḋ Dauid
in fine huius pſalmi admirando virtutes ⁊ pote=
ſtatem huius nominis Jeſu/ ꝓpter omnia ſupra=
dicta admirando concludit quod in principio pre
miſit dicens.

**Domine dominus noſter: ꝙ admirabile eſt
nomen tuum in vniuerſa terra.**

De ſecũ ſti. i poſt aſcẽ diu.

¶ Tota ergo ſententia ⁊ argumentũ huius pſal=
mi conſiſtit in hoc: qm̃ Dauid preuidẽs myſteria
huius nominis Jeſus que in ei⁹ aduẽtu debebãt
in vniuerſo mũdo manifeſtari: ideo cũ admiratio
ne dicit. O dñe dñs noſter ꝙ admirabile eſt nomẽ
tuum ⁊c. Nam primo erit admirabile in potẽtia
⁊ magnificentia. probatur. Quoniam eleuata eſt
magnificentia ⁊c. Secundo erit admirabile in ſa
pientia. Quoniam videbo celos ⁊c. Tertio erit
admirabile in miſericordia: nam quid eſt homo
quod memor es eius ⁊c. Quarto eſt admirabile
in iuſtitia: quia gloria ⁊ honore ⁊c. ¶ Eſt tandeʒ
notandum ꝙ iſte pſalmus legitur in officio vir=
ginis: eo ꝙ eſt mater ipſius Jeſu qui dicitur fili⁹
hominis. Item quia cum ipſa ſit minor angelis
ſm̃ naturam: tamen per gratiam fuit eius magni
ficentia ſuper omnes celos eleuata ⁊ gloria ⁊ ho=
nore hominum ⁊ angelorum regina coronata: et
ex ore infantiũ ⁊ lactentium benedicta ⁊ per om=
nes gẽtes btificata: q̄ ſingulari gr̃a ꝓuenta inimi
cũ ⁊ vltorẽ diabolũ deſtruxit ⁊ ſupauit: cui Jeſus
fili⁹ eius oĩa ſubiecit ⁊ ſuppeditauit. Itẽ iſte etiã
pſalmus legit̃ in feſtiuitatib⁹ martyrũ ⁊ ꝯfeſſorũ:
eo ꝙ ſunt participes regni Chriſti ⁊ regnant cum
eo propter merita martyrij aut laboris. Et ſic eorũ
magnificentia eſt eleuata ſuper celos: et Chriſt⁹
in celo gloria ⁊ honore coronauit eos: et ſubiecit
oĩa ſub pedibus eorum: nam ipſi iudicabunt cum
Chriſto. xij. tribus iſrael in die iudicij.

¶ Ex toto iſto pſalmo poſſunt recolligi quinqꝫ cõ
cluſiones: quarũ Pria eſt: ꝙ in aduentu Chriſti
fuit manifeſtum ⁊ admirabile in vniuerſa terra il
lud nomen dei adonai qḋ in veteri teſtamento ꝑ
illas quatuor literas ſcribebatur.

Pria cõcl.

¶ Secunda cõcluſio/ ꝙ hoc nomen Jeſus eſt illḋ
nomen qḋ illis quatuor literis ſcribebatur.

Scḋa cõcl.

¶ Tertia cõcluſio/ ꝙ Jeſus Chriſtus verbũ incar
natum manifeſtauit in vniuerſa terra ſignificatũ
nominis dei tetragrãmaton. ſ. trinitatem diuina
rum perſonarum ⁊ myſteriũ incarnationis. ſ. dua
rum naturarum in vna perſona.

Tertia cõcl.

¶ Quarta ꝯcluſio/ ꝙ Jeſ⁹ Chriſt⁹ manifeſtauit in
vniuerſa terra ꝑfectiões eſſentiales q̄s ſignifica=

Quarta cõcluſ.

bat illud nomẽ dei tetragrãmaton. ꝓbatur. nam
Chriſt⁹ primo ꝑ ſe: ⁊ ex cõſequẽti per ſuos apl̃os
manifeſtauit oĩpotẽtiã dei in vniuerſa terra per
operationẽ miraculorũ. Scḋo manifeſtauit dei ſa
pientiam in fundatione eccleſie/ ⁊ datione legis
euãgelice. Tertio manifeſtauit dei mĩam in mor
te ex paſſione ⁊ in peccatorũ remiſſione. Quarto
manifeſtauit dei iuſtitiam: quia pater omnia ſub=
iecit ſub pedibus eius ⁊ tradidit ſibi iudiciariam
poteſtatem et ditionem ſuper omnes creaturas.

Quinta concluſio.

¶ Quĩta ꝯcluſio/ ꝙ nomẽ Jeſus qḋ eſt nomẽ dei
ꝑ aduentũ Chriſti fuit manifeſtatũ ⁊ magnifica=
tũ nõ ſolũ in vniuerſa terra: ſʒ etiã in celo ⁊ in in=
ferno. q꞉ in noĩe Jeſu omne genu flectit̃ ⁊c. ¶ Sʒ
cõtra ꝑdictas cõcluſiones ⁊ cõtra totã ſupradictã
expoſitionẽ arguũt Judei moderni dicẽtes/ ꝙ hoc
nomẽ Jeſus nõ eſt nomẽ dei tetragrãmaton: nec
illud nomen dei admirabile in vniuerſa terra: de

E iudeorũ qõ ſeu obiectio.

quo loquit̃ Dauid in hoc pſal. qḋ erat manifeſtan
dũ in aduentu Meſſie: vñ arguũt primo ſic. illud
nomẽ fuit ignotũ ⁊ incõprehẽſibile patriarchis ⁊
ꝓphetis: ſed eſt manifeſtãdũ per ſolũ Meſſiã in
lege ꝓmiſſum: q꞉ tunc erit nomẽ nouũ qḋ os dñi
noĩauit/ vt patet Eſa. lxij. ſed hoc nomẽ Jeſus eſt
nomẽ antiquũ ⁊ notum patriarchis ⁊ prophetis:
q꞉ multi vocati ſunt hoc noĩe Jeſus/ puta Jeſus
filius naue/ qui introduxit iſrael in terrã ꝓmiſſio
nis ⁊ Jeſus fili⁹ Joſeph ſacerdos magnus q̄ edifi=
cauit ſecundũ templũ/ ⁊ Jeſus filius Sirach qui
renouauit ſapientiã: ergo hoc nomẽ Jeſus nõ eſt
illud nomẽ dei tetragrãmatõ. ¶ Secũdo arguũt
ſic. Nam illud nomẽ dei adonai debet cõprehẽde
re totam plenitudinem diuinitatis: ⁊ totum pela
gus diuinarũ perfectionum ⁊ virtutũ. Et ideo di
citur ineffabile ⁊ incõprehenſibile: quia eſt nomẽ
omnipotentie et virtutis/ in cuius virtute Meſ=
ſias debet detegere oẽs theſauros abſconditos ⁊
ſubijcere ſibi totũ orbẽ/ ⁊ cogere angelos ⁊ demo
nes venire ad ſuum imperium. imo dicunt ꝙ in
virtute huius nominis ſuſcitabit mortuos/ ⁊ cõ=
uertet ferrum ⁊ ſtannum in argentũ et aurum/ et
mutabit montes ex vno loco ad alium: q꞉ cũ ma=
nu capiet montẽ Sinai ⁊ montẽ Tabor/ ⁊ iunget
eos cũ monte Sion. ⁊ ſup eos reedificabit magnã
⁊ nouam hieruſalem pro ſuis Judeis. Sed nos vi
demus ꝙ ad inuocationẽ huius nomĩs Jeſus ni
hil horum fit/ ergo ſequitur ꝙ non eſt illud nomẽ
adonai. ¶ Tertio arguunt ſic. Nã illud nomẽ dei
in aduentu Meſſie debet dilatari ⁊ magnificari a
ſolis ortu vſqꝫ ad occaſum/ vt patet Malach. pri=
mo. Sed hoc nomen Jeſus nõ eſt magnificatum
nec notũ apud ſarracenos/ nec iudeos nec apud
indos/ nec manifeſtũ in aliquib⁹ partibus mũdi:
igitur nõ eſt illud nomen dei manifeſtum ⁊ admi
rabile in vniuerſa terra/ nec eſt adhuc manifeſtũ.

qõnis enucleatio.

¶ In oppoſitũ eſt ſaluator Joã. xvij. qui dixit: Pa
ter manifeſtaui nomẽ tuũ hominib⁹. ⁊c. ¶ Reſpõ
deo. In hac queſtione erũt duo articuli. Nam in
primo eſt videndum an poſſit eſſe aliquod nomẽ
ita ſufficiẽs ⁊ ꝓprium: quod comprehendat ⁊ no=
tificet totam eſſentiam ⁊ plenitudinẽ deitatis cũ
omnibus perfectionibus ſuis. In ſecũdo vero vi=
debitur an poſſit reperiri aliquod nomen vocale:
ita proprium ad notificandũ deum ⁊ Meſſiam in

Nota.

lege promiſſum: ſicut eſt hoc nomẽ Jeſus. Quan
tum ad primum eſt notandum ſcḋm Ariſtotelem
ſcḋo de anima. ⁊ ſeptimo Metaphyſice. ꝙ intelle
ctus noſter in ſui prima operatiõe apprehẽdẽdo
rem per ſua eſſentialia format cõceptũ diffinitiuũ
rei intellecte abſqꝫ cõpoſitiõe ⁊ diuiſiõe/ q꞉ in ta=
li apprehẽſione nec dicit rem eſſe nec nõ eſſe: niſi
ſolum quicquid eſt ſecundũ eſſentiam ſuam. quẽ
quidem conceptum greci appellant logon. i. ver=
bum. per quem cõceptum res dicitur nota tantũ
ipſi intelligenti. Et dicit Auguſtin⁹ ſuper Joã. et
Auicenna in logica ſua/ ꝙ ad hoc ꝙ talis cõcept⁹
ad extra notificetur ceteris: oportet ꝙ induat vo=
cem: ⁊ tunc per vocẽ notificat̃ ceteris. Et tunc cõ
ceptus ſiue diffinitio mentalis efficit̃ nomẽ/ quaſi
notamen: quia vt ſic ceteris notificatur. Ideo di=
cit Ariſto. primo perihermenias: ꝙ noĩa ⁊ voces
ſunt note earum que ſunt in anima paſſionem. i.
ipſorũ conceptuũ. ⁊ cogitationũ. Itẽ quarto ⁊ ſe=
ptimo Metaphy. dicit ꝙ nomẽ ſignificat diffini=
tionẽ. Ex quo patet ꝙ nomẽ vocale in ſe includit
conceptum ſimul ⁊ vocem/ q꞉ nomen nõ eſt aliud
niſi conceptus notus per vocẽ/ ſiue vox explicãs
⁊ notificans conceptum ⁊ verbum mentis. Ita er
go dicit Augu. xv. de trinita. ꝙ ſicut nos ꝑ ſimpli
cem intelligentiam formamus conceptũ diffini=
tiuũ de tota eſſentia rei/ qḋ dicit̃ verbũ explicans
totam eſſentiã rei: Ita pariter deus ab eterno in=
telligendo ſe/ dicit verbũ de tota memoria ſua fe=
cunda: ⁊ per cõſequẽs de tota eſſentia ⁊ ſubſtãtia
ſua diffiniens ⁊ cõprehendens totã eſſentiã ⁊ ſub=
ſtantiam ſuam ⁊ plenitudinẽ ſue deitatis/ ⁊ pela=
gus omniũ ſuarũ perfectionũ. Nã cum illud ver=
bũ ſit de tota ſubſtantia ipſius dicẽtis/ in eo ſunt
et apparent oẽs diuine perfectiones et idee oĩm
rerum. Et ſic deus pater ꝑ illud verbũ diffinit ⁊ cõ
prehẽdit ſeipſum ſcḋm totã plenitudinẽ ſue dei=
tatis ⁊ ꝑfectionis. Et ſic infinite ſeipſuʒ cõprehen
dit ⁊ diffinit. Ex quo patet/ ꝙ illud verbũ nõ po=
teſt eſſe finitum/ nec tẽporale/ nec ſucceſſiuũ: ſed
eternũ/ q꞉ pater nunꝙ̄ fuit ſine tali verbo. Ideo
dicit̃ Joã. primo. ꝙ in principio erat verbũ/ ⁊ de⁹
erat verbũ. Hoc erat in principio apud deũ. Rur=
ſus q꞉ in tali verbo ſunt idee oĩm rerũ: a quo depẽ
dent ſcḋʒ ſuũ eſſe: ideo pater ſolo verbo dicẽdo ad
extra oĩa creauit ex tẽpore. Et ideo ſubdit euange
liſta/ ꝙ oĩa ꝑ ipm̃ facta ſunt. ⁊c. Dicit vlteri⁹ Aug.
ꝙ ſicut verbũ noſtrũ ſiue cõceptus ad hoc ꝙ noti=
ficetur ad extra ⁊ notificet rem oportet ꝙ efficia=
tur nomẽ induendo vocẽ/ q꞉ aliter eſſet nota ſoli
intelligenti: Ita pariter deus pater/ vt notificaret
nobis verbũ ⁊ filiũ ſuũ/ ⁊ voluntatẽ ſuã toti mun
do: induit verbũ ſuũ carne/ ⁊ fecit ipm̃ nomẽ: ꝑ qḋ
nobis locutus eſt. Et Chriſt⁹ ſic verbũ incarnatũ
factũ nomẽ notificauit nobis diuina myſteria. q̄
vſqꝫ ad illud tẽpus mundo fuerant occulta. Ideo
ſubdit euangeliſta/ ꝙ verbũ caro factũ eſt: ⁊ habi=
tauit in nobis. Et vidimus gloriã eius ⁊c. Et ſic
patet qualiter verbũ dei eternũ factũ eſt nomẽ tẽ
poraliter ⁊ nouiter carnem aſſumẽdo. ¶ His ha
bitis ponitur prima cõcluſio. ſ. ꝙ nullus cõcept⁹
creatus poteſt comprehendere/ nec explicare/ nec
diffinire deum ſecundũ totã eſſentiam ⁊ ſubſtan=
tiã ⁊ plenitudinẽ ſue deitatis ⁊ ꝑfectiõis. Probat̃.
q꞉ nullũ finitũ põt comprehẽdere nec ambire ali
qḋ infinitũ: ſed de⁹ quo ad plenitudinẽ deitatis ⁊

Prima concluſio.

Conceptus creat⁹ nõ põt cõprehẽdere deum.

perfectionis/eſt infinitus/ergo eſt incomprehen
ſibilis ⁊ indiffinibilis a quocūqꝫ finito. minor pa
ret/maior probaꝫ. Naꝫ diffinire nil aliud eſt ꝙ rē
ſcd̄m totā eſſentiā cōprehendere ⁊ ambire/⁊ ꝯclu
dere/⁊ terminare. Et ideo philoſophꝰ ſcd̄o poſte
riorū diffinitionē appellat terminū rei: eo ꝙ clau
dit rem diffinitā/⁊ terminat/⁊ ambit ſecūdū totā
ſuā eſſentiā. Hoc idem dicit Augu. xij. de ciuitate
cap. lxxx. ꝙ quicqd ſcitur ſcientis ſciētia cōprehē
ditur/⁊ ſcientis cōprehenſione finitur ⁊c. Ex quo
patet ꝙ ſolus deus ꝑ verbū ſuū ſeipm̄ poteſt diffi
nire/eo ꝙ illud verbū eſt ſibi cōſubſtātiale ⁊ infi
nitū ⁊ coeternū. Et qꝛ ſolus deus de ſe poteſt dice
re ⁊ ꝓducere tale verbū ſuiipſiꝰ diffinitiuum. imo
deum dicere verbū de tota ſubſtātia ſua: nil aliud
Scd̄a concluſio. Qm̄o xp̄s eſt nomē dei. eſt niſi ſeipſuꝫ diffinire ſcd̄m plenitudinē ſue dei
tatis. ¶ Scd̄a cōcluſio/ ꝙ Jeſus Chriſtꝰ ſaluator
noſter: ſcilicet illa perſona que nos redemit/ eſt
nomen dei patris. ꝓbaꝫ. Nā illa perſona eſt ver
bū incarnatū factū nomē induendo carnē per qd̄
nobis pater notificauit ſuā voluntatē/⁊ ſuā omni
potētiā ⁊ ſapientiā ⁊ miām ⁊ iuſtitiā: ⁊ notificauit
nobis totū myſteriū trinitatis ⁊ incarnatiōis. er
go eſt nomē dei. Nā ſicut cōceptus humanus ſiue
verbū internū notificat nobis reꝫ ꝑ ſuā eſſentiā/
⁊ ꝑ ſuos effectus ꝑ vocē ſibi iunctā. Jta verbū dei
notificauit nobis ꝑ carnē ⁊ humanitatē myſteria
dei occulta vt dictū eſt. Unde ſicut nomē noſtrum
vocale cōtinet in ſe cōceptū. Jta humanitas Chri
ſti quaſi induit verbū: ⁊ ſic verbū carne indutū no
tificauit mūdo oīa ſupradicta. Unde ſicut nomen
noſtrū vocale nil aliud eſt niſi verbū indutū voce
ſeu habens vocē: Jta Chriſtus nihil aliud eſt niſi
verbū dei habēs carnē/vel verbū in carne/vel ver
bum caro ꝑſonaliter factū. Jo. j. Qui quidē Chri
ſtus declarauit nobis legem ⁊ prophetias tanꝙ
verꝰ nomē dei patris: qꝛ lex per Moyſen data eſt:
gratia aūt ⁊ veritas ꝑ Chriſtū nobis facta ⁊ ma
nifeſta eſt. Ex ſupradictis patet ꝙ nullū nomē vo
cale vel ſcriptū/nec aliquis humanus cōceptus/
nec creatus pōt diffinire deū ſcd̄m eſſentiā ⁊ ple
nitudinē deitatis/⁊ ꝑfectionis: qꝛ oīs talis cōce
ptus eſt creatꝰ ⁊ finitus. Et per ꝯſequēs talis con
ceptus per nullā vocē humanā indutꝰ poterit no
tificare deū ſcd̄m totā ſuā eſſentiā ⁊ ſubſtantiam/
nec ſcd̄m plenitudinē ſue deitatis/nec ſm̄ pelagꝰ
oīm ſuarū reꝝ ⁊ perfectionū: qꝛ hoc conuenit ſoli
verbo incarnato. qd̄ eſt ꝓpriū nomē dei vt dictuꝫ
eſt. Scd̄o ſequiꝫ/ ꝙ ꝑſona Chriſti ſcilicet verbum
incarnatū eſt illud nomen dei qd̄ os dñi noīauit.
Eſa. lxij. qꝛ primo ab eterno eſt verbum a patre di
ctum ⁊ ſapientia que ex ore altiſſimi prodijt. qui
cū patre ⁊ ſpiritu ſancto fuit cūcta cōponēs. Pro
uer. viij. ⁊ ex tēpore eſt a patre nominatū. i. caro fa
ctū. Nā patrē filiū noīare nil aliud eſt ꝙ verbū in
carnem mittere. Jtē ſequitur ꝙ illud nomen dei
qd̄ per illas quatuor lr̄as ſignificabaꝫ/ nō eſt ali
quod nomē vocale/nec ſcriptū/ſed realis perſona
Chriſti/ſcilicet verbum incarnatū: qd̄ quidē no
men deſiderarunt ſcire ⁊ cognoſcere/⁊ videre pa
triarche ⁊ prophete ⁊ oēs fideles veteris teſta. in
quo expectabant ſaluari ⁊ liberari. vnde nō expe
ctabant aliqd̄ nomē vocale vel ſcriptū/ſed filium
dei in quo ⁊ per quē erant oēs ſaluandi. Unde qn̄
Eſa. xxx. dicit. Nomē dñi veniet de longinquo ⁊c.
nō intēdebat dicere ꝙ aliqd̄ nomē vocale vel ſcri
ptū deberet venire de longinquo celo: ſed ꝑſona
Chriſti. ſ. verbū in carnē. Jtē nomen vocale nō eſt
nomē: qd̄ os dñi nominauit: qꝛ ex ore dei non exit
aliqd̄ accidēs. ſed intēdit dicere/ꝙ os dñi ab eter
no producit verbū dei/⁊ ex tēpore miſit ipſum in
carnē. Hoc idē dꝛ Eſa. xlv. vnde dicit pater ad fi
liū arcana ſecretorū. Ut ſcias qꝛ ego dñs/qui vo
co nomen tuum deus iſrael ꝓpter ſeruū meū Ja
cob/⁊ Jſrael electū meum/⁊ vocaui te noīe tuo et
aſſimilaui te ⁊c. que qdē verba nō poſſunt intelli
gi niſi de ſolo Chriſto Jeſu/quē pater nominauit
⁊ deū vocauit/cui theſauros abſcōditos ſacre ſcri
pture ⁊ celeſtis glorie reuelauit: ⁊ cui dedit nomē
qd̄ eſt ſuꝑ omne nomē ⁊c. de quo dicitur Apocal.
xix. ꝙ Chriſtꝰ habet nomē ſcriptū in diademate/
qd̄ nemo nouit niſi ipſe. Et veſtitꝰ erat veſte aſper
ſa ſanguine/⁊ vocabatur nomē eius verbū dei ⁊c.
Ex quo patet/ꝙ ꝑſona verbi incarnati eſt nomen
dei incōprehenſibile/qd̄ nemo nouit niſi ipſe: qꝛ
ſicut ſolꝰ deus ſe diffiniuit illo verbo eterno: ita ſe
nominauit illo nomine. ſ. verbo incarnato ſigni
ficato ꝑ illud nomen tetragrāmatō veteris legis:
⁊ ꝑ hoc nomē Jeſus noue legis. ¶ Ex ſupradictis
patet eſſe ſtultam ⁊ vanam cupiditatē ⁊ ſolertiaꝫ
modernorū iudeorū circa intelligentiā ⁊ inquiſi
tionē ⁊ declarationē illius nominis dei quatuor
literarū/qui videntes tot ⁊ tanta ſcripta in lege ⁊
ꝓphetis de illo nomine/cōtinue querūt ⁊ inueſti
gant declarationē illius. Unde dicunt ꝙ eſt vnū
nomen vocale ⁊ ſcriptū ſignificatū per illas qua
tuor literas iot. he. vau. he. qd̄ nō nouit niſi Moy
ſes/cū quo fecit illa miracula: ⁊ Salomon/cū quo
ſciuit oēs ſciētias ⁊ acquiſiuit multas diuitias.
Alij autē dicunt ꝙ nullus antiquoꝝ potuit ſcire
illud nomen: ſed ſolus rex Meſſias quē falſo ex
pectant debet ſcire illud: cum quo reuelabit the
ſauros abſcōditos ⁊ ſubijciet ſibi totū orbeꝫ. Alij
autē dicūt qd̄ Jeſus nazarenus furatus eſt illud
nomen ſcriptū a necromanticis ⁊ magis egypti.
Et ideo cū illo nomine ſuſcitabat mortuos ⁊ ſana
bat egrotos ⁊ faciebat cetera miracula. Et idō ex
inde fuit iniecta cupiditas omnibꝰ rabinis ⁊ ma
giſtris iudeorum inquirendi hoc nomen et pro
prietates eius. quod nomen ſemāmeforas appel
lant cum quo putant detegere theſauros abſcon
ditos ⁊ tranſmutare plumbum ⁊ cupruꝫ ⁊ cetera
metalla in argentum ⁊ aurum Et ſic inuocant de
mones/vt doceant illud nomen. Et ſic omnes ra
bini eorum ſunt necromantici decepti a diabolo.
Sed ꝙ ſit ſtulta ⁊ vana talis opinio de ſe eſt ma
nifeſtum. Nam primo iſti decipiūtur circa ſubſtā
tiam nominis dei. ⁊ iſti querunt vnum nomen vo
Qu[omodo] iudei decip[iun]tur ca ſu[b]ſtāti[am] noīs dei. cale vel ſcriptum quod ſolum eſt aere vel char
ta. Secundo errant circa tempus: quia quod iam
venit ⁊ factum eſt querunt futurum/quia iam ve
nit Chriſtus: qui eſt verum nomē dei: ⁊ reuelauit
theſauros abſconditos ſacre ſcripture ⁊ regni ce
lorum. ⁊ confregit portas ⁊ vectes ferreos infer
ni. ⁊ liberauit omnes de ſeruitute inferni ⁊ pecca
ti. Et etiā mutauit montes: quia humiliauit prin
cipes ⁊ reges ⁊ imperatores: ⁊ direxit praua in di
recta/⁊ aſpera in vias planas. ⁊c. Jtem errant cir
ca modum inquirendi hoc nomen. Nā hoc nomē
⁊ eius proprietates non queruntur niſi per fideꝫ



⁊ ſpem/⁊ charitatē/⁊ humilitatem: ⁊ ipſi querunt
ipſum ex ꝓprio conatu ⁊ per artes magicas. Jteꝫ
errāt circa finem ⁊ effectū eius. Nam deus pater
ꝓmiſit: ⁊ miſit ipſum ad ſaluandum/⁊ liberandū
a ſeruitute peccati: ⁊ ad dandam gloriā in futuro
⁊ regnū celorum. Et ipſi deſiderāt ipſum ad diui
tias corruptibiles acquirendas: ⁊ theſauros tem
porales detegēdos: ⁊ dominium temporale adipi
ſcendum: ⁊ opera magica: ⁊ deteſtabilia facienda.
Ex quibus manifeſte patet eorum deceptio ⁊ va
na ⁊ ſtulta cupiditas ⁊ ridenda ſolicitudo circa
inquiſitionē eiꝰ: ⁊ hoc de primo articulo. ¶ Quā
tum autem ad ſecundū articulum eſt primo notā
dum ſcd̄m philoſophum. vij. metaphyſice/⁊ ſecun
do poſteriorum: ꝙ ſicut illa eſt melior ⁊ perfectior
diffinitio que magis explicat diffinituꝫ. Jta illud
nomē eſt melius ⁊ cōuenientius ⁊ magis ꝓpriuꝫ:
quod manifeſtius notificat rem. Et ideo ſi eſt ali
quod nomē notificans rem non ſolum quo ad eſ
ſentialia in quātū nomen ſignificat diffinitioneꝫ
ſed ſi notificat quo ad rei effectꝰ: illud erit magis
proprium ⁊ ſufficiens: quia ſicut ꝓprium eſt diffi
nitioni diffinire rē quo ad eſſentialia: ita ꝓprium
eſt nomini notificare rem quo ad eius effectus/ ⁊
ſcd̄m oēm modū notificandi poſſibilē: qꝛ nomen
dicitur a notificando. Ex quo ptꝫ ꝙ illud nomen
erit magis propriū deo: quod plura ⁊ magis pro
pria notificat nobis de deo: non ſolum quo ad eſ
ſentiā: ſed etiā quo ad eiꝰ effectꝰ. ¶ Scd̄o eſt notā
Nota de eē ⁊ viuere dum ꝙ iſta quatuor ſe habent per ordinē: ſcꝫ eſſe/
viuere/ſiue vita. ⁊ ſaluere ſiue ſalus. ⁊ ſaluare ſiue
ſaluator. Unde eē dicit actū eſſendi ſiue duratio
nem. Uita autem dicit eſſe cum vitali operatiōe:
quia viuere viuentibus eſt eſſe. Salus autem di
cit vitam cū integritate ſine defectu. Saluare au
tem ſiue ſaluatorem eſſe dicit actū ſaluādi/ſcꝫ ce
teris rebus vitam dare. Et ſic ille qui dat ſaluteꝫ
⁊ ſaluat: ille idem dat vitā ⁊ eſſe. Et qui dat vitam
⁊ ſalutem ⁊ eſſe: neceſſe eſt vt de ſe habeat ſaluteꝫ
⁊ vitā ⁊ eſſe/quia vnū per ordinē includit aliud/⁊
vltimum includit omnia tria per ordinem prece
dentia. Sed cum in deo nullum ſit accidens/nec
aliquod dependens: ideo eſſentialiter eſt quicqd
habet: ⁊ ſic deus eſſentialiter eſt ſua ſalus ⁊ vita et
eſſe: etiam eſt cauſa omnium ſalutis ⁊ vite ⁊ eſſe. ⁊
per conſequens quia ſolus de ſe poteſt dare ſalu
tem: ideo eſſentialiter eſt ſaluator/ id eſt quia ad
Eſſe ē ꝓpriū deo. ipſum pertinet ſaluare ⁊ dare ſalutem ⁊ vitam in
tegram rebus a ſe creatis. ¶ His ergo habitis po
nitur prima cōcluſio. ſ. ꝙ eſſe ſimpliciter ⁊ per ſe:
eſt ꝓprium ipſi deo. probatur. Nam deus eſt pri
mum neceſſe eſſe a nullo depēdēs ⁊ dans eſſe om
nibus rebus/ergo ſoli deo eſt ꝓprium eſſe. Hanc
concluſionem probat Auicenna ⁊ Algazel in ſua
metaphy. ⁊ philoſophus ſecundo ⁊ quinto ⁊ deci
mo metaphy. Et ideo dixit dñs Moyſi Exodi. iij.
Ego ſum qui ſum. dic filijs iſrael. qui eſt miſit me
ad vos. Hoc eſt nomē meū memorabile in eternū.
Hoc idem probat Aug. xij. de ciuitate dei. cap. ij.
⁊ in pleriſqꝫ locis. ¶ Secūda concluſio/ ꝙ viuere ⁊
vita eſt propriū ipſi deo. qd̄ probaꝫ per eandē ra
tionem. Nam ſi ſolus deus viuit ⁊ eſt vita per eſ
ſentiam ſuam/⁊ dat omnibus vitā ⁊ viuere/ ergo
ſibi eſt proprium vita ⁊ viuere. hanc concluſioneꝫ
probat philoſophus. xij. metaphy. dicens ꝙ eſſe ⁊
vita ⁊ voluntas dicuntur de deo eſſentialiter/ vt
Uita ē ꝓpriū deo. ipſe eſt ſua vita. Et ſic oībus rebus dat vitā: ⁊ oīa
viuūt in ipſo. patet Joan. j. quia qd̄ factum eſt in
ipſo vita erat. Jtē in ipſo mouemur ⁊ ſumus. Act.
xvij. Et ideo quia deus per ſe viuit ⁊ dat ceteris
vitā: hinc eſt ꝙ deꝰ ſemꝑ iurat per vitā ſuā dicēs.
Ezech. xviij. Uiuo ego nolo peccatoris morteꝫ ⁊c.
Jdeo fideles ve. teſt. iurabāt per vitā dei. Unū pri
mi Re. xiiij. dixit Saul: viuit dñs ſaluator iſrael/
Jonathas abſqꝫ retractatione morietur ⁊c. Et ſic
iurabant oēs fideles vet. teſt. Ex quo ptꝫ/ꝙ vita ⁊
viuere eſt ꝓprium ipſi deo. ¶ Tertia ꝯcluſio/ꝙ ſa
Saluare ē ꝓprium deo. lus ⁊ ſaluare eſt per ſe ꝓpriū ipſi ſoli deo probaꝫ:
qꝛ ſolus deus per ſe viuit vita integra ſine defe
ctu ⁊ ſine termino: quia duratio ſua eſt iterminabilis vite/tota ſimul ⁊ ꝑfecta poſſeſſio: libera ab
omni infirmitate ⁊ miſeria ⁊ defectu. Unde nulla
duratio aliorum dicitur proprie vita: naꝫ duratio
hoīm/⁊ oīm aīaliū/⁊ plantarū tēdit ad interitum
ergo non eſt proprie nec ſimpliciter vita: ſed tātū
ſecundū aliquid. Jtē duratio angelorū/licet non
tēd[at] ad interitū: tn̄ hoc nō habēt angeli a ſe: ſed
a deo: ⁊ ideo deo volēte poſſunt deficere/ſecūdum
Platonē in Timeo. Et ideo ſoli deo eſt ꝓpriū vi
uere ⁊ ceteris ad libitū vitam cōicare. Et ſic oēs ꝑ
talē vitā integrā que dicit ſalus: deū imitari deſy
derāt. Jdeo ſemꝑ amicis ſalutē optamus dicēdo:
Salus ſit tibi a deo: ⁊ ſalue amice. i. viue in eter
num. Et ſic dicebat Paulus ad Coloſſēſ. iiij. Sa
lutat vos Lucas medicus. i. ſalutē ⁊ vitā eternaꝫ
vobis optat. Jtē Terētiꝰ in Eunucho. Plurima
ſalute Parmenonē ſuū impertit gnato. Et ideo
qꝛ ſolꝰ deus eſt ſua ſalus ⁊ vita integra: hinc eſt ꝙ
ſibi dicit in hymnis. Sit ſalus illi decꝰ atqꝫ vir
tus ⁊c. Et quia ſolus ipſe deus poteſt dare talem
ſalutem. ſ. vitā integrā ſine defectu. hinc eſt ꝙ in
tota ſcriptura dicit Saluator/⁊ ſalutare/⁊ ſalus
noſtra. Et ſic patet qualiter iſta quatuor per ordi
nem ſe includūt: ⁊ ſunt ꝓpria ipſi deo. ſ. eſſe: viue
re: ſalus ſiue ſaluere/⁊ ſaluare/ſiue ſaluatorē eſſe.
Saluatorē ꝓprium deo. ¶ Quarta ꝯcluſio. licet ſupradicta quatuor noīa
ſ. eſſe/⁊ vita/⁊ ſalus/⁊ ſaluator ſint ꝓpria ipſi deo
tamē vltimū nomen. ſ. ſaluator eſt magis ꝓpriuꝫ
⁊ ꝓpriiſſimum ei: ⁊ magis accōmodatuꝫ. Prima
pars eſt ꝓbata per tres cōcluſiones ſupradictas.
Secūda pars probatur. nam licet eſſe ⁊ vita ⁊ ſalꝰ
ſint ꝓpria ipſi deo: tamē abſqꝫ cōtradictione pōt
cōicare/⁊ cōmunicat ea ceteris creaturis. Nā om
nibus cōmunicat eſſe tam animatis ꝙ inanima
tis: ⁊ ſolis aīatis cōmunicat vitā ſeu viuere: ⁊ ſo
lis rationalibus/⁊ intellectualibus cōmunicat ſa
lutem. ſ. vitā integrā ⁊ eternā ⁊ beatam: ſed nulli
pure creature cōmunicat ꝙ poſſit ſaluare. ſ. dare
ſalutē ⁊ vitam/⁊ eſſe qꝛ hoc ſoli deo conuenit/cuꝫ
ſit oīa iſta per eſſentiam. Et ſic deus iſta non poſ
ſet dare alicui pure creature: niſi faceret ipāꝫ deū
qd̄ eſt īpoſſibile. Et ideo hoc nomē Jeſus. i. ſalua
tor eſt nomē ſoliꝰ dei ꝓpriū. Et ſoli filio ipſum cō
municauit: eo ꝙ ſeipſum factus obediens vſqꝫ ad
mortem crucis humiliauit: ideo pater dedit ſibi
hoc nomen qd̄ eſt ſuper omne nomen ⁊c. ad Phi
lip. ſecūdo. Quod quidē nomē in tātum dicit ma
gis ꝓpriū deo in quātū in ſe cōtinet oēs alias ꝑfe
ctiōes/⁊ eſt puris creaturis incōicabile quātū ad
ſuū ſignificatū qꝛ nulla creatura pōt ſaluare. i. da

re eſſe/⁊ vitā ⁊ ſalutē. ſ. vitam integrā/⁊ felicē ſine defectu. Et quia ſoli filio ſuo hoc nomē pater potuit cōicare. quia quicquid filius habet: habet a patre. Ideo ſub tali nomine ſalutis ſiue ſaluatoris promiſit ipſum mittere in mundum: vt patet in toto teſtamēto veteri. vnde Eſaie. xij. In illa die haurietis aquas de fontibꝰ ſaluatoris. Itē capitulo. xxv. Saluator ponet̄ in ea ⁊c. Item cap. xxxvj. Dabo in Sion ſalutē. Item cap. lxiiij. Ego ꝓpugnator ad ſaluādū. Item ſub tali nomine receptus eſt Chriſtꝰ in nouo teſtamēto: vñ Matth. j. Vocabis nomen eius Jeſum: ipſe enī ſaluum faciet populū ſuū a peccatis eorū. hoc idem Luce. j. Itē ſub tali noīe ſaluatoris recepit ipſum Simeō in vlnas ſuas dicēs. Nūc dimittis ⁊c. Quia viderunt oculi mei ſalutare tuū. Itē ipſe Chriſtꝰ ſe nominat ſaluatorē. Joan. iij. cū dicit. Nō enim miſit deus filiū ſuū in mūdū vt iudicet mūdum: ſed vt ſaluetur mūdus per ipſum. Ex quibꝰ patet ꝙ Jeſus. i. ſaluator eſt nomē magis ꝓprium: qꝛ magis cōuenit ⁊ ꝑtinet ad Chriſtū inter cetera noīa: qꝛ ſibi ſoli ꝯuenit ⁊ nulli alteri/⁊ magis explicat officiū eius ꝙ̄ cetera noīa: qꝛ primo ⁊ principaliter venit ad ſaluādū oēs/⁊ dādū vitā eternam: qꝛ hoc nomē Saluator duo explicat ſimul. ſ. redēptionē ⁊ glorificationem. Nam Jeſus ſiue Saluator eſt dator ſalutis. i. vite ītegre ſine defectu ⁊ miſeria. Quarto excludit ⁊ abijcit mortē ⁊ oēm miſeriā: ⁊ dat vitam felicem qđ ſoli deo conuenit. ¶ Ex quibus ptꝫ ꝙ pater ⁊ ſpūſſanctus non excludunt̄ ab hoc noīe Jeſus. Nam ſicut pater eſt eternus ⁊ vita integra: ita pariter eſt ſaluator/ ⁊ dator eterne vite: ⁊ ſic eſt dicendū de ſpū ſancto: quia ſaluator pater/⁊ ſaluator filius/ ⁊ ſaluator ſpūs ſanctꝰ/ nō tres ſaluatores: ſed vnus ſaluator/⁊ vna ſalus/ ⁊ vna vita eterna. Sed hoc nomē Jeſus/⁊ ſaluator intātū attribuit̄ filio in quantū ꝑ ipſum in humanitate facta eſt noſtra redēptio ⁊ ſalus: ⁊ inquātū eſt mediator ⁊ verbū ⁊ incarnatum. Quia ſicut tota trinitas creauit nos/ita ſaluauit nos: ⁊ ita dicitur ꝙ pater redemit nos per filium: imo quia pater de ſe/⁊ a ſe habet hoc nomen ſaluatoris: ideo donauit ipſum filio: qꝛ pater dedit filio hoc nomē Jeſus/ qđ eſt ſuper omne nomē. ad Philip. ij. ⁊ ſic hoc nomen conuenit toti trinitati.

Quare baptizabāt in nomīe Jeſu.

Et hec eſt cauſa quare in primitiua eccl'ia baptizabant apoſtoli in nomine Jeſu. Act. iij. eo quia hoc nomen competit toti trinitati: ſed ex nutu ſpūs ſancti/poſtea baptizarūt in noīe patris/⁊ filij/⁊ ſpūs ſancti iuxta formā ſibi traditam a Chriſto Matth. xxviij. ⁊ Mar. vltimo. ad explicationē trinitatis diuinaꝝ perſonaꝝ: ⁊ vt obuiarēt perfidie Arrianorū ⁊ Judeorū. Et ſic patet qualiter hoc nomen Jeſus eſt magis ꝓpriū ipſi deo: quia magis ⁊ plures perfectiones explicat: qꝛ explicat creationē/⁊ redēptionem/⁊ gl'ificationē. Et ſic explicat totū intentū ſacre ſcripture: qꝛ nil aliud intendit tota ſacra ſcriptura vtriuſqꝫ teſtamenti: niſi oſtendere deū eſſe vnum primū principiū eternū trinū ⁊ vnū/⁊ creatorē/⁊ redeptorē/⁊ glorificatorē. Nā ſi deꝰ eſt prima ſalus/⁊ vita integra/⁊ eterna/⁊ dator ſalutis/ ⁊ vite ſine defectu: ergo eſt creator/ ⁊ redēptor/ et glorificator. Et ptꝫ etiā qño licet hoc nomē Jeſus ⁊ ſaluator cōpetat toti trinitati: tñ attribuit̄ filio: eo ꝙ tota trinitas opata eſt ꝑ eū noſtrā redēptionem tanꝙ̄ per mediatorē: vt dictum eſt in ꝓlogo tractatu. iij. ⁊ dicet̄ pſalmo. xvij. Et qꝛ ꝑ ipſꝫ Chriſtū manifeſtatū eſt hoc nomen Jeſus in vniuerſa terra: quia ipſe manifeſtauit myſteriuꝫ trinitatis ⁊ creationis/⁊ redēptiōis/⁊ glorificationis: ideo vere dicitur Jeſus ⁊ nomen dei.

Obiectio.

¶ Sed cōtra oīa predicta arguitur: nā dictum eſt in toto primo articulo/ꝙ nomen dei non eſt vocale: nec ſcriptum: ſed eſt ipſa ꝑſona filij. ſ. verbum incarnatū: qđ patres veteris teſta. expectabant. In hoc aūt ſecūdo articulo dicit̄ ꝙ nomē magis ꝓprium deo eſt hoc nomē Jeſus habens tres ſyllabas: ergo cōtradictio in verbis.

Deus duo nomi. obtin.

¶ Ad hoc reſpōdet̄: ꝙ deus habet duo noīa. ſ. vnum quo ipſe nominat ſe: ⁊ alterum quo nos nominamus eū. Nomē quo deꝰ noīat ſe: eſt verbū incarnatū. ſ. ipſa ꝑſona filij. Nam inquātum verbū/eſt ab eterno dictū a patre/⁊ eſt cōceptus quo pater diffinit ſe: vt dictū eſt. Sꝫ inquātū incarnatū/ eſt nomen quo pater ſe: ⁊ ꝑ quē filius manifeſtauit ſeipſum mundo/⁊ per quē locutꝰ eſt nobis pater nouiſſime diebus iſtis. Hebr. j. Ideo ait ſaluator. Joan. xvij. O pater manifeſtaui nomen tuū hoībus ⁊c. Et ſic patet qualiter filiꝰ īcarnatus eſt nomen/ quo deus pater nominat ſe nobis. Sꝫ hoc nomē Jeſus habēs tres ſyllabas eſt nomē vocale vel ſcriptū/quo noīamus deū/⁊ ſpecialiter illā ꝑſonā incarnatā ipſius filij: ſicut patres antiqui noīabāt ipſuꝫ ꝑ illud nomē q̄tuor literaꝝ: qđ idē eſt qđ Jeſus. Nā ille quatuor l're ſcꝫ. ioth. he. vau. he. ſi recte cōbinentur in Hebreo cuꝫ ſuis pūctis/reddūt hoc nomē Joheſſua Hebraice qđ idē eſt qđ Jeſos grece/⁊ Jeſus. i. ſaluator latine. Et ſic hoc nomē Jeſus/eſt quo nos noīamus illam perſonā Chriſti: eo quod ſignificat ſaluatorem/⁊ redemptorem/⁊ glorificatorem: quem omnes patres vete. teſta. expectabant: vt veniret ad ſaluandū ⁊ redimēdū genus humanum. Ideo tantopere deſiderabāt ſcire proprietatē illiꝰ noīs tetragrāmatō: nō rōne ſigni/ſed rōne ſignificati: qꝛ ſignificabat meſſiam in lege ꝓmiſſum. Et illi tm̄ habebāt literas huiꝰ noīs Jeſus. ſ. ioth. he. vau. he. in illo noīe: ſed non habebāt ſonū: qꝛ nō ꝓnunciabāt/niſi adonai: ⁊ ſic nondū habebāt ꝓpriū ſonū: nec ſciebāt ꝓpriū ſignificatū: qꝛ neſciebant ꝓprie qđ ſignificabāt ille quatuor litere. Et ideo vtrūqꝫ deſyderabāt ſcire. ſ. ſonū ꝓpriū illiꝰ nominis quatuor literarū/⁊ ſignificatū eius. Sed nobis quibꝰ datum eſt noſſe myſterium regni dei: deus reuelauit in nouo teſt. ſonū illiꝰ noīs tetragrāmatō: qñ Gabriel dixit virgini Marie. Ecce concipies ⁊ paries filium/⁊ vocabis nomen eius Jeſum. Et hoc idem reuelauit angelus in ſomnijs ipſi Joſeph dicens. Vocabis nomē eius Jeſum: ⁊ reuelauit ēt eius ſignificatū cum ſubdit. Ipſe enim ſaluum faciet populū ſuū a peccatis eoruꝫ. Sed hoc magis reuelauit nobis Chriſtus cū realiter predicauit ⁊ dedit legē euangelicā/⁊ ꝓ nobis paſſus eſt/ ⁊ reſurrexit ⁊c. per quā paſſionē nos realiter ſaluauit ⁊ redemit: ⁊ ſic fuit notū nomen dei in mundo per Chriſtū/⁊ diuulgatū in vniuerſa terra per apl'os/ ⁊ factū eſt admirabile in celo ⁊c.

Dubiū

¶ Sed reſtat adhuc difficultas. Nā apl'i ⁊ ſcti viri in hoc noīe Jeſu faciebāt ſigna ⁊ miracula: vt ptꝫ per totū diſcurſum actuū apoſtolorū: ergo ſequit̄ ꝙ virtꝰ faciēdi miracula erat in illis tribꝰ ſyllabis breuibꝰ huius nominis Jeſus.

Nota qño virtus faciendi miracl'a erat in noīe Jeſu.

¶ Ad hoc reſpondet̄ ꝙ virtus faciendi miracula non erat realiter in illo nomine triſſyllabo: niſi tanꝙ̄ in ſigno: ſed illa virtus erat realiter in eius ſignificato. ſ. in illa ꝑſona filij/ et verbo incarnato/⁊ in tota trinitate: quā quidē ꝑſonam Chriſti apl'i inuocabant ſub illo noīe. Sꝫ cauſa quare Chriſtꝰ magis faciebat miracula inuocatus ſub illo noīe/erat: quia illud nomen magis notificat dignitatē Chriſti/⁊ oēs eiꝰ ꝑfectiones ⁊ eius poteſtatē: quia eſt nomē omnipotētie ⁊ ſapientie/⁊ miſericordie/⁊ poteſtatis/⁊ iuſtitie: vt dictū eſt. Et ideo vult ꝙ qñ noīamꝰ ipſum ſub hoc noīe Jeſu: omne genu flectat̄ ⁊c. Et ſic voluit deus eligere magis hoc nomē ꝙ̄ aliud: vt in eius prolatione deū adoremus: ſicut voluit eligere crucem: vt in illo ſigno adoremus ipſum. Et ſic patet qualiter ꝑſona Chriſti. ſ. verbū incarnatū/eſt nomen dei/quo ipſe noīat ſeipſm: ⁊ hoc nomē vocale Jeſus: eſt illud nomē quo nos deū nomīamꝰ: ſpecialiter ꝑſonā filij attributiue/eo modo quo dictū eſt.

Argumēta.

¶ Sed nunc reſtat rūdere ad argumenta Judeorū in principio adducta. Ideo ad primū qđ dicitur ꝙ hoc nomē Jeſus iam fuit notū in vete. teſta. ergo non eſt illud nomē dei ⁊c. Rñdetur/ꝙ lꝫ hoc nomen vocale triſſyllabū Jeſus fuerit notuꝫ in veteri teſta. tamen verbū incarnatū qđ eſt verū nomē dei quo deus noīat ſeipſum: nūꝙ̄ fuit notū nec manifeſtum in vete. teſta. vſquequo deus venit incarnē: nec etiā nomē dñi tetragrāmatō fuit notū/quo ad eius ꝓpriū ſonū/⁊ eius proprium ſignificatū: vſquequo per angelū fuit Marie ⁊ Joſeph expſſum ⁊ reuelatum: vt dictum eſt. Itēꝫ hoc nomē Jeſus valde equiuoce dicit̄ de Jeſu naue/⁊ de Jeſu Chriſto. Nā de illis tribus. ſꝫ Jeſu naue/⁊ de Jeſu filio Sirac/⁊ de filio Joſedech dicebatur hoc nomē Jeſus tanꝙ̄ de figura/ inquātū fuerunt figura Chriſti: ſed de chriſto dicit̄ Jeſus tanꝙ̄ de veritate figurata ꝑ illos: ſicut equiuoce dicit̄ hō de hoīe picto/⁊ de hoīe vero ⁊ viuo. ¶ Ad ſecundum aūt cū dicit̄/ꝙ ꝑ illud nomē dei erāt faciēda miracula/qđ nō videmus fieri hodie ad inuocationē huius noīs Jeſus ⁊c. Reſpōdet̄ ꝙ Jeſus Chriſtus/qui eſt nomen dei iā fecit infinita miracula in vita/⁊ in morte/et in reſurrectione: vt patet per totū diſcurſum euangelicū. Et apl'i iā fecerunt infinita miracula cum inuocabāt eū ſub hoc noīe Jeſu: vt patet in actibꝰ apl'orū/et in eccleſiaſtica hiſtoria/⁊ in geſtis martyrū/⁊ aliorū ſanctorū: eo ꝙ tūc erāt neceſſaria miracula pro fidei fauore. Et Chriſtꝰ iā mutauit ⁊ cōuertit ferrū ⁊ cuprū in argētū ⁊ aurū/qñ populū gentilē ad fidem cōuertit: ⁊ conuertit ferrū/⁊ ſtannū veteris legis in aurū/⁊ argentū euangelicū/et detexit theſauros euāgelicos qui latebant in ſcriptura veteris teſta. ⁊ hoc in nomine Jeſu: et ī eius virtute ſuſcitati ſunt mortui ⁊ ſanati egroti ⁊ mitigatuꝫ mare ⁊c. Et iā edificauit nouā Hierl'm. ſ. eccleſiā/⁊ dñatus eſt toti orbi: vt patebit pſ. xviij. ⁊. lxxj.

Quare fiebāt miracula

Cauſa autē quare nūc nō fiūt tot frequētia miracula ſenſibilia/eſt: qꝛ nūc nō ſunt ita neceſſaria. Vñ duplici ex cauſa tūc fiebāt ſenſibilia miracula. Primo ꝓpter exigētiā tēporis: vt infideles vidētes miracula mouerent̄ ad credendū ⁊ venirent ad fideꝫ Chriſti. Scđo hoc accidebat/ꝓpter feruērē fidē/⁊ charitatē/⁊ ſanctitatē apl'orū/⁊ martyrū inuocātium Chriſtum ſub hoc noīe: ⁊ ſic fiebant miracula/propter augmentum chriſtiane religionis. Secūdo ꝓpter fidem inuocantium. ſed quia chriſtiana religio iaꝫ fuit dilatata ꝑ vniuerſuꝫ orbē: ideo non ſunt neceſſaria miracula ſenſibilia ⁊ corporalia: ſed miracula neceſſaria ⁊ ſpiritualia iugiter fiunt ad inuocationē huius nominis Jeſus. Nā iugiter remittūtur peccata in baptiſmo ⁊ penitētia ⁊ extrema vnctione: ⁊ iugiter cōfertur gratia in oībus ſacramentis/⁊ in orationibus eccl'ie ad inuocationē huius noīs: ſed hoc nō percipiūt miſeri Judei ⁊ infideles. ¶ Ad tertium aūt rūdet̄/ꝙ hoc nomen Jeſus iā fuit magnificatū/⁊ dilatatū/ ⁊ predicatū per totum orbem a ſolis ortu/vſqꝫ ad occaſum/⁊ ab aquilone in Auſtruꝫ: quia in omnē terram exiuit ſonus ⁊ predicatio apl'orū: ⁊ totus populus venit ad fidē poſt cōuerſionē Conſtantini imperatoris: ſed poſtea ſarraceni deuiauerunt a fide. Verūtamē adhuc nomē Jeſus eſt magnificatū inter eos/⁊ in Alcorano eorū/⁊ nomē virginis Marie. Qđ aūt Judei nō credāt: nec venerentur hoc nomē dei qđ eſt Jeſus: hoc accidit ex cecitate ⁊ maledictiōe eorū: ſicut iā ꝓphetatū eſt per oēs ꝓphetas. Vñ de Judeis ⁊ infidelibꝰ ꝑſequentibus hoc nomē dñi/dicit̄ Eſa. lij. Qm̄ ablatus eſt populꝰ meꝰ gratis dñatores eiꝰ inique agūt dicit dñs: ⁊ iugiter tota die nomē meū blaſphematur. Sꝫ de populo chriſtiano ſubdit ꝓpheta. Propter hoc ſciet populus meus nomē meuꝫ in die illa: qꝛ ego qui loq̄bar/ecce adſum ⁊c. Ecce ergo qual'r iudeis manentibꝰ cecis ⁊ reprobatis: nomen dñi tetragrāmatō: ꝙ eſt Jeſus: fuit admirabile ⁊ magnificatum in vniuerſa terra ꝑ aduentū Chriſti ꝓut Dauid prophetizauit in hoc pſalmo.

**Confitebor tibi domine in toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua.**
**Letabor et exultabo in te: pſallaꝫ nomini tuo altiſſime.**
**In conuertendo inimicum meum retrorſum: infirmabuntur et peribunt a facie tua.**
**Quoniam feciſti iudicium meum et cauſaꝫ meam: ſediſti ſuper thronum qui iudicas iuſtitiam.**

Infra cx. et cxxxvij. xv. q. j. reuertimini ij. qō. iiij. ca. ꝯſuluiſti. xxxij. diſt. erubeſcant.

¶ Titulus: In finem pro occultis filij pſ. Dauid. Ex titulo apparet ꝙ Dauid fecit hunc pſalmuꝫ dirigēs nos in Chriſtum et tempus meſſie/qui eſt finis legis: quapropter cantabatur ad victoriam vocum. Sed reiectis varijs modis dicendi iudeorum eſt aduertendum ꝓpter id quod additur/pro occultis filij: ꝙ licet ad totam trinitatē pertineat iudicare: eo ꝙ opera trinitatis ſunt īdiuiſa ad extra: tamē filio attribuitur iudicium/in quātū homo: ſicut ipſa redemptio: eo ꝙ eſt mediator dei et hominū: vt dictum eſt in ꝓlogo. Et eo ꝙ fuit miſſus ad ferendā legem euangelicā: ergo ad eū ſpecialiter ꝑtinet iudicare obſeruatores legis ⁊ trāſgreſſores tribuendo vnicuiqꝫ premium ſcđm opera ſua. Quā quidē iudiciariā poteſtateꝫ adeptus eſt filius ꝓpter ſuam humilitatē ⁊ patientiam: vt

F

Triplex ē iudiciū de xp̄o.

dictum eſt pſalmo p̄cedēti. ¶ Verū tñ eſt attendēdū ꝙ triplex legiť de Chriſto iudiciū. ſ. iudiciū diſcretionis/⁊ ſecretionis ⁊ diſcuſſionis ſiue publice examinationis ⁊ retributiōis. Nā primū iudiciū. ſ. diſcretionis fecit Chriſtus in primo ſuo aduentu qñ dedit legē euāgelicā: in qua diſcreuit ⁊ ſeparauit granū a paleis/⁊ veritatē ab vmbra legali/annullādo cerimonialia/q̄ erāt figura legis ⁊ veritatis euangelice: q2 lex ꝑ Moyſen data eſt: gratia aūt ⁊ veritas per Chriſtū facta eſt. Joan. j. Diſcreuit etiā inter verā ⁊ falſam religionē: eligēdo fideles in eccleſiā ſuā: ⁊ ſic aſcēdens in celū ſedit a dextris dei: vbi accepit iudiciariā poteſtatē a patre: per quā totum iſtū ſtatum iudicat in occulto ⁊ in ſecreto. Sz in vniuerſali iudicio iudicabit ī publico. Et ideo omne iudiciū qđ facit Chriſtus ab aſcenſione vſq; ad finē mundi: vocať iudiciū ſecretionis: eo ꝙ eſt nobis ſecretū ⁊ occultū: eo ꝙ nō videmus iudicē oculis corporeis. Et etiā q2 iudicata ſunt nobis occulta: quia neſcimus diſcernere quomodo ſunt iudicati illi/qui ab hac vita deceſſerūt. ſ. an ſint dānati an ſaluati. Sed ſolū gn̄aliter ſcimus: ꝙ ſolū boni chriſtiani ſaluanť qui cū charitate diſceſſerūt. ⁊ ſunt etiā nobis occulte punitiones malorū ⁊ p̄mia bonorū. Itē videmus in hac vita bonos affligi/⁊ malos tēporaliter ꝓſperari: ꝙ nō fit ſine occulto iudicio. ¶ Itē videmus ꝙ licet mali ad tēpus ꝓſperenť: tñ multi eorū/vel in vita puniunť: vel mala morte finiūtur. Et ideo oīa iſta iudicia q̄ Chriſt⁹ facit in hoc tēpore dicunť occulta: de quibus dicitur ꝙ cathedrā tenet in celis/qui occulte ⁊ manifeſte iudicat in terris/de quibus iudicijs occultis eſt materia huius pſal. de quibus diciť in titulo/ꝓ occultis filij. i. ꝙ Dauid fecit hunc pſalmū de occultis iudicijs ⁊ punitionibus Chriſti filij dei: que facit p̄cipue de malis affligentib⁹ bonos in hac vita: quia nullū bonū irremuneratū: ⁊ nullū malū īpunitū. Et etiā iudiciū finale diciť occultū/inquātū eius

G tēpus eſt nobis ignotū. ¶ Secūdo eſt notandum ꝙ Dauid p̄cuſſit in ſpiritu oēs perſecutiōes/ q̄s paſſura erat eccleſia a primo aduentu vſq; ad ſecundū: ⁊ p̄uidit etiam oēs punitiones/⁊ vltiones quas Chriſtus debebat ſucceſſiue facere de perſecutorib⁹ ⁊ afflictorib⁹ eccleſie ex ſuo occulto ⁊ iuſto iudicio. Nā licet Chriſt⁹ ꝑmiſerit ad tēpus ſuā eccleſiam ab infidelibus ⁊ malis affligi: tñ in fine ſemper puniuit malos: ⁊ exaltauit/⁊ liberauit bonos. de quib⁹ ꝑſecutionib⁹ ⁊ punitiōibus Dauid fecit hunc pſalmū. Sed eſt aduertēdū ſcđm aug. ꝙ quatuor principales pſecutiones erat paſſura eccleſia a primo aduētu Chriſti vſq; ad ſecundū. Primo ꝑſecutionē iudeorū in apl'is. Scđo ꝑſecutionē tyrannorū tp̄e martyrū. Tertio ꝑſecutionē hereticorū/⁊ prauorū hoīm: ī qua nūc ſum⁹. Quarta erit ꝑſecutio Antichriſti. Sed in oīb⁹ his: licet Chriſtus ꝑmiſerit eccleſiā ſuā ad tēpus affligi ꝑ malos: tñ ſemꝑ finaliter liberauit eccleſiā ⁊ puniuit malos. Nā poſt primā ꝑſecutionē puniuit Iudeos ⁊ Romanos. In ſcđa puniuit tyrānos imperatores ⁊ ceteros ꝑſecutores martyrū diuerſis penis: vt p3 de Nerone ⁊ Domitiano ⁊ Diocletiano ⁊c. Et liberauit eccleſiā. In tertia puniuit hereticos/⁊ videm⁹ q̄tidie prauos ⁊ malos puniri poſt lōgā ꝓſperitatē. Quarto puniet Antichriſtum ⁊ ſuos ſequaces anteq̄ Chriſt⁹ veniat ad vniuerſale iudiciū. Et de iſtis quatuor iudicijs occultis fecit Dauid p̄ſentē pſalmū. Cauſa ergo finalis ⁊ intentio Dauid in hoc pſalmo eſt deterrere ⁊ incutere timorē malis: vt timeāt diuinū iudiciū/⁊ deſiſtāt a peccatis/⁊ inducere bonos ad patientiā in aduerſis: q2 nullū bonū irremuneratū ⁊ nullum malū impunitū. Duo ergo principaliter agit. Nā primo dicit ſe velle cōfiteri mirabilia iudicia dei. Scđo īcipit narrare ꝑ ſingula ibi: Increpaſti gentes.

h Cōfiteri quid ſit.

¶ Quantū ad primū eſt aduertēdū/ꝙ cōfiteri idē eſt qđ veritatē ſpōte fateri: ⁊ hoc cōtingit dupliciter. Nā aut cōfitemur facta nr̄a aut facta dei. primo modo nō poſſumus cōfiteri niſi peccata: q2 in actib⁹ nr̄is vt noſtri ſunt: nō inueniť niſi pctm̄ ſcđm Augu. Si quid boni agim⁹: illud nō eſt ex nobis tanq̄ ex nobis: q2 oīs ſufficiētia nr̄a ex deo eſt ſcđm Apl'm. Et ideo talis cōfeſſio volūtaria dicitur confeſſio pctōꝝ: ⁊ hoc pertinet ad pn̄iam. De hac aūt cōfeſſione diciť pſal. xxxj. Dixi ꝯfitebor aduerſu3 me ⁊c.

Triplex confeſſio de deo.

¶ Cōfeſſio aūt de deo eſt triplex: q2 aut cōfitemur ei⁹ excellentiā ⁊ omnipotentiā: vt puta ipſum eſſe trinū ⁊ vnū ⁊ oīm creatorē ⁊ incarnatū ⁊ redēptorē ⁊c. Et tūc dicitur cōfeſſio fidei: de qua agit ſaluator Matth. x. Qui me cōfeſſus fuerit coram hoībus/cōfitebor ⁊ ego eū ⁊c. Aut cōfitemur eius bonitatem ⁊ mīam. Et ſic narram⁹ ⁊ allegamus eius nobis collata beneficia: ⁊ talis dr̄ cōfeſſio beneficiorū: ⁊ pertinet ad gratiarū actiōes/et ad laudes. Et de hoc Dauid fecit plures pſalmos qui incipiūt a cōfeſſiōe: puta Cōfitebor/aut Cōfitemini dño qm̄ bonus ⁊c. Itē de hoc fecit omnes pſalmos alleluiaticos/⁊ hymnos de laudib⁹ dei memorando beneficia. Tertio aūt poſſumus cōfiteri iuſtitiā dei narrando eius iudicia iuſta occulta/aut manifeſta: ⁊ hec diciť cōfeſſio iuſtitie/⁊ iudicioꝝ occultoꝝ ⁊ ineffabiliū ⁊ tremendorū dei: et de hac materia eſt iſte pſalm⁹. ideo ait propheta Dauid. Cōfitebor tibi dñe in toto corde meo. i. nō ſolū ore: ſed toto corde tibi ſponte manifeſtabo/⁊ ꝯfitebor oīa mirabilia ⁊ tremēda iudicia tua. Vñ licet nō poſſim nec ſufficiā narrare oīa mirabilia in numero in hoc pſalmo: tñ narrabo oīa mirabilia iudicia tua in gn̄e que factur⁹ es/ſiue feciſti in eccl'ia a primo aduentu vſq; ad ſcđm. Et licet iſta narratio iudiciorū dei ſit ad terrorē malorū ⁊ prauorū peccatoꝝ: tñ eſt ad exultationē iuſtorū: vt habeant etiā patientiā in aduerſis: ⁊ ne deſperēt in ꝑſecutione: ſed expectēt p̄mium de ſua patiētia: ⁊ credāt futurā punitionē ſuoꝝ ꝑſecutoꝝ. Ideo ſubdit Dauid in ꝑſona eccl'ie ⁊ cuiuſlibet iuſti: ego letabor facie/⁊ exultabo in geſtu in te o dñe altiſſime: ⁊ pſallā tibi gr̄as agēdo de premio bonorū/et punitione malorū. Letabor dico in cōuertēdo inimicum. i. quia cōuertiſti inimicum meū retrorſu3. ſ. diabolū/⁊ mēbra ei⁹. Litera Hieronymi habet Gratulabor in te: ⁊ pſallam nomini tuo/vt reuerſi ſunt inimici mei retrorſum ⁊ corruerūt ⁊ perierūt ante te. ⁊ ſic eſt litera plana. Nota ꝙ inimic⁹ eccleſie eſt primo diabolus in capite: ⁊ ex cōſequēti mēbra eius. Membra aūt diaboli p̄mo fuerūt iudei. Scđo tyrāni. Tertio heretici. Quarto erit Antichriſtus cū ſequacib⁹ ſuis. hos Chriſt⁹ ꝯuertit retrorſum/⁊ fecit retrocedere qñ eis abſtulit vires ⁊ debilitauit ⁊ infirmauit/⁊ abſtulit arma in quib⁹ confidebant. Ideo ſubdit ipſe: inimicus diabol⁹/⁊ mēbra eius infirmabuntur in aduentu tuo primo ⁊ ſcđo: ⁊ peribūt a facie tua. Nā diabolus fuit infirmat⁹/⁊ eiectus per baptiſmum ⁊ mortē/⁊ paſſionē Chriſti. Et mēbra ei⁹. ſ. iudei/⁊ tyrāni/⁊ antichriſtus fuerunt primo puniti in hoc mundo tēporaliter: ⁊ in alio eternaliter cum diabolo.

xv. q. j. nō eſt. ⁊ xxiij. q. v. ꝯ. vlti.

**Increpaſti gentes et perijt impius: nomen eorum deleſti in eternum ⁊ in ſeculum ſeculi.**

¶ Hec eſt ſecūda pars in qua explicat ⁊ narrat ꝑ ſingula occulta Chriſti iudicia ꝑ manifeſtas punitiones tēporales malorum/ ⁊ inimicoꝝ eccleſie per iudiciū ſecretionis. Et tria facit: nā primo p̄dicit punitionem in hoc mundo tēporalem perſecutorum eccleſie tam iudeorū q̄ gentiliū. Secundo punitionem eternam in inferno omniū peccatorū impenitentiū ſiue obſtinatorū. Tertio punitionē Antichriſti ⁊ ſuorū. Scđa ibi: Cognoſcetur dñs iudicia faciēs. Tertia: Exurge dñe.

I Dupliciter xp̄s puniuit iudeos.

¶ Quantum ad primū eſt aduertendū ꝙ dupliciter puniuit Chriſtus populū gentilē/⁊ etiā iudeos. Primo deſtruendo in eis errorem ⁊ ſuſcitando fidem: vt inquit Auguſtinus. Et ſic deſtruxit in eis/ ⁊ exterminauit diabolum. Secundo puniuit ⁊ deſtruxit obſtinatos in corpore ⁊ aīa: dicit ergo: O dñe Ieſu chriſte/ tu increpaſti gentes ⁊ etiā Iudeos gētiliter viuentes: ⁊ hos increpaſti per predicationem apoſtolorū: in quibus cōuerſis perijt diabolus impius/qui eis dominabať: quia deſtruxerūt oīa idola que adorabant. Et ſic deleſti nomē eorū in ſeculū ſeculi: q2 non vltra noīantur gētiles: ſ3 chriſtiani: vt p3 Za. xiij. in illa die deſtruā omnia noīa idolorū/⁊ nō noīabunť vltra. Et oēm ſpm̄ immundū auferā ⁊c. Itē nō ſolū deſtruxiſti ſupſtitionem gentiliū/ ſed etiā deleſti regnū ⁊ ſacerdotiū Iudeorū/⁊ legalia/⁊ cerimonialia: quia nō erunt amplius in memoria quo ad effectū: vt patet Eſa. lxxvj. Item non ſolum deleſti gētiles/ ⁊ iudeos ſpiritualiter vt dictum eſt: ſ3 etiam temporaliter.

xxiij. q. v. ꝯ. vlti. c. virga furoris mei aſſur.

**Inimici defecerunt framee in finem: ⁊ ciuitates eorum deſtruxiſti.**

¶ Nam framee. id eſt arma et poteſtates inimici. ſcilicet populi iudeorum defecerunt in finē. id eſt finaliter/⁊ eternaliter: ⁊ ciuitates eorum. ſ. Hieruſalē/⁊ ceteras ciuitates Iudee/ex Galilee deſtruxiſti per Titum ⁊ Romanos in vindicta3 mortis Chriſti. Et etiam deſtruxiſti ciuitates gentilium obſtinatorum. Nam miſiſti peſtilētias ⁊ guerras ⁊ ſtrages inter eos: ⁊ hoc in vindictam ſanguinis martyrum: vt patet in octauo ⁊ decimo/⁊ vndecimo eccleſiaſtice hiſtorie. Unde licet Chriſtus ad tempus permiſiſſet gētiles perſequi chriſtianos: tamen in fine reges chriſtianorum deſtruxerunt complures ciuitates paganorum/et ſubiecerunt eos. Unde Carolus magnus vaſtauit totam Saxoniam: ⁊ interfecit omnes paganos vltra etate3 ſeptem annorum. Item legitur quod multe ciuitates Paganorum fuerunt fulminate/⁊ ſubmerſe/⁊ terremotu ſubuerſe: ⁊ viſcerali ⁊ etiam externo bello deſolate: que omnia facta ſunt iuſto dei et occulto iudicio in vindictam ſanguinis martyrum. Et ſic

xvij. di ſti. in l'ris. et xxxv. qō. iiij. c. j.

**Perijt memoria eorum cum ſonitu: ⁊ dominus ineternum permanet.**

¶ Memoria illorum obſtinatorum perijt cū ſonitu ⁊ ſtrepitu armorum/ ⁊ clāgore tubarū: ⁊ tñ dñs/ id eſt nomen Chriſti ineternum permanet ſtabile ⁊ firmum cum eccleſia ſua. Nam ipſi conati ſunt delere nomen Chriſti: ⁊ tamē ipſi deleti ſunt/⁊ fides Chriſti manet ſtabilis ⁊ incōcuſſa: ⁊ ſic diabolus fuit extinct⁹ ⁊ deletus in ſe ⁊ in mēbris ſuis. Nam primo fuit eiectus foras per baptiſmū a cōuerſis. Secūdo fuit deſtructus in mēbris obſtinatis. Nā principes facti chriſtiani obtinuerūt ciuitates gentiliū: ⁊ comminutis idolis cōſecrarunt Chriſto tēpla eorū. Et ſic perijt memoria diaboli cum ſonitu predicationis apoſtolorū ⁊ doctorū. Et etiā perijt memoria obſtinatorum cū ſonitu diuine punitionis ⁊ ſentētie. Et non ſolū perijt memoria ſupradictorum infidelium: ſed etiā memoria diuitum ⁊ magnorū principū chriſtianorū perijt cum ſonitu campanarum ⁊ cymbalorū. Nā cū moritur aliquis magn⁹ diues malus cōmuniter fit magnus ſonus campanarū ⁊ exequiarū. Et ſic perijt memoria eius: q2 nihil dignū memoria dimittit in mūdo. Sed memoria iuſti nunq̄ peribit quia in memoria eterna erit iuſt⁹. Et ſic patet qđ Chriſt⁹ deſtruxit omnes malos ⁊ infideles ⁊ oēs impenitētes: ⁊ ratio eſt. Nam ipſe in die Aſcēſionis aſſumpſit iudiciariam poteſtatem: ſedens ad dexteram patris: ⁊ tunc

ix. qō. iij. ca. aliorū.

**Parauit in iudicio thronum ſuum: et ipſe iudicabit orbem terre in equitate: iudicabit populos in iuſtitia.**

¶ Parauit thronum ſuum in iudicio: ⁊ ideo iudicabit populos in equitate ⁊ iuſtitia: ⁊ hoc in occulto: quia ſicut eſt iudex iuſtus. ita nullum bonum relinquet irremuneratum/⁊ nullum malum impunitum.

ij. qō. j. aduerſitas. et. vij. q. j. cu3 percuſſio. et v. q. v. nō omnis.

**Et factus eſt dominus refugium pauperi: adiutor in opportunitatibus in tribulatione.**

¶ Fact⁹ eſt refugiū paupis ppl'i xp̄iani vexati ⁊ afflicti/⁊ fact⁹ eſt adiutor eius in opportunitatib⁹ ⁊ in tribulatione perſecutionū. ¶ Et nota ꝙ Dauid in toto libro pſalmorum vocat ⁊ appellat populū Chriſtianū pauperem: eo ꝙ lex euāgelica cōtēnit omnes diuitias mūdanas propter regnū celorū. Matth. v. Item non ſolū fuit adiutor populi chriſtiani contra perſecutores Paganos: ſ3 etiam eſt adiutor in tribulatiōe ⁊ ꝑſecutione cuiuſlibet pauperis chriſtiani iuſti contra oppreſſiones diuitū.

K

Nā licet Chriſtus ad tēpus permittat malos proſperari: ⁊ bonos perſequi: tñ in fine liberat eos et punit malos. Et ſic Chriſtus liberauit eccleſiā de manu Tyrannorum. Et ideo vt iuſti non deſperent in perſecutione ſequitur.

Argu. viij. q. j. clemēs. ⁊ xxiij. q. viij. ſcire. xj. q. iij ca. ad mēſa3.

**Et ſperent in te qui nouerunt nomen tuum: quoniam non dereliquiſti querentes te domine.**

¶ Et ſperent in te qui nouerūt nomen tuū: quod eſt Ieſus cui proprium eſt ſaluare. Ideo nō dereliquiſti querētes te domine: quaſi dicat: quia pro

prium eſt tibi ſaluare: cum ſis Jeſus: ideo non dereliquiſti querentes ⁊ ſperātes in te. Unde nota ꝙ iſta prophetia fuit impleta tēpore Cōſtantini: quū deus dedit pacem eccleſie per conuerſionē gentilium: ⁊ quotidie impletur: qr frequenter Chriſtus punit malos/⁊ liberat iuſtos ſua poteſtate.

viij. q. j. op;. xxxvj. diſ. c. ſi quis vult — **Pſallite domino qui habitat in Sion: annunciate inter gentes ſtudia eius.**

¶ Hic dauid predicit feſtiuitates/quas eccl'ia incepit celebrare in memoriā ſanctorum martyrū/ poſtꝙ ceſſauit pſecutio tpe Conſtātini. Unū eccleſia letatur in celebrando memorias martyrum: ⁊ etiā in punitione tyrānorū ⁊ perſecutorū eccl'ie: ideo dauid exhortat̄ fideles ad laudem dei/dic. pſallite o vos chriſtiani cātate ⁊ agite gratias domino Jeſu Chriſto qui habitat in hac Siō p gratiam/⁊ in ſuperiori per gloriā/⁊ annūciate ſtudia eius: id eſt legē euangelicā/⁊ triūphos martyruz in eccleſia celebrando eorū feſtiuitates: ⁊ hoc annunciate inter gentes ad fidem conuerſis.

xlvij. di. c. ſicut hi. xij. q. ij. gloria epi. — **Quoniam requirens ſanguinem eorum recordatus eſt: non eſt oblitus clamorem pauperum.**

¶ Non eſt oblitus clamorē pauperū martyrum: imo eſt requirēs ſanguinem eorū de manu tyrannorum: qr in vindictam ſanguinis martyrum puniuit Neronem/⁊ Domitianum/⁊ Diocletianuz/⁊ ceteros tyrannos.

§. vj. a xxxviij. diſt. ſedulo. ⁊ xlvj. diſti. multi. — **Miſerere mei domine: vide humilitatem meam de inimicis meis.**

¶ Hic forſan eccleſia liberata a tyrannis/ſiue de manu tyrannorū per Conſtantinum: poſtea petit liberari de prauitate ⁊ perſecutione hereticoruz. Unū dicit miſerere mei dn̄e Jeſu xp̄e: ⁊ libera me de inimicis meis hereticis Arrianis et ceteris q̄ ſurrexerūt contra me poſt Conſtantinū/⁊ vide humilitatem meā: ⁊ hoc dicit: quia eccleſia nō vicit tyrānos ⁊ hereticos cū armis: ſed cū humilitate ⁊ autoritate ſacre ſcripture. Miſerere mei dico:

xj. q. iij. c. cuſtodi. — **Qui exaltas me de portis mortis: vt annunciem omnes laudationes tuas in portis filie Sion.**

¶ Qui exaltas inquit me de portis mortis. Nam fuit perſecutio eccleſie p Arrianos: que quaſi ſuperaret perſecutionem tyrānorum: vt ait Rufinus. xij. eccleſiaſtice hiſtorie: ideo Chriſtus exaltauit ⁊ liberauit eā de portis ⁊ interitu mortis ⁊ totalis deſolatiōis: cū miſit Athanaſiū/⁊ Baſiliū/⁊ Ambroſium/⁊ Hilarium/⁊ Hieronymū/⁊ Auguſtinū ad defendendum eam de prauitate hereticorum. Unde omnes iſti extincto mēdacio hereticorum: annunciarūt laudationes Chriſti ⁊ veritatē ſcripturarum in portis filie Siō. ſ. eccleſie toto orbe diffuſe: vt patet intuenti illam perſecutionem: et ideo ſubdit eccleſia.

j. q. iiij. c. q̄ oī. §. econtra. — **Exultabo in ſalutari tuo: infixe ſunt gentes in interitu quem fecerunt.**

**In laqueo iſto quem abſconderunt: cōprehenſus eſt pes eorum.**

¶ Exultabo in ſalutari tuo. ſ. in nomine Jeſu: qr ſupple gētes. i. gentiles ⁊ heretici infixi: ⁊ ſubuerſi ſunt in interitu quē fecerunt ⁊ aſtruxerunt contra me. Nam peccator ⁊ populus gentiliū ⁊ cetus hereticorū cōprehenſus eſt in laqueo quē abſconderunt: quia ipſi querebant ⁊ machinabantur laqueum mortis contra fideles: ſed ipſi cōprehenſi ſunt in morte. Nam Nero interfecit ſeipſum: ⁊ domitianus interfectus eſt a ſenatu: ⁊ Diocletianus grandi ⁊ turpi plaga eſt percuſſus: ⁊ Arrius cum ſuis complicibus/qui cuz falſa expoſitione/⁊ intelligentia ſcripturarum volebat fidem ⁊ eccleſiā confundere/ipſe in ſuo mendacio confuſus/⁊ interemptus/⁊ a diabolo ſuffocatus eſt: ⁊ crepuit medius: vt ait Ambroſius. Item tota illa beſtia ſecte Arrianorum/que ab inferis extulerat caput/poſtea triceps facta in ſe contra ſe confuſa eſt: et ſic in laqueo quem abſconderat contra eccleſiam ipſa comprehēſa eſt. Et ſic cōmuniter videmus pedes peccatorū comprehenſos in laqueo quem parant contra iuſtos. Et ſic cognoſcetur dominus iudicia faciens: quia vnuſquiſꝙ peccator comprehenſus eſt in operibus manuum ſuarum.

**Cognoſcetur dominus iudicia faciens: in operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator.** — xv. q. c. ne. ⁊ c. ſi q̄ dā. xj. q. ſi q̄s cerdo tū ⁊c. qō. j. deniq̄.

**Conuertantur peccatores in infernum: oēs gentes que obliuiſcuntur deum.**

¶ Licet iſte verſus poſſit adaptari cū ſentētia ſuperiori: tamē eo ꝙ hic interponitur vel preponit̄ diapſalma: videtur ꝙ cōprehendat aliud genus ſententie. Nā ſuperius locutus eſt/⁊ predixit punitionē temporalē perſecutorū eccleſie. Hic aūt in hac ſecūda parte predicit punitionem ſpiritualē omniū peccatorū obſtinatorū poſt hanc mortē in inferno. Nā ſi peccatores in hac vita non conuertūtur nec corriguntur per punitiones tēporales: ſz moriuntur impenitentes: tunc cōprehendūtur in malis operibus manuū ſuaruz: ⁊ ſic conuertunt̄/⁊ deſtinantur in infernū in eternū: Poteſt etiā dici/ꝙ poſtꝙ ſuperius ꝓpheta ꝑdixit iudiciū ⁊ punitiones tēporales perſecutorum Chriſti ⁊ eccleſie: hic eorū predixit perpetuam damnationem factā in inferno. Et ſic duplici pena puniuntur. Dicit ergo dauid: Dn̄s Jeſus Chriſtus non ſolū cognoſcetur iudex ⁊ faciens iuſtitiam tēporaliter in hac vita: ſed etiā poſt hanc vitā: imo cognoſcetur Chriſtus faciens iudicia ⁊ punitionē de obſtinatis poſt mortem. Nā ipſe cōprehēdet peccatorē in opibus manuū ſuarū: qr veniet ad eū ſicut fur/et in illo ſtatu condēnabit eū ad penā ꝑpetuā. Ideo ſequit̄: cōuertant̄. i. cōuertent̄/⁊ deſtinabunt̄ peccatores in infernū. ſ. oēs gētes ⁊ carnaliter viuētes q̄ obliuiſcunt̄ deū. Nā hac aīaduerſiōe ꝑcutit̄ peccator, vt moriēs obliuiſcat̄ ſui: q̄ dū viueret oblitus eſt dei: vt inquit Aug. Sed p oppoſitū erit de iuſtis.

**Quoniam non in finem obliuio erit pauperis: patientia pauperum non peribit in finem.** — xxiij. q. j. circa mediū

¶ Deus nō in finem ⁊ eternaliter oblitus eſt pauperis iuſti: nec patiētia pauperū peribit: imo premiabit̄: qr ſicut nullū malū īpunitū: ita nullū bonū irremuneratū. Jō ſicut mali eternalr̄ ꝯuertunt̄ in infernū: ita iuſti deſtinabunt̄ in gloriā celeſtez. Peccatores ergo qui in vita ſua noluerūt ꝯuerti ad deū/nec dimittere pctā: ideo cōprehēſi ſunt in malis operibus. Et ſic poſt mortez cōuerſi ſunt in infernū. i. deſtinati ſunt ī infernū. Unū licet talia iudicia facta de dānatis ⁊ improbis/⁊ impenitentibus poſt mortem ſint nobis occulta quātum ad euidentiam: tamen ſunt nobis certa quantū ad fidem: quia credimus omnes impenitentes eterna dānatione puniri ilico poſt vitam ad infernum.

xv. q. j. ſunt q̄dam. — **Exurge domine non cōfortetur homo: iudicentur gentes in conſpectu tuo.**

¶ In hac tertia parte predicit perſecutionē eccleſie futurā tempore Antichriſti/⁊ duo facit. Nā primo predicit predictā perſecutionē. Secūdo petit vltionem de Antichriſto/⁊ ſequacibus ſuis ibi. Exurge. Dicit ergo. O dn̄e Jeſu Chriſte exurge ne videaris dormire. Poſtꝙ permiſi regnare Antichriſtum: veni ne confortet̄: nec proſperet̄ amplius homo. ſ. Antichriſtus qui eſt homo purus: licet faciat ſe deū/⁊ iudicent̄ gentes in cōſpectu tuo. Primo occulto iudicio tēporaliter. Secūdo in publico ⁊ vniuerſali iudicio/eternaliter puniēdo. quaſi dicat: accelera aduentū tuū ⁊ veni ad iudicium: ne confortet̄ ⁊ ꝓſperet̄ per longū tempus iſte homo iniquitatis Antichriſtus: ⁊ nō permittas ipm̄ diu regnare: ſed abbreuientur dies illi: ne deficiāt electi: quia Antichriſtus tētabit delere omnes electos: ⁊ trahere ipſos ad hereſim ſuam. ergo veni ad iudicium ⁊c.

De pe. di. ij. c. ſ. i pn. diſ. ca. ecce. — **Cōſtitue dn̄e legiſlatorē ſuper eos: ſciant gētes quoniam homines ſunt.**

¶ Cōſtitue/⁊ oſtēde te legiſlatorē ſup eos: ⁊ ſciant oēs gentes: quū Antichriſtus/⁊ ſui hoīes carnales ⁊ voluptuoſi ſunt ⁊ nō ſpūales. Nam in primo aduētu tu veniſti cū humilitate: ⁊ dediſti legē euāgelicam/ſed cōtēpſerūt eaz/⁊ noluerūt ſeruare eam: nec tibi credere: imo putarūt te eſſe hoīem purū/⁊ non deū: ideo oſtēde te verū legiſlatorē in iudicio ſup eos. ⁊ ſciant oēs gētes/⁊ cognoſcāt quū hoīes ſunt ⁊ carnaliter viuentes. ¶ Nota ꝙ multi referūt ly legiſlatorē ad Antichriſtum: vt ſit ſenſus: O dn̄e Jeſu Chriſte/poſtꝙ Judei/⁊ pctōres carnales/⁊ obſtinati noluerūt te recipere/nec legem tuā ſeruare: ideo cōſtitue Antichriſtū pſeudo legiſlatorē ſuper eos: ⁊ ꝑmitte eū regnare ſuper eos in penam peccati: ⁊ ſciant ⁊ cognoſcant/quū hoīes carnales ſunt/⁊ ita puniant̄ ⁊c. Joā. v. Ego veni in noīe patris mei/⁊ noluerūt me recipe: veniet aūt alius in noīe ſuo ⁊ illū recipient. Et ſic vterꝙ ſenſus pōt eſſe verus ⁊ applicabilis litere.

xv. q. j. c. illa. xl. diſt. ſz illō xxiij. q. v. q̄d ergo. ⁊ di. xix. anaſtaſius. — **Ut quid domine receſſiſti lōge: deſpicis in opportunitatibus in tribulatione?**

**Dum ſuperbit impius incenditur pauper: comprehenduntur in conſiliis quibus cogitant.**

¶ Hic dat cauſam ſui clamoris ⁊ q̄rele ⁊ petitiōis. Nam quia dixit Exurge. i. ne videaris dormire/⁊ ne permittas amplius regnare hoīem iniq̄tatis: Ideo ſequit̄: Ut quid. i. quare receſſiſti tā diu longe a populo ⁊ eccl'ia tua: ꝑmittēdo ipſam crudeliter cōcuti/affligi/⁊ vexari/⁊ cōculcari p Antichriſtuz. Et deſpicis populū chriſtianū/⁊ quēlibet iuſtū in opportunitatibus ⁊ tribulatiōe pſecutiōis. i. dādo opportunitatē Antichriſto ⁊ ſceleratis: vt ipſum pſequant̄ ⁊ tribulēt. Nā dū Antichriſtus ⁊ quilibet impius ſupbit: ⁊ in ſuperbiā eleuat̄ p potentiā ſibi permiſſam/⁊ ſic paup populus chriſtianus/⁊ q̄libet iuſtus incēdit̄/⁊ affligit̄/⁊ vexatur. ¶ Cōprehendunt̄ in ꝯſiliis. Hic incipit ſentētia/quia in Hebreo habet̄ capiatur in ꝯſiliis. ideo eſt ſenſus. O dn̄e fac vt Antichriſtus ⁊ maligni nō amplius affligant iuſtos nec regnēt. Sed capiātur ⁊ cōprehendant̄ in cōſiliis quibus cogitāt: ⁊ ſimili pena plectantur ⁊ puniantur.

**Quoniam laudatur peccator in deſyderiis anime ſue: ⁊ iniquus benedicitur.** — di. lxxxvj. ca. donare ꝺ penī. di. j. illō vero.

**Exacerbauit dominū peccator: ſecūdū multitudinem ire ſue non queret.**

¶ Quū Antichriſtus ⁊ quilibet obſtinatus laudat̄ ⁊ gloriat̄ in deſyderiis aīe ſue/⁊ iniquus benedicit̄. Nā oēs ſequaces ſui laudāt ⁊ magnificāt eū adulando. Et ſic peccator in tali ꝓſperitate elatus exacerbauit ⁊ ꝓuocauit dn̄m ⁊ cōtēpſit ⁊ ſic ſcdz multitudinē ire. i. ſuperbie ſue nō queret deuz: vel deus non queret eum dando ſibi gratiā: qr deus exacerbatus ⁊ iratus nō dabit ſibi gratiā. Et ſic manebit in ſua obſtinatiōe ⁊ ſupbia induratus. Ideo ſequitur.

**Non eſt deus in conſpectu eius: inquinate ſunt vie illius in omni tempore.** — xv. q. j. §. j. an̄ finē. di ſtic. xciij. ca. diaco.

**Auferuntur iudicia tua a facie eius: omniū inimicorum ſuorum dominabitur.**

¶ Non eſt deus in cōſpectu eius: inq̄nate ſunt vie ⁊ operationes illius in omni tpe: nō male operando: ſed male ceteris ꝯſulēdo: quia ab infantia ſua fuit poſſeſſus a diabolo. Et ſic ergo non habendo deū in cōſpectu eius: nec iudicia eius pre oculis/⁊ permiſſus a deo in ſua obſtinatione ⁊ poteſtate omniū inimicorum ſuorū iuſtorum/dominabit̄. i. dominari permittetur. Et ſic deceptus

**Dicit enim in corde ſuo: nō mouebor a generatione in generationem ſine malo.** — xlv. di. c. lz nū q̄ ⁊c. recedite.

¶ Dicit. i. dicet ī corde ſuo elatus: nō mouebor ab hac generatiōe ſine malo. i. nō ꝑdā dominiū ⁊ poteſtatē ſup hāc gn̄ationē ſine malo ⁊ pena cor. q. d. nullus poterit mihi reſiſtere ſine maximo dāno ſuo. Et nō eſt mirū ꝙ iſta dicat antichriſtus. Nā cū viderit oīa ſibi bn̄ ad votū ſuū ſuccedere/putabit deū nō curare nec ꝓuidentiā habere de iſtis inferioribus. Et blaſphemabit ꝯtra deū: qr forſan erit illius ſecte ⁊ opinionis q̄ dicūt deū nō eſſe: nec curare iſta inferiora. Ideo ſequitur.

**Cuius maledictione os plenum eſt ⁊ amaritudine et dolo: ſub lingua eius labor et dolor.** — xlvj. diſti. ca. hoc lz

¶ Cuius maledictione. id eſt blaſphemia/⁊ amaritudine. i. prouocatione ad iram cōtra deū/⁊ dolo contra hoīes os plenū eſt ſub lingua eius non erit niſi labor ⁊ dolor. i. crudelitas cōtra iuſtos ⁊ tormenta. Et ſic

**Sedet in inſidiis cū diuitibus in occultis: vt interficiat innocentem.** — De pe. di. ij. ſi ei. §. libe. i.

¶ Sedet.i.ſedebit cū diuitibus ſequacibus ſuis/ quos diuites efficiet de bonis pauperum raptis in occultis: vt interficiat omnē innocētē ⁊ iuſtū. Et ſic ſedebit in ꝓſperitate temporali.

xxiij.q. iiij.ca. duo ante ſi.et iij.q.j. nulli.⁊ de pe. di.ij.§. opponit.

**Oculi eius in pauperem reſpiciūt: inſidiatur in abſcondito quaſi leo in ſpelunca ſua. Inſidiatur vt rapiat pauperez: rapere pauperem dum attrahit eum.**

**In laqueo ſuo humiliabit eum: inclinabit ſe et cadet cum dominatus fuerit pauperū.**

¶ Oculi eius in pauperem fidelem reſpiciunt/et inſidiatur: ⁊ parabit inſidias in abſcōdito cū aſtutia: ſicut facit leo in ſpelūca ſua. Nā ſicut leo inſidiatur in ſpelūca ſua: vt rapiat predā ad comedēdum: ita Antichriſtus cū ſuis inſidiabiẗ rapere: id eſt ad rapiēdum pauperem ⁊ ſpoliandum ⁊ interficiendum eum. Naz ſicut auceps abſcondit ſe in tugurio/⁊ cadit inclinatus in terrā ne videaẗ ab auibꝰ: ⁊ ſic capit eas in laqueo ⁊ retiaculo ſuo: Ita iſte malignus humiliando ſe: quaſi cadēs in terrā cum ſuis perſuaſionibus capiet eū.ſ.pauperem. Et hoc cū dominatꝰ fuerit pauperū. Et hoc faciet iſte miſer filius perditionis: q2 putabit deū iſta nō reſpicere nec curare. ideo ſequitur.

De pe. diſti.j. medicina.

**Dixit enim in corde ſuo oblitus eſt deus: auertit faciem ſuam ne videat in finem.**

¶ Sed forſan melius eſt/ꝙ ly in laqueo ſuo referatur ad punitionez Antichriſti/et cuiuſlibet maligni: vt ſit ſenſus. Sed dum iſte malignus Antichriſtus inſidiatur/vt rapiat pauperem populum chriſtianum: tunc deus humiliabit eū quia cadet cum dominatus fuerit pauperum. Nā poſtꝙ deꝰ permiſerit regnare iſtum filium perditionis/⁊ ſedere in templo tribus annis cū dimidio: tunc deꝰ interficiet ipſuz ſpiritu oris ſui. Et ſic cadet in terram. ſecunde ad Theſſa.j. Et tunc apparebit eius iniquitas ⁊ deluſio: qui ante dixerat in corde ſuo/ oblitus eſt deus: ne videat nec curet iſta inferiora imo ipſe ⁊ omnes iniqui cognoſcent iuſtum dei iudicium/per experientiam. Et ideo ſequitur.

j.q.ij. ca. paſtor.xij qō.ij. glia epi.

**Exurge dn̄e deus: ⁊ exaltetur manus tua: ne obliuiſcaris pauperum.**

¶ Exurge domine deus: ⁊ exaltetur manꝰ.i.potētia tua.i.veni ad iudiciū cum poteſtate magna ⁊ maieſtate/⁊ ne obliuiſcaris pauperū: ſz fac vltionem de perſecutoribus eorum. Nam

Arg.ij. q.viij. c.quāto.diſ. lxxxvij deſolatio.

**Propter quid irritauit impius deum? dixit enim in corde ſuo: nō requiret.**

**Vides quoniam tu laborē ⁊ dolorē conſideras: vt tradas eos in manus tuas.**

¶ Propter quid impius Antichriſtus ⁊ quo iure irritauit ⁊ contēpſit deum/⁊ dixit in corde ſuo: deꝰ non requiret iſta ſcelera de manu mea: putans te non eſſe verum deum ⁊ iuſtum iudicē. vides quoniam tu conſideras laborem/⁊ dolorem malorū/ vt tradas eos in manus tuas. Nā deus permittit malos regnare ad tempus vt finaliter tradat eos in manus ſuas ad puniendum. Sed tamē cōſiderat ⁊ vindicat laborem ⁊ dolorem quē pauperibꝰ intulerunt. Et ideo ſequitur.

**Tibi derelictꝰ eſt pauper: orphano tu eris adiutor.**

xij.q.ij. gloria ep̄iſcopi. De pe. di.ij. §. fi. huiꝰ.

**Cōtere brachiū peccatoris ⁊ maligni: queretur peccatū illius ⁊ nō inuenieẗ.**

¶ Tibi derelictus eſt pauper ad defendendum ⁊ liberandum: ⁊ orphano tu eris adiutor: quia nō deſeres eum ſine auxilio. Quia in fine perſecutiōis duplici pena punies Antichriſtum: et omnes oppreſſores pauperum. Nam primo conteres ⁊ franges brachiuz ⁊ poteſtatē Antichriſti: ⁊ cuiuſlibet maligni. Scdo queretur ⁊ examinabitur peccatū eius. Et ſic iſte malignus nō inuenietur ſcriptus in libro vite: nec numerabiẗ inter electos: ſed numerabiẗ in infernū. Et ſic peribit ꝓſperitas ⁊ regnum antichriſti/⁊ omnium tyrannorū ſimul cuz corpore ⁊ anima. Sed

De c̄ſe. di. iij. c. viti.

**Dominus regnabit in eternum ⁊ in ſeculum ſeculi: peribitis gentes de terra illius.**

¶ Dominus Jeſus Chriſtus regnabit in eternum poſt iudicium cum iuſtis ⁊ electis ⁊ pauperibus/ cuius regni nō erit finis. Et vos gentes: id eſt infideles homines terreni peribitis eternaliter de terra viuentium. Quoniam

Arg. iij. q. ij. iucet.

**Deſyderium pauperum exaudiuit dominus: preparationem cordis eorum audiuit auris tua.**

¶ Dominus exaudiuit deſyderium pauperuz: eo quod contempſerunt terrena/ ⁊ deſyderauerunt celeſtia/⁊ preparationes cordis eorū audiuit auris tua: eo quod non preparauerunt neqꝫ edificauerunt magnas domos in terra: ſed per bona opera preparauerunt perpetuas manſiones in celo: ⁊ paſſi ſunt perſecutiones propter iuſtitiam. Et ideo auris tua exaudiuit preparationes cordis eorum.

**Judicare pupillo ⁊ humili: vt non apponat vltra magnificare ſe homo ſuper terrā.**

¶ Judicare.i.ad iudicandum iniurias factas pupillo ⁊ humili vt homo iniquitatis Antichriſtus ⁊ quilibet aliꝰ iniquus nō apponat nec preſumat/ nec addat vltra ſe magnificare ſuper terram: quia vltra non regnabunt tyranni ⁊ iniuſti ſup terrā: ſed in inferno eternaliter cruciabunẗ. ¶ Eſt etiā aduertendum quod totus iſte pſalmus pōt exponi de iudicijs Chriſti q̄ facit quotidie de tyrānis/ ⁊ oppreſſoribus pauperum: quos licet deus permittat ad tempus proſperari: tamen finaliter videmꝰ eos in bonis ⁊ perſonis mala morte perire.

xxvj. qō.ij. agnouimꝰ. ⁊.c.ſecedūt.

**In domino confido: quomodo dicitis anime mee trāſmigra in mōtem ſicut paſſer?**

¶ Titulus in finem pſalmus ipſi Dauid. Ex titulo apparet quod Dauid fecit iſtum pſalmum dirigens nos in Chriſtum qui eſt finis legis: ſed de materia dicunt Judei moderni: ꝙ Dauid fecit hunc pſalmum/quando fugiens a facie Saul abijt in ſpeluncam odolam vltra Jordanem: vbi congregati ſunt quadringenti viri de tribu ⁊ cognatione ſua/⁊ factus eſt eorum princeps



cui dixit Gad: noli manere in p̄ſidio: ſed ꝓficiſcere in terrā Juda: q2 deꝰ erit tecū. Ecōtra aūt ꝑſuadebāt cognati ſui/ne rediret in Judeā/q2 Saul q̄rebat ipm interficere: vt patet.j.Reg.xx.ca. Et Dauid voluit magis obedire ipſi Gad ꝓphete/ꝙ ſuaſioni cōſanguineorū. De quo aduētu ⁊ regreſſu in Judeā: dicūt Judei ꝙ fecit hūc pſalmū/ quaſi dicat ad cōſanguineos. Ego in dn̄o cōfido: cur prohibetis me redire in Judeā? q2 dicitis/Fuge a facie Saul/⁊ trāſmigra ī mōtē/ſicut paſſer fugiens ſagittariū tranſmigrat in montē: q2 Saul iā parauit ſagittas ſuas in pharetra/q̄rens te īterficere. Ideo fuge ad mōtes: ⁊ ne reuertaris in iudeā ⁊c. Et ſic iſto mō Judei literaliter exponūt iſtū pſalmū de illa fuga: ⁊ reditu ipſius Dauid in Judeā ad p̄ceptū Gad ꝓphete. Sed manifeſte ptz talē expoſitionē eſſe inutilē/nō explicātē aliqͦd ſacramētū: cum Dauid nō minus ſit ꝓpheta in hoc pſalmo ꝙ in ceteris: maxīe q2 ꝑ hūc pſal. dirigit nos ī Chriſtū q̄ eſt finis legis: vt apparet ī titulo ꝓpoſito. Et ideo eſt dicendū: ꝙ ſupradictus reditus Dauid in Judeā nō eſt preciſa ⁊ principalis materia huius pſal. Sed fuit materia exēplaris ⁊ figuratiua/ inquātū Dauid p̄uidit in ſpū ſpōtaneū aduētū Chriſti in Hierl'm ad mortē ⁊ paſſionē. ⁊ per cōſequēs ſpontaneā oblationē aploꝝ/⁊ martyrū ad martyriū ſuſcipiendū ꝓ Chriſto. ex illa ergo fuga/accepit Dauid parabolā/⁊ ꝓpoſitionē ad faciēdū pſalmū. ¶ Ad cuius intelligentiā eſt notādū/ſicut habeẗ Matth.xvj. ꝙ cū Chriſtꝰ eſſet in ꝑtibus Tyri ⁊ Sidonis: īcepit oſtēdere diſcipulis myſteriū ſue paſſiōis. Et primo q̄ō oportebat eum ire Hieroſolymā ⁊ ibi multa pati a ſenioribꝰ ⁊c. Cuiꝰ acceſſum volēs ꝓhibere Petrꝰ dixit. abſit a te dn̄e: nō erit tibi hoc. cui rn̄dit chriſtꝰ: vade ſathana q2 mihi ſcādalū es. Et tūc Chriſtꝰ cōuerſus ad oēs diſcipulos dixit. Si q̄s vult poſt me venire abneget ſemetipm/⁊ tollat crucē ſuā ⁊ ſequaẗ me ⁊c. Itē legiẗ Joā.x. ꝙ cū Judei voluiſſent Jeſuz apprehēdere: exiuit de manibꝰ eorū ⁊ abijt trās iordanē/vbi ſolebat Joānes baptizare iuxta ſpeluncā odolaz/ ad quam fugerat Dauid a facie Saul: vt ſupra dictū eſt: ⁊ ibi manſit Jeſus ꝑ aliquot dies ⁊c. Sed cū eſſet ibi/venit nūcius ex ꝑte Marthe ⁊ Magdalene/notificās q̄liter. Lazarꝰ īfirmabaẗ ad mortē: ⁊ tunc dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Lazarꝰ amicus nr̄ dormit: eō eamꝰ in Judeā: vt a ſomno excitē eū. cui dixerūt diſcipuli. Rabi nūc q̄rebāt te Judei lapidare: ⁊ iterū vadis illuc? Ex quibꝰ patet/ꝙ diſcipuli multoties conati ſunt ꝓhibere Jeſuz ne rediret ī Judeā/ad patiēdū ꝓ nobis. Sed Jeſus magis voluit obedire/⁊ ſatiſfacere patris volūtati: ꝙ pie ⁊ humane ſuaſioni diſcipulorū. Sed venit in Judeā/⁊ ſuſcitauit Lazarū. vt ptz Joā.xj. et poſtea paſſus eſt ꝓ nobis. Ex ſupradictis ptz/ꝙ illa fuga Dauid a facie Saul fuit ꝓpria figura Chriſti. Nā ad eūdē locū trās iordanē ad quē fugit Dauid vbi cōgregati ſunt quadringēti viri ⁊c. ad eūdē etiā locū fugit Chriſtꝰ cū diſcipulis ſuis a facie Phariſeorū/ad quē venerūt ⁊ ꝯgregati ſunt multi. Joā.x. Item ſpontaneus reditus ipſius Dauid in Judeā ex p̄cepto Gad ꝓphete/fuit etiā figura reditus/⁊ aduētꝰ ſpontanei ipſius Chriſti in Judeam ⁊ Hierl'm contra ſuaſum diſcipuloruz. Oīa ergo iſta p̄uidens Dauid in ſpū/per illā figuraz ⁊ reditum fecit hūc pſalmū in quo introduxit Chriſtum loquentē. in quo duo facit. Nā primo increpat diſcipulos ſuos prohibentes ipſum venire in Hierl'm ad patiendū pro nobis. Scdo p̄dicit futurā punitionē ⁊ damnationē ſuorū crucifixoꝝ ex iuſto dei iudicio ibi: Dn̄s in tēplo ſancto ſuo. Quātū ergo ad primū vidēs diſcipulos ſuos ꝓhibentes ipſuz venire in Hierl'm ad patiēdū/ increpat eos dicēs. O modice fidei: neſcitis ꝙ ego ī dn̄o cōfido qui liberabit me ꝑ reſurrectionē: ⁊ puniet Judeos ꝑ eternā damnationē? quomodo ergo timētes dicitis anime mee/non vadas ad Judeā: quia ibi te volebant lapidare: ſed tranſmigra in montem.i.fuge ad montē. Sicut paſſer fugit ſagittarios/volentes ipſum interficere.

De pe. di.ij.§. opponitur.

**Quoniam ecce peccatores intēderunt arcū: parauerunt ſagittas ſuas in pharetra vt ſagittent in obſcuro rectos corde.**

¶ Peccatores ⁊ maligni.ſ.principes ſacerdotū ⁊ phariſei parauerunt ſagittas ſuas in pharetra. Nā ſicut auceps intendit arcū ſuū ⁊ parat ſagittas ſuas in pharetra ad ſagittādum paſſeres: Ita Judei intenderunt arcum ſue poteſtatis/⁊ malitie/⁊ p̄parauerūt ſagittas ſuas in pharetra.i.machinati ſunt falſa teſtimonia ⁊ crimina cōtra te ⁊ tuos in occulto.ſ.ꝙ tu dixiſti deſtruā tēplum hoc ⁊ in triduo reedificabo illud: ⁊ ꝙ ꝓhibuiſti dari cēſum Ceſari ⁊c. Et oēs has ſagittas parāt in occulto: vt poſtea ſagittent ⁊ feriāt rectos corde.ſ.te ⁊ oēs diſcipulos tuos ⁊ iuſtos. Ideo caue ne vadas illuc. quaſi dicat Chriſtus: oīa iſta dicitis anime mee putātes me retrahere ex timore mortis. Sed magis volo obedire patri meo/⁊ cōpati toti generi humano/ꝙ vobis ꝓnunc cōplacere: q2 in dn̄o patre meo cōfido qui liberabit me per reſurrectionē/⁊ totum genus humanū ꝑ meā paſſionem: ⁊ puniet Judeos crucifixores meos ad eternā damnationē. Et ideo Chriſtus ꝯuerſus ad patrem dicit. O pater oīa ſupradicta dicūt diſcipuli mei ex quadam pia dilectione ⁊ compaſſione.

xxiij.q. iiij. q̄ ſm.vj. q.j. de ſcite.

**Quoniam quē feciſti deſtruxerūt: iuſtus autem quid fecit?**

¶ Iniq̄ Judei deſtruxerūt ⁊ interfecerūt iuſtū filiū tuū/quē tu tā magnis donis ꝑfeciſti verbo tuo vniēdo/⁊ oīa dona gratiarū nō ad menſuram tribuēdo/⁊ mediatorē dei ⁊ hoīm ꝯſtituēdo: q̄d ergo mali fecit iſte iuſtus filius tuus/quē ita grauiter ꝑ Judeos tractari ꝑmittis/cū ſit iuſtꝰ ſine pctō ⁊c.

xlj. di. c.parſimoniam.

**Dominus in templo ſancto ſuo: dominus in celo ſedes eius.**

¶ In hac ſecunda parte predicit punitionem crucifixorum ſuorum. in qua duo facit. Nā primo allegat deū eſſe iuſtum iudicem. Secundo ex iuſto dei iudicio predicit damnationem/⁊ punitionem ſuorum perſecutorū. ibi. Pluet ſuper peccatores Dicit ergo: licet Judei occiderunt iſtum iuſtum ſine peccato: tamen non euadent punitionem: qm̄ dominus deus ſedet in templo ſancto ſuo/in celo: ⁊ quia eſt dominus ⁊ iuſtus iudex: ideo ſedes eius iudiciaria eſt in celo. Et notāter ponitur ibi dominus bis. Nā dominus in templo ſancto ſuo referẗ ad patrē: ſed per ly dominus in celo ſedes

eius: intelligitur filius. Qui ſedens a dextris patris accepit iudiciariam poteſtatem. ⁊ ideo dicit Dauid ꝙ dominꝰ pater eſt in templo ſancto ſuo: ⁊ dominus filiꝰ: ⁊ ſedes eius eſt in celo. q. d. ꝙ licet iudei iudicauerint Chriſtũ falſo modo/ ⁊ occiderint iniuſte: tñ ſicut deus pater eſt in tẽplo ſancto ſuo: ita dominꝰ Chriſtꝰ eiꝰ filius eſt a dextris patris: quia in celo eſt ſedes eius iudiciaria/ ⁊ ſic iudicabit eos: qui ipſum iudicarunt/ ⁊ interfecerunt iniuſte. Unde

Abacuch ij. d. ſupra ix. d.

## Oculi eius in pauperẽ reſpiciũt: palpebre eius interrogant filios hominum.

¶ Oculi eius reſpiciunt in quẽlibet pauperẽ oppreſſum iniuſte/ ⁊ paſſum iniuriam: vt puniat oppreſſores ſuos ⁊ vindicet ipſum. Et palpebre eiꝰ: eo ꝙ oĩa ſunt nuda ⁊ manifeſta oculis eius/ interrogant filios hominũ carnaliter viuẽtes. Et dñs Jeſus Chriſtus iudex vniuerſalis: nũc in iudicio occulto: ⁊ in fine mundi iudicio manifeſto.

xxv. diſtin. c. vnum orarium. §. al's.

## Dominus interrogat iuſtuz ⁊ impium: qui autem diligit iniquitatem odit animam ſuam.

¶ Interrogat iuſtum ⁊ impiũ. i. examinat cauſam ⁊ diſcutit inter iuſtum ⁊ impiuz. Et ſic tribuit vnicuiqꝫ ſecundum opera ſua. Sed quia dixit/ ꝙ dñs interrogat iuſtum ⁊ impium. i. peccatorem: poſſet aliquis dubitare quare vocat peccatorem impiũ. Ad hoc rñdet ⁊ ſubdit/ ꝙ omnis peccator eſt impius ⁊ crudelis. Nam peccator eſt ille qui diligit iniquitatem: ſed talis odit animam ſuam ⁊ abhorret: offerens eam ad mortem perpetuam ⁊ eternã: ergo eſt ſibi impius ⁊ ſeuus ⁊ crudelis. Et eſt valde aduertendũ propter hoc qđ ait. Palpebre eiꝰ interrogant filios hominũ. Nã hec eſt differentia inter iudicem prouidum/ prudentem/ ⁊ tardum. Nam iudex groſſus ⁊ tardus procedit per ambages ⁊ longam locutionem ⁊ interrogationem verborum ⁊ circuitionez. Sed iudex prouidus ⁊ prudens in ſolo aſpectu iudicat/ ⁊ cognoſcit: ⁊ apprehendit veritatem inter iudicandos: ⁊ quaſi in ſolo aſpectu ⁊ colore: ⁊ facie cognoſcit reuz. Et ſic dicit ꝓpheta ꝙ deus ꝓuidus iudex non indiget lõga interrogatione ⁊ circuitu ad cognoſcendã veritatem. Nam in ictu oculi faciet iudicium. Unde palpebre eius/ ⁊ ſolus aſpectus interrogãt filios hominum/ ⁊ cognoſcunt iuſtum ⁊ impium: qꝛ oĩa nuda ſunt oculis eius. Et ideo eſt ꝓuiſum/ ne qs cecus poſſit eſſe iudex/ vt poſſit iudicare per colorem ⁊ mutationem faciei ⁊ alterationem ⁊c. Duo ergo habet Chriſtus in iudicio. Primo/ ꝙ eſt iuſtus. Secundo/ ꝙ prouidus ⁊ prudens ⁊c.

De pe. di. iij. q vult. in glo.

## Pluet ſuper peccatores laqueos: ignis ſulphur ⁊ ſpiritus procellarum pars calicis eorum.

L ¶ Hic predicit punitionẽ ⁊ deſtructionẽ iudeorũ ꝓpter peccatũ mortis Chriſti. ¶ Unde eſt notãdũ: ꝙ deꝰ nõ põt oſtẽdere maiorẽ iram peccatori/ ꝙ nõ dare ſibi gr̃am: ⁊ dimittere eũ in adinuẽtionibus ſuis. Nã ex natura ſua corrupta/ ⁊ vitiata ſemper ruit in diuerſa ſcãdala ⁊ diuerſos laqueos: poſtꝙ nõ habet ꝓſeruatorẽ. Ita iudei obſtinati poſt mortem Chriſti ruerunt in diuerſa ſcandala: ⁊ inciderũt in diuerſos laqueos: ꝑ illos. xl. annos: vt ait Joſephus de bello iudaico. Nam primo inter eos fuerũt maxime diſcordie ⁊ ſeditiones/ ⁊ cõmiſſa ſunt multa homicidia: ⁊ furta/ ⁊ rapine. Scđo cõmouerũt rebellionẽ ꝯtra Romanos: vnde euenit obſidio ⁊ deſtructio. ergo ſeditiões/ ⁊ rebellio fuerũt eis laquei/ quos deꝰ pluit eis de celo ꝑmittẽdo eos ruere in ſũia ſcãdala. vñ euenit eis deſtructio ⁊ iudiciũ. vñ quatuor mala fuerũt inflicta illis Judeis. Primo laquei ⁊ occaſiones ſcandali. ſ. rebellio/ ⁊ obſidio ꝑ Romanos. Scđo ignis/ qꝛ ciuitas fuit incenſa. Tertio ſulphur tormẽtorũ ⁊ baliſtarũ trahentium lapides cõtra muros ex impetu pulueris ſulphurei: quas bombardas vulgariter vocãt. Quarto fuit ſpiritus ꝓcellarum ventorũ ⁊ fulminũ de celo: vt ait Joſephꝰ. Multa fulgura ⁊ ſigna viſa ſunt in celo ſupra ciuitatẽ illis diebꝰ. Et ſic oĩa iſta mala realiter ⁊ corporalr̃ fuerũt Judei paſſi. Sed vltra hanc penã tẽporalẽ patiũtur in inferno eternaliter laqueos/ ⁊ catenas perpetue captiuitatis: ⁊ ignem/ ⁊ ſulphur/ ⁊ ꝓcellam eternam: ad quam manifeſte mittet eos Chriſtus in iudicio finali cum dicet. Ite maledicti in ignẽ eternum ⁊c. Dicit ergo/ ꝙ eo ꝙ Judei occiderunt Chriſtũ iuſtũ: ideo in punitionẽ illius pctĩ: pluet dñs ſup eos laqueos ſcandali: vt dictũ eſt: ⁊ ignis ſulphur/ ⁊ ſpiritus ꝓcellarũ erunt pars ⁊ portio calicis/ ⁊ punitionis eorum.

Ma tuſti cta dele

di. pi c. qui ema dat. c xlvj. ſti. ueri mini

## Quoniam iuſtus dominus: ⁊ iuſtitias dilexit: equitatem vidit vultus eius.

¶ Hic aſſignat cauſam quare deꝰ puniet eos ſic: ⁊ dicit quod ideo deus ſic puniet: qꝛ eſt iuſtꝰ/ ⁊ ſemper dilexit iuſtitias: ⁊ ideo vultus ⁊ veritas ſue iuſtitie videt ⁊ equitatẽ ⁊ illã amplectit̃. Cũ ergo iuſtitia ſit virtus q̃ tribuit vnicuiqꝫ qđ ſuũ eſt/ ⁊ ſm̃ opera ſua: Ideo deꝰ puniuit Judeos iuxta iniq̃tatem ſuã: ⁊ tribuet bonis ſm̃ merita eorũ. Totus etiam iſte pſalmus exponitur in ꝑſona totius eccleſie/ que tẽpore tyrãnorũ fugiebat per montes. Sed licet ad tp̃s permiſerit deꝰ eã affligi: tñ poſtea iuſto iudicio puniuit tyrãnos ⁊ ꝑſecutores. Nã prĩo puniuit Judeos ⁊ poſtea tyrãnos. ſ. Neronẽ ⁊ Domitianũ/ ⁊ Diocletianũ ⁊ ceteros. Et ideo iſte pſalmus legit̃ in feſtiuitatibus martyrũ/ eo ꝙ cõfidentes in domino/ ⁊ ſequentes Chriſtũ/ ſe martyrio ſpõte Chriſto obtulerũt. Et ſic quilibet martyr poteſt dicere verba huius pſalmi/ ⁊ tota eccleſia ſimul cum capite ſuo.

xxij. q iij. cu aliqs ſ. lxvi a.

## Saluum me fac domine quoniaz defecit ſanctus: quoniã diminute ſunt veritates a filijs hominũ.

¶ Huic pſalmo ꝑponitur talis titulus. ſ. in finem pſalmus Dauid ꝓ octaua. Ex quo titulo apparet/ ꝙ Dauid fecit hunc pſalmũ dirigens nos in chriſtum qui eſt finis legis. Et ꝙ cantabatur in tẽplo gradatim eleuando vocem: vſqꝫ ad octauum punctum/ vel qꝛ cantabat̃ cũ inſtrumẽto muſico octo chordarũ: eo ꝙ hõ myſticꝰ introductꝰ ad loquendum in pſalmo expectabat liberari in octauo die ab omni ignorãtia: ⁊ peſtifera doctrina. ſ. in die reſurrectionis/ q̃ erit octaua dies mũdi: vt dictũ eſt pſal. vj. De materia aũt huiꝰ pſalmi dicũt q̃dã Hebrei ⁊ catholici/ ꝙ Dauid fecit hũc pſalmũ/ vidẽs



ingratitudidẽ ciuiũ Ceile/ q̃ voluerunt ipſum tradere in manus Saul. ij. Reg. xxiij. Ideo ait Dauid Saluũ me fac deus: qm̃ defecit ſanctus. quaſi dicat: qꝛ iam nulla eſt ſanitas nec fides in hoĩbꝰ: qꝛ diminute ſunt veritates a filijs hoĩm. ſ. a ciuibus Ceile ⁊c. Et ſic gloſſant lr̃aliter totũ iſtũ pſalmuz de Dauid cõquerẽte de illa ingratitudine: de q̃bꝰ petit vltionẽ ⁊c. ¶ Sed talis intelligẽtia ⁊ expoſitio nullo mõ videt̃ cõuenire libere huius pſalmi: nec detegit theſaurũ latentẽ in hoc pſalmo: cũ in medio eius dicat̃: Propter miſeriã inopũ ⁊ gemitũ pauperũ: nunc exurgã dicit dñs ⁊c. Itẽ Eloq̃a dñi eloquia caſta ⁊c. ¶ Ideo dimiſſis modis dicẽdi iudeorũ/ eſt dicendũ/ ꝙ Dauid conſiderans mores hoĩz eẽ corruptos ꝓpter ſup̃ſtitionẽ gẽtiliũ: ⁊ preuidẽs in ſpiritu ſcripturã ſacre legis fore deprauandã ante aduentũ Chriſti per falſas traditiones ſcribarũ ⁊ phariſſeorũ ⁊ Saduceorũ. Ideo fecit hũc pſalmũ: in quo petit liberari a tali peſtifera doctrina per aduentũ Chriſti/ ⁊ doctrinã/ ⁊ veritatẽ euangelicã. ¶ Duo ergo facit. nã primo oſtẽdit oẽs mores hoĩm eſſe corruptos ex falſa ſup̃ſtitione gentiliũ: ⁊ oẽm doctrinã eſſe deprauatã ante aduentũ Chriſti. Scđo ꝑ modũ petitionis ꝑdicit mũdũ eſſe liberandũ a tali peſte ꝑ Chriſtũ/ ⁊ le-

M gẽ eiꝰ euãgelicã: ibi ꝓpter miſeriã. ¶ Quãtũ autẽ ad primũ eſt dicẽdũ/ ꝙ lꝫ ſit difficile loqui de veritate: vt patet ſcđo Metaphy. tñ quantũ ad p̃ſens ſpectat eſt aduertendũ ſcđm Aug. xv. de tri. ⁊ ſup Joã. ꝙ cũ Chriſtus ſit prima veritas/ inquãtũ eſt verbũ patris/ ideo eſt metrum/ ⁊ mẽſura/ et cauſa omnis veritatis: ⁊ per cõſequens eſt dicẽdum ꝙ ipſe eſt prima iuſtitia: ⁊ cauſa oĩs iuſtitie: ⁊ prima ſanctitas/ ⁊ cauſa oĩs ſanctitatis. Et ſic dicit̃ veritas verificans/ ⁊ iuſtitia iuſtificans/ et ſanctitas ſanctificãs: qꝛ docuit oẽm veritatem. Sed qꝛ oĩs veritas ⁊ iuſtitia/ ⁊ ſanctitas ipſius dei lucet ⁊ manifeſta eſt per Chriſtũ in vtroqꝫ teſtamẽto: primo patriarchis ⁊ ꝓphetis in vete. teſta. ſcđo ꝑ ſeipm̃ in nouo: ſicut pluries dictum eſt: ideo eſt dicendũ ꝙ tota ſacra ſcriptura vtriuſqꝫ teſtamenti dicitur veritas ⁊ iuſtitia ⁊ ſanctitas inquãtũ iſta tria manifeſtant̃ in ipſa ſacra ſcriptura. vel inquãtũ deꝰ lucet in ſcriptura ꝑ veritatẽ ⁊ iuſtitiã ⁊ ſanctitatẽ/ vel inquãtũ deus ꝑ legẽ diuinã verificat ⁊ iuſtificat ⁊ ſanctificat hoĩes. Iſta ergo tria ſe cõſequunt̃ per ordinẽ. ſ. veritas: ⁊ iuſtitia ⁊ ſanctitas. Nã veritas eſt quedã adequatio/ ⁊ cõformitas hoĩs fidelis ad deũ per fidẽ articulorũ. Et iuſtitia eſt q̃dã adequatio/ hoĩs iuſti ad deũ per obſeruantiã diuinorũ ꝓceptorũ ⁊ mandatorũ. Et ſanctitas eſt quedã adequatio/ ⁊ cõformitas hoĩs ad deũ ſcđm ordinẽ totius diuine legis qꝛ hõ intantũ dicitur verax ⁊ fidelis/ inquãtũ adequat ⁊ cõformat intellectũ ⁊ inheret ꝑ fidẽ cõcredendo articulis fidei. Et intantũ dicit̃ iuſtus/ inquãtũ cõformat̃ diuine voluntati obſeruãdo mãdata. Et intantũ dicit̃ ſanctus inquãtũ cõformat̃ ⁊ cõfigurat̃ deo per eccleſiaſtica ſacramenta: ⁊ inquantũ ordinat vitã ſuã in deũ ſcđm ordinẽ diuine legis. Qꝛ ſctũs dicitur quaſi bene ordinatus: de ſancio ſancis ſanxi ſanctum. tu. Sancire eñ idẽ eſt qđ bñ ordinare: Ideo ille q̃ bene ordinat vitã ſuã in deũ ſcđm legẽ. i. credendo articulis/ ⁊ diligendo deũ in ſe ⁊ ꝓpter ſe: ⁊ diligẽdo proximum in deo ⁊ propter deũ/ ille talis dicitur ſctũs. i. bene ordinatꝰ: qꝛ ſeruat ſpeciẽ ⁊ modũ ⁊ ordinẽ in credẽdo/ ⁊ diligẽdo deũ ⁊ proximum/ ⁊ ponẽdo ⁊ cõſtituendo ſpẽ ſuã in deo tanꝙ in fine vltimato.

Ueritatis iuſtitie ⁊ ſctitatis diffinitiones.

¶ Ex ſupradictis ſequit̃ primo/ ꝙ qui negat Chriſtũ: negat oẽm veritatẽ probat̃: qꝛ Chriſtus eſt verbũ patris/ ⁊ prima veritas/ ⁊ cauſa oĩs veritatis/ ⁊ ſanctitatis/ ⁊ iuſtitie: ⁊ ſic q̃ negat Chriſtũ negat totã legẽ diuinã/ que a Chriſto tradita eſt in vtroqꝫ teſtamẽto: vt dictũ eſt in ꝓlogo/ tractatu. iij. Unde Chriſtꝰ ad hoc venit in mũdũ/ vt declararet veritatẽ/ que latebat in lege vete. qꝛ lex ꝑ Moyſen data eſt: ſed veritas/ ⁊ gr̃a per Chriſtũ facta eſt: vt oſtẽſum eſt in nouo teſta. Jõ Chriſtus dicit Pilato. Joã. xix. Ad hoc natus ſuz/ ⁊ ad hoc veni in mundũ: vt teſtimoniũ ꝑhibeã veritati: oĩs eñ q̃ eſt ex veritate audit vocem meã. Et ſic ptꝫ/ ꝙ q̃ negat Chriſtũ negat oẽm veritatẽ. Itẽ ſequit̃ ſcđo/ ꝙ q̃ negat Chriſtũ/ ⁊ eius legẽ euãgelicã/ negat deũ patrẽ/ q̃ in Jordane/ ⁊ in mõte Thabor teſtificatꝰ eſt de Chriſto dicẽs. Hic eſt filiꝰ meꝰ dilectus/ ipſum audite. vñ dicit. j. Joã. v. Qui credit in filiũ habet filiũ dei in ſe: q̃ nõ credit mẽdacẽ facit eum qꝛ nõ credit teſtimonio: qđ teſtificatꝰ eſt deus de filio ſuo. Et ſic patet qualiter q̃ negat Chriſtũ: negat oẽm veritatẽ ⁊ iuſtitiã/ ⁊ ſanctitatẽ ⁊ totã ſacrã ſcripturã vtriuſqꝫ teſtamẽti: q̃ tota eſt de ip̃o Chriſto. Et etiã qui negat Chriſtũ facit deũ patrẽ mendacẽ: vt dictũ eſt. ¶ Scđo eſt notãdũ ꝙ cũ iſta tria. ſ. veritas ⁊ ſanctitas ⁊ iuſtitia: cõueniant in vno mõ gñali: inquantũ dicũt quandã equationẽ ⁊ cõformitatem hoĩs ad deũ: per obſeruationẽ diuine legis. Ideo cõmunicant idiomata ſibi adinuicẽ in ſacra ſcriptura: nã quãdoqꝫ noĩe veritatis intelligit̃ iuſtitia: vt pſal. cxviij. Oĩa mãdata tua veritas. Itẽ ibidẽ. Principiũ verboruz tuorũ veritas. Itẽ Eſa. xxxix. Non expectabunt q̃ deſcendũt in lacũ veritatẽ. i. iuſtitiã tuã. Et ſic patet/ ꝙ oĩa q̃ ſcribunt̃ in lege: dicunt̃ q̃dã veritates/ ⁊ quedã iuſtitie/ ⁊ quedã ſanctitates/ eo ꝙ iſta reddunt hoĩem verũ: ⁊ iuſtum: ⁊ ſanctum: qꝛ ordinãt ipſum in deum ⁊ debitum finem. Et ideo ita dicitur mendax qui declinat a mandatis in quibꝰ cõſiſtit iuſtitia: ſicut qui declinat ab articulis. vnde prime Joan. ij. Qui dicit ſe noſſe deum: ⁊ mandata eius non cuſtodit: mendax eſt: ⁊ in hoc veritas non eſt. Pariter etiã dicitur maledictus ⁊ nõ ſanctus qui declinat a mandatis dei. pſal. cxviij. Et ſic patet qualiter iſta tria cõmunicãt ſibi noĩa in ſacra ſcriptura. Et ita Dauid per veritates intelligit oĩa iſta tria. ſ. fidẽ articulorũ/ ⁊ obſeruantiam preceptorũ/ ⁊ gratiam ſacramentoꝝ: ⁊ ordinẽ charitatis. Et hec eadem tria etiã intendit per ſanctitatẽ: qꝛ ſanctitas includit veritatem ⁊ iuſtitiam ⁊ ecõuerſo: qꝛ nõ ſolũ dicit̃ hõ verus inquantũ credit: ſꝫ etiã inquantũ ꝑ fidẽ operat̃: nec dicit̃ iuſtꝰ ſolũ inquantũ bñ opat̃: ſed inquãtũ operat̃ ꝑ fidẽ ordinãdo vitaz in deũ: vt patebit pſal. xiiij. ¶ His habitis eſt dicendũ ſcđm Aug. ſupra Geñ. ad literam: ⁊ etiam. xj. de ciuitate. ca. xiij. ⁊. xiiij. et. xv. qđ nõ ſolum homo/ ſed etiam diabolus fuit creatus a principio cum tali veritate/ et ſanctitate/ ⁊ iuſtitia: quia deus ſimul fuit cõdens naturã/ ⁊ largiẽs gratiã: ⁊ ꝑ cõſequens cognouit deũ trinũ ⁊ vnum creatorẽ ⁊c. ⁊ ꝓpoſita eſt ſibi lex iuſtitie quã ſi ſeruaſſet fuiſſet beatus: de qua lege dicetur pſalmo

Nota q̃ modo iſta tria cõueniũt

Mendax q̃s dicit̃.

Nota de creatione hoĩs ⁊ diaboli.

lxxxj. Sed qꝛ non ſeruauit illā legē iuſtitie: idō dicit Saluatoꝛ Joā. viij. ꝙ in veritate non ſtetit ab initio: idō mēdax eſt ⁊ pater eius inquantū deuiauit ab illa veritate ⁊ diuina lege: et ſic cecidit: vt patebit pſal. lxxxj. Eodē mō tenet/ ꝙ Adā primꝰ homo fuit creatus in eadem veritate/ ⁊ iuſtitia/ ⁊ ſanctitate: quia ante peccatum cognouit deū trinum/ ⁊ vnū/ ⁊ creatorē oīm/ ⁊ gubernatorē: ⁊ preuidit deū incarnādū/ ⁊ futurū glorificatorē. Et fuit ſibi poſita lex iuſtitie: in cuius obſeruātia ꝓmiſſa erat ſibi celeſtis felicitas/ cui legi per aliquod tps fuit ſubordinatus ⁊ obediēs: ⁊ per conſequēs fuit iuſtus ⁊ ſctūs: eo ꝙ deo erat cōformis per intellectū ⁊ voluntatē: ⁊ in hoc conſiſtebat eius originalis iuſtitia/ ⁊ veritas/ ⁊ ſanctitas: ſed peccando defecit ⁊ cecidit ab illa veritate ⁊ ſanctitate: et per cōſequens nō permāſit in veritate/ ⁊ iuſtitia/ ⁊ ſanctitate/ in qua fuit creatꝰ. Et ſic ꝑdidit iuſtitiam originalē: ⁊ diminuit veritatē/ quam deꝰ in ipſo impreſſerat. Et ſic mentitꝰ eſt a veritate ⁊ iuſtitia: ⁊ diminuta fuit in eo oīs veritas/ ⁊ iuſtitia/ ⁊ ſanctitas/ quādo defecit/ ⁊ deuiauit a diuino precepto. Et ſic fuit in eo tota natura corrupta/ ⁊ omnes potentie fuerūt vulnerate ⁊ debilitate. Et ſic fuit etiā cauſa oīs mēdacij/ ⁊ peccati in ſuis poſteris: quia cōtinue omnis veritas/ ⁊ ſanctitas/ ⁊ iuſtitia/ fuit in eis diminuta/ vſqꝫ ad Chriſtū. Et ſic poſtꝙ iſte Adam ſanctus ⁊ iuſtus defecit ⁊ peccauit: cōtinue veritates ⁊ iuſtitie fuerunt diminute a filijs hominum: per ſucceſſionem temporis vſqꝫ ad Chriſtum/ qui reſtaurauit omnem veritatem ⁊ iuſtitiam/ ⁊ ſanctitatem. Unde licet Adam nō potuit diminuere veritatem primā eſſentialē in eo: quia ſemper manſit imago dei in eo: tamen diminute ſunt in eo veritates ⁊ iuſtitie dei: quia nō habuit tam claram cognitionē de rebus diuinis/ ſicut ante peccatū: vt cōmuniter tenetur: ⁊ hoc propter impedimentū paſſionum ⁊ carnis corrupte: nec habuit libertatem ⁊ facultatē de ſe ad ſeruandam legē dei: ⁊ declinandum a malo/ ⁊ faciēdum bonū ꝓpter eandē corruptionē. Ex quibꝰ ptz/ ꝙ ſicut Adā defecit a ſanctitate/ ⁊ iuſtitia erga deū: ita in eo fuit diminuta ſanctitas/ ⁊ ordo partium inferiorum ad ſuperiores: qꝛ corruptus fuit totꝰ ordo/ ⁊ natura in eo/ ⁊ languor concupiſcentie inflictus in carne ⁊c. prout magis patebit pſal. xiij. Sed iſte veritates iam fuerūt magis diminute in Cain qū occecatus inuidia cū dolo vocauit fratrē ſuū Abel in agrum/ ⁊ interfecit eū. Geñ. iiij. Et ideo ait ſibi deus. Quare iratus es/ ⁊ cur cōcidit facies tua? nōne ſi bene egeris recipies: ſin autem male/ ſtatim peccatum in foribus aderit? Sꝫ ſub te erit appetitꝰ eius/ ⁊ tu dominaberis illi ⁊c. Ex quibus verbis oſtendit deus/ ꝙ Cain defecerat/ ⁊ deuiauerat a veritate cognitiua/ ⁊ legali: quam deus in mente/ ⁊ ratione eius impreſſerat/ ꝓ cuiꝰ preuaricatiōe erat ſibi pena infligēda. Sꝫ magis iſte veritates fuerūt diminute a filijs hoīm carnalibus: qū filij dei. ſ. filij Seth/ inſtructi in lege dn̄i naturali videntes filias hominum deſcēdentes a Cain/ ꝙ eſſent pulchre/ acceperūt eas in vxores: ex quibus nati ſunt gigantes. i. hoīes carnales/ ⁊ terreni qui dediti carnalibus voluptatibus/ totaliter obliti ſunt legem dei intantū ꝙ corrupta eſt vniuerſa caro/ ⁊ multiplicata fuit malitia hoīm ſuper terram: ⁊ ſic deꝰ deduxit diluuiū ſuper oēm carnē ſolo Noe ſaluato cū vxore/ ⁊ filijs ⁊c. Gene. vj. Itē magis diminute ſunt veritates a filijs hominū cū Zoroaſtes relicta vera ſcientia ⁊ regimine ſui creatoris declinauit ad falſas artes magicas: q̄ nullā in ſe cōtinēt veritatē: ſed mēdaciū et dolū/ in cuiꝰ tpe Nēbroth cum ſequacibus putās fugere ditionē ⁊ dominiū dei decreuerūt fabricare turrim in Babylonia. Sed iam magis ſunt diminute veritates a filijs hominū: cum Ninus rex Aſſyriorū fecit fabricare idolum. i. ſtatuā Beli patris ſui ⁊ fecit ipſam ab oībus venerari/ intantum ꝙ diabolus intrauit ſtatuam: ⁊ cepit loqui ⁊ dare reſponſa in ea. Et ſic oēs reges fabricauerūt ſtatuas filijs ⁊ patribꝰ ſuis defunctis: intantū ꝙ idololatria diffuſa/ ⁊ multiplicata fuit per totū mundū: vt ptz Sap. xiiij. ¶ Sed adhuc magis fuerunt diminute veritates a filijs hoīm: cū inceperūt ſuperſtitiones ⁊ nefanda ſacrificia in egypto: ⁊ mōſtra multoꝝ deoꝝ. Et ſic nefande ⁊ deteſtabiles ſuperſtitiones/ ⁊ artes diffuſe ſunt ꝑ totū orbē. vnde intantū verus deꝰ fuit eis ignotꝰ ⁊ cōtēptus: ⁊ diabolus veneratus: ꝙ cōpellebat patres īmolare filios ⁊ filias ſibi/ ⁊ cōſtitui ⁊ celebrari ludos ſcenicos ⁊ turpes ipſi Baccho/ ⁊ Ueneri/ ⁊ dee Ueſte/ ⁊ Priapo: ⁊ multa alia deteſtabilia ſunt cōmiſſa: q̄ ſolus Chriſtꝰ eiecit de mūdo cum diabolo actore eorū: vt probat Euſebius in quinto ⁊ ſexto de preparatione euāgelica. Sed iam magis fuerūt diminute a filijs hoīꝫ qū Scribe ⁊ phariſſei ꝑuerterūt verā intelligētiā legis: trahētes legē ⁊ ꝓphetas ad ſuū falſum ſenſum: ⁊ occecati inuidia ⁊ malitia negarūt Chriſtum: qui eſt prima veritas legis: et crucifixerunt eum: qui erat in lege promiſſus ad declarandū legem ⁊ prophetas: ⁊ ad liberandum de iugo legis/ ⁊ de captiuitate peccati. Et ſic ſimul crucifixerūt ſibi veritatem cū Chriſto. Ideo quia nullo modo veritas lucet in eis: ⁊ manent occecati ne intelligant ſacramenta dei. Oīa ergo ſupradicta preuidēs Dauid in ſpū clamat ad Chriſtum in ꝑſona hoīs myſtici: vt veniat ad liberandū eꝫ de talibꝰ ſuperſtitionibꝰ/ ⁊ mēdacijs/ ⁊ deteſtabilibus moribꝰ: ⁊ de tali cecitate Iudeorū. Idō dicit. O domine Ieſu chriſte veni in carnem: ⁊ ſaluum me fac. Nam poſtꝙ ſanctus Adam defecit ⁊ peccauit: diminute ſunt veritates a filijs hoīꝫ. Nā Adā fuit creatꝰ ſctūs: ⁊ ī grā: ſꝫ qū peccauit: defecit grā in eo/ ⁊ oīs ſctītas: ⁊ ſic poſtea diminute ſunt veritates. ſ. cognitio veri dei ⁊ legis diuine. Uel pōt ſic cōſtrui. O domine Ieſu Chriſte ſaluū me fac. Nā poſtꝙ Adam peccauit ſupple defecit ſanctus: id eſt omnis ſanctitas ⁊ iuſtitia: quia perdidit originalem iuſtitiam/ ⁊ gratiā/ ⁊ omnia premia que conſequebantur illam originalem iuſtitiam/ quoniam exinde ſucceſſiue diminute ſunt ſupradicte veritates a filijs hominū ſucceſſoribꝰ Adam vſqꝫ ad chriſtum: quia diminuta fuit diuina cognitio/ ⁊ fides/ ⁊ obediētia/ ⁊ cognitio diuine legis. probatur nam

De no gea riō

Uana locuti ſunt vnuſquiſqꝫ ad proximum ſuum: labia doloſa in corde ⁊ corde locuti ſunt. xxvij. diſ. c. quid. ⁊. c. nimie.

¶ Unuſquiſqꝫ locutus eſt vana documenta/ ⁊ exēpla ad proximū ſuū: nā locuti ſunt labia doloſa in



corde. i. per labia doloſa in corde. i. aliud habēdo in corde/ ⁊ aliud ī labijs. Et ideo corde locuti ſunt mendacium ſup. vnde corde ⁊ corde. i. duplici corde locuti ſunt. Unde Cain per labia doloſa ⁊ duplici corde locutꝰ eſt ad Abel fratrē ſuū qū dixit: Egrediamur foras: ſed interfecit eū in agro. Itē duplici corde ⁊ lingua doloſa ⁊ mendaci locutus eſt ad deum: cum dixit: nūquid cuſtos fratris mei ſum? ¶ Itē vana locuti ſunt hoīs terreni/ ⁊ filij hoīm cū dixit alter ad alterum: venite faciamus nobis ciuitatē: ⁊ turrē/ cuiꝰ culmē pertingat vſqꝫ ad celum: ⁊ celebremus nomē noſtrū anteꝙ diuidamur in vniuerſas terras. Geñ. xj. Itē vana locuti ſunt/ ⁊ lingua doloſa/ ⁊ duplici corde oēs inuentores artium magicarū/ ⁊ oēs arioli/ ⁊ hydromantici/ ⁊ geomantici: ⁊ inuentores ſuꝑſtitionū/ ⁊ falſorū deoꝝ: vt ptz Sap. xiij. ⁊. xiiij. Itē vana ⁊ falſa duplici corde/ ⁊ lingua doloſa locuti ſunt ad ꝓximum ſuum falſi iudices/ ⁊ aduocati/ ⁊ cauſidici: qꝛ propter lucrum detinent litigia/ ⁊ deſtruūt pau-

Uane locutiones hoīm.

peres ⁊ viduas ⁊ pupillos. ¶ Itē vana locuti ſunt oēs poete/ qui ad demulcēdas aures hominū cōfinxerūt falſa figmēta de falſis dijs. ¶ Itē vana locuti ſunt ⁊ duplici corde oēs oratores/ ⁊ ſcriptores/ ⁊ poete qui vt cōplacerent principibus ⁊ magiſtratibus: ⁊ cōſequerentur fauores eorū: multa falſa ſcripſerūt in hyſtorijs ⁊ libris ſuis/ ſicut Homerus de grecis/ ⁊ Titus Liuius de Romanis: et Quintus Curtiꝰ de Alexādo: ⁊ Herodotus de regibus perſarū ⁊c. Itē vana/ ⁊ labijs doloſis/ ⁊ duplici corde locuti ſunt Scribe/ ⁊ phariſſei ad Chriſtum cū dicebāt: Magiſter ſcimus quia verax es ⁊c. ¶ Itē vana locuti ſunt cū dixerunt. Si hunc dimittimus venient romani ⁊ tollēt locū nr̄m ⁊ gētem. Joā. xj. Et ideo ſubdit propheta dicens.

vj. q. j. c. ſunt plurimi.

Diſperdat dominus vniuerſa labia doloſa: ⁊ linguam magniloquam.

¶ Diſꝑdat dn̄s vniuerſa labia doloſa ſupradicta tam Iudeorum/ ꝙ gentilium/ ⁊ hereticorum/ ⁊ linguam magniloquā. i./ poetarum ⁊ oratorum magna mendacia loquentium.

xj. q. j. illud. xxiij. q. iiij. q negligunt.

Qui dixerunt linguam noſtram magnificabimus: labia noſtra a nobis ſunt: quis noſter dominus eſt?

¶ Qui dixerunt inter ſe linguam noſtrā cū ornatu ⁊ ſchemate verboꝝ magnificabimus inter gentes. i. per linguam noſtrā/ ⁊ ꝓpter eloquētiā erimus magnificati ꝑ totum mundum: qꝛ labia noſtra a nobis ſunt/ ⁊ nō a deo: quia non eſt deꝰ preter naturam: nā quis noſter deus eſt? quaſi dicerent/ nullus deus eſt: nec habemꝰ hoc donū niſi a natura. Unde Tullius/ Quintilianus/ ⁊ Liuiꝰ/ ⁊ Salluſtiꝰ/ ⁊ ceteri oēs oratores ⁊ poete/ ꝓpter linguam ſuam/ ⁊ eloquentiam putabāt magnificari in mundo: ⁊ per famā ineternū viuere. vnde

Ouidius.

ait Ouid. in fine. xv. Metamor. Iāqꝫ opus exegit: ꝙ nec Iouis ira nec ignis/ Nec poterit ferrū/ nec edax abolere vetuſtas. Quaqꝫ patet domitis Romana potentia terris/ Ore ferar populi: perqꝫ aīa ſecula fama: Si quid habent veri vatuꝫ preſagia viuā. Sed peiores fuerūt Scribe ⁊ phariſſei: qui volētes dilatare fimbrias ⁊ filateria ſua ꝯfidētes de proprio ingenio noluerunt intelligere: ſed falſo modo gloſſare ſcripturas: nec voluerunt audire veritatem a Chriſto/ nec ipſum recipere imo negauerunt eum coram Pilato dicentes: nō habemus regem niſi Ceſarem. Et qū dixerūt: Hunc autem neſcimus vnde ſit. Et cuꝫ dixerunt: Quis noſter dominus eſt? quaſi dicerent: Iſte Ieſus nazarenus non eſt dn̄s/ nec meſſias noſter. Et ideo ⁊ ſic Ieſus clamādo dixit eis. Et me ſcitis: ⁊ vn̄ ſim ſcitis. Joan. vij. Itē Joā. v. dixit eis: Scrutamini ſcripturas: qꝛ ille teſtimoniū ꝑhibēt de me: quia Moyſes de me locutus eſt ⁊c. Ex quo patet/ ꝙ qū Iudei negauerūt Chriſtū lingua doloſa/ ⁊ duplici corde locuti ſunt. Et ſic maxie diminute ſunt veritates in eis/ ⁊ ab eis: qꝛ negauerūt ipm Chriſtū qui eſt prima veritas per eſſentiam. Et negarunt veritatē legis ⁊ ꝓphetarū: ⁊ ꝑ ꝯñs negarūt omnem veritatē. Et idō dixit eis Chriſtꝰ. Uos a patre diabolo eſtis: ille eñi in veritate nō ſtetit. Et ideo cū loquit/ de ꝓprijs loquit: qꝛ mēdax eſt ⁊ pater eiꝰ. Joā. viij. Ex hoc innuit Chriſtus/ ꝙ ſicut diabolꝰ non ſtetit in prima veritate in principio qū peccauit: ita pariter Iudei qū negauerūt Chriſtū receſſerūt a prima veritate: ⁊ ꝑcōſequens receſſerunt ab oī veritate. Et ſic iam nō loquunt niſi mēdacium/ qū de lege loquunt: qꝛ totā legē faciunt mēdacem/ expectando aliū meſſiam: quia poſtꝙ errauerūt ab vtero: non loquunt niſi falſa. Ex quibꝰ patet/ ꝙ ꝓpheta nō ſolum dicit veritates eſſe diminutas in populo gentili: ſed multo magis ī populo Iudaico qū negauerūt Chriſtū/ ⁊ veritatem ſcripturaruꝫ voluerūt occultare corrūpēdo ſacrā ſcripturam cū ſuis falſis gloſis. Sed magis ſunt in eis diminute veritates/ qū Mair idumeus ſimul cū phariſſeis cōfinxit/ quod Moyſes accepit duas leges a deo in mōte Sinai. ſ. vnā in ſcriptis quā oēs habemꝰ ⁊ alterā ore tenus/ quam miſna appellāt: in qua cōtinētur oēs deteſtabiles traditiōes phariſſeoꝝ/ ⁊ multa alia erronea. ¶ Itē etiā magis diminute ſunt veritates a filijs hominū/ qū rabini iudeoꝝ cōgregati in Babilonia cōpoſuerūt ſcripturā ipſius Thalmud: in quo ꝯfirmāt oēs traditiones phariſſeorū/ ⁊ ipſius miſna: quibus addi debēt multa abominabilia ⁊ horrenda: vt patebit pſalmo. iiij.

Propter miſeriam inopum ⁊ gemitū pauperum: nunc exurgam dicit dominus.

Argu. j. q. 4. paſtor et. xij. q. ō. ij. gloria epi.

¶ Hec eſt. ij. pars: in qua quaſi cōſolatorie ꝑdicit Dauid qualiter Chriſtꝰ in ſuo aduentu debebat liberare totū mūdū de predictis miſerijs: ⁊ depellere oēm deceptionē/ ⁊ mendaciū/ ⁊ ſuꝑſtitioneꝫ/ ⁊ dare legē euāgelicā: cōtinērem ⁊ docētē oēm veritatem. ¶ Ad cuiꝰ intellectuꝫ eſt notandū: ꝙ ante aduentum Chriſti mundꝰ nō ſolū erat in miſeria ⁊ captiuitate peccati: ſed etiā laborabat in duplici miſeria corporali ⁊ tēporali: vt oſtēdit Euſebius per totum quintū librū de preparatione euāgelica. ⁊ Lactantius in libris diuinarū inſtitutionū. Nā demones cogebāt patres īmolare filios: vt ptz de Agamēnone/ q̄ īmolauit/ ⁊ ſacrificauit filiā dijs: vt haberet ꝓſperos vētos. Et Pyrrhus īmolauit Aſtyanactē filiū Hectoris ad ſepulchrū Achillis ⁊c. Itē demones ī rūſis ſuis ſemꝑ ꝑſuadebāt bella inter principes ⁊ finitimos: ⁊ ꝑſuadebāt rebelliones populoꝝ cōtra reges ſuos: ⁊ ſedi-

Mundꝰ ante xpi aduentū erat miſer.

tiones inter ciues: vt fierēt cedes ⁊ homicidia: eo
ꝙ oēs illi implebant infernū/ ⁊ multa enormia/ ⁊
turpia cōtra bonos mores ⁊ naturā perſuadebāt.
Et non ſolū in populo gētili regnabāt iſte ſupſti-
tiones: ſed etiā ꝓ maiori parte in ppl'o Judaico:
vt ptꝫ ꝑ totū diſcurſum libri iudicū ⁊ regū. Et vl-
tra hoc regnabat in ppl'o iudaico multiplex miſe-
ria: nam ſacerdotes/ ⁊ ſcribe/ ⁊ phariſſei opprime
bant pauperes/ ⁊ pupillos/ ⁊ comedebāt domos
viduarū: ⁊ cū violētia ⁊ tyrānide regebāt populū
ducētes ⁊ gloſſantes falſo legē/ ⁊ ꝓphetas ad libi
tū ⁊ lucrū ſuū: vt īproperabat eis Chriſt⁹ Matth.
xxiij. dicēs. Ve vobis Scribe ⁊ phariſſei hypocri-
te ⁊c. Et iō Chriſt⁹ in ſuo aduētu nō ſolū liberauit
fideles vete. teſt. de limbo inferni: ſed etiā libera
uit ppl'm gētilē ab illa miſerabili ſeruitute diabo
li totā idololatriā deſtruēdo: ⁊ bella ⁊ ſeditiōes ꝑ
legē/ ⁊ baptiſmū auferēdo. Et etiā liberauit pau-
peres de ppl'o iudaico a miſerabili iugo ſcribaꝝ/
⁊ phariſſeorū/ ⁊ a iugo legis īportabili. Et hoc eſt
qđ dicit ꝓpheta. vn̄ ait. Dn̄s me⁹ Jeſus Chriſtus
dicit mihi in ſpū ex reuelatiōe ſup. Ego exurgā. i.
in carne apparebo/ ⁊ veniā in mundū ꝓpter miſe
riam inopum/ ⁊ ꝓpter gemitū pauperum. i. vt li-
berē/ ⁊ releuē inopes a miſeria/ ⁊ pauperes a ge-
mitu/ hoc eſt vt liberē vinctos de limbo inferni/ ⁊
inopes gētiles a miſerabili ſeruitute diaboli/ ⁊ a
nefandis ſupſtitiōib⁹/ ⁊ deteſtabilibus moribus.
Et vt liberē pauperes de populo Judaico a gemi-
tu ⁊ oppreſſione ſcribarū ⁊ phariſſeoꝝ. Et oēs pec
catores a miſerabili ſeruitute pctī. Et nota ꝙ Da
uid in hoc verſiculo refert reuelationē/ ⁊ ꝓmiſſio
nē quā habuit de ſaluatore mūdi. q. d. dn̄s ꝓmiſit
mihi ꝑ reuelationē/ ꝙ ipſe exurgeret apparēdo in
mūdo ad liberādū paupes a gemitu: ⁊ inopes ab
oī miſeria ſupradicta. Itēꝫ reſurrexit Chriſtus a
mortuis/ ⁊ miſit ſpm̄ ſanctū ī apl'os q̄ per totū or-
bē legē euāgelicam p̄dicauerūt/ ⁊ idola deſtruxe
rūt/ ⁊ deteſtabiles ſupſtitiōes gētiliū deleuerūt: ⁊
falſas traditiōes Scribarū/ ⁊ phariſſeoꝝ detexe-
rūt. ideo dicit ꝓpter miſeriā inopū ⁊ gemitū pau-
perū nūc exurgam ⁊c. Ideo ſequitur ⁊ ſubdit pro
pheta in perſona totius corporis myſtici.

xxvj. qō. j. oēs. §. ex his. ⁊ xcvj. diſt. c. nos. ⁊ c. vbi.

**Ponā in ſalutari: fiducialiter agam in eo.**

¶ Ponā ſpē ⁊ fidē meā in iſto ſalutari ⁊ ſaluatore
meo Jeſu Chriſto: cū venerit ī carnē: ⁊ recipiā eū
tanꝙ ſaluatorē ⁊ meſſiā. Et recipiā legē ſuā euā-
gelicā: quā ipſe ore ſuo p̄dicauit/ ⁊ ī cordib⁹ hoīm
ſcripſit. Et dat rōnē quare vult recipere Chriſtū ⁊
ponere fidem ⁊ ſpem in Chriſto ſaluatore ⁊ lege
euangelica. Vnde ait.

di. j. c. oēs.

**Eloquia domini eloquia caſta: argentum igne examinatum: probatum terre purgatum ſeptuplum.**

Quinꝗ pfe-ctiōes legis euāgelice.

¶ Ad cuius intellectū eſt notādū ꝙ quinꝗ perfe
ctiōes memorat ⁊ attribuit legi euāgelice. primo
qꝛ oīa q̄ ſunt in lege euāgelica ſunt eloq̄a dei. i. ꝙ
eſt a deo ꝓlata: eo qꝛ Chriſt⁹ lator ei⁹ eſt ver⁹ de⁹
⁊ prima ꝟitas. Scđo ꝙ oīa ꝟba q̄ ſunt ī lege euā-
gelica ſunt caſta. i. vera abſꝗ mēdacio. Tertio/ ꝙ
tota lex euāgelica eſt argētū igne examiatū. Quar
to/ ꝙ eſt multipliciter ꝓbatū. Quinto/ ꝙ eſt terre
purgatum ſeptuplum. Nota ꝙ in quibuſdam exē
plarijs etiaꝫ antiquiſſimis reperit̄ verſus iſte ſic
ſcriptus. Eloquia dn̄i eloquia caſta: argentū igne
examinatū ꝓbatū ter: repurgatū ſeptuplū: ⁊ ſic eſ
ſet vitiū ſcriptoꝝ q̄ ſyllabā re diuiſiſſent a ly pur
gatū ⁊ iunxiſſent ad ly ter. Aug. tū ⁊ ceteri poſtil-
latores exponunt ſm̄ ꝙ nr̄a nunc habēt pſalteria
⁊c. Vn̄ ꝑ iſta quinꝗ vocabula in hoc ꝟſiculo poſi-
ta oſtēdit ꝓpheta q̄nꝗ ꝑfectiones legis euāgeli-
ce: ⁊ q̄nꝗ differētias q̄b⁹ differt a ceteris ſciētijs.
Nā primo dicit ꝙ lex euāgelica ſunt eloq̄a dn̄i: ꝑ
qđ oſtēdit̄ pria dignitas ei⁹: qꝛ eſt a ſolo deo tra-
dita. Et ꝑ ꝯñs nō pōt mētiri. Et etiā oſtēdit̄/ ꝙ lex
euāgelica differt ab oīb⁹ ſciētijs hūanis tā practi
cis ꝗ ſpeculatiuis q̄ ſunt ab oīb⁹ īuēte. Per hoc
aūt qđ dr̄. ij. eloq̄a caſta: oſtēdit ꝙ lex euāgelica eſt
veriſſima ⁊ caſtigata ab oī mēdacio. nā caſt⁹ dicit̄
de caſtigo caſtigas: ⁊ ſic dicit̄ caſta ⁊ correcta ⁊ ca-
ſtigata ab oī mēdacio ⁊ vitio: qꝛ caſtigat oīa vitia
in quantū ꝓhibet oē vitiū/ ⁊ docet oēm ꝟtutē. per
qđ differt ab oī ſciā ⁊ ſcptura ſupſtitioſa: ⁊ ab oī-
bus artib⁹ magicis: q̄ oēs ſunt mēdaces ⁊ adulte-
rine docētes oē mēdaciū/ ⁊ deteſtabiles/ ⁊ prauos
mores: de q̄b⁹ ſupradictū eſt. Et ideo oēs ſequen-
tes illas magicas artes dicunt̄ adulteri in ſacra
ſcriptura/ eo ꝙ deuiāt a caſtitate/ ⁊ veritate ſacre
ſcripture. Tertio lex euāgelica dicit̄ argētuꝫ igne
examinatū. Et hoc multiplr̄. Primo qꝛ fuit tradi
ta a Xp̄o: ſꝫ poſtea fuit examinata/ ⁊ digeſta igne
ſpūs ſancti in die pēteco. qn̄ venit ſpūs ſctūs ſuꝑ
apl'os ⁊ diſcipulos in linguis igneis: ⁊ ſuggeſſit
eis oīa q̄ Chriſtus dixerat eis. Itē fuit examinata
igne charitatis apl'oꝝ ⁊ martyꝝ: qui oēs mortui
ſunt pro lege euāgelica defendenda. Itē fuit exa-
minata igne miraculoꝝ. Itē fuit examinata igne
inſpiratiōis: qꝛ igne ſpūs ſancti īſpirati doctores
ipſam elucidarūt ⁊ declararūt. ꝑ hoc ergo differt
ab oībus ſcientijs humanis: qꝛ in ſolo lumine in-
tus agētis ſunt tradite ⁊ gloſſate ꝑ hoīes ſecula-
res: lꝫ hoc nō fiat ſine cōi influxu ſuꝑiori. Quarto
dicit̄/ ꝙ eſt argētū ꝓbatū: qꝛ lex euangelica multi
pliciter fuit approbata: nā primo fuit p̄nūciata ꝑ
pr̄archas ⁊ ꝓphetas: ⁊ fuit ꝓmiſſa Moyſi. Deut.
xviij. cū dixit dn̄s. ꝓphetā ſuſcitabo de medio fra
trū tuoꝝ: loq̄turꝗ ad eos oīa q̄ dixero illi. i. dabit
legē euāgelicā ſuo ore ꝓlatā. Scđo fuit p̄dicta/ et
ꝓbata/ ⁊ deſyderata ꝑ Dauid in oīb⁹ pſal. maxime
pſal. cxviij. vbi dicit Legē pone mihi ⁊c. Itē Eſaie
ij. De Sion exibit lex/ ⁊ verbū dn̄i de Hieruſalem.
Itē Hiere. xxxj. Dabo legē meā in cordibus eoꝝ/ et
in viſceribus eorū ſcribā eā. Itē fuit approbata ꝑ
deum patrem quādo dixit. Hic eſt fili⁹ meus dile-
ctus ipſum audite. i. legē ei⁹ audite ⁊ recipite. Vl-
timo fuit approbata ꝑ īnumera miracula: Ex q̄b⁹
ptꝫ ꝙ lex euangelica eſt argentū multipliciter ꝓ-
batum ⁊ examinatum per autētica teſtimonia. Et
ſic patet veritas/ ⁊ dignitas/ ⁊ autoritas eius. Et
ideo hec eſt cauſa quare fiducialiter eſt acceptāda
lex euāgelica: ⁊ eſt viuēdū in ea. Prio/ qꝛ eſt a dn̄o
Jeſu Chriſto ꝓlata. Scđo/ qꝛ eſt caſta ⁊ vera. Ter
tio/ qꝛ tanꝙ argētum igne examinatū. Quarto/ qꝛ
eſt tanꝙ argētū purgatū ⁊ ſeparatū a terra ⁊ rubi-
gine. Quinto/ dr̄ argētū terre purgatū ⁊ ꝓbatū ſe
ptuplū. per qđ nō ſolū differt ab oībus ſciētijs hu
manis: ſed etiā a ſcriptura vete. teſta. ad cuius in-
telligentiā eſt notandū/ ꝙ ſicut lex euāgelica dicit̄

Argē dū ī leg euā lica.

oleū expreſſum ab oleis vete. teſta/ ⁊ ſeparatū ab
amurca cerimoniarū: ⁊ dicitur vinū expreſſum ab
vuis vete. teſta. ⁊ ſeparatū a vinacio cerimoniaꝝ.
Et dicit̄ granū trituratū ex ſegete vete. teſt. ſepa-
ratū a paleis cerimoniarū ꝑ vētilabrū Chriſti: vt
dictū eſt ī ꝓlogo tractatu primo. Ita pariter dici-
tur argentū igne ſpūs ſancti examinatū ⁊ ꝓbatū/
⁊ terre purgatū ſeptuplū. Nā ſicut lex euangelica
erat in vete. teſt. tāꝗ oleū in oliua: ⁊ vinū in vuis:
⁊ granū in ſpica: ita erat in eadē lege veteri/ et in
cerimonijs tanꝙ argentū in minera mixtū cū ter-
ra. Vn̄ ſicut argētū effoſſuꝫ a minera nō pōt purifi
cari ⁊ ſeparari a terra: ⁊ purgari a ceteris metallj
vilib⁹ cū q̄b⁹ eſt mixtū/ niſi cū igne materiali ⁊ ma
gno artificio ⁊ ſtudio ⁊ labore: Ita myſteria euan
gelica que erant clauſa ⁊ mixta/ ⁊ tecta ſub terre-
nis/ ⁊ materialibus ⁊ ſenſibilibus cerimonialib⁹
vete. teſta. nō poterant ſeparari ⁊ purificari ⁊ pur-
gari ab illa terra cerimoniarū: niſi per laborem ⁊
mortē ⁊ paſſionem/ ⁊ doctrinā Chriſti: ⁊ per igneꝫ
⁊ lumen ſpiritus ſancti: q̄ oīa illa cerimonalia fi-
guratiua in ſe cōpleuit ⁊ conſummauit/ ⁊ verita-
tem eorū nobis aperuit/ cum incipiens a Moyſe
⁊ ꝓphetis interpretatus eſt duob⁹ diſcipulis oīa
que de ipſo ſcripta erant: Et cum clauſo oſtio in-
troiuit ad diſcipulos/ ⁊ aperuit eis ſenſum et ſcri
pturas: ⁊ omnia myſteria que erant ſcripta in le-
ge/ ⁊ ꝓphetis/ ⁊ pſal. de ipſo. Luce. xxiiij. Et ſic pur
gauit myſteria euangelica a terra cerimoniarum
igne paſſiōis/ ⁊ lumine ſue doctrine. Et ſic hoc ar
gentum euangelicū fuit igne examinatū ꝓbatū/ ⁊
terre. i. ex terra ⁊ a terra cerimoniarū purgatum
⁊ purificatum: nō ſemel tantū: ſed ſeptupluꝫ. i. ſe-
pties ꝑ Chriſtū. Nā primo fuit purificatū ꝑ ſuam
predicationē ⁊ doctrinā. Scđo per mortē ⁊ paſſio
nem. Tertio poſt reſurrectionē qn̄ aperuit eis ſen
ſum ⁊ ſcripturā. Quarto/ qn̄ aſcendit in celū/ ⁊ p̄ce
pit vt irent ad p̄dicandum euangelium ꝑ vniuer-
ſum mundū. Quinto qn̄ miſit ſpm̄ ſanctuꝫ in die
penteco. Quia tūc data ſunt apl'is dona ſpūs ſan
cti q̄bus intellexerunt oēs ſcripturas. Sexto fuit
hoc argentum examinatū ⁊ ꝓbatum ⁊ purgatū ꝑ
doctrinā apl'icā in epl'is Pauli/ ⁊ Petri/ ⁊ Joan
nis/ ⁊ Jacobi/ ⁊ Jude: ⁊ in actibus apl'orum. et in
Apocalypſi. Septimo fuit examinatū/ ⁊ declara-
tū ꝑ eccl'iaꝫ/ ⁊ ſacros doctores qui fuerūt illuſtrati
lumine/ ⁊ igne ſpūs ſancti. Et ideo Augu. ⁊ ceteri
ſacri doctores reliquerūt nobis quedā principia
⁊ doctrinalia/ ⁊ quaſdā regulas ad intelligendas
ſacras ſcripturas: vt ſciremus ſeparare argentū
euangelicū ex terra cerimoniaꝝ: quādo legimus
ſcripturas veteris teſta. Et ideo nō debent mirari
lectores fideles huius operis: qꝛ tot principia et
regulas premiſimus/ ⁊ tot doctrinas in prologo:
qꝛ abſꝗ illis impoſſibile eſt vt lector perfecte ⁊ in
tegre poſſit ſeparare myſteria euāgelica a terre-
nis cerimonijs vete. teſta. et extorquere veritates
euāgelicas ex lege ⁊ ꝓphetis. Nam ſi humana ſol
licitudo indiget tanto ſtudio ⁊ labore/ et artificio
et tot inſtrumentis ad purgandū ⁊ purificandum
argentum ⁊ aurum/ ⁊ ſeparandū ipſum a terra et
rubigine ⁊ ceteris ſpurcitijs ⁊ ſordibus: ergo mul
to maiori ſtudio ⁊ labore/ ⁊ maiori igne ſpirituali/
⁊ pluribus principijs/ ⁊ regulis/ ⁊ doctrinis indi-
get fidelis lector cum legit ſcripturam vete. teſta.

Argentū euāgelicū ſepties ꝑ chriſtū fuit purgatum.

ad extorquendas et ſeparandas veritates euan-
gelicas ab illis terrenis/ ⁊ materialibus cerimo-
nijs/ ⁊ ab illa materiali literatura/ ⁊ ab enigmati
bus ꝓphetarū: qꝛ oīa illa ſeptē pricipia/ ⁊ decē re-
gule prepoſite in tertio tractatu/ ⁊ oēs doctrine p̄
miſſe in toto reſiduo ꝓlogi nō ſunt niſi q̄dā ſpiri-
tualia inſtrumēta/ ⁊ adiumenta ad extorquendū/
⁊ purgandū/ ⁊ purificandū argentū euangelicū: a
terra vete. teſt. Et hoc eſt qđ intēdit dicere Dauid
in hoc verſu: vnde ait: Ego ponā totā ſpem/ ⁊ fideꝫ
meā in ſalutari. i. in ſaluatore meo Jeſu. cū vene-
rit in carnē. Et fiducialiter. i. cum cōfidentia agā
in eo. i. oīa opera faciam ſcđm p̄cepta/ ⁊ ſecunduꝫ
legē ſuā euāgelicā: eo ꝙ talia p̄cepta ſunt eloquia
dn̄i. i. a deo prolata. Et ſunt eloquia caſta ⁊ veriſſi
ma abſꝗ mendacio: qꝛ docēt oēm veritatē ⁊ virtu-
tē/ ⁊ ꝓhibent omne vitium ⁊ mēdaciū. Et nō ſunt
eloquia adulterina ⁊ adulatoria/ ſicut eloq̄a ora-
torum/ ⁊ poetarū/ ⁊ artium magicarū. ⁊ ſicut ſuper
ſtitiones gentilium: q̄ continēt omne mendaciū.
Itē eloquia Chriſti euāgelica ſunt argentū igne
ſpiritus ſancti examinatū ⁊ probatū. Et terre. i. ex
terra purgatū/ ⁊ purificatū ſeptuplū: per Chriſtū/
⁊ per apoſtolos/ ⁊ doctores/ ꝓut dictū eſt. Et etiaꝫ
purgatū/ ⁊ purificatū ſeptupluꝫ/ ⁊ ſepties per illa
ſeptē principia/ ⁊ ꝑ decē regulas in ꝓlogo/ tracta
tu tertio p̄miſſas: ſine q̄b⁹ ꝑfecte ⁊ integre nō pōt
intelligi ſcriptura vete. teſta. nec ex ea agentū euā
gelicum extorqueri: vt dictuꝫ eſt ibi. ⁊ ly ſeptuplū
ponitur pro multipliciter indeterminate: qꝛ mul
tis modis/ et exemplis/ et multis doctrinis/ ⁊ per
multos doctores lex euangelica fuit examinata/
et probata/ et purgata/ et elucidata: quaſi dicat
concludendo/ ꝙ poſtꝗ lex euangelica eſt ita vera
⁊ perfecta: ideo fiducialiter agam/ ⁊ viuā in ea/ et
operabor ſcđm eius precepta. Deinde cū dicitur

**Tu dn̄e ſeruabis nos: ⁊ cuſtodies nos a generatione hac in eternum.** ij. qōe vij. ca. teſtes. §. xp̄s.

¶ Petit ⁊ reſumit qđ in principio incepit petere.
ſ. liberari per Chriſtum ab omni mendaci/ et de-
teſtabili ſuperſtitione gentilium et generatione
magorum/ et necromanticorum/ ⁊ obſeruatorum
ſyderum/ et a praua generatione prauorum iudi-
cum ⁊ cauſidicorum/ et a fermento/ ⁊ falſa doctri-
na/ ⁊ malitia ſcribarum/ et phariſſeorum: de qui-
bus dictum eſt in prima parte. de quibus miſe-
rijs et afflictionibus/ et dolis/ et deceptionibus
nemo poterat mundum liberare/ niſi ſolus Jeſus
meſſias in lege promiſſus/ Ideo ait propheta.
Tu domine Jeſu Chriſte quando veneris in car-
nem/ ſeruabis ⁊ cuſtodies: et liberabis nos in eter
num ab hac praua et deteſtabili generatione ma-
gorum/ ⁊ ſuperſtitioſorum/ ⁊ maleficorum/ et de-
ceptorum/ ⁊ de miſerabili ſeruitute demonum ⁊ a
praua/ ⁊ falſa doctrina/ ⁊ fermento ſcribarū ⁊ pha-
riſſeorum: qui negarunt Chriſtum/ et eius legem
euangelicam/ ⁊ falſificauerunt ſcripturas legis/
⁊ prophetarum: in quibus Chriſtus promittitur.
⁊ figuratur. Et ſubdit

xxiiij. q. iij. c. hereticus. et c. quidā autē.

**In circuitu impij ambulant: ſecundū altitudinem tuam multiplicaſti filios hominū.**

¶ Oēs iſti impij ābulāt: nō recte ꝑ viā veritatis: ſꝫ
in circuitu ꝑ deuia mēdacia: vt decipiāt ſimplices

nō incedētes viā veritatis. vn̄ de primo ambulāt in circuitu oēs magi/ ꝛ necromātici deuiātes a prīa veritate q̄ eſt deꝰ ꝛ q̄rentes auxilia a ſpiritibꝰ im̄undis ꝛ mēdacibꝰ: q2 diabolꝰ ab initio in veritate non ſtetit. Et ideo mēdax eſt/ ꝛ pater/ ꝛ dux oīs mēdacij/ ꝛ ſemꝑ ambulat in circuitu: q̄ſi decipiat hoīem: ꝛ facit ipſuz deuiare a via veritatis ꝛ rectitudinis: ꝛ ꝑ ꝯſeq̄ues oēs eiꝰ ſequaces ambulant ꝑ eūdē circuitū extra centrū veritatis. Scdo in circuitu ābulabāt oēs ſacerdotes gentiliū/ q̄ cū ſuis ſupſtitionibꝰ ꝓpter lucrū decipiebāt populū. Tertio in circuitu ambulāt oēs poete/ ꝛ adulatores/ ꝛ paſſionati rerū geſtarū ſcriptores: q̄ ad demulcendas aures audientiū multa mēdacia ſcripſerunt. Et ſic ī eodē circuitu ambulāt oēs q̄ legūt ꝛ terūt tp̄s legēdo eorū ſcripta. Itē in circuitu ambulant oēs ſarraceni ꝛ infideles ꝛ heretici cū ſua doloſa ꝛ īpura execrabili doctrina. Itē in circuitu ambulāt oēs falſi iudices ꝛ cauſidici q̄ cupiditate lucri falſo ꝛ obliquo modo interpretādo leges detinēt ſimplices populares ꝛ paupes ꝛ viduas in longo litigio vſquequo deſtruūt ꝛ expoliant eos. Itē in circuitu ambulāt ipſi ꝛ ceci Judei extra cētrū veritatis euāgelice: q̄ vt defendāt proteruitatē ꝛ obſtinationē ſuā: falſo gloſſant ſacrā ſcripturā veteris teſta. retrahentes eam a vero ſenſu ſpirituali: cōfingētes enormia ꝛ execrabilia ꝛ irridēda mendacia de Meſſia: quē fruſtra ꝛ falſo expectant: vt patet per totum diſcurſum Thalmud/ ꝛ in gloſſis eorū. de quibꝰ omnibꝰ dicit ꝓpheta: tu dñe Jeſu chriſte ſeruabis ꝛ cuſtodies nos in eternū ab hac ḡnatione impioꝝ: q̄m oēs iſti impij ambulant in circuitu ꝑ deuia mēdacia extra cētrū v̄itatis euāgelice doctrine. Nā euangelica doctrina eſt cētrū ꝛ mēſura oīs veritatis: eo ꝙ eſt tradita a Chriſto qui eſt prima veritas ſimpliciter. Et ſic Judei moderni vſq3 ad veſperā mundi: vt canes circuibunt ciuitatē euāgelicā nō valētes intrare ſanctuariū veritatis euāgelice. pſal. lviij. Ex ſupradictis patet/ qualiter Chriſtus q̄ eſt prima veritas reparauit oēs veritates q̄ fuerāt diminute a filijs hoīz. Vn̄ ſicut ſol ꝑ ſuos radios pellit oēs tenebras/ et illuminat totū hemiſpheriū: ita Chriſtꝰ ſol iuſtitie ꝑ radios legis euāgelice fugauit ꝛ extinxit/ nō ſolū tenebras pctōꝝ ꝛ ignorātie: ſ3 ēt fugauit oīa mēdacia/ ꝛ ſupſtitiōes/ ꝛ execrabiles ritꝰ gētiliuz/ ꝛ fermentū phariſſeorū. ¶ Deinde cū dicit: Scdm altitudinē tuā m̄ltiplicaſti filios hoīz: ꝛ̄ndet cuidā tacite q̄ōni/ quā faciebat Porphyrius contra chriſtianos: ꝛ q̄ nūc cōtinue fit ꝑ curioſos. Unde dicūt: ꝙ ſi ita eſt ꝙ magici/ ꝛ necromantici/ ꝛ ſyderū obſeruatores/ ꝛ oēs ſupſtitioſi/ ꝛ gētiles/ ꝛ ſarraceni/ ꝛ iudei moderni/ oēs ambulant in circuitu ꝑ deuia mēdacia extra centrum veritatis: ꝛ ꝙ ſoli chriſtiani boni ambulāt in via rectitudinis ꝛ veritatis ꝑ legē euangelicā: ergo quare deus permiſit multiplicari ꝑ mūdū ſupradictos infideles in tā magno numero: q2 ſemꝑ fuerūt: ꝛ ſunt in mundo plures infideles ꝙ̄ fideles. Item ſi Chriſtus ſolꝰ erat liberaturus mundū ab huiuſmodi infidelitate ꝛ pctō: ergo quare diſtulit tm̄ aduentū ſuū? Itē ſi ſoli chriſtiani ambulāt ꝑ viā rectā: ergo q̄re deꝰ permittit multiplicari iudeos/ ꝛ ſarracenos/ ꝛ hereticos/ ꝛ omnes alios infideles: cum ſint maiori numero ꝙ̄ Chriſtiani? Et ſic apparet ꝙ paucos ſaluauit Chriſtus: q2 plures ſunt damnati ꝙ̄ ſaluati. Ad hoc reſpōdet ꝓpheta: ꝙ nemo poteſt hoc arcanū cōprehēdere in hac vita: q2 hoc pertinet ad ſolam altitudinē ꝛ ꝓfunditatē ſapientie ꝛ ſciētie dei: ideo dicit Dauid: O dñe/ nemo querat ſolutionē huius queſtionis in hoc mundo: q̄m tu multiplicaſti. i. multiplicari permiſiſti filios hoīz ſcilicet carnales/ ꝛ terrenos/ ꝛ infideles: ſecundū altitudinē tuā. i. ſcdm ꝓfundū ꝛ altū ſecretū/ ꝛ arcanū ſapiētie tue inacceſſibilis/ ꝛ incōprehenſibilis. Dicat ergo xp̄iana humilitas. O altitudo diuitiaꝝ ſapiētie ꝛ ſciētie dei ꝛc. Litera vero Hiero. habet. In circuitu impij ambulāt cū exaltati fuerint viliſſimi filioꝝ hominū: ꝛ tūc eſt ſenſus ꝙ ipſi mali ꝛ peruerſi hoīes nō exaltantur nec multiplicant diuitias: nec acq̄runt dignitates ambulādo per viā iuſtitie: ſed in circuitu extra iuſtitiā. i. per rapinā ꝛ dolū ꝛ cū adulatiōibꝰ ꝛ ceteris illicitis.

¶ Ex toto ergo iſto pſal. ꝛ dictis in eo poſſunt recolligi. xij. concluſiones.

¶ Prima/ ꝙ ille dicit verꝰ q̄ adequat/ ꝛ cōfirmat/ ꝛ ſubijcit ītellectū ſuū credibilibꝰ in lege dñi reuelatis: ſiue ille q̄ cōformat prime veritati q̄ eſt deꝰ: qui quidē prima veritas manifeſtat in lege dñi.

¶ Secunda/ ꝙ ille eſt vere iuſtus: qui conformat voluntatem ſuā diuine voluntati: ꝛ adequat operationes ſuas diuinis preceptis.

¶ Tertia/ ꝙ ille eſt vere ſanctꝰ: qui recte ordinat vitam ſuam viuendo ſecundū legem domini per fidem/ ꝛ ſpem/ ꝛ charitatem.

¶ Quarta/ ꝙ q̄n Adam peccauit/ defecit ꝛ deuiauit a prima v̄itate ꝛ iuſtitia ꝛ ſanctitate: in q̄bꝰ cōſiſtebat originalis iuſtitia in qua fuit creatꝰ: et ꝑ cōſequens diminuta fuit in eo veritas ꝛ iuſtitia.

¶ Quinta/ ꝙ poſtꝙ̄ Adam peccauit/ ꝯtinue ꝛ ſucceſſiue fuerūt diminute veritates a filijs hominū vſq3 ad Chriſtū: ꝛ per cōſequēs diminute fuerunt iuſtitie ꝛ ſanctitates: q2 poſtꝙ̄ homines ꝑdiderūt fidem: inceperunt incidere in deteſtabiles ritus/ ꝛ ſuperſtitiones/ ꝛ falſas opiniones/ ꝛ prauos mores in populo gentili.

¶ Sexta/ ꝙ nō ſolum in populo gentili fuerūt diminute veritates ꝛ iuſtitie: ſed etiā in populo Judaico ꝑ falſas traditiones Scribaꝝ ꝛ phariſſeoꝝ/ ꝛ Saduceorum. Et multo magis per falſam fictionem ꝛ fermentum Thalmudiſtarum.

¶ Septima/ ꝙ ſolus Chriſtus in ſuo aduētu deleuit ꝛ eliminauit falſas ſuperſtitiones gentiliū/ ꝛ detexit fermētū phariſſeorū/ ꝛ ſaduceorū/ ꝛ reſtaurauit veritatē deperditā ꝛ verificauit legē ꝛ ꝓphetas. Et hoc per radios lucidos legis euāgelice.

¶ Octaua/ ꝙ lex euāgelica eſt caſta ꝛ inuiolata et ſeptuplū igne ſpiritus ſancti examinata ꝛ purgata: ꝛ ideo in ſola ipſa eſt viuēdū/ ꝛ ſcdz ipſam operandum/ ꝛ in ſola ipſa eſt ſpes ꝛ fiducia ponenda.

¶ Nona/ ꝙ ſolus Chriſtus cuſtodiuit ꝛ liberauit mūdum a praua generatione idololatrarū/ ꝛ paganorum/ ꝛ iudeorum/ ꝛ infidelium.

¶ Decima/ ꝙ ſicut ſoli catholici ambulant per viā rectitudinis/ ꝛ veritatis/ ꝛ iuſtitie: ita omnes impij/ ꝛ infideles ambulant in circuitu extra viam ꝛ centrum veritatis.

¶ Undecima/ ꝙ hoc arcanuz: ſcilicet quare deus permittit impios ꝛ infideles/ ꝛ peccatores multiplicari: eſt ſoli deo cognitum ſecundum altitudinem ſue ſapientie.

¶ Ex ſupradictis infert. xij. cōcluſio. ſ. ꝙ iſte pſalmus nō eſt factus nec commode nec debite poteſt exponi literaliter de prodimēto ciuiū Ceile machinato contra Dauid: ſed eſt factus: ꝛ eſt exponēdus de diminutione ꝛ corruptione humane nature facta in Adam propter peccatū: que erat ꝑ ſolū Chriſtum reſtaurāda per gratiā ꝛ ꝑ legē euāgelicā: eo modo quo dictum eſt. qd̄ nō ſolū ꝓbat ex ſacra ſcriptura vtriuſq3 teſtamēti: ſed etiā ex gloſſis ex dictis Thalmudiſtarū ꝛ magiſtrorū Hebreorum.

¶ Ad cuiꝰ probationē eſt aduertēdū: ꝙ iſta dictio Tolach in Hebreo idem eſt ꝙ ḡnationes latine: que quidē dictio vbiq3 ſcribit diminute: per ſola pūcta ſyllabicata: preterꝙ̄ in duobꝰ locis. ſcilicet Gen̄. ij. vbi dicit: Iſte ſunt ḡnationes celi ꝛ terre ꝛc. ꝛ Ruth vlti. cap. vbi dicit: Iſte ſunt ḡnationes phares ꝛc. In quibꝰ duobus locis iſta dictio toldach. ſcribit perfecte cū oībus ſuis literis itegre. Ubi querit Rabi Salmay: que eſt cauſa quare dictio toldach in oībus alijs locis ſcribitur diminute: preterꝙ̄ in his duobus locis? Ad qd̄ reſpondet ꝙ cauſa eſt hec. Nam in principio oīa fuerunt creata in plenitudine perfectionis ſue. ſed quādo peccauit Adam primus homo: oīa fuerunt corrupta et diminuta: ꝛ maxime generatio humana. Et dicit vlterius: ꝙ iſta corrupta ꝛ diminuta: nō reuertentur ad perfectum ꝛ integrum ſtatum ꝛ diſpoſitionem: donec veniat filius Phares ꝛ Dauid. ſcz Chriſtus meſſias in lege promiſſus. Unde dicit ꝙ iſta dictio toldach: ideo Gen̄. ij. ſcribit integre cū omnibus ſuis literis: quando dicitur: Iſte ſunt generationes celi ꝛ terre ꝛc. eo ꝙ̄ Adam nūdum peccauerat: ideo omnia erāt perfecta. ꝛ integra in ſua natura. Sed quia poſtꝙ̄ Adā peccauit oīa fuerūt corrupta ꝛ diminuta: ideo vbicunq3 ponit poſtea hec dictio toldach: ſcribit diminute: de eo Gen̄. v. vbi dicitur: he ſunt ḡnationes Adam. Et Gen̄. vj. he ſunt ḡnationes Noe. Et Gen̄. xxv. he ſunt ḡnationes Iſmael ꝛ ḡnationes Iſaac ꝛ Jacob ꝛc. ſemper iſta dictio toldach ſcribitur diminute: ad denotandum ꝙ tota humana generatio erat corrupta in omnibus illis: Sed poſtea Ruth vltimo quando dicitur: Iſte ſunt generatiōes Phares: iſta dictio toldach ſcribitur integre: per qd̄ denotatur ꝙ tota generatio humana corrupta ꝛ diminuta ī Adā. debebat reſtaurari: ꝛ reintegrari: ꝛ refici ꝑ Chriſtum in lege promiſſum filium Phares et Dauid. Ex quibus patet ꝙ̄ iſte Rabi Salmay in ſuis dictis concordat cum Dauid in hoc pſal. ſecūdū predictam expoſitionem: quia nihil aliud intēdit predicere Dauid in hoc pſal. niſi ꝙ̄ q̄n Adam defecit a prima veritate: ꝛ iuſtitia ꝛ ſanctitate: tunc tota humana natura fuit in eo corrupta et diminuta: et ſic ſucceſſiue diminute fuerunt omnes veritates a filijs hominum. Sed quia humana natura nō poterat reſtaurari: niſi per Chriſtum: ideo dauid vocat eum: vt veniat ad ſaluandum genus humanū a peſte ſupradicta: prout dictum eſt.

## VSque quo domine obliuiſceris me in finem? vſquequo auertis faciem tuam a me?

Titulus: Victori: ſiue in finē pſal. ipſi Dauid. Ex titulo apparet: ꝙ Dauid fecit hunc pſalmū dirigēs nos in Chriſtū: q̄ eſt filius legis ꝛ verus Dauid: victor contra diabolū. q̄ quidem Chriſtus ſiue Dauid in mundo expectabatur Saluator: ꝛ redēptor. In quo pſal. propheta in perſona ipſius Adam ꝛ totiꝰ corporis myſtici conqueritur de lōga mora Chriſti: ꝛ longa ſua captiuitate. ideo exclamat: vt Chriſtꝰ in breui veniat ad illuminandū: ꝛ liberandū ipſum de captiuitate diaboli. ꝛ cecitate tenebrarū. Vn̄ eſt aduertendum: ꝙ licet iſte pſal. ſit paruus in lr̄a tn̄ eſt magnꝰ in ſententia: ꝛ virtute: et vtilitate: eo ꝙ̄ ſub eiſdē verbis explicat Primo: deſyderiū p̄triarcharū de aduētu Chriſti. Scdo ſtatum pctōris penitētis: deſyderātis ꝑ gratiā iuſtificari: ꝛ a pctō liberari. Et ſic iſte pſ eſt ſimul propheticꝰ ꝛ penitentialis: ꝛ ſic oportet ꝙ̄ dupliciter exponat. Primo prophetice. Scdo moraliter. ¶ Quātū ad primum ſenſum tria facit Dauid in hoc pſal. Nā primo dolendo de lōga mora aduētꝰ Chriſti: explicat miſerabilē ſtatū ſuum. Scdo petit liberari. Tertio promittit ſe grās acturum. Secūda ibi. Reſpice ꝛ exaudi me. Tertia ibi. Ego aūt in mīa tua ſeraui. ¶ Quātum ergo ad primum eſt notandū: ꝙ̄ ante aduētū Chriſti totū genus humanū erat in triplici miſeria conſtitutum. Primo: q2 erat proiectū a facie dei ꝓpter pctm̄ Ade et ꝑ cōſequēs extra gratiā. Scdo: q2 erat ſubiectū diabolo propter peccatū: ꝛ idololatriaz. Tertio: q2 diu expectauerat Chriſtū ꝛ nōdū veniebat: ideo Dauid in ꝑſona totiꝰ ḡnis hūani deflēdo lōgam miſeriā ſuā: ꝛ longā morā Chriſti: ꝛ cupiens liberari ait. Vſquequo dñe obliuiſceris me in finē. i. deducere me ad te qui es finis legis: ꝛ finis oīs miſerie? q2 per te debet finiri omne pctm̄ ꝛ oīs miſeria: q2 in tuo aduētu finē accipiet pctm̄: ꝛ ducet iuſtitia ſempiterna. Daniel. ix. ergo Adā miſticꝰ cupiens liberari per Chriſtū futurū dicit. Vſquequo dñe obliuiſceris me in finē. i. obliuiſceris venire: vt des finē legi: ꝛ ducas iuſtitiā? Et vſquequo auertis faciē tuā ꝛ gratiā a me: differēdo aduentū tuū? Et vſquequo exaltabit diabolus inimicꝰ ſuper me? q2 toti mūdo dn̄at: ꝛ poſſidet genꝰ hūanum in hoc ſeculo per idololatriā ꝛ pctm̄. Et in īferno oībꝰ dn̄at per penā ſenſus: aut dāni. Et q2 hō ſemꝑ erat ī tali querela ꝛ mediatiōe cōſiderādo ſuū miſerū ſtatum: ꝛ q2 erat ꝓiectꝰ a facie dei: ꝛ captiuus in poteſtate diaboli: ideo affligebat in mēte: ex cōtinua meditatione in nocte: ꝛ affligebatur in corde ꝛ corpore ex cōtinuo dolore ꝛ timore pene. Ideo ſubdit.

## Quandiu ponam conſilia in anima mea: dolorē in corde meo per diem?

¶ Quādiu ponā cōſilia in aīa mea. i. vertā ꝛ agitabo cogitationes in mente: ꝛ ponam: ꝛ patiar dolorem in corde per diem. i. per totā vitam meam timēdo penā: ꝛ expectando te: vt liberes me? Quia dum tu tardas: diabolus ſemꝑ dominatur in mūdo. Ideo o domine

## Vſquequo exaltabitur inimicus meus ſuper me? reſpice et exaudi me domine deus meus.

¶ Vſquequo exaltabitur ſuper me? quia in toto orbe adoratur: ꝛ colitur a paganis: vſquequo tu venias et eijcias eum foras: ergo vſquequo tantū tardas? Reſpice ꝛ exaudi me dn̄e deus meus. Illu. ꝛc.

h

Marginalia:
quare deꝰ īfideles ꝑmiſit multiplicari
Duodecima cōclo.
No. ꝓpter pctm̄ Ade oīa deprauata.
De ſūmatrini. ꝛ fi. de catho. capi. j.
duplex expoſitio.
N.
De pe. di. j. c. ſerpēs
vij. q. j. c. cum percuſſio.

exponit ſuam petitionem petēdo liberationem di
cēs. O Chriſte dñe deus meus: quia hucuſq; auer
tiſti faciem tuā ⁊ oblitus es mei: ideo nunc reſpice
miſerendo ⁊ gratiam conferendo: ⁊ exaudi me tuū
aduentum accelerando. Et

**Illumina oculos meos ne vnquam obdor
xvi. q. miam in morte: nequando dicat inimicus
ij. c. vi meus preualui aduerſus eum.
ſis.**

**Qui tribulant me exultabunt ſi motꝰ fue
ro: ego autē in miſericordia tua ſperaui.**

❡ Illumina oculos meos. i. aīam meam cecam et
ignorantem ⁊ tenebroſam: ⁊ falſa ſuperſtitione ſe
ductam: ⁊ in tenebris peccatorū obrutam. Et hoc
facies per legem euangelicam ⁊ eccleſiaſtica ſacra
mēta: Ne vnꝗ obdormiā in morte peccati: ⁊ igno
rantie in qua ſum. Ne inimicus meus diabolus di
cat aliquando: nec poſſit gloriari dicendo. Ego pre
ualui aduerſus eum. ſ. aduerſus hoiem in eterna
eum captiuitate poſſidēdo. Nam ſi ego motus fue
ro ab hac vita ſine fide euangelica ⁊ charitate: tūc
inimici mei diaboli qui tribulant me: in quorum
poteſtate ſum: tunc exultabunt eternaliter me cru
ciando: et in poteſtate ſua poſſidendo. ergo veni
S ne differas ⁊ noli tardare: vt liberes me. ❡ Ego
Cultus autem. Hic promittit ſe gratias acturum poſtꝗ
dei cōſi fuerit liberatus ⁊ redemptus poſt aduētū ⁊ paſ
ſtit in ſionem Chriſti: ⁊ hoc in exhibendo Chriſto verum
tribus cultum. ❡ Unde nota: ꝙ verus Chriſti cultus con
ſiſtit in tribus principaliter. Primo interius in fi
de ſpe ⁊ charitate. Nā fides eſt in itellectu: ⁊ ſpes
⁊ charitas in voluntate. Secunda pars cultus di
uini conſiſtit in laudando deum. i. confitendo eum
ore coram hominibus: ⁊ agēdo gratias beneficio
rū: ſiue ex beneficijs receptis. Tertio in bene ope
rando erga proximū. Unde primo credimus ⁊ di
ligimus deum: ⁊ ponimus ſpem noſtram in eo: et
hoc pertinet ad actum interiorē anime. Secundo
ex hoc prorumpimus in laudes eius: ⁊ verā ado
rationem. Et exinde operamur opera miſericor
die erga proximum. Et hoc ſeruat eccleſia. Nā pri
mo precipit ⁊ dat fidem: ⁊ ſpem: ⁊ charitatem: et do
na ſpiritus ſancti per ſacramēta eccleſiaſtica. Se
cundo ordinauit officia eccleſiaſtica: que ſepties
in die deo cantamus. Et ordinauit feſtiuitates in
quibus cantamus beneficia: que Chriſtus nobis
exhibuit per ſuā incarnationē: ⁊ natiuitatem ⁊ paſ
ſionem: et reſurrectionē: ⁊ aſcenſionem: ⁊ predica
tionem. Et ſic predicamus in eccleſia omnia bene
ficia Chriſti agendo gratias: ⁊ quotidie recomme
moramus paſſionē Chriſti: ⁊ offerimus Chriſtum
mediatorem dei ⁊ hoīm in ſacramēto euchariſtie.
Et in his cōſiſtit ſecunda pars diuini cultus. Ter
tio operando opera miſericordie erga proximum
ꝓpter deū. que eſt tertia pars diuini cultꝰ. ❡ Hoc
ergo preuidens Dauid in ſpiritu dicit. O Chriſte
veni in carnem: ⁊ illumina oculos mentis mee: ꝑ
tuā legē euangelicā: Ne vnꝗ obdormiam ⁊c. Nam
demones qui tribulant me exultabūt. i. exultarēt
ſi motus fuero a ſtabilitate fidei: ⁊ ſine redēptio
ne ab hac vita: autem pro ſed: ſed quia per fidē: et
ſpē mee redemptionis intendo ſaluari: in qua oēs
antiqui ſaluabant. quaſi dicat. ꝙ ſi motus fuero ⁊
receſſero ab hac vita ſine redēptione: tunc diaboli
exultabunt ergo veni ad liberandū me ⁊c. Ideo
ſemꝑ in miſericordia tua ſperaui: q2 tu per miſeri
cordiam tuā ⁊ paſſionem me ſaluabis. Et cum fue
ro a te per paſſionem ſaluatus: ⁊ cum repoſueris
⁊ cōſtitueris me in lege gratie: tunc reddam tibi
verum cultum.

**Exultabit cor meum in ſalutari tuo: can ſuꝑ
tabo dño qui bona tribuit mihi: ⁊ pſallam vi
nomini domini altiſſimi.**

❡ Primo exultabit cor meū: in ſalutari ⁊ redem
ptione tua ex firma fide: ⁊ ſpe: ⁊ charitate. Et hoc q;
ad primam partē diuini cultus: q2 gaudebo ⁊ exul
tabo me eſſe a te ⁊ per te redemptum. Et ſic dolor
quē in corde habebā ex ſtatu miſerie cōuertet mi
hi in gaudium ⁊ exultationē per aduentum tuū.
Secūdo cantabo domino patri: q̄ bona tribuit mi
hi mittendo filium ſuum. Et ſub eodē cultu ⁊ ado
ratione: cātabo laudes dño Jeſu Chriſto filio ſuo
qui tribuit mihi bona. ſ. bñficia incarnatiōis: ⁊ na
tiuitatis: ⁊ legis euangelice: ⁊ paſſionis: ⁊ redem
ptionis: ⁊ cetera. Et ſic cōfitebor ipſum verū deū: ⁊
predicabo publice ꝑ vniuerſum mundū beneficia
recepta: ⁊ celebrabo officia in feſtiuitatibꝰ ſepties
in die ⁊c. Tertio adimplebo legem ſuam bene ope
rando erga proximum. Et ſic ergo tripliciter colam
ipſum: ſcilicet ore: ⁊ opere: ⁊ vita contemplatiua: 
⁊ actiua. Et ſic tripliciter agam gratias pro bene
ficijs a deo receptis in ſuo aduentu. ❡ Sed quia
intentio Dauid in hoc pſalmo non ſolū eſt ꝓphe
tica: deſyderando ⁊ ꝑdicando aduentum Chriſti:
vt expoſitum ⁊ dictū eſt: ſed etiam intentio eiꝰ fuit
deducere nos ad veram penitentiā exemplo ſui:
Ideo iſte pſalmus eſt moraliter exponendus pro
quolibet peccatore penitente. Unde forſan Da
uid fecit hunc pſalmū poſt peccatū adulterij Ber
ſabee: quod per annum celatū tenuit: vt patebit
pſalmo. l. Ideo deflet in hoc pſalmo miſerabilem
ſtatū ſuum: ⁊ longā morā in illo peccato: ꝑ qd fuit
ſeparatus per annū a gratia dei. ⁊ a ſpiritu ꝓphe
tico. Ideo in hoc pſalmo agens penitentiam duo
facit. Nam primo deſcribit totum proceſſum: ⁊ de Qu
curſum vere penitentie. Secundo vero diſcurſum eſt
⁊ proceſſum ſtatus gratie poſt penitentiā: in quo mit
homo ſatiſfacit peccator: ibi: Ego autem in miſeri tia.
cordia tua ſperaui ⁊c. Quantum ad primū eſt no
tandū ſm Aug. libro de vera ⁊ falſa penitentia: ꝙ
penitentia eſt quedam dolentis vindicta: puniens
in ſe qd dolet commiſiſſe. Gregorius vero dicit ꝙ
penitentia vera eſt: pecata preterita cōmiſſa plan
gere: et plangenda iterum non committere. Et ſic
omnes aſſignant tres partes penitentie: ſc3 con
tritionem: ⁊ confeſſionem: ⁊ ſatiſfactionem. Sed
in prima parte multa precedunt: ſc3 ad contritio
nem. Nam proceſſus penitentie debet correſpon
dere proceſſui peccati: quod ſimiliter conſiſtit in
corde: ⁊ ore: ⁊ opere. vnde in prima parte multa
continentur. Nam quis primo proponit peccare:
ſed cognitio precedit propoſitum. Nam primo ho
mo conſiderat: ⁊ cognoſcit apparens bonum: ad
quod conuertitur: etiā habet cognitionem dei: et
legis eius: a quibus auertitur. Et poſtea conuer
titur ad cōmutabile ſibi apparēs bonū. Primo er
go auertiť ab incōmutabili ſibi cognito bono ex
lege ſibi data. Scdo cōuertitur ad cōmutabile ſibi



apparens bonum: ⁊ ꝓponit peccare. Et hic dicitur
primꝰ gradus peccati: ſcilicet in corde: per qd ili
co perdit gratiā dei homo in qua erat Secundo
ſequitur locutio per os vel effectus ⁊ opus peccā
di. Tertio ſequitur proſecutio. Et ideo oportet qd
tripliciter peniteat. ſ. corde per contritionē: et ore
per confeſſionem: ⁊ opere ꝑ ſatiſfactionem. Sed
quia propoſitum peccandi preceſſit cogitatio: Nā
ideo dicitur peccatum: quia propoſitum ⁊ volun
tarium: ita ideo dicitur propſitum ⁊ voluntarium
quia precognitum: ita pariter vera contritio dici
tur que eſt precogitata ⁊ precognita: ideo duo vel
tria precogitantur ante contritionem: Nam ꝑmo
peccator conſiderat deum quem offendit: ⁊ a quo
ſeparatus eſt: ⁊ gratiam quam perdidit: ⁊ legem
contra cuius preceptum ⁊ iuſtitiam fecit. Secun
do conſiderat vilitatem peccati: et miſerabilē ſta
tum in quo eſt: ⁊ deteſtatur peccatum ⁊ reuertiť
ad deum. ⁊ tunc conuertitur in corde verſando ſu
pradicta ⁊ ſic dolet ſe contra deum peccatum con
miſiſſe. Et iſte eſt primus gradus penitentie: et ſic
in eodem gradu et ſtatu proponit duo. Primo di
mittere peccatum. Secūdo cōfiteri. Tertio nunꝗ
Gradꝰ amplius committere. Et ſic perficitur primus gra
pnie dus penitentie: ⁊ ſequitur ſecūdus. ſ. confeſſio pec
cati apud eccleſiam ſi adeſt facultas ⁊ oportuni
tas Tertio ſequitur poſt cōfeſſionem ſatiſfactio
⁊ bona operatio in ſtatu gratie. Et hunc ordinē ſer
uat hic Dauid: ⁊ docet ſeruare omnem penitentē.
Nam conuerſus ad ſe: et videns miſerum ſtatum
ſuum: ſeparatum a gratia dei: eo ꝙ a deo fuerat
auerſus: et deus ab eo: ⁊ ſubtraxerat gratiā ꝓ
pter peccatum: et permiſit per lōgum tēpus ma
nere in ipſo: ideo dicit Dauid ad deum. O domine
vſquequo obliuiſeris me in finem: permittendo
me tandiu manere in peccato: Et vſquequo: et ꝗ
diu auertis faciem tuā a me ſubtrahendo grām:
Secundo conſiderando peccatum ⁊ miſerum ſta
tum ſuum dicit: Quādiu ponā conſilia in aīa mea
id eſt cogitabo peccatum in quo ſum tam deteſta
bile ⁊ abominabile: et huiuſq; non potui nec vo
luiꝰ exire: Tertio ex hoc ſequitur dolor ⁊ cōtritio
in corde: ideo ait: Quādiu ponā dolorem in corde
meo per diem. i. cōtinue dū recordatus fuero pec
cati: ⁊ offenſe dei. Et ſic ſequitur dteſtatio pecca
ti in quo diabolus dominabatur ſibi: cū dicit vſ
quequo exaltabitur: ⁊ dñabitur diabolus inimi
cus meus ſuper me poſſidendo me per peccatum
Et hec eſt vera confeſſio: quia confitetur peccatū
ſuum: ⁊ proponit dimittere: ⁊ amplius nō cōmitte
re: ideo petit liberari per gratiam gratificantē di
cens: Reſpice dando gratiam: O domine deꝰ meꝰ
poſtꝗ per tantum tēpꝰ auertiſti faciem tuā a me
ꝓpter meum peccatum: ⁊ exaudi me: dādo veniā ⁊
dimittēdo culpā. Et illumina oculos mētis mee.
Ne vnꝗ obdormiā in more. i. ne moriar in mortali
pctō quia tunc eſſet peccatum obſtinatiōis ⁊ fina
lis impenitentie: quod nō dimittitur in hoc ſecu
lo nec in alio: pro quo non eſt orādum. Et gloriare
tur diabolus ſe preualuiſſe aduerſum me. Et ideo
nequando: id eſt aliquando inimicus meus dia
bolus dicat: ego preualui aduerſꝰ eum: tu ꝓpter
miſericordiam: illumina oculos meos lumine tue
gratie mihi preteritā culpam remittendo: ne am
plius ſimilia peccata committam. Nā ſi motꝰ fue
ro ab hac vita. ⁊ deceſſero ſine penitentia: tunc de
mones qui tribulant me tentando per peccatum ⁊
exultabunt: ⁊ poniť futurum idicatiui pro cōiun
ctiuo: eo ꝙ Hebrei carent optatiuo ⁊ cōiunctiuo:
vt frequenter dictum eſt: quaſi dicat. Si decederē
ſine penitentia tunc exultarent inimici mei demo I
nes. ❡ Ego autē. Hic deſcribit ſtatum gratie in q̄
ſit vera ſatiſfactio: nam ſicut ſtatus peccati habet
tres gradus: ſcilicet malum propoſitum: ⁊ execu
tionem ⁊ proſecutionem: quia corde: ore: ⁊ opere Iuſtus
peccator offēdit deum: Ita pariter in ſtatu gratie deo tri
iuſtus tripliciter deo ſeruit: ſcilicet corde ꝑ fidē: pliꝛ ſer
ſpē: ⁊ charitatem. Secundo ore deum laudando: uit.
et de beneficio remiſſionis peccati adepto: ⁊ peni
tentia facta gratias agendo Tertio bona opa per
charitatem exercendo: et pro reatu ⁊ peccato quō
dam cōmiſſo plene ſatiſfaciendo. Et iſta tria tāgit
Dauid in hac litera. Unde dicit primo: ego autem
poſtꝗ egero verā penitentiā: ⁊ mihi fuerit remiſ
ſa culpa: ⁊ illuminatus fuero per gratiā: tunc i mi
ſericordia tua ſperaui: id eſt ſperabo: ⁊ hoc ꝑ fidē
verā ⁊ ſpem: ex quibus ſequitur charitas ⁊ vera
exultatio in corde. Nam ſicut cum eram in pecca
to delectabar in eo ita poſt actam penitentiā dele
ctabor in ſtatu gratie per fidē: ſpem: ⁊ charitatem
Et ſic exultabit cor meū in ſalutari tuo. i. in ſalute
anime mee: quā per penitentiam acquiſiui: ⁊ tunc
delectabiliter ſeruiam deo. Primo in vita contem
platiua deum laudando ⁊ gratias agendo pro be
neficijs receptis. Et ſic cātabo domino qui tanta
bona tribuit mihi culpam remittendo: ⁊ gratiam
conferendo. Secundo pſallam nomini domini al
tiſſimi bene operando erga proximum: ⁊ pro pec
cato ſatiſfaciendo. Unde nota: ꝙ tria ponūť i hoc
verſiculo. ſ. exultatio cordis: per quā intelligitur
ſtatus ⁊ gaudium: fides ⁊ ſpes ⁊ charitas dei et ꝓ
ximi. Secundo ponitur cantus per quē intelligi
tur gratiarū actio: ⁊ vita contemplatiua. Tertio
ponitur pſallere per quod intelligitur bona ope U
ratio ad laudem dei: ⁊ vtilitatē proximi: que eſt prima
obſeruatio decem preceptorū. ❡ Ex toto iſto pſal conclu
mo poſſunt recolligi quatuor concluſiones. Qua ſio.
rum prima eſt qd deus obliuiſcitur peccatorem ⁊
auertit faciem ſuam ab eo ſubtrahēdo gratiā pro
pter peccatum. Unde peccator non peccauit: quia
deus ſubtraxit gratiā: ſed ideo deꝰ ſubtraxit gra
tiam: eo qd homo peccando abiecit eam. Et ſic deꝰ
non eſt cauſa peccati: ſed iſte homo qui peccando Scda
abiecit gratiā. ❡ Secunda concluſio ꝙ oppoſitū cōcl'o
accidit in iuſtificatione peccatoris: quia collatio
gratie precedit abiectionem culpe. Nam ideo pec
cator conuertitur ⁊ iuſtificatur: quia deus illumi
nat eū gratiā cōferendo. Ideo Dauid in ꝑſona pe
nitens petendo gratiam gratificantem dicit: Il Tertia
lumina occulos meos ⁊c. ❡ Tertia cōcluſio qd ſi cōcl'o.
peccator non egerit penitentiā in vita: ſ3 moriať
obſtinatus: tunc diabolus dicitur victor ⁊ preua
luiſſe aduerſus eū: eo ꝙ tenuit hominē in pecca
to vſque ad terminū: ⁊ nō reliquit ipſi locum pe Quar
nitētie. Quarta concluſio qd tria recuperat: et cō ta con
ſequitur homo per penitentiam Primo letitiā in
corde recuperando charitatem. Secundo cantat
domino gratias agendo: q2 euaſit perpetuā dam
nationem. Tertio libere operať me ritorie ſecun
dum diuina mandata.

Argu. de pe. diſ. j. §. creſcitẽ ca. me. dicina ⁊. xv. q. j. §. j. ante fi.

**Dixit inſipiens in corde ſuo: non eſt deus.**

¶ Titulus: In finẽ pſalmus ipſi Dauid. Ex titulo pꝫ: ꝙ Dauid fecit hunc pſalmum dirigens nos in Chriſtum qui eſt finis legis: ⁊ liberator ⁊ ſaluator Iſrael: vt patebit in fine huius pſalmi. Sed de materia huius pſalmi dicit Rabi Solo. ꝙ Dauid fecit hunc pſalmũ preuidens deſtructionem Hieruſalem faciendã per Nabuchordonoſor: ⁊ captiuitatem Judeorum in Babylonia. Et dicit ꝙ iſte incipiens q̃ dixit in corde ſuo nõ eſt deus: fuit Nabuchodonoſor: ⁊ populus Caldeorum: qui dixit: quod deus Iſrael non erat verus deus: quia non potuit Judeos liberare de manib⁹ ſuis. Et ideo Nabuchodonoſor: ⁊ oẽs Caldei corrupti ⁊ abominabiles facti ſunt. Et iſto modo Rabi Salo. et multi rabini Judeorum literaliter precise ad hunc ſenſuꝫ gloſſant iſtum pſalmũ. ſed manifeſte patet talem expoſitionem eſſe inutilem ⁊ inanẽ. Primo quia ſequeretur quod iſte pſalmus non pertineret ad ſacrã ſcripturã: cum talis expoſitio nõ explicet aliquod ſacramentum de chriſto ⁊ eccl'ia. Secũdo non dirigeret nos in chriſtũ: qđ eſt cõtra titulum propoſitũ huic pſalmo. Tertio quia expoſitio non eſt ſufficiens nõ explicans intelligentiã pſalmi in quo dicitur: ꝙ deus de celo proſperit nõ ſolum ſuper Babylonios: ſꝫ ſup oẽs filios hoĩm: ⁊ oẽs declinauerũt ⁊c. ergo nõ ſolũ Chaldei ⁊c. Et iõ Caſſiodorus exponit hunc pſalmũ de populo Judeorũ: q̃ dixit in corde ſuo ꝙ chriſtus non erat deus: ⁊ ideo incurrit omnes corruptiones: ⁊ maledictiões in hoc pſalmo memoratas. Sed etiam iſta preciſe expoſitio facta de ſolis Judeis videtur inſufficiẽs propter hoc ꝙ dicitur ꝙ deus reſpexit ſuper omnes filios hominum: ⁊ non ſolum ſuper Judeos: Sed omnes declinauerũt ⁊c. Et ideo Beatus Auguſtinus nõ ſolum exponit pſalmũ de Judeis: ſed etiã de populo gentili: ⁊ de quibuſdam philoſophis: qui negarunt deum eſſe creatorem mundi: ⁊ iuſtũ iudicem ⁊ retributorem: nec habere prouidẽtiam de actibus humanis: nec poſuerunt vnũ deũ: ſed plures. Et ideo negato hoc primo principio proruperunt in omnem corruptionẽ: ⁊ omnia ſcelera in hoc pſalmo memorata. Sed cum reuerẽtia tãti viri: adhuc expoſitio ⁊ prefata cauſa preciſe aſſignata non videtur eſſe ſufficiens: nec videtur euacuare totam ſententiam: ⁊ intelligentiam huius pſalmi: vnde Apoſtolus ad Romanos tertio per

Nota. ſcripturam huius probat non ſolum gentiles ſed etiam Judeos: ⁊ omnes homines fuiſſe corruptos in Adã. Unde dicit. Cauſati: id eſt argumentati ſumus Judeos ⁊ grecos omnes ſub peccato eſſe. et intelligit per grecos oẽs gentiles ⁊ barbaras nationes: ⁊ omnes filios Adam: vt patet intuẽti. Et ſic ex fundamento huius pſalmi profert illam vniuerſalem ſententiam: Omnes in Adam peccauerunt. Ex quibus verbis apoſtoli videtur innui: qđ ille incipiens: qui dixit in corde ſuo non eſt deus: per quem ⁊ cuius peccato omnes homines ſunt corrupti: et incurrunt omnia ſcelera in hoc pſalmo memoria: fuit. ipſe Adam: qui dixit in corde ſuo non eſt deus. Sed hec ſententia apoſtoli: et intelligẽtia videtur nimis dura et extranea: ſcilicet quod Adã dixerit in corde ſuo deum non eſſe: ⁊ ꝙ aliquo modo negauit deum: cum fuerit creatus in tanta ſcientia et ſapientia: ⁊ cui deus commiſerat gubernationem omnium creaturarũ inferiorum: ⁊ qui omnib⁹ ꝓpria nomina impoſuerat: ſm proprias naturas. Et ſic ſciuit deum eſſe omniũ creatorem ⁊ gubernatorem ⁊c. Item. ex textu Geñ. nõ habetur ꝙ Adam negauerit deum quando peccauit: immo poſt peccatum fugit a facie dei ex timore ⁊ confuſione: ⁊ per conſequens ſemp confeſſus eſt: ⁊ nouit ipſum eſſe deum ⁊ dominum. In oppoſitũ videtur litera huius pſalmi ſm intentionẽ apoſtoli. ¶ Ad cui⁹ intelligentiam eſt valde aduertendum: ꝙ aliquem negare deum ſtat dupliciter. vno modo directe ⁊ aſſertiue. alio modo indirecte. Primo modo Adam nõ negauit deum directe ⁊ aſſertiue: qꝛ ſemp cognouit deum eſſe creatorem ⁊ dominum: vt dictum eſt. Sed ſcđo modo poteſt dici ꝙ negauit deum indirecte ⁊ dubitatiue: inquantũ putauit aliquid ineſſe ſiue de eſſe deo: qđ eſt contra eius maieſtatem: ⁊ immenſam ſapientiam: ad qđ ſequebatur deũ non eſſe deũ: qꝛ putauit deum eſſe inuidum: ⁊ finitum in ſapiẽtia. qđ probatur. Nam qñ Adam credidit diabolo dicenti ſibi. Nequaq̃ moriemini: ſed eritis ſicut dij ſciẽtes bonũ ⁊ malũ ⁊c. tunc Adam putauit tria de deo. Primo deũ eſſe mendacẽ in verbis non faciẽtẽ qđ cõminabat. Scđo putauit eũ eſſe inuidũ: eo ꝙ timebat ne Adã ſibi equipararetur ĩ ſcientia. Tertio putauit deum eſſe finitum cũ de facto ipſe Adam preſumpſit deo parificari: vt ait Auguſti. ꝙ Adam et Eua volentes rapere diuinitatem perdiderunt felicitatem. Ex quibus ſequebat deũ nõ eſſe deũ: qꝛ iſta tria ſequebant ex verbis diaboli. Ex quibus ſequebat deum nõ eſſe deũ. Unde diabolus fecit deum mendacem dicẽdo. Nequaq̃ moriemini. Et fecit eum inuidum: cũ ſubdit. Scit eñ deus: ꝙ in quocũq; die comederitis ex eo aperiẽtur oculi veſtri: ⁊ eritis ſicut dij ſcientes: id eſt equales in ſciẽtia. Ex quibus ſequebatur nõ ſolum deum eſſe finitum. ſed etiam inuidum: ⁊ per cõſequens ſequebatur non eſſe deum. Et ſic Adam credendo diabolo ⁊ vxori iducitur in eoſdẽ error es: licet indirecte. Sed gentiles ⁊ quidam philoſophi magis directe negarunt deũ: dicentes deum non habere curam: nec ꝓuidentiã de actibus humanis. Sed Judei magis directe negarunt deũ negãdo Chriſtum eſſe deum ⁊ meſſiam in lege promiſſum: vt patuit. Tres ergo inſipientes negarunt deũ. Primo Adã. indirecte dubitando de eius veritate ⁊ infinita ſapientia. Scđo populus gentilis negando ei⁹ vnitatem: ⁊ prouidentiã ⁊ iuſtitiam. Tertio populus iudaicus negando Chriſtum eſſe verum deum et meſſiam. Triplicem ergo corruptionem preuidit ⁊ vidit in ſpiritu Dauid conſiderando omnes ſtatus hominũ. Nam primo vidit vniuerſalem corruptionem humane nature factam: et etiã ꝓueniẽtem ex peccato ipſius Adam. Scđo vidit corruptionem morum totius populi gentilis: et oĩm barbararũ nationum prouenientem ex negatione iuſtitie et prouidentie diuine de rebus humanis. Tertio preuidit corruptionem populi Judaici venturam ex negatione Chriſti in lege promiſſi. Tripliciter ergo exponetur iſte pſalmus ſecundum qđ Dauid fecit ipſum de ſupradicta corruptione. Nam primo

ꝫ Dup. neg. deũ.

Nota tres inſipien. deũ negãt.



exponet de corruptione totius humane nature facta in Adam ⁊ iuxta intelligentiam apoſtoli. Secũdo exponet de corruptione totius populi gentilis negãtis diuinam ꝓuidentiam ⁊ iuſtitiã: ⁊ hoc ſecũdũ expoſitionẽ Augu. Tertio exponet de corruptione populi Judaici negantis Chriſtum eſſe deũ ⁊ meſſiam. ¶ Quantũ ergo ad primaꝫ expoſitionẽ eſt aduertendũ ſicut dictum eſt in ꝓlogo: qđ duo homines fuerunt ꝓncipia generis hũani. Primus enim Adam fuit principium carnalis generationis omnium hominum ⁊ cauſa corruptionis humane nature ⁊ omnis mali ⁊ peccati. Secũdus Chriſtus fuit principiũ ſpiritualis regeneratiõis et ſalutis omniũ hominũ quia ſicut in Adam oẽs moriũtur: ita ⁊ in Chriſto oẽs viuificant. ꝑme ad Corin. xv. Hoc ergo preuidẽs Dauid in ſpiritu fecit hũc pſalmũ in quo duo facit. Nam primo oſtendit primum genus humanũ eſſe corruptum ipſius Adam. Secũdo oſtendit Chriſtũ eſſe iudicem omnium ⁊ ſaluatorẽ: ibi: Nõne ſcient. ¶ Quantuꝫ ad primum eſt aduertendum ſecũdum Au. ij. libro de nuptijs: ꝙ illud peccatũ quod primũ hominẽ mutauit in peius: multo grãdius fuit: q̃ iudicare poſſumus ideo ab omni naſcente trahitur: quia totũ genus infecit humanũ. Cauſa autẽ tante grauitatis illius peccati fuit multiplex circũſtãtia: vt inquit Auguſtus. in enchiridio: quia quaſi omnia genera peccatorũ fuerũt illi peccato ãnexa: ſed maxime fuit ibi blaſphemia ⁊ ſacrilegiũ et crimen leſe maieſtatis: inquãtum putauit et dubitauit deũ eſſe mendacem ⁊ inuiduꝫ: ⁊ temere preſumpſit rapere diuinitatem: vt ſupradictũ eſt. Ex quo patet ꝙ indirecte negauit deum eſſe ex quo deteſtabili peccato: ipe fuit corruptus ⁊ tota ſua generatio in eo. Et hoc eſt quod dicit Dauid in hac prima parte hui⁹ pſalmi. Unde ait ꝙ Adam factus incipiẽs credendo diabolo dixit in corde ſuo nõ eſt de⁹: nõ aſſertiue ⁊ directe: ſed dubitatiue ⁊ conſecutiue qꝛ hoc ſequebat ex ſua dubitatione ⁊ preſumptione. Et ideo ex grauitate tam grandis peccati perdidit totam hereditatem: non ſolum quam poſſidebat in illa terreſtri paradiſo: ſed etiam futurã felicitatem ſibi promiſſam ĩ celo. Et ſicut perdidit illam originalem iuſtitiam qua voluntas ſua erat diuine voluntati cõformis ⁊ ſubiecta: Ita pariter perdidit obedientiam ſenſualitatis ad rationẽ: qꝛ ilico caro ſua fuit lãguore ⁊ vitio cõcupiſcẽtie ſauciata ⁊ omnes potentie vulnerate: ⁊ tota natura corrupta. E ſic caro illico inſurrexit ad luctanduꝫ aduerſus ſpiritum. Quam quidem corruptionem et lãguorem ⁊ morbum tranſmiſit in omnes filios per carnalem generationem: ⁊ illi filij Adam trãſmiſerunt illam corruptionem acceptam a patre filijs eorum. Et ſic ſucceſſiue corruptum ⁊ infectum fuit totum genus humanum ex illo peccato primi parentis qui dixit in corde ſuo non eſt deus ⁊c. Et ideo ſubdit.

y

de ade peccati grauitate.

j. lij. a. **Corrupti ſunt et abomĩabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis: non eſt qui faciat bonum: non eſt vſq; ad vnum.**

¶ Omnes inquit filij Adam corrupti ⁊ abominabiles deo facti ſunt in ſtudijs ſuis ⁊ cogitationib⁹ et operibus intantum ꝙ nõ eſt aliquis eorum qui naturaliter faciat bonum nec eſt bonus naturaliter vſq; ad vnum. Et notanter dicit propheta: qđ corrupti ſunt ⁊ abominabiles. Nam omnes filij Adam fuerunt facti corrupti in ſe: inquantum traxerunt naturam corruptam a parentibus. Et ſic ſunt proni ad omne malũ: ⁊ fragiles ad omne bonum faciendũ. Sed fuerunt deo facti abominabiles ⁊ odioſi filij ire: quia Adã omnes poſteros vẽdidit ⁊ obligauit ſuo peccato: ⁊ ad penam ⁊ damnationem ſui peccati. Et ſic omnes incurrerunt indignationeꝫ dei ⁊ condemnationem ⁊ penam. Sed quia non ſolum fuerunt deo abominabiles ꝓpter peccatum parentum: ſed etiã omnes fuerunt ĩ natura corrupti: ideo nõ eſt qui faciat bonuꝫ nec eſt bonus vſq; ad vnum. Sed eſt aduertendum ꝙ ly vſq; ad vnum dupliciter poteſt poni: et intelligi. Uno modo incluſiue: Et ſic eſt ſenſus ꝙ intantum omnes filij naturales ipſius Adam ſunt mali: qꝛ nullus eſt naturaliter qui faciat bonũ nec ſit bonus: ⁊ iſte ſenſus eſt verus. Secundo poteſt poni exceptiue ly vſq; ad vnum: ꝙ ſit ſenſus: inter omnes homines non eſt qui naturaliter ſit bon⁹ preter vnum. i. Jeſum Chriſtum: eo ꝙ nõ eſt ex opere Adam natus: ⁊ ideo nõ deſcendit ꝑ generationem naturalẽ licet ceperit carnẽ ex Adã. Et ideo Adã non potuit ipſum vendare nec obligare ſuo peccato. Et ſic ſolus Chriſtus eſt inter mortuos liber et inter malos naturaliter bonus Et ideo ad maiorem confirmationem dicit Dauid.

Argu. xxiiij. q. j. ca. quia.

**Dominus de celo proſpexit ſuper filios hominum: vt videat ſi eſt intelligens aut requirens deum.**

¶ Dominus deus ꝓſpexit de celo ſuper omnes filios hominum ⁊ filios ipſius Adam: vt videat. i. videret: ⁊ ꝓſpexit quotidie: vt videat ſi inter eos ſit aliquis intelligens aut requirens deum. i. ſi ſit aliquis qui totum intellectum ⁊ ſtudiuꝫ adhibeat ad intelligendũ deum: vt poſſit ipſum ſuper omnia diligere. aut adhibeat totum conatum ⁊ voluntatem ad requirendum deum per bona opera propter regnum dei adipiſcendum. Sed

j. liij. a. **Omnes declinauerunt: ſimul inutiles facti ſunt non eſt qui faciat bonum: non eſt vſque ad vnum.**

¶ Omnes ſimul declinauerunt a via iuſta ⁊ recta ⁊ a diuina voluntate ad ſcelera ⁊ peccata nefanda ⁊ omnes ſimul facti ſunt inutiles ⁊ debiles ad bene operandum. Intãtum ꝙ non eſt aliquis inter eos qui faciat bonum: nec eſt bonus naturaliter aliquis vſq; ad vnum incluſiue: ſiue exceptiue: vt ſupradictum eſt: preter vnuꝫ qui eſt Chriſtus. Nã ſi ly vſq; tenetur incluſiue tunc naturaliter null⁹ eſt bonus de filijs naturalibus ipſius Adam. Si autẽ ly vſq; tenetur exceptiue: excluditur ⁊ excipitur Chriſtus qui non eſt naturaliter filius Adam vt dictum eſt. ¶ Sed contra hoc arguit Julianus dicẽs ꝙ humana natura eſt de ſe bona: quia omnia que fecit deus erãt valde bona: ergo naturaliter homo eſt bonus. ¶ Ad hoc reſpõdet Augu. qđ humana natura dupliciter poteſt intelligi. vno modo pro eſſentia hominis vel natura ſpecifica. Et ſic omnis natura naturaliter eſt bona: quia ad ſimilitudinem boni exemplaris ⁊ a bono deo eſt facta et creata. Secundo modo ſumitur pro ipſa

3 Natura hũana ĩtelligitur dupl'r.

generatione humana. ſcilicet inquantum eſt collectio omniũ hominum deſcendentium ab Adã per generationem naturalē ⁊ libidinoſam: q꞉ ſicut dicitur natura eneadum ab enea: et natura fabiorũ a Fabio: ⁊ graccorum a Gracchorita dicitur natura ⁊ generatio hum ana ab Adā primo homine: q꞉ Adam hebraice idem eſt quod homo latine. Et ſic tota humana natura: ſiue humana generatio fuit in Adam corrupta ⁊ vitiata a peccato: et ſic dicitur mala ⁊ per conſequens omnes trahētes illā humanam naturā ab Adam: dicunt̄ naturaliter mali et corrupti Ex quo ſequitur ꝙ ſolus Chriſtus eſt naturaliter bonus: eo qd̄ nō trahit talē naturaʒ ab Adā per gñationē: ſed ex opere ſpiritus ſancti.

S. v. b. ex. ciij. b.

**Sepulchrum patens eſt guttur eorum: linguis ſuis doloſe agebant: venenum aſpidum ſub labijs eorum.**

iij. q. ij. accuſatores. ⁊. xj. q. j. ca. ij. tuor.

**Quorum os maledictione ⁊ amaritudine plenum eſt: veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem.**

**Contritio ⁊ infelicitas in vijs eorum: ⁊ viam pacis non cognouerunt: non eſt timor dei ante oculos eorum.**

¶ Quia ſuperius dixit in generali qualiter ex peccato ipſius Adam omnes homines fuerunt corrupti et declinarunt ad omnia ſcelera ex tali corruptione percuſſi et excitati: ideo hic explicat ⁊ magis particulariter exprimit ſcelera in que omnes

Prio. inciderunt et prorupperunt: quaſi morbo quodam hereditario. Unde dicit qd̄ primo ceciderunt in fetidam blaſphemiam contra deum: Ideo guttur eorum fuit euomens fetidas blaſphemias: ſicut ſepulcrum patens et apertum emittet fetorem ex cadaueribus putridis. quaſi dicat qd̄ ſicut cadauera putrida emittunt illum fetorem de ſepulchro: ⁊ ſunt cauſa illius fetoris. Ita corpus hominum eſt ſepulcrum corruptionis contracte ex Adam in generatiōe. Et ſic ex tali corruptiōe euomit blaſphe-

Scdo mias ⁊ omnia peccata. Item ſicut ſepulchrum cōtinet in ſe illa cadauera putrida: ex quibus emittet abominabilem fetorem: ita non ſolum corpus eſt ſepulchrum illius morbi ⁊ corruptionis: ſʒ etiā anima eſt ſepulchrum malaruʒ cogitationũ et iniquorum propoſitorũ. Ex quibus malus homo euomit blaſphemias ⁊ omnia alia ſcelera: vt ait ſaluator. Matth. xv. qd̄ ex corde exeunt blaſphemie et homicidia ⁊ furta ⁊c. que coinquinant hominē. Et ideo ſubdit Dauid qd ex tali corruptione nō ſolum procedunt blaſphemie contra deum: ſed etiā contra proximum. Nam homines ſic corrupti linguis ſuis doloſe agebant. i. doloſe loquebātur ad deceptionem proximorum. quia blandis verbis decipiunt proximos. et ſic ſunt mendaces ⁊ dolo-

Tertio ſi. Tertio ſunt detractores accuſando: et falſa crimina proximis imponendo. Et ſic in labijs eorum reperitur venenum aſpidum. id eſt venenum inuidie et detractionis et infamationis: quorum os eſt plenum maledictione: quia ſunt maledici contra deum et proximum: ⁊ eſt plenum amaritudine id eſt odio et zizania. Et ſic pedes eorum ſunt veloces ad effundendum ſanguinem: quia nō ſolum effundunt ſanguinem proximorum propria manu ex ira ⁊ odio: ſed etiā ſeminādo zizania concitant alios ad effundendum ſanguinem. Et ideo ex tali odio ⁊ inuidia ⁊ ſuperbia ſemper eſt contritio: et infelicitas. i. litigiũ: prelium: diſcordia. et triſtitia ⁊ bella inteſtina ⁊ infelicia in vijs ⁊ operationibꝯ eorũ q꞉ nunꝗ cognouerũt viam pacis: ſed diſcordie cuius cauſa eſt: quia nō eſt timor dei ante oculos eorum. ¶ Ex quibus ptʒ: ꝙ defectus timoris dei eſt cauſa omnium ſupradictoruʒ malorum. qd̄ prouenit ex corruptione et praua concupiſcentia inflicta in carne ex illo primo peccato. Nam ex illa praua ⁊ corrupta ↄcupiſcentia prouenit omnis inordinatus appetitus. Nam primo prouenit appetitus proprie excellentie que dicitur ſuperbia non compatiens maiorem neqʒ equalē: ⁊ venit homo taliter corruptus vſqʒ ad cōtemptum dei: non timens eius iudicium. ⁊ per conſequēs magis cōtemnit ⁊ deſpicit proximum: ⁊ qui a nō patit̄ maiorem ⁊ equalem: exinde prorumpit in inuidiā: nō patiens proſperitatem proximi ⁊ exinde in homicidium: et ex tali etiā inuidia ſeminat diſcordias ⁊ zizaniā inter proximos Et ex tali ſuperbia ⁊ inuidia prorumpit in auaritiam ⁊ omnē rapinam ⁊ furtum ⁊ vſuram ad ſuſtinendũ ſtatum ſuum vt nulli ſubijciatur: ſed omnes ſibi ſubijciat. Iteʒ ex illo vitio ⁊ corruptione carnis prorumpit in luxuriam ⁊ acidiam. Ex quibus ptʒ qd̄ ex illa corruptione inflicta in Adam proueniunt omnia genera vitiorũ ⁊ omnia ſcelera deteſtabilia in totũ genus humanum: vt demōſtrat Dauid in hac prima parte huiꝯ pſalmi. ⁊ apoſtolus per totam epiſtolam ad Romа. ¶ Sed cōtra ſupradicta videntur eſſe duo dubia: quorum primum eſt contra literam. Nam iſti tres verſus vltimi ab illo loco Sepulcrũ patens eſt guttur eorum ⁊c. non reperiuntur in hebreo. et ideo dicunt: qd̄ chriſtiani interpoſuerunt eos: vel lxx. interpretes addiderũt eos in greca interpretatione. Ad qd̄ reſpondetur qd̄ ipſa veritas confundit eos. Nā manifeſtum eſt qd̄. lxx. interpretes fuerunt vltra ducentos annos ante aduentũ Chriſti: ⁊ ideo nullam habuerunt cauſam ⁊ paſſionem aliquid addēdi vel remouēdi in greca interpretatione: ſed interpretati ſunt prout repererunt in hebreo. Et hoc confirmatur. Nam apoſtolus Paulꝯ in lege ⁊ prophetis doctor ⁊ magiſter: qui hebraica textura vtebatur: allegat hos tres verſus ſimul cum verſibus precedētibus: ad Roma. iij. Et ideo eſt potius credendum: quod Thalmudiſte amputauerunt hos tres verſus ab hoc pſalmo: eo qd̄ in eis ꝓphetice memoratur ⁊ explicatur tota correctio ⁊ maledictio Iudeis inflicta: eo qd̄ negauerũt ⁊ crucifixerũt Chriſtũ: vt patet in tertia expoſitione. ¶ Secundo dubitatur contra totam predictā ſententiam ⁊ expoſitionem: in qua dictum eſt quod omnes homines fuerunt corrupti in Adam. Unde arguit Pelagius ex fundamentis ſacre ſcripture: qd̄ multos iuſtos commendat ſacra ſcriptura: qui non perpetrarunt talia ſcelera ⁊ peccata qualia in hoc pſalmo explicātur: ſicut fuit Abel: Noe: Abraham: Iſaac: ⁊ Jacob: ⁊ Job: ⁊ Daniel in teſtamento veteri. Et in nouo zacharias: ⁊ Joannes: ⁊ Simeon: ⁊ Ann. ⁊ Joſeph ſponſus Marie: quos omnes iuſtos ſine pctō ⁊ querela vtriuſqʒ teſta. ſacra cōmendat autoritas. Ex quibus ptʒ: qd̄ peccatum ipſius Adam: nec omnibus poſteris fuit im-



putatum: nec omnes in eo fuerunt corrupti. ¶ Sʒ

Augu. hanc peſtiferam opinionem exterminauit Auguſti. ab eccleſia reſpondens ad huiuſmodi argumēta in libro de natura ⁊ gratia: ⁊ de baptiſmo paruulorũ: ⁊ in oībus libris quos contra Pelagianos confecit. ¶ Ad cuius intelligentiam eſt valde aduertendum ſecundum Augu. ꝙ duo ſunt cōſiderā-

Duo in peccato adā cōſyderanda. da in peccato ipſius Adam. Primo obligatio nature: quia omnes filios naturales ⁊ poſteros obligauit ⁊ vendidit peccato ſuo. Et hoc dicitur in nobis peccatũ nature: q꞉ omnibus nobis fuit imputata pena illius peccati: ⁊ ad illā fuimus omnes obligati ⁊ venũdati. Et de tali peccato nature dicit Paulus apoſtolus: ꝙ omnes in Adam peccauerunt in natura: ſed nō in perſona: quia nullus noſtrum ibi perſonaliter erat. ⁊c. Unde ſic exponit Augu. hanc auctoritatem. ij. de baptiſmo paruulorum: ⁊ hyponoſticon reſpō. ij. Scdo eſt cōſiderāda natura corrupta quā Adam trāſmiſit in poſteros per generationē ſucceſſiue: que quidē cauſat omne peccatum in anima. Nam per ſolam vnionē et cōſortium cauſat originale in anima: quia illa anima in puris naturalibus in illa carne vitiata creata ⁊ infuſa ilico obligatur peccato ⁊ ſentētie ipſiꝯ Ade: eo ꝙ ex carne ⁊ anima reſultat vna naturalis perſona: ⁊ ideo tota perſona obligatur. Item poſtea illa met caro corrupta per cōſenſum in adultis cauſat mortale ⁊ veniale in eadem anima: inquantum caro ſemper luctatur aduerſus ſpiritum. Unde voluntas per ſolum conſenſum indeliberatum contrahit veniale: ſed per conſenſum deliberatuʒ contrahit actuale ⁊ mortale: Ex quo patet ꝙ omne peccatũ prouenit ex illa carne corrupta in omnes homines per libidinoſam generationē tranſ-

Nota de hoīe ſauciato. miſſa. ¶ Sed eſt vlterius aduertendũ ꝙ iſta natura corrupta ſiue totus hō habēs iſtā naturā corruptā: qui dicitur ſauciatus ⁊ vulneratus per conſortium talis nature: dupliciter poteſt conſiderari ſecũdum Auguſti. in locis preallegatis. vno modo in ſe ſine aliquo adiutorio derelicta. alio modo per gratiam Chriſti adiuta. Primo modo dicit Auguſti. ꝙ eſt impoſſibile ꝙ quis in ſola tali natura derelictus poſſit peccata vitare: aut aliquod bonum agere. Et ratio eſt. Nam illa corruptio taliter vitiauit ⁊ vulnerauit omnes potētias: ꝙ volũtas ſiue liberum arbitriũ manet taliter claudicatũ et debilitatum ⁊ infirmum ex tali lāguore ⁊ pōdere carnis vitiate: qd̄ ſemper trahitur in preceps ad omnia mala: ſicut trahitur vna ſtatera a pondere lapidis niſi apponatur aliud pondus in alia oppoſita. Quod quidē vitiũ carnis ⁊ pondus licet non tollat totaliter cognitionē peccati: tamē tollit poteſtatē reſiſtendi niſi per gratiam liberũ arbitriũ adiuuetur. De quo vitio dicit apoſtolꝯ ad Roma. vij. Inuenio legē in membris meis repugnātē legi mentis mee: ideo quod nolo id ago: ⁊ qd̄ volo id non facio. Unde nō ego id facio: ſed quod habitat in me peccatum. Ex quo patet: ꝙ talis lex ⁊ corruptio membrorũ: licet non tollat totaliter cognitionē ⁊ affectũ: tamē tollit effectũ. Sed quia talis volũtas nō poteſt adiuuari niſi per gratiā Chriſti: ideo ſubdit apoſtolus. Quis me liberabit de morte corporis huiꝯ? Et reſpōdet ipſemet dicēs. Gratia Chriſti me poteſt liberare. Ex quibus patet: ꝙ volũtas adiuta per gratiā Chriſti pōt liberari ab huiuſmodi pugna: ⁊ vincere carnem ⁊ omne peccatũ. ⁊ hoc eſt quod dicit Dauid in hoc pſalmo. ꝙ licet omnes homines prout ſunt corrupti in Adam ſint proni ad ſupradicta ſcelera: ⁊ nullo modo poſſint ea vitare ex proprijs viribus: tamē per gratiam Chriſti adiuti ⁊ preuenti nō ſolũ poſſunt ſupradicta ſcelera vitare: ſed etiam ea bona que ſunt ſupra hominē facere: ⁊ omnia mala ſuperare: ⁊ bene operari ⁊ ſupradicta neceſſitate liberari. Ex ſupradictꝭ fundamētis reſpondet Augu. ad argumenta Pelagianorũ dicēs: ꝙ licet Abel: Noe: ⁊ Abraam: ⁊ Joannes bap. vitauerunt peccata ſupradicta: hoc tamē non fecerũt in proprijs viribus: ſed ex gratia Chriſti adiuti ⁊ liberati. Sed ſi fuiſſent in ſua natura corrupta ſine gratia derelicti: nō ſolũ ſupradicta: ſed peiora ſcelera cōmiſiſſent. Eſt verum ꝙ nullus

Nota. ſanctorũ ſupradictorũ potuit vitare originale peccatum quod aīa cōtrahit per conſortium ex carne corrupta. a qua regula fuit excepta beata virgo Maria: vt Aug. ait ibidē. vt declarabitur pſalmo. xlv. Et ideo dicit Aug. libro de ſancta virginitate: ꝙ nullus ſanctus dʒ in ſe gloriari de ſua iuſtitia: ſed de grā dei. Et iō dicit ꝙ magis tenet̄ iuſtus ꝗ nunꝗ peccauit ꝗ penitēs cui dimiſſa ſunt multa: q꞉ plura pctā ſunt dimiſſa iuſtis ꝗ peccatoribus. Nam licet iuſtis nō ſint dimiſſa peccata que non cōmiſerunt: tamē ſunt dimiſſa peccata ꝗ feciſſent niſi per gratiā fuiſſent preuenti. Et ſic dicit Augu. qd̄ magis tenetur diligere deuʒ virgo ꝗ corrupta Unde ait. Deputate vobis tāꝗ omnino eſſe dimiſſum quicquid mali a vobis non eſt regente illo cōmiſſum. Nā quiſquis ab initio permanet pudicus ab illo regitur. Et quiſquis impudicus eſt ab illo deſeritur. Hoc idem dicit Augu. in homelia de peccatrice cum ait: ꝙ non eſt peccatũ qd̄ fecit homo: quin faciat alter homo niſi adiuuet̄ ab illo a quo factus eſt homo. Et in hoc patet veritas huiꝯ pſalmi: ⁊ prefate dubitatiōis: ⁊ huius prime expoſitionis. ¶ Quātũ vero ad ſcdaʒ expoſitionē eſt aduer- C tēdũ ſecundum Auguſt. quod ſicut in ſcientijs ſpeculatiuis eſt dare vnum principium a quo generaliter habent virtutem omnia probata in illa ſcientia: vt patet primo poſteriorum: quo ignorato deſtruitur: ⁊ ignoratur tota illa ſcientia: Ita pariter in actibus humanis eſt dare vnum primum principium a quo ſumunt virtutem ⁊ diriguntur omnes actus humani. quod quidem principium eſt deum eſſe iuſtum iudicem omnium actuum ⁊ operationum humanarũ: ⁊ premiatorem bonorum: et punitorem omnium malorum. Ex quo ſequitur illud generale. nullum bonum irremuneratũ: ⁊ nullum malum impunitum. quo principio negato deſtruuntur et corrumpuntur omnes mores ⁊ omnes actus humani: quia qui non credit tali principio illico contemnit deum non timens eius iudicium. Et ſic cadit ⁊ prorũpit in omnia ſcelera deteſtabilia. Secundo eſt notandum: ꝙ gentiles quatuor modis negarũt iſtud ſupradictum principiũ. Nam quidam eorũ totaliter negarũt deũ eſſe. Sʒ omnia prouenire a caſu ⁊ fortuna. Quidam autem crediderunt et coluerunt plures deos. Et ſic negabant deũ eſſe: eo qd̄ negabant vnitatem ⁊ eſſentiā vnius dei. Quidam autem alij negabant deũ habere curam ⁊ prouidentiam de actibus humanis et ſic negabant deum eſſe iuſtum, iudicem. ⁊ cetera.

Quidã autem alij aſſerebant animã eſſe mortalē:
⁊ per cõſequens negabant illud principiũ: nullũ
bonum irremuneratum. ⁊ nullum malum impuni
tum. Ex quibus patet: ꝙ omnes iſte ſecte negarũt
illud primum principiũ ſcilicet deũ eſſe iuſtum iu
dicem. ⁊c. Et inde eſt qđ gētiles ante aduētũ Chri⸗
ſti negantes illud principiũ traditi ſunt in repro
bũ ſenſum ⁊ in paſſiones ignominie: ⁊ ĩ corruptio
nem et illa ſcelera deteſtabilia que narrat apoſto
lus ad Roma. primo. Uidens ergo Dauid totum po
pulum gentilem eſſe corruptum in ſuo tēpore pro
pter negationem huius principij: dicit in p̃ma par
te huius pſalmi: qđ quãdo inſipiens populus gen
tilis dixit ⁊ aſſeruit in corde ſuo qđ non eſt deus:
vel qđ deus nõ eſt vnus ⁊ iuſtus iudex remunera
tor bonorum ⁊ punitor malorũ: ꝙ tunc omnes illiꝰ
ſecte deum contēnentes nec deũ timētes corrupti
⁊ abominabiles ⁊ odibiles deo facti ſunt. intantũ
ꝙ non fuit nec eſt qui faciat bonum: nec eſt bonus
ex eis vſq; ad vnũ īcluſiue. i. qđ nec vnus eorum
fuit bonus. Et ſic deus proſperit de celo ſuper om
nes filios hominum ⁊ filios terrenos: ſi reperire
tur aliquis intelligens deum quãtum ad fidem et
deuotionem ⁊ dilectionem: aut requirens deum in
ſuis operatiõibꝰ. Sed non fuit vſq; ad vnum illo
rum. i. nullus fuit qui faceret bonum. Et non ſolũ
non ille populus gentilis: ſed etiam nullus malꝰ
chriſtianus fuit qui faceret bonũ: carens illo pn̄⸗
cipio: quod eſt timor domini. Et ſic omnes genti⸗
les ⁊ mali chriſtiani cõtemnētes dei iudicium in
tantum ſunt corrupti ꝙ guttur eorum eſt factum
ſicut ſepulchrum patens ⁊ fetens ⁊ prorumpēs in
blaſphemias contra deum: et in dolum cõtra pro
ximum ⁊c. Exponuntur autem iſti tres verſꝰ ſicut
in prima expoſitione. ¶ Quãtum vero ad tertiam
expoſitionem eſt notandum prout dictum eſt in ꝓ
D Nota de aduentu meſſie. logo: qđ vnum de principalibus principijs ſacre
ſcripture vete. teſta. erat qđ filius dei erat icarnã
dus: ⁊ in paupertate ⁊ humilitate venturus: et per
mortē ⁊ paſſionē ſuã mundũ a peccato liberaturꝰ
qui quidē Chriſtus erat finis totiꝰ legis: ad quē
omnia legalia ordinabãtur. De cuius aduentu oēs
prophete fuerant locuti. Ex quibus patet: ꝙ quã⸗
do negarunt Chriſtum eſſe deũ ⁊ Meſſiam in lege
promiſſum: tunc negarunt totam legē ⁊ ꝓphetas.
Et ſic fecerunt deum mendacem in ſuis ꝓmiſſis. ⁊
per conſequens negarunt deum eſſe deũ. Negato
ergo iſto principio. ſ. Chriſtum eſſe meſſiam intan
tum corruptus eſt ille populus iudeorum: qđ pro
rupit ī ſcelera deteſtabilia. ⁊ ꝑpetrauit deteriora
ꝗ̃ populus gentilis. Nam p̃mo deum ⁊ hominem
interfecit: ⁊ deum ⁊ totam legem mendacē fecit: et
in tantam cecitatē et inſaniam deuenit: qđ poſt pu
blicationem euangelij nullum deũ colit. qđ proba
tur q: non intendit colere deum trinum ⁊ vnũ: nec
incarnatũ: immo blaſphemat ⁊ execrat talē deũ.
Sed nullus alius deus eſt niſi trinus et vnus et
incarnatus: ergo nullum adorat. Et ſic facta ſũt no
uiſſima huius populi peiora prioribus. Matthei.
xij. ⁊ Luce. xj. Hoc ergo preuidens Dauid in ſpiritu
dicit in hac p̃ma parte huiꝰ pſalmi: dixit inſipiens
populus iudaicus in corde ⁊ in lingua ſua: Chri⸗
ſtus non eſt deus: nec Meſſias in lege ꝓmiſſus.
Et hoc dixit iſte inſipiens populꝰ: eo qđ vidit Chri
ſtum pauperem: ⁊ cũ humilitate venientē: ⁊ eorũ
ſuperbiã ⁊ auaritiã deteſtãtē. Et ideo negato iſto
principio omnes Judei facti ſunt corrupti in ſe et
abominabiles deo: ⁊ odioſi: intãtũ qđ vſq; ad vnũ
eorum incluſiue non eſt qui faciat bonũ. Unde do
minus de celo ꝓſperit ſuper omnes iſtos filios hõ
minum tanquã homines carnaliter viuentes poſt
aduentum ⁊ paſſionem: vt videret ſi eſt aliquis in
telligens deum per fidem ⁊ veram intelligentiam
legis: aut requirens deum ꝑ operationem bonam.
Sed omnes declinauerunt a via veritatis et fidei
⁊ a vera intelligētia ſacre ſcripture immo ꝑuer
terunt verum ſenſum ⁊ intelligentiã ſcripture ad
falſum ſenſum. Et ſic facti ſunt inutiles: q: oratio⸗
nes ⁊ ſacrificia eorũ ſunt eis inutilia: q: nihil eis
ꝓſunt immo nocent q: mortifera. Et ſic non eſt ali
quis eorum qui faciat bonum nec eſt aliquis bo⸗
nus vſq; ad vnum incluſiue. quaſi dicat qđ nullus
eorũ eſt bonus nec vtilis: immo malus ⁊ ꝑuerſus
in credendo ⁊ operando. Unde ex tali ꝑuerſione
⁊ corruptione ꝓruperunt in omnia ſcelera neſan
da: ⁊ deteſtabilia. Nam primo ſepulchrum patiēs
eſt guttur eorum blaſphemiã perpetrando qñ vo⸗
cauerunt Chriſtum voracē ⁊ demonium habentē:
Secundo linguis ſuis doloſe agebant quando vo
lētes ipſum capere in ſermone dixerũt: Si licebat
dari cenſum Ceſari an nõ. Tertio fuit venenũ aſpi
dum ſub labijs eorum. qñ dixerunt. Nos audiui⸗
mus eum dicentem: poſſumꝰ deſtruere templũ hoc
manufactum ⁊ in triduo reedificabo aliud nõ ma
nufactum ⁊c. Item os eorum fuit plenum amari⸗
tudine ⁊ maledictione cum dixerunt. Audiſtis blaſ
phemiam. Et maledixerunt: ⁊ eorum pedes fuerũt
veloces ad effundendũ ſanguinem: cum dixerunt:
crucifige crucifige ⁊ cetera. Item fuit contritio et
infelicitas in vijs eorũ: ⁊ viaꝫ pacis non cognoue⸗
runt quando dixerũt. Si hũc dimittimus venient
Romani ⁊ cetera. Ideo expedit vt vnus homo mo
riatur ⁊c. Sꝫ quia omnia iſta fecerũt Judei ex dfe
ctu timoris ⁊ fidei negando Chriſtum eſſe deum et
Meſſiam ⁊ ſaluatorem: ideo ſubdit. Nõ eſt timor
dei ante oculos eorum. Quia ſi crediſſēt ſcriptu
re timuiſſent deum ⁊ recepiſſent Chriſtum: et ti⸗
muiſſent. ⁊ ſi timuiſſent regē glorie iuſtum nõ cru
cifixiſſent. Ex quibus patet: qđ in peiora ſcelera ce
ciderunt Judei ꝗ̃ gentiles. Ideo omnia ſcelera ſu
pradicta manent in populo Judeorũ iure heredi⸗
tario. Ad quam ſñiam ⁊ maledictioneꝫ ipſimet ſe
obligarunt quando dixerunt: Sanguis eius ſuper
nos ⁊ ſuper filos noſtros. Ex quo patet: qđ ſicut
Adam in peccando obligauit ſe ⁊ omnes poſteros
ad penam mortis: Ita pariter Judei Chriſtum cru
cifigentes obligarũt ſe ⁊ ſuos poſteros ad ꝑpetuã
maledictionē ⁊ vindictã mortis Chriſti. Et ſic oi⸗
bus imputatur homicidiũ Chriſti. ⁊ oēs ſunt blaſ⸗
phemi: ⁊ doloſi: ⁊ mēdaces: ⁊ ſuſurrones: ⁊ maledi
ci: ⁊ latrones: ⁊ peiores ꝗ̃ idolatre. q: nullũ deũ
adorant immo verum deum deteſtant ⁊ maledicũt
Et ſic ſicut gentiles in colendo plures deos: ⁊ ne⸗
gãdo diuinam iuſtitiam ⁊ prouidentiam addide⸗
runt corruptionē ſupra corruptionem inflictam in
Adã. Ita Judei negando Chriſtuꝫ addiderunt ſu
pra corruptionem populi gentilis. Et ſic ſunt cor⸗
rupti triplici corruptione. Iteꝫ eſt aduertendũ: qđ
oĩa ſupradicta non ſolũ ſunt intelligenda ꝓpheti⸗
ce de populo gentili ⁊ iudaico: ſed etiam de omni⸗



bus malis chriſtianis q̃ nõ credũt diuinã iuſtitiã:
et ꝓuidentiã. nec credũt reſurrectionē: q: tales nõ
timentes dei iudiciũ: audent oĩa ſcelera ꝑpetrare.
¶ Ex ſupradictis ꝓpatet: ꝙ tres fuerũt iſipiētes
Tres fuerũt xp̃ꝫ negates. negantes deum. Primo enim negauit Adam deum
indirecte volendo rapere diuinitatem. per qđ pec
catum totum genus humanum fuit in eo corruptũ
in bonis naturalibus: ⁊ priuatũ bonis gratuitis:
eo modo quo dictum eſt. Secundo negauit deum
populus gentilis falſos deos adorando. propter
qđ peccatum vltra corruptionem nature fuit ma⸗
gis corruptus in minoribꝰ ⁊ incidit in deteſtabiles
paſſiones ⁊ ignominia s. ad Roma. primo. Tertio
negauit deum populus iudeorum: quando ex cer⸗
ta ſcientia ⁊ malitia ⁊ inuidia negauit Chriſtum
in lege promiſſum: ⁊ crucifixit eum. propter quod
peccatum vltra corruptionem nature: ⁊ vltra pe⸗
nam populi gentilis incurrerunt Judei omnes
E maledictiones contentas: et memoratas in hoc
pſalmo. ⁊. cviij. ¶ Sed contra ſupradicta argue⸗
re poſſent quidam catholici. Nam licet gentiles et
Judei negauerunt deum prout dictum eſt: tamen
Rñſio Aug. non eſt dicendum ꝙ Adam negauerit deum con⸗
ſentiendo vxori. Quia vt ait Auguſti. de verbis
apoſtoli: Adam nõ fuit ſeductus nec credidit ver⸗
bis ſerpentis: ſed comedit fructum: vt complace⸗
ret vxori ne deſtitueretur eius ſolatio ⁊c. Ad hoc
autem reſpondetur: quod in hoc videtur Auguſti.
contradicere ſibi propter hoc quod fuit ſupra alle
gatum ſcilicet ꝙ Adam et Eua volentes rapere
deitatem perdiderunt felicitatem: ⁊ ideo reducen
da ſunt verba Auguſti. ad quoddam ſanum me⸗
dium ſcilicet ꝙ Adam non credidit aſſertiue ver⸗
bis ſerpentis. nec credidit nec inheſit firmiſſime
precepto nec comminationi dei annuendo ⁊ com⸗
placendo vxori. Et ſic eſt dicendum ꝙ heſitauit in
vtroq;. Et ideo dixit ſibi deus: Quia audiſti vo⸗
cem vxoris tue et comediſti de ligno: ex quo pre⸗
ceperam ne comederes ⁊c. Quaſi dicat: quia ma⸗
gis crediſti vxori et ſerpenti ꝗ̃ mihi: ideo heſi⸗
taſti et dubitaſti ⁊c. Et ſic patet ꝙ ille conſenſus
Ade nec fuit vera ⁊ expreſſa negatio: nec firma cõ
feſſio dei: ſed fuit indirecta negatio inquantum
ex verbis diaboli ſequebatur deum eſſe mendacē
⁊ inuidum ⁊ finitum ⁊ per conſequens ſequeba⸗
tur ipſum non eſſe deum. Ita pariter eſt dicendum
de Moyſe quando non paruit deo. numeri. xx. im
mo diſtinxit in labijs ſuis. pſalmo. ciiij. Ideo dixit
dominus ſibi ⁊ Aaron. Quia non crediſtis mi⸗
hi: vt ſanctificaretis me. ⁊c. Item hoc idem fecit
zacharias pater Joannis baptiſte. Luce primo.
cui dicit angelus. quia non crediſti verbis meis
⁊c. Ex quibus patet: ꝙ iſti duo non negarunt: nec
contempſerunt deum directe: nec crediderunt fir
miſſime: ſed viſi ſunt heſitaſſe et dubitaſſe. Ita er⸗
go poteſt dici de Adam qui magis paruit et cre⸗
didit verbis vxoris ꝗ̃ p̃cepto ⁊ comminationi di⸗
uine: Ex quo ſequebat deũ eſſe mēdacē ⁊c. Et ideo
ſicut Moyſes ⁊ zacharias fuerunt puniti ſolũ in
perſonis propter illam inobedientiam: ita pariter
Adam fuit punitus in perſona ⁊ in tota ſua natu⸗
ra ⁊ generatione prout dictum eſt.

xxiiij. q. i. ca. q: ex. **Nonne cognoſcent omnes qui operantur**
**iniquitatem. qui deuorant plebem meam ſi**
**cut eſcam panis:**
**Dominum non inuocauerunt: illic trepida** tra d' offi. d leg. ca paſto ralis.
**uerunt timore vbi non erat timor.**
**Quoniam dñs in generatione iuſta eſt: con**
**ſilium inopis confudiſtis: quoniam domi⸗**
**nus ſpes eius eſt.**

¶ Poſtꝗ̃ ſuperius ꝓpheta deſcripſit triplicē cor
ruptionē prouenientē ex trina negatione dei: nũc
vero in hac parte volēs eliminare ſupradictas fal
ſas ⁊ deteſtabiles opiniones duo facit. Nam pri⸗
mo demonſtrat Chriſtũ eſſe verũ ⁊ iuſtũ iudicem ⁊
premiatorem bonorũ ⁊ punitorē malorum. Et hoc
cõtra negantes diuinam iuſtitiam ⁊ prouidentiã.
Secundo oſtendit Chriſtũ eſſe ſaluatorem ⁊ redē
ptorem ⁊ liberatorē omnium de captiuitate ⁊ pec
cato ⁊ corruptione inflicta in Adã. ⁊ hoc cõtra Ju⸗
deos negantes Chriſtũ: ibi. Cõſilium inopis cõfu
diſtis. ¶ Quantum ergo ad primum: quia dictum
eſt ſuperius qđ gentiles negato primo principio:
ſcilicet qđ deus eſt iuſtus iudex: retributor bonorũ
⁊ punitor malorum: ⁊ ſic poſtpoſito dei timore ꝓ
ruperunt in omnia ſcelera: Ideo dicit hic prophe
ta: ꝙ omnes iſti qui in vita negarunt ⁊ noluerunt
cognoſcere deum eſſe iuſtum iudicem: tunc in die
iudicij hoc ſcient ⁊ cognoſcent per experientiam:
quia videbunt Chriſtum deum ⁊ hominem veniē
tē cum poteſtate magna ⁊ maieſtate: ⁊ ſedebit in
conſilio iuſtorum ⁊ ſanctorum: ⁊ puniet omnes ſu
pradictos iniuſtos ⁊ ſceleratos. Et ſic tribuet vni
cuiq; ſecundum opera ſua: quia iuſtis dabit glo⸗
riam ⁊ malis penam eternã. Et nominat hic pro⸗ Qua⸗
pheta quatuor generationes improborum quos tuor ge
Chriſtus cõdemnabit. ſ. iniquos: tyrannos: infide nera⸗
les ⁊ ſeminatores diſcordie. ⁊ quaſi ſub his qua⸗ tiões i
tuor comprehendit omnia genera malorum homi⸗ probo⸗
nũ de quibus ſupra dixit. Dicit ergo: nõne omnes rũ ꝗs
iniuſti qui operantur iniquitatem contra deũ ⁊ ꝓ xp̃s cõ
ximum: ⁊ intendit per operantes iniquitatē oĩa ge demna
nera peccatorũ. Itē oēs tyranni ⁊ raptores q̃ deuo bit.
rant plebē meã ⁊ domos pauperum ſicut qui deuo
rant eſcam ⁊ cibum panis. Itē oēs infideles ⁊ ma
li chriſtiani qui deũ nõ inuocauerũt: immo deum
contēpſerunt. Itē oēs ſeminatores diſcordie qui
trepidauerunt timore vbi nõ erat timor: id eſt, qui
non cognouerunt viam pacis: ſed poſuerunt ⁊ ſe⸗
minauerunt contritionem ⁊ infelicitatem ⁊ diſcor
diam inter proximos: quorum pedes fuerunt velo
ces ad effundendum ſanguinem: oēs ergo iſti ſci⸗
licet iniuſti ⁊ tyranni ⁊ infideles: ⁊ ſeminatores di
ſcordie ſiue iracundie inquieti: qui nõ cognouerũt
deum eſſe iuſtum iudicem: nec timuerunt eius iu⸗
dicium: Nonne oēs iſti cognoſcent qñ. dñs Jeſus
Chriſtus deus ⁊ homo eſt: ⁊ habitat in generatio⸗
ne iuſta id eſt diligit iuſtos ⁊ reprobat ⁊ reproba⸗
bit omnes ſupradictos iniuſtos: quaſi dicat. im⸗
mo certe: quia due negationes interrogatiue poſi
te equipollent vehementi affirmationi: quaſi di⸗
cat propheta: ꝙ oēs ſupradicti ſcelerati qui in hac
vita negarunt deum eſſe iuſtum iudicem omnium
actuum humanorum: ex quo contemnentes iudi⸗
cium dei perpetrarũt omnia ſcelera ſupradicta in
prima parte: cognoſcent per experientiam ⁊ vide
bunt Chriſtum in iudicio generali ⁊ etiam in par⸗

ticulari poſt hanc vitam eſſe verum iudicem. dan
Nota. tem iuſtis gloriam: ⁊ iniuſtis penam eternam. Et
eſt aduertẽdũ: ꝙ hec particula ſupradicta nõ ſolũ
intelligit̃ de gentilibꝰ negãtibus diuinã iuſtitiã
⁊ prouidentiã: ſed etiã de iudeis negantibꝰ Chri-
ſtũ. Nam ipſi ſacerdotes ⁊ Iudei qui operabãtur
iniquitatẽ propter ſuperbiã ⁊ auaritiã: deuorabãt
plebem ſicut eſcã panis comedẽdo domos vidua
rum ⁊ imponentes ceteris ſimplicibus ⁊ pauperi
bus onera grauiora. Matthei. xxiij. Qui quidem
Iudei deũ nõ inuocauerũt: nec habuerũt deũ pre
oculis: quãdo Chriſtũ crucifixerũt. Sed trepida-
uerunt timore: vbi nõ erat timor: qñ dixerũt expe
dit vt vnus moriat̃ ꝓ populo: ꝙ tota gẽs pereat.
Venient Romani ⁊ tollent locũ noſtrũ ⁊ gentem.
Hoc autẽ dicebãt: qꝛ trepidabant timore: vbi non
erat timor: quia nõ habebãt cauſam timendi. Nã
illi qui veniebat ad dãdum eis regnũ celeſte: non
volebat eis auferre bona tẽpalia: que ipſi perdere
timebant. Et ideo oẽs iſti Iudei qui Chriſtũ nega
uerunt ⁊ in tot ſcelera proruperunt ⁊ ceciderunt.
poſtea per experientiã cognouerũt ipſum eſſe ve
rũ deũ ⁊ Meſſiã ⁊ iuſtum iudicẽ: ⁊ hoc cognoue-
runt per effectum qñ audierũt Chriſtũ reſurrexiſ
ſe in celos aſcẽdiſſe ⁊ ſpiritũ ſanctũ in apoſtolos
miſiſſe: ⁊ qñ Petrus ⁊ oẽs apoſtoli in die pẽteco.
tria milia hominũ cõuerterunt ad fidem Chriſti.
Sed magis cognouerũt Chriſtũ eſſe verũ iudicez
per oẽs illos. xl. annos: in quibus paſſi ſunt infini
tas tribulatiões ⁊ diſcrimina. ⁊ finaliter p Roma
nos ciuitas fuit incenſa ⁊ ipſi trucidati ⁊ captiui.
Sed poſtea iudei hoc magis per ſucceſſionem tẽ-
poris cognouerũt per conuerſionẽ totius populi
gentilis ad fidem Chriſti. Sed magis cognoſcent
hoc in iudicio finali qñ veniet in poteſtate magna
Quare iudei nõ rece perunt xp̃m. ⁊c. quia tunc videbũt ⁊ aſpiciẽt quẽ cõfixerũt ⁊ pu
pugerũt: zacha. xij. ⁊ Ioã. xix. ¶ Cõſilium inopis.
Hic icipit verſus ⁊ ſentẽtia in Hebreo. vbi Dauid
oſtẽdit: ſpecialiter cõtra obſtinatos Iudeos Chri
ſtũ eſſe verũ deuz ⁊ Meſſiam in lege ꝓmiſſum et
ſaluatorem totius generis humani: in quo ſumus
liberati ab omni peccato ⁊ ſententia data in Adã.
F ¶ Ad cuiꝰ intelligentiã eſt notãdũ: ꝙ duplex fuit
cauſa quare Iudei nõ receperũt: ſed cõtempſerũt
Chriſtum ⁊ eius doctrinã euangelicã. Prima fuit
qꝛ Chriſtus venit pauper ⁊ deiectus ſm opinionẽ
eorũ: qꝛ ipſi expectabant ipſum venire cum pote-
ſtate temporali: vt eos temporaliter liberaret de
poteſtate ⁊ ſubiectione romanorũ: ⁊ oẽs tempora
liter ꝓſperaret: ſicut ipſi erant carnales ⁊ tẽpora-
les: ⁊ ideo videntes eum ſic pauperem ⁊ deiectuz
ipſum cõtempſerunt. Scda cauſa fuit: qꝛ eiꝰ euã-
gelica doctrina erat cõtraria moribꝰ ⁊ deſiderio ⁊
ſtudio eorum. Nam ipſi querebãt dignitates ⁊ di-
uitias tẽporales in hoc mundo: Chriſtus aũt pre-
dicabat cõtra eorũ ſuperbiã ⁊ auaritiã ⁊ ſimoniã ⁊
vſuram: ⁊ ſuadebat amare celeſtia: ⁊ relictis ⁊ cõ-
temptis rebus mundanis: ponere ſpem in deo et
futura beatitudine. Et hec fuit cauſa quare nõ ſo
lum ipſum cõtempſerunt: ſed etiã crucifixerunt ⁊
ſuã euangelicã doctrinã repudiauerũt: ⁊ execraue
runt. Hoc ergo preuidens Dauid in ſpũ increpat
Iudeos dicens. O iudei ceci ⁊ carnales vos cõfu-
diſtis. i. cõtẽpſiſtis ⁊ irriſiſtis cõſiliũ ⁊ doctrinam
euangelicam Chriſti inopis ⁊ pauperis. i. qñ ve-
nit inops ⁊ pauper ⁊ deiectus. Et dtiam cõtempſi
ſtis eũ: qñ dñs eſt ſpes eius. i. quia poſuit ⁊ ꝑce-
pit poni totã ſpem in dño: bonis mundanis contẽ
ptis. Et ſic hac duplici de cauſa contempſiſtis eũ
⁊ conſilium eius. Sed dicatis mihi o ceci.

**Quis dabit ex ſion ſalutare iſrael: cũ auer terit dñs captiuitatem plebis ſue: exulta- bit Iacob ⁊ letabitur iſrael.** Infra liij. b.

¶ Quis dabit ex ſiõ ſalutare iſrael: niſi solꝰ Chri
ſtus ſupple quẽ vos ſpreuiſtis: quaſi dicat: nullus
alius poterit dare ſaluationẽ toti iſrael: niſi ſolus
Chriſtus Meſſias in lege ꝓmiſſus: qꝛ ideo dicit̃
Ieſus: qꝛ ſaluator. Nam ſicut primꝰ Adã oẽs ho-
mines ſuo pctõ ⁊ corruptioni ſubiecit: ita solꝰ iſte
Ieſus oẽs poterit liberare. Ideo ſubdit: cũ dñs Ie
ſus auerterit captiuitatẽ plebis ſue ꝑ mortẽ ⁊ paſ
ſionẽ ⁊ per doctrinã euangelicã: tunc exultabit Ia
cob ⁊ letabitur iſrael. ſ. populus chriſtianus: cũ vi
derit ſe ꝑ Ieſum Chriſtũ liberatũ ⁊ redẽptũ de ca
ptiuitate diaboli ⁊ ab oĩ pctõ: qđ traxit ex Adam.
B Duo dubia. ¶ Sed hic ſunt duo dubia: primo quare doctrinã
⁊ legem euangelicã Dauid appellat cõſiliũ. Scdo
quare populũ chriſtianũ appellat Iacob ⁊ Iſrael
Ad primum dicitur ꝙ Dauid appellat legẽ euan-
gelicam cõſiliũ rõne modi: ad differentiã legis ve
te. eo ꝙ lex vetus data fuit cũ grãdi cõminatione:
⁊ per modũ ꝑcepti ſub cõminatiõe mortis: vt ptz
in pleriſqꝫ locis. Sꝫ lex euãgelica data eſt a Chri-
ſto per modũ conſilij. Unde dicit: Si vis ad vitaz
ingredi ſerua mandata moralia tantũ. Et ideo lex
euãgelica dꝛ lex libertatis ⁊ gratie. Illa aũt dꝛ lex
ſubiectionis ⁊ ſeruitutis. Ad ſecundũ eſt dicendũ
ſicut iam dictuz eſt in ꝓlogo tractatu. iiij. ꝙ popu
lus iudeorꝫ modernorꝫ iam perdidit nomẽ Iacob
⁊ Iſrael ſcdm rem ⁊ veritatẽ: ⁊ ſolus populus chri
ſtianus eſt verus Iacob: ⁊ Iſrael: ſcdm rem ⁊ no-
minis interpretationẽ. Nã Iacob dictꝰ eſt Iacob
eo ꝙ primo ſupplãtauit ⁊ eiecit Eſau fratrẽ ſuũ de
vtero matris. Scdo qꝛ ſurripuit fratri primogeni
turã. Geñ. xxv. Tertio qꝛ ſurripuit illi benedictio-
nẽ. Geñ. xxvij. qđ factũ eſt in figura inquantũ po-
pulus Chriſtianus debebat ſupplantare populuz
Iudeorꝫ ⁊ ſynagogã in aduentu Chriſti. Nã p̃mo
ppl's Chriſtianus recipiendo Chriſtũ ſupplãtauit
⁊ eiecit ſynagogam ab hereditate: ⁊ vtero eccleſie
Chriſti. Scdo ſurripuit ſibi primogenitnrã: qꝛ Iu
dei ꝓ bonis tẽporalibus cõtẽpſerunt hereditatez
Meſſie: ⁊ redẽptionẽ Abrahe ⁊ toti legi ꝓmiſſaz.
Et hãc primogeniturã chriſtianis renunciauerũt
⁊ reliquerũt. Tertio qꝛ populus chriſtianꝰ ſibi ſur
ripuit benedictionẽ ⁊ ſalutẽ recipiendo legẽ euã- Populus xp̃ianus Iacob ⁊ iſrael.
gelicã ⁊ baptiſmũ. Et ſic ptz: ꝙ ppl's chriſtianꝰ ſiue
tota eccl'ia vere dicit̃ Iacob. Et ꝓpter eaſdem cau
ſas vere etiã dicitur Iſrael. Nã Iacob ſortitus eſt
nomẽ Iſrael ꝓpter q̃tuor. Primo qꝛ vidit deũ fa-
cie ad faciem. Secundo qꝛ fuit directꝰ a deo. Ter-
tio qꝛ fuit benedictus a deo. Quarto qꝛ fuit fortis
cũ deo: qñ luctatus eſt cũ angelo nolens ipſum di
mittere: quouſqꝫ bñdixit eũ. Et ſic ꝓpter hec qua-
tuor myſteria vocatus eſt Iſrael: vt patet Gene.
xxxij. Que oĩa quatuor myſteria impleta ſunt in
populo chriſtiano. Nã ſolus iſte videt deum ꝑ fi-
dẽ: ⁊ eſt benedictꝰ ꝑ baptiſmũ: ⁊ directꝰ per legez
euãgelicã: ⁊ eſt fortis cũ deo: qꝛ in virtute ſacramẽ



torũ diaboli ſuperauit. ex quibꝰ patet ꝙ iuſte he-
reditauit hoc nomẽ Iacob ⁊ Iſrael. Et ptꝫ etiã: ꝙ
ipa ſynagoga iuſte ꝑdidit iſta duo noĩa: poſtꝙ ne
gauit Chriſtũ. Ideo iaꝫ nõ eſt Iſrael ſed ceca: neqꝫ
Iacob: qꝛ vendidit primogeniturã: ⁊ hereditatem
Chriſti ⁊ benedictionẽ ꝓ rebus tẽporalibꝰ: ⁊ non
ſolũmodo ꝑdidit iſta ſupradicta: ſed etiã manet ei
pena inflicta ipſi Ade in prima corruptione: ⁊ in
currit oẽs maledictiones ⁊ ignominias populi gẽ
tilis: eo ꝙ nullũ deũ adorat. Tertio incurrit oẽs ſu
pradictas maledictiones ex homicidio ⁊ negatiõe
Chriſti: A quibus oĩbus maledictionibus poterat
ſaluari ſi Chriſtũ recepiſſet. Ex quo patet: ꝙ ſyna
goga renuntiauit nobis nomẽ Iaco ⁊ ſiliter iuri
hereditario. Et ideo dicit Dauid: ꝙ cum Chriſtus
auerterit captiuitatẽ ſue plebis chriſtiane in ſuo
aduẽtu: tũc exultabit verꝰ Iacob ⁊ letabit̃ Iſrael.
i. ꝙ ppl'us chriſtianꝰ in Chriſto ſaluatus ⁊ libera-
tus exultabit: qꝛ factus eſt Iacob ſupplantãdo ſy
nagogam ⁊ intercipiendo hereditatẽ ⁊ benedictio
nẽ. Et letabit̃ qꝛ factus eſt Iſrael deũ ꝑ fidẽ viden
do. ecõtrario ſynagoga plorabit ⁊ vlulabit qꝛ per
didit nomẽ Iacob ⁊ Iſrael ⁊ nobis dimiſit heredi
H tariũ. Eſa. lxv. ¶ Ex toto iſto pſal. poſſunt recolli
Pria ꝯclo. gi. v. cõcl'ones. Prima ꝙ ex pctõ ipſiꝰ Adã q̃ nega-
uit deũ idirecte ⁊ tacite tota ſua generatio fuit cor
Scda cõcl'o. rupta. ¶ Scda cõcluſio: ꝙ totꝰ ppl's gentilis fuit
magis corruptꝰ ⁊ incidit in deteſtabiles ignomini
as: eo ꝙ magis directe negauerit deũ colẽdo plu-
Tertia cõcl'o. res deos. ¶ Tertia cõcluſio: ꝙ populꝰ iudaicꝰ ma
gis directe negauit deũ ⁊ fecit ipſum mẽdacẽ ⁊ in-
uidum. quãdo negauit Chriſtũ ⁊ ſcripturas: ⁊ ideo
maiores maledictiones ⁊ corruptiones incurrit.
Quarta concluſio. ¶ Quarta ꝯcluſio: ꝙ tã iudei ꝙ gẽtiles potuerũt
cognoſcere deũ eſſe iuſtũ iudicem: quãdo poſt paſ
ſionem ⁊ aſcenſionẽ ſic eos puniuit: ſed hoc magis
cognoſcẽt in die iudicij videntes eum cũ poteſtate
Quita cõl'o. ⁊ maieſtate. ¶ Quinta cõcluſio: ꝙ solꝰ Ieſus Chri
ſtus ſaluator liberauit Iacob. ⁊ Iſrael: ſcilicet po
pulum chriſtianũ a ſupradicta corruptione ⁊ capti
uitate ⁊ maledictione.

Infra. xxiij. a

**Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?**

¶ Titulus: Pſal. Dauid. Ex titulo ap-
paret ꝙ Dauid fecit hunc pſalmum.
Sed de materia huius pſal. altercantur hebrei in
ter ſe. Nã quidã dicũt ꝙ Dauid querit a deo quis
erit dignꝰ habitare in terra ꝓmiſſiõis: ⁊ ꝙ dñs re
ſpondet q̃ ingreditur ſine macula. ⁊c. Alij autẽ di-
cunt ꝙ poſtꝙ Dauid tetendit tabernaculũ dñi iux
ta domum ſuam: vt habetur. ij. Reg. vj. tunc voluit
eligere ſacerdotes iuſtos ⁊ bonos ad cultum diui
num. Et ideo ad hoc voluit cõſulere dñm vt ſibi re
uelaret qui eſſent digni habitare ⁊ miniſtrare cul-
tum diuinum in tabernaculo. Et ſic dicit: Domine
quis habitabit: ⁊ tũc dñs reſpõdet: q̃ ingredit̃ ⁊c.
¶ Sed licet lr̃a poſſet applicari ad hũc ſẽſum: ta
mẽ nõ eſt ſufficiẽs expoſitio: nec euacuaret intelle
ctũ huiꝰ pſal. cũ Dauid nõ fuerit minꝰ ꝓpheta in
hoc pſal. ꝙ in ceteris. Itẽ qꝛ ſacerdotes ve. leg. for
ſan nunꝙ fuerunt in tanta ꝑfectione ⁊ iuſtitia vt
hic memorat̃. ⁊ ideo eſt aliter dicendum qđ cũ lex
Moyſi nõ eſſet ꝑfecta niſi inquãtũ erat via ducẽs
in Chriſtũ tanꝙ in finẽ legis: ideo q̃cq̃d in lege ve-
te. precipiebat̃ erat figura noue legis: in qua perfe
ctio expectabat̃. Nã ſicut lex euãgelica dirigit nos
immediate in regnũ celorum: ita lex vetus dirige
bat in Chriſtũ a quo expectabat habere perfectio
nem ⁊ dirigi i regnũ celoruz. ¶ Unde oẽs ille con I
ditiones q̃s ponit Moyſes de ſacerdotibꝰ offeren
tibꝰ i templo. Leui. xi. ſ. ꝙ ſacerdos aut leuita non
ſit gibboſus nec lippus nec claudꝰ ⁊c. ſed ſit ſine
macula in carne. ⁊c. per ea figurabatur quales de
bebant eſſe in aĩa ſacerdotes no. teſt. qui ſacrifi-
cium in euchariſtia erant oblaturi. Itẽ ꝑ illas cõ
ditiones ⁊ ꝓprietates quas debebãt habere pro q̃
bus ſacrificia offerebãt̃ ſcriptas in capitulo ſequẽ
ti figurabant̃ cõditiones fideliũ no. teſt. ꝓ quibus
offert̃ agnꝰ immaculatꝰ in altari: ꝙ debẽt eſſe mũ
di: veraces: nõ doloſi. ⁊c. eo ꝙ pertinẽt ad regnum
celorũ. Ex quibꝰ patet excellẽtia ⁊ preeminẽtia le-
gis euãgelice ſupra legẽ vet. qđ preuidens Dauid
in ſpiritu fecit hunc pſalmũ. In quo ꝑ ea q̃ ſcripta
ſunt in lege ve. preuidit Dauid quales erant futu
ri ⁊ debẽt eſſe nõ ſolum ſacerdotes ⁊ miniſtri noui
teſta. ſed etiã fideles q̃ debẽt habitare i hac eccl'ia
ꝑ grãm ⁊ in futura ꝑ gloriã. Nã illud tabernaculũ
⁊ tẽplũ vete. leg. ſignificabat ꝓphetice eccleſiã mi
litantẽ: ⁊ anagogice triumphantẽ. Duo ergo facit
Dauid in hoc pſalmo. Nã primo ponit interroga-
tionẽ ad Chriſtũ. Scdo ponit Chriſti reſpõſionem.
ibi. Qui ingredit̃ ſine macula. Quãtũ ergo ad pri-
mũ eſt aduertẽdũ: ꝙ eccl'ia militãs eſt via in qua
peregrinamur ad altitudinẽ celi ⁊ ad patriã i qua
ſumus ꝑpetuo mãſuri: ⁊ debemꝰ quieſcere ꝓpter
merita q̃ in hac fuimus adepti. ⁊ ideo hec eccl'ia in
ſcriptura dicit̃ tabernaculũ: qđ figurabat̃ per ta-
bernaculũ Moyſi qđ fuit mobile ꝑ deſertũ: qđ fi-
lij iſrael ſequebant̃: ſed tẽplũ Salomonis figura-
bat patriã ⁊ montẽ ꝑpetuũ ⁊ immobilẽ patrie. Et
ſic ꝑ tabernaculũ in ſcriptura intelligit̃ preſens ec
cleſia: eo ꝙ hic peregrinamur ⁊ nõ habemus ciui-
tatẽ manentẽ. Sed ꝑ montẽ dñi intelligitur cele-
ſtis patria. Dicit ergo Dauid ad Chriſtũ. O dñe Ie
ſu Chriſte Meſſia future q̃s habitabit: aut q̃s erit
dignꝰ habitare in tabernaculo tuo. ſ. in hac eccl'ia
ꝑ gratiã: aut q̃s requieſcet. i. merebit̃ requieſcere i
monte ſancto tuo. ſ. in celo ꝑ gloriã: quaſi dicat: q̃-
bus meritis tui fideles ⁊ mẽbra merebuntur tecũ
in celo quieſcere ⁊ felicitatẽ illã poſſidere.

**Qui ingreditur ſine macula: et operatur iuſtitiam.** Di. j. eccleſia I. xxiij. a.

**Qui loquitur veritatem in corde ſuo. qui non egit dolum in lingua ſua.**

**Nec fecit proximo ſuo malũ: ⁊ opprobriũ nõ accepit aduerſus proximos ſuos.** xviij. q vij. et hec diximus.

**Ad nihiluz deductus eſt in conſpectu eius malignus: timentes autem dominum glorificat.**

¶ Hic ꝓpheta introducit Chriſtũ ſiue ſpiritũ ſan
ctũ reſpondentẽ ſue interrogationi. vñ reſpondet
Chriſtꝰ ⁊ dicit. Ille habitabit in tabernaculo huiꝰ
eccleſie ꝑ gratiã ⁊ in celo ꝑ gloriã: q̃ ingreditur ⁊ qui
ambulat ſine macula ⁊ opat̃ iuſtitiã. ¶ Ad cuiꝰ in K
telligẽtiã eſt notãdũ qđ totũ meritũ nr̃m ꝯſiſtit in Meri

iuſtitia ⁊ operatione ſm iuſtitiā. ⁊ ꝑ ꝯſequens in
tū in q̄ operatione ſm virtutē erga deū ⁊ ꝓximū. Sed iu
ꝯſiſtit. ſtitia preſupponit mūditiā ⁊ puritatē. Sed talis
mundicia ꝯſiſtit in declinādo ab oī malo. Et ideo
oportet ꝙ anteq̄ q̄s operet̄ iuſtitiā ſit ſine macu-
la. Et ſic ꝑfecta iuſtitia chriſtiani ꝯſiſtit in decli-
nādo a malo ⁊ faciēdo bonū: q2 vltimū ꝓſupponit
primū. Ideo primū meritū beatitudinis eſt mun-
dū ſe cuſtodire abſtinendo a malo. Poſtea ſequit̄
oꝑari bonū: ideo ait Gregoriꝰ ꝙ non ſufficit mala
nō agere niſi q̄ſq3 ſtudeat bonis; operibus inſuda
re. Et ideo oportet ꝙ prius ſit mundicia ī corde: et
poſtea lumē veritatis in operatione. Hoc idē pꝫ
Jacobi. i. ⁊ in pſal. xxxiij. Ideo dicit ꝙ ille merebit̄
habitare in hoc tabernaculo ꝑ grām: ⁊ requieſce-
re ī illo mōte celeſti per glīam: q̄ in hac via ingredi
tur. i. ambulat ſine macula ⁊ operatur iuſtitiā. Nā
ambulando ſine macula excuſat penā infernalē.
Sed operādo iuſtitiā meret̄ gloriā celeſtē. Unde
pſal. cxviij. Beati immaculati in via q̄ ambulāt in le
ge dn̄i ⁊c. Sed quia diceret aliquis tu Chriſte di-
cis ꝙ ille habitabit ⁊c. qui ingreditur ſine macu-
la ⁊ operat̄ iuſtitiā: Ego iam ſcio ꝙ ingredi ſine
macula eſt abſtinere ab omni malo: ⁊ ſe immacu-
latum cuſtodire. Sed neſcio quid eſt operari iuſti
tiā: ⁊ in quibꝰ ꝯſiſtit operatio ſm iuſtitiā: ⁊ que ⁊
quod ſunt de rōne iuſtitie: ⁊ quis eſt ille q̄ opat̄ iu
ſtitiā. Ad hoc rn̄det Chriſtus: ꝙ ille qui operat̄ iu
L ſtitiā eſt qui loquit̄ veritatē in corde ⁊c. ¶ Ad cu
Juſti- iuꝰ intelligentiā eſt notandū ſm doctrinā ⁊ ſentē
tia euā tiā ſaluatoris. Math. v. ꝙ niſi iuſtitia chriſtiani
gelica abundauerit pluſq̄ iuſtitia ſcribarū ⁊ phariſeoꝝ
abun- nunq̄ intrabit in regnū celoꝝ. Nā in duobꝰ abun-
dat. dat ⁊ ſupeminet iuſtitia euangelica ſupra iuſtitiā
ve. le. ſ. in corde ⁊ lingua ſiue locutione. Nam illa
ſolum prohibebat manū ⁊ operationē malā. Sed
iſta prohibet animū ⁊ linguā ⁊ manū. ſ. propoſitum
⁊ locutionē ⁊ oꝑationē malā. Et ideo ait Chriſtꝰ:
Nō ſolū qui occidit ⁊ qui percutit gladio: ſed etiā
qui iraſcit̄ in corde ⁊ dixerit ore fratri ſuo fatue:
reus erit gehenne ⁊c. Et qui viderit mulierē ad cō
cupiſcendū eam: iam mechatꝰ eſt in corde ſuo. Ex
quo pꝫ ꝙ vera iuſtitia eſt in lege euāgelica: q2 to
tū iuſtificat. ſ. animū. ⁊ linguā: ⁊ manū. Et ſic iuſti
tia vera ꝯſiſtit in corde ⁊ locutiōe ⁊ oꝑatione ex-
teriori. ⁊ hoc tam in ꝓceptis affirmatiuis q̄ in ne
gatiuis: Et in hoc preſtat ⁊ precellit lex euāgelica
leg. ve. Ideo vult Chriſtus ꝙ iſta tria veniāt ⁊ cor
reſpondeāt ad inuicē. ſ. cor: ⁊ lingua: ⁊ effectus ad
bonū: ne q̄s habeat aliud in oꝑatiōe ⁊ aliud in lin
gua: nec aliud in lingua ⁊ aliud in corde: ⁊ ꝯtrario:
eo ꝙ operatio ſiue locutio intātū eſt meritoria ſiue
demeritoria: inquantum voluntaria: q2 locutio ⁊
operatio ſumunt menſurā ⁊ meritū a corde ⁊ vo-
luntate ſiue intētiōe. Nā lingua ⁊ manus ſunt in-
ſtrumenta volūtatis: cū volūtas ſit primū mouēs
in agibilibus. Et ſic q2 totū: ſc3 aīa ⁊ corpꝰ dꝫ bea
tificari in patria: ideo oportet totū hominē quo
Nota. ad animā ⁊ corpus iuſtificari. dicit ergo Chriſtus
quod ille meretur habitare in tabernaculo eccle-
ſie huius per gratiā: ⁊ in monte celeſti ꝑ glīam: q̄
primo loquitur veritatē in corde ſuo. Scd̄o q̄ non
egit dolum in lingua ſua. i. qui non aliud tenebat
in corde ⁊ aliud in ligua: ſed conformat linguam
cordi. Tertio qui nō fecit malū: nec nocuit ꝓximo

ſuo in facto. ⁊ ſic nō nocet ꝓximo nec corde: nec lin
gua nec facto. Et hec prima pars iuſtitie: que ꝓhi
bet omne malū contra ꝓximū. ſ. corde ⁊ lingua: ⁊
opere. i. ꝙ nemo offendat ꝓximū corde malū cogi
tando cōtra eū: nec lingua ipm in preſentia vitu-
perando: ⁊ cōuitia inferendo: nec opere ledendo.
Secunda vero pars iuſtitie conſiſtit in veritate
de proximo abſente quo ad laudes ⁊ vituperia. et
hoc ꝯſiſtit ī duobꝰ. ſ. ī audiēdo laudes aut vitupe
ria alteriꝰ: aut dicēdo. Uū in vtrūq3 ⁊ circa vtraq3
cōtingit errare: ⁊ primo in audiendo. Nā qui vult
audire opprobria de proximo iuſto vel nō audire
virtutes eius: valde peccat ⁊ agit cōtra iuſtitiam:
ideo iuſtū eſt reꝓhēdere maliloquos: ⁊ nō accipe-
re opprobria nec audire aduerſus ꝓximos ſuos.
Et ideo ait Dauid ꝙ ille meret̄: habitare ⁊ requie
ſcere ⁊c. q̄ nō accepit. i. nō vult audire opprobrium
aduerſus ꝓximos ſuos: immo reprehendit malilo
quos. ⁊ eſt quedā virtus moralis quam ponit Ari-
ſtoteles ī fine quarti Ethicoꝝ: q̄ dicit̄ indignatio
de malo ⁊c. Scd̄a pars veritatis ꝯſiſtit in laudi-
bus bonoꝝ ⁊ vituperādo malū. Et ꝑ oppoſitū ma
xima iniquitas eſt laudare malos: ⁊ detrahere. et
mordere bonos. Unde Eſa. v. Ue qui dicūt bonum
malū ⁊ malū bonū. qd̄ maxime accidit habitanti-
bus in domibus regū ⁊ principū. Ideo ait ſalua-
tor Mat. xi. Qui mollibus veſtiunt̄. i. adultores: et
detractores in domibꝰ regū ſunt. Et ideo Chriſtus
volēs oſtēdere ꝙ iuſtū eſt cōmendare: ⁊ laudare
virtuoſos in abſentia: cōmendauit Joannē bapti
ſtam corā ꝑplo: cum dixit: q̄d exiſtis in deſertū vi-
dere: ⁊c. Et ideo vtrūq3 docet Chriſtus ibi. ſ. ꝙ de- Uitio-
bemus virtuoſos ſiue virtutē laudare: cū cōmēda ſi non
uit Joānē. Scd̄o docet ꝙ nō debemꝰ vitioſos lau- ſūt la-
dare nec carpēdere: imo vilipēdere: cū dicit arun dādi.
dinē vēto agitatā: ⁊ q̄ mollibus veſtiunt̄ in domi-
bus regū ſunt Ideo nuſq̄ legitur ꝙ Chriſtꝰ lauda
uerit vitioſos. Nā de diabolo dicit Joan. viij. Ille
in veritate nō ſtetit: ⁊ mendax eſt. Itē de Herode
dixit. Dicite vulpi illi. Luc. xiij. Item phariſeis di
cit Mat. xxiij. Ue vobis ⁊c. ⁊ vos ex patre diabo-
lo eſtis. Joā. viij. Dicit ergo hic Chriſtus ꝑ os Da-
uid ꝙ ille meret̄ habitare ⁊c. qui non accepit op-
probriū nec audire voluit aduerſus ꝓximos ſuos:
⁊ ille qui glorificat ⁊ cōmendat ⁊ laudat timentes
deū: ſcilicet iuſtos ⁊ bonos. Et in cuius cōſpectu
malignus ad nihillū deductus eſt. i. qui nō laudat
nec cōmēdat: nec exaltat malignos ⁊ adulatores:
ſicut faciūt mali principes. Ex quo patet ꝙ iuſtus
aliter ſe hꝫ circa bonos ⁊ aliter circa malos. Nā xviij.
tas erat coiuncta humanitati. Et ſic poterat ipſaꝫ ſine morte cōſeruare: ſicut potuit mortuā ſuſcitare. Jtē ſicut habuit poteſtatē animā deponēdi ⁊ recuperādi: ita habebat poteſtatē retinēdi eā ineternū in carne. ℂ Ex quo ptꝫ: ꝙ Chriſt⁹ nō mortuus eſt cauſa recuperādi imortalitatē pro ſe: ſꝫ ꝓ ſuis mēbris. Nā ſi voluiſſet: abſq̄ morte ⁊ paſſione fuiſſet factus immortalis ⁊ impaſſibilis: ſed oportuit ipſum mori: vt hanc hereditatē ⁊ immortalitatem ex meritis ſue paſſionis membris ſuis poſſet communicare. ℂ Ad maiorē euidētiam eoꝝ que dicta ſunt eſt aduertendum: ꝙ quinq̄ habuit Chriſt⁹ in primo inſtanti ſue cōceptionis: ſcilicet plenitudinem gratie: ⁊ ſapientie: ⁊ poteſtatis: ⁊ firmū propoſitū ⁊ decretum nos redimendi per ſuam paſſionem. Et exinde habuit quintū. ſ. plenitudinē meritorū. Jn quibus quinq̄ nullo modo creuit: nec ꝓfecit Chriſt⁹ intenſiue ⁊ habitualiter quo ad ſe: ſꝫ bene creuit ⁊ profecit extēſiue: ⁊ effectiue: ⁊ oſtēſiue: quo ad nos: illa quinq̄ cōmunicādo ⁊ oſtendēdo: ſicut ſol in aurora ⁊ ortu ſuo habet in ſe totā plenitudinē ſui luminis ⁊ caloris ⁊ virtutis ſed in illis ſucceſſiue creſcit ⁊ ꝓficit quo ad nos ſucceſſiue accedēdo. Et iſto modo dicit euāgeliſta: ꝙ Chriſtus proficiebat ⁊ creſcebat ſapiētia apud deū ⁊ hoies. ſimul cū etate. ſ. apud deū voluntatē patris adimplendo: ⁊ apud hoies predeſtinatos vocādo ⁊ iuſtificando ⁊ docendo: ⁊ per miracula ſuam poteſtatē oſtēdēdo. ℂ Ex toto iſto pſalmo poſſunt recolligi. xv. cōcluſiones. ℂ Prima cōcluſio: ꝙ ois creatura indiget bonis dei ⁊ nō ecōtrario. probatur: qꝛ ois creatura dependet a deo in triplici genere cauſe. ſ. efficienti: formali: ⁊ finali. ℂ Scda cōcluſio: ꝙ de⁹ mirificauit volūtates ⁊ deſideria Chriſti in ſctis eius. probat: quia ſicut totū deſideriū Chriſti fuit adimplere voluntatē patris: ita tota volūtas pris fuit adiplere deſideriū ⁊ petitionē filij. ℂ Tertia cōcluſio: ꝙ licet Chriſtus omnes homines vocauit ad fidē: tñ ſoli electi accelerauerūt ad cōuertēdū. ℂ Quarta concluſio: ꝙ Chriſt⁹ nō cōſanguineos ⁊ carnales cōgregauit in eccleſia: ſed ſolum iuſtos. ℂ Quinta cōcluſio: qđ Chriſt⁹ nō ſcripſit nec annotauit in libro viuētiū pctōres ⁊ carnales: ſed ſolos ſpūales. ℂ Sexta concluſio: ꝙ Chriſtus per calicē paſſionis lucratus ⁊ adeptus eſt hereditatē dei. Et ſic nō pōt ſibi denegari. ℂ Septima cōcluſio: ꝙ Chriſt⁹ eos iuſtificauit ⁊ clarificauit q̄s ab eterno pater ꝑdeſtinauit: ⁊ ideo nō ſunt iuſtificati ⁊ clarificati niſi illi ſuper q̄s ceciderūt funes ⁊ ſortes ꝑdeſtinationis. ℂ Octaua cōcluſio: ꝙ cauſa quare Chriſt⁹ nō poterat incinerari fuit vnitas verbi cū corpore in ſepulchro. ℂ Nona cōcluſio: ꝙ Chriſt⁹ ſemper fuit certus de ſua reſurrectiōe. probatur hoc: qꝛ nō ſolū reſurrectionē: ſed oia futura contingētia tanq̄ ꝑſentia videbat in verbo ab inſtanti ſue cōceptions. ℂ Decima cōcluſio: ſi Chriſtus voluiſſet nunq̄ fuiſſet mortuus. probatur. Nā ſicut habebat poteſtatē deponēdi aiam ⁊ aſſumēdi: ita habebat poteſtatē retinendi ſemper eam in carne: quia verbum animā in corpore ſine ſenio ⁊ morte cōſeruaſſet: ſicut cōſeruauit corpus ſine corruptione. ℂ Undecima cōcluſio: ꝙ Chriſt⁹ nō fuit mortu⁹ cauſa recuperāde immortalitatis ꝓ ſe. probatur: qꝛ ſi voluiſſet: abſq̄ morte fuiſſet factus immortalis ⁊ impaſſibilis: ratione verbi coniuncti. qđ probatur. Nā multotiens ante paſſionē ſe oſtendit immortalē ⁊ impaſſibilem cū dotibus corpis glorificati: qꝛ in tranſfiguratiōe: in natiuitate ⁊c. ℂ Duodecima concluſio: licet Chriſtus ab inſtāti ſue creationis poſſideret ad libitum totam hereditatem ꝓ ſe: tamen oportuit ipſum pati ⁊ mori: vt illam hereditatem ex meritis ſue paſſionis poſſet iuſtis cōicare: vt nos iuſte redimeret: ꝓbatur: quia diabolus non potentia: ſed iuſtitia fuit vincendus. ℂ Tertiadecima concluſio: ꝙ ſolus Chriſtus primus aperuit nobis viā per celum ad vitā: ⁊ adeptus eſt nobis illam beatitudinem. ℂ Decimaquarta concluſio: ꝙ tota beatitudo conſiſtit in viſione diuine eſſentie. probatur: qꝛ ex illa viſione reſultat ſumma fruitio ⁊ delectatio ⁊ quies ⁊ eterna ſecuritas. ℂ Quintadecima cōcluſio: ⁊ quinq̄ habuit Chriſtus in primo inſtanti conceptionis: ſcilicet plenitudinē gratie: ⁊ ſapiētie: ⁊ poteſtatis: ⁊ meritorum: ⁊ firmum propoſitum ⁊ decretū patiendi pro nobis: in quibus non creſcebat: nec ꝓficiebat intēſiue ⁊ habitualiter in ſe: ſed extenſiue quo ad nos per effectum: ſicut ſol creſcit paſſim attingendo partes terre.

*Margin (left):* D Nota hec q̄ xp̄s habuit in inſtāti conceptiōis. — E — Prima. — Scda. — Tertia. — Quarta. — Quinta. — Sexta. — Septima. — Octaua. — Nona. — Decia. — Undecima.

## Exaudi domine iuſtitiā meam: intende deprecationem meam.

ℂ Titulus: Oratio Dauid. Ex titulo apparet ꝙ Dauid fecit hunc pſalmū: in quo aliquid petit. Et eſt prim⁹ qui ſic intitulat. Unde hebrei moderni dicunt: ⁊ q̄daꝫ catholici eos ſequentes: ꝙ Dauid fecit hunc pſalmum petens liberari de manu ⁊ ira Saul: allegādo ſuā iuſtitiā ⁊ innocētiā. Et ſic literaliter exponunt ipſum de ipſo Dauid. Sed hec expoſitio primo eſt inutilis: ⁊ negat Dauid eſſe prophetā. Secundo eſt falſa: quia ea que dicuntur hic non poſſunt ipſi Dauid cōuenire: quia null⁹ eſt iuſtus et innocēs niſi Chriſtus ⁊ mater ſua: ideo null⁹ alius pōt allegare iuſtitiā ſuā coram deo. Jtem hoc contradicit illi qđ Dauid dicit infra pſalmo. cxlij. Non intres in iudiciū cū ſeruo tuo dñe: qꝛ non iuſtificabitur in conſpectu tuo ⁊c. Ex quibus patet: ꝙ iſta verba non poſſunt verificari niſi de chriſto. Jdeo eſt dicendū ꝙ Dauid per ꝑſecutionē ſuā ꝓuidit in ſpiritu perſecutionē Chriſti in capite ⁊ mēbris. Et ideo fecit hunc pſalmū in perſona Chriſti: in quo introducit Chriſtum qui petit liberari in ſe per reſurrectionē: ⁊ in mēbris a ꝑſecutione tyrānorū tā iudeoꝝ q̄ gentiliū. Unde totus iſte pſalm⁹ eſt ꝓphetia illi⁹ oratiōis quā Chriſt⁹ fecit i horto Mathei. xxvi. Et illi⁹ petitiōis Joā. xvij. Tria ergo facit Chriſt⁹. nā primo petit in forma ſerui ſuā orationē exaudiri allegādo ſuā iuſtitiā. Scđo petit liberari i ſua paſſiōe: ⁊ ſuā eccleſiā in ſua ꝑſecutiōe. Tertio petit de ꝑſecutorib⁹ vltionē. Scđa ibi: ꝑfice greſſus meos. Tertia ibi: exurge dñe. ℂ Quātū ergo ad primū dicit Chriſt⁹ in forma ſerui. Exaudi dñe iuſtitiā meā. i. exaudi me ſm iuſtitiā ⁊ innocētiā meā: q̄ pctm̄ nō feci: nec inuētus eſt dolus i ore meo. Et intēde ad deprecationē meā. ℂ Unde eſt dr̄ia inter orationē ⁊ deprecationē. Nam orare eſt aliq̄d petere indifferenter. Sed deprecari eſt ab aliquo malo petere liberari. Jđ vtrūq̄ facit Chriſtus. Nā primo precat liberari: Scđo orat ⁊ petit premiū glorie pro ſe ⁊ pro membris ſuis. Jdeo ait.

## Auribus percipe orationem meā: non i labijs doloſis.

ℂ Sed procedentem a rectitudine ex deuotione cordis: quia oratio et petitio mea eſt iuſta ⁊ pura. Jdeo ſubdit

## De vultu tuo iudicium meū prodeat: oculi tui videant equitates.

ℂ Rogo inquit vt iudiciū meūꝫ contra inimicos meos ꝓdeat de vultu ⁊ notitia tua: quaſi nō ꝑmittas facinus impunitum: ſed oculi tui videant eq̄tates et actiones meas iuſtas: ideo iuſte iudica ⁊ diſcerne cauſam meam inter me et perſecutores meos. Nam

## Probaſti cor meum ⁊ viſitaſti nocte: igne me examinaſti: ⁊ non eſt inuenta in me iniquitas.

ℂ Tu probaſti cor meū ⁊ viſitaſti me nocte. i. in tota illa nocte paſſionis: ⁊ igne tormētorum me examinaſti: quia fui captus ⁊ tanq̄ latro ligatus: ⁊ in domo Anne ⁊ Caiphe alapis ceſus: ⁊ in domo Pilati deluſus ⁊ flagellatus ⁊c. Unde in omnib⁹ his per totā illam noctem fui ꝓbatus ⁊ examinat⁹: et non eſt inuenta in me iniquitas: nec aliqua culpa in tantū ꝙ Pilatus dixit: nullā in eo inuenio cauſam mortis. Et ſic fui bene impugnatus ⁊ accuſatus ⁊ percuſſus ⁊ crucifix⁹ ſine cauſa: quia nullū malum feci: quia impleui voluntatē patris mei et predicaui veritatē. Unde intantū non eſt inuenta in me iniquitas nec mendacium nec dolus.

## Ut non loquatur os meū opera hoim: propter verba labiorum tuorum ego cuſtodiui vias duras.

ℂ Ut os meū nō loquat. i. nō loq̄ret verba hoim: ſed verba dei ⁊ verba labiorū tuorū. Naꝫ qui loq̄tur verba hoim. i. ad nutū ⁊ obſequiū hoim: loquitur verba mendacia ⁊ doloſa et adulatoria: ſꝫ ego nolui talia verba loqui: nec hoibus placere ⁊ adulari: immo volui Judeos ⁊ phariſeos corrigere et exprobare: quia malui implere voluntatem tuā: o pater: q̄ volūtatem hominū. Jdeo ꝓpter verba labiorū tuorū. i. quia impleui verba labiorū tuoruꝫ: predicando eis veritatē: ideo cuſtodiui. i. ſuſtinui vias duras. i. dura tormenta ⁊ ꝑſecutiones. Litera Hieronimi habet: Cuſtodiui vias latronis. quod idem eſt. Nā Chriſtus penas debitas latroni ſuſtinuit: quia fuit flagellatus ⁊ crucifixus inter duos latrones: propter veritatem predicandā. ſ. qꝛ magis voluit predicare verba dei q̄ verba hoim. i. qꝛ maluit corrigere et reprehēdere q̄ adulari ⁊ blandiri: ⁊ ideo paſſus eſt penas duras. ℂ Ex oibus ſupradictis patet: ꝙ iſta orō ⁊ iſta verba nō poſſūt verificari de aliquo puro hoie niſi de ſolo Chriſto vt demōſtrat Augu. ij. de bap. paruulorū: quia omnis homo mendax ⁊ pctōr niſi ſolus de⁹ mediator dei et hoim hō Chriſtus Jeſus de debito: ⁊ mater ſua per grām. Et ſic ſolus Chriſtus pōt intrare innocens in iudicium ante patrē ⁊ dicere verba ſupradicta. Et ideo ſolus eſt ipſe mediator ⁊ pōt interpellare pro mēbris: ⁊ per iuſtitiā ſuā poteſt petere apud patrem ſua mēbra iuſtificari: quod nulli alteri hominum conuenit.

*Margin (gutter):* de cōſt diſt. v. nō mediocri ter. — Extra de appel. c. vt noſtrū: ſit eccleſiaſtica benefi cia. ca. nonico. — de cōſe. diſt. ij. ſ. expꝛe miſſis. — ...ij. q. ... ca. ...nes.

## Perfice greſſus meos in ſemitis tuis: vt non moueantur veſtigia mea.

ℂ Hec eſt ſecūda pars in qua poſtq̄ Chriſt⁹ allegauit iuſtitiā examinauit innocentiā ſuā cuius intuitu pater celeſtis cōfert oia bona: nūc explicat ſuam petitionē. vnde duo petit. Nam primo petit gratiā ⁊ fortitudinē pro mēbris ſuis. ſ. pro fidelib⁹ vt ſint fortes ⁊ conſtātes ⁊ patientes in aduerſis. Scđo vt liberent de manu ꝑſecutorū ibi: A reſiſtētibus dextere. Unde nota ꝙ cū Chriſtus ſit caput eccleſie ſiue corporis myſtici: ⁊ nos ſumus ei⁹ mēbra: tamē iſta mēbra nō eundē actum habent: nec eodē modo mēbra dicuntur. Nā alios dedit Chriſtus in eccl'ia apoſtolos ⁊ alios euāgeliſtas: alios doctores: alios ſimplices: Jdeo apoſtoli dicuntur vno modo pedes Chriſti: eo ꝙ Chriſt⁹ per apoſtolos ambulauit ⁊ ꝑdicauit euangeliū ꝑ vniuerſum mundū. Jdeo apl'i dicunt euāgelizātiū ꝓ. ⁊c. Eſa. lij. ⁊ ad ro. xij. ceteri autē fideles dicunt veſtigia Chriſti: quaſi ipreſſio relicta ex doctrina ⁊ ꝑdicatione apl'orū. Sed qꝛ apl'i nō potuerūt ꝑfici in tali ꝑdicatiōe: nec fideles cōuerti nec ſuſtinere ꝑſecutionem niſi ex grā Chriſti ꝓ eis iterpellātis: vt patet Lu. xij. Ego pro te oraui Petre ne deficiat fides tua: ideo ꝓphetice orat hic Chriſt⁹ pro oibus mēbris: vt apoſtoli dirigātur in tali predicatiōe: ⁊ fideles populi conuertant: ⁊ ꝑſecutiones vbiq̄ cōſtāter tolerent ⁊ patiant. Dicit ergo Chriſtus: o pater ꝑfice greſſus. i. apl'os ⁊ diſcipulos ⁊ doctores meos in ſemitis tuis euāgelicis ꝑ ſeptē dona ſpūs ſcti in die pēteco. vt intelligāt ſcripturas et cōſtāter predicēt veritatē: ⁊ ꝑfice eos ſignis ⁊ miraculis ⁊ exēplo vite ⁊ doctrine: vt veſtigia mea. ſ. populi ſimplicium non moueantur nec titubent a fide: ſed ad ipſam veniant: vt in ipſa firmiter figātur ⁊ permaneant. quia

## Ego clamaui quoniā exaudiſti me de⁹: inclina aurem tuam mihi et exaudi verba mea.

ℂ Ego clamaui in horto ⁊ in mēſa rogādo ꝓ eis. ideo tu deus exaudiſti me: ideo inclina ſemꝑ aurē tuam ⁊ exaudi verba mea. quaſi dicat: ſicut exaudiſti me in capite me reſuſcitando: exaudi me nūc in mēbris. ſ. fidelibus eos cōuertendo. Jtem ſicut exaudiſti me eos conuertendo: exaudi me nūc eos de perſecutoribus liberando: ⁊

## Mirifica miſericordias tuas: qui ſaluos facis ſperantes in te.

ℂ Mirifica: id eſt fac mirificas in eis miſericordias tuas: nos mirabiliter a periculis liberando: qui ſaluos facis ſperātes in te: id eſt ſicut cōſueuiſti ſaluos facere ſperātes in te puta ſicut ſaluaſti filios iſrael de egypto ⁊ in mari rubro: ⁊ per totū deſertū ⁊ in terra promiſſiōis tēpore Joſue ⁊ iudicū ⁊c. Sic ergo cuſtodi me in membris meis de ꝑſecutione tyrannorū ⁊ hereticoꝝ: ⁊ ab oibus reſiſtētibus dextere ⁊ potentie ⁊ voluntati tue: et de reſiſtētibus mihi qui ſum dextera: cuſtodi me dico vt pupillā oculi. Nā ſicut pupilla oculi hꝫ a natura plures tunicas neruoſas ⁊ palpebras ad ſui cuſtodiā: ita tu da mihi: id eſt mēbris meis dona gratiarū ad eorū cuſtodiā ⁊ defenſionē. Sicut pupilla oculi nō patit puluerē neq̄ aliquā ſordicā: ita

*Margin (right):* di. ij. c. ſi qs. — de conſe. diſt. ij. c. qñ autē. — xxxviij di. c. ſedulo.

tu pater non permittas hereſes in eccleſia neqꝫ
ſchiſmata: ſed ipſam redde nō habentē rugā neqꝫ
maculam: neqꝫ aliquid huiuſmodi.

**A reſiſtentibus dextere tue cuſtodi me: vt**
ij.q.d. vij.te **pupillam oculi.**
ſtes. **Sub vmbra alarum tuarū protege me: a fa**
§.xp̃s. **cie impiorum qui me afflixerunt.**
**Inimici mei animaꝫ meā circundederunt**
diſt.ij. **adipem ſuū concluſerunt: os eorum locutū**
§.op **eſt ſuperbiam.**
ponit. **Proijcientes me nunc circundederūt me:**
diſt.ij. **oculos ſuos ſtatuerunt declinare in ter-**
§.econ **ram.**
trario. **Suſceperunt me ſicut leo paratus ad pre-**
**dam: ⁊ ſicut catulus leonis habitans in ab**
**ditis.**

¶ Cuſtodi me ab oibꝰ hereticis ⁊ ſchiſmaticis re
ſiſtētibꝰ dextere tue. Item protege me ſub vmbra
⁊ influētia alarum tuarū: ſicut gallina fouet ⁊ pte
git pullos ſuos ſub alis ne miluꝰ rapiat eos: Ita
tu protege me a facie impiorū iudeorū et tyrāno-
rum et hereticorū: qui me afflixerunt: ⁊ eccleſiam
meā multis pſecutionibꝰ infeſtarūt ⁊ animā meā
id eſt eccleſiā meā circundederūt ſicut leo rugiēs
fideles occidēdo. Et hoc fecerunt ex abūdātia bo
norū tēporalium ⁊ poteſtate terrena: quia erant
diuites ⁊ potētes Ego autē cum meis diſcipulis
eram ſimplex ⁊ pauper. Nā ipſi cōcluſerūt adipeꝫ
ſuū: id eſt pingues diuitias cōgregarunt. Et ideo
ceteros contēnentes: eos eorum locutū eſt ſuper
biam contra me rapiendo bona: ⁊ inferendo op-
probria: ⁊ ſic proijcientes me a domo mea circun-
dederunt me verberibꝰ ⁊ plagis. Et ſtatuerūt de-
clinare i terrā. i. ad bona tpalia ſpūalia relinquen
do. Et ſic circundederunt me: ſicut leo paratus ad
predam circundans ouem vt laniet eam: Ita ipſi
circūdederunt fideles meos interficiendo ⁊ bona
diripiendo. Et nota ꝙ tota iſta perſecutio verifi-
catur de Chriſto capite. Nam Iudei circūdederūt
eum ⁊ multotiens iniurijs affecerunt: ⁊ ad terraꝫ
in horto deiecerūt et ligauerūt: ⁊ trahētes per ter
ram ad Annam et Caipham deduxerunt: ⁊ finali-
xxiij. q. ter flagellarunt ⁊ crucifixerunt.

v.§.vl. **Exurge domine preueni eum ⁊ ſupplanta**
xl. **eum: eripe animam meam ab impio: fra-**
**meam tuam ab inimicis manus tue.**

¶ In hac tertia parte primo Chriſtus petit vltio-
nem et punitionem de inimicis. Secūdo petit pre
mium ſue paſſionis. ibi. Ego autem. ¶ Quantum
ad primū eſt notādū: ꝙ tam Iudei qui perſecuti
ſunt Chriſtum in capite: ꝙ gentiles qui perſecuti
ſunt eum in mēbris: fuerūt puniti licet diuerſimo
de. Nā Iudei rebellantes contra Romanos p. xl.
annos paſſi ſunt multa diſcrimina et ſeditiones:
vt ait Joſephus in libro de bello iudaico. Sed in
fine. xl. annorū in feſto paſche fuerunt obſeſſi per
Romanos. Et fuerūt incluſi ⁊ preuenti nō ſolū ci-
ues Hieruſalem: ſed etiā oēs qui venerāt ad feſtū
ex diuerſis partibꝰ: ⁊ tandē poſt longā obſidionē
⁊ cedem ⁊ cladem fuit capta ciuitas ⁊ fuerunt tru
cidati decies centena milia: ſm Joſephum ⁊ tot i-
dē capti: ⁊ ciuitas incēſa cū tēplo: ⁊ a fundamētis
euerſa. ⁊ captiui fuerūt vēditi ⁊ diſperſi per mūdū:
⁊ ſic fuit ablatū a Iudeis ſacerdotiū ⁊ ſacrificiū ⁊
regnū. ⁊ hoc eſt qd dicit hic Chriſtꝰ per os Dauid
O pater exurge a longa patientia: q: iā expectaſti
iſtum populū per. xl. annos ⁊ noluit venire ad pe-
nitentiā: ſed ſemp perſeuerauit obſtinatus in ſua
malitia cōtra Chriſtum ⁊ eccleſiam: q: lapidauit
Stephanū: ⁊ occidit vtrūqꝫ Jacobum: ⁊ relegauit
Paulū ⁊c. Ergo exurge ⁊ p̄ueni eū in feſto paſche
incluſuꝫ ne poſſit fugere. Nā ſicut ipſi preuenerūt
me in feſto paſche: q: ex parte noctis ceperunt me
in horto ⁊c. ita tu preueni iſtum populū p Roma-
nos ⁊ deſtrue ciuitatē ⁊ ſupplanta populū iſtum a
ſedibus ſuis: ⁊ diſperge ipſum per mundū: ⁊ eripe
aiam meā. i. me ⁊ eccleſiā meam ab hoc populo im-
pio ⁊ crudeli qui me crucifixit: ⁊ eripe ⁊ aufer fra-
meā. i. gladiū ſacerdotalē ⁊ ſceptrū tēporale a Ju
deis inimicis manus tue. ſ. ab inimicis filij tui qui
eſt manus ⁊ dextera tua: cui volunt reſiſtere. Et tu

**Domine a paucis de terra Diuide eos in**
**vita eorum: de abſconditis tuis adimple-**
**tus eſt venter eorum.**

¶ Dn̄e diuide ⁊ diſpde eos de terra ſua a paucis:
id eſt ex paucis. quaſi dicat: licet ipſi ſūt pauci re-
ſpectu aliarum nationum: tamē ex paucis diuide
eos in multas partes. ⁊ diſperſi p oēs partes mū-
di ſeruiant ceteris nationibꝰ in oſtenſionē ſui ſce-
leris: ⁊ in memoriam mee paſſionis: vt in vita eo-
rū patiant̄ tēporaliter in hoc mūdo: ⁊ poſt morteꝫ
eternaliter in inferno. ¶ Deinde ibi: In vita eorū.
incipit alia ſententia. vbi reſpōdet tacite queſtio-
ni. Nam diceret aliquis: ſi Judei ⁊ oēs infideles
ſunt ita maledicti: quomodo ergo abundant diui-
tijs temporalibus ⁊ prole filiorum: Ad hoc reſpō-
det Chriſtꝰ: ꝙ hoc fit oculto dei iudicio. Et tamen
bene poteſt reddi aliqua ratio: eo ꝙ ſunt diuerſi
fines inter fideles ⁊ infideles. Nā iudei ⁊ omnes
infideles ponunt ſuum finem ⁊ totam ſpem ⁊ feli-
citatē in hoc mundo nō expectantes aliā gloriam
preter diuitias ⁊ res mundanas. Et ideo noluerūt
Chriſtū recipere qui precipiebat temporalia con-
temni: ⁊ celeſtia deſiderari: ⁊ ideo apponūt totum
deſideriū ſuū in pecunijs ⁊ diuitijs cōgregandis:
cōmittētes vſuras ⁊ dolos abſqꝫ timore futuri iu-
dicij. Et ideo de neceſſitate oportet ꝙ abūdent bo
nis tpalibus. Et ſic ſuſtinētur a principibus mūdi
ꝓpter munera que recipiunt ab eis. Sed finali-
ter expoliant eos. Et etiā videmus ꝙ populi inſur
gunt cōtra Judeos ⁊ expoliant domos eorum: et
quandoqꝫ interficiunt eos. Et ideo viuūt in conti
nuo timore: ⁊ ſic diuitie v̄tunt̄ in detrimētū eorū.
Chriſtiani vero q: timent diuinū iudiciuꝫ: ⁊ viuūt
ſm euangeliū ex iuſto labore ponētes ſpem ſuā in
bonis celeſtibus: ideo non curant congregare the-
ſauros in terra: ſed in celo ſm conſiliū Chriſti: q:
ibi expectāt beatificari. Dicit ergo Chriſtꝰ in pſo
na ſui ⁊ membrorū: o pater tu permittis vt iſti Ju
dei ⁊ homines mundani habeant aliquam felici-
tatem in hoc mundo licet cum damno ſuo. Nā ven-
ter. i. appetitus eorum adimpletus eſt de abſcon-
ditis tuis. i. de bonis temporalibus.



**Saturati ſunt filijs: ⁊ dimiſerūt reliquias**
**ſuas paruulis ſuis.**

¶ Saturati ſunt: id eſt abundauerunt filijs in co
pia prolis: ⁊ dimiſerunt poſt mortē reliquias ſuas
id eſt bona relicta paruulis ſuis. quaſi dicat: licet
iſti hoīes mundani abundauerint diuitijs ⁊ copia
filiorū: ⁊ reliquerint filijs magnam hereditatē ex
male acquiſitis: propter qd patiunt̄ penam eter-
nā in inferno: tamen ego volui magis viuere pau-
per in hac vita ꝙ rapere bona aliorum: vt vitarem
penam eternam: ⁊ cum mea paupertate acquirerē
diuitias celeſtes. Et ideo ſubdit.

**Ego aūt in iuſtitia apparebo conſpectui**
**tuo: ſatiabor cum apparuerit gloria tua.**

¶ Ego aūt in iuſtitia mea. i. q: iuſte vixi in hac vi-
ta: ideo iuſtus apparebo conſpectui tuo. i. ante fa-
ciem tuam. in cuius viſione conſiſtit tota noſtra fe
licitas ⁊ fruitio. Et tunc cū apparuerit gloria tua:
ego ſatiabor fruēdo illa ſumma deitate: ⁊ illo ſum
mo bono: quo adepto nihil eſt amplius quod deſi-
derari queat. Ex quibus patet: ꝙ decpti fuerunt
Judei ⁊ ceteri hoīes mundani qui poſuerunt ſpeꝫ
ſuam in rebus terrenis ⁊ corruptibilibꝰ: quas bre
ui tēpore poſſederūt ⁊ ſecū deferre nō potuerunt
ſed paruulis ſuis cum magna dānatione eorū re-
liquerunt. Et notanter dixit. De abſconditis tuis
adimpletus eſt venter eorum. Nam bona tempora
lia dicuntur abſcondita vel de abſconditis dei: eo
ꝙ occulto dei iudicio permittunt̄ etiam mali iſta
poſſidere in dānationem ſui. Et ideo deus quādo-
ꝙ nō permittit iuſtos bona tēporalia poſſidere ne
eis male vtantur ⁊ dānentur. Ex quo patet: ꝙ pau
pertas eſt ſalubris ⁊ vtilis iuſtis: ſicut copia diui-
tiarum eſt reprobis dannabilis ⁊ nociua. Ex qui-
bus omnibus patet: ꝙ Chriſtus introductus ad
loquendum in iſto pſalmo petit liberari in ſe ⁊ in
mēbris ſuis de perſecutione malorum: ⁊ orat pro
eccleſia ſua: vt in paupertate ſeruet̄ in hac vita to
lerando perſecutiones malorum: vt poſſit ſatiari
bonis eternis in regno celorum.

**Diligam te domine fortitudo**
**mea: dominus firmamentum**
**meum et refugium meum et li-**
**berator meus.**
**Deus meus adiutor meus: et ſperabo in**
**eum.**
**Protector meus ⁊ cornu ſalutis mee: et**
**ſuſceptor meus.**
**Laudans inuocabo dominum: ⁊ ab inimi**
**cis meis ſaluus ero.**

¶ Huic pſalmo in. ij. reg. ca. xxij. preponitur titu-
lus ſub hac forma. ſ. Locutus eſt autē Dauid dn̄o
verba carminis huius in die qua liberauit euꝫ de
manu omnium inimicorū ſuorū: ⁊ de manu Saul.
⁊ ait: Diligaꝫ te dn̄e ⁊c. Et ſic dauid proſequitur to
tum iſtū pſalmū vſqꝫ in finē in toto illo capitulo.
Sed quia iſte pſalmus datus eſt ad cātādū in tem
plo cū toto conatu vocū cū ceteris pſalmis: Ideo
Dauid ſiue cantores addiderūt poſtea in principio
tituli hanc particulā. ſ. In finē puero ſuo Dauid: ꝗ
locutus eſt verba carminis huius ⁊c. Et in hoc cō
ueniunt. lxx. ⁊ ipſe Hieronymus in ſuis tranſlatio
nibꝰ. Ex quo titulo habet̄ ꝙ Dauid fecit hunc pſal
mum in ſenectute in fine bellorū ſuorū: poſtꝗ de-
dit ſtudiū cultui diuino: vt patet per totum diſcur
ſum primi ⁊ ſecundi regū. Nam ſecundi regū. xxij.
inſeritur totus iſte pſalmus cū ſuo titulo. Et ideo
dicit Rabi Salo. cum ceteris iudeis modernis: ꝙ
propter nullā aliam cauſam fecit Dauid iſtū pſal-
mum: niſi quia epilogat totum diſcurſum vite ſue
agendo gratias deo: quia liberauit ipſum de oibꝰ
perſecutionibus ſuis: ⁊ dedit ſibi victoriā ſup oēs
inimicos ſuos. vt videtur ſonare litera totius pſal
mi: ⁊ ſic omnes iudei moderni exponunt iſtū pſal-
mum preciſe literaliter de Dauid ⁊ regno ſuo. Et
eos ſequuntur quidā catholici in expoſitione ſua.
Sed manifeſtum eſt: ꝙ talis preciſa literalis ex-
poſitio non ſolum eſt inutilis chriſtiane religioni:
ſed etiam de ſe eſt manifeſte falſa. Et hoc propter
quinqꝫ. Primo quia tollit dignitatem propheticā
ab ipſo Dauid: ⁊ ab hoc pſalmo: quia vt ſic nō pti-
neret ad ſacram ſcripturam: nec locutus eſſet Da-
uid in ſpiritu prophetico in hoc pſalmo: nec prece
piſſet ipſum cantari in tabernaculo ⁊ templo cum
ceteris pſalmis: ſicut pluries dictum eſt. Secūdo
quia in tranſlatione chaldaica huius tituli dicit̄:
ꝙ locutus eſt Dauid in prophetia verba carminis
huius ⁊c. Tertio: quia finito pſalmo ſequitur im-
mediate. ij. Reg. xxiij. Hec ſunt verba nouiſſima ꝗ
dixit prophetice Dauid filius Iſai egregius pſal-
tes Iſrael: cui cōſtitutū eſt de chriſto dei Jacob. et
ſequitur infra. Dn̄s per me locutꝰ eſt: ⁊ ſpiritꝰ dn̄i
per linguā meam. ⁊c. vbi manifeſte oſtenditur Da-
uid locutū eſſe prophetice in hoc pſalmo ⁊ in cete-
ris. Quarto: quia ea que narrantur in hoc pſalmo
non videntur conuenire ipſi Dauid filio Iſai: quia
ipſe nō fuit liberatus ex egypto nec in mari rubro
ſicut memorat̄ in hoc pſalmo. Item nō poteſt con-
uenire ipſi Dauid illud qd dicit̄: Et retribuet mi-
hi dn̄s ſcdm iuſtitiā meā: ⁊ ſcdm puritatē manuū
mearū ⁊c. q: hoc ſoli Chriſto cōuenit: q: Dauid nō
cōſueuit allegare iuſtitiā ⁊ puritatē ſuaꝫ: cū dicat
pſalmo. cxlij. Non intres in iudiciū cum ſeruo tuo
dn̄e: quia apud te nō iuſtificabit̄ omnis viuens ⁊c.
Quinto hoc idem probatur per Rabi Cāhi magi-
ſtrū eorū: qui dicit: ꝙ oēs pſalmi qui intitulantur
In finē: ſiue Ad vincentē: loquunt̄ de rege Meſſia
Et latēt in eis multa ⁊ ꝓfundiſſima myſteria de re-
ge Meſſia. Ex ꝗbus oibus patet: ꝙ Dauid in hoc
pſalmo nō minus fuit ꝓpheta ꝗ in ceteris: nec lo-
quit̄ principaliter de ſeipſo: ſed de Chriſto in lege
ꝓmiſſo. Et ideo pro vera intelligētia huius pſalmi
⁊ tituli eiꝰ: eſt aduertēdū: ꝙ Dauid ꝓpheta poſtꝗ
quieuit ab oibus bellis ⁊ incepit dare operā diui-
no cultui ⁊ ſtudio ſacre ſcripture cōſiderando affli
ctionē filiorū iſrael dū erāt in egypto: ⁊ quomodo
fuerunt liberati ⁊ educti per Moyſen ex precepto
dn̄i: ⁊ quomodo fuerūt liberati in trāſitu maris ru
bri Pharone cū exercitu ſuo percūtibus: in ſignis
⁊ portētis: Et quomodo poſtea Joſue introduxit
illum populū in terrā promiſſam etiam cū magnis
ſignis ⁊ portētis: p̄uidit Dauid in ſpiritu qualiter
Chriſtꝰ i lege ꝓmiſſus debebat liberare totū genꝰ
hūanū de ſeruitute pctī: ⁊ educere fideles veteris
teſta. de limbo inferni: ⁊ introducere eos in terrā vi

nentiū patrie celeſtis: ⁊ hoc per mortē ⁊ paſſionē ⁊ reſurrectionem ſuam. Ideo ſcd̄o Dauid cōſiderā do ⁊ contēplando totū diſcurſum vite ſue: et magnas pſecutiones ſuas: ⁊ qualiter fuit liberatꝰ de Saul ⁊ Abſalon: ⁊ finaliter obtinuit victoriam de oībus inimicis ſuis ⁊ obtinuit totū regnū ſup oēs tribꝰ iſrael: ⁊ ſubiecit ⁊ fecit ſibi tributarios Amonitas ⁊ Moabitas ⁊ Syros ⁊ ceteros finitimos de poplo gētili: in tali cōtēplatione pūidit in ſpiritu qualr̄ Chriſtus poſt mortē ⁊ paſſionē ⁊ reſurrectionē debebat obtinere regnū totius orbis: ⁊ qualiter ꝑ apoſtolos ⁊ martyres ⁊ doctores debebat ſibi ſubijcere totū populū gentilē: ⁊ repudiato populo iudaico ⁊ diſſipato: debebat fieri caput totiꝰ populi gentilis ad fidē cōuerſi. Ex oībꝰ ergo ſupradictis cōtēplatis: ⁊ cōſyderatis Dauid aſſumpſit parabolā ⁊ ꝓpoſitionē ad faciendū iſtū pſalmū de triumpho ⁊ regno Chriſti vniuerſali. Eſt ergo ſenſus tituli huius pſalmi: ꝙ Dauid ꝓphetice locutꝰ eſt verba carminis huius: poſtꝗ̄ liberauit eū dn̄s de manu Saul ⁊ oīm inimicorū eius ⁊c. quaſi dicat ꝙ Dauid in cōtēplando qualiter deꝰ liberauit ipm de manu Saul ⁊ oīm inimicoꝝ eiꝰ: pūidit in ſpū qualr̄ Chriſtus poſt multas pſecutiōes ⁊ mortem ⁊ paſſionē ⁊ reſurrectionē debebat liberare tē. cū genus humanum de ſeruitute pcti: ⁊ pr̄es de limbo inferni: ⁊ poſtea erat adepturus totū regnū mūdi: ⁊ regnaturꝰ ſup oēs inimicos ſuos. Et exinde accepit Dauid parabolā ⁊ propoſitionē ad faciēdum hunc pſalmū: ⁊ dedit illū cantoribꝰ ad cantandū in templo in finē ⁊ ad victoriā vocum: eo ꝙ lex vetus vocabat Chriſtū cum omni conatu: vt veniret ad redimendū: ⁊ liberandū genus humanū: et vt acciperet imperiū totius mundi. In quo quidē pſalmo Dauid introducit Chriſtū inquantū eſt homo ad loquēdū ⁊ agendū gratias patri de regno mundi ⁊ triūphis ſibi collatis: ⁊ de bn̄ficijs a pr̄e receptis pro ſe ⁊ mēbris ſuis. In quo pſal. Dauid in pſona Chriſti ſeruat modū boni rhetoris ⁊ oratoris diuidēdo ſiue partiēdo ſuum carmē in tres partes principales. Nā primo p̄mittit pemiū ſiue p̄fationē: in quo breuiter: ⁊ in gn̄ali cōplectit̄ totā materiā dicēdorū: agens gr̄as in cōmuni de omnibus beneficijs receptis a patre. Scd̄o pſequit̄ narrationē ſuā explicando in ſpecie ⁊ particulari oīa beneficia recepta. Tertio cōcludit pſalmum ⁊ carmē ſuū gratias expreſſas agendo. Secunda ibi Circundederunt me. Tertia ibi. Viuit dn̄s ⁊ bn̄dictus. ❡ Quantū ergo ad primū eſt notandū ſcd̄m Aug. ꝙ Chriſtus in hoc pſalmo loquitur in forma ſerui: ⁊ inquantum hō: ⁊ vt perſona cōis ⁊ caput eccleſie: ⁊ ſic vt plurimū loquit̄ in pſona totiꝰ corporis myſtici ⁊ mēbrorū: inquantū nō ſolū pro ſe: ſed pro ſuo etiam corpore myſtico accepit a patre beneficia in hoc pſalmo memorata. Et ideo cum proemiū ſit breuiloquiū dicendorum: ſub nouē vocabulis cōplectitur: ⁊ refert omnia beneficia que accepit a patre pro ſe ⁊ membris: vt capter beniuolentiā in exordio: ⁊ prefatione ſue narrationis: ſub quibus nouem vocabulis ſubſtātiuis ⁊ adiectiuis appellat patrē tanꝗ̄ bn̄ficium: ⁊ bn̄factorē ſuum. Vnde primo vocat patrē fortitudinē: inquantum recepit ab eo vires ad triumphandum de mundo ⁊ diabolo. Secūdo vocat eum firmamentū: inquantum in eo fundātur omnia: ⁊ in eo mouemur ⁊ ſumus. Tertio vocat eum refugium: inquantū in omnibus tribulationibus ad eum refugimus. Quarto vocat eum liberatorem: inquantum per reſurrectionem pater euꝫ ⁊ nos ab omni miſeria ⁊ paſſione liberauit. Quinto vocat eum deum ⁊ dominum: quia creator eſt ⁊ rector. Sexto vocat euꝫ adiutorem: inquātum prebuit nobis auxilia ſacramentorum cōtra diabolū. Septimo vocat ipſum ꝓtectorem ratione donoꝝ ſpiritus ſancti et gratiarum ⁊ virtutum quibus continue nos protegit. Octauo vocat eum cornu ſalutis: inquātum propter humilitatē exaltauit illum: ⁊ dedit illi nomē ⁊c. Nono vocat eum ſuſceptorem: inquantum eum a dextris in celo recepit ⁊ collocauit. ❡ Dicit ergo Chriſtus ad patrē. O domine pater ego ſimul cum membris meis diligam te: ⁊ teneor te ſemper diligere: ⁊ tibi gratias agere propter beneficia que a te recepi. Primo quia tu ſemper fuiſti: ⁊ eris fortitudo mea dando mihi: ⁊ membris meis fortitudinem: ⁊ vires ad reſiſtendum diabolo: ⁊ inimicis meis: ⁊ ad debellandum eos. Item ſecundo: quia tu es dn̄s ⁊ firmamentum meū. ⁊ tertio es refugiū meum. Et quarto liberator meus. Et quinto adiutor: ⁊ ideo ſperabo in eum. ſ. patrē meum. Sexto eſt deus pater protector meus. Septimo cornu et victoria ⁊ honor mee ſalutis. Et octauo eſt ſuſceptor ⁊ glorificator meus. Nono eſt dn̄s meus per creationem ⁊ gubernationem: inquātum ego ſum homo. Et ſic propter iſta nouem ego laudans cum fiducia inuocabo eum tanꝗ̄ dn̄m ⁊ fortitudinem ⁊ protectorem ⁊c. Et ſic ſemper ſaluus ero ab inimicis meis: immo de omnibus inimicis meis: et toto mundo triumphabo.

**Circundederunt me dolores mortis: ⁊ torrentes iniquitatis conturbauerunt me.**

**Dolores inferni circūdederūt me: preoccupauerunt me laquei mortis.**

**In tribulatione mea inuocaui dominum: ⁊ ad deum meum clamaui.**

**Et exaudiuit de templo ſancto ſuo vocem meam: ⁊ clamor meus in conſpectu eius introiuit in aures eius.**

❡ Hec eſt pars narratiua huius carminis: in qua Chriſtus explicat particulariter in ſpecie beneficia que a patre recepit ⁊ accepit in perſona ſua: et membrorum ſuorum. In quo duo principaliter facit. Nam primo explicat beneficium humane redemptionis ⁊ liberationis: qd̄ Chriſtus adeptus eſt a patre ex iuſtitia per ſuam puritatem: ⁊ mortem: ⁊ paſſionem: Secundo explicat vniuerſale dominium ſuper totum mundum: ⁊ ſuper oēs inimicos ſuos: qd̄ Chriſtꝰ meruit adipiſci: ⁊ accipere a patre propter ſuā obedientiam ⁊ humilitatē. que quidem ſecunda pars incipit. xxxvij. verſu ibi: Retribuet mihi dominus ⁊c. In prima autem parte tria facit. Nam primo explicat miſerias et infirmitates: in quibus iacebat ſauciatum genus humanum ante aduentum Chriſti: quas traxerat ex Adam. Et hoc dicit per parabolam ⁊ figuram afflictionis: ⁊ ſeruitutis in qua erant filij iſrael in egypto. Secūdo predicit ⁊ explicat liberationē: ⁊ redēptionem totius generis humani de ſeruitute

Nota de bn̄ficijs dei ſub ſpecie vocabuli.



peccati: ⁊ hoc ꝑ figurā liberationis Iſrael de egypto: ⁊ de oppreſſione: ⁊ periculo tranſitꝰ maris rubri. Tertio oſ̄dit qualiter hāc victoriā adeptꝰ eſt Chriſtꝰ ex iuſtitia per ſuā puritatē ⁊ humilitatē. Secunda ibi. Cōmota eſt. Tertia ibi. Et retribuet mihi dn̄s. ❡ Quātū ad primū eſt notandū ſecūdū Aug. in hoc pſal. ⁊ ꝓut dictū eſt in ꝓlogo: ꝙ tanta eſt vnitas Chriſti ad ſua mēbra myſtica: ꝙ cōmunicant̄ idiomata. Et ideo Chriſtꝰ oīa peccata nr̄a ⁊ afflictiones: ⁊ miſerias: ⁊ infirmitates noſtras: quas traximus ex Adā dicit eſſe ſuas quātū ad penā. Vn̄ eſt aduertēdū: ꝙ ſeptē modis cōtingit: vt quis aliena dicat eſſe ſua. Primo modo tanꝗ̄ aduocatus. nā aduocatus cauſam quā aduocat dicit eſſe ſuā. Scd̄o ꝓcurator cauſam ſui principalis dicit eſſe ſuā: q: ꝓ illo laborat: ⁊ litigat: ⁊ recipit redditus: ⁊ ſoluit creditoribus: ⁊ agit oēs actus in ꝑſona illius. Tertio fideiuſſor debitū alterius dicit eſſe ſuū: eo ꝙ ſe obligauit ſoluere pro illo. Quarto caput dolores mēbrorū dicit eſſe ſuos. vn̄ dicit. Doleo pedē: aut brachiū. Quinto vir aut ſpōſus cauſam vxoris aut ſponſe dicit eſſe ſuā: ⁊ pro ipſa ſuſcipit bellum. Sexto pater aut mater cauſaꝫ filioꝝ dicit eſſe ſuā. Septimo dn̄s aut rex cauſam vaſſalloꝝ dicit eſſe ſuā: ⁊ pro eis aſſumit bellū: ⁊ qn̄qꝫ ꝓ eis intrat duellū: ⁊ ſingulare certamē pro iniuria eorū vlciſcēda: aut preda repetenda. His ergo ſeptē modis Chriſtus oīa peccata ⁊ oēs infirmitates: quas traximꝰ ex Adā: dicit eſſe ſuas: nō quo ad culpā: ſed quo ad penā ⁊ ſolutionē: inquantū ꝓ omnibus his paſſus eſt: ⁊ exoluit penā. Naꝫ tanꝗ̄ fideiuſſor ⁊ procurator ⁊ aduocatꝰ ſe voluit obligare ſoluere pro nobis: ⁊ defendere cauſaꝫ noſtrā. Et tanꝗ̄ caput ⁊ pater ⁊ ſponſus cōdoluit doloribus ⁊ infirmitatibꝰ noſtris. Et tanꝗ̄ verus dn̄s: ⁊ heres patris cū diabolo cōgreſſus ſuā hereditatē repetiuit ⁊ liberauit: ⁊ iniuriā paternā vltus eſt ⁊ vindicauit: ⁊ de diabolo triumphauit. Et ideo dicitur liberator ⁊ liberatus propter ratiōes ſupradictas. Dicitur eñ liberator in capite: ⁊ liberatus in membris: q: in eo oēs fuimus liberati. Et ſic eſt verū dicere ꝙ dolores noſtre mortis circundederūt Chriſtū in Adā: ⁊ noſtra pctā circūdederūt eū in cruce: q: pro doloribꝰ: ⁊ pctis noſtris mortuus eſt. Dicit ergo Chriſtus in ꝑſona ipſius corpis myſtici afflicti in Adā: ⁊ in ꝑſona fideliū exiſtentium in limbo inferni. Bene poſſum dicere: ꝙ pater eſt fortitudo mea: ⁊ refugium: ⁊ protector: ⁊ liberator meus: q: ipē liberauit me ex oībus infirmitatibꝰ: et tribulationibꝰ: quas in membris meis traxi ex Adam. Nam primo in Adam circundederunt me dolores mortis: q: ꝓpter pctm̄ Ade factus fui mortalis incurrendo neceſſitatem moriendi: ⁊ fui ꝯdēnatus ad duplicem mortem: ſcilicet corporis ⁊ anime. Secundo torrentes iniquitatis conturbauerunt me. Naꝫ ſicut tēpore pluuiarum torrentes decurrentes cum impetu rapiunt omnia que ſunt in ripis: ita poſtꝗ̄ Adā peccauit: torrentes iniquitatis eius rapuerūt oīa bona mea gratuita ⁊ vulnerauerunt: ⁊ debilitauerūt omnes potentias ⁊ ſauciauerunt ſenſualitatem: ⁊ carnem veneno concupiſcentie: ⁊ fomitis peccati: ⁊ ſic fracta et deſtructa ſepe ⁊ ripa: ⁊ muro originalis iuſtitie manſit liberum arbitrium claudicatum: et manſit corrupta tota natura et caro mea: ⁊ iudiciū peruerſum ⁊ vires peruerſe: ⁊ totus ordo peruerſus: q: qd̄ nolo qn̄qꝫ hoc ago: ⁊ qd̄ volo non hoc facio: quia caro que deberet obedire: inſurgit aduerſus ſpiritū: ⁊ ſic poſſum dicere: ꝙ torrentes iniquitatis ipſiꝰ Ade cōturbauerūt me: ⁊ peruerterūt totum ordinem in me. Item tertio: dolores inferni circundederunt me: quia fui ad penam inferni deſtinatus. Etiam dolores inferni: ⁊ ſanctoꝝ patrū qui erāt in limbo: circūdederunt me. Et preoccupauerunt me laquei mortis ipſiꝰ peccati originalis: in cuius laqueo omnes filij Adaꝫ fuerunt capti ⁊ alligati. Et ideo in tot ⁊ tantis tribulationibus ⁊ afflictionibus conſtitutus inuocaui dominum patrem: ⁊ ad deum meum clamaui per patriarchas ⁊ ꝓphetas ⁊ oēs fideles veteris teſtamēti: vt me de hac peſte liberaret: ſed tandem ipſe pater exaudiuit vocem meā de templo ſancto ſuo. ſ. de celo empyreo: ⁊ de cōſiſtorio trinitatis: ⁊ ſic clamor meus fuit in conſpectu eius: ⁊ introiuit ⁊ penetrauit aures eiꝰ inantū: ꝙ miſit filium ſuū in carnem ad liberandū me per mortem ⁊ paſſionem. ❡ Eſt tn̄ rurſus aduertendum: ꝙ Chriſtus in ſupradictis non ſolum loquitur in perſona membrorū ⁊ ſui corporis myſtici: ſed etiam in perſona ſui inquātū caput: quia ipſe inquantū caput fuit circūdatus doloribꝰ mortis: ⁊ doloribus inferni: ⁊ torrentibus iniquitatis ⁊c. ſed diuerſimode. Nā membra Chriſti. ſ. nos fuimus circundati omnibus illis quātum ad culpaꝫ et penā: ſed Chriſtꝰ nō fuit circūdatus nec vulneratus: niſi quo ad penam tantū: propter culpā noſtram: inquātum pro omnibus nobis: ⁊ ꝓpter culpam noſtram paſſus eſt: vt nos a culpa ⁊ pena liberaret. Et ſic poteſt dicere Chriſtꝰ: ꝙ dolores noſtre mortis circūdederūt eū in hac vita: ⁊ in horto: ⁊ in cruce: q: vt nos a morte ꝑpetua liberaret: paſſus ⁊ crucifixus eſt. Et ſic etiam circūdederūt eum dolores inferni: quia vt nos ab inferno liberaret: in cruce paſſus eſt: ⁊ ſic ī toto iſto pſalmo Chriſtus quandoqꝫ loquitur in ꝑſona capitis tantum quandoqꝫ in perſona mēbrorū: quandoqꝫ in ꝑſona totius. ſ. capitis ⁊ corporis: ſed diuerſimode: vt dictū eſt ⁊ patebit. Ideo aduertat lector: q: iſte pſalmus eſt valde difficilis ad extorquēdā veritatē latentē in eo. ❡ Iterum autē eſt aduertendū ꝙ ſupradicti quatuor verſus poſſunt referri ad afflictionē filioꝝ iſrael quā patiebāt̄ in egypto: inquātum illa ſeruitus ⁊ afflictio ſignificabat ſeruitutē peccati: in qua erat totū genꝰ humanū ꝓpter peccatum Ade. Nā ſicut oēs Hebrei qui erant in egypto iaꝫ cōcipiebant̄: ⁊ naſcebātur in ſeruitute: ꝓpter quā affligebātur: ⁊ tribulabant̄ ab egyptijs: ita oēs filij Adam concipiebantur: ⁊ naſcebantur in ſeruitute peccati originalis: ⁊ poſtea in adulta etate affligebantur ceteris peccatis actualibus. Ideo ſicut filij Iſrael clamabant ad dn̄m: vt liberaret eos ex illa ſeruitute ⁊ afflictione: ⁊ dolore: ita pariter patriarche ⁊ ꝓphete: ⁊ fideles veteris teſtamēti clamabant ad dominum: vt omnes a peccato liberaret. Et ſicut clamor filiorum Iſrael penetrauit ⁊ introiuit ad aures dei: ⁊ deus exaudiuit eos de mōte ſancto ſuo: ⁊ miſit Moyſen ꝗ eduxit ⁊ liberauit eos: ita pariter deus exaudiuit clamorem patriarcharum ⁊ ꝓphetaruꝫ: ⁊ miſit Chriſtum filium ſuum: qui per mortē: ⁊ paſſionem: ⁊ reſurrectionem liberauit genus humanum a pecca-

Aliena eſſe ſua qs dicit ſeptē modis.

Nota quomodo chriſtus peccata noſtra dicit eſſe ſua.

Nota quō hic xp̄s loquit̄ in pſona ſui.

Nota.

to: ⁊ eduxit pr̄es ſctōs de limbo ⁊c. Hoc ergo pre-
uidēs David in ſpiritu in illo myſterio ſeruitutis
egyptiace: dixit. Circūdederūt me dolores mortis
⁊c. Et ſic explicat clamorem patriarcharū ⁊ ꝓphe
tarū Chriſtum petentium ⁊ vocantiū: per figuraz
afflictionis filiorum Jſrael exiſtentiū in egyptia-
ca ſeruitute. Unde accepit David parabolā ⁊ pro-
poſitionem ad predicendum: ⁊ ꝓphetice explican
dum captiuitatem totius generis humani ſub po
teſtate diaboli: ⁊ omniū ſanctorum patrum in te-
nebris limbi iferni: ⁊ explicat oēs miſerias: quas
traxit genus humanum ex Adam: ⁊ omnes penas
quas Chriſtus paſſus eſt pro illo peccato. Nam ſi-
cut illud peccatum cōprehendit nos omnes: quo
ad culpam ⁊ penam de iure nature corrupte: ita il
lud peccatū cōprehēdit Chriſtū quo ad penā tātū
non de iure nature: cui Chriſtus non obligabat:
ſed quia voluntarie ex charitate has penalitates:
⁊ penas voluit pro nobis aſſumere. Et hoc expli-
cat David in hac parte: quia Chriſtus dicit ꝙ il-
lud pctm̄ cōprehēdit ipſum quo ad penam tm̄: et
oia ſua membra quo ad culpam ⁊ penam.

De conſe. diſt. ij. iteratur. **Commota eſt contremuit terra: fundamē-
ta montium conturbata ſunt ⁊ commota
ſunt: quoniam iratus eſt eis.**

¶ In hac parte explicat modū liberatiōis ⁊ redē
ptionis generis humani: ⁊ quomodo Chriſt⁹ triū-
phauit de diabolo: ⁊ hoc per figuram liberationis
Jſrael de Egypto ⁊ de mari rubro: eo ꝙ illa libera
tio fuit figura generalis redēptionis. Nā ſm apo-
ſtolum Judam in canonica ſua: idem Jeſus q̄ edu
xit Jſrael de Egypto: liberauit totū genus huma
nū de ſeruitute peccati. Nam Chriſtus ſicut tūc li
Nota de figuris xpi. berauit nos in figura: ita poſtea nos liberauit in
re: q2 oia contingebant illis in figura. j. Corinth.
x. Et ideo eſt aduertendum ſm Leonem papaz in
ſermone de paſſione: ⁊ ſecundū Auguſt. ꝙ cū Chri
ſtus ſit agnus occiſus ab origine mundi. Apocal.
xiij. inde eſt ꝙ in figura iam fuit occiſus in Abel:
et vexatus in Abraam: Jſaac: ⁊ Jacob: ⁊ afflictus
in egypto: ⁊ in mari rubro: ⁊ in David: ⁊ in omni-
bus patriarchis ⁊ prophetis: ⁊ in omnibus mem-
bris ſuis veteris teſtamenti inquantū erant figu-
ra eius: ſed poſtea Chriſtus fuit paſſus omnia il-
la realiter in ſe: que illi paſſi ſunt in figura: ⁊ fide
Chriſti futuri: quia quod paſſus eſt figuraliter in
illis: poſtea paſſus eſt realiter in ſe: ⁊ quod paſſus
eſt realiter in ſe: paſſus eſt poſtea in membris ſuis
noui teſtamenti: quia propter Chriſtum martyres
paſſi ſunt tormenta ⁊ perſecutiones. vnde Chriſt⁹
iam factus immortalis ⁊ impaſſibilis: adhuc dice
bat Actuū. ix. Saule Saule quid me perſequeris
⁊c. Et ideo quia illa afflictio filiorum Jſrael ⁊ illa
liberatio fuit figura afflictionis ⁊ paſſionis Chri-
ſti: ⁊ liberationis generis humani: ⁊ quia ibi fuit
Chriſtus in figura afflictus: ⁊ corpus myſticum
Chriſti liberatum: et in figura redemptum: Jdeo
Chriſtus ſe dicit ibi afflictum ⁊ liberatum: ſcilicet
afflictum in ſe: et liberatum in membris. Et ideo
volendo explicare myſterium noſtre redemptio-
nis: adducit figuraliter liberationem filioꝝ Jſrael
de Egypto ⁊ mari rubro. Et ſic vtitur figura pro fi
gurato: ⁊ ſigno pro ſignato: quia per afflictionem
ſeruitutis temporalis illoꝝ: intelligit: ⁊ explicat
afflictionem ⁊ ſeruitutem peccati totius generis
humani. Et per liberationē temporalem illorum:
intelligit vniuerſalem redemptionem factam per
Chriſtum. ⁊ ſic vtitur figura pro figurato: ſicut fre
quēter facit David in pſalmis. Et hoc idem faciūt
omnes prophete: ſed miſeri ⁊ ceci iudei hoc cape-
re non poſſunt. Et ideo in hoc pſalmo: ⁊ in ceteris
locis ſacre ſcripture dicunt multa inepta: et falſa
implicantia contradictionem: vt patet. David er-
go in perſona Chriſti alludendo ad liberationem
iſrael: ⁊ vtens figura pro figurato dicit in hac par-
te: quod ſicut in illa liberatione commota eſt ⁊ cō
tremuit terra: et facta ſunt ſigna: et prodigia in
mari rubro in illa liberatione: ita multo maiora fa
cta ſunt per Chriſtum in inferno: ⁊ toto mundo in
noſtra redemptione. Jdeo ait ꝙ ſicut tunc quan-
do clamauit Jſrael in illa tribulatione maris ru-
bri vidēs ſe oppreſſum a Pharaone inter montes
⁊ mare clamauit ad dn̄m: ⁊ dominus exaudiuit eū
immittendo tempeſtatem in mare: quia tunc com
mota eſt: ⁊ contremuit tota terra Egypti: ⁊ funda
menta montium cōturbata et commota ſunt quo
niam deus eſt iratus eis: immittendo decem pla-
gas egyptijs.

**Aſcendit fumus in ira eius: et ignis a
facie eius exarſit: carbones ſucceſi ſunt
ab eo.** j.q.iiij. ca. ho[...] §. econtra [...] xxiij.q. v.§. [...]

¶ Fumus illarum decem plagarum aſcendit per
totam terram Egypti: et ignis exarſit cōburendo
oēs arbores: ⁊ plantas: ⁊ fructus terre egypti: in-
tantum ꝙ ſicut carbones ſuccēſi ſunt ab eo: vt pz
in Exo. a ſexto capl'o vſqꝫ ad vndecimum. Sed for
ſan totum hoc poteſt referri ad ſolā tempeſtatē fa
ctam in mari rubro ſuper Pharaonem ⁊ exercitū
eius: ⁊ tūc eſt ſenſus ꝙ dum Pharao perſequeret
illum populum: vt teneret ipſum anguſtiatum: et
oppreſſum inter montes ⁊ mare: tunc ille popul⁹
in illa tribulatione clamauit ad dominum: et cla-
mor introiuit in aures eius ſic exaudiuit eos de
celo ⁊c. Nam tunc Moyſes ex p̄cepto dei percuſ-
ſit aquas: que diuiſe ſunt prebentes iter: ⁊ et ſic
tranſiuit ille populus illeſus ad aliam partem lit
toris. Sed cū pharao cum exercitu ſuo perſeque-
retur eos per aridam inter aquas diuiſas: ⁊ ſic cō-
mota eſt: ⁊ contremuit terra circunquaqꝫ: et fun-
damenta montium commota ſunt: quoniam do-
minus iratus eſt egyptijs: ⁊ ilico mota eſt tempe-
ſtas in aere: et in mari. Nam ignis exarſit a facie
domini: id eſt fulmina ignea apparuerunt in aere
et in mari: ⁊ ipſi egyptij fuerunt combuſti: ⁊ ſuccē
ſi ab eo. ſ. igne: ⁊ vel a deo quaſi carbones.

**Jnclinauit celos ⁊ deſcendit: ⁊ caligo ſub
pedibus eius.** ij. q. vij. item obijcis.

**Et aſcendit ſuper cherubin ⁊ volauit: vo-
lauit ſuper pennas ventorum.**

**Et poſuit tenebras latibulum ſuum: in cir-
cuitu eius tabernaculum eius: tenebroſa
aqua in nubibus aeris.** iij. diſt. ca. j.

**Pre fulgore in cōſpectu eius nubes tran-
ſierunt: grando ⁊ carbones ignis.** lxxxvj. di. c. nō ſatis. ⁊ c. ſeq.



**Et itonuit de celo dn̄s: ⁊ altiſſim⁹ dedit vo
cē ſuā: grando ⁊ carbones ignis.**

¶ Deinde explicat actorem hui⁹ tēpeſtatis: ⁊ di-
cit ꝙ deus inclinauit celos ⁊ deſcendit: q2 ille an-
gelus qui ducebat caſtra qui deū repreſentabat: ⁊
per quē miracula faciebat: poſuit tabernaculū in
illa nube ⁊ aqua tenebroſa mittēs fulmina ⁊ coru
ſcatiōes: ⁊ ſic nubes ardētes: ⁊ grando: ⁊ carbones
ignis tranſierunt ſuper egyptios.

**Et miſit ſagittas ſuas ⁊ diſſipauit eos: ful
gura multiplicauit ⁊ cōturbauit eos.** xxiij. q. iiij. qd faciet ⁊ ca. ſeq.

¶ Dn̄s miſit ſagittas ſuas fulmineas: ⁊ diſſipauit
eos: ⁊ multiplicauit fulgura: ⁊ coruſcationes: ⁊ cō
turbauit eos. ⁊ tunc fuit tanta motio ⁊ agitatio vē
torum: ꝙ mare aperuit ſe: intantum ꝙ terra appa
ruit arida in medio maris.

xxvij. q. j. c. i[n] pudicas. **Et apparuerūt fontes aquarū: ⁊ reuelata
ſunt fundamenta orbis terrarū.**

¶ Jd eſt apparuerūt loca vbi ſituabantur aque:
que quidē terra eſt fundamentū: ⁊ centruz totius
orbis terrarum. Et cōuerſus ad deū dicit.

xxvj. diſt. qui in aliis. ⁊ de pe. di. viij. nullis. **Ab increpatione tua dn̄e: ab inſpiratione
ſpiritus ire tue.**

¶ O domine tota iſta tempeſtas facta eſt ab iſpi
ratione ſpiritus. i. vēti ire ⁊ ſentētie tue: q2 miſiſti
ſup eos terribiles ventos qui cauſarunt hanc tē-
peſtatem. Et nota propter illud quod dicit Appa-
ruerunt fontes aquarum ⁊c. ꝙ in profundo ⁊ ſolo
maris manant: ⁊ bulliunt multi fontes aquarum
dulcium: qui fontes tunc apparuerunt in apertio
ne illius maris. Deinde cum dicit.

v. q. v. ca. non ois. **Miſit de ſummo ⁊ accepit me: ⁊ aſſumpſit
me de aquis multis.**

¶ Deſcripta tempeſtate: ⁊ diſſipatione egyptiorū
memorat liberationē Jſrael dicens in pſona illi⁹
populi: ꝙ dn̄s miſit auxilium de ſummo celo: ⁊ aſ-
ſumpſit: ⁊ liberauit me de illis multis aquis ma-
ris rubri: q2 tranſiui illeſus: ⁊ non ſolum liberauit
me de illis aquis: ſed etiaz eripuit me de egyptijs
inimicis meis fortiſſimis: ⁊ armatis: cū ego eſſem
inermis. qui quidem inimici oderunt me: ⁊ confor
tati ſunt ſuper me: quia fortiores me erant. ⁊ ſic p̄-
uenerunt me in die afflictionis: dum eram in egy-
pto: mihi onera importabilia imponendo: ⁊ tamē
dominus factus eſt ꝓtector meus: q2 liberauit me
de illis anguſtijs ⁊ deduxit me in latitudinem per
loca ſpacioſa vſquequo introduxit me in terrā ꝓ-
miſſam. ⁊ hoc nō fecit ex meis meritis: ſed ex gra-
tia: qm̄ me voluit eligere in populū ſibi peculiarē.
¶ Ex ſupradictis patet: ꝙ hec litera nō pōt intel-
ligi de ipſo David: q2 ipſe nō fuit liberatus i mari
rubro. Et ideo eſt dicendū ſicut prius: ꝙ David nō
adducit iſtam hiſtoriam gratia ſui: ſed figuraliter
prout in illa preuidit in ſpiritu totū myſteriū no-
ſtre redēptionis facte per Chriſtū: vt patebit in li-
tera ſequēti: ⁊ ſic ponit figurā pro figurato ſecun-
dū conſuetudinē prophete. ⁊ ideo videndum eſt to
tum myſterium figuratū: de quo principaliter in-
Nota de myſterio noſtre redemptionis. tendit loqui propheta in perſona Chriſti. Unde ait
Chriſtus caput noſtrum: ꝙ ſicut tunc dolores in-
ferni: et laquei mortis circūdederunt Adam ⁊ to-
tum genus humanum qn̄ peccauit in eo: ita nunc
in paſſione circundederunt me oia illa mala: non
quo ad culpam: ſed quo ad penam. Jtem ſicut pa-
tres veteris teſtamenti clamabant: vt ſanarētur:
ita ego clamaui in cruce apud patrem: vt ſanarez
⁊ liberarem eos. Jtem ſicut ille populus Jſrael
oppreſſus in egypto: ⁊ in mari rubro clamabat ad
dominum: vt mitteret eis auxilium de celo: ita pa
riter clamabant fideles: ⁊ ſancti patres veteris te-
ſtamenti ad dominū in tenebris inferni: vt mitte-
ret eis ſaluatorem qui eos liberaret. Jtem ſicut
deus exaudiuit vocem illorum filioruz Jſrael: ⁊ mi-
ſit eis Moyſen ad liberādum eos: ita pariter de⁹
exaudiuit voces patriarcharum: ⁊ ꝓphetarū: ⁊ mi-
ſit eis Jeſum ſaluatorem ad redimendū eos. Jtez
ſicut de⁹ inclinauit celos: ⁊ deſcendit ponendo vel
mittendo illum angelum clauſum in illa nube in-
ducentem illam tempeſtatem ſuper mare rubrū: ⁊
liberauit filios Jſrael: ⁊ fulminauit et ſubmerſit
egyptios: ita pariter deus pater miſit filiū ſuū la-
tentē in nube humanitatis. Jn cuius morte ⁊ paſ-
ſione tota terra mota eſt: ⁊ facte ſunt tenebre ſup
vniuerſam terram ab hora ſexta vſqꝫ ad nonā. Un
de aia Chriſti deſcēdit ad inferos: ⁊ miſit ſagittas
ſuas: ⁊ fulmina ſue poteſtatis: ⁊ ignis inferni fu-
git a facie eius: ⁊ diſſipauit demones: ⁊ dānatos: ⁊
conturbauit eos: ⁊ abſtulit eis predam expoliādo
limbum: ⁊ purgatoriū. Et iſto modo liberauit fide
les veteris teſtamenti: ⁊ debellauit diabolū ⁊ triū
phauit de eo. Jtē ſicut tunc miſit ſagittas ſuas: et
diſſipauit egyptios: ita poſt paſſionez ſuam miſit
multas plagas in Hierl'm ꝑ illos. xl. annos: ⁊ fina-
liter miſit exercitum Romanorū: ⁊ diſſipauit oēs
iudeos in vindictam ſue mortis. Jtē ſicut in mari
rubro dn̄s intonuit ſup mare: ⁊ ſuper egyptios: et
aperuit mare: ⁊ trāſierunt Hebrei illeſi ſubmerſis
egyptijs: ita pariter in die pentecoſtes dn̄s into-
nuit ſup collegium apl'orū: ⁊ ſup mare ſacre ſcri-
pture: ⁊ fecit duodecim vias: q̄ ſunt duodecim arti
culi fidei: ꝑ quos trāſeunt oēs fideles per mare ſa
cre ſcripture. Jtē ſicut ille ventus aperuit mare: ⁊
diuiſit aquas: ⁊ apparuerunt fontes aquarū: ⁊ re-
uelata ſunt fundamēta orbis terrarum: de quibus
fontib⁹ dulcib⁹ biberunt filij Jſrael in illo tranſi-
tu: ita pariter in die Pēte. qn̄ intonuit dn̄s: ⁊ ape-
ruit apl'is mare ſcripturaꝝ diuiſit aquas amaras
cerimoniaꝝ: ⁊ legaliū: ⁊ apparuerunt tunc fon-
tes aquarum dulciū. ſ. duodecim articuli fidei: et
oia myſteria: ⁊ ſacramēta noui teſta. que ſub illis
aquis amaris latebāt. De quib⁹ fontib⁹ dulcibus:
⁊ eccleſiaſticis ſacramentis oēs fideles noui teſt.
bibunt ⁊ reficiuntur. Jtē ſicut poſtq̄ tranſiuit ille
populus illeſus per illas duodecim vias: reuerſe
ſunt aq̄ ſuper egyptios cū illa terribili tēpeſtate: ⁊
⁊ ſuffocauerunt: ⁊ diſſipauerunt eos. Jta pariter
poſt publicationē euāgelij: poſtq̄ iudei noluerunt
Chriſtū recipere: nec voluerunt de fontib⁹ dulcib⁹
bibere reuerſe ſunt aque ſalſe ⁊ amare cerimonia
rū ⁊ legaliū vete. teſta. ⁊ ſuffocauerunt: ⁊ obcecaue
runt: ⁊ diſſipauerunt eos: intantū ꝙ circoncīſio: ⁊
cetera legalia nō ſolum ſunt eis inutilia: ſed etiaz
mortifera. Sed ppl's Chriſtianus qn̄ tranſiuit in-
ter aquas per articulos fidei fuit liberat⁹ ꝑ Chri-
ſtū: q2 aperuit ſibi mare ſacre ſcripture. Jdeo Chri
ſtus in pſona hui⁹ ppl'i Chriſtiani agēdo gras di-

cit. Dñs pater miſit filiū ſuū de ſummo celo in carnem: ⁊ accepit me per incarnationem in vnitatem ſuppoſiti: ⁊ aſſumpſit corpus meum myſticum in vnitate myſtica: ⁊ ſic liberauit me de aq̄s multis i. de ſupradictis tribulationibꝰ. Et nota ꝙ filiꝰ inquantum homo pōt dicere ꝙ verbum diuinū accepit eū: eo ꝙ accepit illā humanitatē in vnitatem
Nota. ſuppoſiti ⁊ perſonaliter. Sed q̄ totus Chriſtus accepit eccleſiā per fidem in quadā vnitate myſtica: ideo in perſona mēbrorum pōt dicere ꝙ accepit eū tali vnitate myſtica: ⁊ liberauit ipſum de aquis multis. Et ideo ſicut liberauit illū ppl'm de multis aquis maris rubri: ita liberauit ſuos fideles veteris teſta. de aquis tenebroſis limbi ⁊ purgatorij. Et ideo ſubdit Chriſtus in perſona membrorum.

**Eripuit me de inimicis meis fortiſſimis: ⁊ ab his qui oderunt me: quoniam confortati ſunt ſuper me.**

**Preuenerunt me in die afflictionis mee: ⁊ factus eſt dominus protector meus.**

**Et eduxit me in latitudinem: ſaluum me fecit quoniam voluit me.**

Argu. vij. q. ſ. aduerſitas. xxiij. q. ō. iiij. q̄d faciet. ⁊. c. nimium.

¶ Eripuit me de diabolis inimicis meis fortiſſimis: qui oderunt me ab initio: q̄m cōfortati ſunt ſup me: q̄ in limbū captū me tenebāt. ⁊ preuenerūt me: ⁊ captiuauerūt me in die afflictionis mee i. i die pctī. Sed ly in die afflictionis mee pōt ordinari cū lr̄a ſequenti: vt ſit ſenſus: ꝙ dñs factꝰ eſt protector meus: ⁊ adiutor in die afflictiōis mee: dū eſſet i limbo ⁊ purgatorio: nā exinde eduxit me in latitudinē ⁊ libertatem: ⁊ ſaluū me fecit: nō meis meritis: ſed ꝑ gratiā ſuā: q̄ voluit me redimere. Itē totum hoc dicitur in perſona totius eccleſie noui teſt. quia eduxit eam de pctō: ⁊ de ergaſtulo culpe in latitudinem gratie: ⁊ ex meritis ſue paſſionis ſaluauit eam. Et ſic pꝫ qualiter Chriſtus in pſona membrorum agit grās patri: pro redemptiōe generis humani adducendo figurā ſupradictam.
¶ Sed contra fundamentū pōt argui. Nā dictum eſt ſupra: ꝙ Jeſus Chriſtus qui liberauit populuꝫ Iſrael de Egypto: ipſemet poſtea liberauit totuꝫ genus humanū de ptāte diaboli. Sed in tota iſta parte videt Chriſtus agere grās: eo ꝙ pater redemit: ⁊ liberauit genus humanū. ergo falſa eſt tota expoſitio. Ad hoc rñdetur ꝙ hoc eſt grāde myſterium: q̄ ceci ⁊ miſeri Judei non poſſunt capere: eo ꝙ cecidit ſup eos ſpūs ire dei. ¶ Ad cuiꝰ intelligentiā eſt aduertēdū: q̄ cū in Chriſto ſint due nature: diuina ſ. ⁊ humana: nr̄a redēptio erat in diuinitate: tanꝙ in principio poteſtatiuo ⁊ virtuali: ſꝫ in humanitate Chriſti: tanꝙ in principio meritorio: q̄ ptās: ⁊ auctoritas relaxādi captiuitatē: ⁊ pctā erat in prē: ſed merita erāt in humilitate filij: ⁊ in tota pſona: eo q̄ illa redēptio facta eſt per merita paſſionis chriſti: inquantū Chriſtꝰ obtulit ſuā paſſionē ꝓ gn̄e humano: ⁊ pater acceptādo illā paſſionē in pretiū: relaxauit captiuitatē. Et iō Chriſtū inquantū hō eſt: mundum redimere nihil aliud fuit: niſi ſuā paſſionē patri ꝓ nobis offerre: ⁊ patrē genꝰ hūanū liberare: nil aliud fuit: ꝙ paſſionem Chriſti in pretium acceptare: ⁊ pro illo pretio captiuitatem relaxare. Et ideo in tali redēptione Chriſtus agit gratias patri: eo q̄ voluit paſſionem ſuā in pretium acceptare. Et ſic filiꝰ ſemp attribuit opus redemptionis patri ſuo nō ſolū in redemptione: ſed in omnibus alijs: eo q̄ quicquid habet filiꝰ habet a patre: vt magis patebit in parte ſequenti.

Z

M in xp̄o due nature.

**Et retribuet mihi dominus ſecundum iuſtitiam meam: ⁊ ſecundū puritatem manuū mearum retribuet mihi.**

Argu. xxiij. q. iiij. ſer. ſerē. tie. ix. q. iij. c. alios.

**Q̄nia cuſtodiui vias domini: nec impie geſſi a deo meo.**

**Quoniam omnia iudicia eiꝰ in conſpectu meo: ⁊ iuſtitias eius non repuli a me.**

**Et ero immaculatus cū eo: et obſeruabo me ab iniquitate mea.**

¶ Et retribuet. Poſtꝙ ſuperius explicauit modū redēptionis gn̄is humani: ꝑ figurā liberationis Iſrael de Egypto: ⁊ in mari rubro: hic explicat et oſtēdit quo iure: ⁊ q̄bꝰ meritis potuit liberare genus humanū: ⁊ congredi cum diabolo: ⁊ adiſpiſci hereditatē ⁊ regnū mūdi. Ad cuiꝰ intelligētiā eſt notandū ſm Augu. xj. de trini. ca. xiij. q̄ diabolus nō fuit ſuperandus potētia: ſꝫ iuſtitia. ¶ Sꝫ eſt aduertendū ſm Ariſto. v. Ethi. q̄ cū iuſtitia ſit ꝑpetua voluntas tribuēs vnicuiqꝫ q̄ ſuum eſt: iō duplex eſt iuſtitia. Una dr̄ legalis: alia dicit iuſtitia particularis. Juſtitia legalis cōſiſtit in operationibꝰ que fiunt ſm legem: ſiue iuxta legem. Naꝫ iuſtitia dicit a iuxta. Et illa opatio dicit iuxta: q̄ fit iuxta legē: eo q̄ nō deuiat a lege nec a volūtate legiſlatoris: qui intendit ciues facere bonos. Et ſic iuxta dicit ois virtus. Juſtitia vero particularis eſt duplex. Una dicit cōmutatiua: q̄ fit in commutationibus ⁊ venditionibus: q̄ cōſiſtit in ꝓportione: ⁊ equalitate cōmutatorū: quia tunc cōmutatio dicit iuſta: q̄n fit iuxta medium rei ſm proportioneꝫ arithmeticam. ſ. ꝙ vnū cōmutatum non excedat alterū in precio: vt dicit. v. Ethi. Juſtitia autem diſtributiua fit in diſtributione dignitatum ⁊ premiorū: ⁊ bonorū cōmuniū: iuxta meritū: ⁊ proportionē meritorū: ſm menſurā: ⁊ ꝓportionem laborū ⁊ virtutū. ⁊ hoc fit cōparādo res: ⁊ perſonas ſm proportionē geometricā: vt pꝫ ibidem. Eſt ergo triplex iuſtitia. ſ. legalis: cōmutatiua: ⁊ diſtributiua. Et ideo ſm hanc triplicem iuſtitiam Chriſtus adeptus eſt totum genus humanū in hereditatem: ⁊ hoc triplici iure liberauit ⁊ adeptus eſt genus humanum cum tota hereditate paterna: ſcilicet iure legali: ⁊ commutatiuo ⁊ diſtributiuo. Probatur. Nam de iure legali ⁊ hereditario proueniebat. ⁊ pertinebat ad eū tota hereditas patris. Et per cōſequēs iuſte potuit aſſumere bellū: ⁊ cōgredi cū diabolo ꝓ iniuria vlciſcenda: ⁊ preda repetenda: ergo iuſte debellauit diabolū: ⁊ expoliauit infernū: ⁊ liberauit predam. ſ. fideles vete. teſta. quos iniuſte: ⁊ tyrānice poſſidebat. Scd̄o potuit liberare genus humanū iure cōmutatiuo: ſiue ſm iuſtitiam cōmutatiuā. ꝓbat: quia iuſtum precium obtulit patri. i. ꝓ relaxatione illiꝰ captiuitatis. Nā obtulit ſeipſum: q̄ erat precium infinitū. Primo: q̄ deꝰ ⁊ homo. Scd̄o: q̄ inocens ſine macula ⁊ pctō. Et ideo ſolus potuit auferre pctm̄: ⁊ eſſe pretium

N Quod ſit iuſtitia: ꝙ multiplex ſit.

triplex iuſtitia.



pro peccato rōne puritatis. Un̄ ait Aug. ſup Joā. ⁊ pſalmo. l. ꝙ ſolus ille infans innocens eſſe potuit q̄ nō ex opere Adā natus eſt. Et rurſus ſolus ille agnus tollit pctā mūdi qui pctm̄ nō fecit: nec inuentus eſt dolus in ore eiꝰ. Et ideo q̄ Chriſtus nunꝙ fuit obnoxius pctō in natura nec in pſona: ideo ſolus potuit eſſe pretiū conueniens: ⁊ iuſtuꝫ pro pctō totius generis humani. Tertio adeptus eſt Chriſtus totū genꝰ humanū in hereditatē ſm iuſtitiam diſtributiuā: ex qua meruit totū principatū mūdi in premiū laborū ſuorū: ⁊ obedientie ⁊ humilitatis: eo ꝙ ſemp impleuit: ⁊ fecit volūtatē patris. Et ſic patet: ꝙ tota iuſtitia Chriſti cōſiſtebat in tribꝰ. ſ. in natura: q̄ filius naturalis. Scd̄o in puritate ⁊ innocētia: q̄ oīno ſine peccato. Tertio in humilitate ⁊ obedientia: q̄ humiliauit ſeipſum factus obediens vſqꝫ ad mortem. ad Phil. ij. Et ideo ꝓpter hanc triplicē iuſtitiam: iuſte potuit Chriſtus liberare genus humanū: ⁊ adiſpiſci principatū totius mūdi in hereditatē. Et hoc oſtēdit Dauid in hac particula. vnde ait Chriſtus: Dñs pater quia eſt iuſtus iudex retribuet mihi hereditatē generis humani ſm iuſtitiā meā: q̄ ſecundū iuſtitiā legaleꝫ mihi debet: ⁊ iuſte acquiſiui eā: q̄ ſum filiꝰ naturalis: ⁊ ideo iuſte potui cōgredi cuꝫ diabolo ꝓ preda repetēda: ⁊ ꝓ iniuria patris vlciſcenda. Et ſic iure potui genus humanū liberare: ⁊ de diabolo triumphare. Itē etiā pater retribuet mihi ſm puritateꝫ manuū mearū: q̄ purū ſacrificiū: ⁊ ptiū pro genere humano ſibi obtuli in cruce qui pctm̄ nō feci ⁊c. Et per cōſequēs ſm iuſtitiā cōmutatiuā pater relaxauit captiuā hereditatē: ⁊ retribuit mihi eā. Tertio mō pr̄ retribuit mihi hanc hereditatē ſm iuſtitiam diſtributiuā: eo ꝙ fui humilis ⁊ obediēs patri: q̄ ſemp cuſtodiui vias: et ꝑcepta dn̄i: nec aliquid impie geſſi: nec feci alienū a deo meo: nec q̄ eſſet cōtra eius voluntatē ⁊ legē: nec iuſtitias eius repuli a me: imo ſemp legē eiꝰ ante oculos habui: ⁊ ope ſeruaui. Et ideo ſemper ero immaculatus: ⁊ purus ſine peccato coram eo: ⁊ obſeruabo me purum ab iniquitate mea.

xxiij. q. iiij. ca. ſex dr̄ie.

**Et retribuet mihi dn̄s ſecundum iuſtitiam meā: ⁊ ſecundum puritatem manuuꝫ mearum in conſpectu oculorum eius.**

¶ Hec eſt ſecunda pars totius narrationis. Nam poſtꝙ Chriſtꝰ oſtēdit qualiter ex ſupradicta triplici iuſtitia meruit liberare genus humanū de ſeruitute diaboli ⁊ tenebris pctī: nūc in hac ſcd̄a pte oſtendit q̄liter ꝑ eandē iuſtitiā. ſ. ꝓpter puritatē: et obediētiā: ⁊ humilitatē meruit diſſipare ppl'm iudaicuꝫ: ⁊ inimicos ſuos: ⁊ ſubijcere ſibi pl'm gentilē: ⁊ ſic meruit regnū: ⁊ principatū totius mūdi. Unde duo facit in hac ſecūda parte. Nā primo in generali premittit cōcluſionem intentā. Secūdo exequit de intento: oſtēdendo quibus armis fuit armatus a patre: ⁊ quibꝰ armis armauit diſcipulos ſuos ad debellandū: ⁊ ſubijciendū ſibi totum orbē: ibi. Q̄m quis deꝰ preter deū noſtrū. ¶ Quātum ad primum eſt aduertendum: ꝙ cuꝫ deus per naturam ſit excelſus ⁊ iuſtus: ⁊ oīa alia ſint infima reſpectu ſui. Ideo humilia reſpicit: ⁊ alta: et ſuperba a longe cognoſcit. Et ſic officium ſuuꝫ eſt humiliare: ⁊ deprimere ſuperbos: ⁊ exaltare humiles: ⁊ parcere ſubiectis: ⁊ debellare ſuperbos.

O. Q̄uo deꝰ reſpicit hūana

Et ſic in primordio mundi debellauit: ⁊ deiecit diabolum appetentē exaltari vltra meritū ⁊ naturā ſui. Et ſic depreſſit Adam ꝓpter inobedientiam ⁊ rebellioneꝫ. Sed q̄ Chriſtꝰ ſeipſum humiliauit: vſqꝫ ad mortem factus obediēs: ideo pater exaltauit illū: ⁊ dedit illi nomē ⁊c. ad Phil. ij. Et ſic pꝫ q̄liter deus rn̄det vnicuiqꝫ ſm iuſtitiā ſuā. ⁊ ideo dicitur metaphorice ſupbus cū ſupbis: humilis cū humilibus: eo ꝙ amplectit humiles: ⁊ abijcit: et deprimit ſuperbos. Et ſic ergo per eandem iuſtitiā Chriſtꝰ rn̄dit vnicuiqꝫ ſm humilitatem vel ſuperbiam ſuam. Naꝫ ſaluauit populum gentilē: q̄ humiliuit ſe ad credendum: ⁊ ſic exaltauit eum: ſed quia ppl's iudaicus ex ſuperbia ⁊ malitia: noluit ſe humiliare ad credendū Chriſto ⁊ euāgelio: ideo Chriſtꝰ humiliauit eū: ⁊ diſſipauit: ⁊ eradicauit a ſedibus ſuis: ⁊ redegit ipſum in ſeruitutem. Et hoc eſt q̄ dicit Chriſtus in hac parte. Et dn̄s pater retribuet mihi ſuple regnū: ⁊ principatum totius mūdi. Et hoc ſm iuſtitiam meā ſupradictā ſ. quia filius naturalis obediens ⁊ humilis. Et ſm puritatem manuū: ⁊ operationū mearum: q̄ peccatum non feci: nec inuētus eſt dolus in ore meo: ſed ſemper fui: ⁊ ſum inter mortuos liber: et factꝰ ſui obediēs vſqꝫ ad mortem in conſpectu oculorum eius. Et deinde Chriſtus conuerſus ad patrem ſubdit:

ij. reg. xxij. c. ⁊. xlv. di. ſꝫ illud. et xxiiij. q̄ū. iij. reſcecare.

**Cum ſancto ſanctus eris: ⁊ cum viro innocente innocens eris.**

**Et cum electo electus eris: ⁊ cum peruerſo peruerteris.**

¶ O pater cū ſancto ſanctꝰ eris. i. q̄ ſemp eris benignus ſanctis tribuēs eis p̄miū ſm iuſtitiā ſuaꝫ ⁊ eris innocēs cū viro innocēte: q̄ ſicut ipſe innocēs nemini nocet: ita tu nō nocebis ei. imo tribues ei premium ſm innocentiam ⁊ puritatē ſuam: ⁊ cū electo electꝰ eris: ⁊ iuſtus: iuſte ei retribuēdo: ⁊ cū ꝑuerſo eris peruerſus ſm peruerſionē ſuā eum puniendo ⁊ tribuendo penā ꝓ culpa. Nā ſicut ipſe ſe auertit: ⁊ receſſit a te: ita tu auertes faciē tuam ab eo. Unde nota ꝙ deū eſſe ſ̄ctū cū ſ̄ctis: nihil aliud eſt: niſi tribuere eis ſm ſ̄ctitatē ſuā: ⁊ deū eſſe ꝑuerſum: cum peruerſis: nil aliud eſt niſi rn̄dere eis ſm ꝑuerſionē ⁊ ſupbiā ſuā. Et ideo ſequit.

xciij. diſt. c. dñs. et xc. q̄ō. iij. nullis.

**Q̄m tu populum humilem ſaluū facies: ⁊ oculos ſuperborum humiliabis.**

¶ Q̄m tu ſaluum facies humilem populum chriſtianū ⁊ humiliabis: et deijcies: et reprobabis oculos ſuperborum iudeorum et aliorū obſtinatorū: quoniam deus ſuperbis reſiſtit: humilibus auteꝫ dat gratiam. ¶ Unde nota ꝙ Judei dicunt ſuperbi: eo ꝙ noluerunt inclinari ad audiendum euangelium: confidendo de viribus ſuis: ⁊ preſumendo de ſcientia ſua. Nam chriſtus venit ad declarādam legem et prophetas: et illi totaliter ſibi conati ſunt reſiſtere et contradicere. Et ideo quia voluerūt reſiſtere gratie merito obcecauit eos malitia eorum: ne intelligerent ſacramenta dei. Unde ait Apoſtolus. ij. ad Corinth. iiij. q̄ opertū eſt euāgelium his qui pereunt: in quibus deus huius ſeculi obcecauit mentes infideliū: vt nō fulgeat illuminatio euāgelij glorie Chriſti. Ex quibus pꝫ q̄ deus ita eſt ſanctus cū ſanctis: q̄ humilibus dat

P

gratiã: ⁊ populũ humilem ſaluat: ⁊ ita eſt peruerſus cum peruerſis: ꝙ ſuperbis reſiſtit ſubtrahẽdo gratiã: eo ꝙ ipſi ſuperbi reſiſtentes nolunt eam recipere. Et obcecauit ſic mẽtes iudeorũ. Et ideo dicit propheta: Oculos ſuperborum humiliabis: id eſt obcecabis. Sed quia apoſtoli fuerunt humiles et ſimplices: quia humiliter Chriſtum receperũt et audierunt: ideo datum eſt eis noſſe myſterium regni dei ⁊c. Item quia ppl's gentilis voluit predicationem humiliter audire: ideo de eo ſubdit ꝓpheta.

**Qm̃ tu illuminas lucernã meã dñe: deus meus illumina tenebras meas.**

De pe. di. j. ca. alij ecõtra. §. nõ põt iij. q. c. nulli.

**Quoniam in te eripiar a tentatione: ⁊ in deo meo tranſgrediar murum.**

¶ Ad cuius intelligentiã eſt notandũ: ꝙ lucerna Chriſti fuerunt apl'i ⁊ diſcipuli: qui per mundũ lucem euangelicam portarunt qui exemplo vite: et doctrine totũ ppl'm gentilẽ illuminarũt: de quibꝰ ait Saluator Matth. v. Uos eſtis lux mundi. per quã lucernã Chriſtꝰ tenebras ppl'i gentilis illuminauit. De quo ppl'o tenebroſo ꝑ lumẽ euangelicũ illuminato dicit Eſa. xl. Populꝰ q̃ ambulabat in tenebris vidit lucẽ magnã. Et idõ ſubdit Chriſtus in hoc pſal. O p̃r poſtꝙ tu humiliaſti ⁊ obcecaſti populũ iudeorũ: ⁊ illuminaſti meã lucernã. ſ. collegiũ aplorũ. Ideo ꝑ eos ⁊ predicationẽ eorum illumina tenebras meas. i. populũ gentilẽ qui hucuſqꝫ in tenebris ambulauit. Et ſic per tale lumen euangelicum in te eripiar a tentatione ⁊ perſecutione: ⁊ in deo meo. i. in virtute dei mei tranſgrediar: et penetrabo murum ⁊ potentiam populi gentilis: ⁊ ipm mihi ſubijciam.

**Deus meus impolluta via eius: eloquia domini igne examinata: protector eſt omnium ſperantium in ſe.**

xix. q. ij c. due.

¶ Nã quia deꝰ meꝰ eſt ſupple impollutus ⁊ iuſtus: Ideo via eius. i. lex euangelica eſt impolluta non habens rugam: neqꝫ maculã: ⁊ eloquia dñi. ſ. verba euangelica ſunt multiplici igne ⁊ examine examinata: ſicut dictũ eſt pſal. xj. Ideo ſunt tãte virtutis nõ ſolũmodo ad reſiſtendũ: ſed etiã ad triumphandũ: quia totũ ppl'm gentilẽ apl'i per verbũ euangelicũ ſubiecerunt: quia deꝰ protector eſt oĩm ſperãtiũ in ſe. Ex ſupradictis ptꝫ: ꝙ Chriſtꝰ per ſuã iuſtitiã: et humilitatẽ: ⁊ puritatẽ meruit debellare diabolũ: ⁊ liberare: ⁊ redimere genꝰ hũanũ: ⁊ ꝑ eandẽ puritatem: ⁊ humilitatẽ meruit trãſgredi: ⁊ penetrare murũ diaboli: ⁊ ois pctĩ tã originalis ꝙ̃ actualis: ⁊ meruit trãſgredi ⁊ ſuperare murũ: ⁊ potẽtiã: et ſupſtitionẽ populi gẽtilis: ⁊ ipm ſibi ſubijcere. Et ſic meruit regnũ ⁊ principatũ totius orbis. Scdõ ex ſupradictis etiã ptꝫ: ꝙ oĩa verba ſupradicta nullo modo poſſunt lr̃aliter verificari: nec intelligi de ipſo dauid filio Iſai: ſed de ſolo Chriſto qui fuit iuſtus ⁊ purus: ⁊ ſemper humilis: ⁊ obediens patri per quã iuſtitiã meruit liberare genus humanũ: ⁊ adipiſci populum gentilem in hereditatem: vt magis patebit in ſequenti litera.

Ca. q̃d culpatur. xxiij. q. j. ⁊ viij.

**Quoniam quis deus preter dominũ: aut quis deus preter deum noſtrum?**

¶ Poſtꝙ ſuperiꝰ propheta ꝓdixit qualiter chriſtꝰ illa triplici iuſtitia debellauit diabolũ: ⁊ liberauit genus humanũ: ⁊ adeptus eſt principatum totius orbis: in hac ſecunda parte oſtẽdit ꝓphetice: qualiter Chriſtꝰ quadruplici virtute debellauit inimicos ſuos obſtinatos: ⁊ eiecit diabolũ foras: ⁊ ſubiecit populũ gentilẽ: vbi duo facit. Nã primo oſtẽdit quibꝰ armis ⁊ virtutibus fuit armatꝰ: ⁊ armauit aplos: ⁊ diſcipulos ad debellandos inimicos. Scdõ exequitur de intẽto: ibi Perſequar inimicos.

di. c. cõn

¶ Quantũ ad primũ eſt notandũ: ꝙ Chriſtꝰ quadruplici ꝟtute armauit aplos: ⁊ diſciplos: ⁊ quatuor genera armorũ dedit eis ad debellãdos inimicos: qñ miſit eos ad predicandũ ꝑ vniuerſum mundũ. Nã p̃mo tradidit eis eccl'iaſtica ſacramẽta. Scdõ ſeptẽ dona ſpũs ſcti: ad intelligẽdũ ſcripturas. Tertio tradidit eis hoc nomẽ Ieſus: in cuius ꝟtute ineffabilia miracula faciebãt: ⁊ fuerũt ſemꝑ victores. Quarto tradidit eis legẽ euangelicã: i cuiꝰ lumine totũ orbẽ illuſtrarũt: que oĩa quatuor patẽt Marci vlti. c. qñ Chriſtus dixit apl'is. Ite per vniuerſum mundũ: ⁊ p̃dicate euangeliũ oĩ creature: ⁊ baptizate eos in noĩe p̃ris ⁊c. In nomine meo demonia eijciẽt ⁊c. Et linguis loquent̃ nouis. Ex quibus ptꝫ: ꝙ hac quadruplici virtute armauit Chriſtus diſcipulos ſuos: qñ miſit eos ad predicãdũ. ſ. virtute ſacramentorũ: ⁊ virtute ſeptẽ donorũ: ⁊ virtute noĩs Ieſu: ⁊ virtute legis euãgelice. Has ergo quatuor virtutes enumerat: ⁊ p̃dicit ꝓpheta i hac pte: cũ ait in ꝑſona Chriſti. Quis deus preter deũ noſtrũ: aut quis dominus ⁊c. q. d. nullus eſt ꝓtector omniũ ſperantiũ in ſe niſi ſolus deus ⁊ dominus tetragrãmaton q̃ eſt omnipotens: ⁊ ſapiens: ⁊ miſericors: ⁊ iuſtus: ideo ſolus eſt ipſe: q̃ eſt ꝓtector omniũ ſperantiũ in ſe: ⁊ ideo ipſe eſt deus potens qui precinxit ⁊ armauit me virtute ſeptem eccleſiaſticorꝫ ſacramentorũ ad ſananda vulnera peccatorũ: ⁊ ideo poſuit immaculatã viam meã. Nam ſicut ego fui abſqꝫ omni peccato cõceptꝰ per naturam: ita ego ꝑ gratiã ſacramentorum regeneraui: ⁊ feci immaculatã eccleſiã meã virtute ſacramẽtorꝫ. Et nota: ꝙ ly quis deus: debet ordinari cũ particula p̃cedẽti: vt ſit ſenſus: quis eſt deus ꝓtector ſperantiũ in ſe: preter dñm adonai: aut quis deus fortis: ⁊ potens preter deũ noſtrum: Et ideo ſubdit.

Q Chriſtus armauit aplos qdruplici ꝟtute

**Deus qui precinxit me virtute: ⁊ poſuit immaculatam viam meam.**

¶ Deꝰ noſter eſt fortis qui p̃cinxit ⁊ armauit me virtute ſeptẽ ſacramentorꝫ. Et ideo poſuit immaculatã: ⁊ innocentẽ viã meã: vt habet̃ in Hebreo: quia eccleſiaſtica ſacramenta reddunt hominẽ ſine peccato. Scdõ armauit me virtute ſeptez donorũ ſpiritus ſancti per confirmationem.

**Qui perfecit pedes meos tanꝙ̃ ceruorũ: et ſuper excelſa ſtatuens me.**

¶ Perfecit pedes meos. i. aplos veloces ad ambulãdũ ꝑ mũdũ p̃dicãdo tanꝙ̃ pedes ceruorꝫ ſtatuẽs me ſupra excelſa. i. in alto gradu: ⁊ ꝑfecto ad aggrediẽdũ excelſa ⁊ ardua. Hoc dicit: quia i ꝯfirmatione dant̃ ſeptẽ dona ſpũs ſancti: ad roborandũ: ⁊ reſiſtendũ: ⁊ aggrediẽdũ ardua: ⁊ excelſa contra mundũ: carnẽ: ⁊ diabolũ. Et ideo ſubdit

**Qui docet manus meas ad prelium: et poſuiſti vt arcum ereum brachia mea.**

¶ Qui docet ⁊ armat: ⁊ fortificat manus. i. vires meas ad p̃liũ. Et ꝯuerſus ad patrẽ dicit: Tu pater q̃ es fortis ⁊ potens poſuiſti: ⁊ feciſti brachia mea fortiſſima: vt arcũ ereũ: ⁊ ferreũ. q. d. ꝙ ꝑ illa ſeptẽ dona ſpũs ſancti fortificaſti vires meas: q̃ nõ poſſunt flecti ad cõtrariũ: ſicut arcus ereus. Fortificaſti eñ brachia mea: vt arcũ ereũ ad trahẽdũ ſagittas euangelicas ad penetrãda corda hominũ.

xiij. q. ij. c. iij. preſenti.

**Et dediſti mihi protectionem ſalutis tue: dextera tua ſuſcepit me.**

¶ Tertio dediſti mihi ꝓtectionẽ ⁊ clypeũ ſalutis tue: vt habet̃ in litera Hiero. qui clypeus ſalutis eſt hoc nomen Ieſus quod interpretatur ſaluator. qđ quidẽ nomẽ dediſti mihi in protectionẽ. Et dextera tua que eſt ipſemet Ieſus: ſuſcepit ⁊ ꝯfortauit me: vt habet litera Hieronymi.

v. q. v. c. mordaciſſimũ

**Et diſciplina tua correxit me in finem: ⁊ diſciplina tua ipſa me docebit.**

¶ Quarto armaſti me ꝟtute ⁊ doctrina legis euãgelice: que quidem diſciplina ⁊ lex euangelica correxit me in membris meis ab omni vitio: ⁊ ipſamet diſciplina docebit omnem veritatẽ. Nam ipa doctrina euangelica perficit hominez: eo ꝙ ſimul corrigit ⁊ docet. Corrigit eñ inquãtum prohibet omne vitium. Docet autem ⁊ inſtruit inquãtũ precipit omnem virtutem. Et ideo.

xj. q. j. c. ſi omnia.

**Dilataſti greſſus meos ſubtus me: ⁊ non ſunt infirmata veſtigia mea.**

¶ Cũ tali doctrina euãgeli. dilataſti pedes meos i. apoſtolos per totũ orbem ſubtus me: ⁊ veſtigia mea. ſ. populi ad finem, cõuerſi nõ ſunt infirmati. Immo per doctrinã euangelicam fuerunt a peccato ſanati: ⁊ ad oẽm virtutẽ fortificati ⁊ roborati. Et appellat apoſtolos greſſus ⁊ pedes: eo ꝙ ꝑ eos peragrauit mundũ euangeliũ predicando. Et appellat ⁊ intelligit veſtigia ſua ppl'os ad fidẽ Chriſti cõuerſos: eo ꝙ apoſtoli q̃ fuerũt pedes Chriſti impreſſerũt veſtigia eiꝰ in illis ppl'is ꝑ baptiſmũ ⁊ p̃dicationẽ: quia i eis impreſſerũt characterẽ fidei ſpei: ⁊ charitatis. De quibꝰ pedibꝰ ⁊ greſſibꝰ dicit Eſa. lij. Quã pulchri ſunt pedes annũciãtis pacez euangelizantium bona. Deinde cum ſubdit.

xiij. q. iiij. ſi eccleſia.

**Perſequar inimicos meos ⁊ cõprehendã illos: ⁊ nõ cõuertar donec deficiant.**

¶ Exequit̃ de intẽto. vñ ait Chriſtꝰ. poſtꝙ pater meꝰ armauit me talibꝰ armis: ſic inuincibilibꝰ cũ audacia ꝑſequar inimicos meos iudeos: ⁊ cõprehendã illos: ⁊ nõ conuertar donec deficiãt. i. nõ reuertar nec ceſſabo donec conſumam eos.

iij. q. j. c. nullũ

**Confringam illos nec poterunt ſtare: cadent ſubtus pedes meos.**

¶ Cõfringã illos ⁊ ſuperbiã illorũ: nec poterunt ſtare: nec ſurgere: ⁊ cadẽt ſubtꝰ pedes meos. Hoc dicit: quia poſtꝙ Iudei ſemel ceciderũt a regno ⁊ ſacerdotio: nunꝙ̃ ampliꝰ poterũt ſurgere: nec ſacerdotium: nec libertatẽ recuperare. Sed ſemꝑ erũt ſubiecti ⁊ captiui ſub pedibus chriſtianorum. Eſt tamẽ aduertendũ: ꝙ ea que ſunt dicta in his duobus verſibus: licet principaliter ſint intelligẽda de deſtructione populi Iudeorꝫ: tamẽ etiã poſſũt intelligi de deſtructione ppl'i gẽtilis: licet aliter ⁊ aliter. Nã i populo gẽtili deſtruxit tm̃ errorẽ: ⁊ deteſtabiles ritus. Sed ſuſcitauit in eis fidẽ ⁊ lumẽ veritatis: ⁊ ſubiecit eos iugo fidei: q̃ eſt maxima libertas. Iudeos aũt deſtruxit quãtũ ad corpus ⁊ animã: ⁊ libertatẽ: ⁊ lumẽ mẽtis. Deinde cũ dicit.

**Et precinxiſti me virtute ad bellũ: ⁊ ſupplãtaſti inſurgentes in me ſubtus me.**

v. q. j. nõ eſt.

¶ Et p̃cinxiſti me virtute. Explicat modũ deſtructionis: ⁊ captiuitatis Iudeorũ: Ad cuiꝰ intelligẽtiã eſt notandũ: ꝙ ſicut Chriſtus armauit ppl'os armis ſpũalibꝰ ad debellandũ mũdũ ⁊ diabolũ vt dictũ ẽ: Ita pariter armauit Titũ cũ exercitu Romanorũ: ad deſtruendũ cũ armis tpalibus totum ppl'm ⁊ ſtatum iudeorꝫ. Ideo ait Chriſtꝰ ad patrẽ: Tu pater precinxiſti: ⁊ armaſti me, virtute ⁊ potẽtia tpali ad bellũ cõtra iudeos: ⁊ per Titũ ad Romanos, ſupplantaſti: ⁊ eradicaſti: ⁊ diſperſiſti iudeos inſurgentes: ⁊ rebellãtes cõtra me: ⁊ ſubiecciſti eos ſubtus me: ⁊ dediſti mihi iudeos inimicos meos dorſum. i. vt ſint dorſum ſuꝑ qđ ſedẽt: ⁊ calcãt chriſtiani: ⁊ calcãt tanꝙ̃ ſeruos ⁊ captiuos: quia dorſum eorũ ſemꝑ eſt incuruatum ad ſeruitutem.

**Et inimicos meos dediſti mihi dorſum: et odientes me diſperdidiſti.**

xxiiij. q. j. miramur.

¶ Iſtos Iudeos inimicos meos me ſemper odio habentes a ſedibus eorum eradicaſti: ⁊ diſperdidiſti. Nam quoſdam trucidaſti: ⁊ quoſdaz fame cõſumpſiſti: ⁊ quoſdam per mundũ captiuos diſperſiſti. Deinde cum dicit.

**Clamauerunt nec erat qui ſaluos faceret ad dominum: nec exaudiuit eos.**

xxxviij. di. c. ſedulo.

¶ Clamauerũt. Explicat ſcdãm plagã iudeorꝫ: quia nõ ſolũ ſunt reprobati ⁊ abiecti a deo tpaliter: ſed etiã ſpũaliter. Nã añ aduentũ Chriſti licet multotiẽs fuerint flagellati ⁊ captiuati: tñ clamabãt ad dñm ⁊ exaudiebat eos: vt patet ꝑ totũ diſcurſuz librorũ Moyſi: ⁊ Ioſue: ⁊ iudicum: vt dictum eſt in captiuitate Babylonie: ⁊ ꝑſecutione Macchabeorũ. Sed i hac captiuitate poſt paſſionẽ Chriſti ita clauſum eſt eis celũ ꝙ orationes nõ exaudiunt̃ a deo: Ideo in hac captiuitate ꝑſeuerauerũt p. M. cccclxx. ãnos: q̃ enumerant̃ a paſſiõe Chriſti: vſqꝫ in hodiernũ diẽ: quia trãſlato ſacerdotio ⁊ ſacrificio trãſlata fuit etiã oratio. Et ſic oratio eorũ vertit̃ i pctm̃: quia nõ verũ deũ adorãt nec orant: vt dictũ eſt pſal. xiij. Et ideo qñ Iudei clamabãt ad deũ in illa obſidione Romanorũ nõ fuerũt exauditi: quia iam erat eis celũ clauſum: quia extra eccl'iaz nemo exaudit̃: nõ ſolũ ad ſalutẽ ſpũalẽ: ſed nec etiã tẽporalẽ. Ideo dicit Chriſtus: ꝙ Iudei in illa obſidione clamauerunt: nec erat qui faceret eos ſaluos. Nã in oĩbus alijs oppreſſionibus: ⁊ captiuitatibꝰ miſit eis aliquẽ ſaluatorẽ ⁊ liberatorẽ: ſed nunc nõ fuit nec eſt qui eos ſaluet: immo permiſit deus eos vaſtari ⁊ deleri. Ideo ſequitur.

**Et cõminuam eos vt puluerẽ ante faciem venti: vt lutum platearum delebo eos.**

xxiij. q. v. §. vltimo.

¶ Cõminuã vt puluerem ante faciem venti: ⁊ diſpergent̃: ⁊ delebo eos de terra promiſſionis: ⁊ de ſacerdotio: ⁊ ſacrificio. Ut deletur lutũ platearũ: ⁊ ꝓijcit̃ extra ciuitatẽ ad loca immũdicia: ita ipſi ꝓijcient̃ a tẽplo ⁊ ſacerdotio: tanꝙ̃ immũdi ⁊ abomi-

nabiles deo. Et ſic ſacrificia ⁊ orationes nō erunt deo accepte: immo abominabiles.

ſ.q. iiij. ca. homi. §. ecōtra.

**Eripies me de cōtradictionibus populi: conſtitues me in caput gentium.**

℟ Populus iudeoꝝ quinꝙ noibus nũcupatur.

¶ Eripies me de ɔtra. ¶ Hic ꝑdicit electionē populi gentilis ⁊ obedientiā: ꝓpter rebellionē ppl'i iudaici. Unde notādū: ꝙ ppl's Judeoꝝ quinꝙ noibus nũcupaẗ. ſ. ppl's ɔtradictionis: ⁊ tētationis: ⁊ populus alienatus: ⁊ ppl's claudus: ⁊ populꝰ mēdax: ⁊ ppl's inueteratus. Primo dicit ppl's cōtradictionis: q: ſemꝑ deo cōtradixerūt: vt patet Nume. xx. apud aquā cōtradictionis: q: nō poterant credere deum poſſe eis elicere aquaꝫ de petra qđ fuit figura: ꝙ cū vera petra veniret. ſ. Chriſtꝰ ipſi erant cōtradicturi. Nā viderūt exire a Chriſto veram aquā ſapientie: ⁊ virtutis miraculoꝝ: ⁊ tamē nō crediderunt: immo ipſi cōtradixerūt. Itē dicit ppl's tentationis: q: ſemꝑ Chriſtū tentauerunt: q: licet viderūt doctrinā ⁊ miracula: tñ adhuc ſignuꝫ de celo querebāt tentātes: vt patet Mat. xij. ⁊ Luce. ij. ⁊ ſic ſemꝑ eum tentauerūt: ſicut tentauerunt eum in rupe Oreb: ⁊ tentauerunt decies in deſerto. Nume. xiij. Itē dicunt filij alieni: ſiue alienati: q: cū eſſet ppl's electus: ⁊ heres repudiauit hereditatē: qñ Chriſtū in lege ꝓmiſſum negauit. Et ſic alienatꝰ eſt a vulua legis. Itē dicit ppl's mēdax: q: mentiti ſunt deo ⁊ legi: q: ꝓmiſerunt ſub maledictione recipere meſſiam in aduentu ſuo ſed tñ crucifixerunt eum. Itē dicit populus inueteratus in malitia: q: ab initio ſemꝑ patres eoꝝ fuerūt rebelles: ⁊ occiſores prophetarum. Et ſic ipſi ſecuti ſunt eos: vt eis iꝓpat Chriſtꝰ Joā. viij. ⁊ Matt. xxij. Itē dicit populus claudus: q: claudicauit: et deuiauit a ſemitis legis: cum Chriſtū non recepit. Ideo bene merito iſte populus reprobatus eſt a Chriſto. Sed ꝑ oppoſitū ppl's gētilis: ꝗ nunꝙ habuerat legē: nec ꝓphetas: ilico recepit Chriſtū in aduentu ſuo: nec ei cōtradixit: nec tñ vidit eū ꝑdicantē: nec miracula facientē: ſed ad ſolā ꝑdicationē apl'oꝝ obediuit Chriſto: ⁊ ipſuꝫ recepit. Et hoc eſt qđ hic dicit Chriſtꝰ in pſona capitis. O pater: tu eripies me de cōtradictionibus populi iudaici ipſum reprobando: ⁊ cōſtitues me in caput: ⁊ principē gentiū. i. populi gentilis ipſum eligendo. Unꝺ ppl's iudeoꝝ dicit populus ɔtradictionis. Prio: q: deo cōtradicunt cū mihi cōtradicunt. Scđo cōtradicunt legi ⁊ ꝓphetis: ꝗ de me ſcripſerūt. Tertio cōtradixerunt iudei ſibiipſis. Nam quidā dicebant ꝙ bonꝰ eſt: ⁊ alij ꝙ nō: ſed ꝙ ſeducit turbas. Et ſic ſchiſma ſemper fuit: ⁊ erit inter eos. De his ergo contradictionibꝰ ꝓpter hoc eripies me: illū reprobando: ⁊ conſtitues me in caput populi gentilis ipſum eligendo.

xiiij. q. v. c. qui habetis.

**Populus quē nō cognoui ſeruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi.**

¶ Coſtitues me inquaꝫ in caput populi gentilis eo ꝙ ille populus gentilis quem nō cognoui: q: legē ipſi nō dedi: nec apud eū miracula feci: nec ego in pſona ipſi ꝑdicaui: tñ i ſolo auditu ex ꝑdicatione apl'oꝝ obediuit: ⁊ ſeruiuit mihi legē euāgelicā ⁊ baptiſmū recipiēdo. Ideo mihi ipſum deſpōſaui ⁊ vniui per fidē: ⁊ ppl's qui erat alienus: factus eſt proprius. ſed oppoſitum fecit populus Judaicus.

**Filij alieni mentiti ſunt mihi: filij alieni inueterati ſunt: et claudicauerunt a ſemitis ſuis.**

De diſ. § ſi.

¶ Nā ipſi ꝗ erāt filij ꝓprij: ꝗbus facta erat ꝓmiſſio hereditatis: facti ſūt alieni me negando. Et ſic alieni: ⁊ alienati mētiti ſunt mihi nō ſeruātes qđ in lege ꝓmiſerūt. Deuter. xviij. ⁊ ꝑ totū. Itē mētiti ſunt legi Moyſi: ⁊ ꝓphetis ꝗ de me ſcripſerūt. Et inueterati ſunt in peccatis patrū ſuoꝝ: q: fuerūt homicide ſicut patres eoꝝ. Nā ſicut patres eoꝝ occiderūt ꝓphetas: ꝗ locuti ſunt de xp̄o: ita ipſi filij occiderūt: ⁊ pſecuti ſunt xp̄m de quo locuti ſūt ꝓphete. Et ſic inueterati ſunt in malitia patrū ſuorum ꝗ ſemꝑ deo cōtradixerūt. Itē inueterati ſunt q: noluerūt in Chriſto renouari: nec ſeruare legē: imo claudicauerūt a ſemitis ſuis. ¶ Unꝺ nota ſcđꝫ Apl'm ad Ro. x. ꝙ Chriſtꝰ eſt finis legis: q: lex ⁊ ꝓphete dirigunt in Chriſtū: tanꝙ ad finē. Naꝫ ſicut oēs linee ducte a circūferentia circuli terminant ad pūctū mediū ⁊ centrū: ita tota lex ⁊ ꝓphete terminant in Chriſtū tanꝙ ad centrū: ⁊ terminū legis ⁊ ꝓphetarū. Unꝺ oia geſta: ⁊ myſteria: ⁊ dicta vet. teſt. dirigebant in Chriſtū tanꝙ in terminū: ⁊ erant vie ⁊ ſemite in eū. Et ſic lex duxit illū ppl'm a Moyſe: vſꝙ ad Chriſtū: ꝑ ſemitas ſuas ⁊ precepta. Sꝫ qñ Judei fuerūt ꝓpe terminū errauerūt: ⁊ claudicauerūt a ſemitis ſuis: qñ ipm Chriſtū: et terminū negauerūt. Et ſic errauerūt ab vtero ⁊ via ⁊ ſemitis legis: ⁊ locuti ſunt falſa cū dixerūt: Non habemꝰ regē niſi Ceſarē: ⁊ hūc neſcimꝰ vñ ſit ⁊c.

Q xp̄s finis legis.

¶ Unꝺ nota ꝙ claudicatio huiꝰ ppl'i fuit figurata Geñ. xxxij. qñ Jacob luctans cū angelo māſit claudus pede: eo ꝙ emarcuit neruus femoris eiꝰ: ⁊ ſic gradiebaẗ vno pede recto ⁊ firmo: ⁊ altero claudo. ꝑ qđ fuit figuratū: ꝙ vna pars filioꝝ eius debebat incedere pede recto: ꝗ fuit illa que recepit Chriſtū: ⁊ legē euāgelicā. ſ. diſcipuli: ⁊ ceteri cōuerſi: ſed altera pars māſit clauda ⁊ obliqua. ſ. oēs negantes ⁊ obſtinati: q: claudicauerunt a ſemitis legis in chriſtū dirigētis. Et ſic bene merito iſte populus factus alienus: ⁊ mendax: claudus: ⁊ cōtradicens fuit reprobatus: ⁊ gentilis factus obediēs: electus ⁊ capiti Chriſto incorporatus.

**Uiuit dominus ⁊ benedictꝰ deus meus: et exaltetur deus ſalutis mee.**

De diſtinctiōe xp̄i ſui ſtatus.

¶ Hec eſt tertia pars ꝑncipalis ⁊ vltiā in ꝗ Chriſtus claudēdo agit grās in forma ſerui ꝓ beneficijs receptis. Unꝺ ait. Uiuit. i. viuat dñs: ⁊ bñdictꝰ deus meꝰ: ⁊ exalteẗ ⁊c. ¶ Unꝺ nota ꝙ Chriſtus in hoc verſiculo in pſona corꝑis myſtici cōfiteẗ myſteriū trinitatis. ⁊ ratio eſt: nā ſupra dixit ꝙ Judei mētiti ſunt ei: ⁊ claudicauerūt a ſemitis ſuis. Nā Judei dicunẗ mēdaces: inquātū falſificāt legē falſo modo itelligēdo ⁊ gloſſando: retrahēdo ⁊ puertendo a vero ſenſu. Et dicunẗ claudi: inquantū incedunt vno pede recto ⁊ alio obliquo: nā incedunt vno pede ſano: inquātū confitenẗ vnū deū creatorem celi ⁊ terre. Sed claudicāt altero pede: inquantum negant Chriſtū eſſe deū ⁊ meſſiam in lege ꝓmiſſum: ⁊ redēptorē ⁊ ſaluatorē oim ⁊c. ſicut tota ſcriptura teſtaẗ. Et ſic negando Chriſtū: negant totam ſcripturā ⁊ claudicāt in ea. Et ideo chriſtiani habēt fidē rectā ⁊ orthodoxam: ꝗ cōfitentur deum vnum in ſubſtātia ⁊ eſſentia: ⁊ trinum in perſonis: ⁊ filium incarnatū qui eſt Chriſtus ſaluator: ⁊ redēptor: ⁊ meſſias. Et ſic populus chriſtianꝰ teneẗ reddere: ⁊ agere grās deo: ꝗ dedit ſibi talē fidē. Et iō Chriſtus in forma ſerui: ⁊ in perſona eccl'ie cōfiteẗ oēs tres perſonas in vna eſſentia. Et primo ɔfiteẗ pſonā pr̄is: cū dicit: Uiuit dñs. pater ſupple. Secundo cōfiteẗ pſonā ſpūs ſancti: cū ſubdit. ⁊ bñdictus deus meus. ad denotandū ꝙ ſpiritꝰ ſanctꝰ eſt deus. Tertio cōfiteẗ pſonā filij incarnati: cum ſubdit. Et exalteẗ deus ſalutis mee: ad denotādū ꝙ filius eſt deus ⁊ ſaluator: ⁊ per cōſequēs deus ⁊ hō meſſias in lege promiſſus. Unꝺ nota ꝙ patrē nō appellat deū: ſed dñꝫ ſiue adonai: eo ꝙ i hoc loco ſcribiẗ cū quatuor lr̄is: qđ nomē ſic ſcriptū ſoli deo cōpetit. Sed explicando appellauit deū ſpiritū ſanctū ⁊ filiū: ad denotandū ꝙ ſunt cōſubſtātiales pr̄i ⁊ inter ſe: ſed ſpecialiter appellaẗ filiū deū ſalutis ad denotandū: ꝙ ſolus eſt incarnatus: ⁊ paſſus ⁊c. Et ſic patet ꝙ deus eſt trinus ⁊ vnus. quā fidē ſola religio chriſtiana ꝓfiteẗ. Et ideo ad notādum ꝙ oēs iſte tres perſone ſunt vnus deus in ſubſtantia: ſubdit Chriſtus in forma ſerui.

Nota.

Argu. xxiij. q. j. capi. qua digniorꝫ.

**Deus qui das vindictas mihi: et ſubdis populos ſub me: liberator meus de inimicis meis iracundis.**

¶ Deus inquā qui das vindictas mihi. i. tu es deꝰ trinus ꝗ das vindictas mihi. quaſi dicat: ſicut liberaſti Dauid de manu Saulis ⁊ Abſalon: ⁊ ceterorū inimicoꝝ: ⁊ dediſti ipſi de oibꝰ vindictā ⁊ victoriā: ⁊ finaliter ſubdidiſti oēs populos. xij. tribuū: ⁊ populos finitimos. ſ. Amonitaruꝫ: ⁊ idumeoꝝ: ⁊ moabitarū: que oia fuerūt in figura mei: Ita tu es deus: ⁊ liberator meus de inimicis meis tā iudeis quā tyrānis iracūdis ⁊ pſecutoribꝰ: qui das mihi vindictas de eis. primo de iudeis. ſcđo de tyrānis ⁊ finaliter ſubdis oēs populos ſub me per fidem: a ſolis ortu vſꝙ ad occaſum.

**Et ab inſurgentibus in me exaltabis me: a viro iniquo eripies me.**

¶ Non ſolum me liberaſti de iudeis inimicis iracundis: ſed etiā exaltabis me ab inſurgentibꝰ tyrannis ⁊ hereticis: qui cōtra eccleſiam meā inſurgent: ⁊ eripies me ab omni viro iniquo tam heretico quā tyranno: ⁊ perſecutore.

**Propterea confitebor tibi in nationibus domine: ⁊ nomini tuo pſalmum dicam.**

¶ Ipſis ꝓpterea iudeis merito reprobatis cōfitebor in nationibus. i. in populo gentili: ⁊ nomini tuo pſalmū dicā: quia eccleſia cōgregata pro maiori parte de populo gentili confitebiẗ nomini tuo. Joā. x. qđ dicit nomē dei tetragrāmaton: vt dictū eſt in prologo tractatu. iiij. pſalmo. xiij. ⁊ ſepties in die cantabit tibi pſalmodiam ⁊ propria diuina ⁊ canonica officia ſecundū feſtiuitates ad honorem ⁊ memoriā incarnationis ⁊ natiuitatis: ⁊ paſſionis: ⁊ reſurrectionis ⁊c. Et totūꝫ hoc faciam in eccleſia: eo ꝙ deus pater eſt.

ij. reg. xxv. et Roma. xvij.

**Magnificans ſalutes regis eius: ⁊ faciens miſericordiam chriſto ſuo Dauid: ⁊ ſemini eius vſꝙ in ſeculum.**

¶ Magnificās ſalutes regis eius. i. quia ſemper magnificauit Chriſtū regē eius: ⁊ meſſiam ab eo miſſum in oibus actibus humane redēptionis et ſalutis: q: magnificauit eū in incarnatiōe: ⁊ in natiuitate: qñ oēs creature ⁊ demōes dederūt ſigna ſue natiuitatis: vt dictū eſt: ⁊ magnificauit ipſum filiū in baptiſmo: cū dixit: Hic eſt filius meus dilectus ⁊c. Hoc idē fecit in transfiguratione. Itē magnificauit eius ꝑdicationē ꝑ ſigna ⁊ miracula. Itē magnificauit eiꝰ paſſionē: q: terra mota eſt: ⁊ petre sciſſe ſunt: ⁊ facte ſunt tenebre ſuper vniuerſaꝫ terrā ⁊c. Itē magnificauit eius deſcenſum ad inferos: q: fregit portas ereas: ⁊ vectes ferreos cōfregit: ⁊ cū triūpho: ⁊ pōpa nobili predā recuꝑauit. Itē magnificauit eiꝰ aſcēſionē: qñ aſcēdit in altū captiuā ducēs captiuitatē: ⁊ Angeli dicebāt: Quis eſt iſte qui venit de edom? Et ſic Chriſtꝰ ſedit a dextris dei: ⁊ obtinuit vl'em ꝑtātem in celo ⁊ in terra. Ex quo ꝑtꝫ: ꝙ pater magnificauit ſalutes Chriſti regis eiꝰ. Itē eſt faciēs multas miſericordias chriſto ſuo Dauid myſtico. Primo in capite propter ſupradictas rōnes: quare liberauit ipm ab inimicis ⁊ dedit ipſi vindictas ⁊ victorias: vt dictū eſt. Secūdo ex cōſequēti eſt ſemꝑ faciēs miſericordias ſemini Chriſti. i. ppl'o chriſtiano ꝑ baptiſmū regenerato. Et hoc durabit vſꝙ in finē. q: lꝫ eccl'ia paſſa ſit multas tribulatiōes: ⁊ pſecutiōes ꝑ hereticos: ⁊ tyrānos: ⁊ patieẗ vſꝙ ad antixp̄m: tñ deus ſemꝑ liberauit eā finaliter: maxime cū Chriſtꝰ reſtituet regnū deo patri: ad qđ nos ꝑducat ⁊c. Iō ait Chriſtus. Dñs pater: q: iuſtus: retribuet mihi hereditatem gn̄is hūani ſcđm iuſtitiā meā: q: de iuſtitia legali: ⁊ iure hereditario mihi debeẗ: eo ꝙ ſum filius naturalis eius. Iō iuſte potui cōgredi cū diabolo pro iniuria vlciſcēda: ⁊ preda repetēda. Et ſic iuſte potui liberare genus hūanū de captiuitate. Itē etiā pater retribuet mihi ſcđm puritatem manuū mearū: q: purū ſacrificiū: ⁊ ꝑtiū obtuli ipſi in cruce: q: obtuli meipſum in ꝑtiū: ꝙ pctm̄ non feci ⁊c. Et per conſequēs iure cōmutatiuo: ⁊ ſcđm iuſtitiā cōmutatiuā relaxauit pr̄ captiuitatē et hereditatē et predā: et retribuet mihi eā. Tertio pater retribuet mihi hanc hereditatē ſecunduꝫ meā iuſtitiā diſtributiuā: eo ꝙ rōne humilitatis ⁊ obedientie debeẗ mihi de iure: ⁊ de iuſtitia diſtributiua. ꝓbatur: q: fuerim hūilis ⁊ obediēs: eo ꝙ cuſtodiui ſemꝑ vias dñi: nec impie geſſi nec feci aliꝗd alienū a deo meo: nec qđ eſſet cōtra eius volūtatē ⁊ legē.

De9 fecit xp̄o ſuo miſericordias.

¶ Ex toto iſto pſalmo pñt recolligi. xvj. cōcluſiones: in quibus conſiſtit tota ſententia huiꝰ pſalmi. ¶ Prima cōcl'o eſt: ꝙ pr̄ in oibꝰ fuit fortitudo: ⁊ refugiū: ⁊ ꝓtector: ⁊ liberator Chriſti: iq̄ātū eſt hō: nō ſolū rōne ſui ſed ⁊ rōne mēbroꝝ. ¶ Scđa ɔcl'o: ꝙ oēs infirmitates: ⁊ miſerie: ⁊ dolores inferni cōprehenderūt Chriſtū: quo ad penā: ſed non quo ad culpā: ſꝫ cōprehēderūt eius mēbra: quo ad culpā ⁊ penā. ¶ Tertia cōcl'o: ꝙ ſicut filij Iſrael clamauerunt ad dñm: vt liberaret eos de illa ſeruitute: et afflictione Egypti: Ita patriarche: et prophete: et oēs fideles vete. teſta. clamabant ad dñm: vt mitteret filiū ſuū: ⁊ liberaret totū genus hūanū ab afflictione: ⁊ ſeruitute peccati. ¶ Quarta ɔcl'o ꝙ ſicut deꝰ audiuit vocē: ⁊ clamorē filioꝝ Iſrael in Egypto: ⁊ in mari rubro: ⁊ liberauit eos per Moyſen: Ita audiuit clamorē fideliū vete. teſt. ⁊ miſit filiū

Nota.

℟

ſuum ad liberādū eos de ſeruitute pcti. ⁋ Quinta
cōcluſio: ꝙ Chriſtus in hoc pſal dr̄ liberator: ⁊ libe
ratus. ſ. liberator in capite: ⁊ liberat⁹ in membris.
⁋ Sexta cōcluſio: ꝙ fili⁹ attribuit pr̄i totū opus
noſtre redēptiōis: īquātū acceptauit ſuā paſſionē
in pretiū: q2 nr̄a redēptio erat in pr̄e poteſtatiue
⁊ auctoritatiue: ⁊ in humilitate Chriſti meritorie:
⁊ inſtrumentaliter. Et ſic tā pr̄ ꝙ fili⁹ dr̄ redēptor
noſter. ⁋ Septima cōcl'o: ꝙ triplici iure Chriſt⁹
liberauit genus humanū: ⁊ adeptus eſt pncipatū
mundi. Primo iure hereditario ⁊ legali: eo ꝙ fili⁹
naturalis. Scdo iure cōmutatiuo: q2 iuſtū pretiū
obtulit rōne puritatis ⁊ innocētie. Tertio iure di
ſtributiuo rōne hūilitatis: ⁊ obedientie ⁊ laboris:
q2 ſemp impleuit volūtatē pr̄is. ⁋ Octaua cōcl'o:
qd̄ deus dr̄ ſanct⁹ cū ſctis: ⁊ puerſus cū peruerſis
effectiue: eo ꝙ vnicuiq3 tribuit ſcdm iuſtitiā ⁊ me
ritū: q2 parcit hūilib⁹: ⁊ debellat ſuperbos. Et ſic
ppl'm gentilē humilē ſaluauit: ⁊ ppl'm iudaicū ſu
perbū ⁊ obſtinatū diſſipauit: ⁊ ſubiecit. ⁋ Nona
cōcl'o: ꝙ quadruplici virtute armauit Chriſt⁹ apo
ſtolos: qñ miſit eos ad pdicandū. ſ. virtute ſeptem
donoꝝ ſpūs ſancti: ⁊ virtute huius nois Jeſus: et
gladio euangelice doctrine ad ferienda corda ho
minū. ⁋ Decima concl'o: ꝙ his quatuor armis ſu
pradictis apl'i debellarūt totū orbē: ⁊ Chriſto ſub
iecerūt. ⁋ Undecima cōcl'o: ꝙ ſicut Chriſtus per
apl'os debellauit totū ppl'm gētilē: ita p Roma. de
bellauit iudeos. ⁋ Duodecima cōcl'o: ꝙ ppl's Ju
daic⁹ nō ſolū fuit diſſipat⁹ tpaliter: ſ3 etiā ſpūalr̄:
eo ꝙ oia legalia ſunt eis mortifera: ⁊ orones ina
nes imo odioſe in blaſphemiā apud deū. ⁋ Decia
tertia cōcl'o: ꝙ ille ppl's bn̄ merito fuit reprobat⁹:
quia ſemp deo cōtradixit. Jō dr̄ ppl's cōtradictio
nis in vtroq3 teſtamento. ⁋ Deciaquarta cōcl'o: ꝙ
quadruplex nomē ſortit⁹ eſt ille ppl's in hoc pſal
mo in pnicīē ſui poſt aduentū Chriſti. Nam primo
dr̄ mēdax: q2 in veritate legis nō ſtetit: imo fecerūt
legē mendacē: ⁊ pphetas: ⁊ deū: qñ negarunt Chri
ſtum. Scdo dr̄ claudus: q2 claudicauit: ⁊ deuiauit
a termino: ⁊ fine legis qui erat Chriſtus. Tertio dr̄
alien⁹: q2 cū eſſet fili⁹ Abrahe ⁊ Jſrael ſcdm carnē:
quib⁹ facta fuerat pmiſſio: ipſe degenerauit ⁊ fa
ctus eſt alien⁹ negādo Chriſtū. Quarto dicit inue
terat⁹: q2 ſecutus eſt menſurā patrū ſuoꝝ q̄ occide
runt pphetas ⁊ manſit obſtinatus in ſua malitia.
⁋ Decimaquinta cōcluſio: qd̄ Chriſtus reprobato
ppl'o iudaico fact⁹ eſt caput populi gentilis q̄ ſibi
obedierunt. ⁋ Decimaſexta cōcluſio: ꝙ Chriſt⁹ de
trib⁹ triūphauit. Primo de diabolo ipſum expoliā
do. Scdo de iudeis ipſos reprobando ⁊ diſſipando
Tertio de ppl'o gentili ipſum iugo fidei ſubijcien
do. Et ſic patet tota ſententia huius pſalmi.

De pe. diſti. ij. ante fi nem.

**CEli enarrant gloriam dei: ⁊ ope
ra manuū eius annūciat firma
mentum.**

⁋ Titulus: Jn finē pſalm⁹ Dauid. Ex
titulo appet ꝙ Dauid fecit hūc pſal
mum dirigens nos in Chriſtū: ⁊ legē euāgelicam:
qui erat finis legis vete. Jō ſpretis: ⁊ omiſſis fabu
lis iudeorū de materia huius pſalmi: ⁊ ſequendo
doctrinā apoſtoli ad Ro. x. qui ex ſcriptura huius
pſalmi probat euangelium eſſe publicatū p totū
orbem: eſt dicendū ꝙ Dauid in hoc pſalmo pdicit
publicationē euāgelij: ⁊ pfectiōes ⁊ fructus eius.
Ad cuius intelligētiā eſt aduertendū: ꝙ ſicut tota
eccl'ia dr̄ vnus hō myſticus: ita pariter dr̄ vnus mū
dus myſticus. Nā ſicut tot⁹ iſte mūdus ſenſibilis
⁊ viſibilis cōſtat ex celis ⁊ elemētis p mēbris: ⁊ ex
ſole pro capite: ⁊ pncipio oim generabiliū ⁊ corru
ptibiliū: ita eccl'ia cōſtat ex ſole q̄ eſt Chriſt⁹ ſol iu
ſtitie ⁊ celis q̄ ſunt apl'i: ⁊ ſtellis q̄ ſunt doctores: ⁊
ſancti viri: ⁊ ex terra q̄ ſunt ppl'i fideles. Naz ſicut
ſol influit: ⁊ mittit virtutē ſuā in celos ⁊ ſtellas: et
celi influūt in terrā ⁊ elemēta: ita Chriſt⁹ influxit
euangelicā doctrinā: ⁊ ſacramenta in apl'os: ⁊ apl'i
in ppl'os. Hoc ergo puidens Dauid in ſpū cōtēplā
do diſpoſitionē hui⁹ mūdi ſenſibilis fecit hūc pſal
mū: in quo tria facit. Nā pmo predicit publicatio
nē euangelij p apl'os per vniuerſum mundū faciē
dā: ⁊ hoc per diſpoſitionē celorū: ⁊ curſum: ⁊ influ
xum ſolis. Scdo pdicit pprietates: ⁊ dignitatē: et
perfectionē: ⁊ fructus: ⁊ pmiū legis euāgelice. Ter
tio petit gratiā: vt valeat legē euāgelicā obſerua
re. Scda ibi: Lex dn̄i. Tertia ibi: Delicta quis intel
ligit. Quantū ad primū eſt aduertendū: ꝙ ſicut in
mundo ſenſibili eſt dare diem: qui cauſat ex latiōe
ſolis ſup terrā: ⁊ noctē q̄ cauſat ex abſentia ſolis
ſuper terrā: Jta pariter in eccleſia q̄ dr̄ mund⁹ my
ſticus ⁊ figuratus: eſt dare vnū diem ⁊ vnā noctē.
Nox aūt fuit ab Adā vſq3 ad Chriſtū facta ppter
peccatū Ade: ⁊ abſentiā ſolis: qui dr̄ Chriſt⁹. Dies
aūt incepit a baptiſmo: ⁊ pdicatiōe Chriſti: q2 tunc
Chriſtus ſol iuſtitie incēpit mittere lumen euāge
licū: ⁊ influentiā eccl'iaſticorū ſacramētoꝝ ſuper
vniuerſam terrā: Et ſic facta eſt dies ex pn̄tia Chri
ſti: ⁊ euangelij ſuper terram. de quo die ⁊ nocte ait
Apoſtolus ad Ro. xiij. Nox pceſſit: dies aūt appro
pinquabit. Jtem ſicut in nocte non apparet ſol: ſed
ſolū apparet celū ſtellatū: qd̄ dr̄ firmamentum: in
quantū videntur ſtelle in illo fixe: q̄ ſtelle ⁊ maxi
me Uenus: q̄ dr̄ lucifer: cū ceteris planetis in no
cte apparentibus prenūciat aduentū ſolis: ⁊ diem
futurū ppinquū: Jta pariter ſm Greg. ſ. moraliū
ca. x. Chriſt⁹ in nocte legis veteris pmiſit patriar
chas: ⁊ prophetas: tanꝙ ſtellas pnūciantes aduē
tum ſuū. Et ſicut ſol in ſuo ortu pellit. ⁊ fugat oēs
tenebras noctis: ⁊ non amplius vident ſtelle: ſed
omnia ſunt manifeſta in terra: ⁊ oia vident clara:
tam celum ꝙ elementa: q2 in omnib⁹ manifeſtat:
⁊ apparet imago ſolis: ita pariter i aduētu Chriſti:
ceſſauerūt oēs viſiones ⁊ pphetie: ⁊ oia q̄ latebāt
ſub vmbra: ⁊ lr̄a noctis vete. teſta. fuerunt in Chri
ſto ⁊ per Chriſtum manifeſta ⁊ clara. Et ſicut tunc
nox firmamēti. ſ. patriarche: ⁊ pphete pnūciabāt
nocti. i. ſynagoge: ⁊ illi populo qui erat in nocte:
ſcientiā: ⁊ aduentū Chriſti futuri: ita pariter Chri
ſtus: qui eſt verus dies eructauit verbū euangeli
cum dei. i. collegio apoſtolorum iam in die gratie
exiſtenti: ⁊ ipſe dies. ſ. collegium apoſtolorum eru
ctauit: ⁊ enarrauit verbū euangelicū diei. i. toti ec
cleſie: que iam ambulabat in die: ⁊ gratia: ⁊ lumi
ne Chriſti. Et hoc eſt qd̄ intendit dicere Dauid in
hac prima parte. Unde ait: Celi. i. apl'i a Chriſto q̄
eſt ſol iuſtitie illuſtrati in die Pente. enarrant glo
riā dei in nouo teſtamēto: quia per totū orbē pre
dicant euangeliū Chriſti: in quo manifeſtat gl'ia:
⁊ omnipotentia: et ſapientia: et iuſtitia: et miſeri
cordia dei. Et firmamentum: id eſt cetus patri



archarū ⁊ prophetarū annūciat opera eius. Et eſt
figura que dicitur hiſteron proteron: id eſt prepo
ſitio: ⁊ poſtpoſitio: nā ſecunda clauſula debet pre
poni. Nam prius in veteri teſtamento patriarche
prenunciarunt huiuſmodi myſteria Chriſti ⁊ ec
cleſie. Debet ergo litera ſic ordinari: ꝙ ſicut in ve
teri teſtamento firmamētū: ſcilicet cetus patriar
charum ⁊ prophetarum annunciāt: opera dei per
Chriſtum facienda: Jta pariter celi: id eſt apoſto
li enarrāt gloriam dei: ⁊ legem euangelicam in no
uo teſtamento. q. d. ꝙ ea que lex vetus prenuncia
uit de Chriſto in veteri teſtamento: eadem enar
rant apoſtoli: ⁊ predicarūt eſſe cōpleta in nouo te
ſtamēto. Unde ſicut apoſtoli dicuntur celi noui te
ſtamenti: ita lex vetus dicit firmamentū veteris
teſtamenti. Unde nota: ꝙ hec eſt differentia inter
ſcientiam ⁊ verbum. Nam ſcientia dicitur vt eſt in
habitu intra intellectū abſconſa. Sed eadem ſciē
tia dicitur verbum: inquantū ad extra per vocem
manifeſtatur. Jta ergo pariter myſteria Chriſti ⁊
eccleſie dicuntur ſcientia: inquantū erant in vtero
legis veteris teſtamenti abſconſa ante aduentum
Chriſti. Sed eadem myſteria dicuntur verbū: quā
do per Chriſtum ⁊ apoſtolos fuerunt in mūdo ma
nifeſtata. Jdeo ſequitur.

xxiij. q. v. c. re legen tes.

**Dies diei eructat verbum: ⁊ nox nocti in
dicat ſcientiam.**

⁋ Dies. ſ. Chriſtus eructat verbū euāgelicum ipſi
diei. ſ. collegio apoſtolorū: ⁊ apoſtoli eructant ip
ſum met verbum euangelicum: diei: id eſt toti ec
cleſie: que poſt aduentū Chriſti incepit in die am
bulare: ⁊ nox. ſ. lex vetus annunciat ⁊ prenunciat
ſcientiam Chriſti futuri ipſi nocti. i. ſynagoge vete
ris teſtamēti. q. d. ſicut ante aduentum Chriſti lex
moyſi prenunciauit ſynagoge ſcientiā ⁊ myſteria
Chriſti futuri: que in ea erāt clauſa: ita poſt aduē
tum chriſti dies. ſ. Chriſtus ⁊ apoſtoli eructant et
manifeſtant verbum euangelicū: in quo omnia le
galia ſunt manifeſtata ⁊ impleta: quia vt dicit Au
gu. in libro de catheziʒādis rudibus: nil aliud eſt
teſtamentum vetus: niſi occultatio noui: ⁊ nouū
teſtamentum nil aliud eſt niſi manifeſtatio vete
ris. Et nota ꝙ collegiū apoſtolorū appellat dies
in hoc loco. S3 chriſtus magis dicit dies: ⁊ apoſto
li hore huius diei. Nā ſicut dies artificialis habet
duodecim horas: ita chriſtus qui eſt ver⁹ dies ha
buit duodecim apoſtolos: ⁊ ideo apoſtoli ſunt duo
decim hore diei qui eſt xp̄s ſcdm Aug. ſuper Joā.
xi. Jdeo dixit chriſt⁹ apl'is: Nonne duodecim hore
ſunt ⁊c. Ex quo pt3 qd̄ tā Chriſtus ꝙ apl'i dicuntur
dies. Jterū eſt aduertendū: ꝙ ly nox nocti indicat
ſcientiā: maxime verificatur de ſynagoga p ſtatu
iſto. Nam ſynagoga ceca ⁊ tenebroſa vult indica
re ſcientiam legis ipſi nocti. ſ. populo ceco iudeo
rū: cū ipſa ſit ceca nullam habens ſcientiam: nec
intelligentiam legis ⁊ prophetarum. Jterū eſt ad
uertendū: ꝙ per ly firmamentum: poteſt intelligi
eccleſia ſimpliciū: nā ſicut celi mittunt ſuā influē
tiam ad terrā: q̄ dr̄ fundamētū: ⁊ centrū mūdi: ita
apl'i miſerūt influentiā euangelicā ſupra totā ec
cleſiam toto orbe diffuſam. Jn qua eccleſia mani
feſtant chriſti opera per miracula ⁊ eccleſiaſtica
ſacramēta. quaſi dicat: ſicut celi. i. apl'i enarrāt glo
riam dei per predicationem: ita firmamentū. i. ec

xp̄s dr̄ dies et apl'i hore diei.

cleſia annunciat opera dei que facta ſunt in ipſa
Jtem iſte verſiculus poteſt referri ad principium
noſtre miſerie: ⁊ noſtre reſurrectionis: nā tūc nox
nocti indicauit ſcientiam quādo ſerpens tenebro
ſus dixit Eue. Qua hora comederitis: eritis ſicut
dij ſciētes bonū ⁊ malum. Sed nūc dies diei eru
ctauit verbū: quando angelus Gabriel dixit: Aue
gratia plena: concipies ⁊c. Sed prima expoſitio vi
detur melior: Nam ſequitur.

**Non ſunt loquele neq3 ſermones: quorum
non audiantur voces eorum.**

xlv. di. c. vlti.

⁋ Non audiantur. i. nō intelligantur voces. i. idio
mata eorum. quia in die Penteco. receperunt apo
ſtoli ſeptem dona ſpiritus ſancti: inter que recepe
runt omnia genera linguarum. Et ſic loquebātur
varijs linguis: nec fuit aliqua lingua eis ignota
nec lingua que voces eorum non intelligeret. nec
fuit aliqua pars mundi: nec prouincia que eorum
pdicationem nō audiret. Nam Bartholomeus et
Thomas predicauerunt in Jndia maiori ⁊ minori
citra ⁊ vltra Gangē: ⁊ Mattheus in Ethiopiā: et
Andreas in Syria: Jacobus in Hiſpania. Ceteri
autem in medio terre. Litera Hierony. habet: Nō
eſt dictum: nec ſunt verba: quibus non audiatur
vox eorum: ⁊ tunc eſt ſenſus: quod vox apoſtolorū
fuit audita: ⁊ intellecta per omnes linguas: ⁊ na
tiones mundi. Jdeo ſubdit.

**Jn omnem terrā exiuit ſonus eorum: ⁊ in fi
nes orbis terre verba eorum.**

ro. xi. ij. diſt.

⁋ Jn omnem: inquit: terrā exiuit ſonus. i. predica
tio eorum: ⁊ in fines orbis terre verba eorum euā
gelica. ⁋ Et ſic nulla fuit pars in mundo aut lin
gua: ad quam non peruenit euangelium: aut per
apoſtolos: aut ſucceſſores eorum. Unde licet apo
ſtoli non tranſierunt ad hūnos ⁊ Gotthos: q̄ ha
bitabant in orbe ignoto: ⁊ inaceſſibili vltra Meo
tidis paludes: tamen in die natiuitatis omnia ido
la eorū clamarunt regem pacis: ⁊ dominū totius
mundi fuiſſe natū in medio mundi. Et ſic congre
gati omnes Gotthi: ⁊ Hūni duobus agminibus fa
ctis relictis ſedibus tranſierunt Meoticas palu
des ſuper aquas glaciales. Et ſic peruenerunt ad
partes noſtras: ⁊ per ſucceſſionem tēporis baptiſ
mum ſuſceperunt. Ex quo pt3: ꝙ ex diuina proui
dentia illud factum eſt: vt poſſent audire vocē euā
gelicam. Et hoc idem factum eſt apud Ethiopes.
Unde Uirgil. in. vſ. Huius in aduentu iam nunc ⁊
caſpia regna Reſponſis horrent diuum: ⁊ Meoti
ca tellus: Et ſeptemgemini turbant trepida oſti
Nili. Ex quo pt3 ꝙ lex euāgelica per totum mūd
fuit publicata: ⁊ predicatio apl'orū per omnes li
guas fuit manifeſtata. vnde ſicut deus per celo ⁊
ſtellas mittit naturales influentias ad generād
iſta inferiora: ⁊ viuificandum ⁊c. Jta pariter Chri
ſtus p ſuos apl'os miſit ſuas ſpūales ⁊ euāgelicas
influentias in ſuā eccleſiam toto orbe diffuſā ad
regenerandos fideles: ⁊ nutriendos: ⁊ conſeruan
dos ⁊c. Et hunc verſiculū allegabat Apl's ad Ro. x.
vbi probat fidem euangelicam per totū orbem ter
rarum ab apoſtolis eſſe publicatam.

Di. xiiij ita do min⁹ ⁊ di. xxv vij. ca. ſi. in gl.

**Jn ſole poſuit tabernaculum ſuū: ⁊ ipſe tā
ꝙ ſponſus procedens de thalamo ſuo.**

¶ Hic oſtẽdit vnde: ⁊ a quo iſti celi ſupradicti habuerũt ⁊ traxerũt hanc virtutẽ tã efficacẽ: ⁊ quis fuit ille qui fecit hũc diem in eccl'ia. ¶ Ad cui⁹ intelligẽtiã eſt notandũ: ꝙ nõ ſolũ geſta patriarcharũ ⁊ prophetarũ vete. teſt. fuerũt figura Chriſti et eccl'ie: vt dictũ eſt: ſed etiã productio ⁊ diſpoſitio creaturarũ: ⁊ totius machine mũdi fuit figura cõceptiõis: ⁊ natiuitatis Chriſti: ⁊ noſtre regenerationis: vt inquit Aug. cõtra aduerſariũ legis ⁊ prophetarũ: ſicut magis patebit pſalmo. ciij. Et ideo Dauid volẽs oſtẽdere myſteriũ natiuitatis Chriſti: ⁊ modũ publicationis legis euãgelice: ⁊ vl'em ⁊ quaſi ſubitã illuſtrationẽ eccl'ie p euãgeliũ Chriſti: adducit in figurã ortũ ſolis: ⁊ lationẽ: ⁊ curſum eius: ⁊ gyrũ ſup terrã: p quẽ gyrũ ⁊ lationẽ cauſat diẽ. ⁊ loquit̃ hic quaſi mõ poetico: ⁊ figuratiuo de ſolis ortu. ¶ Uñ eſt aduertẽdũ ſcðm modũ loquẽdi poetarũ: ꝙ ſol eſt fili⁹ aurore: ⁊ aurora eſt fili⁹ noctis. Nã ex nocte naſcit̃ aurora: q̄ eſt nobilior ⁊ clarior nocte: ⁊ ex aurora naſcit̃ ſol: q̄ eſt clarior et nobilior q̃ aurora. Et iõ aurora dr̃ thalam⁹ ſolis: q2 anteq̃ oriat̃ videt̃ tegi in thalamo aurore. Et ſic procedit ex aurora tanq̃ ſpõſus ex thalamo. Uerũtñ licet ſol naturalis videat̃ tect⁹ in illo thalamo aurore: q̄ dicit̃ aer ſuprem⁹ ⁊ illuminat⁹: tamẽ ſol ſemp manet i ſua ſphera ſemp lucẽs ſine tenebris. Nã talis apparẽtia eſt quo ad aſpectum noſtrũ. Itẽ lʒ videat̃ ſol: quo ad noſtrũ aſpectũ procedere: ⁊ naſci ex aurora noctis: tñ ortus ⁊ egreſſus eſt a ſummo celo in quo manet: qð quidẽ celuʒ eſt multo altius ⁊ ſuperi⁹ aurora ipſa. Et ſic ſol procedẽs ab aurora: ⁊ egrediens a ſummo celo: diſcurrit ſup vniuerſam terrã: ⁊ gyrãs eã in. xxiiij. horis regredit̃ ad eundẽ locũ. Et ſic cauſat diem: ⁊ illuminat partes terre. Ita ergo pari ratiõe intendit: ⁊ dicit Dauid: ꝙ Chriſtus qui eſt ſol iuſtitie eſt filius Marie virginis ſecũduʒ humanitatem. Que quidẽ virgo dicitur aurora per puritatẽ: ⁊ gratiaʒ ornata: ⁊ nata ex nocte legis veteris. ſ. ex tribu Iuda: ⁊ ſtirpe Dauid: ⁊ per cõſequens ex vtero legis: ⁊ tñ ipſa non traxit tenebras noctis peccati: eo ꝙ in ea ſplendebat ⁊ lucebat ſol iuſtitie: ⁊ ipſam irradiabat per ſpecialem gratiã: ideo Chriſtus nõ proceſſit ab ea tanq̃ vir de thoro maritali ⁊ corrupto. ſicut nos omnes proceſſimus: ſed tanq̃ ſpõſus de thalamo virginali. Et ſic vterus virginalis ⁊ intactus dicit̃ aurora: ⁊ thalam⁹ intemerat⁹: a quo: et de quo Chriſt⁹ proceſſit. ⁊ ideo dicit Dauid ꝙ verbũ eternũ poſuit: ⁊ pparauit tabernaculũ ſuũ in ſole humanitatis aſſumpte. ⁊ ponitur tranſitiue. q. d. ꝙ. q̄ eſt ſol poſuit ſe in tabernaculo humanitatis: ⁊ vniuit ſibi illã in vnitate ſuppoſiti. Et ſic hũanitas facta eſt tabernaculũ ſolis eterni. Uñ illa humanitas facta eſt tabernaculũ: ⁊ facta ẽ ſol: i quo verbũ eternũ fulgebat mundo: ſicut lumen latens in laterna fulget per laternã. Et ſic verbũ caro factum verus ſol fuit procedẽs de aurora: ⁊ vtero virginali tanq̃ ſponſus de thalamo ſuo: matrẽ virginem ⁊ inuiolatam ⁊ intactam relinquendo: ſicut ſponſus relinquit ſponſam virginem in thalamo in die deſponſationis: anteq̃ copuletur cum ea in thoro maritali. Et ſic oſtendit Dauid ꝙ Chriſtus non proceſſit nec fuit natus ex virgine thoro maritali ⁊ corrupto: ſed de thalamo ſponſali ⁊ intemerato. Et dicitur virgo Maria thalam⁹ Chriſti propter pulchritudinem virginitatis: ⁊ diuerſitatem ornamentorum virtutũ ⁊ gratiarum. Sed ne quis crederet Chriſtũ habere totũ ſuũ principiũ ex thalamo virginis Marie: ſicut blaſphemauit Ebiont ⁊ Cherinthus: ⁊ Iudei hodierni: ideo ſubdit: ꝙ lʒ Chriſtus ſcðm humanitatẽ: ⁊ carnẽ proceſſerit tẽporaliter ex virgine Maria: ſicut ſol ex aurora: tamẽ ſcðm diuinitatẽ egreſſio ⁊ natiuitas eius eſt a ſummo celo. i. eternaliter a ſummo patre. Nã ſicut ſol quo ad nos naſcit̃ ex aurora: tamen fuit ſemp añ aurorã: ⁊ ſemper manet i ſuo celo altiſſimo: ita deus verbũ eternũ: licet ſit natus ex matre de vtero virginali ſm carnem: tamẽ ab eterno naſcitur: ⁊ procedit a ſummo patre ſemp in eo manẽs. Nam lʒ ſit Chriſtus nat⁹ in Bethleẽ terra Iuda ex ſemine Dauid ſm carnẽ: tñ egreſſus eius fuit a diebus eternitatis ſm diuinitatem vt pʒ Michee. v. Et ideo dicit Dauid: ꝙ licet Chriſt⁹ proceſſerit tanq̃ ſponſus de thalamo virginali ſm carnẽ: tamẽ ipſe

A

Nota

※

Sol filius aurore.

Nota de virgine maria.

**Exultauit vt gigas ad currẽdã viam: a ſũmo celo egreſſio eius.**

**Et occurſus eius vſq; ad ſummũ eius. nec eſt qui ſe abſcondat a calore eius.**

¶ Exultauit vt gigas fortis ⁊ potens. i. extra celũ ſaltauit in vterum virginis per incarnationem: et factus eſt homo viator: ad currendam viaʒ huius mortalitatis: ⁊ cucurrit per iſtam viam laboruʒ p xxxiij. annos: ⁊ poſtea cucurrit finaliter per viam mortis ⁊ paſſiõis pro noſtra redẽptione. Sed peragrato curſu huius vite ⁊ debellato diabolo: ſicut egreſſio eius fuit a ſummo celo patris: ita occurſus ei⁹ fuit vſq; ad ſummum ipſius patris: predaʒ ⁊ triũphũ ſecum reportando. Unde ſicut egreſſio eius fuit mirabilis: ⁊ progreſſus eius per mundũ fuit velox ⁊ fortis: ita occurſus ⁊ regreſſus ei⁹ fuit triumphalis in celũ per reſurrectionẽ: ⁊ aſcẽſionẽ: ⁊ vniuerſalẽ iuriſdictionẽ. Et ſic Chriſt⁹ ſol iuſtitie egreſſus a ſummo celo: ⁊ gyrãs: ⁊ perambulans viã huius mundi: q̄ ante erat tenebroſa: illuminauit eã p lumẽ euangelicũ: ⁊ calefecit eã ardore: ⁊ calore ſue paſſionis. Et ſic per ſuũ aduentũ et per radios euãgelicos pepulit: ⁊ fugauit noctem: ⁊ tenebras veteris legis ⁊ peccati vniuerſalis: ⁊ cauſauit diẽ gratie ſuper terram. Sed primo illuminauit celos. i. apl'os: ⁊ miſit eos tanq̃ radios ſuos: ⁊ perluſtrarunt populũ gentilẽ ducentes diem Chriſti: ⁊ lumen euangelicũ per oẽs partes mundi: intãtũ ꝙ nulla eſt regio: nec pars mundi: q̄ ſe abſcõdat a calore ⁊ lumine ei⁹. ¶ Sʒ cõtra hoc arguũt Iudei dicẽtes: qð lex euangelica nõ puenit ad oẽs partes mũdi. Nã nos videm⁹ qð Sarraceni obtinẽt totã Aphricã: ⁊ Arabiã: ⁊ Syriã: ⁊ Aſſyriam: et Tartari: quoꝝ vna pars eſt idololatra: ⁊ altera ſequit̃ ſectã ſaracenoꝝ: obtinẽt oẽs Indias: ⁊ totã Scythiã: igit̃ iſte pſalm⁹ non eſt intelligẽdus de publicatione euãgelij. Ad hoc reſpondetur: qð iſti non ſolum loquunt̃ ex cecitate mentis: ſed etiã ex ignorãtia hiſtoriaꝝ. Nã lʒ iſta pphetia nõ fuerit ſimul impleta: tñ per oẽs partes mundi ſucceſſiue fuit verificata. Nam primo tẽpore Auguſtini: tota Aphrica ⁊ Egiptus: ⁊ Arabia: erat per Chriſtianos habitata: immo hodie tota Ethiopia colit euãgelium: licet ſm ritum Iacobitarum: quorũ magna pars habitat in Egypto. Itẽ omnes tres Indie ante aduentũ Tartarorum colebant euangelicam legẽ: licet ſecundũ ritũ Neſtoreitarũ vbi preſbyter Ioannes preſidebat: qui modo habitat in regione Synarum: que eſt vltima regio nobis nota. vnde oẽs Indie: ⁊ tota Perſia: ⁊ Media: ⁊ Meſopotamia: ⁊ Armenia: ⁊ magna pars Scythie eſt plena Iacobitis: ⁊ Neſtoreitis: ⁊ multis alijs diuerſis ſectis: ⁊ ritibus chriſtianorum habitãtibus inter infideles. Et ſic patet ꝙ ad omnes illas partes peruenit euangelium. Ultimo aũt: ⁊ quia reſtabat Norvvegia: ⁊ Sueſſia: que erãt partes abſcõſe ad Aquilonẽ: ideo circa. cccc. annuʒ receperũt euãgelium: et facti ſunt chriſtiani. Ex quo pʒ: ꝙ nulla remanet pars in mundo: que non audierit famam euangelij per apl'os: aut per ſucceſſores eorum: et in oibus partibus mundi dñati ſunt chriſtiani. Si aũt perdiderũt magnã partẽ: quã occuparunt ſarraceni: ⁊ Turci: ⁊ tartari: hoc non eſt ex defectu legis: nec ex defectu huius pphetie: que iã totaliter fuit impleta: ſed ex defectu chriſtianoꝝ: propter ingratitudinem: ⁊ multitudinẽ peccatorum: q2 deus iam fecit quod promiſit: vt magis patebit pſalmo lxx. ⁊ lxxi.

di. ſ. ca. oẽs leges.

**Lex domini immaculata cõuertẽs animas teſtimoniũ domini fidele: ſapiẽtiã preſtãs paruulis.**

¶ Quia ſuperius oſtẽdit legẽ euãgelicã per totuʒ orbẽ fuiſſe publicatã: ⁊ hoc per cõparationẽ ipſi⁹ ſolis. Nam ſicut ſol exñs i celo per ſuũ curſuʒ mittit radios per oẽs ptes mũdi repñſentantes ipſum ſolem: ita Chriſt⁹ miſit apl'os qui portarũt ⁊ predicarunt euangeliũ: ⁊ nomẽ ſuũ per vniuerſam terram. Et ſic illuminarunt totũ mundum per lumen euangelicũ. Et ſic videt̃ qð lex euãgelica ſit lux huius ſolis qui eſt Chriſt⁹. Ideo in hac ſecũda parte explicat pprietatẽ: ⁊ pfectiões: ⁊ fruct⁹ legis euãgelice. ¶ Ad cui⁹ intelligentiã eſt notãdum: ꝙ lex euangelica quinq; noibus noiatur in hoc pſalmo. Primo dicit̃ lex: inquantũ fuit a Chriſto lata. Secũdo dicit̃ teſtimoniũ: inquantũ fuit a deo prẽ approbata: ⁊ teſtificata in baptiſmo: ⁊ in trãſfiguratione: cũ dixit: Hic eſt filius me⁹ dilect⁹ ipſum audite. fuit etiã teſtificata p prophetas: ⁊ angelos: vt dictũ eſt in prologo. Tertio dicit̃ iuſtitia: inquãtuʒ iuſtificat rõne cõſilioꝝ ⁊ mãdatoꝝ affirmatiuoꝝ ⁊ ſacramentoꝝ. Quarto dr̃ pceptũ rõne prohibitorũ: q2 prohibet oẽ vitiũ. Quinto dr̃ iudicia: inquãtum tribuit pmiũ obſeruatorib⁹. Ex quo patet: qð vna ⁊ eadẽ lex habet multa noĩa ſcðm diuerſos reſpectus. Scðo eſt notãdũ ꝙ ſicut lumẽ ſolis: ſiue radij ſolares: faciunt ſeptẽ effect⁹ in iſtis inferioribus. Primo: q2 totũ hemiſpheriũ illuminãt. Secundo fugãt oẽs tenebras. Tertio manifeſtãt oia: que latebant in nocte. Quarto diſgregãt heterogenea: ⁊ cõgregãt homogenea. Quinto cõuertunt: et attrahũt vapores ad ſe. Sexto oia viuificant: ⁊ generant fructus: ⁊ cõſeruãt. Septimo penetrantes faciem terre: generant pretioſa metalla ⁊ lapides pretioſos in viſceribus terre. Ita ergo pariter dicit Dauid: qð lex euangelica fecit ſeptem mirabiles effectus in mũdo. Nam primo: q2 ipſa lex Chriſti eſt de ſe imaculata ⁊ pura: ideo ſegregauit granum a paleis: ⁊ fideles ab infidelibus: ⁊ purificauit infideles a pctis: ⁊ cõuertit animas: ⁊ traxit ad Chriſtũ: ideo ait ꝙ quia lex Chriſti eſt immaculata ⁊ pura: ideo purificat: ⁊ eſt cõuertẽs aĩas. Secũdo dicit ꝙ teſtimoniũ dñi eſt fidele. i. qð lex euangelica eſt fidelis: quia teſtificata p legẽ: ⁊ pphetas ⁊ per deum patrem quãdo dixit: Hic eſt fili⁹ meus dilectus: ipſum audite. Ideo preſtat ſapientiam ⁊ lumen paruulis ⁊ ſimplicibus. Nam aplos ex paruis fecit magnos. Tertio dicit.

3 lex euãgelica quinq; noib⁹ noiat̃.

lex facit hos ſeptem effect⁹

**Iuſtitie dñi recte letificãtes corda: preceptũ domini lucidũ illuminans oculos.**

**Timor domini ſanctus pmanet in ſeculuʒ ſeculi: iudicia domini vera iuſtificata in ſemetipſa.**

de pe. diſt. ij. vnctio in gloſ. ⁊ de cõſe. diſt. ij. quia corpus xxiij. q. vi. ſchiſmatici. §. vl.

¶ Iuſtitie dñi quantũ ad cõſilia: ⁊ mandata affirmatiua ſunt recte: quia hoiem rectificãt ⁊ pficiũt. Quarto letificãt corda hoim: q2 virtuoſus delectatur in ſua operatione. ij. Ethi. Quinto dicit qð preceptum dñi. ſ. lex euangelica quãtum ad precepta prohibitiua: quia phibet omne vitiũ: eſt lucidũ illuminans oculos mentis: quia vt ſic diſcernit iter bonum ⁊ malum: ⁊ docet quid fugiẽdũ: ⁊ vitãduʒ: ⁊ quid agendũ. Sexto lex euangelica ſanctificat ⁊ viuificat hoieʒ cõſtituẽs eũ in timore ſancto ⁊ charitate erga deum: qui quidem timor dñi ſanctus permanet in eternum in hoĩe. ¶ Ad cuius intelligentiam eſt notandũ: qð quinq; modis dicitur timor in ſacra ſcriptura. Primus dicit̃ ſeruilis. Secundus filialis. Tertius caſtus. Quartus gratus. Quintus dicit̃ timor ſanctus. Primi tres timores reperiuntur in domo patriſfamilias. Nã aliter timet ſeruus: aliter filius: aliter vxor. Unde ſeruus timet delinquere cõtra dñm ne verberet̃. Fili⁹ autem ne abdicet̃: ⁊ priuetur hereditate. Uxor vero timet delinquere: ⁊ adulterium committere: ne repudietur: ⁊ perdat amorem viri: ſed vt diligat̃ ab eo. Et ideo primus timor dicit̃ ſeruilis. Secũdus filialis. Tertius dicitur timor caſtus. de quib⁹ tribus timoribus eſt dictũ pſal. ij. Sed quart⁹ timor dicit̃ gratus: inquãtũ beneficiat⁹ timet offendere beneficium: a quo recepit beneficium: ne ipſi videatur ingratus. Quintus timor dicit̃ ſanctus: inquantũ eſt bñ ordinat⁹ reſpectu obiecti. Et talis timor ſolũ eſt reſpectu dei. Nã q2 ſolus deus eſt a ſe: p ſe: ⁊ ppter ſe: ⁊ oia alia ſunt a deo creata: ⁊ per deũ cõſeruant̃ in eſſe: ⁊ ſunt propter deũ: q2 ad ipʒ ordinãtur: ergo ſolus deus eſt de ſe: ⁊ per ſe. ⁊ propter ſe diligẽdus ⁊ timẽdus: ne offendatur: eo qð oipotẽs: ⁊ bon⁹ eſt p ſe: iuſtus ⁊ miſericors: ⁊ creator: ⁊ conſeruator: ⁊ glorificator. ⁊ iſte timor ponit hoiem in ſtatu perfectiſſimo: ⁊ ideo dicit̃ ſanctus q2 ſanctificat hoiem etiã ordinat ipſum in deũ: q2 ſanctus dicit̃ bene ordinat⁹. Uñ ita ſe hñt per ordinẽ iſti q̃nq; timores. Nã ſcðs timor eſt perfectior primo: ⁊ terti⁹ ſcðo: ⁊ quart⁹ tertio: ⁊ q̃ntus eſt perfectior oibus: eo qð vnuſquiſq; alioꝝ hʒ aliquod propriũ intereſſe. ⁊ ſic patitur aliquẽ defectũ ſcðʒ magis ⁊ minus. Sed nõ eſt negãduʒ: quin primi timores ſint boni. Nam bonũ eſt timere offendere deũ: ne quis eternaliter dãnetur: qui dicit̃ timor ſeruilis. Sed talis non eſt meritori⁹. Et melius eſt timere deum ne perdamus felicitatẽ eternã. Sed iam eſt meli⁹ timere offendere deũ ne perdamus

A

Timor multiplex.

eius amorē: qđ pertinet ad timorē caſtū. Sꝫ forſan eſt meliꝰ timere offendere deū: ne ſimꝰ ingrati de tātis bñficijs receptis: qꝛ magis accedit ad gratum qꝛ videt ꝙ timeamus ipſum ꝑ ſe/⁊ ꝓpter ſe. Sed abſqꝫ dubio quintꝰ timor eſt perfectiſſimꝰ et ordinatiſſimꝰ: qꝛ ſeruat ſpeciē modū ⁊ ordinē. Et ideo dicit ſanctꝰ/⁊ ꝑficit ⁊ ſanctificat hoīem. Qui quidē timor cōtinet quaſi amorē filialē/⁊ caſtum/et gratū: ⁊ ideo vel eſt idē qđ ipſa charitas: vel cōſequit charitatē. ⁊ ideo dicit propheta: ꝙ iſte timor ſanctꝰ manet in ſeculū ſeculi. qui quidē timor eſt effectus legis euangelice. Nā ſola obſeruantia legis conſtituit hoīem in iſto ſancto timore. Ex quo ptꝫ/ꝙ obſeruantia legis euāgelice ſanctificat hominē: qꝛ cōſtituit hominē in ſtatu ꝑfectiſſimo. Et ſic lex euāgelica dicit ſctā: qꝛ ordinat hominem ad deū ſiue qꝛ ordinat charitatē ⁊ timorē dei in ipſo hoīe qđ idē eſt. ⁊ hec eſt intētio ꝓphete in hac pticula. Septimo dicit ꝓpheta/ꝙ lex euāgelica dicit iuſtificata in ſemetipſa rōne iudiciorū: eo ꝙ iudicia facta in ipſa ſunt iuſtificata in ſemetipſa. ¶ Ad cuius intelligentiam eſt aduertendū ꝙ tria poſſumus intelligere per iudicia euāgelica. Nam primo actū iudicādi: quē fecit Chriſtꝰ in multis ad eū venientibus. Secūdo premia tributa eis talibꝰ iudicijs. Tertio ꝓmiſſa obſeruatoribꝰ legis euāgelice. Quocūqꝫ aūt intelligant ⁊ ſumātur iſta tria iudicia: ſemper ſunt iuſtificata in ſemetipſa. Nam primo oīa iudicia que Chriſtꝰ fecit fuerunt iuſtificata: qꝛ nullus venit ad eū petēs veniā de pctīs: quin abiret iuſtificatus ⁊ ſanatus: vt ptꝫ de Magdalena/cui dimiſſa ſunt peccata multa: quoniā dilexit multū. Et iō Chriſtus iudicauit inter eā ⁊ phariſeū/oſtēdēs quō eſt iuſtū dare veniam petēti/ponēs exēplū de duobus debitoribꝰ. Et ſic Chriſtus manſit iuſtificatus in ſuo iudicio: ⁊ Magdalena abijt iuſtificata in ſua penitentia: vt ptꝫ Luce. vij. Itē iuſtū fuit iudiciū qđ Chriſtus fecit de adultera/ſiue inter adulteram/⁊ phariſeos accuſantes eam de adulterio. Nā poſtꝙ ipſa ꝓmiſit nō peccare: dixit ipſi: nec ego te condēnabo: vade/⁊ āplius noli peccare. Joan. viij. Et miſit eam iuſtificatam. Et ſic eſt dicēdum de Cananea ⁊ latrone. ⁊ tale iudicium de penitentibus commiſit Petro/⁊ toti eccleſie/cum dixit/ꝙ non ſolum remittat peccata ſeptics penitentibus: ſed ſeptuagies ſepties. Mat. xviij. Ex quibus patet/ꝙ talia iudicia q̄ fecit Chriſtus/⁊ precepit fieri in eccl'ia de penitētibus/ſunt iuſtificata ſemꝑ in ſemetipſa: qꝛ humilitas/⁊ penitentia iuſtificat hominem/⁊ meret veniā. ¶ Secūdo talia iudicia ſunt iuſtificata/ratione promiſſionū: nam Chriſtus neminem fallit in ꝓmiſſis: quia ſemꝑ eius ꝓmiſſa fuerunt impleta: qꝛ ſemper dedit ⁊ dabit gloriā ꝓmiſſam obſeruatoribus legis: vt patet de apl'is ⁊ martyribꝰ: per quos nō ſolū ante: ſed etiam poſt mortem Chriſtus oſtendit multa miracula: per que poſſumus credere eos obtinere gloriam ⁊ felicitatem ꝓmiſſam. Et ſic Chriſtꝰ ⁊ lex euangelica manet vera/⁊ iuſtificata in ſuis iudicijs ⁊ promiſſis. Ideo dicit propheta/quod iudicia dñi. i. lex euangelica quantum ad ſua iudicia ⁊ promiſſa/eſt vera ⁊ iuſtificata in ſemetipſa: quia oēs penitētes iuſtificat/⁊ oīa promiſſa cōplet: qꝛ oībus obſeruatoribus ſuis ꝓbet gratiā in preſenti: ⁊ gloriam ꝓmiſſam in futuro. Tertio dicitur iuſtificata qꝛ premiat vltra condignū/⁊ punit citra cōdignū. ¶ Ex ſupradictis ptꝫ/ꝙ ſi lex euāgelica eſt ſic iuſtificata in ſemetipſa/ꝙ ſemper dat veniam penitētibus iuſtificans eos per gratiam/⁊ nunꝙ fallit in promiſſis: ſꝫ tribuit felicitatem ꝓmiſſam obſeruatoribus ſuis: ⁊ premiat vltra cōdignum: ſequit ergo/⁊ ſubdit ⁊ concludit propheta: quod iudicia legis euangelice ſunt.

B Per iudicia euāgelica quid intelligitur.

**Deſiderabilia ſuper aurum ⁊ lapidem pretioſum multum: ⁊ dulciora ſuper mel ⁊ fauum.**

**Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea: in cuſtodiendis illis retributio multa.**

¶ Deſyderabilia ſup. i. magis ꝙ aurū: ⁊ ſup omnē lapidē pretioſum: ⁊ ſunt dulciora guſtui ſpirituali: ſup. i. magis ꝙ mel ⁊ fauū. Etenī. i. ꝓpterea certe ſeruus tuus chriſtianꝰ cuſtodit ea. ſ. oīa iudicia ⁊ precepta legis euangelice. Primo qꝛ ipſa ſunt iuſta de ſe/⁊ faciunt hominē iuſtum. Scđo: quia in cuſtodiēdis illis datur retributio multa ⁊ magna: qꝛ datur eterna felicitas in eis. ¶ Per ſupradicta ergo patent ſeptē perfectiones legis euangelice/ſcꝫ qꝛ eſt immaculata/fidelis/recta/lucida/ſancta iuſtificata/⁊ deſyderabilis. Item explicat propheta ſeptē effectus legis euangelice: cū dicit ꝙ conuertit animas: ⁊ preſtat ſcientiā paruulis: ⁊ letificat corda: ⁊ illuminat oculos mentis: ⁊ ſanctificat: ⁊ iuſtificat: ⁊ vltimo retribuit premiū eternū et infinitū. ¶ Ex premiſſis ſex ſequit vltimū. Nā ſi ipſa habet tres ꝓprietates ⁊ ꝑfectiones ⁊ effectus/ſequitur ꝙ lex euāgelica eſt ſuꝑ oīa deſyderabilis ⁊ ſeruanda: ⁊ in ea totū noſtrū deſyderiū/⁊ ſpes eſt conſtituenda. ¶ Ex ſupradictis ſeptē cōditionibꝰ ⁊ ꝑfectionibus/ptꝫ differentia et eminentia legis euāgelice ſupra legē veterē. Nā illa in pluribꝰ potius cōuertebat corpus ꝙ animā: qꝛ nō ꝓhibebat animū explicite: ſꝫ manū. Scđo illa non preſtabat ſapientiā in ea latentē: ſed literā ⁊ ſenſum apparētem. Tertio illa nō letificabat corda: ſed corpora in copia ciborū/⁊ tēporalium ꝓuiſionū. Quarto illa nō illuminabat oculos mentis: ſed corporis tantū de preſenti. Quinto illa non ſanctificabat hominē timore caſto ⁊ grato ⁊ ſancto: ſed timore ſeruili et formidine pene. Sexto illa nō iuſtificabat/nec dabat veniam ſimpliciter penitentibus/nec eos expectabat/ſed illos pena/aut morte corporali puniebat etiam de cōdigno: ⁊ etiam vltra cōdignum. quantum ad apparentiam: vt de colligente ligna in ſabbato. Nume. xv. ⁊ de Oza qui ſolum tetigit arcam domini. ij. Regū. vj. ⁊ de Ozia q̄ preſumpſit adolere incenſum. iiij. Regū. xv. Et. ij. Paralipomenon. xxvj. Septimo quia illa non promittebat niſi bona temporalia. Ex quibus omnibus ptꝫ/ꝙ lex euangelica in omnibus ſupeminet veteri. Et iō dicit ꝓpheta/ꝙ ſola iſta eſt ꝑ ſe deſyderabilis/et ꝙ bona q̄ ꝓmittunt ⁊ dant in lege euāgelica tā in ꝑſenti ꝙ in futuro: ſunt deſyderabilia ſuper aurum ⁊ lapidem pretioſum: ⁊ ſuꝑ omnes diuitias q̄ promittebantur/⁊ dabant in veteri lege. Et bona glorie que dantur in futuro: ſunt dulciora ſuper mel/et omnes cibos veteris legis. ibi enim promittebatur copia lactis/et mellis temporalis: hic autē fruitio celeſtis ⁊ eternalis: qꝛ nec oculus vidit/nec auris audiuit: nec in cor hoīs aſcendit: que preparauit deus diligentibꝰ ſe. Eſa. lxiiij. ⁊. j. ad Corin. ij. Et ideo concludit ꝙ in cuſtodiendis illis mādatis Chriſti datur retributio multa: in celo ſup.

ſepte perfectiões legis euāgelice.

**Delicta quis intelligit: ab occultis meis munda me domine: et ab alienis parce ſeruo tuo.**

De pe. diſ. ij. ſi eſt. in prin.

¶ Poſtꝙ ſuperius explicauit ꝑfectiones: ⁊ fructꝰ ⁊ premia legis euāgelice: nunc in hac tertia parte petit gratiā: vt valeat hāc legē euāgelicā obſeruare: ſine qua nec lex pōt obſeruari: nec peccata vitari. ¶ Ad cuius intelligentiam eſt notandū ſcđm Aug. de natura ⁊ grā: ⁊ contra Pelagianos in oībus tractatibꝰ ſuis: ꝙ cauſa quare nullus hō pōt vitare peccatū: nec implere diuina ꝑcepta: niſi per gratiā Chriſti fuerit adiutus: eſt duplex. vna ſe tenet ex parte noſtra: alia ratione triū impugnatorū. Cauſa prima eſt corruptio nr̄e nature. Nam ſicut dictū eſt pſal. xiij. taliter fuit corrupta caro: et natura: ⁊ ſenſualitas noſtra in Adā: ꝙ oēs potentie fuerūt debilitate: ⁊ vulnerate: intantū ꝙ homo manſit ꝓnus ad cadendū in oē vitiū: ⁊ difficilis: et infirmus ad reſiſtēdū: ⁊ magis difficilis ad reſurgendū: eo qđ liberū arbitriū noſtrū manet claudicatū. Sicut hō claudꝰ: quē īpoſſibile eſt recte ambulare niſi ſanet. Vñ ſicut hō claudus ſemꝑ cadit ad partē pedis leſi: ⁊ eſt pronus ad illā inclinari: ⁊ non ad aliā: ita liberū arbitrium noſtrum ita eſt ꝓnū ad cadendū ad partē pctī: ꝙ nō ad ſeruandū ꝑcepta diuina. Et hec eſt prima cā ex parte noſtri. Scđa cauſa eſt triplex rōne triū impugnatorū: qui cōtinue ſuggerunt ⁊ impugnāt ad malū. Primꝰ ſuggeſtor ⁊ impugnator dicit intrinſecꝰ ⁊ occultus: q̄ eſt cōcupiſcētia in carne: ⁊ ſenſualitate nr̄a ex peccato primorū parentū inflicta. Que duo facit. Nam primo infirmat ⁊ debilitat oēs potentias vt dictū eſt. Scđo inſurgit ⁊ luctat aduerſus ſpm̄: infligēs in eo oēm inordinatū appetitū. A qua q̄dē concupiſcentia oīa mala oriuntur: vt inquit Aug. de verbis apl'i. Nā primo iſta cōcupiſcentia infligit appetitū ꝓprie excellentie in honoribꝰ: cui volūtas cōſentiens non patit maiorē nec equalē. Et ſic incidit in pctm̄ ſuperbie: ⁊ per cōcupiſcētiā carnis incidit in gulā ⁊ luxuriā. Et ex cōcupiſcentia bonorū fortune: incidit in auaritiā. Et ex appetitu vindicte: incidit in irā ⁊ odiū. ⁊ ſic de ſingulis. Et iſte dr̄ impugnator: ⁊ ſuggeſtor intrinſecꝰ: qui multis noībus noiat. dicit eñ. cōcupiſcētia: inquātū excitat aīam ad oēm appetitū inordinatū: vt dictū eſt. Secūdo dr̄ fomes oīs peccati. Tertio dicit lex mēbrorū. Quarto dicit tyrānus. Quinto languor ⁊ morbꝰ: ⁊ corruptio nature: inquātū infirmat ⁊ deſtruit vires nature. Sed ꝑter iſtū ſuggeſtorē intrinſecū ſunt duo alij ſuggeſtores exteriores. quorū primus eſt diabolus: q̄ ſemꝑ ab initio tentat hoīem: qui ex ſua aſtutia habet infinitos modos: ⁊ parat infinitos laqueos ad capiendū hoīem. de quo dicit ſaluator Mat. xij. ꝙ ſi non pōt hoīem capere in vno laqueo: aut eijcere per vnū pctm̄: tunc aſſumit ſeptē alios ſpūs nequiores ſe: ⁊ ingreſſi habitāt in hoīe. Tertiꝰ impugnator eſt mūdus: q̄ nō hꝫ pauciores modos ⁊ vias ad ꝓſternendū hoīem. qui quidē mūdus impedit hoīē ad bene agendū: ⁊ ſollicitat ad oīa mala: tū rōne vxoris aut filiorū aut amicorū: vt eis cōplaceat: ⁊ eos ſuſtineat. vñ dicit Apl's. j. ad Corin. vij. ꝙ vir ſollicitus eſt mundo: quō placeat vxori ⁊ ecōuerſo. Itē ipſi inimici incitāt hoīem ad iracundiā: ⁊ oē malū ⁊ ex inuidia ⁊ alia cā. vñ naſcitur odiū: ⁊ homicidia: ⁊ cetera huiuſmodi. Ex ſupradictis patet: ꝙ impoſſibile eſt hoīē ſic in natura corruptū ⁊ infirmū: poſſe reſiſtere iſtis tribꝰ impugnatoribus abſqꝫ auxilio: cū impugnēt ipm̄ intus: ⁊ extra: ⁊ in occulto ⁊ in publico. Et hoc eſt qđ dicit ꝓpheta. O dñe Jeſu chriſte adiutor meus: ⁊ et redēptor meus: da mihi gratiā vt poſſim legē euāgelicā ſeruare: ⁊ delicta ⁊ peccata vitare. Nam delicta quis intelligit. i. q̄s pōt intelligere ⁊ diſcernere: ⁊ ꝑcauere: ⁊ enumerare tot genera delictorū et peccatorū: ⁊ tot modos tentationū: ⁊ ſuggeſtionū: cum habeamus tres impugnatores: vnū intrinſecū ⁊ occultū: que dicit cōcupiſcētia: q̄ nos ſemper impugnat in occulto: ⁊ duos exteriores ⁊ alienos: ſcꝫ mundū ⁊ diabolum: q̄ nos exterius impugnāt ⁊ in publico incitant modis infinitis ad oīa mala perpetrāda: quaſi dicat: nullꝰ poterit reſiſtere tot ⁊ tantis tētatoribus: nec precauere delicta: niſi ꝑ tuam gratiā fuerit adiutus. Et ideo tu dñe mūda me ab occultis peccatis meis: ⁊ ab alienis parce ſeruo tuo. ¶ Ad cuius intelligentiā eſt notandū: ꝙ peccata poſſunt dici tripliciter aliena ⁊ occulta. Vno modo: qꝛ ab occulto impugnatore ſcilꝫ interiori concupiſcentia ſunt ſuggeſta ⁊ illicita vel illecta: aut in ſolo ꝓpoſito ſunt cōmiſſa: aut in ſecreto ſunt perpetrata. Itē ꝑ oppoſitū pctā dicunt aliena: qꝛ ſuggeſtione alienorū impugnatorū. ſ. mundi: ⁊ diaboli ſunt cōmiſſa: aut ex propoſito in effectū: ⁊ in perſonam alienam ſunt cōpleta ⁊ deducta: ſicut ſunt furta: homicidia: opprobria: ⁊ adulteria: ⁊ cetera huiuſmodi: aut quando ex occulto in publicū ſunt manifeſtata ⁊ diffamata: quia iam tunc alios ſcandalizant: ⁊ offendunt aures eorum. Ab iſtis ergo pecatis tā occultis ꝙ alienis petit mundari ⁊ liberari cum dicit. Ab occultis meis munda me dñe. i. a pctīs que in occulto ⁊ in ſecreto: aut in ſolo propoſito: aut ab occulto impugnatore ⁊ cōcupiſcentia ꝓpria cōmiſi: ⁊ parce mihi ſeruo tuo ab alienis delictis: q̄ ex alienis impugnatoribus: aut in perſonas alienas aut in publico perpetraui. Vñ notāter dicit ⁊ petit ab occultis mūdari: ⁊ ab alienis ſibi parci. Nā pctā occulta nō in effectū cōſummata: aut in ſecreto cōmiſſa: ſine leſione ꝓximi: per ſolā penitētiā occultā poſſunt deleri ⁊ mūdari. Sed pecata aliena in effectū contra ꝓximum cōmiſſa: non remittunt: niſi per reſtitutionem rei ablate: aut remiſſionē iniurie. Et ideo ſubdit.

Not. ꝙ ſine dei grā nō poſſumus prece/pta ad implere.

Nota de cōcupiſcentia.

Nota de diabolo tētatore.

Mundꝰ impugnat.

E Peccata dicunt tripl'r occulta.

**Si mei non fuerint dominati tunc immaculatus ero: et emundabor a delicto maximo.**

¶ Si mūdaueris me ab occultis meis: ⁊ pepceris mihi ab alienis: tunc non dominabuntur mei iſti tres impugnatores: imo ego ſuperabo: ⁊ vincam eos per gratiam ⁊ penitentiā. Et ſi iſti tres impugnatores mei non fuerint dñati: imo fuerint victi per penitentiam: tunc ego ero immaculatus ⁊ purgatus: ⁊ mundabor a delicto maximo. ¶ Ad cuius maiorem intelligentiā eſt notandū: ꝙ licet omne delictū dicat magnū: inquantū cōtra deū cōmittitur: tū pctm̄ finalis impenitentie ⁊ obſtinationis

xlix. di. ca. hec enim.

F

dicit̄ maximū: eo ꝙ poſt mortē nō pōt per pn̄iam deleri: q2 nō amplius eſt locus: nec tēpus pn̄ie. pro quo pctō nō eſt orandū: vt ait Joā. in prima canonica ſua: cap. v. qḋ quidē pctm̄ poſtꝙ nō remittit̄ in hoc ſeculo per culpā: nō remittet̄ in alio per penā. Mat. xij. Et ideo tale pctm̄ nō pōt euitari niſi ꝑ pn̄iā: pn̄iā3 factā i vita. Iterū eſt aduertēdū: ꝙ diabolus nō dicit̄ dn̄ator nec victor: niſi ꝑ pctm̄ finalis impenitētie: eo ꝙ quotidie vincit̄ ꝑ penitentiā factā in vita. De hoc ergo delicto maximo: per qḋ diabolus dicit̄ dn̄ari obſtinatis ⁊ impenitētibus: dicit ꝓpheta: Si mei nō fuerint dn̄ati iſti tres impugnatores mei. ſ. caro: mund⁹: ⁊ diabol⁹: imo victi per penitētiā factā in vita: tunc ero immaculatus: ⁊ emundabor. i. euadā a delicto maximo finalis impenitentie. Sed q2 poſt factā penitētiā: oēs orones ⁊ cetera bona que homo facit in ſtatu gratie ſunt deo placita ⁊ accepta: ideo ſubdit.

Impenitentia dr. pctm̄ maximum.

ij. q. j. c. nulli.

**Et erunt vt complaceant eloquia oris mei: ⁊ meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper.**

¶ Et erunt: inquit: vt cōplaceāt. i. poſtꝙ fuero mūdatus per penitentiā: tunc meditatio cordis mei. i. oēs cogitationes: ⁊ eloquia oris mei: ⁊ cetera bona que fecero: erunt iuſte: ⁊ in charitate facta: ⁊ vt cōplaceant. i. ſint chara: ⁊ placita: ⁊ accepta in conſpectu tuo ſemper. Sed quia oīa ſupradicta ſine gratia peragere non potero: ideo ſubdit.

De pe. di. ij. ſ. oppo. nitur.

**Dn̄e adiutor meus: ⁊ redemptor meus:**

¶ Rogo te dn̄e Jeſu: vt poſtꝙ dediſti mihi legem euangelicā ſis adiutor meus grām ꝑuenientē conferendo ad ſeruandū eā: ⁊ ad reſiſtēdū trib⁹ impugnatorib⁹: ⁊ ſis redēptor meus gratiam ſubuenientē cōferendo: ⁊ a pctīs occultis: ⁊ alienis mihi parcendo. Et nota ꝙ tota cōſtructio: ⁊ ſententia tertie partis huius pſal. pōt incipere ab hoc vltimo verſiculo: vt ſit ſenſus. O dn̄e Jeſu xp̄e adiutor meus: ⁊ redēptor meus: da mihi gratiā: ſup. q2 delicta q̄s intelligit. i. q̄s poterit vitare: ⁊ reſiſtere propter rationes iam dictas: Ideo ab occultis meis munda me ⁊c. ¶ Ex toto iſto pſal. pn̄t recolligi. xj. concluſiones. ¶ Prima concluſio: qḋ lex euāgelica fuit ꝑ oēs partes mundi audita ⁊ publicata. ¶ Secūda cōcluſio: ꝙ Chriſtus ſol iuſtitie qui ab eterno ſummo patre proceſſit tēporaliter venit in carnem: et peracto curſu noſtre redēptionis regreſſus eſt in celū vnde deſcendit. ¶ Tertia concluſio: ꝙ Chriſt⁹ nō proceſſit ex Maria virgine: tanꝙ ex thoro maritali ⁊ corrupto: ſed tanꝙ ſponſus de thalamo virginali ipſam virgnē relinquēdo. ¶ Quarta cōcluſio: qḋ chriſt⁹ ſol iuſtitie ꝑ aduentū: ⁊ curſum ſuū fugauit noctē veteris legis ⁊ pctī: ⁊ cauſauit diem gratie in eccleſia militanti. ¶ Quinta cōcluſio: ꝙ ſicut lex euangelica habet ſeptē ꝑfectiones: q2 eſt immaculata: ⁊ fidelis: ⁊ recta: ⁊ lucida: ⁊ ſancta: et vera: ⁊ iuſtificata: Ita facit ſepte3 ſalubres effect⁹: quia conuertit aīas: ⁊ preſtat ſapientiā paruulis: ⁊ letificat corda: ⁊ illuminat oculos mentis: ⁊ ſanctificat: ⁊ complet promiſſum: ⁊ iuſtificat hoīem. ¶ Sexta concluſio: qḋ lex euāgelica ꝑpter oīa ſupradicta eſt per ſe deſyderabilis: magis ꝙ lex vetus: eo ꝙ illa ſolū promittebat ⁊ dabat temporalia: hec autem vitam ⁊ felicitatē eternam. ¶ Septia concluſio: ꝙ nemo poteſt implere legē euangelicā nec vitare pctā: niſi per grām Chriſti fuerit adiutus. ¶ Octaua concluſio: ꝙ nemo pōt ab occultis peccatis mundari: nec ab alienis liberari: niſi per gratiā ſubuenientē fuerit ſubleuatus. ¶ Nona cōcluſio: ꝙ nemo pōt mundari: ⁊ liberari a delicto maximo finalis impenitentie: per qḋ diabolus dominatur: niſi per pn̄iam factam in hac vita preuenientē ipſam mortē. ¶ Decima concluſio: ꝙ orōnes ⁊ cetera bona non ſunt deo placita: ⁊ accepta: niſi poſt actā penitentiā in ſtatu gratie. ¶ Undecima concluſio: ꝙ ſola lex euangelica perfecte iuſtificat hoīem: probatur: q2 mundat: ⁊ rectificat: ⁊ ſanctificat: ⁊ gratificat: ⁊ fructificat ad gloriam.

**E**xaudiat te dominus in die tribulationis: protegat te nomen dei Jacob.

xij. q. ij. c. Sanctorum (?) ... ſcop.

¶ Titulus: In finē pſal. Dauid. Ex titulo apparet ꝙ Dauid fecit hunc pſalmū dirigens nos in Chriſtū: qui eſt finis legis: et victor: ⁊ triūphator ſicut ſupra dictū eſt pſal. xvij. Sed perfidus Ra. Sa. q̄ ſemper conat̄ peruertere ſcripturas: ⁊ retrahere a vero ſenſu ad ſuā ꝑfidiā: dicit ꝙ Dauid fecit hunc pſalmū in ſua ſenectute: qn̄ Joab: ⁊ ceteri armigeri dixerunt ipſi Dauid: ne amplius exiret ad bellum cū eis: ne occideret̄ ab inimicis: ⁊ extingueret lucernam in Iſrael: ſ3 oraret pro ſuo exercitu: q2 magis vinceret orōnib⁹ ꝙ armis: vt patet. ij. Reg. xxj. Et ſic lr̄aliter exponit hunc pſalmū de Dauid: ⁊ de illa hiſtoria. Sed talis expoſitio ſic lr̄aliter ꝑciſa nō ſolūmodo eſt inutilis: ſ3 etiā falſa: faciēs iniuriā prophete: ⁊ nō explicās verū myſteriū: ⁊ intelligētiā hui⁹ pſal. q2 Dauid nō fuit minus ꝓpheta: nec minus illuſtrat⁹ de chriſto futuro in hoc pſal. ꝙ in ceteris. vnde ipſemet Ra. Sa. dicit ſuper zachariā cap. ix. ꝙ oēs ꝓphete nō ſunt locuti: niſi ſuper annos redēptoris: et in dies meſſie. Ex quo pt3: ꝙ in tali lr̄ali expoſitione videt̄ ſibiipſi cōtradicere. Ideo reiecta oī iudaica ꝑfidia exponēdus eſt iſte pſal. de Chriſto ⁊ eccl'ia: ad quē intellectū legit ipſum eccleſia. ¶ Ad cuius intelligentiā eſt notandū: ꝙ ſex memorāt̄ur in ſcriptura vete. teſta. de Chriſto meſſia in lege promiſſo. Prio: ꝙ debebat eſſe deus ⁊ homo. Rex ⁊ ſacerdos. Secūdo ꝙ debebat eſſe legiſlator: ⁊ ferre legē nouā. Tertio: ꝙ ipſemet debebat eſſe hiſtoria ⁊ ſacrificiū. Quarto: ꝙ debebat eſſe paſtor ppl'i ſui. Quinto: ꝙ regnū eius debebat eſſe glorioſum in corpe ⁊ aīa. Sexto: ꝙ expoliato inferno debebat aſcendere in celū victor ⁊ triūphator: ⁊ accipere plenā ⁊ iudiciariā poteſtatē. Hec aūt oīa ꝑuidens Dauid in ſpiritu confecit plures pſalmos: de quoꝝ numero ponunt̄ hic ſex per ordinē. Nam pſalmū ꝑcedentē fecit de chriſto legiſlatore: ⁊ publicatione: ⁊ perfectione legis euangelice. Iſtū aūt pſal. xix. fecit de ſacerdotio ⁊ triūpho chriſti. pſalmū vero ſequētē fecit de eius regno glorioſo: ⁊ pſalmū. xxj. fecit de hiſtoria ⁊ ſacrificio chriſti. In. xxij. ꝑdicit Chriſtu3 futurū paſtorē eccleſie. In. xxiij. ꝑdicit regnū vniuerſale eiuſdē. In hoc ergo pſal. Dauid predicit ſacerdotiū chriſti: vocādo Chriſtū: vt acceleret aduētū ſuū: vt veniret ad liberādū nos ꝑ ſuū ſacrificiū: ⁊ iō dedit ip̄m ad cātādū in tēplo ad victoriā vocū: ad denotandū: ꝙ fideles ve. teſt. cū magno deſyderio: ⁊ clamore expectabāt: ⁊ vocabant Chriſtū: vt veniret ad liberādū eos. Duo ergo facit Dauid in hoc pſal. Na3 primo vocat Chriſtū: vt veniat ad ſacerdotiū: ⁊ offerendū ſacrificiū: per qḋ triūphauit de diabolo. Scḋo ꝑdicit qualiter cōicauit apl'is ⁊ eccleſie ſacerdotiū ſuū ⁊ poteſtatē ꝑ quā triūphauit de toto populo gentili: ⁊ ſubiecit totū mundū ibi: Letabimur in ſalutari tuo. vel ibi: In potentatibus ſalus dextere eius. Quantū ad primū eſt notandū ſicut dictū eſt in ꝓlogo: ꝙ ſicut Adā ꝑ ſuum pctm̄ oēs ad penā: ⁊ captiuitatē obligauit ⁊ vendidit: ⁊ a deo ſeparauit: ita deus pater ſtatuit: vt ab illo pctō nō poſſemus ſibi recōciliari: nec redimi: niſi ꝑ interceſſionē: ⁊ ſacrificiū vnius iuſti: ⁊ innocētis mediatoris Jeſu Chriſti: i cui⁹ virtute: ⁊ meritis nr̄e opatiōes eſſent deo grate ⁊ accepte: ⁊ iō Chriſt⁹ voluit incarnari ⁊ ꝓ nobis ieiunare: ⁊ labores tolerare: orare: ⁊ ſeipm̄ in ſacrificiū ꝓ nobis patri offerre. qḋ pertinet ad officium ſacerdotis. ¶ Nā tria ptinēt ad officiū ſacerdotis. Primo ꝓ ppl'o ad deū interpellare ⁊ orare: ideo dicit̄ mediator inter ppl'm ⁊ deum. Scḋo pertinet ad ſacerdotē3 ſacrificiū offerre: ⁊ ſic dicit̄ ſacerdos. Tertio legem ponere ⁊ cōſtituere: ⁊ ſic dicit̄ pontifex: quaſi leges ⁊ poſitionē faciēs. ꝑ quā ppl's iuſte viuat: et in deū dirigat̄. Et ideo Chriſt⁹ voluit aſſumere nomen: ⁊ officiū ſacerdotis: ⁊ pontificis: vt ꝓ nobis opleret oīa iſta. Hoc ergo ꝑuidēs Dauid i ſpū: vocat Jeſu3 ad ſacerdotiū dicēs. O dn̄e Jeſu chriſte in lege promiſſe accelera aduentum tuū: ⁊ veni ad exercendū officiū veri ſacerdotis: qḋ eſt ꝓ populo orare ⁊ ſacrificiū offerre: ⁊ legē ponere. ideo veni vt dn̄s pater exaudiat te in die tribulatiōis. ſ. mortis ⁊ paſſionis: qn̄ ꝓ nobis orabit in mēſa: ⁊ in horto: ⁊ in cruce: vt tunc nomen dei Jacob: qḋ eſt Jeſus: protegat te: ⁊ deus pater.

Mar. xiv. ... Mot. de ... in le. memorabatur.

ij. q. v. c. teſtes. ſ. xp̄s.

**Mittat tibi auxilium de ſancto: ⁊ de Sion tueatur te.**

R.

¶ Mittat tibi auxiliū de ſancto. i. de altiſſimo ſāctuario ſuo ⁊ de Sion triūphanti tueatur: ⁊ defendat te. ¶ Ad cuius intelligētiā eſt notādū ꝙ Chriſtus ter orauit ꝑ gn̄e humano: ⁊ ꝑ nr̄a reſurrectione in quib⁹ tribus orōnib⁹ ſemꝑ pater miſit ſibi auxiliū de celo ſancto ſuo. Nā primo orauit coraz toto ppl'o anteꝙ caperetur: qn̄ dixit. Pater clarifica filiū tuū: q2 tūc audita eſt vox patris de celo dicentis. Clarificaui: ⁊ iterū clarificabo. Joā. xij. Itē qn̄ orauit in horto miſit pater auxilium ⁊ tuitionē de ſancto: qn̄ miſit ſibi angelū q̄ cōfortaret eū annuncians ſibi fructū ſue paſſionis: ⁊ ſuā ⁊ noſtra3 reſurrectionē. Et etiā audiuit ipſum in cruce: qn̄ ſol: ⁊ luna: ⁊ tota terra oſtēderūt ſe cōpati ſibi. Ex quibus omnib⁹ patet ꝙ Chriſtus ſemꝑ fuit exauditus ꝓ ſua reuerentia: vt magis patebit. Et iterū eſt notandū ꝙ nomē dei tetragāmaton: quo Chriſtus fuit ꝓtectus ⁊ victor: dicit̄ nomen dei Jacob. eo ꝙ nomē Jeſus in quo cōſiſtit tota noſtra ſalus ⁊ redēptio fuit ꝓmiſſum ipſi Jacob: ⁊ ſemini eius: et illud nomē accepit Jeſus a patre: ꝑ qḋ fuit victor ⁊ triūphator. Ad Philip. ij. Dedit illi nomē qḋ eſt ſuper omne nomen ⁊c. Deinde ſubdit.

De conſe. di. ij. iterat̄.

**Memor ſit omnis ſacrificij tui: ⁊ holocauſtum tuum pingue fiat.**



¶ Cū dicit Memor ſit oīs ſacrificij: vocat Chriſtū vt offerat ſeipſum in ſacrificiū ꝓ nobis in cruce: ⁊ inſtituat ſacramentū euchariſtie in memoria3 ſue paſſionis. ideo ſubdit. O dn̄e Jeſu Chriſte veni ad paſſionē: vt dn̄s pater ſit memor ⁊ acceptor totius ſacrificij tui: accipiēs ip̄m in ꝑtium noſtre redemptionis: ⁊ holocauſtū tuum igne charitatis totu3 crematum et conſumptū: fiat pingue et ſufficiens et copioſum ad ſatiſfaciendū ꝓ nobis. Nā ſicut holocauſta que fiebāt in veteri lege ex agno matutino ⁊ veſpertino: q̄ in figura tui offerebātur: quāto magis erant pinguia: tāto altius fumus eorū aſcēdebat in celum: ita ſacrificiū tuum o Chriſte tātu3 erit pingue ⁊ copioſum: et igne charitatis concrematum ꝙ totus ſanguis tuus haurief: ⁊ euacuabitur: ⁊ effundet̄ in redēptionē ꝓ nobis: in tantu3 ꝙ fumus ⁊ odor illius charitatis ⁊ obedientie penetrabit celos: ⁊ introibit i aures patris: ⁊ ſic pater tribuet tibi ſcḋm cor ⁊ deſideriū tuū relaxādo debitū generis humani. Deinde ſubdit.

**Tribuat tibi ſecundum cor tuum: ⁊ omne conſilium tuum confirmet.**

Al's cōplcat.

¶ Tribuat tibi. Uocat Chriſtū ad dandū legē euāgelicā. O chriſte veni ad mortē ⁊ paſſionem: vt pater tribuat tibi ſecundū cor et deſideriū tuum oīa que petieris: ⁊ cōfirmet omne cōſilium tuū. i. totam legē euangelicā: in qua tradunt̄ cōſilia ad dirigendū hoīem in deum. Et notāter appellat cōſiliū: ad differentia3 legis veteris: eo ꝙ illa data eſt cū cōminatione pene ꝑ modū precepti: iſta autem data eſt cū amore ⁊ benignitate: ꝑ modū conſilij: et cum promiſſione glorie. Deinde cum dicit.

**Letabimur in ſalutari tuo: ⁊ i nomine dei noſtri magnificabimur:**

Al's exultabimus.

¶ Predicit ꝓpheta fructum ⁊ effectum paſſionis Chriſti in hac ſcḋa parte. ¶ Ad cui⁹ intelligentiā eſt notandū: ꝙ duo fecit Chriſtus ꝑ ſuum ſacerdotium ⁊ morte3 ⁊ paſſionē. Nā primo nos a morte ⁊ captiuitate liberauit. Scḋo ſacerdotiū ⁊ poteſtatem quā accepit a patre: apl'is ⁊ eccl'ie cōicauit. ꝑ quod ſacerdotium ⁊ poteſtatē de mundo ⁊ diabolo triumphauit: ⁊ hoc eſt qḋ dicit in hac ſcḋa pte. Uñ dicit primo. O dn̄e Jeſu chriſte bene pater tribuet tibi ſcḋm cor tuū: quia debitū noſtrū relaxabit ꝑ ſacrificium: ⁊ paſſionē tuam: ⁊ reſurrectionē tibi tribuet: ⁊ conſiliū tuū cōfirmabit. Et ideo tūc a tali debito liberati: ⁊ per legē tuā cōfirmati letabimur in ſalutari tuo. i. in ſaluatione ⁊ redēptione facta. Itē letabimur in ſatulari tuo. i. hoc nomine Jeſu: qḋ eſt nomē dei nr̄i. Et ideo in iſto nomine dei noſtri magnificabimur et exaltabimur. Et hoc ego dico: qm̄ ego Dauid cognoui: et in ſpiritu prophetico ꝑuidi nunc per cōtēplationē: qm̄ dn̄s pater fecit ſaluū Chriſtū ſuū: ipſum a mortuis reſuſcitando: ⁊ etiā fecit ipſum ſaluu3. i. ſaluatorē cōſtituit: ⁊ exaudiet illū ꝓ nobis de celo ſancto ſuo. Et dirigens Dauid verba ſua ad Chriſtum dicit. Impleat dn̄s petitiones tuas. ⁊ ordinat̄ cum litera ſuperiori: vt ſit ſenſus. O dn̄e Jeſu chriſte poſt paſſionē ⁊ reſurrectionē letabimur i ſalutari tuo. ⁊ in noīe dei noſtri magnificabimur.

xxiij. q. ... ſione. j. que dignior. L. hiſtoria: duo fecit xp̄s ꝑ mortem.

**Impleat dominus omnes petitiōes tuas: nunc cognoui quoniam ſaluum fecit domi**

xiij. q. j. c. clericus.

nus Chriſtum ſuum.

¶ Letabimur inquit in ſalutari tuo: quia impleuit dn̄s oēs petitiones tuas: ⁊ ponitur optatiuus pro futuro indicatiui: ſecūdū cōſuetudinē ꝓphetarū. ⁊ ideo ſubdit cauſam quare propheta predixit oia ſupradicta de Chriſto ⁊ noſtra redemptione: quia ego cognoui: qm̄ dominus pater faciet ſaluū Chriſtum ſuum: ⁊

xij. diſ. c. xp̄s. **Exaudiet illum de celo ſancto ſuo: in potētatibus ſalus dextere eius.**

¶ Exaudiet inquit illū de celo ſancto ſuo relaxādo debitū generis humani/ ⁊ ipſum a mortuis reſuſcitando. In potentatibus ſalus dextere eius. Hic incipit verſiculus ⁊ ſententia. Nā poſtꝙ propheta vocauit Chriſtum ad ſacerdotium ⁊ ſacrificium/ ⁊ oſtēdit fructum ⁊ vtilitatem mortis ⁊ paſſionis: hic oſtēdit qualiter Chriſtus cōmunicauit apoſtolis ſuis ſuum ſacerdotium ⁊ poteſtatem ad mundum ⁊ diabolum debellandū. ¶ Ad cuiꝰ intelligentiam eſt aduertendum/ ſicut dictū eſt pſalmo. xvij. ꝙ Chriſtus inquātum homo/ omnia que habet accepit a patre/ ⁊ ea ꝯmunicauit diſcipulis ſuis. Unde quadruplici virtute eos armauit. Primo eccleſiaſtica poteſtate/ ſcʒ virtute ſeptē ſacramentorum: in quibus conſiſtit ſacerdotium/ ⁊ eiꝰ poteſtas. Secundo virtute donorum ſpūs ſancti. Tertio dedit eis hoc nomen Jeſus in clypeum et protectionem. Quarto legem euangelicam/ tanꝙ lanceam/ ⁊ ſagittā/ ⁊ gladiū ad ferienda corda hominū: que oia cōtinent in hoc nomine Jeſu qđ eſt nomen omnipotentie/ ⁊ ſapientie/ ⁊ ſalutis/ et iuſtitie: vt dictum eſt pſal. viij. Hec ergo quatuor arma tradidit Chriſtus diſcipulis ſuis: quibus totū mundum debellarūt, ⁊ ſubiecerunt. ⁊ hoc eſt quod dicit dauid: cum ait Potētatibus. dicit ergo: Ego cognoui in ſpiritu: qm̄ ſaluum faciet dn̄s Chriſtū ſuum. i. in ſaluatorem conſtituet: ⁊ cognoui in ſpiritu: ꝙ ſalus dextere eius qđ eſt nomē Jeſus/ continens oia quatuor ſupradicta/ erit cōmunicatum in potentatibus/ id eſt in apoſtolis factis potentibus/ ⁊ fortibus/ ⁊ armatis in poteſtate huiꝰ noīs. ⁊ ideo cum hoc noīe vincemus ⁊ debellabimus totum orbem/ ⁊ potentiam populi gentilis.

Chriſtꝰ armauit apoſtolos.

xxiij. q. io. iij. poſtea ſex. xx. v. diſti. qui in aliud. **Hi in curribus ⁊ hi in equis: nos autē in noīe dn̄i dei noſtri inuocabimus.**

**Ipſi obligati ſunt ⁊ ceciderunt: nos autē ſurreximus ⁊ erecti ſumus.**

xxiij. q. ſtio. v. q̄d ergo. ⁊ de pe. diſt. j. ſunt plures. §. authoritas.

¶ Hi in curribus. Hi. i. quedam virtutes ⁊ reges in curribus pugnabunt cōtra nos. Et hi. i. alij pugnabūt in equis/ ⁊ in copia equorū ⁊ armorū. Nos autem in ſolo nomine dei noſtri quod eſt Jeſus/ inuocabimus/ q: illo nomine fuimus armati. Et ideo ipſi principes ⁊ imperatores confidentes in ſuis curribus ⁊ equis/ obligati ⁊ victi ceciderunt ſub pedibus noſtris. Nos autē qui ante eramus pauperes/ ⁊ ſubiecti ⁊ afflicti: ſurreximus a pſecutiōe/ ⁊ erecti/ ⁊ exaltati ſumꝰ: ⁊ eos iugo fidei ſubiecimus/ ⁊ diabolum principem huius mundi deſtructis idolis foras eiecimꝰ. que omnia fecimus in virtute huius nominis Jeſus. Et ſic de diabolo ⁊ mundo triumphauimus. Ultimo autem propheta conuerſus ad deum patrem dicit.

**Domine ſaluum fac regem: ⁊ exaudi nos in die qua inuocauerimus te.**

¶ O dn̄e ſi tot ⁊ tanta bono debent fieri in aduentu huiꝰ regis: ideo ſaluū fac regem ⁊ ſaluatorem: et ſaluum fac eum per reſurrectionem/ et exaudi nos in die gratie/ in qua inuocauerimus te: q: tūc inuocabimus te in nomine eius: qđ eſt Jeſus/ in quo ſperamꝰ ſaluari. ¶ Ex toto ergo iſto pſalmo poſſunt recolligi quatuor cōcluſiones. ¶ Prima concluſio/ ꝙ Chriſtus ſemper fuit exauditꝰ in ſua oratione ⁊ ſacrificio pro nobis: q: pater tribuit ei ſcđm deſyderiū ſuū. ¶ Scđa cōcluſio/ ꝙ Chriſtus fuit verus ſacerdos offerens pingue/ ⁊ copioſum ſacrificium ꝓ nobis. ¶ Tertia concluſio ꝙ Dauid preuidit in ſpiritu ꝓphetico totū myſteriū ſacerdotij Chriſti/ ⁊ noſtre redemptionis. ¶ Quarta cōcluſio/ ꝙ apl'i ſolo nomine Jeſu armati debellarunt totum orbem/ ⁊ triumphauerunt de mundo ⁊ de diabolo: q: principe huius mūdi foras electo: oēs infideles Chriſto ſubiecerunt.

**D**omine in virtute tua letabitur rex et ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer.

**Deſyderium cordis eius tribuiſti ei: et voluntate labiorum eius non fraudaſti eum.**

¶ Titulus in finem/ ſiue ad victoriā pſal. Dauid. Ex titulo apparet ꝙ Dauid fecit hūc pſalmum dirigens ipm̄ ⁊ nos in Chriſtū qui eſt finis legis/ et victor/ ⁊ triumphator: vt dictū eſt. Sʒ de materia huiꝰ pſal. dicit Ra. Salo. ꝙ antiqui magiſtri gloſſarūt pſalmū ſcđm ſimul cū iſto vigeſimo de rege Meſſia. Sed propter hereticos melius/ ⁊ cōuenientius exponitur de ipſomet Dauid/ ⁊ de regno eiꝰ. ⁊ appellat hereticos cōuerſos ex iudaiſmo ad fidem Chriſti: ⁊ appellat antiquos magiſtros omnes qui eū preceſſerunt/ ⁊ maxime Thalmudiſtas. ¶ Ad cuius intelligentiam eſt notādum: ꝙ doctores ſiue ſcriptores iudeorum reperiuntur in quadruplici numero. Nam quidā preceſſerunt aduentum Chriſti. Alij autem fuerunt tempore Chriſti vſq; ad deſtructionem ſcđi templi. Alij aūt fuerūt poſt deſtructionē ſcđi templi tp̄e magni conſtantini. Ceteri autē fuerunt poſt tempora Heraclij imperatoris. Ante vero aduētū Chriſti nō reperiuntur/ niſi ꝓpa Jonathan Abenuziel/ qui. xviij. annis ante aduentū Chriſti tēpore Octauiani traduxit totum teſtamentum vetus eſt Hebreo in Chaldeum transferendo ſenſum ex ſenſu: exponendo vocabula. que quidem ſcriptura dicitur Targum: ⁊ eſt tāte auctoritatis apud Hebreos: ꝙ nullus auſus eſt contradicere. Iſte exponens ⁊ interpretans pſalmum ſecundū dicit. Ut quid fremuerunt gentes ⁊c. aſtiterunt reges terre: ⁊ principes conuenerūt in vnum/ aduerſus dominū ⁊ meſſiā Chriſtū eiꝰ. Item cū dicit. Dn̄s dixit ad me filius meus es tu ⁊c. ſubdit. Iſti duo pater et filius ſunt tres. i. vna tertia perſona. ſ. ſpūs ſanctus ꝓcedit ab eis: et hi tres ſunt vnum. ſ. vna ſubſtantia ⁊ vna eſſentia et vnus deus. Unde dicunt iudei ꝙ tūc facta eſt vox de celo dicēs. Quis eſt hic q̄ ſecreta mea vult gētibus reuelare? cui Jonathā rn̄dit. Ego dn̄e hoc fa-

Nota.



tionum: iſti tauri pingues ⁊ iſti vituli. ſ. eorum mi-
niſtri obſederunt me in domo Anne ⁊ Caiphe: et
ibi aperuerūt ſuper me os ſuum ſuperbi ⁊ iracūdi
ſicut leo rugiens: cōuitia ⁊ opprobria inferendo et
falſa crimina imponenda ⁊ blaſphemū appellan-
do. Unde ſicut leo rugiens ⁊ rapiēs trahit predam
per terram: ⁊ lacerat: ⁊ laniat: ita me trahebant ꝑ
terrā cedendo: ſpuendo: colaphizando: ⁊ capillos
euellendo: intantum ꝙ ſicut aqua effuſus ſum: et
oīa oſſa mea diſperſa. i. tracta ſunt ſuper terrā: qꝛ
ex nimio labore ⁊ afflictione perfuſus ſum ſudo-
re ſicut aqua: quia intantum abundauit in me ſu-
dor: ꝙ videbar perfuſus in toto corpore ſicut aqua
madidus. Item ſicut aqua immunda effunditur: ⁊
proijcitur extra domū: ita ego fui effuſus ⁊ proie-
ctus ſuper terrā tanꝗ inutilis ⁊ deſpectus. Itē nō
ſolū oſſa mea materialia ⁊ perſonalia fuerūt diſp-
ſa: ſed etiā omnia oſſa mea myſtica. i. omnes apo-
ſtoli fuerunt diſperſi: quia me relicto omnes fu ge-
runt. Et ſic in tali afflictiōe factū eſt cor meū tanꝗ
cera liqueſcens in medio ventris. i. corpis mei. Nā
ſicut cera liqueſcēs a calore ignis / nō pōt reſiſtere
ita ego ex nimio labore debilitat⁹ nō poteram ei
reſiſtere: nec ſuper pedes meos ſtare. Nam

de pe. diſt. iij. c. inter hec. **Aruit tanꝗ teſta virtus mea: ⁊ lingua mea**
**adheſit faucibus meis: ⁊ in puluerē mor-**
**tis deduxiſti me.**

¶ Exhauſtis omnib⁹ virib⁹ cordis tota virt⁹ mea
aruit ⁊ exſiccata fuit tanꝗ teſta. Nā ſicut teſta nu
cis / vel cuiuſlibet fruct⁹ aret: ⁊ ſiccat exhauſto hu
more: ita totum corpus meū aruit: ⁊ factū eſt maci
lentū naturalibus virib⁹ exhauſtis. Et ſic frequē-
ter cadebam in terrā: eo ꝙ ſpiritus vitales deficie
bant in corde / ⁊ motiui in muſculis / ⁊ animales de
ficiebant per totum corpus: ⁊ ſic non ſolum nō po-
teram me ſuſtentare ex defectu virtutis: ſed nec
etiam poteram loqui: ⁊ ideo adheſit lingua mea
faucibus meis. Et vlterius non fuiſti contētus de
tanta afflictione: ſed etiam in puluerē mortis de-
duxiſti me / concedēs iudeis poteſtatem vt me cru
cifigerent. Nam mane facto

xvi. q. ij c. viſis. **Qm̄ circūdederunt me canes multi: conſi-**
**lium malignantium obſedit me.**

¶ Circūdederunt me canes multi. i. iudei morda-
ces ⁊ cōtra me latrantes tanꝗ canes / ⁊ conſilium
malignantiū ſcribarum ⁊ phariſeorū obſedit me.
De quo conſilio malignantium dixit Jacob. Geñ.
xlix. Simeon ⁊ Leui vaſa iniquitatis bellantia: in
conſilio eorū non veniat anima mea ⁊c. eo ꝙ ſcri-
be ⁊ phariſei erāt futuri de Simeō / ⁊ ſacerdotes
de Leui: vt patuit pſalmo. ij. Ideo ait Chriſtus per
os Dauid: Circundederunt me canes multi: conſi-
lium malignātium obſedit me. ⁊ facto conſilio tra
diderunt me Pontio Pilato preſidi: ⁊ tanꝗ canes
latrantes ⁊ rabidi dixerūt crucifige crucifige eū:
quia ſi hūc dimittis nō es amicus Ceſaris. Unde
Pilatus timens accuſationē populi / me flagella-
Matt. xxvij. c. Joā. xix. tum ad crucē ⁊ mortē deſtinauit. In qua cruce
**Foderūt manus meas ⁊ pedes meos: di-**
xvi q̄d. vij. c. ſicut dn̄i veſtimentum. **numerauerunt omnia oſſa mea.**
**Ipſi vero conſiderauerūt ⁊ inſpexerūt me:**
**diuiſerunt ſibi veſtimenta mea: ⁊ ſuper ve-**
**ſtem meā miſerunt ſortem.**

¶ Foderunt ⁊ clauis perforarūt ⁊ penetrarūt ma
nus ⁊ pedes meos: ⁊ extendentes ⁊ trahentes bra
chia mea / ⁊ pedes meos ſupra crucem ad loca cla-
uorum / dinumerauerūt ⁊ delocauerunt ⁊ disiunxe
runt omnia oſſa mea: ipſi vero Judei inſpexerunt
me ⁊ conſiderauerunt me mortuum: ⁊ ſic deſpexe-
runt. Item ipſi gentiles ⁊ miniſtri circūdātes cru-
cem viderunt me nudum in cruce pendentē: ⁊ con
ſiderauerunt ⁊ putauerunt me eſſe a deo deſpectū
⁊ abiectum: ⁊ ſic deſpexerunt me: ⁊ tunc milites et
miniſtri Pilati diuiſerūt ſibi veſtimēta mea: vnuſ
quiſqꝫ partem ſuam diripiendo: ⁊ ſuper veſtē meā
y Chriſt⁹ hēbat duas veſtes. miſerunt ſortem. ¶ Ad cuius intelligentiā eſt ad-
uertendum qd̄ Chriſtus habebat duas veſtes. ſ. ex
teriorem / quam pallium vocabant: que totum cor
pus ſuperius tegebat: ⁊ habebat tunicam incōſu-
tilem / qua iuxta carnem interius tegebatur. Mi-
lites ergo diuiſerunt ſibi in partes veſtimenta ex
teriora. ſ. pallium / vt ait Joan. euange. Sed non di
uiſerunt tunicam interiorem: eo qd̄ erat inconſuti
lis deſuper contexta per totum: ſed miſerunt ſor-
tem ſuper eam: ⁊ ſic vnus militum accepit eam tā
tum in ſortem. Quod totum factum eſt in maximū
myſterium ⁊ ſacramentum: quia per illa veſtimē-
ta ſignificabatur totum myſterium ſacre ſcriptu-
re veteris teſt. Nam per illa veſtimenta ſuperiora
ſignificabatur litera vete. teſt. Et per tunicam in-
conſutilem ſignificabatur veritas euāgelica clau
ſa ⁊ contecta ſub litera ſuperficiali. Nam ſicut pal
lium tegebat tunicam inconſutilem tangentē car
nem Chriſti: ita litera ſuperficialis vete. teſt. tege-
bat legem euangelicam ⁊ omnia myſteria paſſio-
nis Chriſti / ⁊ eccleſiaſtica ſacramenta / in quibus
realiter ⁊ virtualiter Chriſtus cōtinetur. Et ſic lex
euangelica dicitur tunica inconſutilis. Chriſti de-
ſuper contexta per totum / continens realiter Chri
ſtum in ſacramentis. Et ideo veſtimenta ſuperio-
ra fuerūt diuiſa ⁊ lacerata: ad denotandum ꝙ lex
Moyſi quātum ad literā fuit per partes rupta et
lacerata ⁊ diuiſa per hereticos ⁊ infideles: qꝛ vnuſ
quiſqꝫ eorum habet ſuā partem. Unde ſarraceni
habent circūciſiones ⁊ quaſdam lotiones: et qui-
dam alij heretici adhuc ſeruant ſabbatū ⁊ quedā
alia cerimonialia. Et etiam iudei moderni et thal
mudiſte lacerarunt illā veſtē vete. teſta: ⁊ trahentes
in ꝑtes ſuas puta Abenazdra Cordubenſis / ⁊ Ra.
Salo. ⁊ Rabi Moyſes de egypto / qui gloſſant illā
legem ad ſenſus cōtrarios: ⁊ ſic magnum ſchiſma
eſt inter eos. Sed tunicā incōſutilē. ſ. legē euange
licam: nullus vnꝗ potuit lacerare: nec porte infe-
ri aduerſus eam potuerūt preualere: quia veritas
euāgelica ſemꝑ manet inconcuſſa / fundata ſupra
firmam petrā. Sed etiam eſt aduertendum / ꝙ illa
tunica incōſutilis non cecidit in ſortem alicui iu-
deo: ſed vni militū qui erat de populo gentili: ad
denotādū ꝙ ſors euāgelica ⁊ fructus paſſiōis / non
cecidit in populo iudeorū: ſed in populo gentili ad
fidem conuerſo: ⁊ etiam quia ſortes predeſtinatio
nis non ceciderunt niſi in prelatis Chriſtianis / vt
dictum eſt pſalmo. xv.

**Tu autē dn̄e ne elōgaueris auxiliū tuum a** ij. q. vij. c. teſ. xx
**me: ad defenſionē meā conſpice.** iiij. q. i.
**Erue a framea deus animam meā: ⁊ de ma** c. qui di
**nu canis vnicam meam.** gnior.
**Salua me ex ore leonis: ⁊ a cornib⁹ vnicor** arg. de cōſ. diſ.
**nium humilitatem meā.** ij. itera

¶ Hec eſt ſecūda pars principalis hui⁹ pſalmi: in tur.
qua Chriſtus petit liberari per reſurrectionē: que 3
fuit finis oīm afflictionum. Uñ dicit: Tu autē dn̄e
pater ne elongaueris / id eſt ne differas auxilium
tuū a me: ſed cito cōſpice ad defenſionē meā tertia
die me ſuſcitādo: ⁊ tu deus erue animā meam a fra
mea ⁊ gladio mortis: ſcilꝫ ab illa ſententia data in
Adam: in qua dictū eſt: puluis es ⁊ in puluerē re-
uerteris: ⁊ erue vnicā animā meā de manu canis
infernalis: ne detineat eā in inferno: ſicut detinuit
alios propter peccatū ipſius Adam. Et ideo canis
infernalis nō poteſt animā meā iure detinere: eo
ꝙ eſt vnica ⁊ ſola nulli peccato obnoxia / nō ſolum
in ꝑſona: ſꝫ nec etiā in natura: eo ꝙ ex opere Adā
natus nō ſum. Et iō ſū ſolus inter mortuos liber
a morſu canis infernalis. Et libera me etiā de ore

leonis tartarei ne deuoret ⁊ abſorbeat me: ⁊ libera etiã humilitatẽ meam a cornibus vnicornium. ¶ Ad cuius intelligentiã eſt notãdum/ ꝙ Chriſtꝰ tribus nominibus appellat infernũ ſiue diabolũ: appellat enim ipſum canẽ/ ⁊ leonem/ ⁊ vnicornẽ: ⁊ hoc ratione proprietatũ iſtorum triũ aĩalium. eſt enim diabolus ⁊ infernus immundus ⁊ obſcenus per luxuriã/ ⁊ mordax/ ⁊ latrans per auariciã ſicut canis. Item diabolus eſt iracũdꝰ ⁊ inuidus ſicut leo: ⁊ eſt ſuperbꝰ ⁊ elatus ſicut vnicornis: qui non patitur priorẽ nec equalẽ in itinere: ſed vult ꝙ omnia animalia ipm̃ poſt tergũ ſequantur: nec patitur etiã conſortẽ ſecũ in latibulo. Cũ ergo diabolus omnia ſupradicta vitia hominibꝰ ſuadeat: nõ debet de iure cruciare: nec in inferno detinere: niſi ſolos immundos/ ⁊ luxurioſos/ ⁊ auaros/ ⁊ inuidos/ ⁊ iracũdos/ ⁊ ſuperbos. Ex quibus patet/ ꝙ infernus de iure nõ poterat Chriſtũ detinere: cũ ab omnibus ſupradictis vitijs eſſet liber ⁊ immunis: immo erat mundus ⁊ mitis ⁊ humilis. hoc eſt ergo qđ allegat Chriſtꝰ apud patrem dicens. Erue vnicam animã meam ſine peccato de manu canis: eo ꝙ eſt vnica ſine peccato: ⁊ libera me de ore leonis/ ⁊ a cornibus vnicornium: quia mitis ſum ⁊ humilis corde. Eſt vlterius aduertendũ/ ꝙ Chriſtus in hac parte nõ ſolum petit ſupradicta prophetice in perſona ſua: ſed etiã deprecatiue orat patrem in perſona mẽbrorum/ vt liberet fideles ſuos a ſupradictis vitijs: ⁊ de penis inferni per paſſionem ſuam ⁊ eccleſiaſtica ſacramenta.

(Infernꝰ ſeu diabolꝰ tribꝰ noibꝰ dicitur)

(Heb. ij. cap.)

**Narrabo nomen tuũ fratribꝰ meis: in medio eccleſie laudabo te.**

A

¶ Hec eſt tertia pars principalis: in qua Chriſtꝰ promittit agere grãs poſt bñficia recepta. ¶ Ad cuius intelligentiã eſt notandum/ ꝙ quatuor fecit Chriſtus in ſuo aduentu/ ⁊ poſt reſurrectionẽ ſuã. Primo: q2 ipſe manifeſtauit nomen dei in ſua predicatione: ⁊ aperuit apoſtolis ſenſum ⁊ ſcripturas vt patet Luce. xxiiij. ⁊ miſit eos ad predicãdũ per vniuerſum orbem. Matth. vltimo. Secũdo: quia vna eccleſia fuit adunata ex iudeis ⁊ gẽtilibꝰ: immo totus populus gentilis venit ad fidẽ. Tertio: ꝙ nomẽ dei fuit laudatum a ſolis ortu vſ\q ad occaſum. Quarto: ꝙ ſolũ et verum ſacrificium. ſ. eucharistia/ fuit oblatum in vniuerſali eccleſia a ſolis ortu vſq ad occaſum/ ceſſantibus cerimonialibus ⁊ idololatria. Dicit ergo Chriſtꝰ: o pater poſtꝙ incarnatus ero narrabo nomẽ tuum fratribus meis apl'is/ primo in menſa anteꝙ patiar. Unde Joan. xvij. Pater manifeſtaui nomen tuũ hominibus. Item Joan. xv. Uos autẽ dixi amicos: quia quecũq audiui a patre meo nota feci vobis. Sed magis narrabo nomẽ tuũ fratribus meis: quãdo aperiam eis ſenſum ⁊ ſcripturas poſt meã reſurrectionem: ⁊ mittã eos ad predicandũ euãgeliũ omni creature. Et ſic laudabo te o pater annũciando mirabilia ⁊ ſecreta tua in medio eccleſie. Primo apoſtolorũ ⁊ diſcipulorũ. Secũdo in medio totius eccleſie ex gentibꝰ cõgregate. ⁊ ideo omne ſemen Iſrael nõ ſolũ ſecũdũ carnẽ: ſed etiã ſecũdũ ſpm̃ ⁊ promiſſionẽ timeat/ id eſt tunc timebit eũ. ſ. deum patrẽ: q2 nõ ſpreuit neq deſpexit orõnẽ mei pauperis: imo exaudiuit me: q2 me reſuſcitauit: ⁊ paſſionẽ meam in ſalutem membrorum meorum acceptauit: ⁊ regnum celorum ⁊ poſſeſſionẽ mihi donauit. Et ideo.

**Qui timetis dominũ laudate eum: vniuerſum ſemen Jacob glorificate eum.**

**Timeat eum omne ſemẽ Iſrael: quoniam non ſpreuit neq deſpexit deprecationem pauperis.**

**Nec auertit faciẽ ſuã a me: ⁊ cũ clamarẽ ad eũ exaudiuit me.**

¶ Omnes cõuerſi qui timetis deũ: laudate eum: ⁊ vniuerſum ſemen Jacob ſecundũ ſpiritum ⁊ promiſſionem glorificate eum manifeſte longe lateq cõfitendo: ⁊ timeat eum omne ſemẽ Iſrael. i. omnes deum per fidem videntes ⁊c. Et nota ꝙ notãter dicit narrabo. i. manifeſtabo nomen tuum: quia oẽs patres vete. teſta. expectabant Chriſtum vt eis literis manifeſtaret nomen dei qđ eſt Jeſus: vt patuit pſalmo. viij.

**Apud te laus mea in eccleſia magna: vota mea reddam in conſpectu timentium eum.**

¶ Hic promittit ſe vota ſacramentorũ oblaturũ ⁊ maxime ſacramẽtum euchariſtie/ qđ dicitur votũ ⁊ ſacrificium laudis: eo ꝙ de ſe eſt bonum ⁊ laudabile: ⁊ acceptabile de opere opato apud prẽm. Ideo ait. O pater tunc apud te erit laus mea in eccleſia magna: a ſolis ortu vſq ad occaſum: quia vota mea reddam. i. eccleſiaſtica ſacramenta in conſpectu omnium fidelium timentiũ eum: ſed inter cetera vota offeram ſacramentũ euchariſtie ſub ſpecie panis ⁊ vini. Unde hoc ſacrificium nõ offeretur in eccleſia parua qualis erat Hieruſalẽ terrena: in qua ſola offerebant ſacrificia vete. leg. Sed hoc ſacrificium offeretur in eccleſia magna: a ſolis ortu vſq ad occaſum in memoriam paſſionis.

**Edent pauperes ⁊ ſaturabuntur: ⁊ laudabunt dñm qui requirũt eũ: viuẽt corda eorum in ſeculum ſeculi.**

¶ Pauperes chriſtiani qui terrena cõtemnunt/ ⁊ gentiles qui ante fuerunt pauperes ſine vera lege ⁊ ſacrificio: tunc edent hoc ſacramentum in quo offeretur vera caro ⁊ ſanguis Chriſti mediatoris. Et ſic ſaturabuntur ſaturitate ſpirituali: quia reficietur eorum anima/ ⁊ conſcientia. Et ſic laudabunt dominum omnes fideles qui requirunt eum: ⁊ corda eorum viuent in ſeculum ſeculi. Nam ille cibus non dat vitam temporalem: ſed ſpiritualem ⁊ eternam. Nam ſicut ego viuo propter patrem: ita qui manducat me ipſe viuet propter me. Joan. vj. Naz licet corpus moriatur temporaliter: tamen anima viuet in eternum.

**Reminiſcentur ⁊ cõuertentur ad dñm: vniuerſi fines terre.**

¶ Et tunc vniuerſi fines terre. i. gẽtiles qui habitant per omnes fines terre/ reminiſcẽtur ⁊ cognoſcent deum ⁊ conuertentur ad dominum predicatione apoſtorum ⁊ martyrum ⁊ doctorum.

**Et adorabunt in conſpectu eius: vniuerſe familie gentium.**



**Quoniã dñi eſt regnum: ⁊ ipſe dñabitur gentium.**

(De ſumma trini. ⁊ fi. catho. ca.)

¶ Uniuerſe familie gentiũ adorabũt in cõſpectu eius: quia in hoc ſacramẽto adorabũt verũ deum execrata ⁊ abiecta idololatria: q2 totus ppl's gentilis eſt ⁊ erit regnũ dñi: qui ante fuerat regnũ diaboli: q2 princeps huiꝰ mũdi eijcieť foras p hoc ſacrificiũ euchariſtie: ⁊ ipſe deꝰ dñabitur gẽtiũ oĩm. Et ſic poſt cõuerſionem magni Conſtantini

(De pe. diſ. iij. §. ꝙ ꝙ ea. qd ergo.)

**Mãducauerũt ⁊ adorauerũt oẽs pingues terre: in cõſpectu eius cadent omnes qui deſcendunt in terram.**

¶ Omnes pingues terre. i. oẽs diuites ⁊ reges et principes conuerſi ad deũ manducauerunt ⁊ adorauerũt hoc ſacramentum: ⁊ oẽs qui deſcendũt in terrã. i. oẽs mortales qui ſepeliendi ſunt in terra/ cadent ⁊ procidẽt in facies/ et curuabunt genua in cõſpectu huius ſacramẽti: quãdo videbũt in manibus ſacerdotũ. Et ſic adorabũt eũ. ¶ Ad cuiꝰ intelligentiã eſt aduertendũ/ ꝙ notãter dicit mãducauerunt ⁊ adorauerũt ad exprimendũ excellẽtiã huius ſacrificij ſuper ſacrificia ⁊ ſacramenta vete. leg. Nam in hoc ſacramẽto contineť realiter totꝰ Chriſtus deus ⁊ homo ⁊ tota trinitas: in illis aũt non niſi figuraliter. Unde modus ⁊ ordo quo exiſtit deus in hoc ſacramento/ eſt iſte. Nã primo ibi exiſtit verũ corpus Chriſti. ſ. caro cũ neruis ⁊ oſſibus: ⁊ hoc per ſe ex vi ſacramenti ⁊ conſecratiõis. Nam in hoc ſolũ tranſſubſtãtiať ſubſtantia panis ſicut ſonãt verba. Scđo eſt ibi immediate ſanguis chriſti per immediatã concomitãtiam. Tertio eſt ibi aĩa Chriſti informans ⁊ actuãs corpus per concomitãtiã ad totũ. Quarto eſt ibi verbũ dei incarnatum toti humanitati Chriſti pſonaliter vnitum. ex cõſequẽti eſt ibi tota deitas que plene eſt in verbo: ⁊ ex cõſequenti eſt ibi perſona patris cõmunicans verbo totã deitatẽ a quo originaliter filiꝰ habet quicq̃d habet: ⁊ ex cõſequẽti eſt ibi ſpũs ſanctus ab vtroq procedẽs. Ex quo p3/ qđ filius non eſt ibi ſine patre: nec ſpiritu ſancto, ppter inſeparabilẽ cõſubſtantialitatem: q2 aliter eſſet cẽſendꝰ Arrianus ⁊ nõ catholicus oppoſitũ concedens: et hec eſt cauſa quare adorať hoc ſacramẽtũ/ ⁊ non ſacrificia vete. leg. q2 deus habet ſpecialẽ modum exiſtẽdi in hoc ſacramẽto: ⁊ ideo dicit David. Adorauerunt. ⁊c. in quo adorať deus in trinitate.

B

(No. de corpe xpi.)

(De pe. di. j. §. intereſt xpi. reſuſcitatus.)

**Et anima mea illi viuet: ⁊ ſemẽ meum ſeruiet ipſi.**

¶ Hic finaliter, ppheta David in ſpiritu ſub fide ⁊ ſpe Chriſti futuri iam letatur in hoc ſacramẽto dicens. Anima mea tũc. i. in lege gratie viuet illi/ ſc3 Chriſto per hoc ſacramentũ. Nã ſicut nos viuimus in re per hoc ſacramentũ: ita David ⁊ omnes patres viuebant in ſpe: quia eadem eſt fides. Et iõ ſequitur: Semẽ meũ ſ. Maria ⁊ Joſeph: ⁊ apoſtoli qui erant de ſemine meo ſecũdum carnẽ: ⁊ etiam ſecũdum ſpiritum/ ſeruiet ipſi Chriſto.

(xv. q. j. reuerẽtiam.)

**Annunciabitur dño generatio ventura: et annunciabũt celi iuſtitiã eius populo qui naſcetur: quem fecit dominus.**

¶ Generatio vẽtura q̃ cõuerteť/ annũciabit. i. cõfitebit dño et celi. i. apl'i annũciabũt iuſtitiã eiꝰ. i. legẽ euangelicã iuſtificãtẽ/ ipſi pplo q̃ naſceť per baptiſmũ: quẽ ppl'm dñs fecit ⁊ regenerauit ſibi. Et nota ꝙ etiã iſti duo vltimi verſus poſſunt eſſe verba ipſiꝰ Chriſti cõtinuãdo ad pcedẽtia/ vt p3. Et ſic iſte pſalmꝰ magis videť hiſtoria euangelica ꝙ prophetia. Sed ceci iudei non mereñt pcipere nec guſtare: ideo nos agamus grãs deo. Et nota ꝙ Chriſtus ſiue David maxime poſt Chriſti paſſionem memorat ſacrificiũ euchariſtie: eo ꝙ fit in memoriam paſſionis: ⁊ q2 maxime in eo repſentať paſſio Chriſti. Et ideo Chriſtus pmittit/ ꝙ ſi pater reſuſcitat ipſum relinquet hoc memoriale ⁊ q̃tidianũ ſacramentũ in memoriã paſſiõis. ¶ Ex iſto pſal. poſſunt recolligi. xiiij. cõcluſiones: quarũ prima eſt/ ꝙ Chriſtꝰ dupliciter cõqueriť ſe a patre derelictũ. Primo in mẽbris: q2 ab Adã vſq ad Chriſtum totũ genꝰ humanũ erat a deo abiectũ ⁊ relegatũ. Scđo in pſona: inquãtũ pr̃ pmiſit ipm̃ a iudeis affligi ⁊ crucifixi. ¶ Scđa cõcluſio/ ꝙ Chriſtꝰ in hoc pſal. ⁊ qñ dicit/ pater ſi poſſibile eſt. ⁊c. non intendebat mortẽ ⁊ paſſionẽ p nobis excuſare: ſ3 ſuã obediẽtiã explicare: inquãtũ maluit patri obedire ꝙ infirmitati carnis et proprie vite parcere ⁊ cõdeſcẽdere. ¶ Tertia cõcluſio/ ꝙ pr̃ intantũ dicitur filiũ nõ exaudiſſe: inquãtũ eiꝰ afflictioni nõ pepercit. ¶ Quarta cõcluſio/ ꝙ licet deſideriũ antecedẽs in Chriſto nõ ſemp fuit impletũ: tamẽ eius volũtas cõſequens ⁊ petitio deliberata ſemp fuit exaudita ⁊ cõpleta. ¶ Quinta cõcluſio/ ꝙ Chriſtꝰ in horto ⁊ in cruce nõ orauit/ nec clamauit p ſe: ſ3 p delictis mẽbrorũ ſuorũ p q̃bꝰ paſſus eſt mortẽ: ideo dicit/ nõ ad inſipiẽtiã ⁊ culpã mihi. ¶ Sexta cõcluſio/ ꝙ Chriſtꝰ in tota prima parte huiꝰ pſal. nõ itẽdit, ppriã iniuriã exigere ⁊ diſputare: ſ3 charitatẽ prĩs admirari: q̃ vt ſeruũ liberaret filiũ naturalẽ ⁊ iuſtũ ⁊ innocẽtẽ iudeis tradidit occidendũ. ¶ Septima cõcluſio/ ꝙ ſacerdotes ⁊ phariſei tãꝙ tauri pingues ⁊ leones rugiẽtes ⁊ canes mordaces obſederũt Chriſtũ. i. ex inuidia ⁊ auaritia et malitia. ¶ Octaua cõcluſio/ qđ Chriſtꝰ in ſua paſſione oſtẽdit verã carnẽ ⁊ humanitatẽ: q2 multiplr fuit afflictꝰ: ⁊ finaliter foderũt manꝰ ⁊ pedes eiꝰ ⁊ latꝰ. vñ exiuit verus ſanguis. vñ iudei cõſiderauerũt ⁊ inſpexerũt ⁊ cognouerũt Chriſtũ eſſe verum hoiem. ¶ Nona cõcluſio/ qđ veſtimẽta Chriſti exteriora fuerũt in partes ſciſſa ⁊ diuiſa: ſed tunica incõſutilis interior nõ fuit ſciſſa: ſed cecidit in ſortem vni militũ de pplo gẽtili: ad denotãdũ qđ tũc fuit lacerata veſtis ⁊ ſupficialis lr̃a vete. te. ſ3 tunica interior. ſ. veritas euangelica ſub lr̃a clauſa: tũc fuit manifeſtata manens integra ⁊ incõcuſſa: que nõ cecidit in ſortẽ ſynagoge: ſ3 pplo chriſtiano ex pplo gẽtili p maiori pte cõuerſo. ¶ Decima cõcluſio/ qđ ſicut Chriſtꝰ fuit liber ab oĩ pctõ tam originali ꝙ mortali: q2 aĩa ſua fuit vnita ſine pctõ ⁊ ſine culpa: ⁊ fuit humilis ⁊ mitis: ita fuit liber a framea ⁊ ſnĩa mortis data ĩ Adã/ ⁊ a morſu canis ⁊ ab ore leonis ⁊ a cornibꝰ vnicorniũ infernaliũ: q2 ſicut fuit liber ab oĩ culpa ita etiã ab oĩ pena infernali. ¶ Undecima cõcluſio/ qđ Chriſtꝰ loquiť in hoc pſal. nõ ſolũ in pſona priuata: ſ3 tãꝙ caput ⁊ ſpõſus ⁊ aduocatꝰ. Jõ etiã orat p mẽbris vt liberet a culpa ⁊ pena canis: ⁊ leonis ⁊ vnicorniũ infernaliũ: ⁊. h' p ſuã paſſionẽ ⁊ eccl'aſtica ſacramenta.

C

(xp̃s in horto ⁊ in cruce pro pctõrib' orauit.)

(xp̃s fuit liber ab omni peccato.)

¶ Duodecima cōcluſio/ꝙ quatuor fecit Chriſtꝰ in
ſuo aduētu. Nā primo nomē dei patris tetragrā-
matō. ſ. oīpotentiā/⁊ ſapientiā/⁊ miam/⁊ iuſtitiaꝫ
dei patris i ſeipſo fratribꝰ ſuis aplīs ⁊ chriſtianis
manifeſtauit ⁊ narrauit ⁊ declarauit. Scdo nomē
dei pr̄is i magna ecclīa toto orbe diffuſa fecit lau
dari: ⁊ de bn̄ficijs natiuitatis ⁊ incarnationis et
reſurrectiōis feſta celebrari. Tertio inſtituit ſacra
mentū eucharistie ad ſpiritualē refectionē paupe
rū chriſtianoꝝ. Quarto cōgregauit totū populum
gentilē ad adorandū deū in hoc ſacramēto. ¶ De
cimatertia cōcluſio/ꝙ aīa fidelis chriſtiani viuit
ſpūaliter i refectiōe huiꝰ ſacramēti. ¶ Quartade
cima cōcluſio/ꝙ celi. i. aplī ⁊ diſcipuli annūciaue-
rūt iuſtitiā Chriſti ⁊ huiꝰ ſacramēti: ⁊ totam legem
euāgelicā pplō gētili de nouo regenerato. Et etiā
celi. i. plati ecclīe ⁊ doctores ⁊ ſacerdotes annū-
ciabunt iuſtitiam legis euāgelice toti pplō rege-
nerando per baptiſmū ⁊ eccleſiaſtica ſacramenta
vſqꝫ ad diem iudicij.

Alias paſcit me. de cōſe. di. ij. c. in calice.

# Dominus regit me et nihil mihi deerit: in loco paſcue ibi me collocauit.

¶ Titulꝰ/Pſal. Dauid. ex titulo appa
ret/ꝙ Dauid fecit hūc pſal. Sꝫ de cā
mouēte Dauid ad faciēdū hūc pſalmū/⁊ de mate-
ria eiꝰ: diſcordāt magiſtri hebreorū iter ſe. Nā qui
dā dicūt ꝙ Dauid fecit hūc pſalmū in pſona pplī
iſrael redeūtis de captiuitate babylonie in terraꝫ
Iuda: q̄ eſt fertilior ⁊ abundātior q̄ babylonia. Et
ideo agit gratias q̄ venit in terrā fertilem ⁊ ame
nā. Alij dicūt ꝙ Dauid fecit hunc pſalmū p ſeipſo
agēs gr̄as/ꝙ deꝰ reduxerat ipm̄ in iudeam q̄ fu-
gerat a facie Saul in ſpeluncā Odolā. primi Reg.
xxvj. ⁊ ideo dicit: gr̄as ago dn̄o q̄ dn̄s regit ⁊ di-
rexit me ⁊ collocauit me i loco paſcue ⁊ fertilitatꝭ:
ſcꝫ in iudea ⁊c. Sed manifeſte vtriqꝫ iſtoꝝ mētiū
tur. primo q̄ babylonia ſine ꝓportiōe eſt fertilior
⁊ magis aquoſa q̄ tota terra ꝓmiſſionis. Ideo in
reditu captiuitatis iudei paſſi ſūt famē ⁊ penuriā
vt ptꝫ primo Eſdre. Itē q̄ in tota terra ꝓmiſſiōis:
⁊ maxime in terra Iuda nō eſt tāta vbertas quan
ta hic memoratꝰ: cuꝫ ſit terra lapidoſa ⁊ inaquoſa
p̄ter ripā iordanis in galilea. Itē iſte pſal. cōputa
tur inter ſacras ſcripturas ſicut ceteri: ergo conti
net ſacramētū de Chriſto ⁊ ecclīa ſicut frequēter ⁊
ſepiꝰ dictū eſt. Ideo ad eiꝰ intelligētiā eſt aduertē-
dum: ꝙ lꝫ tota terra iuda ab hieruſalē vſqꝫ ad Ca-
des ⁊ Berſabee verſus meridiē ſit p maiori parte
inaquoſa ⁊ ſterilis: tamē inter ceteras ciuitates ⁊
villas Bethleē eſt magis fertilis: eo ꝙ eſt magis
irrigua ⁊ abūdans aquis fontalibꝰ: maxime q̄ hꝫ
vnū magnū fontē manātē ex montanis iude ꝓpe
domū zacharie. Qui quidē fons irrigat maiorem
partē territorij: ⁊ inde eſt ꝙ abūdat paſcuis ⁊ vino
⁊ frumento ⁊ oleo plus ceteris terris iudee. Et iō
ante vocata fuit effrata. i. fertilis. Sed tpe Ruth
dicta eſt Bethleē/id eſt domꝰ panis: eo ꝙ poſt lon
gā famē abūdauit pane plus ceteris vrbibꝰ iuda:
⁊ hoc ꝓpt maiorē copiā aquarū. ¶ Et iō Bethleē
maxime gerit typū ⁊ figuram Chriſti ⁊ ecclīe. Pri
mo q̄ in ea naſciturus erat Chriſtꝰ q̄ eſt panis vi-
uus q̄ de celo deſcēdit. Scdo q̄ ſignificabat vber
tatem ſacramētoꝝ ecclīe: que cōficiunt ex aqua ⁊

D bethlē em gerit figu ram

pane ⁊ vino ⁊ oleo vt patebit. Scdo eſt notādū: ꝙ
ſicut Bethleē gerit typū ecclīe ꝓpter dictā fertili
tatē: ⁊ eo ꝙ chriſtꝰ erat i ea naſciturꝰ: ita Dauid ge
rebat figurā Chriſti. Prio: q̄ fuit natus in eadem
Bethleem vbi Chriſtus erat naſciturus. Scdo: q̄
p maiori parte habuit oēs ꝓprietates Chriſti: q̄
primo paup ⁊ paſtor ⁊ paſſus pſecutiones iniuſte:
⁊ vltimo ſublimatꝰ in regē ⁊c. Et ideo eſt aduertē
dū/ꝙ anteq̄ Dauid vngeret primo in regē cuſto-
diēs oues pr̄is ſui erat ignarꝰ oīm iſtoꝝ ⁊ vir ſim
plex. Sꝫ poſtq̄ vnctꝰ eſt p Samuelē/illico directꝰ
eſt ſpūs dn̄i in Dauid: ⁊ adeptꝰ eſt ſpiritū corpora-
lis fortitudinis: ⁊ adeptꝰ eſt ſpiritū p̄phetie: vt ait
Ioſephꝰ: ⁊ illico fecit aliquos pſalmos: dū paſce-
ret oues. qd̄ probat. Nā cū ſpūs nequā vexaret et
agitaret Saulē dixit q̄dā de pueris. Noui Dauid
filiū Iſai bethleemitē ſcientē pſallere cithara: ⁊ do
minus eſt cū eo. Et ſic venit ad regē: qui cū pſalle-
ret cithara diſcedebat ſpūs nequā. vt patet primo
Reg. xvj. Ex quo ptꝫ/qd̄ Dauid pſallebat aliquos
pſal. quos cōdiderat. Nā diabolꝰ non fugiebat ſo-
num cithare: ſed virtutē pſal. quos Dauid canta-
bat cū cithara. Et ſic eſt credēdū ꝙ Dauid fecit ali
quos pſal. duꝫ paſceret oues anteq̄ eſſet gener re
gis: inter quos vnus fuit iſte. Unde poſtq̄ Dauid
adeptus eſt ſpiritū ꝓphetie poſt primā vnctionē:
iam ſpūs ⁊ animꝰ ſuus totaliter fuit directꝰ ⁊ ele
uatꝰ in deū. Uidens ergo ſe paſtorem gregis ⁊ vn-
ctū in regē ⁊ natum in Bethleē: ⁊ cōtemplans ter
rā Bethleē irriguū ⁊ fertilem: ⁊ conſiderans oues
quas paſcebat: ⁊ baculū quē gerebat: quo ſuſtēta-
batur ⁊ regebat oues: tūc preuidit i ſpiritu qualr̄
Chriſtus q̄ eſt panis viuꝰ erat in Bethleē naſcitu-
rus: ⁊ q̄ Chriſtus in lege ꝓmiſſus erat futurꝰ ve
rus paſtor ouiū fideliū ⁊ rex vniuerſalis ⁊ dn̄s: q̄
oues ſuas debebat in loco paſcue collocare: et ibi
eas p ſuos prelatos regere ⁊ paſcere: p̄uidit etiam
ex fertilitate ipſiꝰ bethleē totā fertilitatē futurā
ecclīe ⁊ oīm ſacramentoꝝ: quibus oues Chriſti re
ficiuntur ⁊ paſcunt: ⁊ per illū fontē irrigantē totā
terrā Bethleem: preuidit fontē aque baptiſmalis
ecclīe. Itē et p illū fontē irrigātē totā terrā Beth-
leē: preuidit in ſpū qualiter ex latere Chriſti debe-
bat exire ſanguis ⁊ aqua. Ex quo fonte erat tota
ecclīa irrigāda/p ſeptē riuulos eccleſiaſticorū ſa-
cramentorum. Et per abundantiā ⁊ copiā paſcuo-
rum p̄uidit cetera ſacramēta: puta p copiā panis
⁊ vini preuidit ſacramētū euchariſtie: ⁊ p copiam
olei preuidit oleū chriſmatis ⁊ cathecuminorū et
infirmoꝝ ad ſanāda vulnera pctōꝝ: ⁊ per baculū
⁊ virgā paſtoralē preuidit legē euangelicā: que eſt
virga ad dirigendum nos per ſemitas vite/⁊ eſt ba
culus ad ſuſtentandum ne cadamus in vmbras
mortis. Et ſic Dauid preuidens oīa iſta in ſpū: com
motus eſt a ſpiritu ſancto ad faciendum iſtū pſal.
Sed quia Eſdras preuidit in ſpiritu/quod omnia
eccleſiaſtica ſacramenta debebant trahere/et ſu-
mere virtutem ex paſſione/et latere Chriſti: ideo
collocauit hunc pſalmum immediate poſt prece-
dentem: eo quod ibi p̄dixerat Dauid totum myſte
rium paſſionis Chriſti: a qua paſſione habent vir
tutem omnia ſacramenta. de quibꝰ agitur in hoc
pſal. in quo Dauid duo facit. Nā primo gaudet iam
in ſpe qualiter chriſtus verus paſtor repoſuit ſuū
gregem fidelium in pinguiſſimo agro eccleſie: in

xpi eccle Dauid figura xpi.

quo paſcitur paſcuis vberrimis eccleſiaſticorum
ſacramentorū. Scdo predicit effectū ⁊ fructū: quē
fideles cōſecuturi ſunt ex refectiōe iſtorū ſacramē
torū. Qui quidē fructꝰ eſt gr̄a ⁊ mia in p̄ſenti ⁊ vi-
ta eterna in futuro: ibi. Et mia tua ſubſequet me.
¶ Quātū ergo ad primū dicit Dauid in pſona cor-
poris myſtici: Gratias ago ⁊ letor in ſpe Chriſti fu-
turi: q̄m dn̄s meus Ieſus Chriſtꝰ regit: id eſt reget
⁊ paſcet me: ⁊ erit mihi paſtor ⁊ rector: quia ibi in
loco paſcue collocauit me: id eſt deduxit ⁊ introdu
xit me in eccleſiam: in qua eſt copia paſcue et bo-
norū ſpiritualiū: quibus aīa reficit. Nā nec ſyna-
goga: nec lex Moyſi me potuit reficere: nec iuſti-
ficare cū eſſet ſterilis. Sed Chriſtus in lege promiſ
ſus: qui eſt panis viuus ⁊ verus rector ⁊ paſtor: col
locauit me in eccleſia ſua que eſt locus vere pa-
ſcue: ſicut ego preuidi in ſpiritu per officium regni
⁊ paſtoratus mihi cōmiſſū: ⁊ per fertilitatem terre
Bethleē vbi ego paſco oues meas: per quā ego p̄-
uidi in ſpiritu vbertatem ⁊ copiam bonorum ſpiri
tualiū eccleſie Chriſti ſicut dictū eſt. Litera Hiero
nymi habet: Dominus paſcet me in paſcuis herba
rum: ⁊ tunc litera eſt plana.

diſt. l. c. is vero

# Super aquam refectionis educauit me: animam meam conuertit.

¶ Hic incipit enarrare bona ſpūalia: ſiue paſcua
huius eccleſie. ¶ Unde eſt aduertendū: ꝙ paſcua
ſiue bona ecclīe: q̄dam ſunt doctrinalia: ſicut ſunt
precepta ⁊ cōſilia euāgelica: ⁊ q̄dā medicinalia ſi-
cut ſunt ecclīaſtica ſacramēta que ſimul reficiunt
⁊ ſanant. Nā primo baptiſmꝰ ſanat a pctō ⁊ viuifi-
cat a morte. Scdo cōfirmatio roborat animū con-
tra tentationes. Tertio penitētia reſuſcitat a mor
te ⁊ pena eterna. Quarto euchariſtia nutrit et dat
ſpūalē vitā. Quinto extrema vnctio ſanat oīa ve-
nialia vulnera q̄ remanent poſt pn̄iam: ⁊ iō hec bo
na principaliter enumerat. dicit ergo Dauid. bene
dico: ꝙ dn̄s meus Ieſus Chriſtus collocauit me in
loco paſcue bonoꝝ ſpūaliū. Nam primo ipſe edu-
cauit ⁊ nutriuit me: ⁊ viuificauit ſuper aquam ba-
ptiſmalē refectionis: q̄ cū eſſem mortuꝰ pctō ori-
ginali: ipſe regenerauit ⁊ refecit me p aquā baptiſ
malem. Secundo cuꝫ eſſem longe a deo per pctm̄
mortale: ipſe animā meam cōuertit per ſacramen-
tum penitentie. Tertio cū eſſem extra viā iuſtitie
in regione vmbre mortis ⁊ ignorātie:

Efficacia ſacramētorū.

# Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitie: propter nomen ſuum.

ij. q. one. vij. teſtes.

¶ Deduxit me per ſemitas iuſtitie: dando ſcilꝫ mi
hi precepta euangelica moralia ⁊ cōſilia. ⁊ hoc fe-
cit nō meis meritis: ſed ꝓpter nomē ſuū qd̄ eſt. Ie
ſus. i. ſaluator: q̄ ad hoc venit in mundum.

# Nam et ſi ambulauero in medio vmbre mortis: non timebo mala: quoniam tu mecum es.

v. q. v. nō omnis.

¶ Si ambulauero in medio vmbre mortis: id eſt
inter pctōres ⁊ diabolos tētatores nō timebo ma-
la. i. tētatiōes ⁊ perſecutiōes eoꝝ: q̄m tu mecū es:
auxiliū gratie largiendo: qd̄ probo. Nam quarto

# Uirga tua ⁊ baculus tuus: ipſa me conſolata ſunt.

diſ. xlv. c. diſciplina. ⁊

¶ Dediſti mihi virgā. i. diſciplinā euāgelicā ad di-
rigendum in hac vita vt incedā recta via ad vitaꝫ
eternam: ⁊ dediſti mihi baculū fortitudinis: ⁊ alio
rum donorum ſpiritus ſancti per ſacramentū con
firmationis: quo baculo ſuſtentor ne cadā: ⁊ reſiſtā
tētationibꝰ. Et virga tua euāgelica ⁊ baculꝰ tuus
fortitudinis: ipſa duo ſcꝫ virga ⁊ baculus me con-
ſolata ſunt dirigendo ⁊ roborando. Quinto.

de pſe. diſ. ij. c. in calice.

# Paraſti in conſpectu meo menſam: aduerſus eos qui tribulant me.

de pſe. diſt. ij. xp̄s.

¶ Paraſti menſam euchariſtie in conſpectu meo:
aduerſus oēs inimicos tā viſibiles q̄ inuiſibiles:
qui tribulāt me. Nā per hunc cibū: primo ego refi-
cior: ⁊ deperdita gr̄a in me reſtituit: ⁊ capiti meo
Chriſto reiungor: ⁊ ſimul cū eo ſpūali vita viuo: et
contra inimicos fortior efficior. Et etiā paraſti in
cōſpectu meo mēſam ſacre ſcripture aduerſus tē-
tationes. Nā per documēta ſacre ſcripture poſſum
tētationes cauere: ſicut Chriſtꝰ cū dictis ſcripture
rn̄debat tētatori diabolo: vt ptꝫ Matt. iiij. Sexto

# Impinguaſti in oleo caput meum: ⁊ calix meus inebrians q̄ preclarus eſt.

de pſe. diſt. ij. xp̄s.

¶ Impinguaſti in oleo caput meum. ſ. animam et
ꝯſciētiā que eſt caput totius corporis. Nā tibi fui
impinguatus ⁊ vnctus oleo ſacramentali. Primo
oleo cathecuminorū in baptiſmo ad ſanandū origi
nale. Scdo chriſmate ſalutis ad robur ⁊ peritiam
in confirmatione. Tertio oleo infirmorum in extre
ma vnctione ad ſanandū vulnera que per ſenſus
corporeos perpetrauerā: ſꝫ per iſtas tres ſacramē
tales ⁊ viſibiles vnctiones fui intus in aīa impin-
guatꝰ ⁊ ditatꝰ oleo letitie ⁊ gr̄e inuiſibilis ſpūs ſcti.
Septimo finaliter loquēdo: q̄ preclarus eſt ⁊ fru-
ctifer calix meus inebrians in amore tuo: quē de-
diſti mihi in ſacramento altaris: quem calicem di-
miſiſti mihi in memoriā tue paſſiōis: quaſi dicat.
tā preclarus ⁊ memorabilis eſt iſte calix tue paſſio
nis ⁊ euchariſtie: ꝙ nullum ſacramentum eſt ipſi
comparabile in dignitate. Nam in hoc ſacro con-
uiuio corpus Chriſti ſumit: ⁊ recolit memoria to-
tius paſſiōis: ⁊ cū in eo ſit realiter Chriſtꝰ cū tota vir
tute ſue paſſionis: ⁊ in eo future glīe nobis pignꝰ
datur. O ergo q̄ preclarꝰ ⁊ memorabilis ⁊ dignus
eſt calix iſte: inebriās aīam releuās eā a mūdanis
⁊ totaliter eam iungens deo: ⁊ per amorē in deum
ꝯuertēs. q̄ aīa magis eſt vbi amat q̄ vbi iformat.
Nam amor tranſformat amantem in amatū. Quē
quidem effectū facit iſte preclarus calix ⁊ cōtēpla
tio eius: quia tātum inebriat animā q̄ trāſformat
eam in deū. a quo quidē calice paſſionis habēt vir
tutem oīa alia ſacramēta ecclīaſtica. quaſi dicat.
o q̄ preclarus eſt calix iſte paſſionis Chriſti: quia
ab eo fluxerūt virtualiter oīa ecclīaſtica ſacramē
ta. Nā primo rigauit ecclīam aqua baptiſmalis re
fectionis. Scdo ditauit eam ceteris paſcuis ⁊ bo-
nis ſacramētalibus ⁊ ſpūalibus. Ex q̄bus ptꝫ q̄ tū
eſt vber ⁊ fertilis in paſcuis ſpūalibꝰ iſte ager ec-
cleſie in quo Chriſtus nos collocauit: ꝙ in eo tot ⁊
tantis ⁊ tam preclaris bonis ⁊ cibis ⁊ fructibus
ſpiritualibus fruamur ⁊ paſcamur.

triplex vnctio corpis et aīe.

# Et miſericordia tua ſubſequetur me omnibus diebus vite mee.

di. xxiiij. c. diaconi.

¶ Poſtq̄ ſuperius enumerauit eccleſiaſtica ſacra
menta nobis data in ſpūalē refectionē: hic p̄dicit

fructū ⁊ effectū oīm ſacramētorū quē ex eis conſe-
quimur: q̄ eſt mīa ⁊ grā in p̄ſenti ⁊ vita eterna in fu-
turo. Dicit ergo ꝙ tante virtutis eſt refectio iſtoꝝ
ſacramentoꝝ: ꝙ ex eis mīa tua ſubſequet̄ me dās
gratiam in preſenti oibus diebus vite mee.

De ꝯſe. diſ. ij. c. xp̄s. et tribus ca. ſeq.

**Et vt inhabitem in domo domini: in longi-
tudinem dierum.**

¶ Ut poſt hanc vitā habitē in domo dñi in regno
celorū in longitudinē dierum. i. ineternū: ⁊ conſe-
quar vitā eternā, quaſi dicat: ꝙ ſicut cibus corpo-
ralis dat vitā corporalē: ita cibus ſacramētoꝝ dat
vitā ſpūalē. ſ. gratiam in preſenti ⁊ vitā in futuro
eternā. Et nota ꝙ eccleſia dicit hunc pſal. in agēda
defunctoꝝ in perſona cuiuſlibet defuncti exiſtētis
in purgatorio inquātū poſtꝙ receſſit ab hac vita
cū refectione ſacramentoꝝ penitētie ⁊ euchariſtie
deſiderat exire a penis ⁊ habitare in domo dñi: et
paſci ⁊ frui pabulo glorie ineternum.

ſ. corin. x. ſ. diſ. xviij. c. ſ. xij. q. ij. in ec. cleſia. ſtico. et extra d̄ deci. c. tua no-bis.

**Domini eſt terra ⁊ plenitudo ei⁹: orbis terrarū ⁊ vniuerſi qui ha-
bitant in eo.**

¶ Titulus. pſal. Dauid in prima ſab-
bati. Ex titulo apparet ꝙ Dauid fecit
hunc pſalmū: ⁊ tradidit eū cantatorib⁹: vt cantare-
tur in prima ſabbati. ſ. prima die poſt ſabbatū que
eſt dies dñica. ⁊ ratio eſt: Nam in hoc pſal. memo-
ratur vniuerſale regnū ⁊ poteſtas quā adeptus eſt
Chriſtus in die reſurrectionis. Nā ſicut in die do-
minica deus creauit mundū ⁊ oīa q̄ ſunt in eo ſcd̄z
mentē Aug. Ita Chriſtus in die dñica reſurrexit: ⁊
in ſe renouauit oīa: ⁊ adeptus eſt vniuerſale dñiū
⁊ poteſtatē: vt ipſe ait Matth. xviij. Data eſt mihi
oīs poteſtas in celo ⁊ in terra ⁊c. qd̄ preuidens Da-
uid in ſpū fecit hunc pſalmū: in quo tria facit. Nā

Qualr̄ oīa ſubijciūt̄ deo.

primo oſtēdit ⁊ predicit totū regnū mundi de iure
deberi ipſi Chriſto. Scd̄o apoſtrophat ad princi-
pes inferni: vt recipiant ipm tanꝗ dñm ⁊ adape-
riāt ſibi portas inferni. Tertio apoſtrophat ad p̄n-
cipes celi: vt recipiāt eū tanꝗ dñm ⁊ triūphatorē
in die aſcēſiōis. Scd̄a ibi. Attollite portas. Tertia
ibi. Attollite portas. Quantū ergo ad primū dicit.
Tota terra habitabilis ⁊ plenitudo eius. i. oīa que
in ea cōtinētur. ſ. aīalia ⁊ plāte ⁊ mineralia: eſt poſ-
ſeſſio dñi nr̄i Jeſu Chriſti: eo ꝙ eſt deus ⁊ homo. ⁊
nō ſolū terra: ſed etiā totus orbis terraꝝ ⁊ vniuer-
ſi q̄ habitant in eo. ſ. celi ⁊ aſtra ⁊ elementa ⁊ vniuer-
ſi angeli q̄ habitant in celo: ⁊ hoīes qui habitāt in
terra: ⁊ demones qui habitāt in inferno ſub terra:
oīa hec ſunt ſub poteſtate ⁊ ditione dñi noſtri Je-
ſu Chriſti. Deinde cum dicit:

xxxv. diſt. ca. ab ex-ordio.

**Quia ipſe ſuper maria fundauit eum: et ſu-
per flumina preparauit eum.**

¶ Probat dupliciter qd̄ dixit. ſ. ꝙ Chriſtus ſit vni-
uerſalis dñs totius orbis terrarū. Primo inquan-
tū deus. Scd̄o etiā inquātū homo. ibi. q̄s aſcēdet.
Probat ergo primo ꝙ Chriſt⁹ ſit dñs orbis inquan-
tū deus: eo ꝙ ipſe fundauit eū ſup maria ⁊ p̄para-
uit ⁊ diſpoſuit eū ſup flumina. ¶ Ad cuius intelli-

Nota quomō terra eſt grauior.

gētiā eſt aduertendū: ꝙ ſcd̄m naturā ⁊ ordinē ele-
mētoꝝ terra eſt inferior ꝙ grauior: vt pꝫ. iiij. ethi
⁊ p̄mo metheoroꝝ. Et p cōſequēs aqua q̄ eſt ſupra
terrā deberet naturalr̄ circuire vndiꝗ totā ſuper-
ficiē terre: eo ꝙ eſt leuior ꝙ terra ⁊ grauior aere.
Sed diuina ꝓuidentia in primordio creationis di-
uiſit aquā ab aq̄s: ⁊ apparuit arida vt p̄beret ha-
bitationē hoībus ⁊ beſtijs. Que q̄dē diuiſio aqua-
rū nil aliud fuit niſi ꝙ taliter diſpoſuit terrā ꝙ ele-
uauit multos montes in ea: inter quos mōtes mā-
ſerūt valles: per quas currūt aque manātes a fon-
tibus ex radicib⁹ ⁊ laterib⁹ mōtiū: q̄ cōgregant̄ in
flumina p valles decurrētia vſꝗ ad inferiores ptes
terre: ex qua cōgregatiōe fiūt maria: ⁊ ſic fctā ſunt
maria in depreſſiorib⁹ partib⁹ terre ex ꝯgregatio-
ne fluminū: ⁊ ſic manſerūt mōtes eleuati altiores
ſupra maria ⁊ flumina q̄ ſunt in vallib⁹ ⁊ locis in-
ferioribus. ⁊ ſic dicim⁹ ꝙ Barchinona: ⁊ Genua: et
Caieta: ⁊ Neapolis ſunt ciuitates ſite ſupra mare
eo ꝙ terra ⁊ mōtes in q̄bus fundant̄ ſunt altiores
ꝙ mare. ⁊ eadē rōne dicim⁹ ꝙ Roma eſt ſita ſupra
Tyberim: ⁊ Florētia ſupra Arnū: ⁊ Ualentia ſupra
Thuriū fluuiū. Sꝫ de hac diſpoſitiōe terre lati⁹ di-
cetur pſal. ciij. Propter ergo ſupradicta dicit Da-
uid ꝙ ideo Chriſtus eſt vl̄is dñs orbis terrarū: eo
ꝙ ipſe fundauit eū ſuper maria eleuādo montes ⁊
colles manētibus aquis in depreſſiorib⁹ partibus
terre: ⁊ p̄parauit ⁊ diſpoſuit ſup flumina eodē mo-
do: ꝙ ripe ſunt altiores currentib⁹ fluminib⁹ per
valles depreſſiores vſꝗ ad maria. quaſi dicat ꝙ
quis aqua deberet cōtinere terrā: tn̄ terra ꝯtinet
aquas ⁊ oīa maria ⁊ paludes, ⁊ flumina in vallib⁹
⁊ partibus depreſſiorib⁹ ⁊ decliuioribus: ſicut vas
continet aquā: vt latius patebit pſal. ciij. ⁊ in hoc
manifeſtat̄ diuina prouidentia ⁊ ſapientia.

**Quis aſcendet in montē domini: aut quis
ſtabit in loco ſancto eius?**

De. diſt. oīs

¶ Hic probat ꝙ Chriſt⁹ inquantū hō eſt dñs toti⁹
orbis: ⁊ nō ſolū terre: ſꝫ etiā celi. Unū mouet quādā
q̄ōnem dicēs. Ego bn̄ credo ꝙ Chriſt⁹ inquātū de⁹
eſt dñs totius orbis: Sed eſt dubiū: ſi inquātū hō
poſſit eſſe dñs celi. Nā q̄s vnꝗ hoīm aſcēdit in mō-
tē dñi. i. in celū empyreū: qd̄ cōiter in ſcriptura dr̄
mons dñi: aut q̄s hō ſtabit in loco ſctō dñi: cū celū
ſit purū ⁊ incorruptibile: ⁊ hō immundus ⁊ corru-
ptibilis? Ad hoc r̄ndet Dauid: Innocēs manib⁹ et
mundo corde aſcendet ⁊ erit dignus aſcēdere celū
ſup. ¶ Ad cui⁹ itelligētiā eſt prio notādū ſm̄ Aug.
ꝙ hec qō. ſ. an corp⁹ hūanū poſſit in celo collocari:
iā fuit agitata ⁊ vſata inter philoſophos. Jo. xxij.
de ciuitate a caplo. x. vſꝗ ad finē libri ꝓbat ꝯ Pla-
tonicos: ⁊ Porphiriū qualr̄ corpus humanū: lꝫ ſit
elemētatū: tn̄ virtute diuina pōt reduci ad talē di-
ſpoſitionē ꝙ nō mutata ſubſtātia efficiet̄ q̄ſi ſpūa-
le: intm̄ ꝙ totalr̄ ſequet̄ aīam ⁊ ſubijciet̄. ⁊ ſic vbi
volet ſpūs ibi ꝓtinus erit ⁊ corp⁹. Et hoc idē dicit
i lib. de ſpū ⁊ aīa. ca. ix. quā grāꝫ ⁊ dignitatē adept⁹
eſt nobis Chriſt⁹ in ſua reſurrectiōe. Sꝫ tn̄ quare
hoc Chriſt⁹ meruit ⁊ vl̄e dñiū: aſſignat aplʾs: prio
p ſuā hūilitatē ad Phili. ij. Humiliauit ſemetipm̄
fact⁹ obediēs vſꝗ ad mortē: ppt̄ qd̄ de⁹ exaltauit
illū ⁊ dedit illi nomē ſup oē nomē vt in noīe Jeſu
oē genu flectat̄ celeſtiū terreſtriū ⁊ infernoꝝ ⁊c. Se-
cūdā cām aſſignat: ꝙ fuit inocēs ⁊ mūd⁹ ſine pctō
p naturā: ꝙ pctm̄ nō fecit: nec inuēt⁹ eſt dolus in ore
ei⁹. Et ſic Chriſt⁹ ꝙ ſm̄ naturā fuit mūdus ⁊ inno-
cēs ſine pctō: nō meruit aſcēdere celū: ſicut aſcēdiſ-
ſet Adā mutatus in vitā meliorē ſi nō peccaſſet. Et



dico ꝙ Chriſtus fuit mundus ⁊ ſine pctō ſcd̄m na-
turā: ꝙ licet ſponte ſuſceperit infirmitates nr̄as ⁊
naturā mortalē aptā ad patiendū: tn̄ nō traxit na-
turā corruptā fomite peccati ſicut nos: ideo dicit̄
ſolus innocēs ⁊ inter mortuos liber ſcd̄m naturā.
ſed rōne humilitatis ⁊ obedientie ad patrē nō ſo-
lū meruit habere manſionē in celo: ſed etiā habe-
re vniuerſale dñium ⁊ poteſtatē in celo ⁊ in terra
⁊ in inferno. Et ideo Dauid reſpondens ad illam
queſtionem factā p philoſophos. ſ. Quis aſcendet
in montem domini ⁊c. dicit.

De pe. diſt. ca. oīs qui nō dili-git. ſu-pra. ix.

**Innocens manibus et mundo corde: qui
non accepit in vano animā ſuā: nec iura-
uit in dolo proximo ſuo.**

**Hic accipiet benedictionem a domino: et
miſericordiam a deo ſalutari ſuo.**

¶ Chriſtus innocēs manibus ⁊ mundo corde me-
ret̄ aſcēdere in celū: ⁊ habere vniuerſale dñiū: eo
ꝙ nō accepit in vanū aīaꝫ ſuā: nec fedauit eā pctō
faciēdo eā vanā ⁊ fruſtratā ſuo fine: ſicut pctōres
qui accipiunt animā in vanū: cuꝫ eā applicant ad
iſta tēporalia vana ⁊ friuola. ⁊ ſic fruſtrant ⁊ pri-
uant eā ſuo debito fine. Et ſic chriſt⁹ nō accepit in
vanū animā ſuā: nec iurauit in dolo proximo ſuo:
imo phibuit teſtimoniū veritati: ⁊ ſic fuit innocēs
⁊ mundo corde ⁊ verax: ⁊ ideo ꝓpter iſta tria me-
ruit regnare vniuerſaliter in celo ⁊ in terra. Pſal.
xliiij. Intende ꝓſpere procede ⁊ regna: ꝓpter veri-
tatē ⁊ manſuetudinē ⁊ iuſtitiā ⁊c. Et ideo ſequit̄.
hic. ſ. Chriſtus innocens ⁊ mundus corde ⁊ verax
accipiet benedictionē celeſtē a dño: ⁊ miam a deo
patre ſalutari ſuo. Nā Chriſtus a patre habuit vt
ſit ſaluator: ꝙ hec. i. talis gn̄atio eſt querentiū eū:
et querētiū faciē dei Jacob. i. querētiū hic deuꝫ p
gratiā: ⁊ in futuro p facialē viſionē ⁊ p gloriā. Sꝫ
eſt aduertēdū ꝙ in his ſupradictis quatuor verſi-
bus latet magnū ſacramentū. Primo p hoc qd̄ ait
Quis aſcendet in montem. Scd̄o p hoc qd̄ ſubdit.
Hic accipiet. Tertio p hoc qd̄ addit̄. hec eſt gene-

ratio q̄rentiū faciē dei Jacob. ¶ Ideo eſt notādū/ ſ
ꝙ quādo Jacob vidit in ſomnis ſcalā ſtantē in ter-
ra: cuius ſummitas attingebat celū/ ⁊ vidit ange-
los aſcendentes ⁊ deſcēdentes p eaꝫ/ ⁊ vidit dñm
innixū ſcale dicentē. Ego ſum deus Abrahā deus
Iſaac ⁊c. ⁊ tibi dabo terrā hanc ⁊ ſemini tuo: ⁊ di-
lataberis ab oriente in occidentē ⁊c. ⁊ benedicent̄
in te oēs tribus terre: vt patet Gen̄. xxviij. tūc per
illā ſcalā cognouit deū incarnandū. Nā ſicut eadē
ſcala ex vna parte tangebat celū ⁊ ex altera terrā:
preuidit ꝙ Chriſtus futurus de genere ſuo erat fu-

xp̄s dr̄ ſcala ia cob.

turus deus ⁊ homo. Ideo vidit deum innixū ſcale.
Et p ꝓmiſſionē ſibi factā/ ⁊ per angelos aſcenden-
tes per ſcalam/ ⁊ preuidit ꝙ nō ſolus Chriſtus de⁹
et homo erat in celū aſcenſurus: et erat dñs celi/
ſꝫ etiā oēs filij Jacob ſcd̄m ſpiritum ⁊ ꝓmiſſionē:
q̄ debebāt implere mūdū a ſolis ortu vſꝗ ad occa-
ſū: ⁊ ab aq̄lone ad auſtrū/ erāt aſcenſuri in celū p
illā ſcalam q̄ eſt Chriſtus: ⁊ habituri manſionē in
celo p Chriſtū. Et ꝓuidens ꝙ nemo poterat effici
mēbrū Chriſti: nec aſcēdere in celū cū Chriſto: niſi
mūdaret̄ p aquā baptiſmalē: ⁊ vngeret̄ oleo ſpūs
ſcti: vt efficeret̄ Innocēs manib⁹ ⁊ mundo corde:
Ideo poſtꝙ ſurrexit a ſumno effudit oleū ſup la-
pidē oſtendens ꝙ oēs eramus baptizādi ⁊ vnguē-
di in lapide xp̄o Jeſu. Et ideo dixit. vere dñs eſt in
loco iſto: ⁊ nō eſt hic aliud niſi domus dei ⁊ porta
celi ⁊c. Legēs ergo Dauid iſtā viſionē Jacob/ ⁊ p̄-
uidēs p eātea q̄ ſupradicta ſunt de Chriſto ⁊ eccle-
ſia: ait. Quis aſcendet in mōtem dñi. i. quis eſt ille
figuratus p ſcalā Jacob aſcēdentē vſꝗ ad celū: et
reſpōdet iſte eſt Chriſtus de⁹ ⁊ homo ſupple. In-
nocēs manib⁹. i. iuſtus in operib⁹ ⁊ mūdo corde: q̄
nō accepit in vano animā ſuā applicādo eā ad va-
na tēporalia: nec iurauit in dolo ꝓximo ſuo: imo
pctm̄ nō fecit: nec inuēt⁹ eſt dolus in ore eius: Iſte
aſcēdet in montē dñi tanꝗ dñs: ꝙ deus ⁊ homo p
ſcalā figurat⁹. Et q̄s aſcēdet p illā ſcalā: ⁊ qui ſunt
aſcēdētes p illā ſcalā cū Chriſto in celū: Reſpōdet
innocēs manib⁹. i. oīs innocēs p penitētiā/ et mū-
do corde ⁊c. quaſi dicat ꝙ oēs regn̄ati p baptiſmū
⁊ purgati p penitētiā/ vt dictū eſt aſcēdēt cū Chri-
ſto in mōtē dñi. ¶ Itē eſt vlterius notādū vt legit̄
Gene. xxvij. ꝙ Jacob ſubripuit benedictionē/ dum
Eſau iret ad venādū: ꝙ Jacob indut⁹ ⁊ coopertus
pellibus caprinis ⁊ ſimulatus: fuit bn̄dictus a pa-
tre: ⁊ pater in ſpū preuidit myſteriū incarnatiōis/
et p̄uidit verbū incarnādū ⁊ mortali carne induē-
dū: et ideo dicit: ecce odor filij mei: ſicut agri pleni
que bn̄dixit dñs ⁊c. Item legit̄ Gen̄. xxxij. qualiter

Qualiter Jacob eſt luctat⁹ cum angelo.

Jacob luctat⁹ eſt cū angelo: ⁊ noluit ipm̄ dimitte-
re vſꝗ quo fuit bn̄dictus ab eo: ideo dicit ſibi dñs:
nequaꝗ vocaberis Jacob: ſed Iſrael. i. vidēs deū/
aut fortis cū deo et direct⁹ et benedict⁹ a deo. In
vtraꝗ viſiōe p̄uidit Dauid qualiter reprobata ſy-
nagoga ſolus ppl̄s chriſtianus debebat ſubripere
primogeniturā ⁊ bn̄dictionē per Chriſtū/ ⁊ videre
deū ⁊ vocari Iſrael: ꝙ ſolus populus chriſtianus
eſt directus a deo p legē euāgelicā: ⁊ videt deū per
fidē: ⁊ eſt a deo benedictus p baptiſmū: ⁊ videt fa-
ciē dei Jacob: quia videt deū facie ad faciē: ⁊ ſalua
facta eſt aīa ei⁹. Hoc ergo preuidēs Dauid dicit/ ꝙ
non ſolū Chriſtus per naturā: ſed corp⁹ ſuū myſti-
cum qui eſt ppl̄s chriſtian⁹/ innocēs manib⁹ ⁊ mū-
do corde per ſacramētalē ſanctificationē aſcendet
in mōtē dñi cuꝫ Chriſto capite ſuo: ⁊ ſtabit in loco
ſancto eius. Et hic talis accipiet benedictionē ſpi-
ritualē a dño figuratā per benedictionē Jacob fa-
ctam a patre et ab angelo. Nam

**Hec eſt generatio querentium eum: querē-
tium faciem dei Jacob.**

xij. q. j. ca. cū portio.

¶ Hec talis eſt illa generatio querētiū dñm. i. iſti
ſunt figurati p Jacob qui tenuit angelū donec fuit
a deo benedictus: ⁊ vidit faciē dei Jacob: quia vi-
dit deum facie ad faciem. ⁊ ita oēs iſti videbūt hic
deū p fidem: ⁊ in futuro facialiter p gloriā. Ex qui-
bus pꝫ/ ꝙ ſolus Chriſt⁹ meret̄ de iure aſcēdere in
celū. Sꝫ oēs fideles meret̄ aſcēdere p gratiā in-
quantū efficiunt̄ membra Chriſti ⁊ purificant̄ per
ſanctificationē baptiſmalē ⁊ penitētialē. Un̄ qd̄
cōuenit capiti Chriſto per naturā: hoc idem cōue-
nit mēbris per grāꝫ: vnde mēbra Chriſti quaſi vio-
lenter rapiunt celū: vt ait Chriſtus Matth. xj. Re-
gnū celorum vim patit̄ ⁊ violēti rapiunt illud. vn̄
Hieronymus ⁊ Chriſoſtomus. Grandis q̄ppe vio-
lentia eſt rapere p gratiā ⁊ penitentiā: ꝙ quis ne-
queat attingere per naturam. Sed eſt aduertēdū
ꝙ licet his tribus. ſ. in innocētia opis/ ⁊ mūdatia

cordis ⁊ cogitatōis/⁊ veritate oris/conſiſtat tota iuſtitia hominis vt latius dictum eſt pſal. xiiij. tū nullus hō inuentus eſt vſqȝ ad preſentē diē quin peccauerit in aliquo predictorū niſi ſolus Chriſt⁹ per naturā ⁊ virgo Maria per grām. vt ait Aug. in libro de natura ⁊ grā:⁊ de natura paruulorū:et de pfectione iuſtitie hominis. Hoc ideȝ approbat Hieronymus in altercatiōe cōtra pelagianos. Et ſic ſolus Chriſtus reperit innocēs manib⁹ ⁊ mundo corde ⁊ verax per naturam:⁊ virgo Maria per grām. Et ſic iſto modo ſolus Chriſtus meret aſcēdere celū ⁊ habere vniuerſale dñium in orbe:ceteri aūt oēs peccauerūt in aliquo predictorū:⁊ electi fuerūt per ſanctificationē baptiſmalē ⁊ pniām liberati:⁊ ideo vnuſquiſqȝ eorū pōt dici innocens manib⁹ ⁊ mundo corde. Nā peccata deleta per penitētiā ⁊ baptiſmū reputant apud deū tanqȝ non facta:qꝛ Beati quorū remiſſe ſunt iniquitates:et quorū tecta ſunt peccata. ⁊ ſic vnuſquiſqȝ eorū poteſt dici innocens ⁊c. Ex qb⁹ ptȝ/qꝫ ſolus Chriſtus eſt vere dñs orbis terrarū:⁊ vniuerſalē habet poteſtatem in celo ⁊ in terra:non ſolum vt deus:qꝛ vt ſic creauit oīa:ſed etiam vt homo innocens.

**Attollite portas principes veſtras: et eleuamini porte eternales: et introibit rex glorie.**

¶ Poſtqȝ Dauid oſtendit Chriſtū de iure eſſe dñm vniuerſalē totius orbis tā in celo qȝ in terra:⁊ per cōſequens in inferno:ideo hic apoſtrophat ad pn̄cipes inferni/vt aperiāt portas Chriſto qn̄ venerit ad repetēdā predā:⁊ cognoſcāt ipm tanqȝ dñm:qꝛ preuidit in ſpiritu qualiter Chriſt⁹ erat in infernum deſcenſurus:⁊ debebat rūpere portas ereas/⁊ vectes ferreos cōfringere:⁊ limbū ⁊ purgatoriū ſpoliare/⁊ captiuitatē ſanctorū patrū liberare:et cū eis in celū aſcendere ⁊ ad dexteram patris ſedere:⁊ ineternū conregnare. Ideo Dauid apoſtrophat ad diabolos principes inferni dicens. O pn̄cipes inferni attollite veſtras portas īfernales. i. aperire eas. ⁊ o porte eternales. i. eternarū penarū eleuamini ⁊ date locū. ⁊ introibit Chriſt⁹ rex glorie cū venerit ad expoliandum infernum ⁊ repetēdam predam. Cui reſpondent diaboli.

Apoca. xix. Matt. iij. Ioꝛ. f.

**Quis eſt iſte rex glorie: dominus fortis et potens: dominus potens in prelio.**

¶ Quis eſt iſte rex glorie:qui auſus eſt venire ad domum noſtram ⁊ loca penarum:ad que nulli iuſto fas eſt accedere: Ad quos rurſum Angeli miniſtri ⁊ comites Chriſti dicunt. Iſte rex glorie eſt Chriſtus dñs fortis ⁊ potens opere ⁊ ſermone coram deo ⁊ omni pplo in potentia miraculorum/⁊ dñs potens in prelio:quia vicit vos in ara crucis:⁊ pprio ſanguine mercat⁹ eſt gen⁹ humanū:⁊ ſatiſfecit p peccato primorum parentum ⁊ ſuorū poſteriorū:⁊ placauit patrē per ſuam humilitateȝ:⁊ deiecit veſtram ſuperbiam. Et ideo tanqȝ victor ⁊ triūphator venit ad repetendā hereditatē ſibi debitam:quā tyrannice diu tenuiſtis. Ideo attollite portas veſtras. Et quia data eſt ipſi vniuerſalis poteſtas in celo/⁊ in terra/⁊ in inferno:ideo non venit tanqȝ reus ſicut ceteri:ſȝ tanqȝ iudex iuſtus et triumphator.

Angeli dicunt miniſtri xpi

**Attollite portas principes veſtras: et eleuamini porte eternales: et introibit rex glorie.**

¶ Hic predicit ingreſſum Chriſti in celū ad ſuſcipiendā iuriſdictionē celeſtis patrie tanqȝ dñi celi:ideo Dauid apoſtrophat ad naturā angelicam/vt aperiat celū ⁊ recipiat Chriſtum tanqȝ vniuerſalē dñm. ⁊ dicit in pſona angelorū Chriſtū comitātiū in die aſcēſiōis cū tota captiuitate:o principes celeſtis exercit⁹ attollite. i. aperite veſtras celeſtes portas:⁊ o porte eternales celi eleuamini et date locum:⁊ intrabit Chriſtus rex glorie. Quos principes celeſtes interrogant.

**Quis eſt iſte rex glorie: dominus virtutū ipſe eſt rex glorie.**

¶ Quis eſt iſte (aiūt) rex glorie qui auſus eſt ingredi celū:cū ſit clauſum oīb⁹ hoībus pter peccatū primorū parentū:⁊ qui auſus eſt incedere iſta via nulli⁹ hoīs adhuc trita veſtigio: Quib⁹ rn̄det comitat⁹ Chriſti. Iſte eſt Chriſtus dñs oīm virtutū celeſtiū:quē pter ſuas virtutes. ſ. qꝛ eſt innocēs manib⁹ ⁊ mūdo corde:⁊ verax:⁊ qꝛ humiliauit ſemetipſum patri fact⁹ obediēs vſqȝ ad mortē:mortē aūt crucis:pater exaltauit ⁊ dedit illi nomē qd̄ eſt ſup oē nomē:vt in noīe Jeſu omne genu flectatur celeſtiū terreſtriū ⁊ infernorū:⁊ qꝛ iā expoliauit infernū victor ⁊ triūphator:⁊ venit cū predaꝫ:iō ipſe de iure eſt rex glīe. quapropter attollite portas ⁊c. Ex quib⁹ ptȝ/qꝫ totū dñium orbis terrarū eſt ipſius Chriſti. Primo qꝛ ipſe creauit orbem:et hoc inquātum deus. Scd̄o quia innocens ⁊ mundus verax ⁊ humilis:⁊ hoc inquātum homo. Sed nota qꝫ nō ſolū recreauit ⁊ fundauit eccleſiam ſup maria ⁊ aquas baptiſmales:ſed etiā ſup flumina aquarū ſapiētie:que ſunt doctrina ⁊ precepta euāgelica/preparauit ⁊ diſpoſuit eā:quia ab eccleſia fluunt flumina aque viue ſalientis in vitā eternā. Joā. vij. ¶ Ex toto iſto pſal. poſſunt recolligi quatuor cōcluſiones. ¶ Prima cōcluſio/qꝫ Chriſt⁹ triplici rōne de iure eſt dñs toti⁹ orbis terrarū. Primo qꝛ creauit totū orbē:⁊ hoc inquātum de⁹. Secūdo qꝛ regenerauit ⁊ recreauit eccleſiā:⁊ hoc inquantū ſponſus ⁊ caput. Tertio inquātū iuſtus et innocens. ¶ Scd̄a cōcluſio/qꝫ nullus pōt aſcēdere celū cū Chriſto niſi efficiat iuſtus ⁊ innocens ⁊ membrum Chriſti per grām. ¶ Tertia cōcluſio/qꝫ Chriſtus tanqȝ dñs ⁊ triumphator cōfregit infernū ⁊ expoliauit limbū ⁊ purgatoriū. ¶ Quarta cōcluſio/qꝫ Chriſtus tanqȝ rex ⁊ dñs angelorū ⁊ omnium creaturarum cum triumpho intrauit celum reportans captiuitatem antiquam.

Nota.

**AD te domine leuaui animaȝ meā: deus meus in te confido: non erubeſcam.**

Beth.

¶ Titulus in hebreo: Ipſi Dauid. ſcd̄ȝ vero. lxx. in finē pſal. Dauid. Ex titulo apparet qꝫ Dauid fecit hunc pſalmū dirigens nos in Chriſtū/qui eſt finis legis. ¶ Ad cuius intelligētiā eſt notandū ſm Augu. libro Cur deus homo:qꝫ quādo Adā fuit expulſus a paradiſo terreſtri:⁊ pdidit non ſolū illā preſentē felicitatē:ſed etiā futurā beatitudinē q̄ fuerat i celo ſibi pmiſſa:tūc ne de ſe ⁊ ſua poſteritate videret deſpare:fuit ſibi Chriſt⁹ d̄ ſua carne pmiſſus:qui ipſum cum poſteritate de captiuitate diaboli liberaret:⁊ viā in celū demonſtraret/⁊ finaliter ad celeſtem beatitudinē introduceret. ⁊ ſic dedit legē ſacrificiorū ⁊ oblationū ipſi Adā in filijs ſuis p quā eos in Chriſtū dirigeret. Que quidē lex ſemp creuit per etates ſuſcipiendo incrementū in Noe/⁊ Abrahā/⁊ Moyſe vſqȝ ad Chriſtū:vbi compleuit curſum ſuū. Ex quo patet qꝫ lex vetus nihil aliud fuit niſi quedā via dirigens in Chriſtū tanqȝ in fineȝ inmediatum:⁊ ideo nuſqȝ petit regnū celorū:ſed ſemp petit Chriſtum Meſſiam futurū q̄ doceat viā in regnū celorū. Et ideo ſicut lex vetus dicit via in Chriſtū:ita lex euangelica dicit via in regnū celorū:⁊ ideo Chriſtus dicit oſtium. Joā. x. ⁊ dicit via veritas ⁊ vita. Jo. xiiij. Naȝ ſicut patres vete. teſt. ſemper rogabant vt deus dirigeret eos vſqȝ ad Chriſtū per illā legeȝ:ita nos rogamus vt dirigat nos p legē euāgelicam vſqȝ ad eundē Chriſtum:vt in eo glorificemur in ſcd̄o aduentu. Hoc ergo preuidens Dauid in ſpiritu fecit hūc pſal. in quo introducit Adā myſticū loquentē:⁊ cum tota ſua poſteritate fideliū peregrinātē p iſtam viā diuine legis qui in vete. teſt. ſemp orabat ⁊ vocabat Chriſtum/vt ipſuȝ in hac via diriget vſqȝ ad eum:⁊ daret ſibi legē euangelicam in celū dirigentē. Et ideo Dauid fecit iſtū pſalmum per ordinē alphabeti ad denotandū qꝫ lex ſucceſſiue pceſſit ab imperfecto ad pfectū. Nā ſicut puer incipiēdo primā literā alphabeti:⁊ diſcurrendo vſqȝ ad vltimā ſemper creſcit ⁊ proficit in doctrina vſqȝ ad vltimam literam: Ita homo myſticus peregrinando per legem ſemper profecit vſqȝ ad Chriſtuȝ:in quo accepit vltimā perfectionem illius legis:que fecit vniuerſalis redēptio ⁊ veritas euangelica. Nunc aūt peregrinat per legē euangelicā vſqȝ ad ſcd̄m aduētum Chriſti:in quo recipiet vltimā perfectioneȝ ⁊ vitam eternā:⁊ hoc eſt qd̄ intendit Dauid in hoc pſal. in quo quatuor facit. Nā prīo iſte homo myſticus petit dirigi in lege vete. vſqȝ ad Chriſtū. Scd̄o petit liberari a veteri peccato per Chriſtum in ſuo aduentu. Tertio petit legem euangelicā per quam iuſtificetur. Quarto petit fructum legis euangelice. ſ. fruitionē vite eterne. Secūda ibi. Reminiſcere. Tertia ibi. Dulcis ⁊ rect⁹. Quarta ibi. Quis eſt homo q̄ timet dñm. ¶ Quantū ad primū dicit iſte peregrin⁹. O domine Jeſu chriſte Meſſia future: poſtqȝ fui eiectus a paradiſo ſemper ad te leuaui animā:⁊ mentē:⁊ ſpem meā ſemp orando vt venias ad liberandū me cū tota mea poſteritate. O ergo deus meus fac vt nō erubeſcam nec cōfundar fruſtra expectando aduentum tuum.

Lex vetus via in xpm dirigēs

**Neqȝ irrideāt me inimici mei: etenim vniuerſi qui ſuſtinent te non confundentur.**

¶ Hoc eſt neqȝ diaboli inimici mei:⁊ infideles irrideant me dicentes qꝫ fruſtra cōfido in te:⁊ in vanū te expecto ſaluatorē ⁊ liberatorē:etenim pro certe qꝛ ego ſcio qꝫ nō cōfundent vniuerſi qui expectāt te:immo tu liberabis eos in aduētu tuo. Sed

**Confundantur omnes iniqua agentes ſuperuacue.**

Gymel

¶ Id eſt cōfundātur oēs infideles agētes ſuperuacue ⁊ fruſtra iniqua:⁊ ppetrātes mala ꝯtra me:qꝛ oēs idolatre ⁊ infideles agētes iniqua contra me ⁊ volentes me delere de mūdo fruſtrabunt deſiderio ſuo:qꝛ veniet Chriſt⁹ ⁊ expoliabit limbū inferni:⁊ exterminata idolatria eijciet foras principes huius mūdi:⁊ ſubijciet populū gentilē qui me conabatur deſtruere. Ergo tu domine Jeſu Chriſte.

Deleth.

**Vias tuas domine demonſtra mihi: ⁊ ſemitas tuas edoce me.**

¶ Demōſtra mihi vias tuas ⁊ pcepta:⁊ doce ſemitas. i. cōſilia legis tue:⁊ dirige me in veritate tua: ne declinē ad dexterā neqȝ ad ſiniſtrā:qꝛ tu es de⁹ Jeſus ſaluator meus:ideo ſuſtinui ⁊ ſperaui te tota die. i. a principio mūdi vſqȝ ad aduētū tuū. i. expecto te videre veritatē legis. Et iō notanter dicit

**Dirige me in veritate tua ⁊ doce me: qꝛ tu es deus ſaluator meus: et te ſuſtinui tota die.**

Vau. He.

¶ Dirige me in veritate. qꝛ duo conſiderare debemus in lege veteri. ſ. literā ſuperficialeȝ ⁊ veritatē clauſam in litera. Hanc ergo veritatē petit intelligere:⁊ in ea dirigi per aduentū Chriſti:qꝛ iam habebat literam tunc de preſenti.

**Reminiſcere miſerationū tuarū dñe: ⁊ miſericordiarū tuarū que a ſeculo ſunt.**

**Delicta iuuētutis mee: ⁊ ignorātias meas ne memineris.**

Heth. xxx. q. i. ca. de his. et de pe. di. ſ. ca. ſi peccatum.

¶ Hic petit liberari a pctō ⁊ ſaluari per Chriſtuȝ in aduētu ſuo ⁊ dicit: Dñe ne memineris delicta iuuentutis mee. i. peccata que ego cōmiſi in mea iuuentute/⁊ principio in paradiſo terreſtri. pter q̄ ego fui expulſus. ⁊ ne memineris ignorātias meas i. peccata que p ignorantiā craſſaȝ cōmiſi. Sed reminiſcere ⁊ recordare miſerationū ⁊ miſericordiarum tuarū que a ſeculo ⁊ principio per diſcurſum tēporis ſunt:qꝛ feciſti miam cū Noe liberando de diluuio:⁊ cū Abrahā ⁊ Iſaac ⁊ Jacob liberādo de Laban ⁊ Eſau:⁊ cū filijs Iſrael liberando de egypto:⁊ per totum deſertum ⁊ terram promiſſionis tempore Joſue ⁊ iudicum. ¶ Et nota qꝫ Dauid per delicta iuuentutis intelligit peccata primorū parentū q̄ fuerūt cauſa noſtre miſerie. ⁊ dicit delicta in plurali eo qꝫ illi peccato multa peccata fuerunt annexa:puta furtū/ſuperbia/homicidium/ſacrilegium:vt inquit Aug. in libro Enchiridij. Item vocat etiā delicta iuuētutis peccatū originale vniuſcuiuſqȝ:eo qꝫ a cōceptione ⁊ natiuitate ⁊ iuuentute contrahit. Itē per ignorantias intelligit corruptiones nature ⁊ fomitem concupiſcentie:nā taliter fuit natura corrupta ⁊ vulnerata in Adā/⁊ oēs potētie vulnerate/qꝫ eſt prona ad malū/⁊ infirma ⁊ difficilis ad bonū:⁊ iudicat bonū malū:⁊ malum bonū:⁊ talis ignorātia dicit pena peccati ⁊ pctm̄ ſimul:⁊ p talē ignorantiā cōmittuntur oīa pctā:qꝛ oīs malus eſt ignorās iſto modo. ⁊ ideo ait Ignorātias meas ne memineris. Sed

R. Quid ſit delicta iuuentutis.

**Secundū miſericordiā tuā memento mei tu: propter bonitatē tuā dñe.**

diſtin. xxxix. c. diacō.

¶ Quaſi dicat. nō velis reſpicere peccata mea:ſȝ miſericordiam ⁊ bonitatem tuam.

**Dulcis ⁊ rectus dñs: propter hoc legē dabit delinquentibus in via.**

Teth.

¶ Hic ponit legẽ euãgelicã: ⁊ enumerat perfectiones eiꝰ. Unde dicit. dñs Jesus Christꝰ in aduentu ſuo veniet dulcis ⁊ rectꝰ ⁊ manſuetus. Ideo ꝓpter hoc q dulcis ⁊ rectꝰ/ dabit legẽ euangelicã in hac via delinquẽtibꝰ. ⁊ quia dulcis ⁊ manſuetus: ideo

Joh. xvj. q. j. vos autem.

**Diriget manſuetos in iudicio: docebit mites vias ſuas.**

¶ Diriget manſuetos: ⁊ docebit apl'os ⁊ diſcipulos mites vias ſuas: q non cõgregabit ſuperbos ⁊ elatos: ſed mites ⁊ manſuetos: ⁊ non docebit ſuperbiam ſed humilitatem ⁊ manſuetudinẽ: q mitis eſt ⁊ humilis corde. ⁊ dicit. Diriget manſuetos in iudicio/ non examinationis: ſed diſcretionis: q in primo aduentu Chriſtus neminem iudicauit: ſz diſcreuit veritatem a litera: ⁊ euangelium a cerimonialibus: ⁊ virtutes a vitijs ⁊c. Et bene dicitur ꝙ in lege euangelica diriget manſuetos. Nam

Caph. xij. q. ij. ſane.

**Uniuerſe vie domini mĩa ⁊ veritas: requirentibus teſtamentum eius et teſtimonia eius.**

¶ Uniuerſe vie ⁊ precepta ⁊ cõſilia dñi euangelica nihil aliud ſunt niſi mĩa ⁊ veritas. Nam nihil aliud docet niſi mĩa. Nã primo Chriſtus ꝓpter nimiam charitatẽ ⁊ mĩam incarnatꝰ eſt: ⁊ ꝓ oĩbꝰ paſſus ⁊ mortuus eſt. Et ſic predicauit mĩam ⁊ charitatẽ erga ꝓximum. Et hanc mĩam operatus eſt cecos illuminando/ infirmos ſanãdo/ ⁊ mortuos ſuſcitando: et tandem finis totius legis euangelice eſt miſericordia ⁊ charitas: de qua miſericordia et eius operibꝰ petet Chriſtꝰ in die iudicij. Item vniuerſe vie dñi ſunt veritas: q docẽt oẽm veritatez. Et etiã dicit lex euangelica veritas legis veteris. vt dictũ eſt. Et ſic in aduentu Chriſti mĩa ⁊ veritas obuiauerunt ſibi: ⁊ iuſtitia ⁊ pax oſculate ſunt. Et ideo dicit ꝙ oẽs vie ⁊ ꝓcepta dñi ſunt mĩa et veritas requirentibus ⁊ cõtẽplantibus ⁊ ſeruantibus teſtamentũ eius: q nõ precipit nec legitur in euãgelio niſi miſericordia ⁊ veritas requirentibus teſtamentũ ⁊ teſtimonia eius. Et ideo ſubdit Dauid.

Ra. mech. extra d' referi ptis. c. Pa...

**Propter nomen tuũ dñe propiciaberis peccato meo: multũ eſt enim.**

¶ O domine Jeſu tu propiciaberis ⁊ miſereberis peccato meo propter nomẽ tuũ qd eſt Jeſus. Nam Jeſus idem eſt qd ſaluator: ergo ſi tibi eſt ꝓprium ſaluare ⁊ miſereri: ergo ſecundũ officium ⁊ virtutes nominis tui ꝓpiciaberis peccato meo: q multum ⁊ magnũ eſt peccatum meũ: ideo indiget magno medico ⁊ ſaluatore ⁊ multa miſericordia. Et ſic tibi ſoli cõuenit ſecundum proprietatem nois: q nõ eſt aliud nomen ſub celo in quo nos ſaluari oporteat. Item Multũ eſt enim: põt referri ad nomẽ Chriſti: q multum eſt potens ⁊ magnum.

Mem. Nun.

**Quis eſt homo qui timet dominũ: legẽ ſtatuit ei in via quam elegit.**

¶ Hic enumerat fructus legis euangelice in futuro. Nam ſicut per legẽ euangelicam conſequimur miſericordiam ⁊ veritatem ⁊ indulgẽtiã peccatorũ: ita in patria cõſequemur fruitionem. Unde dicit: ꝙ ſi quis eſt qui timeat dñm: Dñs ſtatuit ⁊ firmauit ei talem legẽ in hac via quã elegerit. i. Chriſtus ſtatuit omni homini timẽti deũ ꝙ ſi ſeruauerit eam: nõ fruſtrabitur nec decipietur: immo

**Aĩa eius in bonis demorabitur: ⁊ ſemen eius hereditabit terram.**

¶ Anima eius demorabitur in bonis patrie poſt hãc vitam/ ⁊ illis bonis fruetur: ⁊ ſemen eius. ſ. ſemen chriſti. i. oẽs fideles per baptiſmum regenerati hereditabunt terram viuentium.

**Firmamentũ eſt dñs timentibꝰ eum: ⁊ teſtamentum ipſius vt manifeſtetur illis.**

¶ Tale firmamẽtũ ⁊ promiſſum eſt omnibꝰ timentibus eum: ⁊ teſtamentũ ipſius Chriſti/ ⁊ memorale eſt vt manifeſtet illis. i. oĩbus fidelibꝰ: id eſt tale teſtamentũ firmauit Chriſtꝰ ⁊ dimiſit/ vt manifeſtaret oĩbus chriſtianis ꝑ apoſtolos ⁊ doctores: ꝙ oẽs timentes deum ⁊ ſeruantes legem dñi habebunt premium in celo qd erit: quia anima vniuſcuiuſcꝫ iuſti timentis deum ⁊ ſeruantis legẽ euangelicã demorabitur eternaliter in bonis celeſtibꝰ: ⁊ illis fruetur: ⁊ ſemẽ eius. ſ. Chriſti/ hereditabit terram viuẽtiũ. Et ly ſemẽ poteſt referri ad quemlibet timẽtem deũ. Nam ſemen iuſti dicũtur omnes ſequaces ⁊ imitatores eius. Et ſic nos ſumus ſemẽ apoſtolorum: ⁊ omniũ iuſtorũ: ⁊ ſequimur eorum iuſtitiam ⁊ doctrinam. ⁊ ideo dicit Dauid ꝙ anima timentis deum ⁊ ſeruantis legem demorabitur in bonis celeſtibus: ⁊ ſemen eius. ſ. omnes imitatores hereditabunt terram viuentium ⁊c. quia tale teſtamentum firmauit Chriſtus ⁊ ſtatuit. cum dixit. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata.

**Oculi mei ſemper ad dominũ: qm̃ ipſe euellet de laqueo pedes meos.**

¶ Poſtq̃ ſuperius orauit Chriſtũ Adã/ vt dirigeretur in lege dñi/ ⁊ liberaret a peccato/ nunc orat Chriſtũ/ vt in aduẽtu ſuo liberet eũ a fomite ⁊ cauſis ⁊ penalitatibꝰ peccati. ¶ Unde eſt aduertẽdũ/ ꝙ Adã peccando nõ ſolũ incurrit peccatum in anima: ſed etiam multa incõmoda i corpore que cauſant peccatum in anima. Nam illico: fuit priuatus omni libertate ⁊ ſubiectus neceſſitati et miſerie multipliciter. Nam ante caſum tanta erat libertas in voluntate qd poterat ſtare in gratia ⁊ nõ cadere in aliqd peccatũ ſi voluiſſet: q in nulla parte erat leſum liberũ arbitrium: immo erat equale ad vtrũlibet: quia nullum erat intrinſecũ impedimẽtum: q tota ſenſualitas erat ſubiecta rationi. Secundo poterat nõ mori ſi voluiſſet ⁊ non infirmari comendendo de ligno vite quod ad libitũ poſſidebat. Tertio erãt ſibi tã fauorabilia elementa propter aſpectũ celi qd nõ ſentiebat frigus necꝫ intenſum calorẽ. Quarto: q oẽs beſtie erãt ipſi ſubiecte ⁊ nulla ipſi poterat nocere: necꝫ aliquis humanus inimicꝰ poterat aduerſari: fuiſſet eñ ꝑpetua pax ⁊ cõcordia iter hoĩes: ⁊ ꝯformitas volũtatũ: poſtq̃ homo erat cõformis diuine volũtati: q oĩa ſupradicta erant in premiũ originalis iuſtitie. Sed peccãte Adã oĩa ſupradicta perdidit: ⁊ oĩa que erant libera facta ſunt neceſſaria. Nã ſicut ante habuit libertatẽ ſtãdi ⁊ nõ peccãdi ſi voluiſſet: nũc ꝑdita illa libertate habet neceſſitatẽ peccãdi: q taliter fuit corrupta natura ⁊ ſenſualitas in Adã ⁊ pculſa fomite cõcupiſcẽtie/ ꝙ illico fuit facta rebellis rationi: ⁊ prona ad omne malum: ⁊ liberũ arbitriũ fuit leſum ⁊ claudum. Et ſic ſemper caro pugnat



aduerſum ſpiritum: intantum ꝙ ſi liberum arbitrium nõ cõfortaretur ⁊ iuuaretur gratia dei: de neceſſitate traheretur ad libitum carnis ⁊ ſenſualitatis. Et ſic que erat libera a diaboli poteſtate: eſt nunc ipſi ſubiecta: hoc eſt ꝙ poteſtatem quam ratio habebat ante ſupra ſenſualitatẽ ⁊ carnẽ: habet nunc diabolus: niſi ratio ⁊ voluntas ſiue liberum arbitriũ iuuetur per gratiã ad reſiſtendũ diabolo: ⁊ trahendam ſenſualitatem ad ſe/ ⁊ defendẽdam a diabolo ne vincatur tentatione. Et ita pariter totũ corpus incurrit neceſſitatẽ moriendi/ ⁊ patiendi miſerias ⁊ tribulationes ab inimicis viſibilibus ⁊ inuiſibilibus: ⁊ fuit ſubiectum elementis ⁊ motibus celorum. Et ſic omnis libertas verſa eſt in neceſſitatem. neceſſitas enĩ dicitur de necto nectis: qd idem eſt qd ligo ligas: quia homo manet obligatus ad oẽs predictas miſerias. Et ideo orat Chriſtum vt veniat ad liberandum ipſum a prefatis miſerijs tam interioribꝰ ꝙ exterioribus ⁊ viſibilibus per paſſionem ⁊c. Dicit ergo Adam myſticus: oculi mei ſemper erunt eleuati ad dominum Jeſum Chriſtum Meſſiam futurum: vt ipſe euellat ⁊ eruat pedes meos. i. ſenſualitatem/ de laqueo diaboli ⁊ fomite cõcupiſcẽtie. Nam ſicut caro ſiue ſenſualitas illaqueatur cõſentiendo tentationi diaboli: ita volũtas illaqueatur ſi conſentit concupiſcentie ⁊ ſenſualitati. A tali ergo laqueo nõ poteſt homo liberari niſi gratia Chriſti: vt inquit Apoſtolus ad Ro. vij. Ergo Chriſte.

Phe.

**Reſpice in me ⁊ miſerere mei: quia vnicꝰ et pauper ſum ego.**

¶ Reſpice in me. i. reſpice iſtas infirmitates ⁊ multiplices laqueos/ ⁊ miſerere mei dãdo gratiã per baptiſmum ⁊ alia ſacramenta: ⁊ dando gratiã preuenientem ⁊ operantem ⁊ cooperantem: qm̃ ego ſum inops. i. ſine ope ⁊ auxilio: ⁊ factus ſum pauper ⁊ expoliatus omnibus bonis gratuitis/ quando deſcendẽs ab Hieruſalẽ in Hierico icidit in latrones qui non ſolum expoliauerunt: ſed etiã percuſſerunt ⁊ plagis affecerunt/ ⁊ ſemiuiuum reliquerunt. Et ſic

Sade.

**Tribulatiões cordis mei multiplicate ſũt: de neceſſitatibus meis erue me.**

¶ Tribulationes cordis mei multiplicate ſunt: q multiplici plaga fui ſauciatꝰ. Nam expoliatus omni libertate: incidi i ſupradictas calamitates ⁊ neceſſitates. ergo de iſtis neceſſitatibus erue me per gratiam ⁊ eccleſiaſtica ſacramenta in tuo aduentu: ⁊ tandem:

Res.

**Uide humilitatẽ meam ⁊ laborem meum: ⁊ dimitte vniuerſa delicta mea.**

¶ Uide humilitatẽ. i. deiectionem meam/ ⁊ laborem meũ/ id eſt infirmitates meas: ⁊ etiã vide humilitatem ⁊ laborem. i. penitentiam ⁊ contritionẽ meã: ⁊ dimitte vniuerſa delicta mea ꝑ ſupradictas neceſſitates cõmiſſa. Nam ideo dicuntur delicta: q ex tali infirmitate ⁊ neceſſitate cõmiſſa. Unde concupiſcentia ⁊ predicte infirmitates dicunt neceſſitates/ vno modo: q perdita libertate obligati ſumus ad ea ſiue ab eis alio modo q ſunt quidam laquei ad nectendam ⁊ ligandam ⁊ trahẽdã voluntatem ⁊ rationem. Et ideo a talibus neceſſitatibus interioribus orat liberari.

Nota.

**Reſpice inimicos meos qm̃ multiplicati ſunt: et odio iniquo oderunt me.**

j. lxxxv ca.

**Cuſtodi animam meam ⁊ erue me: nõ erubeſcam quoniam ſperaui in te.**

Sin.

¶ Hic petit liberari ab inimicis ⁊ neceſſitatibus exterioribus: ideo ait: Reſpice inimicos meos tã viſibiles ꝙ inuiſibiles: quoniam multiplicati ſũt nam multifarie tentat diabolus ⁊ multipliciter tribulat et perſequitur hominem. Etiã amplius fuit afflictus populus dei ab Adam vſcꝫ ad Chriſtum: ⁊ exinde vſcꝫ ad iudicium. Nã eccleſia ſepe ⁊ ſemper fuit impugnata a iuuẽtute ſua: ⁊ exoſa prauis ⁊ infidelibus: ⁊ ideo ſubdit. Odio iniquo oderunt me. Nam ſemper iniqui oderunt iuſtos: ⁊ infideles fideles. ⁊ quare oderunt me odio iniquo? quia

**Innocentes ⁊ recti adheſerunt mihi: q ſuſtinui te.**

Thau.

¶ Quia inquit innocentes ⁊ recti adheſerunt mihi: et quia ſuſtinui te/ id eſt ideo oderunt me: quia defendebam innocentiam et rectitudinem iuſtitie. Et quia poſui totam ſpem meam in te/ relicta ſpe mundana.

**Libera deus Jſrael: ex omnibus tribulationibus ſuis.**

xij. q. ij. gl'ia epi.

¶ O deus libera Jſrael. i. populum fidelem ex omnibus tribulatiõibus ſuis tam interioribus ꝙ exterioribus: de quibus ſupradictum eſt. Ex quibus patet ꝙ Dauid non orat in hoc pſalmo pro ſe tantum et pro ſuis tribulationibus/ de quibus iam fuerat liberatus: ſed orat Chriſtum prophetice ꝓ toto Jſrael. i. pro toto Adam ⁊ corpore myſtico. Et ſic tota eccleſia orat pro iſto ſtatu: vt liberet filios ſuos a predictis tribulationibus ⁊ neceſſitatibus in Adam perpetratis. Et quilibet peccator orat moraliter Chriſtum caput ſuum in hoc pſalmo/ vt liberet eum a predictis neceſſitatibus/ et peccatis perſonaliter commiſſis: et dirigatur in lege euangelica. Et ſic poteſt exponi primo ꝓphetice. Secundo moraliter. Et ſic etiam eccleſia dicit hunc pſalmum in agenda defunctorum: orans/ vt liberet eos ab illis tribulationibus/ et penis purgatorij.

**JUdica me domine quoniã ego in innocẽtia mea ingreſſus ſum: et in domino ſperans non infirmabor.**

De pe. di. ij. c. cognouerũt. ⁊ cap. ſi etiã.

¶ In hebreo nullus alius titulus preponitur niſi ipſi Dauid ad dnotãdũ ꝙ Dauid fecit hũc pſalmũ dirigẽs ipſum ipſi Dauid. ſ. Chriſto futuro Dauid frequenter in ſcriptura nominato/ vt ſepius dictũ eſt: eo ꝙ in ſolo Chriſto fuerũt reperte ꝑfectiões ⁊ virtutes in hoc pſalmo memorate. ¶ Ad cuius intelligentiam eſt notandum/ quod cum Chriſtus ſit caput ⁊ ſpõſus eccleſie/ ⁊ rex ⁊ ſacerdos: oportuit vt acciperet a patre plenitudinem gratiarũ ⁊ virtutum: vt de eius plenitudine oẽs acciperemꝰ gratiam pro gratia. Et ſic fuit principium ⁊ origo oĩm gratiarum: vt ſuis mẽbris cõmunicaret: ⁊ in oĩbꝰ luceret: ⁊ in eo tanq̃ in ſpeculo ⁊ exẽplari omnes aſpicerẽt. Et ideo inquãtũ rex fuit exẽplar ⁊ regula oĩm regum. Et inquantum ſacerdos fuit norma.

Chriſtꝰ principium gre.

⁊ exemplat omniū ſacerdotū. Et inquantū caput eccleſie fuit norma ⁊ regula omnium membrorum fidelium. Et ideo Chriſtus accepit a patre et habuit in ſe decē perfectiones ⁊ virtutes vt ſuis mēbris communicaret Nam primo fuit Chriſtus innocens ⁊ manſuetus in cōuerſando. Scdo in omnib⁹ habuit deum pre oculis. Tertio caſtus ⁊ mūdus corde ⁊ carne. Quarto miſericors erga delinquentes propter infirmitatem ⁊ fragilitatem eorum. Quinto nunq̄ conſenſit conſilio vanitatis: nec habitauit cum iniquis. Sexto non dilexit prauos: immo eos exprobauit/dicēs: ve vobis Scribe ⁊ Phariſſei. Matth. xxiij. Septimo erga deum fuit mundus ⁊ iuſtus. Octauo in audiendo ⁊ loquēdo de rebus diuinis ⁊ de lege diuina aſſiduus. Nono circa cultum diuinum/⁊ in viſitando templum dei fuit ſolicitus. Decimo in omnibus actibus ſuis diuinum auxiliū implorauit. He ſunt decem conditiones/quas quilibet rex debet habere vt bene regat regnum ſuum: ⁊ quilibet prelatus ⁊ ſacerdos/vt bene regat eccleſiam ſuam ⁊ gregem ſibi commiſſum: et quilibet fidelis vt bene regat ſeipſum/erga deum et proximum. ſ. vt ſemper ſit deo gratus ⁊ acceptus/⁊ cum ceteris iuſte ⁊ cum charitate poſſit cōuenire ⁊ conuerſari. Has ergo debet petere a Chriſto vnuſquiſq̧ rex ⁊ ſacerdos ⁊ fidelis: eo q̄ Chriſtus habet eas formaliter ⁊ per excellentiam a patre. Hoc ergo preuidens Dauid in ſpiritu fecit hunc pſalmum: in quo introducit Chriſtum loquētem ⁊ petentem iſtas decem perfectiones a patre vt poſſet ſuis membris cōmunicare. Unde ait tanq̄ rex ⁊ ſacerdos ⁊ caput eccleſie. O domine pater iudica me iudicio diſcretiōis ⁊ elige me a prauis ſegregando. quaſi dicat: gratias tibi ago qm̄ elegiſti ⁊ ſegregaſti me ab omni prauitate: qm̄ primo ingreſſus ſum in hūc mundum in innocentia ⁊ ſanctitate mea/⁊ non cū prauitate ⁊ malitia. Secundo ideo ſperans in domino nunq̄ infirmabor: immo ſemper ero ſtabilis in omni bono. Et ſic ſemper habeo deum pre oculis ſperando in eo. Tertio

Rex. hec habeat.

**Proba me domine et tenta me: vre renes meos et cor meum.**

xxij. q. ij. prophetauit.

℄ Id eſt da mihi mūditiā carnis ⁊ cordis. Quarto

**Quoniam miſericordia tua ante oculos meos eſt: ⁊ complacui in veritate tua.**

Deſpe. di. ſ. q; dirimi tatū natura.

℄ Miſericordia tua ante oculos meos eſt: q; ſemper fui miſericors omnibus qui ad me venerunt compatiens eorum infirmitatibus ⁊ fragilitatib⁹ vt patet de Chananea ⁊ adultera/⁊ per totum diſcurſum euangelicum. Et ſic ſemper complacui tibi in miſericordia ⁊ veritate. Quinto

**Non ſedi cum conſilio vanitatis: ⁊ cum iniqua gerentibus non introibo.**

xxiiij. q̄. iij. cū q̄b⁹

℄ Nunq̄ ſedi cum conſilio vanitatis. i. nunq̄ volui ſocietatem malorū ſuperborum: nec introibo cum gerentibus iniqua negocia: immo fugi eorū ſocietatem. quaſi dicat auaros ⁊ iniquos nolui in ſocietate mea: ſed humiles ⁊ iuſtos elegi apoſtolos ⁊ diſcipulos. Sexto

lxxxv. diſtin. odio. et xxiij. q. iiij. duo.

**Odiui eccleſiam malignantium: ⁊ cum impijs non ſedebo.**

℄ Odiui ⁊ abieci eccleſiam ⁊ congregationem iudeorum ⁊ omnium aliorum malignantium ⁊ inuidorum. ⁊ non ſedebo cum impijs. i. cum hereticis ⁊ infidelibus: ſed catholicis/⁊ fidelibus. Nec ſedebo cum crudelibus: ſed cum manſuetis ⁊ mitibus. Septimo

**Lauabo inter innocentes manus meas: ⁊ circundabo altare tuum domine.**

**Ut audiam vocem laudis: et enarrem vniuerſa mirabilia tua.**

℄ Lauabo manus meas ⁊ operationes meas inter innocentes ⁊ mundos: ⁊ circundabo altare tuū domine. quaſi dicat: ego cuſtodiam corpus ⁊ cor meum ab oī forde ⁊ ſpurcitia vt mundus ⁊ innocēs poſſim introire altare tuū: ⁊ digne offerre orationes ⁊ oblationes ⁊ ſacrificiū tibi acceptabile: ⁊ vt digne ⁊ deuote audiam vocem laudis tue: quia nō eſt ſpecioſa laus ī ore peccatoris: ⁊ digne enarrē et enumerare poſſim mirabilia tua: q; cui⁹ vita deſpicitur/neceſſe eſt vt eius predicatio/⁊ correctio ꝯtemnat. ergo neceſſe eſt: vt ſim mūdus/⁊ innocēs vt poſſim alios docere/⁊ corrigere. Octauo

**Domine dilexi decorem domus tue: et locum habitationis glorie tue.**

℄ Quia ſemper fui ſolicitus ad cultum diuinum/⁊ ad templum edificandum/⁊ viſitandum/⁊ venerandum. Nono

**Ne perdas cū impijs deus animā meam: et cum viris ſanguinum vitam meam.**

**In quorum manib⁹ iniquitates ſunt: dextera eorum repleta eſt muneribus.**

℄ Id eſt/ne permittas me cū crudelibus/⁊ homicidis/⁊ iracundis ſociari: nec cum eis condēnari: Sed fac q̄ ſim mitis: ⁊ humilis corde. Decimo non permittas me ſociari cū auaris ⁊ falſis iudicib⁹: in quorum manibus ſunt iniquitates. i. q; inique ⁊ iniuſte iudicant/⁊ dextera eorum plena eſt muneribus. i. quia acceperunt munera ꝑ iudicio. Et ſic pecunia corrupti ſunt acceptores perſonarum/ et inique iudicant condemnando innocentem: et abſoluendo reum ⁊ nocentem amore vel odio vel pecunia. Et ideo concludit Chriſtus: licet: iſti falſi iudices/⁊ omnes maligni/⁊ impij velint falſe iudicare/⁊ inique agere:

**Ego autem in innocentia mea ingreſſus ſum: redime me ⁊ miſerere mei.**

Autem pro ſed/ego ingreſſus ſum in hūc mundū in innocentia/⁊ puritate mea ſine peccato: vt poſſim innocentiā/⁊ ꝑfectiōes/⁊ oēs virtutes membris meis cōmunicare ⁊ docere: vt ad me oēs aſpiciant/⁊ diſcant ex me. Et ideo redime me/⁊ miſerere mei in membris meis. i. vt mea membra participent ſupradictas perfectiones.

**Pes meus ſtetit in directo: in eccleſijs benedicam te domine.**

℄ Quia pes meus. i. intētio mea ſemper ſtetit firma in directo. i. in via recta diuinorum preceptorum. Et ideo benedicam te in eccleſijs/⁊ cōgregationibus fidelium. Ex ſupradictis patet/q̄ ſolus Chriſtus ſine defectu habuit ſupradictas. x. perfe



ctiones ⁊ cōditiones/tanq̄ verus rex/⁊ ſacerdos/⁊ caput ⁊ ſponſus eccl'ie. Et ideo oēs reges terre/ debēt has virtutes a Chriſto petere: vt bene ⁊ recte regāt regnū ſuū: ⁊ oēs prelati/⁊ ſacerdotes: vt bene regāt eccl'iam/⁊ gregē ſibi cōmiſſum: ⁊ vnuſquiſq̧ fidelis vt bene regat ſeipm/⁊ ſic vnuſquiſq̧ iſtorum debet dicere hunc pſalmū. Hoc ergo ꝓuidens Dauid iam petebat oia iſta forſan a Chriſto: vt iuſte ⁊ bene poſſet regere regnum ſuum.

**DOminus illuminatio mea: ⁊ ſalus mea: quem timebo?**

**Dominus protector vite mee: a quo trepidabo?**

ſ. q. vij. creſtes Ars de ſenſor.

℄ Huic pſal. ꝓponit talis titul⁹ in Hebreo. ſ. Ipſi Dauid/ſine aliquo additamēto. In biblijs aūt noſtris reperit ſic. In finē pſ. Dauid priuſq̄ liniret. Sed forſan hoc additū eſt ab aliquo ſcriptore latino: eo q̄ dicit Hiero. in ꝓlogo hui⁹ libri q̄ Dauid fecit hūc pſalmū poſt mortē Saulis/anteq̄ vngeretur in regē/⁊ ſic poſſet indifferenter intelligi de ſcda vel tertia vnctiōe. ℄ Et ſic dicūt q̄dā Hebrei ⁊ etiā catholici q̄ Dauid fecit hūc pſalmū / poſtq̄ adeptus eſt regnū. Uñ dicunt q̄ qñ deus ꝓmouet aliquē ad aliquā dignitatē: cōiter dat ſibi gratiā: vt poſſit exequi/⁊ regere illam/⁊ miniſterium ſibi cōmiſſuz. Et ideo Dauid deuote ſe ꝑparanit ad recipiendū illā gratiā. Et ideo fecit hunc pſalmū/in quo tria facit. Nā primo petit cōſtantiā ꝯtra impedientes. Scdo petit gratiā vt diligenter ampliet cultū diuinū. Tertio petit ꝑſeuerātiā: vt dictū finē cōſequat. Et ſic tā Hebrei/q̄ quidā catholici literaliter exponunt iſtū pſalmū ꝓ ipſo Dauid iuxta ſententiā ſupradictā. Sed licet litera hui⁹ pſalmi poſſet aliquo modo ſnie ſupradicte applicari: tñ talis preciſe literalis expoſitio non euacuaret intentū ꝓphete: q; Dauid non fuit minus ꝓpheta in hoc pſalmo/q̄ in ceteris. Et ideo eſt aduertendū/ q̄ qñ Dauid fluctuabat in ꝑſecutiōe Saulis/multotiens vouit deo/⁊ ꝓmiſit in corde ſuo: q̄ ſi deus liberaret euz ab illa ꝑſecutione/⁊ ſublimaret ipm in regnū: q̄ ipe edificaret tēpluz dño/⁊ reponeret arcam in eo: et ordinaret/⁊ ampliaret diuinū cultum. Et ideo poſtq̄ adeptus eſt regnū poſt mortez Saulis ilico decreuit adimplere votum de tēplo edificando: ſed quia fuit ſibi prohibitum/⁊ fuit ſibi facta promiſſio de templo/et eccleſia edificanda per Chriſtū: ideo in contēplatione illius ꝓmiſſiōis fuerſit ſibi facte multe reuelatiōes de diſcurſu/⁊ ꝑfectu eccleſie Chriſti. Inter quas reuelationes ꝓuidit in ſpiritu/qualiter poſt redēptionē/et liberationē gñis humani/eccleſia Chriſti erat paſſura multas afflictiōes/⁊ perſecutiōes ꝑ imperatores/⁊ tyrannos: ſed finaliter ꝑ cōuerſionē Conſtantini liberata/debebat ſublimari ſup oia regna mundi/⁊ habere libertatē edificandi eccleſias per oēs partes mundi/quas reges/⁊ imperatores debebant multis diuitijs ornare/⁊ ditare/⁊ diuinuz cultū ampliare. Hoc ergo ꝓuidens Dauid in ſpiritu/in ꝑſona totius eccl'ie fecit hūc pſalmū: in quo tria facit. Naz primo iſte homo myſticus agit deo gratias ſe ꝑ Chriſtū eſſe liberatū nō ſolū de poteſtate diaboli: ſed etiaz de ꝑſecutione tyrannorū et infideliū. Scdo cupit implere deſyderiū ſuū de eccleſia ꝑ Chriſtū edificanda/⁊ de cultu diuino ampliādo: ⁊ de eccleſijs ꝯſtruēdis/⁊ reparādis tēpore Cōſtantini. Tertio petit in tali diuino cultu/⁊ ꝓſperitate ꝑ diuinū auxiliū ꝑſeuerare ⁊ conſeruari. Scda ibi: Unam petij. Tertia ibi: Exaudi domine.

Dici ſo pi.

n

Nota.

℄ Dicit ergo eccl'ia/Multa mala paſſa ſum ab infidelibus tēpore legis ⁊ ꝓphetarum/⁊ etiā a diabolo expectādo Chriſtū redēptorē: Sz nūc poſtq̄ redēptor meus venit in carnē/⁊ dedit mihi lumen ad intelligendā ſcripturā/⁊ dedit mihi eccleſiaſtica ſacramenta ad delenda peccata: et poſtq̄ dñs meus Jeſus Chriſtus eſt illuminatio mea tollēdo oēm ignorantiā ⁊ cecitatē/⁊ eſt ſalus mea tollendo omne peccatū ergo quē amplius timebo? q. d. nulluz. Itē poſtq̄ dñs Jeſus Chriſtus eſt ꝓtector vite mee in ꝑſecutione tyrannorū ad repellendos eorū incurſus/a quo trepidabo? quaſi dicat a nullo: q; talibus armis donorū ſpūs ſancti/⁊ ſacramētorū muniuit me/q̄ nullū amplius timebo: immo dum ipſi inimici mei tyranni nocentes. i. volentes me diſſipare appropiant ſup me: vt edant carnes meas: ipſi infirmati ſunt ⁊ ceciderunt victi. Unde hoc dicit ꝓpheta propter Diocletianum/⁊ Maximianū ⁊ alios tyrannos: qui volebant cogere chriſtianos ⁊ martyres ad adoranda idola: ſed dū hoc chriſtiani recuſabāt: tunc tyranni adhibebant eis tormenta intolerabilia/⁊ etiā dabant ipſos martyres leonibus ⁊ ceteris feris deuorandos: ſed finaliter oēs illi tyranni mala morte perierunt/et eccleſia ꝓualuit/⁊ tota gētilitas cōuerſa eſt ad fidem poſt conuerſionē Conſtantini: vt patet per totum diſcurſuz eccleſiaſtice hiſtorie. Dicit ergo iſte homo myſticus.

Nota.

**Dum appropiant ſuper me nocentes: vt edant carnes meas.**

**Qui tribulant me inimici mei: ipſi infirmati ſunt ⁊ ceciderunt.**

vj. q. ſ. c. ſumma. et de peñ. diſti. ſ. homicidiorū.

℄ Quod cū iſti inimici mei nocentes/appropiāt/⁊ adhibent beſtias feras: vt edant carnes meas: eo q̄ nolebā Chriſtū abnegare/tunc ipſi infirmati ⁊ victi ꝑ chriſtū ſupati ceciderunt a dignitate/⁊ ſupbia ſua/⁊ dominio. Naz Nero ⁊ Domitianus ſeipōs interfecerunt: ⁊ Maxentius/⁊ Diocletianus/⁊ Dacianus/⁊ Maximianus/victi ceciderūt/⁊ miſerabili morte perierūt. Et oēs alij principes ppl'i gētilis a ſua ſupbia ceciderunt / ⁊ colla iugo fidei ſubiecerunt. Itē iudei Chriſti crucifixores/⁊ apoſtolorū ꝑſecutores a regno/⁊ ſacerdotio ceciderūt/⁊ ciuitas eorū fuit deſtructa/⁊ ꝑ Romanos templum fuit incenſum/⁊ ſic ipſi qui ante erant ſuperbi: ⁊ mundanis diuitijs repleti fuerūt infirmati/⁊ diminuti/⁊ in contemptum/⁊ abominationē dediti: ⁊ in ſubiectionē/⁊ captiuitatem per totum mundum diſperſi. ℄ Dicit ergo iſte homo myſticus. Si dñs meus Jeſus Chriſt⁹ fuit illuminatio mea mihi dando legem euangelicam / que tollit omnem ignorantiam/⁊ delet omne peccatū/⁊ fuit protector meus me a captiuitate diaboli liberando: ⁊ fuit adiutor meus contra potentiam tyrannorum / et regum/et imperatorum/et eos vicit/et ſuperauit: ergo deinceps

**Si conſiſtant aduerſum me caſtra: non timebit cor meum.**

**Si exurgat aduerſum me prelium: in hoc ego ſperabo.**

xiij. q. ij. c. maxima. nũs ⁊. ſ. q. ſ. per totum.

℄ Si cõſiſtant aduerſum me caſtra dominiorũ/⁊ oĩm inimicorũ eccleſie/iã nõ timebit cor meũ. Et ſi exurgat aduerſum me totũ prelium hereticorũ/⁊ ſarracenorum ⁊ antichriſti/⁊ ceterorũ prauorũ/ nõ timebo eos/q2 in hoc redẽptore meo ego ſperabo ⁊ cõfidã: Nã ſicut liberauit me de poteſtate diaboli/⁊ dira pſecutione tyrannorũ/⁊ imperatorũ/ qui toti mundo dominabant̃/⁊ eos fidei ſubiecit: Ita a fortiori cum eius auxilio/⁊ gratia/⁊ fortitudine liberabit me de quacunq3 futura perſecutione/⁊ ſic nullum timebo.

De conſe. di. v. nõ mediocriter.

**Unam petij a domino: hanc requiram: vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vite mee.**

℄ In hac ſcda parte iſte homo myſticus petit pſicere in cultu diuino poſtq̃ liberat⁹ eſt de poteſtate diaboli ꝑ paſſionẽ Chriſti/⁊ liberat⁹ eſt de pſecutione tyrannorũ ꝑ eius gratiã/⁊ auxiliũ. Uñ dicit poſtq̃; ego fui illuminat⁹ ⁊ liberat⁹ ꝑ paſſionẽ dñi mei Jeſu Chriſti: ⁊ fui liberat⁹ a pſecutione tyrannorũ/⁊ ſubieci/⁊ ſuperaui eos cũ auxilio diuino: iã intendo ⁊ deſydero quieſcere/⁊ vacare diuino cultui/⁊ cõtemplationi/⁊ augere diuinũ cultũ/⁊ edificare eccleſias. Et ideo vnã gratiã/⁊ vnã petitionem petij a dño Jeſu Chriſto: ⁊ hanc requirã ſemꝑ/⁊ in hac petitione pſeuerabo: ſcilicet vt inhabitem in domo domini. ſ. in eccleſia omnib⁹ diebus vite mee. quam eccleſiam Chriſtus cõſtituit/ in qua ſola/ſolus deus adoratur/⁊ per fidez videtur. Et ideo deſydero habitare in ea.

Al's ꝓtegar i tẽplo.

**Ut videam voluntatem domini: ⁊ viſitem templum eius.**

℄ Quia in iſta ſola eccleſia declaratur voluntas domini ꝑ legẽ euangelicam. Et in ſola eccleſia ſaluantur fideles per eccleſiaſtica ſacramenta. Nam extra ipſam eccleſiam Chriſti nulla eſt ſalus nec medicina/nec premium/nec meritum; quoniã dominus meus Jeſus Chriſtus/quando me ad fidẽ vocauit: ⁊ gratia baptiſmali regenerauit.

xc. iij. di. legimus. et j. q. j. multo.

**Quoniã abſcondit me in tabernaculo ſuo: in die malorum protexit me in abſcondito tabernaculi ſui.**

℄ Tunc abſcondit me/⁊ vallauit me in tabernaculo ſuo intra muros eccleſie/qui ſunt/ſpes/fides/⁊ charitas. Et protexit me in abſcondito tabernaculi ſui in die malorum. i. in tempore perſecutionũ. ℄ Unde in triplici die malorum protexit Chriſt⁹ fideles ſuos in abſcondito/⁊ gremio tabernaculi ſui. Primo/in die malorũ peccati originalis: quãdo per baptiſmum introducit eos in eccleſiam liberando de poteſtate diaboli. Secundo in die malorum peccatorũ mortalium: quando per penitẽtiam eos reconciliat: ⁊ etiã quando per confirmationem armis donorum ſpiritus ſancti/contra demonum incurſus eos armat: ⁊ armatos protegit. Item ꝓteget etiam eos in die malorũ/ſcilicet in die iudicij/q2 oẽs ⁊ ſoli qui reperientur in gremio eccleſie/ſaluabuntur: ceteri autem extra gremiũ eccleſie repetti in ignem eternum deſtinabuntur.

Item Chriſtus protexit eccleſiam in die malorũ/⁊ tẽpore tyrannorũ. Et ideo iſte homo myſtic⁹ agit gratias Chriſto: q2 ꝓtexit ipſũ in tabernaculo eccleſie in iſto triplici die malorum. i. de triplici periculo/puta ingreſſu huius mundi/et progreſſu/et egreſſu. Et ideo ſubdit/

**In petra exaltauit me: ⁊ nunc exaltauit caput meum ſuper inimicos meos.**

℄ Ego teneor ſupple gratias agere deo: qm̃ in petra q̃ eſt Chriſtus exaltauit me/⁊ fundauit/⁊ dignificauit me mẽbrum Chriſti faciendo/⁊ mihi nomẽ chriſtiani largiẽdo/qð eſt nomen dignius ſuꝑ oẽ nomẽ. Et ſic exaltauit caput meũ/⁊ nomẽ/⁊ dignitatẽ/⁊ honorez ſuper omnes inimicos meos: quia non ſolum me fecit digniorem eis: ſed etiã omnes mihi ſubiecit. Et ideo gratias agendo

**Circuiui et immolaui in tabernaculo eius hoſtiam vociferationis: cantabo ⁊ pſalmũ dicam domino.**

℄ Circuiui eccleſiam in toto orbe diffuſam: ⁊ cãtabo Chriſto meo hoſtiam vociferationis. i. offerã deo patri hoſtiam/⁊ ſacrificium euchariſtie/cum vociferatione/⁊ cõfeſſione laudis/⁊ dicam dño/⁊ cantabo pſalmũ in laudẽ/⁊ honorem ſui/pro vniuerſis beneficijs receptis. Nã cõſtituam/⁊ celebrabo dies feſtos in eccleſia/in memoriam incarnationis/⁊ natiuitatis/⁊ paſſionis/⁊ reſurrectionis/et aſcenſionis dñi mei Jeſu Chriſti/⁊ ſingulis feſtiuitatib⁹ dedicabo/⁊ cantabo propria officia: in quibus explicabuntur myſteria ſupradicta/⁊ beneficia mihi collata/⁊ offeram ſacrificiũ euchariſtie: quod in lege veteri fuerat figuratum. Que omnia ſupradicta fuerũt impleta poſt cõuerſionẽ Cõſtantini: vt dictũ eſt pluries/q̃ edificauit/⁊ ampliauit eccleſiam/⁊ diuinum cultum per totum orbem.

**Exaudi dñe vocem meam qua clamaui ad te: miſerere mei ⁊ exaudi me.**

**Tibi dixit cor meũ: exq̃ſiuit te facies mea: faciem tuam domine requiram.**

℄ In hac tertia parte petit eccleſiaz conſeruari/⁊ perſeuerare in diuino cultu ꝑ auxiliũ gratie. Unde ait. Exaudi domine vocem meam qua clamaui ad te/⁊ miſerere mei in collata proſperitate cõſeruanda/⁊ exaudi me: quia ſemper peto in orationibus meis: vt peccatores conuertas: vt proficiant/ et proficientes conſerues: vt perficiant: et totam eccleſiaz liberes ab inimicis: vt tibi in pace ⁊ q̃ete deſeruiat. Unde hoc tibi ſemper dixit ⁊ orauit cor meum: ⁊ facies id eſt conſcientia mea ſemper exquiſiuit te: ⁊ ſic requirã ſemper faciẽ tuã: vt oſtendas mihi auxiliũ miſericordie tue. Et ideo rogo/

**Ne auertas faciem tuam a me: ne declines in ira a ſeruo tuo.**

℄ Ne auertas faciem tuam/id eſt gratiam ⁊ auxilium tuum a me: et ne declines in ira a ſeruo tuo/ id eſt ne velis me repellere propter aliquod peccatum cõmiſſum: Sed da mihi gratiã: vt reuertãr ad te per gratiam ꝑuenientẽ: ⁊ maneam in te per gratiam cooperantem ⁊ perficientem.

**Adiutor meus eſto ne derelinquas me: neq3 deſpicias me deus ſalutaris meus.**

℄ Eſto adiutor meus: ⁊ ne derelinquas me: quia ſi tu dereliqueris me gratiam ſubtrahendo: aut negando: tunc ruar ⁊ precipitabor in omne malum: ergo tu qui es deus ſalutaris ⁊ redemptor meus: ne derelinquas me: quoniã nullũ alium habeo redemptorem ⁊ adiutorem.

xv. q. ſ. c. illud ꝓ eque

**Qm̃ pater meus ⁊ mater mea dereliquerunt me: dñs autem aſſumpſit me.**

℄ Primus pater meus Adã: ⁊ mater mea Eua: et etiam parentes qui me genuerunt dereliquerunt me nudum: ⁊ bonis gratuitis expoliatũ: ⁊ plagis impoſitis ſauciatum ⁊ vulneratum: Quoniã in iniquitatibus conceptus ſum: ⁊ in peccatis concepit me mater mea: ⁊ ſic in poteſtate diaboli derelict⁹: ⁊ captiuus: ⁊ venũdatus: ſed domin⁹ meus Jeſus Chriſtus liberauit me: et redemit me: ⁊ aſſumpſit me in adoptionẽ filiorũ: ⁊ membrũ ſuum me fecit per paſſionem ſuam: ⁊ per baptiſmũ regenerauit me. Item pater meus populus gentilis: et mater mea ſynagoga dereliquerũt me: quia relictis idolis gẽtilitatis: ⁊ relictis cerimonijs vete. le. ex duobus populis in vnam eccleſiam congregauit me. Et ſic ipſe Chriſtus factus eſt caput meum: et ego membra eius. Et ideo iſte homo myſticus conuerſus ad Chriſtum dicit. O domine poſtq̃ iam liberaſti me: ⁊ aſſumpſiſti me de poteſtate diaboli: et de perſecutione tyrannorum:

de pſe. diſ. iiij. nec quẽq̃.

**Legem pone mihi domine in via tua: ⁊ dirige me in ſemita recta propter inimicos meos.**

℄ Pone mihi legem in via tua. i. da gratiã: vt valeam legem tuã obſeruare. Quia ſine gratia tua: nemo poteſt malũ vitare: nec bonũ opari: ⁊ ideo Dirige me in ſemita recta tue euãgelice doctrine: ne deuiem a lege tua: ⁊ ne recedã a voluntate tua: ⁊ fac hoc ꝓpter inimicos meos tã viſibiles q̃ inuiſibiles: q̃ me a tua lege conant̃ auertere. Et ideo da mihi gratiã: vt eorum poſſim incurſus pellere. Et

de pſe. diſ. iiij. ſicut in ſacris.

**Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam inſurrexerunt in me teſtes iniqui: ⁊ mentita eſt iniquitas ſibi.**

**Credo videre bona domini: in terra viuentium.**

℄ Ne tradideris me. i. ne tradi permittas in animas. i. in deſyderia iſtorũ inimicorũ tribulantium me: qm̃ teſtes iniqui inſurrexerunt in me. Primo teſtes iniqui contra caput meũ Chriſtũ falſa crimina imponẽdo. Secundo cõtra eius mẽbra dicendo q̃ erant Magici: ⁊ Necromãtici: vt ptz in eccleſiaſtica hiſtoria: ⁊ hyſtorijs ſanctorũ martyrũ: ⁊ virginum: ⁊ tñ mentita eſt iniquitas iſtorũ inimicorum eccleſie: q2 ꝑualuit veritas: ⁊ euanuit iniquitas. Et ideo dicit iſte homo myſticus: lʒ iſti inimici inſurgerent in me: falſa crimina imponendo: tñ ego opprobria patiẽter tolerabã: recordatus illi⁹ promiſſionis: ⁊ doctrine magiſtri mei chriſti qui dixit: Beati eritis cũ maledixerint vobis hoĩes: ⁊ perſecuti vos fuerint: ⁊ dixerint omne malũ aduerſum vos mentientes ꝓpter me: gaudete: ⁊ exultate: qm̃ merces veſtra copioſa eſt in celis. propter hãc ergo ꝓmiſſionẽ: q2 credo videre bona dñi mihi promiſſa in terra viuentiũ: ꝑ redẽptorẽ meũ Chriſtũ: iõ patienter paſſus ſuʒ opprobria: ⁊ ſupradicta tormenta mihi illata: ⁊ crimina mihi falſo impoſita.

v. q. ſ. ca. ſunt plurima.

**Expecta dñm: viriliter age: et confortetur cor tuum: ⁊ ſuſtine dominum.**

℄ In hoc vltimo verſiculo ꝓpheta Dauid exhortatur: ⁊ cõcludẽdo confortat ſeipſum: ⁊ oẽs fideles ad perferendas oẽs perſecutiones ꝓpter Chriſtuʒ ⁊ veritatẽ: vt ponãt ſpem: ⁊ fiduciã in eo in oĩbus tribulationibus. Unde dicit: O tu fidelis expecta dñm Jeſum Chriſtũ: ⁊ cõfide: ⁊ pone fiduciã: ⁊ ſpẽ in eo in oĩbus tribulationibus ſicut ego feci: ⁊ age viriliter ſuſtinendo: ⁊ defendendo fidẽ Chriſti: et veritatẽ: ⁊ confortetur cor tuum contra tyrannos ⁊ inimicos: ⁊ ne deficias: ⁊ ſuſtine dñm. i. pone ſpẽ in eo: qm̃ ipſe liberabit te ſicut liberauit me. Nam licet ad tẽpus permittat iuſtos affligi: tñ finaliter liberat eos de manibus inimicorũ. Itẽ nõ confidas nec preſumas de tuis viribus: ⁊ tua iuſtitia: ſed per te gratiam ℄ Totus etiã iſte pſalmus poteſt exponi moraliter de quolibet penitente: qui agit grãs ſe per penitẽtiã eſſe illuminatũ: ⁊ a pctõ liberatũ: ⁊ petit gratiã: vt intra gremiũ eccleſie ſaluet̃ ⁊ cõſeruet̃ per auxiliũ gratie. Itẽ põt etiã exponi pro quocunq3 in tribulationibus afflicto: qui petit illuminari ⁊ liberari. Itẽ poteſt etiã exponi ꝓ quocunq3 fideli exiſtẽte in purgatorio: qui agit gratias ſe ab hoc ſeculo cũ penitentia diſceſſiſſe: ⁊ a culpa liberatum fuiſſe: ⁊ petit liberari per ſuffragia eccleſie: ⁊ petit videre bona dñi in terra viuentium: ſcʒ in gloria celeſti: liberatus ab illis penis. Et ideo eccleſia cantat hunc pſalmum in agenda defunctorum. Itẽ vnuſquiſq3 fidelis poteſt dicere etiã quotidie hũc pſalmũ vt deus cõſeruet ipm̃ in grã: quã in baptiſmo: aut per penitentiã ſemel accepit.

vſ. q. ſ. c. ſi cie. xl. diſt. q̃ auci.

**Ad te dñe clamabo: deus meus ne ſileas a me: nequando taceas a me: et aſſimilabor deſcendentibus in lacum.**

℄ Titul⁹: Ipſi Dauid. Ex titulo apparet q̃ Dauid fecit hunc pſalmũ: ſed de materia ei⁹ eſt vari⁹ modus dicendi apud Hebreos: ⁊ quoſdã catholicos. Nã quidã dicũt q̃ Dauid fecit hunc pſalmũ petẽs liberari de pſecutione ipſius Saul. Alij dicunt: q̃ fecit ipſum qñ fugit a facie Abſalon: ⁊ aſcendẽs in montẽ oliuarũ: ⁊ cõuertens faciẽ ſuã verſus Hieruſalem: extollebat manus ſuas verſus locũ: vbi erat tabernaculũ: ⁊ orabat deũ: ne traderet̃ in manus inimicorũ. Et iõ dicit: Exaudi vocẽ meã dñ extollo manus meas ad tẽplum ſanctũ tuum. ⁊ ſic exponunt iſtum pſalmũ lr̃aliter: preciſe de illa pei ſecutione. Sed licet illa potuerit eſſe cauſa: vnde Dauid cepit occaſionem ad faciendum iſtum pſalmũ: tamen non eſt ſiſtendum in tali preciſa literali expoſitione: ſed eſt tranſeũdum ad propheticã intelligentiam. Et ideo eſt dicendum q̃ Dauid in tali perſecutione preuidit totuʒ myſterium paſſionis: et reſurrectionis Chriſti. Et ideo fecit iſtum pſalmuʒ in quo tria facit. Nã primo in perſona Chriſti petit liberari ab inferno: et ſepulchro: per glorioſam reſurrectionem. Secundo petit vltionem de crucifixoribus iudeis: predicendo eorum dãnatio-

m

nem: ⁊ ſue ciuitatis deſtructionẽ. Tertio agit gra-
tias de beneficio reſurrectionis adepto. Secunda
Not. de ibi. Da illis. Tertia ibi. Benedictus dñs. ❡ Dicit
xpi re- ergo Chriſtus ad patrem. O dñe pater ego clama-
ſurre- bo ad te ꝓ me: ⁊ toto genere humano in menſa: qñ
ctione. rogabo pro omnibus membris meis. Joã. xvij. et
etiam clamabo in horto per trinam orationem ro-
gando pro omnibus fidelibus. Rogo ergo ne ſi-
leas ⁊ ne taceas a me: immo annue ⁊ cõcede ꝙ me
reſuſcites a mortuis: ne aſſimiler deſcendentibus
in lacum. Unde nota: ꝙ ſicut reſpodere: ⁊ annue
re petenti: eſt facere vel promittere: Jta tacere et
non reſpondere petenti: eſt quaſi negare. Et ideo
Chriſtus petens reſurrectionem a patre dicit ne ſi-
leas: ⁊ nequando taceas. i. non renuas nec neges:
ſed fac quod peto. i. reſuſcita me a mortuis: ⁊ libe-
ra me: ⁊ per paſſionem ⁊ reſurrectionẽ meã libera
fideles a pctõ. Et nota ꝙ illud aduerbium ne itera
tur: ⁊ preponitur illi verbo aſſimilabor: et poni-
tur futurum indicatiui pro optatiuo: quaſi dicat
nequando taceas: ⁊ ne aſſimiler deſcendentibꝰ in
lacum. Nam ſi tu non reſuſcitaueris me: ero ſimi-
lis deſcendentibus in lacũ: que pena mihi non de-
betur: quia ego ſum ſolus inter mortuos liber. Et
ſic non ſum debitor mortis: ſed immunis: quia non
peccaui in Adam. Sed volo ſponte mori ꝓ omni-
bus meis mẽbris: vt faciam voluntatẽ tuam. Sed
nõ debeo in inferno manere: nec corpus meum in-
cinerari: reſuſcitã ergo me ad vitam glorioſam: et
non ero ſil'is alijs peccatoribus deſcendẽtibꝰ in la
cum inferni. nam licet deſcenderim in infernũ: ta-
men nõ ex debito: nec vt ibi maneã: ſed vt limbũ: ⁊
purgatoriũ expoliẽ: ⁊ ceteros liberem.

de ꝯſe. diſ. iiij. **Exaudi domine vocem deprecatiõis mee**
gratia. **dum oro ad te: dum extollo manus meas**
xiiij. q. iiij. qd **ad templum ſanctum tuum.**
faciet. **Ne ſimul tradas me cum peccatoribus:**
2 Hiere. **et cum operantibus iniquitatem ne per-**
x. c. **das me.**

**Qui loquuntur pacem cum proximo ſuo:**
**mala autem in cordibus eorum.**

❡ Exaudi ergo domine vocẽ deprecationis mee:
dum oro ad te in menſa: ⁊ in horto: ⁊ dũ extollo ma
nus meas extenſas in cruce ad templum ſanctum
tuum: id eſt maieſtatem diuinitatis tue orando ne
ſimul tradas me: id eſt membra mea cum peccato
ribus: ⁊ ne perdas me cum operantibus iniquita-
tem ad damnationem perpetuam deſtinãdo. Qui
quidem peccatores operantes iniquitatem ſunt.
Scribe ⁊ phariſei: qui loquuntur pacem cum pro-
ximo ſuo. ſ. mihi: qui eram proximus eorum de tri-
bu ſua: ⁊ loquebantur mihi cum pace ſimulata: et
doloſa dicentes: Magiſter ſcimus: quia verax es:
et viam dei in veritate doces ⁊c. Et tamen mala
erant in cordibus eorum: qui hoc dicebant: vt me
caperent in ſermone: et me poſſent accuſare. Et ſic
impoſuerunt mihi crimen leſe maieſtatis: puta ꝙ
xxiij. q. eram rebellis Ceſari: ⁊ ſeminabam ſeditionem in
iiij. ca. populo.
quid fa **Da illis ſecundum opera eorũ: ⁊ ſecunduz**
ciet. et **nequitiam adinuentionum ipſorum.**
ca. ſeq.

**Secundum opera manuum eorum tribue**
**illis: redde retributionem eorum ipſis.**
**Quoniam non intellexerunt opera domi-**
**ni: et in opera manuum eius deſtrues illos**
**⁊ non edificabis eos.**

❡ Hic petit vltionẽ de crucifixoribus pdicendo eo
rũ deſtructionẽ dicens: O domine pater poſtꝗ ſu-
pradicti iudei ita doloſe: ⁊ inique proceſſerunt con
tra me: ⁊ volunt manere obſtinati in ſua iniquita-
te ⁊ cecitate: ergo da illis debitam: ⁊ meritam pe-
nam ſm opera eorũ: qr fuerunt homicide: ⁊ ſecun-
dum nequitiam adinuentionum ipſorum: qr cum
iniquitate ⁊ dolo: ⁊ mendacio: ⁊ falſo crimine pro-
curarunt mihi mortem: et tribue illis penam ſm
opera manuũ eorum: ⁊ redde retributionem eorũ
ipſis: nam pena debita eorum eſt: vt ſicut ipſi vo-
luerunt me de terra delere: ita deleant̃ de terra vi
uentium: quantũ ad aĩam: ⁊ expulſi a ſedibus eo-
rum vadant diſperſi: ⁊ captiui per mundũ: quantũ
ad corpus: Jtẽ redde retributionẽ eorũ ipſis. i. red
de eis oẽs maledictiones: q̃ ſcribunt̃ in lege: ⁊ pro-
phetis: cõtra eos q̃ non erant recepturi Chriſtũ in
lege ꝓmiſſum: qm̃ iſti iudei non intellexerũt õpa: ⁊
miracula q̃ ego feci: ꝑ que poterãt cognoſcere me
eſſe meſſiam in lege ꝓmiſſum: ſicut ſcriptũ erat in
lege: ⁊ prophetis. Quã ſcripturã nõ itellexerũt: eo
ꝙ excecauit eos malitia eorũ: ne intelligerẽt ſacra
menta dei. Et ideo in opera manuũ eius. i. ſm ope-
ra ipſius populi deſtrues illos: ⁊ nunꝗ reedifica-
bis eos. Nam licet ante multotiens fuerint deſtru
cti: puta ꝑ Chaldeos: ⁊ Antiochum: tñ reedificaſti
eos ꝑ Neemiam: ⁊ Machabeos. Sed in iſta tertia
deſtructione facta ꝑ Romanos: in vindictam mor-
tis Chriſti: nunꝗ reedificabis eos: ſed vſq3 ad con-
ſummationem: ⁊ finem ſeculi perſeuerabit ſtatuta
deſolatio Danielis. ix. ⁊ ſic nunꝗ erit tertiũ tẽplũ.

**Benedictus dominus: quoniaz exaudiuit**
**vocem deprecationis mee.**
**Dñs adiutor meus ⁊ protector meus: ⁊ in**
**eo ſperauit cor meum ⁊ adiutus ſum.**
**Et refloruit caro mea: ⁊ ex voluntate mea**
**confitebor ei.**
**Dominus fortitudo plebis ſue: et prote-**
**ctor ſaluationum chriſti ſui eſt.**

❡ Jn hac tertia parte Chriſtꝰ agit gratias patri:
quia fuit exauditus pro ſua reuerentia: quia recu
perauit vitam glorioſam pro ſe: ⁊ ſuis membris ꝑ
reſurrectionem. Unde dicit. Benedictus dominus
deus pater meus: quoniam exaudiuit vocem de-
precationis mee: ⁊ fuit adiutor ⁊ protector meus.
Et ideo cor meum ſperauit in ipſo: ⁊ adiutus ſum
ſicut petebam. nam caro mea que erat mortua in
ſepulchro: refloruit per reſurrectionem ad vitam
floridam et glorioſam. Et ideo ex tota voluntate
mea: ⁊ toto corde: et affectu: confitebor ei confeſ-
ſione laudis: memorando ⁊ referendo omnia bene
ficia recepta: tam redẽptionis: ꝙ reſurrectionis:
qm̃. ipſe eſt fortitudo plebis ſue: ⁊ protector ſalua-
tionũ Chriſti ſui. i. omniũ mẽbrorum filij ſui: qr per
paſſionem eius oẽs fideles liberauit a maledicto



peccati / ⁊ debito pene eterne. Deinde cum dicit.
pe cõſ. **Saluum fac populum tuũ domine: et be-**
diſt. ij. **nedic hereditati tue: ⁊ rege eos et extolle**
iterat. **illos vſq3 in eternum.**

❡ Chriſtus rogat patrẽ. vt recipiat eius mortez ⁊
paſſionẽ ⁊ ſanguinẽ in pretiũ ⁊ redemptionẽ ppl'i
ſui / ⁊ recipiat eos in hac eccleſia per gratiã / ⁊ in fu
tura per gloriã. Unñ ait. O dñe pr̃ ſaluum fac ppl'm
tuum / meã paſſionẽ ꝑ eiꝰ redẽptione acceptãdo / ⁊
bñdic hereditati tue / quã tanto labore acquiſiui / ⁊
recuperaui eã a maledicto peccati / ⁊ a ſentẽtia da
ta in Adam abſoluendo: ⁊ poſtꝗ iſte populus eſt
hereditas tua: rege eos in hac eccl'ia per legez euã
gelicam / ⁊ eccleſiaſtica ſacramenta in gratia cõſer
uando. Et poſt hãc mortalem vitam extolle / ⁊ exal
ta eos vſq3 in eternum vitam ⁊ felicitatem eternã
in celo eis conferendo.

J. q. ſ. c. **Afferte domino filij dei: afferte**
ſit nõ- **domino filios arietum.**
nulli. ❡ Titulus / Pſal. Dauid in cõſumma-
tiõe tabernaculi. Ex quo titulo appa-
ret ꝙ Dauid fecit iſtuz pſal. in cõſummatiõe taber
naculi vel templi qđ p̃cepit edificari ꝑ Salo. Hie.
autem dicit ꝙ Dauid fecit iſtum pſal. in cõſumma
tione tabernaculi lignei: qđ ꝑpe domum ſuã con-
ſtruxit / ⁊ in eo arcã recõdidit: ⁊ ꝙ inuitat oẽs fide
les ad cultum diuinum qui fiebat in illo taberna-
culo. Sz Ra. Sal. ⁊ cõiter oẽs Hebrei dicunt ꝙ Da
uid in hoc pſalmo inuitat etiã totum ppl'm ad offe
rendum oblatiões / ⁊ oẽs ſacerdotes ad offerendũ
ſacrificia: ⁊ oẽs Leuitas ad cãtandum pſalmos / et
laudes in templo per Salo. edificãdo poſt eã con-
ſummatiõem. Rabi aũt Cãhi Barchinonenſis di-
cit in gloſſa huius pſalmi / ꝙ Dauid p̃uidens in ſpũ
mirabilia q̃ facturus erat rex meſſias in ſuo aduẽ
tu / fecit hunc pſal. in quo inuitat oẽs iudeos: vt ſe-
quantur euz in ſuo aduentu / ⁊ offerãt ſacrificia in
templo qđ dz edificari in Hierl'm. Et dicit ille meſ
ſias dz facere cum voce ſua mirabilia / q̃ ſcribũtur
in hoc pſal. Et ſic gloſſat ipm̃ de meſſia / quem fal-
ſo / ⁊ fruſtra expectãt moderni iudei. Ex quibus pa
tet manifeſte ꝙ iſte obſtinatus partim dicit verũ /
inquantum dicit / ꝙ Dauid p̃uidens mirabilia que
facturꝰ erat meſſias fecit hunc pſal. ⁊ ꝙ Dauid in-
uitat oẽs fideles vt recipiant meſſiam in ſuo aduẽ
tu. Sed mentitur ⁊ blaſphemat / inquantum expe-
ctat futurum / qđ iã eſt impletum ⁊ p̃teritum: qr Je
ſus meſſias in lege ꝓmiſſus iã venit / ⁊ fecit oĩa que
in iſto pſal. memorãtur. Relicto ergo mendacio re-
cipiamus veritatem / exponendo iſtum pſal. de Je
ſu Chriſto redemptore nr̃o in lege ꝓmiſſo / q̃ in ſuo
aduentu oĩa mirabilia / que in iſto pſal. cõtinẽtur /
fuit opatus. Ad cuius intelligentiã eſt notãdum /
ꝙ duo inter cetera preuidit Dauid in ſpũ i illo exẽ
Not. de plari / ⁊ deſcriptione templi ſibi tradita. ſ. Parali.
deſcri- xxviij. Naz primo p̃uidit in ſpũ / ⁊ intellexit qual'r
ptione Chriſtus in ſuo aduentu debebat edificare eccleſiã
tẽpli. toto orbe diffuſam / figuratã per illud templuz ma
teriale / qđ ipſe precipiebat edificare. Scđo preui-
dit / ꝙ in ſola eccleſia verum ſacrificium euchari-
ſtie erat offerendum / figuratum per agnum: qui in
lege mane / ⁊ veſpere immolabatur: in quo ſacrifi-
cio Chriſtus deꝰ: ⁊ hõ erat colendus / ⁊ adorandus.

Tertio p̃uidit per miracula facta in lege vete. per
Moyſen qual'r Chriſtus in lege ꝓmiſſus debebat
opari multo maiora miracula in virtute nõis dei
in eccleſia ꝑ edificãda. Tria ergo facit Dauid i hoc
pſal. quẽ fecit p̃uidens in ſpũ tria ſupradicta. Naz
primo inuitat oẽs fideles: vt recipiãt xp̃m in aduẽ
tu tãꝗ verum deũ ⁊ hoiem / ⁊ exhibeãt ſibi honorẽ
latrie. Scđo aſſignat rões quare Chriſto debetur
latria / ꝓbãs ipſum fore deum per ſeptem mirabi-
lia q̃ erat operaturꝰ in ſuo aduẽtu in virtute nois
ſui maiora: ꝗ vnꝗ fuerint facta in vet. teſt. Tertio
reſumit exhortationez primo factã exhortãdo oẽs
fideles: vt exhibeãt deo honorem latrie ꝓ bñficijs
receptis. ſcđa ibi: Uox dñi ſuper aquas. tertia ibi:
Jn templo eius oẽs dicent gloriã. ❡ Quãtum ad
primum eſt aduertendũ / ꝙ latria eſt cultꝰ ſoli deo Quid
debitꝰ rõne ſumme oĩpotentie / ⁊ maieſtatis / ⁊ ſa- ſit La-
pientie / ⁊ bonitatis / ⁊ in munere / ⁊ cõfeſſione lau- tria.
dis / ⁊ adoratiõe cõſiſtens. Et ſic de iure ꝑpter ſei-
pſum debet̃ deo ipſa latria. Sed adhuc etiã Chriſto
⁊ deo pr̃i reſpectu nr̃i debemꝰ / ⁊ tenemur exhibere
latriã ꝑpter tria principalia bñficia recepta. Naz
primo tenemur exhibere adorationem ꝓ bñficio
creatiõis / in quo recipimꝰ eſſe ſimpliciter. Scđo
tenemur offerre oblatiões / ⁊ ſacrificium ꝓ bñficio
redẽptiõis. Tertio gloriã / ⁊ honorem / ⁊ laudes pro
bñficio nr̃e glorificationis / ⁊ rõne victorie ⁊ trium
phi quem Chriſtꝰ obtinuit mundo ⁊ diabolo. Et iđ
Dauid primo inuitat fideles: vt tribuãt Chriſto / et
deo patri primã ſpeciem latrie / que eſt oblatio ⁊ ſa
crificium ꝓ bñficio / ⁊ memoria nr̃e redemptionis:
⁊ vt ſimus participes ſue paſſionis. ❡ Unñ dicit. O
filij dei per fidem / ⁊ baptiſmum regenerati afferte
dño Jeſu Chriſto honorem latrie: que cõſiſtit in tri
bus. ſ. in oblatione / ⁊ laudis cõfeſſione / ⁊ adoratio
ne. Et primo offerte / ⁊ afferte dño Jeſu Chriſto fi-
lios arietum. i. agnos ad ſacrificium. i. afferte ſacri
ficiũ euchariſtie / i quo offert̃ xp̃s filiꝰ dei ꝑ agnos /
qui in lege mane / ⁊ veſpere immolabãtur figura-
tus. hoc ergo ſacramentũ / ⁊ agnũ offerre in eucha-
riſtia. ❡ Ad cuius intellectũ eſt notãdum: qđ in ſa Quid
cramẽto altaris ꝑprie offert̃ hũanitas Chriſti ver offert̃ i
bo vnita ꝓ pctõ totius populi: vt ipſe Chriſtus ſit ſacra-
mediator inter nos ⁊ patrem. Et ſic tale ſacrificiũ mento.
nõ dicit̃ ꝑprie offerri chriſto: ſed patri. ſz totꝰ po-
pulus offert ſeipſum Chriſto ⁊ patri: qr ibi offeri-
mus totã aĩam: ⁊ cor cõtritũ ⁊ humiliatũ: ⁊ in tali
caſu vnuſquiſq3 fidelis dr̃ agnus oblatus: ⁊ de tali
bꝰ agnis dicit etiã ꝓpheta: Afferte dño filios arie-
tum. q. d. ꝓpheta. O vos ſacerdotes qui eſtis filij
dei dedicati ad miniſterium ſacerdotale: nõ ſolum
offeratis in templo xp̃m: q̃ eſt agnꝰ immaculatus:
Sed etiã offerte dño filios arietum. i. oẽs fideles
tanꝗ agnos: qr ſicut ꝓ toto populo offertis patri
ſacrificiũ euchariſtie: ita etiam offeratis deo oẽs
fideles: ⁊ vnuſquiſq3 fidelis offerat ſeipſum. Jtem
etiã per illos agnos filios arietum intelliguntur
omnes martyres qui in eccleſia ꝓ Chriſto fuerunt
immolati. ❡ Nam ſicut in cruce ſeipſum ꝓ nobis
obtulit immolatum: ita pariter omnes martyres
Chriſto: ⁊ patri ſeipſos obtulerant immolandos.
qui quidẽ martyres fuerũt figurati ꝑ illos agnos
⁊ arietes: ⁊ vitulos qui in lege imolabant̃: vt ma-
gis patebit pſal. l. De talibus ergo agnis dicit etiã
ꝓpheta: Afferte dño filios arietum. Et hec eſt vna

ſpecies latrie ſoli deo debita/que dicitur oblatio ⁊ ſacrificium. Secunda pars latrie eſt cõfeſſio laudis/⁊ oratio/⁊ glorificatio ꝓ beneficijs receptis: ⁊ hanc dicit propheta/ꝙ fideles exhibeant Chriſto in ſuo aduentu. Unde dicit.

j.xcv.b viij.q.j. in ſcripturis.

**Afferte domino gloriam ⁊ honorẽ: afferte domino gloriam nomini eius: adorate dominum in atrio ſancto eius.**

Afferte dño Jeſu Chriſto gloriã/⁊ honorez ipm laudãdo/⁊ glorificãdo: ⁊ afferte gloriã nomini ſancto eius/qđ eſt Jeſus/eo ꝙ nos ſaluauit ⁊ liberauit: ⁊ q2 eſt nomẽ oĩpotẽtie ⁊ ſapiẽtie ⁊c. Et iđ tenemini ipm laudare/⁊ glorificare: q̃ eſt ſcđa ſpecies latrie. Tertia ſpecies eſt adoratio/q̃ nõ ſolũ fit cuꝫ genu flexione: ſed etiã cũ procidenia ⁊ ꝓſtratiõe: que ſoli deo debetur ꝓpter bñficium creationis. ⁊ hanc dicit ꝓpheta: vt fideles exhibeant Chriſto et patri: eo ꝙ eſt verus deus. ⁊ ideo ſubdit/Adorate dñm Jeſum Chriſtũ in atrio ſancto eiꝰ.i. in ſua humanitate/que eſt tabernaculũ/⁊ atriũ/⁊ tẽplũ diuinitatis/in quo verbũ habitat ꝑ vniõnẽ perſonalem. Jtẽ adorate dñm in atrio ſancto eius .i. in eccleſia toto orbe diffuſa/quã ipſe edificauit ⁊ ſanctificauit. Ex quibꝰ patet/ꝙ propheta in his duobus verſiculis explicat omnes tres ſpecies latrie ſoli deo debitas/q̃ ſunt oblatio/⁊ glorificatio/⁊ adoratio. Ad cuius declarationẽ eſt notãdũ/ꝙ iſta q̃nq; ſe habẽt ꝑ ordinẽ.ſ. Uereri/Honorare/Laudare/Glorificare/⁊ Adorare. Uereri eſt reputare aliqđ bonum maius in altero/q̃ in ſeipſo. Honorare eſt exhibere reuerentiã in teſtimoniũ virtutis/quã in altero reputamus. Laudare eſt honoratum alijs cõmendare. Glorificare aũt/eſt laudes honorati large lateq; p̃conizare. Adorare vero eſt reuerẽdũ/honorãdũ/laudãdũ/gl'ificãdũ/colere propter eminẽtiã oĩpotẽtie/⁊ ſanctitatis/⁊ omni ſpe et fiducia poſtpoſita ſe totũ illi ſubijcere. Jdeo adoratio dicit diuinꝰ cultus oĩa quatuor ſupradicta cõprehẽdẽs. Et ſic tale obſequiũ exhibet cũ oblatione ⁊ cõfeſſione laudis/⁊ ꝓſtratione. Ulteriꝰ eſt aduertẽdũ/ꝙ notãter dictũ eſt in textu/Afferte domino gl'iam nomini eiꝰ. Nã ꝑ ly nomini eiꝰ intelligit Jeſus qđ eſt nomẽ dei pr̃is quatuor literaruꝫ: ad denotandũ/ꝙ vnica adoratiõe adorat Chriſtus cũ patre: eo ꝙ eſt nomen eius ſimul cũ ſpũ ſancto eo qđ eſt amor vtriuſq;. Et ſic vnica adoratione et latria colunt tres ꝑſone: eo ꝙ vnica diuinitas/et oĩpotẽtia/⁊ equalis maieſtas repit in tribꝰ/rõne cuiꝰ debet eis latria. ⁊ iđ adorãdo Jeſum Chriſtũ/adoramꝰ patrẽ/cuiꝰ Jeſus ẽ nomẽ. nã ſicut Jeſus eſt verbũ dei: ita eſt nomen dei/q2 nomẽ dei addit hũanitatẽ ſupra verbũ/q2 nomen dei nil aliud eſt niſi verbũ incarnatũ ſiue hũanatũ: vt dictũ ẽ in ꝓlogo/⁊ pſal.viij. Et ideo vbicũq; ponit nomen dei q̃tuor lr̃arũ in ve.te. ſemꝑ intelligit Jeſus Chriſtꝰ q̃ eſt nomẽ dei pr̃is explicãs ſenſibil'r eiꝰ omnipotẽtiã/⁊ volũtatẽ/⁊ ſapiam/⁊ miam/⁊ iuſtitiã. Et iđ nouẽdecim vicibꝰ memorat nomen dei q̃tuor lr̃is ſcriptũ in hoc pſal. ꝑ qđ ſemꝑ intelligit Jeſus chriſtus. iđ dicũt iudei ꝙ vicies repit ſcriptum nomẽ dñi in hoc pſal. cõputãdo cũ ceteris ly nomini eiꝰ q2 idẽ eſt qđ dñs/ſiue adonai/qđ eſt nomẽ dei.

R No. de adoratione reuereri ⁊c.

**Uox dñi ſuper aquas: deus maieſtatis intonuit: dñs ſuper aquas multas.**

Poſtq̃ ſuperius ꝓpheta inuitauit oẽs fideles ad recipiẽdũ Chriſtum in ſuo aduentu/⁊ ad exhibẽdũ ſibi honorẽ latrie/eo ꝙ eſt deus ⁊ nomen dei: nunc in hac ſcđa parte probat per rõnes ⁊ effectꝰ qualiter Chriſtus eſt deus/⁊ illud nomen dei quod expectat in lege. Ad cuius intelligentiã eſt primo notãdũ/ꝙ ſicut totus Jeſus deꝰ ⁊ hõ đr nomen dei: vt dictũ eſt pſal.viij. ita ſola humanitas ꝓut eſt vnita verbo dicit vox dñi. ⁊ rõ eſt: nã ſicut nomẽ nihil aliud eſt/niſi verbũ cum voce: ita Jeſus Chriſtus/nihil aliud eſt/niſi verbũ incarnatũ/ſeu verbũ habẽs humanitatẽ. Jtẽ ſicut vox nr̃a nihil aliud eſt/niſi vehiculũ verbi/ꝑ qđ verbũ mentale ſecretum fit notũ alijs/⁊ ſenſibiliter manifeſtũ: vt ait Auicẽna: Jta pariter dicit Aug. ꝙ humanitas Chriſti fuit vehiculũ ⁊ inſtrumẽtũ: ꝑ quã v̾bũ diuinũ inſtrumẽtaliter/⁊ ſenſibiliter notificauit mũdo volũtatẽ patris legẽ euãgelicã ꝓferendo/⁊ ꝑ quã inſtrumentaliter/⁊ ſenſibiliter oſtẽdit/⁊ notificauit oĩpotẽtiã dei pr̃is/miracula faciẽdo/⁊ notificauit miam ꝓ nobis patiendo. Et iđ dicit Leo/ꝙ humanitas Chriſti erat inſtrumentũ/ꝑ qđ verbuꝫ diuinũ miracula faciebat. Ex quo ptꝫ/ꝙ ſicut totus Chriſtus vere dicit nomen dei/ita hũanitas v̾bo vnita đr vox dei/ad cuius vocẽ/⁊ p̃ceptuꝫ miracula fiebant. Et iđ in hoc pſa. vicies noiat nomen dei ſcriptuꝫ quatuor literis in Hebreo/ꝑ qđ ſemꝑ intelligit Jeſus xp̃s/q̃ eſt nomen dñi: ⁊ ſepties noiat vox dñi/ꝑ quã intelligit humanitas chriſti ꝑ cuiꝰ vocẽ v̾buꝫ opabat/⁊ fecit ſepteꝫ mirabilia in hoc pſalmo memorata. Nã ſicut añ incarnationeꝫ deꝰ clamabat: ⁊ loq̃batur per ora ꝓphetaꝝ: vt inquit Aug. Jta in nouo teſt. locutꝰ eſt nobis per os ꝓpriuꝫ/⁊ humanitatẽ verbo vnitã: vt inquit apoſtolus ad Heb.j. Et ſic ꝑ vocẽ dei intelligit etiã verbũ incarnatum/ſiue humanitas verbo vnita. de qua voce dicetur pſa.xciiij. Hodie ſi voceꝫ eius audieritis. Scđo eſt notãdum/ꝙ tota ſcriptura vete.te. ꝑ maiori parte nil aliud clamat/niſi ꝙ Chriſtus in lege ꝓmiſſus debebat notificare/⁊ manifeſtare mundo nomen dei/⁊ virtutes eius: qđ quidem nomen nunq̃ fuit manifeſtum alicui patriarcharum/aut ꝓphetarum/cũ quo nomine/⁊ in virtute cuiꝰ ipſe Chriſtus rex meſſias debebat facere maiora miracula q̃ vnq̃ fuerunt facta in ſeculo priori. ⁊ ita hodie iudei moderni aſſerunt ꝙ ſolus meſſias queꝫ ipſi expectant/debet facere maiora miracula, cum nomine dei tetragrãmatõ/quod ſemiforas appellant/q̃ que fuerint ſcripta in lege ⁊ prophetis. Ex quorum dictis manifeſte cõfitentur meſſiam fore deum. nam nullus poteſt poſſidere illud nomẽ/niſi ſolus deus/cum ſit nomen omnipotentie. Sꝫ reiecta cecitate iſtoꝝ/inquantum expectãt futurum/qđ iam eſt impletuꝫ per Jeſum Chriſtũ/eſt dicendum ꝙ p̃uidens Dauid mirabilia/que Chriſtꝰ ad ſolam vocem ⁊ preceptum et facturus/appellat ipſum nomen dñi/⁊ vocem dñi ꝓpter ſeptẽ mirabilia que fecit in mundo/in hoc pſalmo memorata/in quibus oſtendit ſuã omnipotentiã ⁊ deitatem/propter qđ debetur ſibi adoratio latrie: que quidem mirabilia fuerunt figurata in veteri lege facta per Moyſen in ductu illius populi. Quoruꝫ primũ mirabile Chriſti fuit iſtitutio baptiſmi/qui



baptiſmus.

accepit virtutẽ regeneratiuam ad ſolã vocem dei patris/⁊ contactũ carnis Chriſti/⁊ influentiã virtutis ſpũſſancti. qđ quidẽ mirabile ⁊ ſacramentũ fuit figuratũ per trãſitum Jſrael per aquas maris rubri: vt ait Apl's.j.ad Corin.x. ſed iſtud mirabile fuit maius illo. Nam in illo tantũ ſunt liberati filij iſrael a morte corporali. Sed per baptiſmũ liberatur totus mundus a morte/⁊ captiuitate ſpũali: ⁊ hoc eſt qđ dicit ꝓpheta. Uñ ait: Adorate dñm Jeſum Chriſtũ in atrio ſancto eiꝰ q̃ñ ipſe erit vox dñi ſuꝑ aquas baptiſmales. Et ſic erit vox dñi/et nomẽ dñi tetragrãmaton. qđ ꝓbo. Nã dñs deꝰ maieſtatis intonuit vocẽ ſuã ſuꝑ ipſum dicẽs: Hic eſt filius meꝰ dilectus in quo mihi bene cõplacui. Jtẽ filius ibidem ſuꝑ aquas iordanis intonuit vocem ſuã: q̃ñ dixit Joanni: Baptiza me. quia ſic oportet impleri oẽm iuſtitiã. Jtem ibi intonuit ſpiritꝰ ſanctus/q̃ñ apparuit in ſigno columbe: non ꝙ ſit alia vox patris/⁊ alia filij. Sed vna eſt vox virtꝰ ⁊ potentia oĩm triũ ꝑſonarũ: q2 pater loquit per filium in ſpiritu ſancto: quia potẽtia/⁊ virtꝰ oĩm triũ perſonarũ manifeſtat ꝑ humanitatẽ filij tanq̃ ꝑ vocem: vt dictum eſt: ⁊ ſic iſta vox cecidit ſuꝑ aquas iordanis: ⁊ cõtulit vim regeneratiuã oĩbus aquis elemẽtaribus. Et ideo dicit ꝙ dñs deus maieſtatis intonuit ſuper aquas multas: Ad denotandũ: qđ nõ ſolum collata eſt virtus regeneratiua ipſis aquis mũdi ad purgandũ peccatũ: eo ꝙ oẽs ſunt vnũ elementũ. Ex ſupradictis ptꝫ/ꝙ nõ per ſolam aquã perficitur baptiſmus: ſed per inuocationem totius trinitatis: cuiꝰ forma eſt. Ego te baptizo in noie patris/⁊ filij ⁊ ſpiritus ſancti. Jdeo enim ibi apparuit pater in voce/filius in carne/ſpũs ſanctus in ſigno colũbe. Jtẽ ſequit ſecũdo: ꝙ baptiſmus nõ põt ꝑfici ſine aqua/eo ꝙ ibi tota trinitas fuit ſuꝑ aquas. Tertio ſequit ꝙ maiꝰ miſteriũ/et magis mirabile fuit inſtitutio baptiſmi/et maioris virtutis fuit illa vox dñi/que cecidit ſuꝑ aquas baptiſmales in Jordane/q̃ illa q̃ cecidit ſuper mare rubrũ. Nam iſta liberauit totũ genus humanũ a morte et captiuitate eterna: illa aũt ſolũ liberauit filios iſrael a morte/et captiuitate temporali: que multitudo fuit parua reſpectu multitudinis omnium fideliũ per baptiſmũ Chriſti regeneratorum. Deinde cum dicit/

de pe. di.vij. nullꝰ.

**Uox domini in virtute: vox domini in magnificentia.**

Adducit ſcđm exemplũ ⁊ mirabilẽ operationẽ/quã fecit Chriſtus ſuꝑ omnẽ humanã facultatem ad ſolã vocẽ et p̃ceptũ in operatione miraculorũ/in q̃bus oſtẽdit ſuã diuinitatẽ/⁊ ſe eſſe nomẽ ⁊ vocẽ dñi: ⁊ verũ meſſiam in lege ꝓmiſſum. ꝑ quã vocẽ in virtute cõprehẽdit oĩa miracula q̃ fecit Chriſtus. Nã ad ſolã vocẽ ⁊ p̃ceptũ Chriſti ceſſauerunt vẽti/⁊ quieuit mare. Uñ dixerũt circũſtantes: q̃s eſt hic: quia mare ⁊ venti obediũt ei. Jtẽ ad ſolam vocẽ/⁊ p̃ceptũ ſuſcitauit Lazarum dicẽs. Lazare Lazare exi foras. Joã.xj. Jtẽ ad ſolã vocẽ ⁊ imperium ſuſcitauit filiũ vidue/⁊ filiã Archiſynagogi/⁊ ſanauit egrotos/⁊ mũdauit leproſos ⁊c. Ex q̃bus ptꝫ/qđ iſta vox Chriſti facta ſuꝑ mortuos/⁊ egrotos/et in oĩbus miraculis fuit maioris virtutis/quantum ad effectum/q̃ illa vox facta ſuper egyptum/que induxit illas decẽ plagas. Nam illa occidebat/⁊ iſta ſuſcitabat mortuos. Jtem illa inducebat morbos/⁊ tempeſtates: ⁊ iſta mitigabat ventos/⁊ ſanabat oẽs infirmitates. Et ideo dicit propheta/ꝙ Jeſus Chriſtꝰ fuit vox dñi in virtute. i. in cuius virtute debebant fieri/⁊ fuerũt facta multa miracula/in quibus Chriſtꝰ oſtẽdit ſuã diuinitatem et omnipotentiã. Deinde cũ dicit. Uox dñi in magnificẽtia/adducit tertiũ exẽplũ: ⁊ opus mirabile qđ fecit Chriſtus per ſuam mortem/et paſſionem/et reſurrectionem/quando triumphauit de diabolo/⁊ expoliauit infernum/⁊ deduxit totã predam/⁊ liberauit totum genus humanũ: quãdo dixit: Redemiſti me domine deus veritatis: que quidem vox fuit maioris virtutis/⁊ maioris triumphi q̃ vox facta in egipto: quando Moyſes/⁊ Jſrael expoliauerunt Egyptos. Nã illa vox ſolum expoliauit egyptum bonis tẽporalibus: ⁊ liberauit ſolum populũ a captiuitate tpali: ſed vox Chriſti facta in paſſione/⁊ reſurrectione expoliauit infernũ et liberauit omnes fideles/qui ibi detenti fuerãt ab Adam vſq; ad Chriſtum: ⁊ etiã liberauit oẽs fideles futuros in maiori numero ſine proportione. Ex quo patet/ꝙ illa vox Chriſti fuit facta cũ maiori magnificentia ⁊ triumpho. qđ preuidẽs Dauid in ſpiritu dicit: ꝙ Chriſtus fuit vox dñi in magnificentia/⁊ triũpho/ſupple in noſtra redẽptione/et inferni expoliatione. Deinde cum dicit

No. de xp̃i miraculis.

**Uox domini confringentis cedros: ⁊ confringet dominus cedros Libani.**

de pe. di.iiij ꝓprie.

Hic adducit quartũ exẽplũ/⁊ opꝰ mirabile/qđ fecit Chriſtus ad ſolã vocẽ/et p̃ceptũ/q̃ñ deſcẽdit ad inferos dicens: Attollite portas principes veſtras ⁊c. quia tunc portas ereas ⁊ vectes ferreos confregit: ⁊ confregit oẽs principes inferni: ⁊ alligauit ſathanam/⁊ abſtulit ſibi predam/⁊ arma in quibus cõfidebat ⁊c. Et iđ Chriſtus fuit vox domini cõfringẽtis cedros. i. ſuꝑbos principes inferni. Jtem Chriſtus fuit vox dñi cõfringentis cedros/q̃ñ ad ſolã predicationem apl'orũ cõminuit/⁊ confregit oĩa idola mundi/⁊ confregit/⁊ ſubiecit oẽs reges/⁊ imperatores/⁊ principes mundi. Ex quibus patet ꝙ iſta vox ſine ꝓportione fuit maioris virtutis quantũ ad effectũ: q̃ illa vox quã intonuit dñs ſuper Pharaonẽ/⁊ exercitum eius in mari rubro. Nã illa ſolum confregit/⁊ diſſipauit Pharaonem cum exercitu ſuo: Jſta aũt vox Chriſti confregit/et diſſipauit totum infernum/⁊ diſſipauit oĩa idola mũdi/⁊ oẽs ritus deteſtabiles/⁊ nefandas ſuperſtitiones populi gentilis. Et ideo dicit propheta ꝙ Jeſus Chriſtus fuit nomen ⁊ vox domini cõfringentis cedros. i. principes inferni. Et etiam vox domini facta per predicationẽ apoſtoloꝝ confregit/⁊ cõfringet cedros libani. i. principes mundi ſuperbos per cedros libani figuratos.

**Et comminuet eas tanq̃ vitulum Libani: ⁊ dilectus quemadmodum filius vnicornium.**

viij. q. j.c. olꝫ ⁊.lxxiiij.di. §.vltimo.

Et cõminuet eas ſicut vitulum Libani. q.d. qđ ſicut altiſſime cedri Libani proſternũtur ⁊ cõfringũtur cum ſecuri ferrea: Jta pariter omnes reges et principes terre fuerunt proſtrati ⁊ confracti cũ ſecuri euangelica/et predicatione apoſtoloꝝ. Jtẽ ſicut armenta vitulorum qui paſcebantur in mõte

Libano ſucceſſiue diminuebātur/⁊ iugulabantur pro ſacrificijs/⁊ pro cibo ad comedendum vſq; ad conſumptionem: Ita Chriſtus comminuit/⁊ proſtrauit omnia idola/⁊ oēs principes mundi: Sed dilectus populus chriſtianus fuit liberatꝰ ⁊ ſaluatus ſicut filius vnicorniū. ¶ Ad cuius intelligentiam eſt notandū ꝙ vnicornis habet talē naturaʒ ⁊ virtutem in cornu ſuo ꝙ fugat omne venenū ad tactum ſuum. ⁊ ideo omnia animalia ſequunt̃ ipſum: nec audēt bibere aquas in Ethiopia niſi; vnicornis priꝰ intingat cornu in aquis: eo ꝙ in Ethiopia ſunt multe aque venenoſe. Sed vnicornis tangendo aquas cum cornu ſuo mundat eas a veneno: ⁊ ſic ſecure bibunt animalia: aliter multa alia animalia pereūt/niſi bibāt/ i ſocietate vnicornis: ⁊ bibant aquas/ quas vnicornis mundauit. Et idō propheta Dauid in hac particula cōparat Jeſum Chriſtum filiū dei cū populo ſuo ipſi vnicorni. Nā ſicut vnicornis ex tactu ſuo mūdat aquas a veneno: ⁊ prebet aquis vim purgatiuā veneni ⁊ ſanatiuam: Ita Chriſtꝰ per ſuū contractū in baptiſmo prebuit vim purgatiuam/⁊ ſanatiuā peccati ⁊ regeneratiuā/⁊ renouatiuam ad vitā ſpūalē/intingēdo cornu ſuū. i. hūanitatē in ipſis aquis baptiſmalibus In quo cornu/⁊ carne erat vnita virtus diuina vnione perſonali. Que quidē aqua baptiſmalis ex contactu/⁊ illa virtute Chriſti recepta ſanat oēm langorem anime/⁊ fugat omne venenum peccati. Et ſic eſt dicendū de omnibus ſacramentis/que receperunt virtutē ex cornu virtutis Chriſti. Et etiā Chriſtus intinxit cornu ſue crucis in oībus ſacramentis: Et ſic habuerunt ſacramēta virtutem purgatiuam/⁊ ſanatiuam oīs peccati. Et idō ſicut oīa animalia ſequunt̃ vnicornem vt ſecure bibat aquas ſine veneno: ita totus populus chriſtianus ſequitur Chriſtū/vt operet̃ ſcd̄m legē ſuam ſine peccato. vnde ſicut aīalia que bibūt aquas venenoſas extra ſocietatem vnicornis: oīa pereunt ⁊ moriuntur ex illo veneneno: Ita omnes īfideles qui ſunt extra eccleſiā ⁊ ſocietatē Chriſti/pereunt ⁊ moriunt̃ ex veneno peccati: qꝛ aliter hoīes; non poſſunt liberari/niſi virtute paſſionis Chriſti fuerint ſanati a peccati veneno qḋ biberūt in Adā: ⁊ in ſeipſis/niſi ex contactu cornu Chriſti ⁊ virtute paſſionis eius. Solus ergo Chriſtus pōt dici iſto modo vnicornis: qꝛ ſolus nunq̄ bibit venenū pcti. Et per ſuū cōtactū liberauit alios. Sʒ ſolus ppl's chriſtianꝰ dicit̃ filius vnicornis: eo ꝙ eſt/liberatꝰ a Chriſto/q̄ eſt verus vnicornis/⁊ ab eo regeneratus ⁊ ſanatus. Et hoc eſt qḋ dicit hic Dauid/ꝙ cū Chriſtꝰ ad vocē ſuā/⁊ p̄ceptū cōfregit oēs cedros/ ⁊ oīa idola/⁊ oēs infideles ſuperbos: ſolus ppl's chriſtianus ſibi dilectꝰ euaſit illeſus ⁊ ſaluatus: queādmodum filiꝰ vnicornis. i. ſicut illa ſocietas aīaliū manet illeſa ⁊ ſanata a veneno per cōtactū et ductū vnicornis: ita ppl's Chriſti manet ſaluatꝰ et liber. Et etiaʒ hoc dicit: quia vnicornis etiam liberat filios ſuos paruulos ab illa aqua venenoſa. Nam ipſe primo intingit cornu in aquis: ⁊ poſtea facit bibere filios ſuos ſine piculo. Et ita Chriſtꝰ intingendo humanitatem ſuā in aquis liberauit omnes filios adoptiuos. Et ideo totus ppl's chriſtianus deo dilectus dicit̃ liberatꝰ a p̄re/⁊ capite ſuo Chriſto/ſicut filius vnicornis. Ex quibus ptʒ ꝙ maioris virtutis fuit iſta vox chriſti facta cōtra diabolū ⁊ idola/q̄ͣ vox facta cōtra Pharaonē et exercitū eis. ⁊ hoc eſt intelligēdū quo ad effectum reſpectu noſtri: qꝛ reſpectu dei equalis virtꝰ fuit. Unde ſicut vnicornis in ſuo ducatu liberat ⁊ ſaluat filios/⁊ omnia animalia ipſum ſequētia: Ita Chriſtus p baptiſmū ſaluat oēs ſequentes ſe Itē ſicut ille ppl's iſrael deo dilectꝰ: tūc tranſiuit mare illeſus ſicut filius vnicorniū: pereūtibꝰ egyptijs: Ita populus chriſtianus Chriſto dilectus tranſit illeſus/⁊ mūdus per aquas baptiſmales pereūtibus iudeis ⁊ ceteris infidelibus.

℄ Natura vnicornis ad xp̄m applicāda

**Vox domini intercidentis flāmam ignis vox dn̄i cōcutientis deſertum: ⁊ commouebit dominus deſertum Cades.**

¶ Hic adducit quintā operationē ⁊ bn̄ficiū Chriſti q̄ fuit miſſio ſpūs ſancti in diſcipulos. Nā ſicut ante incarnationē dedit legē Moyſi inter flāmam ignis inducendo tonitura: ⁊ fulgura tremēte toto mōte: vt ptʒ Exo. xix. Ita pariter Chriſtus poſt ſuā aſſēſionē qn̄ miſit ſpūm ſctm̄ in diſcipulos: factus eſt repēte ſonus de celo tanq̄ aduenientis ſpūs vehemētis: ⁊ apparuerūt diſptite lingue tāq̄ ignis: feditq; ſupra ſingulos eoꝝ: vt ptʒ Act. ij. Et ſic ſpiritus ſanctꝰ dedit ſeptē dona gratiarū/cū qbꝰ intellexerūt apl'i oīa myſteria clauſa in lege ⁊ pphetis. Unde ſicut in monte Sinai deus dedit legem Moyſi quaſi clauſam ⁊ nubibꝰ velatā: Ita in mōte Siō dedit apl'is intelligentiā: ⁊ aperuit eis ſenſum totiꝰ legis ⁊ pphetarū. Ex q̄ ptʒ ꝙ vox Chriſti facta in monte Syon p miſſionem ſpūs ſancti fuit maioris virtutis: q̄ͣ vox facta in mōte Sinai. Nam ibi data fuit lex clauſa ⁊ velata ſub illis cerimonijs ⁊ myſterijs: ſed hic fuit nobis reuelata: et apta eiꝰ intelligentia ⁊ veritas: qꝛ maioris v̄tutis eſt aperire intelligentiā/⁊ veritatē legis. ⁊ hoc eſt qḋ dicit hic Dauid: ꝙ vox dn̄i Jeſu Chriſti intercidētis flāmam igis fuit in mōte Siō: qn̄ miſit ſpm̄ ſctm̄ in apl'os linguis igneis intercīſis ⁊ diſpſis. Nā Chriſtꝰ ſiue vox tunc intercidit: ⁊ diuiſit flāmā ignis itelligētie ſacre ſcripture: ⁊ flāmā ignis charitatis oībus diſcipulis: ſingulis prout voluit diuidendo dona gratiaꝝ. Et hoc eſt viſum in ſignoꝝ quia ſupra ſingulos eorum apparuerūt diſpertite ligue tanq̄ ignis: Et in hoc oſtēdit Chriſtus ſuam omnipotētiā: ⁊ diuinitatē. ⁊ ſic fuit Chriſtꝰ vox dn̄i intercidentis ⁊ diuidentis flāmā ignis in miſſione ſpūs ſancti. Deinde ſubdit. Vox domini cōcutientis deſertū. ¶ Hic adducit ppheta ſextuʒ mirabile opus Chriſti: qḋ fecit per predicationem apoſtolorū: qua voce totū mundū cōmouit. Nā ſicut ante incarnationē ad ſuā vocem: ⁊ preceptum fuit commotū totū deſertū Cades: ⁊ terra aperta eſt: ⁊ deglutiuit Dathā: ⁊ Abiron: ⁊ Chore: cū oībus ſequacibus: ⁊ ſolū fuerūt ſaluati oēs qui noluerūt ſequi cōiurationē eorū: Ita vox Chriſti in predicatione apoſtoloꝝ intonuit ⁊ cōmouit totum deſertū huiꝰ mūdi: ⁊ cōcuſſit totā terrā: ⁊ cōminuit oīa idola: ⁊ proſtrauit omnes principes mundi: inter quos infernus deglutiuit totum populū iudaicū: q̄ coniurauit cōtra Chriſtū. Primo Scribas: ⁊ phariſeos ⁊ principes ſacerdotū: q̄ fecerunt illā ꝯiurationē. Secundo deglutiuit infernꝰ totū populū iudeoꝝ: qui vult ſequi cōiurationē: ⁊ obſtinationē: ⁊ perfidiam illorum. Item deglutiuit infernus Neronem: ⁊ Domitianum: ⁊ Seuerū: ⁊ Decium: ⁊ Diocletianū: ⁊ Maximianū: ⁊ omnes alios tyrannos: qui fecerunt coniurationem: ⁊ decretum cōtra eccleſiam ad delendū nomē Chriſti de terra. Et ſolū ſaluati ſunt illi: qui noluerūt ſequi eorum obſtinationem: ⁊ infidelitatē: imo relictis idolis cōuerſi ſunt ad fidē. Et ideo propheta totā gentilitatē vocat deſertū Cades: eo ꝙ tota fuit immutata: ⁊ trāſlata de infidelitate ad fidem. Unde Cades mutata ⁊ tranſlata interpretat̃: quia gentilitas ad vocē Chriſti per predicationem apl'orū fuit mutata: et tranlata ab illis nefandis ritibus ad verā fidem et religionē Chriſti. Et ſic obſtinatis pereūtibus ipſa fuit ſaluata. Et hoc eſt qḋ dicit hic Dauid. Un̄ ait: vox dn̄i Jeſu Chriſti cōcutientis deſertum fuit in hoc mundo in predicatione apl'orū. i. Chriſtus percuſſit deſertū huius mundi: ſiue cōcutiet in p̄dicatione apl'orū. ⁊ declarando ſeipſum ſubdit. Nā vox dn̄i euangelica cōmouebit deſertū Cades. i. totam gentilitatē: q̄ dicebat̃ deſerta a deo: eo ꝙ nunq̄ habuerat legē ⁊ prophetas. Sed dicta eſt Cades: eo ꝙ ad vocem euangelicam fuit ad fidem mutata: et tranſlata ceteris obſtinatis pereuntibus: maxime iudeis. Et fuit figuratū in conuerſione deſerti: et precipitio Chore: Dathā: ⁊ Abirō ⁊c. Unde ſicut illa vox dn̄i concutientis deſertum Cades puniuit Chore: ⁊ ſequaces eius: ⁊ conuertit alios ad ſequēdum Moyſen: Ita pariter predicatio apl'orū puniuit multos obſtinatos: ⁊ cōuertit majorē partem populi gentilis ad ſeqnendum Chriſtum.

xciiij. diſt. c. legū. ⁊ ſ. q̄one. ſ. multe.

**Vox domini preparantis ceruos: ⁊ reuelabit condenſa: ⁊ in templo eius omnes dicēt gloriam.**

¶ Hic adducit ſeptimū beneficiū: ſiue opus mirabile quod fecit Chriſtus in ſuo aduētu. Nam ſicut tempore Joſue deus interfecit oēs principes terre Chanaā: ⁊ cōminuit oīa idola: ⁊ cōſtituit. xij. pͥncipes de populo Iſrael ſuper totā terrā Chanaā: ⁊ paleſtine: ⁊ fecit habitare. xij. tribus in illa terra ⁊ ſic creuit ille populus in magnā multitudinē vt dictū eſt: Ita pariter Chriſtus proſtratis omnibꝰ principibus huius mundi: ⁊ diabolo eiecto foras conſtituit. xij. principes ſuper oēm terrā. ſ. xij. apoſtolos: q̄ deſtructa idololatria: infinitā multitudinem in Chriſto regenerauerūt: ⁊ totū mundū impleuerunt. Et ſic poſtea ſucceſſerūt epī: ⁊ prelati: ⁊ ſacerdotes qui dicunt̃ principes terre: ⁊ patriarche: qui infinitos filios per baptiſmum in eccleſia Chriſti regenerauerūt. Et ideo Dauid in hoc verſu per ceruos intelligit principes eccl'e. ſ. epōs: ⁊ prelatos: ⁊ ſacerdotes: vt patet in canticis Salomonis. Ideo dicit: Vox dn̄i Jeſu Chriſti preparantis ceruos. i. epōs: p̄latos: ⁊ ſacerdotes fuit in eccl'ia q. d. ꝙ Chriſtus per ſuā virtutē ⁊ vocem ordinauit epōs ⁊ ſacerdotes in eccl'ia eis ſuā poteſtatē cōicando: ⁊ per eos reuelauit condenſa. i. p eoꝝ p̄dicationē reuelauit ſecreta: q̄ erant velata: ⁊ occulta in lege veteri. Un̄ litera Hieronymi habet Vox dn̄i emūdans ſyluas. q. d. ꝙ p̄dicatio apl'oꝝ primo mūdauit filios ſacre ſcripture eius ſecreta reuelādo: ⁊ cerimonias abſcindēdo. Itē vox euangelica fuit emundans ſyluas. i. populos gentiles eos a ſpurcitia demoniorū: ⁊ ritibus nefandis abſtergendo ⁊ mundādo. Et ſic reuelauit condenſa. i. multitudinē eorū ſanando: ⁊ eis lumē prebendo. Et ſic omnes qui fuerunt mundati ab ignorantia peccati: ⁊ feditate dicent gloriā in templo eius. ſ. in eccleſia per Chriſtū in toto orbe diffuſa: ⁊ edificata in predicatione apoſtolorū. Eſt enim aduertendū: ꝙ per ſeptēʒ ſupradictas voces Chriſti poſſunt intelligi ſeptem voces: ⁊ ſeptē forme verborum: quibus Chriſtus inſtituit ſeptem eccleſiaſtica ſacramenta. que quidem ſacramenta ſine forma verborū perfici nō poſſunt. Nā accedit verbū ad elementū: ⁊ fit ſacramentū: vt inquit Aug. Et idō quodlibet ſacramentū habet propriā formā verborū per quā cōficit̃: ſicut forma baptiſmi. eſt. Ego te baptizo ⁊c. Et forma eucharíſtie: hoc eſt corpus ⁊c. ¶ Dicit ergo ppheta: ꝙ Chriſtus fuit vox dn̄i ſuper aquas: per quā vocē cōſtituit baptiſmū. Scd̄o fuit vox dn̄i in virtute: per quā cōſtituit cōfirmationē in qua dat̃ virtus et robur ad reſiſtendū: ⁊ pugnandū cōtra diabolū. Tertio Chriſtꝰ fuit vox dn̄i in magnificētia ꝯſtituēdo euchariſtiā: qḋ eſt ſacramentū magis magnificū et nobilius ceteris. Quarto fuit vox dn̄i cōfringentis cedros conſtituēdo ſacramentū penitētie: per quā cōfregit demones ⁊ ſeptē vitia capitalia. Quinto fuit vox dn̄i intercidentis flāmā ignis: cōſtituēdo matrimoniū: per qḋ extinguit̃: ⁊ excuſat̃ flāma libidis. Sexto fuit vox dn̄i concutientis: et cōmouentis deſertū Cades: conſtituendo extremā vnctionē: per quā ſubmergūtur peccata: ⁊ trāſmutant̃ fideles ab hac vita mortali in vitam eternā. Septimo fuit vox dn̄i preparātis ceruos: cōſtituēdo prelatos: ⁊ ſacerdotes in eccl'ia per ſacramētuʒ ordinis. qui quidē ſacerdotes ⁊ p̄lati figurant̃ per ceruos in cāticis Salomōis. Et ſic ptʒ qual'r Chriſtus per ſeptē voces inſtituit ſeptem eccleſiaſtica ſacramenta. Deinde ſubdit: Et in templo eius oēs dicēt gloriā. ¶ Hec eſt tertia pars: in qua ex ſupradictis concludit: ⁊ reſumit qḋ in principio dixit. ſ. afferte domino gloriam ⁊ honorem. Nā lʒ Chriſto debeatur tota latria: tn̄ precipue ⁊ ſpecialiter tenemur: ⁊ debemus ſibi cantare laudes et gloriam pro ſupradictis beneficijs receptis: in quibus oſtēdit ſuam omnipotentiā: ⁊ miſericordiam: ⁊ bonitatem: ⁊ deitatem. Unde arguit ſic. Si Chriſtus ad ſuam vocem: ⁊ preceptū inſtituit baptiſmū in quo oſtēdit ſuā maieſtatē: ⁊ ad ſuā vocē fecit miracula in quibus oſtendit diuinā virtutē. Itē ſi ad ſolam vocem: ⁊ preceptum fecit omnia ſupradicta ſepteʒ miracula: ⁊ inſtituit ſeptem ſacramenta: per que edificauit templum ⁊ eccleſiam: et ex quibus venerunt nobis tot ⁊ tanta beneficia. Ergo in iſto templo et eccleſia oēs fideles dicant laudem ⁊ gloriam ipſi Chriſto: tanq̄ vero deo ⁊ redemptori. Item ſequitur: ꝙ ſi Chriſtus contulit nobis ſupradicta ſeptem beneficia ⁊ ſacramenta: ꝙ debemus ſepties in die et ſeptem horis canonicis ipſum Chriſtum magnificare: et laudare in templo ſuo. Et hoc eſt quod intendit dicere propheta cum ait: in templo eius omnes dicent gloriam. ſcʒ. ſepties in die. Deinde cum dicit

Nota xp̄s fuit vox dn̄i.

**Dominus diluuium inhabitare facit: ⁊ ſedebit dominus rex ineternum.**

¶ Explicat tria beneficia q̄ recepit eccl'ia a Chriſto per illa ſeptē miracula ⁊ ſeptē eccl'iaſtica ſacrāmēta. Nā primo repauit: ⁊ reedificauit totā eccl'iaʒ

xxiiij. q. ſ. c. loquit̃ beneficia hoc a xp̄o recepit eccl'ia.

que erat per peccatū deſolata. Scdo cōicauit eccleſie: ⁊ ꝑlatis: ⁊ ſacerdotibus poteſtatē miniſtrādi ſacramēta que ipſe cōſtituit. Tertio dedit eccleſie ⁊ fidelibus ſuis fructū ⁊ effectum horum ſacramentorum. ſ. benedictionē ⁊ gratiam in p̄ſenti: et pacem ⁊ gloriam in futuro. Et ideo dicit: ꝙ ſicut diluuium aquarū deſtruxit: ⁊ deſolauit totū mundū tempore Noe: ⁊ tamē deus reparauit ipſuʒ ex illis tribus filijs Noe ꝑ gn̄ationē carnalē: qn̄ dixit Creſcite ⁊ multiplicamini: ⁊ replete terrā. Gen̄. ix. Ita pariter diluuium peccati ipſius Adā deſtruxit et deſolauit totum genus humanū: ⁊ exterminauit a gratia dei: ⁊ peccatū homicidij: ⁊ obſtinationis: et cēcitatis populi Judaici deſolauit totam ſynagogam: que ante erat ciuitas dei: paucis vt ap̄lis et diſcipulis in Chriſti fide redeūtibus: ⁊ tn̄ Chriſtus ex illis paucis apoſtolis per eccleſiaſtica ſacramēta regenerauit: ⁊ reparauit totū genus humanum per diluuiuʒ peccati ipſius Adā deſolatū: ⁊ diſſipatum: ⁊ reparauit: ⁊ reedificauit etiam ſynagogam diluuio peccati obſtinationis: ⁊ cecitatis deſolatam. Et ſic ex duobus populis diſſipatis reparauit: ⁊ reedificauit vnā eccleſiam: in qua facit fideles habitare. Et etiam reparauit ruinam angelorum per diluuium peccati luciferi deſolatā. ¶ Ex quibus patet: ꝙ triplex diluuium ſiue ruinā reparauit Chriſtus per eccl'iaſtica ſacramēta. ſ. ruinaʒ generis hūani: ⁊ ruinā ſynagoge: ⁊ ruinā angelorū: q2 ſedes eorū obtinent fideles ꝑ baptiſmū regenerati. Et hoc eſt qd̄ dicit propheta: dn̄s diluuium inhabitare facit. i. fecit fideles inhabitare eccleſiam per diluuium peccatorū deſolatam. Et hoc eſt primum beneficium. Secūdum: q2 cōmunicauit eccleſie virtutem ⁊ poteſtatem cōficiendi ⁊ miniſtrandi ſacramenta. Et ideo ſubdit:

y triplex diluuium.

viij. di. c. q cōtra.

**Dominus virtutem populo ſuo dabit: dominus benedicet populo ſuo in pace.**

¶ Dn̄s virtutē populo ſuo dabit. i. poteſtatē miniſtrandi ſupradicta ſacramenta eccl'ie ſue cōmunicabit. Tertiuʒ beneficiū fuit: q2 fructū iſtorū ſacramentorū. ſ. gratiā in preſenti ⁊ gloriaʒ in futuro nobis dedit: Ideo ſubdit dn̄s bn̄dicet populo ſuo in pace. i. bn̄dictionē: ⁊ gratiā dabit in p̄ſenti per iſta eccleſiaſtica ſacramenta: ⁊ pacē in futuro. quaſi dicat: omnes fideles agant deo gratias: ⁊ dicant laudes in templo ſuo: q2 ipſe ꝑ ſupradictas ſeptem voces reparauit genus humanū diluuio peccatorū diſſipatū: ⁊ cōtulit virtutē populo ſuo: ⁊ bn̄dixit ipſuʒ: ⁊ pacificauit ꝑ gratiā ⁊ gloriā. ¶ Ex toto iſto pſal. poſſunt recolligi ſeptē cōcl'ones. Quarū prima eſt qd̄ chriſto debet adoratio latrie. ſ. oblatio: ⁊ laus: et adoratio: eo ꝙ eſt creator: ⁊ redēptor: ⁊ glificator. ¶ Secūda cōcluſio: ꝙ Jeſus eſt nomē dn̄i inquantū eſt verbū incarnatū: ⁊ eſt vox dn̄i ratione humanitatis: inquantū ꝑ eā ſenſibiliter notificauit voluntatē patris: ⁊ inſtrumētaliter: ⁊ ſenſibiliter per eam fecit miracula. ¶ Tertia cōcluſio: qd̄ propheta duo principaliter intendit. Primo qualiter Chriſto debet latria. Scdo explicat virtuteʒ nois eius: ⁊ ſuam diuinitatē. ⁊ ideo vicies ponitur nomē domini quatuor literis ſcriptū in Hebreo: ꝑ quod intelligit hoc nomen Jeſus in hoc pſalmo. ¶ Quarta concluſio: ꝙ ſeptē opera mirabilia ſupra humanam facultatem ad ſolam vocē ⁊ preceptum in virtute huius nominis Jeſus ſunt facta. qd̄ intelligitur per ſeptē voces in hoc pſalmo memoratas: in quib⁹ oſtendit ꝙ Jeſus eſt nomē ⁊ vox dn̄i. qd̄ ꝓbat. Nam Jeſus primo fuit vox dn̄i ſuper aquas. Secundo fuit vox dn̄i in virtute miraculorū. Tertio fuit vox dn̄i in magnificentia: ⁊ triumpho infernū expoliando. Quarto fuit vox domini cōfringentis cedros idola cōminuēdo: ⁊ principes hui⁹ mundi ſubijciēdo. Quinto fuit vox domini intercidentis flāmā ignis: dona ſp̄ūs ſancti ap̄lis diuidendo. Sexto fuit vox domini concutientis deſertū. Cades: populū gentilem ad fidē tranſmutando ⁊ cōmutando. Septimo fuit vox dn̄i preparantis ceruos. i. prelatos ⁊ ſacerdotes in eccleſia conſtituendo. ¶ Quinta cōcluſio: ꝙ Chriſtus ꝑ ſupradictas ſeptē voces ꝯſtituit eccleſiaſtica ſacramēta diſcurrendo per ſingula vt dictum eſt. ¶ Sexta cōcluſio: ꝙ licet Chriſto debeatur tota latria inquantum eſt deus ⁊ nomē ⁊ vox dei: tn̄ ſpecialiter eccleſia debet ſibi cantare gloriā: ⁊ honorem: ⁊ laudes: ꝓpter tria beneficia que Chriſtus operatus eſt in eccleſia: per ſupradicta ſeptē mirabilia: ⁊ ſeptē ſacramēta. Nam primo reparauit eccleſiam diluuio peccatorum deſolatam. Secundo cōicauit ſacerdotibus: ⁊ prelatis eccleſie poteſtatē adminiſtrandi ſacramenta. Tertio contulit omnibus fidelibus ſuis: ⁊ filijs eccleſie fructū: ⁊ benedictionē ſupradictorum ſacramentorum. ſ. gratiam in preſenti: et pacē: ⁊ gloriā in futuro. ¶ Septima concluſio: ꝙ ſepties in die in ſeptem horis canonicis debem⁹: ⁊ tenemur cantare laudes: ⁊ gloriam: et reddere Chriſto gratias: eo ꝙ per ſeptem voces: ⁊ ſeptem ſacramenta contulit eccleſie iſta tria ſupradicta beneficia.

3 Nota.

**EXaltabo te domine quoniam ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimicos meos ſuper me.**

¶ Titulus: pſalmus cantici pro dedicatione domus Dauid. Ex titulo p3: ꝙ Dauid fecit hunc pſalmuʒ. Sed pro cuius dom⁹ dedicatione fecerit ipſum: eſt altercatio inter Hebreos. Nam Abenazra dicit: ꝙ Dauid fecit hunc pſalmum pro dedicatione: ⁊ conſummatione domus: quā ad ſuum vſum edificauit in monte Sion: ſed hoc videt eſſe manifeſte falſum. Nā illa dom⁹ fuit edificata ad vſum ꝓfanum: in qua habitabāt vxores ⁊ concubine: ergo Dauid non debuit celebrare eius dedicationē: nec facere pſalmū de ipſa. Ideo Rabi Salo. ⁊ Cambi dicunt: ꝙ Dauid fecit hunc pſalmum pro dedicatione tēpli Salomonis que dicitur domus Dauid: eo ꝙ Dauid precepit ipſum edificari: ⁊ preparauit omnia neceſſaria ad eius edificium: vt patet primo Parailpomenon. xxviij. Sed quia materia huius pſalmi non correſpondet tali dedicationi: ideo Hebrei confinxerūt ſibi talem fabulam: ſcilicet ꝙ quando Salomon cum proceſſione ſacerdotum: ⁊ leuitarum reponebat arcam domini in templo: poſt eius conſummationem in die dedicationis eiuſdem cum fuerunt in tredecimo gradu templi cuʒ arca: tunc porte tēpli miraculoſe clauſe ſunt: ſed tunc cognouerunt ſacerdotes ꝙ hoc factum fuerat propter peccatuʒ ipſius Dauid commiſſum contra Uriam: ⁊ eo ꝙ illud peccatum nondum erat expiatum. Et dicunt



Judei: ꝙ tunc ſacerdotes cantarūt pſalmū. cxxxj. Sed cum fuerunt in illo verſu. ſ. Propter Dauid ſeruū tuū nō auertas facieʒ Chriſti tui: tunc ilico porte fuerunt aperte/ ⁊ introducta fuit arca. Hoc ergo p̄uidens Dauid in ſpiritu fecit hunc pſalmū pro illa dedicatione: in qua patuit qualiter peccatū Dauid fuerat ſibi remiſſum ꝑ apertionē portarum. Sed ꝙ ſit mendax ⁊ irriſoria iſta fabula / de ſe eſt manifeſtuʒ. Nā illud peccatū Dauid iam fuit ſibi remiſſuʒ in vita ſua: vt magis patebit pſalmo xxxj. Itē ſi tam grande miraculū tunc factū fuiſſet in tali dedicatione: nō tacuiſſet ſacra ſcriptura in iij. Reg. nec. ij. par alipo. ſicut non tacuit miraculū de nube ⁊ gloria domini que obumbrauit totum templū: vt memoratur ibidē. Et ideo relictis eorū ineptijs ⁊ mēdacijs: eſt dicendum ꝙ Dauid in illa deſcriptione templi ſibi tradita: preuidit in ſimplici ſp̄ū qualiter illud tēplū materiale erat deſtruēdū ꝑ Chaldeos: ſed poſtea reedificandū ꝑ Zorobabel/ ⁊ Jeſuʒ filiū Joſedech ſacerdotē magnū. Et ꝑ iſtaʒ deſtructionē/ ⁊ reedificationeʒ tēpli materialis/ p̄uidit in duplici ſpiritu diſſolutionem templi corporis Chriſti ꝑ mortē ⁊ paſſionē. Et p̄uidit etiā reſurrectionē: eo ꝙ p̄uidit qualiter illud templuʒ materiale erat figura corporis Chriſti quaſi ꝑ oia. Nam ipſa humanitas Chriſti veriſſime ⁊ ꝓpriiſſime dicitur templū dei: eo ꝙ verbū diuinū habitat in ea ꝑ vnionē ꝑſonalē vt ſepius dictū eſt. de quo tēplo dicit Chriſtus Joā. ij. Soluite templū hoc/ ⁊ in triduo reedificabo illud. Et ſubdit euangeliſta: Hoc autē dicebat de tēplo corporis ſui. Preuidēs ergo Dauid iſtam dedicationē ⁊ reſurrectionē corporis Chriſti poſt ſui diſſolutionē: qd̄ quidē corp⁹ Chriſti vere dicit tēplū dei ꝑ illud materiale figuratū/ ⁊ que reſurrectio vere dicta eſt dedicatio per illam dedicationem templi Salomonis figurata: ideo fecit hunc pſalmū pro dedicatione dom⁹ Dauid ſpiritualis: ⁊ vt cantaret in illa dedicatiōe tēpli materialis/ in figura huius dedicationis ſpiritualis ⁊ eterne. Un̄ templū ſiue eccl'ia nō dedicat nec cōſecratur/ vſq3 quo ſit ꝑfecta. ⁊ cōſummata/ ⁊ vt amplius non ſeruiat vſibus prophanis: ⁊ hoc ineternuʒ. Et ideo dedicatio tēpli Salomonis nō fuit propria nec vera ac eterna: q2 poſtea fuit deſtructum et profanatum. Sed dedicatio corporis Chriſti facta in reſurrectione: fuit vera et eterna: quia poſt conſummationē totius noſtre redēptionis fuit facta: ⁊ Chriſtus amplius iam non morit: nec vltra mors illi dominabitur. Et ſic eſt dicendū ꝙ pro hac dedicatione Dauid principaliter fecit hunc pſalmum introducens Chriſtum loquenteʒ. In quo duo facit. Nā primo Chriſtus agit gratias deo patri de ſua reſurrectione/ ⁊ glorioſa dedicatione ſui corporis poſt cōſummationē noſtre redēptionis. Secūdo explicat modū ſue reſurrectiōis. ibi: Ego autē dixi. ¶ Quantū ad primū dicit Chriſtus. O dn̄e pater ego ſemꝑ exaltabo te/ ⁊ magnificabo/ ⁊ miris laudibus efferā te in eccleſia mea: eo quoniā ſuſcepiſti me de inferno: et ſepulchro me reſuſcitando: nec delectaſti id eſt non delectari permiſiſti Judeos inimicos meos ſuper me. Nam ipſi putabant me totaliter de terra deleuiſſe per mortem: ſed tu non impleſti deſyderium eorum: immo me ab inferis reſuſcitaſti: ideo manēt confuſi et illuſi.

Chriſti humanitas dr̄ dei tēplū.

Nota de dedicatione.

**Domine deus meus clamaui ad te: ⁊ ſanaſti me.**

De conſe. diſ. j. c. quando aūt ſtam⁹.

¶ Domine pater ego clamaui ad te in oratione facta in horto/ ⁊ in cruce ꝓ mea reſurrectione/ ⁊ ſalute mēbrorū meorū: ſed tu ſanaſti me reſuſcitando: ⁊ membra mea ſaluando. quod patet. Nam tu

**Domine eduxiſti ab inferno aīam meam ſaluaſti me a deſcendentibus in lacum**

De conſe. di. ij. c. iteratur.

¶ Scilicet inferni. q2 licet deſcēderim ad inferos: tn̄ nō tanꝙ reus: ſed tanꝙ iudex ⁊ victor ⁊ triūphator. Et ideo recuperaui/ ⁊ liberaui predā ſanctorū patrū/ ⁊ fideliū de lōga captiuitate. Et ſic tu ꝑ me ſaluaſti aīam meā. i. mēbrorū meorū a deſcendentibus in lacū: immo introduxi eos in regnū celorū in mea aſcenſione. Et ideo Chriſtus conuerſus ad ſocietatem ſanctorum patrum quos de limbo ducebat in celum in die aſcenſionis/ dicit.

**Pſallite domino ſancti eius: ⁊ cōfitemini memorie ſanctitatis eius.**

xv. q. j. ca. reuertimini.

¶ O vos ſancti patres/ Adā/ ⁊ Abel/ ⁊ Abrahā/ et ceteri q̄ in limbo diu me expectaſtis: pſallite ⁊ cantate dn̄o laudes/ ⁊ confitemini memorie ſanctitatis eius. q̄ hodie vos eduxit de ergaſtulo inferni/ ⁊ ad patriā paradiſi cū tanta gloria introduxit. Et vos ſācti fideles noui teſta. celebrate feſtiuitates reſurrectiōis ⁊ aſcēſionis ⁊c. Et cōfitemini memorie ſanctitatis eius p̄dicātes bn̄ficia recepta/ ⁊ celebrate dies feſtos in memoriā beneficiorum ei⁹.

**Quoniam ira in indignatione eius: ⁊ vita in voluntate eius.**

De pe. diſt. iij. c. ꝑdictior. §. j.

¶ Ira fuit magna in indignatione eius qn̄ peccauit Adā: q2 tūc fuit iratus deus cōtra totū genus humanū ⁊ oēs erāt filij ire: ⁊ deus oēs ad damnationē/ ⁊ ꝑpetuā captiuitatē cōdēnauit. ⁊ a ſe illos abiecit: ⁊ ſic fuit nobis ira et mors in illa indignatione. Sed poſtea nunc fuit vita noſtra in volūtate eius. i. benignitate: q2 ꝑ meā mortē ⁊ paſſionem oēs ſaluare voluit: ⁊ ꝑ meā reſurrectionē oēs reſuſcitauit/ ⁊ oibus vitaʒ reſtituit. quaſi dicat/ ꝙ per me fuit mitigata eius ira: ⁊ vita nobis reſtituta. quod patet. Nam

**Ad veſperum demorabitur fletus: ⁊ ad matutinum letitia.**

De pe. di. v. §. defleat. ⁊ de pe. diſ. j. §. dolendum.

¶ In die veneris/ ⁊ in die ſabbati ad veſperū demorabit fletus: q2 mater mea/ et apoſtoli oēs flebunt mortē meā. S3 ad matutinū. i. die dn̄ica fuit eis magna letitia/ cū viderūt me reſurrexiſſe. Itē ad veſperū. i. ab Adā vſq3 ad Chriſtū ſemꝑ demorabat fletus in mundo ꝓpter pctm̄: ſed ad matutinum poſt reſurrectionē orta eſt mundo magna letitia: q2 tunc fuit fractus infernus ⁊ expoliatus/ ⁊ celum fuit oibus apertū: ⁊ ſacramenta eccleſiaſtica data ad ſananda peccata.

**Ego autem dixi in abundantia mea: non mouebor ineternum.**

De conſe. di. x. ca. placuit.

¶ Hic declarat modum ſue reſurrectionis: ⁊ dedicationis ſui corporis. Unde dicit. O pater bene debeo pſallere ⁊ letari cū membris meis: immo dixi ⁊ dico in abundantia tante glorie ⁊ felicitatis: q2 non mouebor iam ineternum poſtꝙ ſurrexi: iam non moriar: nec mors vltra mihi dominabitur: q2

corpus meum iam eſt ad gloriam dedicatum immortale ⁊ impaſſibile. Ideo hec eſt vera dedicatio ⁊ eterna/ multo perfectior/ q̄ dedicatio tēpli Salomonis/ qḋ poſtea bis fuit deſtructum. Quia tu

ſ. q. ſ. c. ſ. ꝟſ. q. ſ. c. imitare.

**Domine in voluntate tua: preſtitiſti decori meo virtutem.**

**Auertiſti faciem tuam a me: ⁊ factus ſum conturbatus.**

¶ Dñe inquā/ preſtitiſti virtutem decori/ ⁊ glorie corporis mei cum omnibus dotibus glorioſis. Nā primo auertiſti faciem ⁊ auxilium tuum a me: qñ me dereliq̄ſti in poteſtate iudeorū in illo triduo/ ⁊ ſic factus ſum conturbatus ex timore mortis: vt dictum eſt pſalmo. xxj. Et ſic

De conſe. diſt. ſ. qñ autem.

**Ad te domine clamabo: ⁊ ad deum meum deprecabor.**

¶ Ad te clamabo. i. clamaui per trinā orationē in horto: vt ille calix tranſiret ⁊c. ⁊ ſic rogaui ꝓ mea reſurrectione/ ⁊ membrorum. Nam

xvj. q̄. vij. ca. hoc dixim⁹. ⁊ c. ſeq.

**Que vtilitas in ſanguine meo: dum deſcēdo in corruptionem?**

**Nunquid confitebitur tibi puluis: aut annunciabit veritatem tuam?**

¶ Que vtilitas fuiſſet mihi/ ⁊ mēbris meis in ſanguine meo/ ſi deſcendiſſem in corruptionē/ ⁊ fuiſſem incineratus ⁊ nō ſurrexiſſem: quaſi nulla fuiſſet vtilitas/ nec fructus mee paſſionis. Nam puluis ⁊ corruptio. i. ſi fuiſſem incineratus ⁊ corrupt⁹ in ſepulcro/ non potuiſſem annunciare veritatem miſſionis mee: nec fuiſſem creditus redēptor nec meſſias. Ipſa ergo reſurrectio verificauit oīa opera redemptiōis: ⁊ me oſtendit verum meſſiam/ et verum redemptorem/ ⁊ verum deum. Ergo

xxxviij. diſt. ca. ſedulo.

**Audiuit dominus ⁊ miſertus eſt mei: dominus factus eſt adiutor meus.**

¶ Dñs pater audiuit me: ⁊ miſertus eſt mei: ⁊ factus eſt adiutor meus/ cum me ad gloriā reſuſcitauit: vt poſſent mea mēbra reſurrectionem meam participare: ⁊ vt eſſem primitie reſurrectiōis oīm. Unde chriſtus conuerſus ad patrē dicit. O pater

v. q̄. v. ca. non oīs. Al's precinxiſti vij. q. ſ. c. aduerſitas.

**Conuertiſti planctum meum in gaudium mihi: concidiſti ſaccum meum ⁊ circundediſti me letitia.**

**Ut cantet tibi gloria mea: et non compungar: domine deus meus ineternum confitebor tibi.**

¶ Tu conuertiſti plāctū meū/ ⁊ oīm membrorū in gaudium mihi per meam reſurrectionem. Nam primo concidiſti. i. concidi/ ⁊ vulnerari permiſiſti ſaccū. i. corp⁹ meū per paſſionem. Sed poſtea circūdediſti me letitia: qꝛ corpus glorioſum mihi reddidiſti/ ⁊ immortale per reſurrectionē: qꝛ non amplius cōpungar: nec vulnerabor/ nec patiar. Ideo ratio eſt/ vt cantet tibi gloria mea/ ⁊ confitebor tibi ineternū O dñe deus me⁹ in eccleſia mea ꝓ tātis beneficijs receptis. ¶ Et appellat Chriſt⁹ corpus ſuū ſaccū: eo ꝙ in eo portauit pretium noſtre redemptionis. Unde Augu. ſup pſalmo. xxx. Ecce Chriſt⁹ paſſus eſt. ecce mercator oſtendit merces.

⁊ Corp⁹ xp̄i dr̄ ſaccus.

ecce pretiuꝫ qḋ dedit. ecce ſanguis qui effuſus eſt. in ſacco ferebat pretiū: percuſſus eſt lancea ⁊ ſciſſus eſt ſaccus/ ⁊ manauit p̄tiū orbis terrarum. Ex predictis pꝫ hūc pſalmū eſſe factū ꝓ dedicatione ⁊ reſurrectiōe corꝑis Chriſti ꝓphetice. Sed moraliter vnuſquiſq₃ peccator per miſericordiam ſuſcitatus/ ⁊ renouat⁹ poteſt dicere hunc pſalmū poſt actā pniam. ¶ Ex toto iſto pſalmo poſſunt recolligi ſeptem cōcluſiōes. Quarū prima eſt: ꝙ reſurrecto Chriſto q̄ prophetice predicit̄ in hoc pſalmo fuit vera dedicatio corꝑis eius glorioſi figurata per dedicationem domus Dauid. ſ. templi Salomonis prout annotatur in titulo huius pſalmi. ¶ Scḋa concluſio/ ꝙ per Chriſti reſurrectionem fuerunt ſanati oēs languores/ ⁊ infirmitates corporales ipſius corporis myſtici. Quia inde expectamus futurā reſurrectionē. ¶ Tertia cōcluſio/ ꝙ per reſurrectioneꝫ Chriſti fuit mitigata ira dei/ ⁊ placata eius voluntas. ¶ Quarta cōcluſio/ ꝙ reſurrectio Chriſti fuit letitia/ ⁊ gaudiū maxime virginis Marie/ ⁊ oīm fidelium tam viuorum q̄ mortuorum. Quia fideles liberati ſunt de limbo/ ⁊ virgo Maria ⁊ apoſtoli/ ⁊ diſcipuli cū mulierib⁹/ qui per totū triduū fleuerunt/ letati ſunt in matutino diei dominice audita ⁊ viſa Chriſti reſurrectione. Et ſicut fuit ad veſperum fletus: ita fuit ad matutinū letitia. ¶ Quinta cōcluſio/ quod reſurrectio Chriſti fuit perfectio ⁊ cōſummatio toti⁹ noſtre redemptionis: per quā oēs recuperauimus immortalitatē. Et fuit ēt reſurrectio Chriſti ꝑfectio/ ⁊ verificatio oīm ſcripturaꝝ legis ⁊ ꝓphetarū. Quia ſi Chriſtus nō ſurrexiſſet/ effuſio ſanguinis ⁊ paſſio eius fuiſſet inutilis: ⁊ ſcriptura ſimul cuꝫ fide fuiſſet inanis ⁊ falſa. ¶ Sexta cōcluſio/ ꝙ Chriſtus ꝑ ſuā mortē/ ⁊ paſſionē meruit ſibi ⁊ nobis reſurrectionē/ ⁊ claritatē/ ⁊ gloriam corporis ⁊ anime/ impaſſibilitatem/ ⁊ felicitatem. ¶ Septima cōcluſio ꝙ corpus ⁊ humanitas Chriſti fuit ſaccus theſaurorum ſpiritualiū/ ⁊ meritorū/ ferens pretiū toti⁹ noſtre redemptionis: ex quo afflicto ⁊ flagellato/ ⁊ clauis perforato: et lancea percuſſo: emanauit: ⁊ fluxit pretiū orbis terrarū ⁊ virtus ſacramentorum: quo pretio non ſolum fuimus a morte eterna liberati: ſed etiam fuimus beatas manſiones in celo adepti. ¶ Sed contra aliqua predicta in hac expoſitione arguitur. Et prio contra expoſitionem tituli huius pſalmi: ⁊ contra primam concluſionem/ in qua dicitur/ ꝙ reſurrectio Chriſti fuit dedicatio corporis eius/ figurata ꝑ dedicationem templi Salomonis ſiue domus Dauid. Nam talis dedicatio corporis Chriſti potius videtur impleta et verificata in Chriſti incarnatione/ quā in eius reſurrectione/ qꝛ tunc. ſ. in incarnatione/ illa humanitas Chriſti fuit dedicata: tanq̄ verum templum verbi dei perpetuum: quia qḋ ſemel aſſumpſit nunq̄ dimiſit. Ex quo patet/ ꝙ dedicatio corporis Chriſti/ ⁊ eius conſtructio: magis fuit facta in incarnatione/ q̄ in eius reſurrectione. Et illa dedicatio templi Salomonis magis figurabat myſterium incarnatiōis/ q̄ reſurrectionis Chriſti: et per conſequens titulus ⁊ expoſitio huius pſalmi non eſt ad propoſitum dedicationis domus Dauid ⁊ templi Salomonis. Ad hoc reſpondetur/ ꝙ tria ꝯſiderabant̄ in illo tēplo Salomonis. Primo eius conſtructio ⁊ dedicatio p̄cepta per Dauid/ et

Obiectio.

Rñ. Tri. tēpli.

facta per Salo. Scḋo cōſiderat̄ eius deſtructio facta per Nabuchodonoſor/ ⁊ chaldeos. Tertio eius reedificatio ⁊ renouatio: facta ꝑ Neemiā: ⁊ Ieſum ſacerdotē magnū/ ⁊ Aggeū/ ⁊ zachariā: vt pater in eoꝝ ſcriptis. Prima ergo cōſtructio/ ⁊ dedicatio tēpli facta per Salo. fuit directa figura myſterij incarnationis/ ⁊ formatiōis corꝑis xp̄i in vtero virginali: qꝛ tunc tota illa hūanitas fuit facta ⁊ dedicata tanq̄ verū ⁊ eternū tēplum dei/ in quo habitat perſonaliter verbū diuinū. Sed deſtructio tēpli Salo. facta per Chaldeos fuit figura mortis et paſſionis xp̄i/ ⁊ diſſolutionis corporis eius ab aīa. Et ideo eccleſia in toto triduo paſſionis Chriſti cātat lamētationes Hieremie ꝓphete factas de deſtructione tēpli ⁊ ciuitatis/ inquātum illa deſtructio ⁊ diruptio tēpli ſunt figura diſſolutionis corporis Chriſti/ ⁊ ſeparatiōis corꝑis eius ab aīa. Reedificatio autem tēpli/ ⁊ reſtauratio facta per Neemiā/ ⁊ Eſdrā/ ⁊ Ieſum ſacerdotē/ ⁊ dedicatio ſecūde domus fuit vera figura reſurrectiōis xp̄i/ ⁊ glorificationis eiuſdē. de qua diſſolutione corporis/ ⁊ reſurrectione dixit Chriſt⁹ iudeis. Ioā. ij. Soluite tēplū hoc/ ⁊ in tribus diebus reedificabo illud. Ex quib⁹ pꝫ/ ꝙ Dauid nō indebite: immo decēter/ et accōmodate ꝓphetice p̄dicit in hoc pſal. reſurrectionē chriſti per figurā dedicatiōis/ ⁊ reſtaurationis domus Dauid. Et per hoc patet veritas tituli huius pſal. ⁊ eius expoſitiōis. ¶ Sed ſcḋo dubitatur circa ſextā cōcluſionē: vbi dr̄/ ꝙ Chriſt⁹ per ſuā mortē ⁊ paſſionē meruit ſuā/ ⁊ noſtrā reſurrectionē. Nā cū Chriſt⁹ ſit deus ⁊ hō ⁊ caput eccleſie: iā a principio habuit plenitudinē/ meritoꝝ/ ſicut dictū eſt pſal. xv. ergo añ paſſionē iā merebat̄ ſuā reſurrectionē. Itē Chriſtus qꝛ ſol⁹ inter mortuos liber/ ⁊ nō obligatus in Adā/ nō ſolū nō merebat̄ mori: ſꝫ etiā merebat̄ nō mori immo viuere ineternū: ergo non oportebat ipm̄ mori vt reſurgeret/ ⁊ mereret̄ reſurrectionē ꝓ ſe. Itē ſicut Chriſt⁹ habebat p̄tātē dimittendi aīam ſuā ꝑ mortē/ ⁊ iterū ſumendi eā ꝑ reſurrectionē vt pꝫ Ioā. x. ita habebat poteſtatem retinēdi eā ineternū abſq₃ morte: ⁊ ſic habebat poteſtatē viuēdi ineternū. Et per cōſequēs nō oportebat ipꝫ mori: vt mereret̄ reſurgere ſaltē ꝓ ſe. In oppoſitū aūt eſt Apl's ad Phil. ij. dicens/ ꝙ qꝛ xp̄s ſeipm̄ exinaniuit fact⁹ obediēs p̄ri vſq₃ ad morteꝫ crucis: ꝓpter qḋ exaltauit illū ⁊c. ¶ Pro hui⁹ dubij declaratiōe/ ⁊ ꝓpter ea q̄ dicta ſunt pſal. xv. et xvij. ⁊. xxx. eſt valde aduertendū/ ꝙ perſona Chriſti quātū ad p̄ſens ſpectat: pōt tripliciter cōſiderari. Uno mō inquātū ſuppoſitat̄ ⁊ perſonat̄ in verbo. Scḋo inquātū eſt pſona humana perfectiſſima in ſummo/ ⁊ eſt filius virginis. Tertio inquātū eſt caput eccleſie. Et ſic cōſiderat̄ in illa hūanitate/ ſiue in illo hoīe pſonato in verbo triplex grā. ſ. primo grā vnionis. Scḋo grā habitualis. Tertio grā capitis. ꝓ primā Chriſt⁹ hō meret̄ dici de⁹ creator et ꝙ ſibi cōicent̄ idiomata eoꝝ q̄ ſunt dei effectiue. ⁊ ſic Chriſtus tanq̄ ſuppoſitū diuinū ⁊ humanū habebat p̄tātem deponēdi/ ⁊ reſumendi aīam/ ⁊ retinendi eā ⁊ nō moriēdi: ⁊ ſic nō oportebat ipm̄ mori vt reſurgeret. Scḋo aūt mō per ſcḋam gratiā Chriſt⁹ nō merebat̄ mori qꝛ erat ſol⁹ inter mortuos liber: qꝛ nō ex ope Adā cōceptus nec natus: ſed plenitudine oīm grārum totaliter perfectus. Et ſic nullo mō merebat̄ mori: ſed ſi iniuſte occideret̄: mereba

Salomonis facta cōſiderant̄.

¶ Perſona xp̄i tripl'r cōſideratur ⁊ lea triplex grā.

tur reſurgere. Tertio vero mō/ inquātū caput non merebat̄ mori: ꝓpter ſupradicta: ſed debuit mori/ poſtq̄ deſpōſauerat ſibi eccl'iam/ ⁊ fact⁹ fuerat ei⁹ aduocatus/ ⁊ ꝓcurator/ ⁊ pater/ ⁊ dñs/ ⁊ paſtor: qꝛ his modis cauſam nr̄aꝫ fecerat ſuā/ ⁊ ſic obligauerat ſe ad ſoluendū ꝓ nobis: vt dictū eſt pſal. xvij/ ⁊ xxx. Et iō qꝛ Chriſtus nō aſſumpſit cauſam nr̄aꝫ ex neceſſitate: ſed ex charitate: inde eſt ꝙ lꝫ de ſe non merebat̄ mori: tm̄ meruit formal'r ſuā glorioſam reſurrectionē: vt effectiue poſſet eā ſuis mēbris cōicare. Et iō dicit Magr̄. iij. ſen. di. xviij. ꝙ Chriſtus ꝑ ſuā paſſionē meruit ſibi/ ⁊ nobis reſurrectionē/ ⁊ claritatē. Et hoc ꝓbat ex auctoritatib⁹ Au. ⁊ Amb. Utrū aūt grā vniōis/ ⁊ grā habitual'/ ⁊ grā capitis ſit vna grā real'r/ an plures: nō eſt ad pn̄s diſputādū: ſed ſufficit/ ꝙ ſint tres modi diſtincti. Sꝫ hoc eſt certū ꝙ xp̄s ꝑ hunc triplicē modū gratie/ a primo inſtanti ſue cōceptionis fuit fact⁹ caput eccl'ie ⁊ habuit plenitudinē meritoꝝ: vt mereret̄ ꝓ ſe/ ⁊ ꝓ nobis. ſ. vt ſua merita oībus poſſet cōicare. Et illico habuit firmū ꝓpoſitū patiendi ꝓ nobis/ ⁊ illico incepit opa nr̄e redēptiōis/ ⁊ incepit opari tanq̄ caput eccl'ie. Nā ſtatim mouit virginē matrē: vt aſcēderet in iudeā ad ſalutādū Elizabeth: ⁊ ibi ſanctificauit Ioā. bapti. ⁊ elegit eū in p̄curſorē. Et ſic etiā Chriſtus in vtero virginis iā cōtinue orabat ad patrem ꝓ eccleſia ſua abſq₃ itermiſſiōe: qꝛ ſemꝑ erat in actu/ ⁊ in officio nr̄e redēptiōis. Et ſic totū op⁹ nr̄e redēptiōis fuit vnic⁹ actus ⁊ continuus: ⁊ nō interpolatus/ reſpectu Chriſti rōne firmi ꝓpoſiti/ ⁊ cōtinue opatiōis. Sꝫ opa redēptionis dicunt̄ diſtincta effectiue/ ſiue ſubiectiue reſpectu noſtri/ inquātū nō ſtatim fuit crucifixus in effectu: nec eduxit p̄res de limbo: nec aſcendit in celuꝫ: nec miſit ſpm̄ in diſcipulos ⁊c. vñ talis ſucceſſio dr̄ facta in effectu ⁊ reſpectu nr̄i: ſed in effectu vnic⁹ fuit act⁹ reſpectu xp̄i: ſicut poſitū fuit exēplū de ſole/ pſal. xv. Nā ſol totā plenitudinem ſui luminis/ ⁊ virtutꝭ hꝫ in aurora/ ⁊ in ortu ſuo in ſe ſimul: ſed totū hemiſpheriū nō ſimul recipit totū lumen ⁊ virtutē/ ⁊ calorem ſolis: ſed ſucceſſiue terra recipit incrementū luminis/ ⁊ virtutis ſolis per ei⁹ acceſſum. Et ſic illa illuminatio vnicus actus eſt reſpectu ſolis: ſed variat̄ reſpectu noſtri. Ita ergo pariter eſt dicendū de Chriſto: qꝛ a principio ſue cōceptionis habuit totā ſuā plenitudinē ſcie/ ⁊ ſapientie/ ⁊ gratie/ ⁊ meritoꝝ: ⁊ fuit factus caput eccleſie ⁊ principiū/ ⁊ meritū/ ⁊ menſura oīm gratificādorū: ⁊ fons oīm gratiarū/ ⁊ donorū/ ⁊ meritorū. Et ilico incepit opera noſtre redemptionis: ⁊ cū firmo ꝓpoſito/ et affectu ſine interpolatione cōtinuauit ſuū officiū. Et ſic patet qualiter Chriſtus ſemper fuit non ſolum in actu primo: ſed etiam in actu ſcḋo operando noſtram redemptionem. Et patet etiam ꝙ Chriſtus non profecit in gratia/ nec ſcientia quo ad ſe: ſed quo ad nos. i. ꝙ gratia/ ⁊ ſcientia/ et ſapientia/ ⁊ plenitudo meritorum non creuit quo ad ſe: ſed quo ad nos. Et iſto modo dicitur Luc. ij. ꝙ Chriſt⁹ proficiebat/ ⁊ creſcebat ſapientia et gratia ſimul cum etate apud deum ⁊ homines. ſ. apud homines eos docendo: ⁊ illuminando/ ⁊ iuſtificando: ⁊ apud deum peccatores ſibi reconciliando. Et tale incremētū ⁊ ꝓfectus ſapiētie/ ⁊ gratie erat tm̄ reſpectu noſtri: qꝛ plenitudo huiuſmodi a principio fuit in Chriſto. Et ſic ergo concluditur/ ꝙ Chriſtus ratiōe

Nota.

Chriſt⁹ creſcebat ſapiētia.

puritatis/⁊ innocentie/⁊ rōne plenitudinis gratie ⁊ meritorum a principio ante paſſionē meruit ſuā claritatē/⁊ reſurrectionem: vt videnť innuere Augu. ⁊ Ambroſius. Itē rōne firmi ꝓpoſiti patiēdi/et rōne vnici act⁹ cōtinui nr̄e redēptionis/iam Chriſtus effectiue meruit ſuā ⁊ noſtrā reſurrectionē: ſꝫ effectiue/⁊ quo ad nos dicit ꝙ Chriſt⁹ ꝑ ſuā paſſionem meruit ſuam ⁊ noſtrā reſurrectionem. Et iſto modo Chriſtus poſt ſuā reſurrectionē dixit Mat. vlti. Data eſt mihi poteſtas i celo ⁊ in terra ⁊c. non ꝙ non eſſet tradita talis poteſtas a principio: ſed q꞉ per mortem ⁊ ruſurrectionē tota nr̄a redēptio fuit in nobis cōſummata/⁊ poſt reſurrectionez in

Nota. celo/⁊ in terra/⁊ in inferno poteſtas Chriſti fuit manifeſtata. Itē Chriſtus rōne ſupradicti vnici/⁊ continui actus ⁊ firmi ꝓpoſiti patiendi non ſoluz meruit noſtram ſalutem añ paſſionem ⁊ in morte: ſed etiam poſt mortem: quando fuit lancea in latere percuſſus: vñ exiuit ſanguis ⁊ aqua in remiſſionem peccatorū: ⁊ vñ emanauit virt⁹ oīm ſacramentorum: q꞉ al's illud vuln⁹ nō fuiſſet meritoriū ſibi ⁊ nobis. Itē etiā dr̄/ꝙ ratione talis firmi ꝓpoſiti: ⁊ affectus martyres nō ſolū merebanť in vita: ⁊ in tormentis: ſꝫ etiā merebanť in omnib⁹ que fiebāt poſt mortem erga eorum corpora in vituperiū eorum puta quando corpora eorūz cremabantur: ac tradebantur beſtijs deuoranda: ⁊ proijciebantur ad loca im̄munda ⁊c. Et per hec patet reſponſio ad dubium ſupradictum.

Infra lxx. a. cvij. q. ſ geſtum

In te domine ſperaui: non confundar ineternuz: in iuſtitia tua libera me.

¶ Titulus: In finē ſiue ad victoriam pſal. Dauid ex titulo apparet ꝙ Dauid fecit hunc pſal. dirigens nos in Chriſtum: qui eſt finis legis. Sed de materia huius pſal. eſt diſceptatio apud expoſitores Hebreoꝝ. Nā quidā dicunt ꝙ Dauid preuidens in ſpū captiuitatē Babylonicā ⁊ liberationem: fecit hunc pſal. in perſona toti⁹ ppl'i liberati. Alij aūt dicunt ꝙ Dauid fecit hūc pſal. in perſona totius Iſrael liberati de ſeruitute Philiſtinoꝝ per Dauid. Rabi aūt Salomon dicit: ꝙ Dauid exiſtens in perſecutiōe Saulis fecit hūc pſal. gratiās agēdo: eo ꝙ deus liberauerat ipm̄ de multis periculis in illa longa perſecutione. Sed ſepi⁹ dictū eſt: ꝙ nulla fides eſt adhibenda iſti ceco ⁊ obſtinato: qui ſemper conatus eſt peruertere ſacraz ſcripturā: ⁊ retrahere a vero ſenſu ſpūali. Nā Dauid nō fuit minus ꝓpheta in hoc pſalmo: nec min⁹ inſpiratus: ꝙ in ceteris: maxime cuz ipſemet Ra. Sa. dicat ſuper za. ꝙ prophete nō ſunt locuti: niſi ad tp̄a meſſie. Et ideo eſt dicendum ſicut ſepius dictū eſt: ꝙ Dauid in ſuis perſecutionib⁹ preuidit in ſpū totū diſcurſum eccleſie ab Adā vſq; ad Chriſtū ⁊ exinde vſq; ad iudiciū: qui quidē eccleſia dr̄ vna: ⁊ vnū corpus myſticū ꝓpter vnā fidē: ⁊ ſpem vnius Chriſti mediatoris. Nā eadē fides ⁊ ſpes eſſentialis xp̄i qui ſaluauit antiquos: ſaluat ⁊ nos: ſꝫ ſolū eſt differentia accidētialis: vt dictuz eſt in ꝓlogo. Nā illi expectabāt Chriſtū redēptorē. Sꝫ nos iam redēpti expectam⁹ ipm̄ glorificatorem. Et fides noſtra includit fidē ⁊ ſpē antiquoꝝ: q꞉ qđ illi credebāt futurū: nos credim⁹ preteritū: ⁊ quē ipſi expectabāt redēptorē: nos expectamus glorificatorez.

¶ Ex quo ptꝫ: ꝙ ſpes eſt habit⁹ infuſus: quo bona ſpūalia Chriſti expectanť. ſ. redēptio ſiue ſaluatio ⁊ glorificatio. que quidē diffinitio cōuenit ſpei in cōmuni. Nā per eandē ſpem: qua nos ſperam⁹ Chriſtū glorificatorē: expectabāt ipſi redēptorem: in cui⁹ virtute ipſi peruenerūt ad Chriſtū: ⁊ dirigebantur ad ipſum: ⁊ in ea ſaluati ſunt. Hoc ergo ꝓuidēs Dauid in ſpū per ſuas perſecutiones: fecit hunc pſal. hāc ſpem cōmendans: in quo introducit Adā loquētem cū tota ſua poſteritate fideliūz: expectantium Chriſtum: qui quidē Adam: vt ſic dicitur corpus myſticum Chriſti: ⁊ vna eccleſia: q; per verā fidē: ⁊ ſpem dirigebať in Chriſtū. Et iō in titulo ꝓponiť: In finem pſal. Dauid. Sed q꞉ Dauid in hoc pſalmo oſtendit ꝙ ipſe Adā myſticus ſiue populus dei ꝓpter ſpem: ⁊ fidem paſſus eſt multas perſecutiōes cū magna patiētia: ⁊ tñ nunꝗ amiſit ſpē: immo fuit liberat⁹ a Chriſto finaliter per talē ſpem: ſed ſpes conſiſtit in quadā extaſi: eo ꝙ ſpes retrahit hoīem a terrenis: ⁊ cōſtituit eū in deſiderio celeſtiū: ⁊ in tali extaſi cōſtitut⁹ tolerat oīa mala ꝓpter deū: Ideo in aliq̄bus biblijs apponitur huic titulo pro extaſi. ſ. In finem pſal. Dauid ꝓ extaſi. ſ. ſpei. Quinq; ergo facit in hoc pſalmo. Nam primo iſte hō myſticus petit redimi de captiuitate peccati: ⁊ a penalitatibus intrinſecis eiuſdez ꝑ aduentū Chriſti. Scđo petit liberari a perſecutionibus infideliū tyrānoꝝ ⁊ hereticoꝝ. Tertio predicit punitionem perſecutorū eccleſie. Quarto predicit premiū bonoꝝ in Chriſtum ſperantiū. Quinto exhortatur fideles ad fidē ⁊ ſpem Chriſti: ⁊ patientiam in aduerſis propter Chriſtum. Secūdum ibi: Miſerere mei domine. Tertium ibi: Erubeſcāt impij. Quartum ibi: Quā magna multitudo. Quintum ibi: Diligite dominum.

¶ Quantū ergo ad primū Adam cum tota ſua poſteritate fidelium laſſus: ⁊ confractus longa captiuitate ſub diabolo: infectus pctō in anima: ⁊ fomite cōcupiſcentie in carne: deſiderās accelerari aduentū Chriſti: per quem ſperat: ⁊ intēdit ſaluari ⁊ liberari: apoſtrophat ad Chriſtum dicēs. O dñe Jeſu chriſte: in te ſperaui poſtꝗ fui eiect⁹ a paradiſo peregrinādo ꝑ hunc mundum: fac ergo vt veniaſ: ⁊ nō cōfundar ineternum: ⁊ ne ſpes mea ſit fruſtra ideo in iuſtitia tua libera me a culpa anime: ⁊ a fomite ⁊ concupiſcentia carnis: ⁊ a lege peccati. Et libera me in tua iuſtitia: ⁊ non in mea: q꞉ in me nulla eſt iuſtitia: ſed ſolum peccatum. Et ideo nō poſſum liberari niſi per tuam iuſtitiam ⁊ mortem: et paſſionem: per quam ſpero iuſtificari. Ideo

Inclina ad me aurem tuam: accelera vt eruas me.

¶ Inclina ad me aurem tuam: quia per magna tēpora clamaui ad te: ideo accelera aduentum tuū: vt eruas me de manu diaboli: ⁊ a ſpirituali captiuitate ⁊ miſeria. ¶ Et nota quod iſta vox corporis myſtici: non ſolum dirigitur ad filium: ſed etiaz ad patrem. Nam ſicut filius incarnat⁹ dicitur facies patris: per quam nobis notificatus eſt: ⁊ lingua patris per quam nobis locutus eſt: ita etiam dicitur auris patris: per quam pater nos audit: et noſtras petitiones: ⁊ ꝓces acceptat. Ideo ait: Inclina ad me aurem tuam. i. mitte filium incarnatū: ⁊ accelera: vt eruas me a peccato per paſſionē eius.



Itē ligua Chriſti ⁊ auris ē humanitas/ꝑ quā xp̄ū nobis loq̄bať/⁊ nos audit. Et ſic iſta vox indifferēter pōt dirigi ad patrē vel ad filiū. Nam pater liberauit nos per filiū incarnatū: ⁊ filius liberauit nos per carnem in qua paſſus eſt. vnde ſubdit/

xxiiij. q. iij. c. vlti. in fi.

Eſto mihi in deū protectorē ⁊ in domum refugij: vt ſaluum me facias.

¶ Eſto mihi in deū protectorez. i. cū veneris nō te recipiam vt purum hominē: ſed eris mihi in deuz protectorem: ⁊ ſic confitebor te deum ⁊ hominem. Et eſto mihi cum veneris in domum refugij: quia in te ponam totam ſpem meam: vt ſaluum me facias per mortem ⁊ paſſionem.

Al's dux mihi eris

Quoniam fortitudo mea et refugium meum es tu: et propter nomen tuum deduces me ⁊ enutries me.

¶ Tu ſolus es fortitudo mea/⁊ refugiū meum es tu: quia non eſt alius ſufficiens ad ſaluandum niſi tu: quia deus ⁊ homo liber ſolus a peccato: quoniam tu vocaris Jeſus quod eſt nomen ſalutis. Et ideo ꝓpter nomen tuum deduces me a peccato per paſſionem/⁊ enutries me per eccleſiaſtica ſacramēta: quia nō eſt aliud nomē ſub celo in quo nos oporteat ſaluos fieri. Et ideo per tuam paſſionem educes me de laqueo demonū venātium/quē parauerunt mihi in paradiſo: quando comedi de ligno vetito. qui quidem laque⁹ illaqueauit omnes filios meos. Et ideo

Al's muſcipula iſta.

Educes me de laqueo quē abſconderunt mihi: quoniam tu es protector meus.

¶ Tu educes me de laqueo venantiū qđ eſt peccatū originale/⁊ ex conſequenti actuale: quē laqueū abſconderunt mihi. vnde fomes concupiſcētie diciť laqueus abſconſus in carne ſiue latens in mēbris. Et hoc facies: quoniam tu ſolus es protector meus: ideoq;

Luce. xxiij. f.

In manus tuas commēdo ſpiritū meum: redemiſti me dñe deus veritatis.

¶ In manus tuas cōmēdo ſpiritū meū ⁊ animaz meam: q꞉ tu non eris ſaluator tp̄alis tm̄ ſicut ſperant iudei obſtinati: ſed ſaluator anime a peccato. ideo In man⁹ tuas cōmēdo ſpiritū meuz: quia tu deus veritatis redemiſti. i. redimes me a pctō per paſſionē. Nā ideo poteris me redimere: q꞉ es ver⁹ deus ⁊ homo: ideoq; tanꝗ deus veritatis. i. tanꝗ verus deus redimes me. Unde eſt aduertendū: ꝙ hec eadem verba/que dicit corpus miſticum ad Chriſtum per os Dauid: eadē verba dixit Chriſt⁹ ad patrē in cruce in ꝑſona totius corporis myſtici pro quo patiebať. Nā ſicut Chriſt⁹ patiebať ꝓ oībus fidelibus: ita in cruce cōmendauit patri aīas oīm fideliū membroꝝ ſuoꝝ ſicut pro eis orauerat ante/in mēſa ⁊ in horto. ⁊ hoc declarauit Chriſtus cū dixit: Redemiſti me dñe de⁹ veritatis. Manifeſtū eſt enī ꝙ Chriſt⁹ nō fuit redēpt⁹ in ꝑſona ſui: q꞉ nō indigebat redēptiōe/q꞉ oīno fuit ſine pctō: ſꝫ ipſe vt caput ⁊ mediator cōmēdat nr̄as aīas patri: ſed in ꝑſona ſui corporis myſtici ſiue mēbroꝝ dicit. Redemiſti me ⁊ mēbra mea in me/o deus veritatis. Unde pater diciť nos redemiſſe per filium ſuū: inquantū paſſionē Chriſti acceptauit in precium. vt dictum eſt pſalmo. xvij. Unde ſubdit.

xxiiij. q. ſ. ca. odi.

Odiſti obſeruantes vanitates: ſuperuacue.

¶ Odiſti infideles obſeruantes vanitates. i. vana auguria/⁊ obſeruantes ſuperuacue. i. fruſtra menſes ⁊ annos: q꞉ ſuperuacue/⁊ fruſtra obſeruant.

De pe. di. j. c. ſciens.

Ego autem in domino ſperaui: exultabo ⁊ letabor in miſericordia tua.

¶ Quaſi dicat: ego nō pono ſpem meā in reb⁹ mūdanis: nec recurro ad ſigna ⁊ conſtellationes: nec ad ſortilegia: nec ſuꝑſtitiones: q꞉ ſcio ꝙ odiſti obſeruantes iſtas vanitates ſuperuacue ⁊ fruſtra: ſꝫ ego cōmendo ſpiritū meū in man⁹ tuas: q꞉ tu me redemiſti tanꝗ verus deus: ⁊ ideo in te tanꝗ dño ſperaui: ⁊ ſpē meā poſui: ⁊ ideo exultabo ⁊ letabor in miſericordia tua/per quā liberabis me a captiuitate: ⁊ ſic ſpes mea non erit vana/nec ſuperuacua/ſicut ſpes gentiliū obſeruantium conſtellationes ⁊ ſortilegia vana ⁊c. Et quare letabor in miſericordia tua?

xij. q. ij. glia epi.

Quoniam reſpexiſti humilitatem meam: ſaluaſti de neceſſitatibus animam meam.

¶ Reſpexiſti humilitatē meā: q꞉ cū humilitate ad te cōfugi. Et ideo ſaluaſti de neceſſitatibus animā meam. ſ. a pena que neceſſario ſequitur culpā: ⁊ a culpa que neceſſario ſequiť ex fomite ⁊ concupiſcentia que dicitur lex mēbroꝝ: que quaſi neceſſitat/⁊ cogit alliciendo hominem ad peccatum. Iſta enim dicuntur neceſſaria/q꞉ ſunt connexa ⁊ alligata. Nam ex peccato primoꝝ parentum ineſt nobis formes/⁊ corruptio nature in carne/ex cui⁹ cōtractu anima maculať peccato originali/⁊ ex eius conſenſu cauſatur pctm̄ actuale/⁊ mortale in voluntate: ex quo ſequitur reatus: ⁊ pena ſenſus. Et ideo iſta dicuntur neceſſitates quedam in nobis: a quibus nos Chriſtus liberauit per ſuam paſſionem/⁊ ſacramenta eccleſiaſtica. Nā liberat nos a peccato: vt non ſit nec imputetur: ⁊ liberat nos a fomite: non vt nō ſit: ſed vt non imputetur: vt inq̄t Aug. Et ideo ſequitur:

xxiiij. q. ſ. ca. paratus. in fine.

Nec concluſiſti me in manibus inimici: ſtatuiſti in loco ſpatioſo pedes meos.

¶ Nō cōcluſiſti me in manib⁹ inimicorum: in quibus incluſus ⁊ captiuus eram: imo me abſtraxiſti in virtute paſſionis ⁊ ſacramentoꝝ. ¶ Et ſtatuiſti pedes meos in loco ſpacioſo/id eſt in eccleſia me

Eccl'ia dr̄ loc⁹ ſpatioſus.

collocaſti: que diciť locus ſpacioſus. Primo propter libertatē: q꞉ liberata ab importabili iugo legis veteris. Secundo quia habet multa remedia ⁊ facilia ad delendum peccatum/ad que quilibet poteſt faciliter recurrere ⁊ ſanari. Ideo nullus habet excuſationem: q꞉ deus non ſolum damnat hominem/quia peccauit: ſed quia currere ad medicū recuſauit. Tertio dicitur eccleſia locus ſpatioſus: quia non in ſola Hieruſalē terra Paleſtine arctať ⁊ aſtringitur: ſed a ſolis ortu vſq; ad occaſum dilatať. Exultat ergo iſte bon⁹ homo: q꞉ peramplius/⁊ perfectius/⁊ abundanti⁹/⁊ multiplicius eſt liberatus: non ſolū ab infirmitatibus carnis/ſed etiā aīe/⁊ nō tp̄aliter/ſed eternaliter: ⁊ nō ſolum a viſibilib⁹: ſed etiā inuiſibilibus. Totus iſte text⁹ pōt eſſe etiā vox Chriſti cōquerētis apud patrē de ſua ꝑſecutiōe/⁊ ſupplicātis ꝓ ſua liberatiōe ⁊ reſur-

rectiōe:⁊ in pſona membroꝝ:vt ſepiꝰ dictum eſt.
vij. q. i. c. cum pcuſſio. **Miſerere mei domine quoniam tribulor: conturbatus eſt in ira oculus meus: anima mea ⁊ venter meus.**

Ade multiplex pena propter pctm̄. ¶ In hac ſecūda parte petit liberari a paſſiōibꝰ/ ⁊ afflictiōibus extrinſecis. Vn̄ eſt aduertendū:ꝙ Adā multiplicē penā incurrit ꝓpter primū pctm̄ ⁊ inobedietiā. Nā primo incidit in penas intrinſecas ⁊ infirmitates tam corpis ꝗ aie:de quibus dictum eſt. Secūdo in penas exteriores ⁊ miſerias: cuiuſmodi ſunt paupertas bonoꝝ tpaliū/⁊ odium/ ⁊ ira inimicoꝝ. Nā ſicut miſerie/⁊ neceſſitates interiores infeſtant hoiem ab intra:ita pauptas/et inimici/⁊ iniqui ifeſtāt ⁊ affligūt hoiem ad extra. Et ideo poſtꝗ in prima parte petijt Adā miſticus liberari a malis/⁊ neceſſitatibꝰ intrinſecis ꝑ decēverſus. in hac ſcđa pte petit liberari ab extrinſecis per alios decē verſus. Nā eccleſia ⁊ hō miſticꝰ ſemp paſſus eſt ab Adā vſq ad Chriſtū perſecutiones/⁊ maiores paſſa ē poſt Chriſtū a iudeis ⁊ tyrānis ⁊ hereticis/⁊ patieť vſq ad iudicium:lꝫ aliquātulū quieuit poſt Cōſtātinū. a qua pſecutione fuit liberata eccleſia ꝑ Chriſtū ꝗ Cōſtantinū ⁊ reges terre illuminauit. Hoc ergo ꝓuidēs Dauid dicit in pſona eccleſie. O ſponſe Chriſte:qm̄ nō ſolū tribulor interiꝰ a carne ⁊ pctō:ſꝫ etiā exterius ab infidelibus ⁊ hereticis:nam in ira ⁊ ſnīa data primis parētibus oculus meus. ſ. ratio cōturbata eſt ꝑ ignorātiā/⁊ aia. ſ. ſenſualitas turbata eſt/⁊ vulnerata fomite cōcupiſcentie ⁊ ceteris paſſionibꝰ: ⁊ venter meꝰ. i. caro cōturbata eſt multis infirmitatibꝰ/⁊ doloribꝰ/⁊ egritudinibꝰ:que oīa euenīt mihi ex illius primi iuſtiſſima cōdēnatiōe peccati:

vij. qō. j. §. hoc tūc. verſi. cum vero. **Quoniam defecit in dolore vita mea: ⁊ anni mei in gemitibus.**

**Infirmata eſt in paupertate virtus mea: ⁊ oſſa mea conturbata ſunt.**

vij. q. j. c. cū per cuſſio. ¶ Ex iſtis infirmitatibus corporalibus vita mea defecit in dolore/⁊ deſtruiť ⁊ vinciť in me natura: ⁊ ſic ſequitur mors corporalis:⁊ ſic anni mei/⁊ totū ſpatiū vite ſemp eſt in gemitibus pre dolo:⁊ nō ſolū patior infirmitates corporales:ſed etiam paupertatem/⁊ inopiā bonorū temporaliū:quibꝰ vita humana ſuſtentatur.

ex paupertate ſeqt duplex defectus. Ex qua paupertate cauſatur in me duplex defectus. nam primo deficit virtꝰ naturalis. nā ſi homo non comedit moritur fame/ et ſi non operiť veſtibus moriť frigore. ⁊ etiā deficit virtus moralis:qꝛ nō pōt vti liberalitate:nec ſubuenire indigētī:nec dare vbi/⁊ qn̄/⁊ quātum oportet. Itē ex pauptate ⁊ indigentia quis furať bona alterius:⁊ ſic efficitur iniuſtus. Itē nō pōt ſoluere creditori:nec implere ꝓmiſſuꝫ:⁊ ſic efficiť mēdax. Unde oīa iſta mala euenerunt mihi ex illo pctō: nā ſi ego paruiſſem imperio/⁊ ꝓcepto dei fuiſſem liber ab oibus his miſerijs:⁊ ſic fui punitꝰ iteriꝰ/ ⁊ exterius/⁊ cōtinue defecit in paupertate virtus mea. Itē totū hoc pōt ecclīa referre ad tribulationes exteriores/⁊ ad perſecutionē tyrānoꝝ. Vn̄ dicit eccleſia. O ſpōſe Chriſte miſerere mei/⁊ libera me a perſecutionibꝰ infideliū ⁊ tyrānorum:qm̄ infeſtor ⁊ tribulor ab inimicis:nā oculi mei qui ſunt doctores/conturbati ſunt ab hereticis:⁊ aia mea qui ſunt apl'i/cōturbati ⁊ afflicti ſunt a tyrānis:et venter meꝰ qui ſunt oēs martyres/⁊ totꝰ cetꝰ fidelium/turbati ſunt ab infidelibus ⁊ paganis:et ſic tota vita mea/⁊ diſcurſus annorum eſt in gemitibus:qꝛ ſepe expugnauerunt me a iuuentute mea ⁊c. Et ſic potentia mea tēporalis ⁊ virtus fuit ifirmata ⁊ minorata:qꝛ tyranni occuparūt bona chriſtianorum:⁊ chriſtiani fugiētes ferocitatē tyrānorū diſcurrebāt ꝑ mōtes/⁊ latibula patiētes famē ⁊ inediā:⁊ ſic oſſa mea/qui ſunt ꝓlati:qbus eccleſia/⁊ ceteri fideles ſuſtētanť:cōturbati ſunt: intm̄ ꝙ Marcellinus papa ex timore adoleuit incēſum idolis ex perſecutione Diocletiani. Et ideo ſubdit/

xxiij. q. iij. ch. tentas. **Super inimicos meos factus ſum opprobrium vicinis meis valde: et timor notis meis.**

¶ Factus ſum opprobriū vicinis meis ſuper inimicos:qꝛ inimici mei me odio ⁊ opprobrio habebant:⁊ factus ſum timor notis ⁊ amicis:nā quando ceteri fideles videbant eccleſiā cōculcari. ex timore deficiebāt ⁊ idola adorabāt. Et ideo ſequiť.

xxiij. q. iij. qdicam. **Qui videbāt me: foras fugerunt a me: obliuioni datus ſum tanquam mortuus a corde.**

¶ Qui videbant me/foras fugerūt a me/⁊ ſic ego datus ſum obliuioni. i. a memoria/⁊ corde eorū/ſicut mortuus in paucis diebus eſt in obliuione. Et

**Factus ſum tanꝗ vas perditum: quoniam audiui vituperationem multorum cōmorantium in circuitu.**

¶ Factus ſum tanꝗ vas perditum ⁊ fractum:nā ſicut vas fractum non appretiatur:imo proijcitur foras:ita ego fui proiectus ab eis ⁊ traditus obliuioni tanꝗ mortuꝰ:nam ſicut homo mortuus non habet amicum:ita homo poſitus in perſecutione non habet auxiliantem:qꝛ deletur a memoria amicorum. Et in hoc cognoui me eſſe abiectum ⁊ oblitum:quoniam audiui vituperationem multoꝝ cōmorantium/⁊ exiſtentium in circuitu meo:qꝛ oēs vituperabāt ⁊ cōdēnabant me:qꝛ oēs natiōes habebāt odio chriſtianos:intantū ꝙ nullus ſe audebat chriſtianū nominare:immo infideles imponebāt chriſtianis multa mala ⁊ nefanda:dicētes eos magos ⁊c. Unde Iuſtinus pħs conuerſus ad fideꝫ fecit apologiā ꝓ religione chriſtiana: defendens eos a tali labe:⁊ ideo infideles faciebant concilia/ ⁊ conuenticula contra chriſtianos Ideo ait

**In eo dum conuenirent ſimul aduerſum me: accipere animam meā cōſiliati ſunt.**

¶ Dū cōuenirēt ſimul aduerſum me/cōſiliati ſūt accipere animam meam/⁊ vitam meam perdere.

**Ego aūt in te ſperaui dn̄e: dixi deus meus es tu: in manibus tuis ſortes mee.**

¶ Ego ſemper in omnibus his pſecutionibꝰ ſperaui in te:⁊ dixi: Deus meus es tu/⁊ non alius/⁊ non confugi ad magos nec ſortilegos:ſed ad te. Et dixi. O domie ſortes mee. i. ſpes mea ⁊ vota ſunt in te/⁊ non in alio. Ideo

**Eripe me de manu inimicorum meorum: ⁊ a perſequentibus me.**

Abide. Als illumina. **Illuſtra faciem tuam ſup ſeruū tuū: ſaluū me fac in miſericordia tua dn̄e: non cōfundar quoniam inuocaui te.**

¶ Illuſtra ergo faciē tuā ⁊ intelligentiā ſup ſeruū tuū:⁊ ſaluū me fac in mīa tua me liberādo:⁊ nō cōfundar/poſtꝗ inuocaui te/⁊ nō aliū. ¶ Eſt aūt aduertendū/ꝙ tam prima pars/ꝗ iſta ſcđa:pōt eſſe vox Chriſti qui orat pro ſua liberatione tam in capite/ꝗ in membris. Nā Chriſtus prius paſſus eſt in ſe oīa iſta a iudeis:poſtea paſſus eſt in ſuis mēbris a tyrannis/⁊ de hereticis/⁊ infidelibus.

xxiij. q. iiij. ſi non. §. breuit. **Erubeſcant impij ⁊ deducantur in infernum: muta fiant labia doloſa.**

¶ Hic Chriſtꝰ caput/ſiue eccleſia petit vltionē de crucifixoribꝰ/⁊ pſecutoribꝰ ſuis ꝓphetādo eorum punitionē/⁊ ꝓdicit triplicem penā perſecutorum Chriſti ⁊ eccleſie. Prima pena fuit ɔfuſio in terra: naꝫ qn̄ iudei viderūt Chriſtū reſurrexiſſe/⁊ qn̄ gētiles pſecutores viderūt veritatē euangelicā ꝑ miracula:⁊ viderunt Conſtantinū cōuerſum ad fidē/ ⁊ viderunt eccleſiam proſperari:vtriq fuerunt cōfuſi/⁊ fruſtrati a deſiderio ſuo. Scđa pena fuit ꝑpetua cruciatio in inferno. Tertia obturatio loq̄le/que eſt confuſio exterius. Nā tam iudei ꝗ gentiles cum viderūt manifeſte per ſcripturas Chriſtum eſſe verum meſſiam:tunc conuicti/facti ſunt muti. Unde de prima pena dicit Erubeſcāt impij/ ⁊ infideles. De ſcđa dicit: Deducantur in infernuꝫ in ꝑpetuū cruciandi. De tertia dicit: Muta fiant labia eorū doloſa/⁊ mendoſa/et fraudulēta falſificantia ſacras ſcripturas/⁊ imponentia falſa crimina Chriſto ⁊ membris ſuis.

Als cōtēptu. **Que loquuntur aduerſus iuſtum iniquitatem in ſuperbia: ⁊ in abuſione.**

¶ Que quidē labia doloſa loquuntur iniquitatē/ ⁊ falſa crimina aduerſum iuſtum. ſ. cōtra Chriſtuꝫ ⁊ populum ſuum blaſphemando/⁊ in abuſione loquendo ⁊c. Et ideo tota iſta particula pōt eſſe vox Chriſti capitis petētis vltionē de iudeis pſecutoribus ſuis:⁊ de pſecutoribus eccleſie/qui oēs erubuerunt/⁊ confuſi ſunt cognita euangelica veritate/⁊ preterita eorum cecitate.

De conſe. diſt. iiij. ca. ecclīa. **Quam magna multitudo dulcedinis tue dn̄e: quam abſcondiſti timentibus te.**

**Perfeciſti eis qui ſperant in te: in conſpectu filiorum hominum.**

¶ In hac parte predicit premiū ⁊ retributionē bonoruꝫ ꝗ paſſi ſunt pro Chriſto. Dicit igitur: O dn̄e ꝗ magna eſt multitudo ⁊ ſufficienta dulcedinis/ beatitudinis/⁊ fruitionis tue:quaꝫ obſcondiſti. ſ. abſconditā ſeruaſti ab eterno timentibus te. Naꝫ ita ſunt nobis abſcondita/⁊ incomprehēſibilia:ꝙ nec oculus vidit/nec auris audiuit/nec in cor hominis aſcēdit/ꝗ preparaſti diligentibus te. vnde hanc beatitudinē ⁊ premiū perfeciſti ⁊ preparaſti eis ꝗ ſperant in te in cōſpectu hoim:qꝛ in hac vita lucrati ſunt ⁊ meruerunt ipſum ꝓmiū ꝑ bona opa que fecerūt per pſecutiones/quas paſſi ſūt in conſpectu filiorū hominū/ante reges ⁊ preſides propter iuſtitiam. Et ideo.

De conſe. di. **Abſcondes eos in abſcondito faciei tue: a conturbatione hominum.** v. ca. ie iuniū.

¶ Abſcōdes eos/⁊ collocabis in abſcōdito faciei tue:qꝛ ſemp videbunt faciē tuā/ꝗ ab impijs eſt abſcōdita:⁊ ſeparabis eos a ɔturbatione/⁊ pſecutione hoim:qꝛ nō erit amplius luctꝰ neq clamor:ſed

**Proteges eos in tabernaculo tuo: a contradictione linguarum.** De pe. diſti. j. ois qui non diligit.

¶ Proteges eos in tabernaculo tuo celeſti a ɔtradictione linguarum malorum hominum. Et ideo de tanta felicitate agit gratias/dicens/

**Benedictus dominus: quoniam mirificauit miſericordiam ſuam mihi in ciuitate munita.** di. xxxix. c. oia coni.

¶ Benedictus ſit dn̄s qm̄ mirificauit. i. mirificam oſtēdit miſericordiā ſuā mihi in ciuitate munita: qꝛ nemo ſaluať niſi per miſericordiā dei:qꝛ cuius vult miſereť:qꝛ nō eſt currentis/nec volentis:ſed dei miſerentis. Et vocat iſtā eccleſiam ciuitatē munitā/ꝓpter gratiā/⁊ abundantiā ſacramentorū/⁊ munitā armis donorū/qbꝰ nos defendimꝰ vndiq ab oibus malis cōtra diabolū/⁊ mēbra eiꝰ. ¶ Vn̄ nota ꝙ iſta ciuitas militās triplici munitione eſt munita. ſ. munitione doctrine/⁊ ſacramētorū/⁊ donorū ſpūs ſancti. Et triplici muro eſt ſepta. ſ. fide/ ſpe/⁊ charitate/⁊ ſic nihil eſt nobis timendū. Ciuitas vero celeſtis eſt munita ⁊ copioſa/⁊ abūdans oibus bonis fruibilibus:qꝛ eſt ſtatus oim bonorum aggregatione perfectus:⁊ ſic eſt perfecta beatitudo in ea. Et ſubdit/ Nota.

**Ego autem dixi in exceſſu mentis mee: proiectus ſum a facie oculorum tuorum.** vij. q. j. aduerſitas. ⁊. xl. q. iij. c. in cunctis.

**Ideo exaudiſti vocem oratiōis mee: dum clamarem ad te.**

¶ Bene dn̄e mirificaſti miſericordiam tuaꝫ mihi/ nam dum eſſem in exceſſu mentis/⁊ in ꝓfundo ꝑſecutionū:ego dixi in corde meo:proiectus ſum. i. putabam eſſe proiectus a facie oculorum tuorum: et ꝙ dimiſiſſes me:⁊ ideo multotiens clamaui:ſed tu exaudiſti vocem orationis mee dum clamarem ad te:quia non deſeris clamantes ad te. nam licet ad tps exponas hoiem pſecutionibus ⁊ aduerſitatibꝰ:vt ꝓbes eū/⁊ probatū oſtēdas:tn̄ in fine non deſeris eū:ſed releuas per gratiā ⁊ miſericordiaꝫ: et ſic miſertus liberaſti me a malo culpe/⁊ pene/ et conſtituiſti me in bonis gratie et glorie.

**Diligite dominum oēs ſancti eius: quoniam veritatem requiret dn̄s: ⁊ retribuet abundanter facientibus ſuperbiam.** ꝫ. xxvj. xxiij. q. iiij. qd facier.

¶ Hic propheta exhortatur omnes fideles:vt nō deſperent in perſecutionibus:ſed firmiter ponāt ſpem ſuaꝫ in deo:ſcilicet in Chriſto capite noſtro/ ſine quo nemo poteſt ſaluari: quia nunꝗ deſeret ſperantes in ſe. Ideo ait. O vos ſancti fideles/diligite dominum/et ponite ſpem veſtrā in eo:⁊ tolerate patienter perſecutiones:quoniam in finali iudicio/et etiam in hoc tempore dominus requiret veritatem id eſt ſcđm veritatem/⁊ iuſtitiaꝫ iudicabit:⁊ ideo retribuet abundanter penā facientibus ſuperbiam. ſ. tyrannis et prauis/qui cū ſuperbia perſequuntur iuſtos. Igitur.

xlix. diſtin. ca. hinc enim.

**Uiriliter agite: ⁊ confortetur cor veſtrum: omnes qui ſperatis in domino.**

¶ Agite ⁊ pugnate viriliter cōtra diabolum/ ⁊ mēbra eius patienter ſuſtinendo ꝑſecutiones: ⁊ oēs qui ſperatis in dño/ cōfortetur cor veſtrū in malis tolerandis: qm̄ dominus retribuet vobis/ hic per gratiā/ ⁊ in futuro ꝑ gloriā. ¶ In hoc etiā pſalmo Dauid exhortatur quēlibet peccatorē vt recurrat ad deum qui liberet eum ab intrinſecis/ ⁊ exterioribus neceſſitatibus/ ⁊ penalitatibus peccatorū. Et ſic moraliter poteſt exponi totus pſalmus pro quolibet peccatore/ ⁊ pro quolibet patiente perſecutiones ab improbis/ ⁊ malignis hominibus. Et ſic eſt quedam oratio deprecatiua.

Rom. iiij. a. et de peñ. di. j. ca. ille rex ⁊ de pe. diſt. j. c. voluiſſent. Nota d̄ peccato adulterij Dauid.

**Beati quorum remiſſe ſunt iniquitates: et quorum tecta ſunt peccata.**

¶ Titulus/ Eruditio Dauid. Ex titulo apparet/ ꝙ Dauid fecit iſtum pſalmum eruditus a ſpiritu ſancto/ vel in quo erudit nos aliquā virtutem. Unde dicit Chamhi/ ꝙ quandocunqꝫ in aliquo titulo ponitur eruditio: ſignum eſt ꝙ Dauid eruditus a ſpiritu ſancto intendit aliqd̄ magnum myſteriū/ ⁊ profundū futurum. De materia huius pſalmi cōiter dicunt doctores: ꝙ poſtqꝫ Dauid cōmiſit adulteriū cū Berſabee/ ⁊ machinat⁹ eſt mortem Urie/ per totū quaſi annū/ ſiue ꝑ totos nouē menſes/ tenuit peccatū celatū vſqꝫ ad natiuitatē pueri: licet popul⁹ de tali facinore iam murmurabat. Sed poſt nouē menſes in natiuitate pueri: miſſus eſt Nathan ad Dauid: qui expoſuit ſibi parabolam de oue rapta ⁊c. Sed Dauid qui nondū fecerat penitentiam tunc cognouit reatum ſuū dicens peccaui. Cui Nathan dicit: tranſtulit domin⁹ peccatū tuū. q. d. culpa eſt tibi remiſſa ꝓpter cōfeſſionē ⁊ penitentiā: ſed remanet pena temporalis. Ideo dñs tranſtulit. i. cōmutauit tibi culpam ⁊ penam eternam in tēporalem: qꝛ filius de domo tua inſurget cōtra te ⁊c. vt patet. ij. Reg. xij. Unde tūc Dauid iacuit ſuper terram non manducans neqꝫ bibens/ vſqꝫ ad mortem pueri: ⁊ tunc in tali penitentia inſiſtens fecit pſalmū quinquageſimum. ſ. Miſerere mei deus. in quo petit veniam de peccato ſuo. Scd̄o petit triplicem ſpiritū quē ꝑdiderat ſ. Primo ſpm̄ gratie preuenientis cū dicit: Spiritū rectū innoua in viſceribus meis. Scd̄o petit ſpiritum gratie gratificantis: cum dicit Spiritum ſanctum tuum ne auferas a me. Tertio petit ſpiritū prophetie ipſum erudientē/ quē propter peccatū perdiderat: cum dicit: Spiritu principali cōfirma me: id eſt ſpiritu prophetie/ ⁊ eruditionis/ et doctrine/ quo ante me docebas et erudiebas de myſterijs profundis ⁊ futuris. Ideo ſequit: Docebo iniquos vias tuas ⁊c. Sed peracta iſta penitentia Dauid recuperauit hunc triplicem ſpiritum/ ſcilicet gratie duplicis et prophetie: ⁊ tunc ſpirit⁹ ſanctus erudiuit eum/ et certum fecit qualiter dominus remiſerat ſibi culpā propter penitentiam et confeſſionem factam ipſi Nathan: quando dixit peccaui. Et inde fuit eruditus a ſpiritu ſancto/ qualiter penitentia eſt illa que ſola delet peccatū. Et quomodo penitentia non eſt valida/ nec fructuoſa/ niſi fiat in hac vita. Et qm̄ talis penitētia cum cōfeſſione erat ſeruāda in eccleſia poſt aduētum Chriſti. que quidem penitētia nō habet virtutem/ niſi ex paſſiōe Chriſti. His ergo eruditus Dauid a ſpiritu ſancto: fecit hūc pſalmū/ i quo erudit oēs fideles/ ⁊ exhortat̄ ad penitentiā exēplo ſui ſicut ꝓmiſerat pſalmo. l. cum dicit: Docebo iniquos vias tuas: ⁊ impij ad te cōuertentur ⁊c. ¶ In quo pſalmo quatuor facit. Nā primo oſtēdit penitētiam eſſe neceſſariā cū ſuis ꝯditiōib⁹. Scd̄o ꝙ penitentia nō habet virtutē/ niſi a Chriſto ꝑ ſuā paſſionē. Tertio exhortat̄ oēs peccatores ad penitētiam in hac vite. Quarto denūciat penā impenitētiū ⁊ obſtinatorū/ ⁊ beatitudine penitentiū. Scd̄m ibi: Tu es refugiū. Tertiū ibi: Intellectū tibi dabo. Quartū ibi: Multa flagella pctōris. ¶ Quātū ad primū primo ꝓponit vnā ꝯcluſionē principaliter intentā ſcꝫ ꝙ penitētia eſt neceſſaria peccatoribus ad conſequēdā beatitudinē. Scd̄o exprimit modū penitētie cū oib⁹ ſuis partib⁹ ⁊ cōditiōib⁹ ibi: Nec eſt in ſpū ⁊c. Cōcluſio ergo ꝑncipaliter intēta eſt iſta ꝙ penitētia eſt neceſſaria pctōribus ad beatitudinē ꝯſequēdā. q. d. ꝙ beatus eſt qui agit penitētiā/ et ſine penitētia nemo peccator pōt eſſe beat⁹. Unū dicit. Beati quorū remiſſe ſunt iniquitates. Ad cuius ꝓbationē ⁊ itellectū eſt notādū/ ꝙ cuilibet fideli debet̄ beatitudo/ niſi impediat̄ ꝑ pctm̄. Nam pctm̄ tripliciter ipedit pctōrē ad btitudinē. Primo/ qꝛ eſt in odio dei ꝓpter culpā: ⁊ ſic eſt extra gratiā. Scd̄o qꝛ ꝓpter reatū ⁊ culpā eſt obligatus ad penam eternā. Tertio/ qꝛ dum eſt in culpa/ quaſi iure hereditario eſt ſub captiuitate ⁊ poteſtate diaboli. Nā dum homo manet in illa iniuſtitia/ ⁊ culpa/ et reatu: ſemꝑ diabolus habet iuſtā cauſam accuſandi eum/ ⁊ retinendi/ ⁊ poſſidendi in inferno. Et ſic iſte tres cauſe impediūt peccatorē ad beatitudinē. Ad hoc ergo ꝙ peccator expedtatur: oportet ꝙ remoueant̄ ab eo iſta tria. ſ. ꝙ remittat̄ ſibi iniuſtitia/ ſiue reatus/ ⁊ pena. Secūdo ꝙ deleatur ſibi culpa/ ne de⁹ imputet ſibi peccatū ad penā eternam/ ſed ſit deo gratus. Tertio ꝙ peccator iuſtificetur/ ne diabolus habeat ius poſſidendi/ nec cruciādi/ nec accuſandi eum. Sed iſta tria nō poſſunt remoueri/ niſi ꝑ penitentiā. Nā penitentia eſt illa que iuſtificat/ ⁊ reconciliat hominē deo/ ⁊ reducit in grām/ ⁊ etiā remittit/ ⁊ abolet penā. Ergo neceſſaria eſt penitentia oibus peccatoribus ad conſequēdā beatitudē/ ⁊ ad hoc ꝙ ſint beati. ¶ Et hoc dicit Dauid cū ait: Beati ſunt illi hoies/ quorū remiſſe ſunt iniquitates/ ꝑ penitentiā ſupple: qꝛ aliter remitti nō poſſunt. ⁊ ponunt̄ iniqtates ꝓ iniuſtitia facta: ⁊ ꝓ reatu ſiue noxa. Itē beati ſūt/ quorū pctā ſunt tecta/ ⁊ abſcōſa apud diabolū: qꝛ iam nō habet aliqd vnde iure poſſit eos accuſare/ nec poſſidere/ poſtqꝫ ſunt iuſtificati ꝑ penitētiā. Item

**Beatus vir cui non imputauit dñs peccatum: nec eſt in ſpiritu eius dolus.**

¶ Beatus ſane vir cui domin⁹ nō imputauit peccatum ad culpam/ nec penam eternam/ poſtqꝫ eſt iuſtificatus ꝑ gratiam et penitentiā: qꝛ ſibi deleta eſt culpa/ ⁊ eſt iam in gratia dei. Naꝫ deū culpā delere/ nil aliud eſt niſi pctm̄ ad penā eternā/ ⁊ odiū non imputare: vt inquit Aug. Ex quibus patet/ ꝙ peccator nō poteſt cōſequi beatitudinem/ niſi per penitentiam: ⁊ ſic eſt neceſſaria peccatoribus penitentia ad beatitudinē. que eſt concluſio principaliter intenta. deinde cum dicit: Nec eſt in ſpiritu eius dolus: exprimit modum: ⁊ diſcurſum penitentie faciende exemplo ſui. ¶ Ad cuius intelligentiam eſt notandū: ꝙ peccatū ſcd̄m Ambroſium eſt inobedientia: ⁊ ꝑuaricatio diuinorū preceptorū: ⁊ ſic nil alud eſt: niſi quedā rebellio et voluntaria deuiatio a diuinis preceptis: ⁊ per cōſequens a diuina voluntate: que lucet in preceptis: ⁊ ideo peccator omnis dicitur iniuſtus: inquantum deuiat a regula veritatis: ⁊ a diuina voluntate: que eſt regula: ⁊ menſura omniū actuum humanorum: ſicut dictum eſt pſal. xiiij. Et per candē rationē dicitur omnis peccator mendax: quia deuiat ⁊ mentiur a prima veritate: ⁊ a prima menſura: que eſt voluntas diuina. Tertio omnis peccator dicit̄ doloſus: eo ꝙ eſt violator promiſſi. Nā omnis fidelis promiſit in baptiſmo ſeruare diuinā legē: ⁊ precepta. quā docunqꝫ ergo quis voluntarie violat: ⁊ preuaricatus eſt diuina precepta: dicit̄ doloſus: ⁊ ſic omne peccatum dicitur dolus. Et talis dolus poteſt eſſe duplex. Uno modo in lingua: vt qn̄ qs habet aliud in lingua: ⁊ aliud in ſpū. Alio modo poteſt eſſe in ſolo ſpiritu: vt qn̄ quis habet peccatū abſconſum in conſcientia nō agens pniam: nec vult pctm̄ ſuū confiteri. Et de hoc dicit Dauid: qd̄ beatus eſt vir in cuius ſpū non eſt dolus. i. qui non habet peccatum abſconſum in cōſcientia: ſed eiecit ipſum ꝑ penitentiā. Sed de modo euellendi: ⁊ eijciendi doluꝫ ſiue pctm̄ a conſcientia: eſt. ¶ Secundo notandū ꝙ ex peccato cōmiſſo ſiue ex preuaricatione preceptorum tria remanēt in aīa: ſicut dictū eſt. Primo reatus quo obligat̄ ad rē reſtituendā: ⁊ etiam ad penā. Secundo deformitas quedā ꝑ abſentiā gratie qua eſt peccator in odio dei: ⁊ imputat ſibi de⁹ illud peccatū ad culpā ⁊ penā. Tertio remanet in aīa culpa: per quā dicit̄ iniuſtus: ⁊ dignus accuſari: ⁊ poſſideri a diabolo. Et nō ſolū per iſtā culpam accuſatur a diabolo: ſed etiam continue accuſat̄ a ſeipſo. ¶ Nam culpa dicitur de culpo culpis culpſi: ſiue de culpo as. ſiue de cudo cudis: qd̄ idē eſt quod terebrare: figere: ⁊ cōpungere: quia cudit et pungit conſcientiā peccatoris. Unde licet quodlibet iſtorū triū dicatur peccatū: tamē iſta culpa cōmuniter dicitur peccatū ⁊ dolus in anima ſiue in ſpiritu: ⁊ dicitur telū fixū in anima: ⁊ dicitur etiaꝫ ſpina iugiter mordens et pungens conſcientiam. Que quidē ſpina ſiue dolus nō pōt eijci: nec euelli ab anima ⁊ conſcientia: niſi per penitentiam. Nā dupliciter poteſt mordere ſiue pungere cōſciētiaꝫ peccatoris. Uno modo ex ſolo timore pene: et cognitione mali: vt iudei poſtqꝫ crucifixerūt Chriſtū bene nouerunt ſe male egiſſe contra iuſtitiam. Et ideo quando viderunt ſolē obſcuratū: ⁊ terremotum ⁊c. reuerſi ſunt in ciuitatē plangentes: ⁊ percutientes pectora ſua: ſed talis compunctio: ⁊ remorſus cōſcientie non fuit penitentialis ⁊ fructuoſus: quia fuit ex ſola confuſione: ⁊ formidine pene future ꝓpter peccatū: ⁊ ita in multis peccatorib⁹. Alio modo illa ſpina culpe poteſt pungere peccatorem cū dolore: eo ꝙ offendit deū ſumme bonum: et perdidit gratiā ⁊ amorem dei. ¶ Et iſta eſt bona compunctio: ſed nondum eſt perfecta ⁊ penitentialis. Sed ad hoc vt ſit perfecta: oportet habere quatuor conditiones. Primo ꝙ ſit doloroſa cū ſupradicto reſpectu. Secundo qd̄ ſit cum propoſito nunqꝫ amplius cōmittendi peccatū. Tertio cū firmo propoſito confitendi. Quarto cum propoſito ſatiſfaciendi. Et tunc talis remorſus et cōpunctio: dicitur contritio penitentialis ⁊ fructuoſa. Et ſic patet ꝙ illa ſpina culpe: licet pungat continue: et accuſet conſcientiam: tamen nō poteſt eijci: niſi ꝑ contritionē: ⁊ cōfeſſionē: ⁊ cū propoſito ſatiſfaciendi. Et tunc dicit̄ vera penitentia: quia tunc vere remiſſe ſunt iniquitates: ⁊ peccata ſunt tecta diabolo: et amplius nō imputat deus peccatori. Et tunc homo poteſt dici beatus in ſpe: quia iam eſt reductus in gratiā dei: ⁊ eſt dignus vita eterna. Et totum iſtum diſcurſum ꝓbat Dauid exēplo ſui. Nam primo cōmiſit pctm̄. ſ. adulteriū: et furtuꝫ: ⁊ homicidium: et hoc celauit per noueꝫ menſes: ſed in toto illo tempore ſpina culpe mordebat: ⁊ pungebat conſcientiam eius timore pene: ⁊ diuini iudicij: et propter infamiā: ⁊ cōfuſionem: ſed quia talis compunctio non fuit cū intentione confitendi: ideo nō erat penitentialis: nec fructuoſa: ſed quando ex tali remorſu: ⁊ cōpunctione cōfeſſus fuit pctm̄ dicēs peccaui: tūc fuit euulſa ⁊ eiecta ſpina culpe ab ei⁹ aīa: ⁊ tranſactū pctm̄: qꝛ talis cōpunctio fuit penitentialis: ⁊ fuit perfecta penitentia: qꝛ ampli⁹ non fuit dolus in eius ſpū: ⁊ hoc eſt qd̄ dicit hic: ait eñ. Beatus vir in cuius ſpū non eſt dolus culpe: imo eiecit dolū ⁊ culpā per pniam: ideo remiſſe ſunt ei iniquitates: ⁊ tecta ſunt eius pctā apud diabolū: ⁊ non imputata apud deū: poſtqꝫ non eſt in ſpiritu eius dolus: nec culpa facta penitentia. Et hoc pro exemplo mei. Nam

M Quid ſit peccatum. — peccator dr̄ doloſ⁹. — I In aia poſt pctm̄ tria remanēt. — K Culpa. — L — Contritio perfecta.

De pe. diſ. j. §. denique.

**Quoniam tacui inueterauerunt oſſa mea: dum clamarem tota die.**

¶ Qm̄ tacui peccatū cōmiſſum non ꝯfitēdo ſacerdoti: licet dolerē in corde ex cōfuſione: tamen non fuit mihi remiſſum pctm̄: quia erat ⁊ manebat dolus in ſpū: imo qd̄ peius eſt ex taciturnitate inueterata ſunt oia oſſa. i. viſcera. i. debilitate ſunt vires aīe ad reſiſtenduꝫ pctō ⁊ tentationib⁹: ⁊ facta eſt caro prona magis ad peccandum: qꝛ peccatum qd̄ per penitentiam non deletur: mox per ſui pondus in aliud trahit: vt inquit Grego. Et licet clamarē tota die me interius accuſando: tn̄ inueterata ſunt oſſa. i. vires aīe: qꝛ retinebā dolū in ſpū: et non prodebā ad extra confitendo culpā meaꝫ: ideo talis clamor ⁊ talis cōpunctio erat infructuoſa: qꝛ nō ſanabat: qm̄ tacebā pctm̄ ſacerdoti. Unū clamabā ⁊ gemebā in conſciētia: ſed tacebā pctm̄ in ore. Sed dum ſic clamarē in meipſo die ac nocte cōſiderando ſcelus ⁊ crimē cōmiſſum: ⁊ deteſtando vitam meam infamē apud populū:

diſt. l. c. vt ꝯſtituerēt. et. xxxiij. diſt. his igitur.

**Quoniam die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua: conuerſus ſum in erumna mea dum configitur ſpina.**

¶ Qm̄ inquit die ac nocte grauata eſt manus tua ſup me per remorſuꝫ cōſcientie: ⁊ talis ſpina culpe figebat̄ in cōſciētia ⁊ mordebat ⁊ pūgebat me: tūc conuerſus ſum in erūna ⁊ miſeria peccati mei cuꝫ maximo dolore: ⁊ cōtritione reſpectu diuine offenſe. ⁊ cognoſcēs me peccatorē ⁊ reum: propoſui confiteri ⁊ detegere peccatū ⁊ dolum abſconſum ⁊ diu celatum in conſcientia. ⁊ ſic

De pe. diſt. j. c. ſina.

**Delictum meum cognitũ tibi feci: ⁊ iniuſtitias meas non abſcondi.**

¶ Delictũ meũ cognitũ ⁊ manifeſtũ tibi feci ꝑ cõfeſſionem: ⁊ iniuſtitias quas cõmiſerã nõ abſcondi: immo cõfeſſus ſum ⁊ manifeſtaui ꝓphete Nathan ſacerdoti dicens: peccaui ⁊c. cui largo modo totum modũ ⁊ diſcurſum cũ lachrymis ⁊ dolore et contritione ⁊ propoſito ſatiſfaciendi manifeſtaui. Et tunc ille ex diuina reuelatione abſoluit me dicens: tranſtulit dñs pctm̃ tuũ. Unde o dñe magna eſt mia et liberalitas tua. ⁊ grandē virtutē tribuiſti ſacramento pnie. Nam ſolũmodo

vij. q. j. §. ſi ergo. de pe. diſt. j. ca. dixi. ⁊ di. iiij. ca. illud.

**Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam domino: ⁊ tu remiſiſti impietatem peccati mei.**

¶ Dixi ⁊ deliberaui ⁊ propoſui ꝯfiteri dicẽdo: ego cõfitebor dño iniuſtitiã ⁊ pctm̃ meũ aduerſum me ipſum: ⁊ tu illico remiſiſti impietatē ⁊ iniuſtitiã et culpã pcti mei cõmiſſi contra Uriam. quaſi dicat qñ cũ cõtritione ⁊ lachrymis ꝓpoſui cõfiteri: illico cũ cõfiterer ⁊ etiã ante vocalē cõfeſſionē iam remiſiſti impietatē pcti mei. Uñ nota ꝙ litera iſtorum quatuor verſuũ eſt ſic ordinanda. ſ. qñ ego David tacui pctm̃ per totũ illud tēpus nõ cõfitēdo ſacerdoti: ideo inueterata ſunt oĩa oſſa mea: qñ tacui pctm̃ in ore dum clamarē. i. licet clamarē tota die et gemerē in cõſciētia. Et cauſa quare clamabã et gemebã tota die: fuit: qm̃ die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua. i. iudiciũ manꝰ tue qd̃ timebam. Et ſic dũ talis ſpina cõfigebatur in cõſciētia mea: conuerſus ſum in erũna ⁊ miſeria mea cogitando: ⁊ ſic clamabã in conſciētia: ſed tacebam peccatũ in ore: ſed qñ delictũ meũ feci tibi cognitũ et iniuſtias meas nõ abſcondi: ſed manifeſtaui: ⁊ dixi cõfitebor. i. ꝓpoſui cõfiteri: ⁊ tũc illico remiſiſti impietatē pcti mei. Et ex oĩbus his probat David et ponit pro cõcluſione: ꝙ ad verã penitētiam eſt neceſſaria cõfeſſio ſiue firmũ propoſitũ cõfitendi: ꝙ citius pctõr habuerit locũ ⁊ copiã ſacerdotis: ſeu in tēpore per eccleſiã determinato. Et oſtendit ꝙ ſine cõfeſſione aut firmo propoſito cõfitẽdi non eſt valida nec fructuoſa penitētia. Nã ille dolus ſiue illa ſpina non poteſt eijci nec euelli a ſpũ ⁊ cõſcientia: ſine cõtritione ⁊ cõfeſſione. Unde Salomõ ab hoc loco ex doctrina patris ſui David accepit illud qd̃ ait Prouer. xviij. Qui abſcõdit ſcelera ſua nõ dirigef: ꝗ aũt cõfeſſus fuerit: ⁊ reliq̃rit ea: miaʒ conſequef. ex quo patet: ꝙ ad hoc vt pctõr conſequaf miam ⁊ veniã: oportet ꝙ cũ cõtritione confiteaf pctã ⁊ relinquat ea. i. proponat amplius nõ cõmittere. Et ſic fuit David eruditus a ſpũ ſancto: ⁊ docuit filiũ ſuũ ⁊ oẽs nos agere penitētiã. ¶ Et ſic patet: ꝙ tres ſunt partes vere ⁊ pfecte penitentie: ſcʒ cordis cõtritio: oris confeſſio: ⁊ operis ſatiſfactio. ⁊ iſta delet pctm̃. Iſta quinq; ſunt ꝑ ordinem ſeruanda in penitētia. Nã primo pctõr deteſtaf peccatũ. Scdõ ꝯuerſus ad deũ dolet ⁊ cõterif ꝓpter offenſam deo ⁊ ꝓximo factã. Tertio ꝓponit eijcere dolũ a ꝯſciētia ⁊ cõfiteri pctm̃. Et proponit ſatiſfacere: ⁊ hoc amplius nõ cõmittere. Et nota ꝙ ſpina culpe dupl'r pũgit ꝯſciētiã. Primo modo inferẽdo cõfuſionē ⁊ deteſtãdo pctm̃. Scdõ modo inferendo dolorē ⁊ cõtritionē: et qua cõtritione inſurgit

confeſſio neceſſaria.

M

Tres partes penitētie.

propoſitum confitendi: ⁊ ſatiſfaciendi: et amplius non committendi. ⁊ iſte eſt ordo ⁊ diſcurſus vere penitentie: vt iam dictum eſt pſal. vj.

**Pro hac orabit ad te omnis ſanctus: in tēpore opportuno.**

¶ Hic ponit tertiam concluſionem. ſ. ꝙ penitētia non ſolũ eſt neceſſaria peccatoribus: ſed etiã oĩbus hominibus quantuncũq; ſint iuſti ⁊ ſancti. Que quidem concluſio ſiue litera dupl'r poteſt intelligi. Uno modo abſolute: quaſi dicat ꝙ omnes hoĩes ſunt peccatores vel fuerũt pctõres: ⁊ ſic oẽs indigent vel indiguerunt penitentia. Hanc concluſionem probat Aug. de bapriſmo paruulorũ: ⁊ de natura ⁊ gratia: q: omnes preter Chriſtũ ⁊ virginem Mariã fuerunt peccatores: immo Hieronymꝰ cõtra Pelagianos ꝓbat: ꝙ vſq; ad p̃ntem diem nullꝰ inuentus eſt ſine pctõ propter naturam corruptaʒ inclinatã ad malũ: ⁊ ideo abſq; gratia preueniente nemo põt vitare pctm̃ etiã ſi velit: ⁊ q̃libet hʒ neceſſe dicere. Dimitte nobis debita noſtra. Ideo ait hic David: ꝙ pro hac remiſſione ⁊ venia orabit ad te omnis ſanctus: quaſi dicat: oẽs peccarunt mortaliter: vel ſaltem venialiter preter virginem Mariam que fuit preuenta per gratiam: vt inquit Auguſtĩ. libro de natura ⁊ gratia. ergo oĩbus ſanctis fuit neceſſaria penitentia: pro hac remiſſione orabunt futuri ⁊ orauerunt preteriti. Secundo poteſt intelligi hec litera pro recidiuo. Nam licet aliquis ſit ſanctus ⁊ iuſtificatus per penitētiam: tñ adhuc debet orare pro venia. ſ. ne iterum reincidat in peccatum: quia ſepties in die cadit iuſtus. Unde nota ꝙ peccatores debẽt orare: vt deus remittat eis culpam quam perpetrarũt. Iuſtificati aũt per penitentiam debent orare: vt deus remittat eis penã debitam: ⁊ ne amplius reincidant in peccata preterita. Sed iuſti qui nunq̃ actualiter peccauerunt debent orare ne perdant gratiam: ⁊ ne cadant in peccata que poſſent facere: ⁊ ne intrent in tentationẽ. Deinde cũ dicit in tēpore opportuno: hic põt eſſe alia cõcluſio: ꝙ pñia non eſt valida ⁊ fructuoſa niſi in hac vita. Probatur: q: hec vita eſt tp̃s opportunũ ⁊ determinatũ ⁊ aſſignatũ ad penitentiã faciendam. Hanc cõcluſionem probat Augu. in libro Enchiridij. vbi dicit: quod tempus acquirendi vitam eternam in hac vita tantum deus hominibus dedit: vbi voluit penitentiam eſſe fructuoſam. Et dat rationem: Ideo enim hic penitentia fructuoſa eſt: quia poteſt hic homo mutata voluntate ſimul ⁊ opera mutare. Et ideo ſi quis deceſſerit ab hac vita ſine penitētia habebit dolorem et penam ſine venia: quia mors tollit locum ⁊ ſpatium penitendi: quia iam homo deſinit eſſe viator. Et ideo David dicit: pro hac penitentia ⁊ remiſſione orabit ad te oĩs ſanctus ⁊ omnis iuſtificatus: in tempore opportuno ⁊ dedicato ad penitentiam. quaſi dicat: ꝙ omnes hoĩes qui hodie ſunt ſancti in gloria egerunt pniam in hac vita: ⁊ non diſtulerunt pniam poſt mortem: q: poſt mortem non eſt locus penitentie nec venie nec mĩe: imo eſt tempus penarum ⁊ tormentorum ⁊ punitionis perpetue: q: non eſt niſi fletus ⁊ ſtridor dentium. Et talia tormenta infernalia: et talis fletus non inclinabunt deum ad miam nec ad veniam. Ideo ſequitur.

**Ueruntamen in diluuio aquarum multarum: ad eum non approximabunt.**

pnia eſt diluuium.

¶ Quaſi dicat: ꝙ pctõres qui deceſſerũt ſine penitētia: ⁊ patiũtur tormẽta in inferno: ⁊ ſunt in continuo fletu: nunq̃ in diluuio ⁊ abũdantia aquarũ: id eſt lachrymarũ multarũ approximabũt ad deũ: ⁊ voces dãnatorũ facte in diluuio ⁊ abũdantia lachrymarũ nunq̃ approximabũt / nec peruenient ad deũ: nec deus exaudiet dãnatos / nec miſerebitur eis. Itē per ly diluuiũ aquarũ multarũ põt intelligi penitētia facta in vita: ⁊ tũc eſt ſenſus: ꝑ hac remiſſione orabit oĩs ſanctus in tēpore opportuno. verũtamē. i. q: in diluuio ⁊ copia aquarũ. i. lachrymarũ multarũ. i. in penitētia facta in tp̃e opportuno: pene inferni: ⁊ pctã nõ approximabũt ad eũ. ſ. ad virũ ſanctũ ⁊ penitētē. Itē diluuiũ aquarũ multarũ dicif infernus: q: ibi eſt abũdãtia lachrymarũ ⁊ tormētorũ: que dicunf aque multe in ſcriptura. Itē diluuiũ ⁊ furia aquarũ multarũ dicif dies iudicij: qñ dicef dãnatis: ite in ignē eternũ ſine miſericordia ⁊ remiſſione: vbi dãnati gementes / ⁊ fruſtra penitētiã agẽtes dicent: nos inſenſati ⁊c. Sapiētie. v. Sed talis penitētia ⁊ tales lachryme nõ approximabũt ad aures iudicis: lʒ ſit magnũ diluuiũ ⁊ abũdãtia lachrymarũ: vt patet de diuite epulone qui cupiebat guttã aque ⁊c. Alij dicunt ꝙ per diluuiũ aquarũ multarũ: intelligif abundantia et copia bonorũ tēporaliũ: ⁊ ſic exiſtētes in copia bonorũ temporaliũ: non curant agere penitētiã propter amorē tēporalium: ⁊ ideo nũq̃ approximant ad deũ per penitētiã: ſed ſancti viri contẽnētes bona tēporalia propter celeſtia: agunt penitentiã in hac vita ⁊ recurrũt ad deũ. Et ideo ſequif: ⁊ dicit David. O dñe ego nolo ponere ſpeʒ meã in diluuio bonorũ tēporaliũ: ſed ad te recurro: q: tu es refugiuʒ meũ ⁊ exultatio mea: ideo erue me. ⁊c. ¶ Sʒ licet iſta moralis expoſitio ſit bona: tñ nõ eſt preciſa: q: tollit magnum ſacramentũ latens in hac litera: Ideo eſt ſequenda prima expoſitio: ⁊ querendũ aliud ſacramentũ in verſu ſequenti.

**Tu es refugium meum a tribulatione que circundedit me: exultatio mea erue me a circundantibus me.**

ſ. q. vij teſtes. §. xp̃s. ⁊ xxiij q. j. q̃ diſnior vr.

¶ In hac parte David oſtendit ꝙ penitentia habet virtutem a ſola paſſione Chriſti: et qd̃ non eſt valida niſi fiat cum fide et ſpe miſericordie Chriſti. Nam fides Chriſti ⁊ ſpes venie deducit peccatorem ad penitentiam. Et ideo vnuſquiſq; peccator debet recurrere ad paſſionē Chriſti / per quam ſoluitur omne debitum: ⁊ illam paſſionē debemus applicare cum noſtra penitentia: aliter penitētia eſſet inualida. Hoc ergo preuidens David in ſpiritu / ꝙ nemo poterat ſaluari / nec a peccato abſolui / niſi per fidem ⁊ paſſionem Chriſti mediatoris: dicit. O Chriſte mediator ⁊ Meſſia future / ſi ita eſt ꝙ nemo poteſt conſequi beatitudinem / niſi ſibi remittatur culpa et pena: et tegantur eius peccata: ne imputentur apud deum: ⁊ hoc nõ poſſit fieri niſi per confeſſionem et perfectam penitentiam factam in hac vita: et ꝙ omnes ſancti egerunt penitentiam: ⁊ qd̃ poſt hanc vitam non eſt locus penitentie / nec venie / nec miſericordie: que venia non poteſt haberi niſi per te / ⁊ in virtute tue paſſionis: ideo in hac vita ãnq̃ moriar volo agere penitētiã: ⁊ ideo ad te recurro in hoc tempore opotuno ⁊ dedicato ad penitentiam: quoniam tu es refugium meum a quacunq; tribulatione mea / id eſt a quacunq; tribulatione que circundedit me / ⁊ a quocũq; peccato fugio ad te: ergo o exultatio mea erue me ab omnibus peccatis circũdantibus me: ⁊ nõ ſolum a peccatis: ſed a neceſſitatibus ⁊ penalitatibus peccati: que eſt concupiſcentia ⁊ fomes ⁊ lex membrorum: que circundant ⁊ tenent me ligatuʒ: erue me per virtutem tue paſſionis: quoniam tu Chriſte es exultatio mea ⁊ omnium patriarcharum ⁊ prophetarum et omnium fidelium veteris legis: quia in te ſperamus / vt liberes nos ſicut nobis eſt reuelatũ. ¶ Ex his patet / qd̃ David in hoc pſalmo ⁊ in ceteris Chriſtũ Meſſiam futurum inuocat: quia ipſe ⁊ omnes patres antiqui ſciebant ꝙ non poterant liberari ab inferno ⁊ a peccato niſi per Chriſtum mediatorem: in cuius fide ſaluabãtur. Petit ergo David gratiam vt faciat penitentiam in hac vita: ⁊ dimittatur ſibi culpa in virtute Chriſti: nec veniat ad diluuium aquarum multaruʒ inferni: nec reſeruetur ſibi penitētia poſt mortem / nec ad diem iudicij: quia tunc non erit fructuoſa.

Pnia a paſſiõe xp̃i hʒ ṽtutē.

**Intellectum tibi dabo ⁊ inſtruam te: in via hac qua gradieris: firmabo ſuper te oculos meos.**

xxiiij. q. j. nõ turbaf

¶ Quia iſte pſalmꝰ intitulatur Eruditio David: ideo ſicut ipſe fuit eruditus a ſpiritu ſancto quomodo ageret penitentiam: ita ipſe erudit et docet et exhortatur nos ad agendam penitentiaʒ in hac vita cum omnibus cõditiõibus ſupradictis. Ideo dicit David. o peccator quicunq; ſis: ego dabo tibi intellectum. i. cõſilium: ⁊ inſtruã te ⁊ erudiaʒ te in hac via qua gradieris et peregrinaberis: ⁊ firmabo oculos meos ſuper te monẽdo ⁊ exhortãdo. Nam ſicut magiſter dicitur habere ⁊ firmare oculos ſuper diſcipulũ quando frequẽter docet eum: ita ego firmabo ſuper te oculos meos: ⁊ te exhortãdo. ſ. vt facias penitentiam in hac vita: ſicut ſupra dictum eſt: eo qd̃ iſta vita dicitur via qua gradimur et peregrinamur / vt perueniamus ad aliam vitam / ſcʒ eternam. Ideo dicimur viatores ⁊ peregrini vſq; ad mortem: Ideo in hac vita et peregrinatione habemus lucrari et adipiſci mercedem ⁊ recompenſare peccata per penitentiaʒ: quia oportet operari dum dies eſt: veniet enim nox / id eſt mors / quando nemo poterit operari / nec mereri / nec penitentiam agere Joan. ix. Et ideo vos peccatores nolite fieri inſenſati ⁊ beſtiales et imprudentes ſicut equus ⁊ mulus / quibus non eſt intellectus / nec ratio nec conſilium / nec prudentia: q: non curant niſi de preſenti / ⁊ non ꝓuident de futuro: ſed non eſt mirum: quia nõ habent intellectum ⁊ rationem: ideo non poſſunt conſultare de rebus futuris. Sed vos quibus deus dedit intellectum et rationem ⁊ legē: in qua ꝓhibetur omne malũ: ⁊ iubetur omne bonũ: ⁊ promittif iuſtis felicitas: et impenitentibus pena perpetua: ſcitis quod nullũ bonum irremuneratum: ⁊ nullum malum impunitum: ⁊ ideo debetis cõſultare ⁊ prouidere in hac vita pro vita futura: vitando malum: ⁊ agẽdo bonum: ⁊ agendo veram penitentiã de malis cõmiſſis in hac vita: et non reſeruetis penitentiam / nec

Nota

differatis poſt mortem: q2 tūc erit infructuoſa: er-
go nolite fieri inſipientes ⁊ ſtolidi ſicut equus et
mulus: quibus nō eſt intellectus: ſed accipite cōſi
lium ⁊ inſtructionem ⁊ eruditionem meam. ⁊c.

Thobie. vj. di. xxx. viij. ca. ignorā-tia. ⁊c. qui ea. N

**Nolite fieri ſicut equus ⁊ mulus: quib⁹ nō
eſt intellectus.
In chamo ⁊ freno maxillas eorum cōſtrin
ge: qui non approximant ad te.**

¶ Hic explicat ꝓpheta ſuum conſilium ⁊ inſtru-
ctionē ⁊ ſalubrem doctrinam. ¶ Ad cuius intelle-
ctū eſt bene notandū ꝙ per equū propheta intelli
git mūdū / ⁊ per mulū intelligit carnē. In quibus
duab⁹ beſtijs equitat ⁊ ſedet diabolus ad pugnan
dum contra animā hoīs: per quas beſtias inducit
omnia ſeptem vitia ⁊ peccata mortalia in hominē.
Nam mundus inducit quatuor peccata. ſ. ſupbiā /
inuidiā / iram / ⁊ auaritiā / eo ꝙ ſuperbus non patit̄
priorem nec equalem: ⁊ ſic prorumpit in inuidiā.
nec patitur iniuriam: nec paruipenſionē ⁊ ſic pro-
rumpit in iram: que eſt appetitus vindicte ꝓpter
paruipenſionem. Item ſuperbus non patitur indi
gentiam. Ideo prorumpit in auaritiā: vt poſſit ſu
ſtentare ſtatum ⁊ honorem mundanum: ⁊ ſic com-
mittit furtum / vſuram / rapinam / ⁊ ſimoniā ⁊c. Ex
quo patet / ꝙ iſta tria vitia. ſcʒ ira / inuidia / ⁊ auari
tia / ſequuntur ſuperbiā / ⁊ ſunt eius filie. Sed om-
nes quatuor inducit ille magnus equus / ⁊ illa ma-
gna beſtia ferox ⁊ petulans qui dicitur mundus:
in quo ſedet diabolus ad pugnandū. Item caro in
tellecta per mulū voluptuoſum / inducit ⁊ impor-
tat tria vitia voluptuoſa. ſ. luxuriā ⁊ gulam ⁊ aci-
diam. Que quidē tria vitia carnalia ſunt quaſi re-
latiua. nā vnū inducit aliud. nam luxuria requirit
gulam ⁊ acidiā: ⁊ acidia inducit gulam: ⁊ gula lu-
riam. Et ideo caro eſt intellecta per mulum volu-
ptuoſum. Has ergo duas beſtias: ſcilicet mūdum
⁊ carnem cū diabolo ſeſſore ſuo conſulit ⁊ exhorta
tur ⁊ admonet propheta a nobis eſſe fugandas et
compeſcendas: eo ꝙ inducūt in nobis illa ſeptem
capitalia vitia ⁊ ſeptem venena. Et ideo dicit. O fi
deles de populo dei / nolite fieri ſuperbi / ⁊ inuidi /
⁊ iracūdi / ⁊ auari: ſicut equus per quem intelligi-
tur mundus. i. nolite ſequi mundum: ⁊ concupiſcē-
tiam eius: eo ꝙ inducit hominem in ſuperbiam / et
inuidiā / ⁊ iracūdiam / ⁊ auaritiam. Itē nolite fieri
carnales ⁊ voluptuoſi ſicut mulus: per quē intel
ligitur caro ⁊ concupiſcentia eius: eo ꝙ inducit in
luxuriam / gulam / ⁊ acidiam: que ſunt beſtiales af
fectiones ⁊ voluptates. quaſi dicat: nolite fieri ſen
ſuales ⁊ beſtiales ſicut iſte due beſtie: nec permit-
tatis ꝙ vobis dn̄entur: ſed tu fidelis chriſtiane cō-
ſtringe ⁊ cōpeſce iſtas duas beſtias cum ſuis affe-
ctionibus in chamo ⁊ freno: qui non approximant
ad te. i. vt nō approximent ad te / prout habet lite-
ralis Hieronymi. ¶ Ad cuius intelligentiā eſt aduer
tendū: ꝙ ſicut diabol⁹ equitat ſuper illas duas be
ſtias ad pugnandum contra hominem: ita Chriſt⁹
contulit nobis frenum ad compeſcendum equum
ſcʒ mundum: ⁊ chamū ad ligandum mulū / ſcilicet
carnem. Unde frenum cōpeſcens mundum eſt hu
militas ⁊ manſuetudo contra ſuperbiam ⁊ iracun
diam: ⁊ charitas contra iram ⁊ odium: ⁊ etiam cō-
tra auaritiam. Sed chamus ad ligandum carnem

Mūd⁹ inducit q̄tuor pctā.

Chriſt⁹ dat frenū cōpeſcēs mūdū.

eſt caſtitas ⁊ ſobrietas. Et finaliter ad cōpeſcēdas
⁊ ligandas omnes iſtas beſtias: dedit nobis Chri-
ſtus omnes virtutes cardinales ⁊ theologales: et
oīa ſeptē dona ſpiritus ſancti. Et ad ſanandos mor
ſus ⁊ vulnera iſtarum beſtiarum cōtulit nobis ſe-
ptem eccleſiaſtica ſacramenta: que omnia continē
tur in lege euangelica: que prohibet omne vitium:
⁊ conſulit ⁊ mandat oēm virtutē. Et ideo dicit pro
pheta. O fideles de populo dei nolite fieri ſenſua-
les ⁊ beſtiales ſicut equus ⁊ mulus: quibus nō eſt
intellectus. i. nolite ſequi mundum qui inducit ad
ſuperbiam ⁊c. nec carnem que inducit ad luxuriā:
⁊ ceteras voluptates beſtiales: ſed tu fidelis cui
deus dedit intellectum ad cognoſcendum ⁊ diſcer-
nendū bonum ⁊ malū: ⁊ dedit liberum arbitrium
ad eligendum bonum ⁊ fugiendum malū: ⁊ dedit ti
bi memoriam / vt per preterita prouidens de futu-
ris: ⁊ dedit tibi rationem vt ſequaris ⁊ facias iu-
ſta: ⁊ dedit tibi in baptiſmo fidem / ſpem / ⁊ charita-
tem / ⁊ in confirmatione ſeptem dona ſpūs ſancti: ⁊
per alia ſacramēta prouidit tibi de omni remedio
contra iſtas duas beſtias ⁊ ſeptem vitia: vt eſſent
in chamum ⁊ frenum ad conpeſcendum ⁊ deſtruē-
dum ⁊ ligandum predictas beſtias ⁊ vitia: ergo in
iſto chamo ⁊ freno virtutum ⁊ ſacramentorum cō-
ſtringe maxillas iſtorum vitiorum vt non approxi
ment ad te. ⁊ ne deuorent te / quaſi dicat / ꝙ ſi non
compeſcueris ⁊ conſtrinxeris iſtas duas beſtias
cum ſupradictis frenis ⁊ chamis: tunc accedent et
approximabunt ad te ⁊ dominabuntur tibi. Nam
iſta beſta carnis ⁊ mundi niſi paret: imperat ⁊ do-
minatur: vt inquit Horatius: ⁊ tūc iſte beſtie dedu
cēt te in profundum inferni / vbi ſunt multa flagel
la peccatoris ⁊ tormenta. Ideo caue: quia

**Multa flagella peccatoris: ſperantem aūt
in dn̄o miſericordia circundabit.**

¶ Hec eſt quarta pars huius pſalmi: in qua pro-
pheta comminatur penam peccatoribus obſtina-
tis ⁊ impenitentibus: ⁊ promittit veniā penitenti-
bus / ⁊ letitiam ⁊ gloriam iuſtis. Unde dicit. O vos
peccatores cauete ne permittatis quod iſte ſupra
dicte beſtie approximēt ad vos ⁊ comprehendant
et deuorent vos: et ſine penitentia ducant vos ad
infernum ⁊ locum penarum infernalium cum de-
monibus ⁊ damnatis in perpetuum cruciandos:
quia multa flagella peccatoris. i. multa flagella et
tormenta patientur peccatores obſtinati: non ſo-
lum propter peccata commiſſa: ſed quia noluerūt
agere penitentiam: ſed voluerunt ſequi beſtias ſu
pradictas. que quidem flagella ⁊ tormenta erunt
multa in quantitate intenſiue ⁊ extenſiue in dura-
tione: quia ineternum durabunt. Per oppoſitum
erit de ipſis penitentibus: nā ſperantes in domi-
no miſericordia circūdabit. i. miſericordia dei cir-
cundabit ⁊ liberabit eos: qui recurrerunt ad peni
tentiam ⁊ ſacramenta eccleſiaſtica: ⁊ cum peniten
tia conſtrinxerunt ⁊ fugarūt beſtias ſupradictas:
quia conſecuti ſunt miſericordiam / ⁊ veniam.
Ideo propheta conuerſus ad penitentes / et iuſtos
dicit.

**Letamini in dn̄o ⁊ exultate iuſti: ⁊ gloria-
mini omnes recti corde.**

¶ Letamini in dn̄o. quaſi dicat. O iuſti letamini



et exultate in dn̄o: eo ꝙ egiſtis penitētiam / ⁊ con-
ſecuti eſtis miāz / ⁊ vos recti corde q̄ operati eſtis
iuſtitiā ⁊ bona opera: gloriamini in dn̄o qui dedit
vobis gratiā ad declinandū a malo ⁊ faciendū bo-
num. Item vos iuſti ⁊ iuſtificati per penitentiā: et
vos recti corde / qui peccata ⁊ iniq̄tates nō abſcō-
diſtis in corde: imo ſine dolo cōfeſſi eſtis: ⁊ rectifi-
cati fuiſtis ab iniuſtitia ad iuſtitiā: et remiſſe ſunt
iniquitates apud deū: ⁊ quorū tecta ſunt peccata
apud diabolū per penitētiā integrā. ſ. per cōtritio
nē ⁊ cōfeſſionē ⁊ ſatiſfactionē: gl'iamini ⁊ letami-
ni pro tāto bn̄ficio hic recepto per grām ⁊ in futu-
ro per gloriā. quaſi dicat agite grās ⁊c. ¶ Ex oib⁹
ſupradictis pōt recolligi diffinitio pnie. Nā peni-
tentia eſt cordis contritio cū ꝓpoſito cōfitēdi ⁊ ſa
tiſfaciēdi ⁊ āplius nō peccādi. Uel poteſt dici: q̄d
penitētia eſt doloroſa cōfeſſio peccatoꝝ cōmiſſoꝝ
cū cordis cōtritione / facta in hac vita cū ꝓpoſito
ſatiſfaciēdi ⁊ amplius pctā nō committēdi. ¶ Ex
iſto etiā pſalmo poſſunt recolligi. xiij. cōcluſiones
⁊ doctrine. Quarū prima eſt: ꝙ per penitentiā re-
mittitur pena ⁊ culpa debita peccatorum. ¶ Se-
cunda eſt / ꝙ per penitentiā ſunt tecta et abſconſa
peccata ipſi diabolo: ne amplius valeat hominē
accuſare. ¶ Tertia / ꝙ per penitētiam deus āplius
non imputat peccatū ad culpā / nec ad penā eter-
nam. ¶ Quarta / ꝙ peccator ſine penitētia non po
teſt conſequi beatitudinem propter impedimētū
culpe. ¶ Quinta / ꝙ penitentia nō poteſt eſſe ꝑfe-
cta ⁊ fructuoſa ſine confeſſione facta eccleſie. Pro
batur. nam licet David clamaret die ac nocte / ⁊ ge
meret ex remorſu cōſcientie: ſed tamē qm̄ tacebat
pctm̄ ſacerdoti: ideo nō fuit ſibi remiſſum vſque-
quo ꝓpoſuit confiteri ⁊ cōfeſſus eſt peccatum ipſi
Nathan: dicens peccaui. per quod oſtendit voca-
lem cōfeſſionem eſſe neceſſariam in effectu aut in
affectu. ¶ Sexta cōcluſio / ꝙ oēs ſancti indigēt pe
nitētia ad delenda peccata vel ad conſeruandas
virtutes. ¶ Septima cōcluſio / ꝙ penitētia dʒ eſſe
accelerata in hoc tēpore opportuno: quia ſolū in
hac vita eſt valida et fructuoſa: quia poſt hanc vi
tam eſt infructuoſa. ¶ Octaua cōcluſio / ꝙ penitē
tia non eſt valida niſi in virtute paſſionis Chriſti:
ideo eſt ad Chriſtum recurrēdum. ¶ Nona conclu
ſio / ꝙ peccator qui in hac vita nō agit penitētiā /
eſt imprudēs ſicut equus et mulus quib⁹ non eſt
intellectus. ſi non prouidet pro futuro iudicio.
¶ Decima cōcluſio / ꝙ diabolus ⁊ mūdus et caro
et ſeptē vitia capitalia ſunt beſtie indomite ſem-
per pugnantes ad deuorandum hominē vt demer
gant eum in infernum. ¶ Undecima cōcl'o / ꝙ iſte
beſtie ſunt cōſtringēde ⁊ cōpeſcende per chamum
eccleſiaſticorum ſacramentorū: ⁊ per frenū virtu-
tum et legis euangelice: et per aſſiduam orationē
et penitentiam. ⁊c. ¶ Duodecima cōcluſio: ꝙ pec-
cator qui in hac vita nō agit penitētiā: ſicut eſt be
ſtialis ſicut equus et mulus: ita tractabitur ſicut
equus ⁊ mulus: quia conſtringetur et ligabitur in
chamo et freno et infernali carcere: ⁊ torquebitur
⁊ flagellabitur ineternū. ¶ Tertiadecima cōclu-
ſio: et doctrina. ꝙ ſicut pena obſtinatorū erit mul-
titudo flagellorum ⁊ tormentorū. ita premiū peni-
tentium ⁊ iuſtificatorum erit letitia ⁊ gaudium in
hac vita per gratiam et in futuro per gloriam.
¶ Sed contra totum fundamentum ⁊ diſcurſum

O Quid ſit penitētia.

P

O

et intelligentiam huius pſalmi arguūt greci ⁊ Ja
cobite: negantes ⁊ contēnentes vocalem cōfeſſio
nem peccatorum: ⁊ dicentes non eſſe neceſſariam
confeſſionē peccatorum ad ſalutem ⁊ penitētiam.
Unde arguunt ſic. Illud nō eſt neceſſarium ad ſa-
lutem: quod Chriſtus nō docuit nec inſtituit in le
ge euangelica: ſed Chriſtus non docuit nec prece-
pit fieri confeſſionem peccatorum: ergo nō eſt ne
ceſſaria. minor eſt nota. maior ꝓbatur: quia Chri-
ſtus ſufficienter docuit ⁊ inſtituit omnia neceſſa-
ria ad ſalutē: vnde bene dixit Penitentiam agite.
⁊c. et vade amplius noli peccare: ſed nulli dixit vt
confiteatur peccata. ⁊c. Item noſtris temporibus
ſurrexit quidā Hiſpanus magiſter ſcholarū apud
Salamāticam: qui cōcedebat eſſe faciendam con-
feſſionem de peccatis actualiter commiſſis dictis
aut factis: ſed non de peccatis in ſolo propoſito et
voluntate commiſſis: poſtꝙ non deuenerunt ad
actum. Unde arguebat ſic. Ordo penitentie debet
fieri ſecūdum ordinē ⁊ diſcurſum peccati ſecūdū
Chryſoſtomū. Nam ſi tripliciter peccauim⁹: ſcili
cet corde / et locutione / et opere: ita tripliciter de-
bemus penitere: ſcilicet cōtritione: ⁊ confeſſione:
et ſatiſfactione / igitur ſi quis peccauit ſolū corde:
et non locutione: nec opere: non tenetur de neceſſi
tate confiteri: niſi penitere tantū in corde per cō
tritionem: quia penitētia debet correſpōdere pec
cato: ⁊ ſic nō de quolibet pctō eſt neceſſaria voca-
lis confeſſio. Item cōfirmabat ſuam poſitionē ta-
li ratiōe: vt ſuis verbis vtamur. Nam regula iu-
ris eſt / ꝙ per quaſcunqʒ cauſas res naſcitur per
eaſdem diſſoluatur. Sed iſta peccata ſolo conſen-
ſu contrahuntur: ergo ſolo diſſenſu diſſoluuntur:
quia per que quis peccat per hec et torquetur.
ſap. xj. Non ergo eſt neceſſaria vocalis confeſſio
in peccatis ſola cogitatione commiſſis: ſed ſuffi-
cit ſola contritio ſine ordine ad claues eccleſie / et
confeſſio generalis et cerimonie eccleſie ſicut in
venialibus. ¶ Sed in oppoſitū eſt David prophe
ta in hoc pſal. vbi dicit: Quoniam tacui inuetera-
uerunt omnia oſſa mea. ſed quando dixi cōfitebor
et cetera. tunc remiſiſti impietatem peccati mei.
¶ Reſpondeo ꝙ dupliciter probatur confeſſionē
peccatorum eſſe neceſſariam peccatoribus ad per
fectam penitentiā. Et hoc probatur primo aucto-
ritatibus ſacre ſcripture vtriuſqʒ teſtamēti. Secū
do probatur rationibus multis. Unde probatur
primo / ꝙ vocalis cōfeſſio de peccatis perpetratis
ſit de lege nature: ⁊ hāc confeſſionē exigit deus a
peccatore. Unde deus vocauit Adam ad confeſſio
nem cū dixit / Adam vbi es. et cetera. vnde Adam
cōfeſſus eſt peccatum dicens: mulier quā dediſti
mihi. et cetera. Item vocauit Caim ad cōfeſſionē
quando dixit: vbi eſt Abel frater tuus. ⁊c. ſed q2 il-
le negauit: ideo taciturnitas peccati fuit ipſi dā-
nabilis: vt patet ibidem geneſis quarto. Item ſe-
cundo confeſſio peccatorum eſt de lege moſaica
tam in actu ꝙ in figura: vt patet de capro emiſſa-
rio. leuitici. xvj. Item de leproſo. leuitici. xiij. Item
numeri quinto vbi dicitur ꝙ vir et mulier confite
buntur peccatum ſuū. ⁊c. Tertio confeſſio peccato-
rum eſt de traditione prophetica vt patet. ij. Re-
gum. xij. in caſu predicto: et in toto iſto pſal. Quar
to eſt de doctrina ſapientiali. ꝓuerbiorum. xxviij.
vbi dicit Salomon: Qui abſcondit ſcelera ſua nō

Obiectio.

No. de neceſſitate cōfeſſionis.

Neceſſaria cōfeſſio pctōꝝ dupl'r.

dirigetur:qui autē cōfeſſus fuerit ⁊ reliquerit ea: miſericordiam conſequetur. Ex quo patet ꝙ neceſſaria eſt abſtinentia a peccato poſt factam confeſſionē. Quinto cōfeſſio peccatorū eſt de lege euangelica: Nam Chriſtus nō ſolum nos admonuit /et docuit dictis ſed factis: cum omnis Chriſti actio fuerit noſtra inſtructio ſcdm Grego. ſed Chriſtus neminē ſanauit niſi prius confiteref ⁊ manifeſtaret morbū ſuum: vt patet per ſingula miracula: ergo ⁊c. Itē hoc idem patet de filio prodigo: qui non fuit ſuſceptus a patre: nec remiſſus vſquequo confeſſus eſt: ⁊ dixit. Pater peccaui in celum ⁊ corā te. ⁊c. et ſic poſt confeſſionem recepit eum/⁊ tradidit ſibi ſtolā primā gratie. Luce. xv. Item decē leproſos Chriſtus remiſit ad ſacerdotes dicens: ite. ⁊c. Item latro confeſſus eſt peccatum ſuū cum dixit. Nos digna factis patimur. ⁊c. ⁊ conuerſſus ad Chriſtum dixit. Memēto mei dn̄e cū veneris in regnū tuū. Luce. xxiij. Item confeſſionem p̄cepit Chriſt⁹ quā do tradidit clauem eccleſiaſtice poteſtatis apoſtolis ad diſcernēdum peccata. Matthei. xv. ⁊ . xviij. Nam ſacerdos non poteſt diſcernere nec iudicare de peccatis niſi audierit ab ipſo peccatore. Sexto cōfeſſio peccatorū eſt de traditione apoſtolica: vt patet actuum. xix. vbi dicitur: ꝙ Paulo predicāte veniebāt confitentes peccata ſua. Et ideo Jacobus patriarcha et epiſcop⁹ hieroſolymitanus in ſua canonica capitulo vltimo fecit cōſtitutum de confeſſione dicens. Confitemini alterutrū peccata veſtra. ſimiliter fecit conſtitutum de extrema vnctione ibidem. Septimo cōfeſſio peccatorū eſt de conſtitutione ⁊ precepto eccleſie ⁊ ſententia omnium ſacrorū doctorum: vt patet de penitentia diſtinctione prima per totum. Item per decretalem: Omnis vtriuſq; ſexus. de penitētijs et re. Ex quo patet ꝙ confeſſio peccatorum eſt de auctoritate ſacre ſcripture vtriuſq; teſtamenti: et precepto eccle-

Ratio/nes ſie: et doctrina ſacrorum doctorū. ¶ Sed ſecundo hoc probatur multis rationibus. Nam primo eſt neceſſaria confeſſio peccatorum inquantum penitentia eſt quoddam iudiciū in foro penitentiali et ſpirituali. Quia ſacerdos q̄ eſt iudex loco dei non poterit iudicare nec diſcernere inter lepram et lepram abſconſam ⁊ latentē in anima: niſi didicerit per cōfeſſionem: vt ait Auguſti. libro de penitētia. Item nullus debet puniri ſecundum leges niſi cōfeſſus fuerit reatum per os proprium. Item hoc idem patet inquantum penitentia eſt quedā medicina. Vn̄ ſacerdotalis medicus anime non poterit adhibere remediū nec imponere penitentiam ſecundum qualitatem ⁊ quantitatē ⁊ meritū peccatorum: niſi hoc ſciat per confeſſionē: vt ait Boetius primo de conſolatione dicens: Si operam medicantis expectas: oportet vt vlnus detegas. Itē hoc idem tertio patet ratione rectitudinis iudicij quia nemo poteſt eſſe iudex in cauſa propria: nec iudicare ſeipſum. Item nemo poteſt eſſe accuſator ⁊ iudex. quarta queſtione. iiij. Nullus. Ex quo patet/ꝙ debet alteri cōfiteri. Item quarto hoc probatur ratione auctoritatis eccleſie. Quia ſi q̇s ſaceret penitentiam abſq; confeſſione peccatorum: tunc eſſent date claues ipſi eccleſie: vt inquit Auguſtinus: q2 fruſtra re videtur claues eccleſie: qui ſine eccleſia ſibi penitētiā imponit. quarto ſententiarum: diſtinctione. xviij. Item quinto: confeſſio peccatorū facta ſacerdoti eſt neceſſaria ratiōe virtutis ⁊ valoris. Quia nulla penitentia nec aliqđ opus eſt validum: niſi concurrat eccleſia per eccleſiaſtica ſacramenta: cui data eſt talis poteſtas et virtus a ſuo ſponſo Chriſto. Unde talis penitētia ſine confeſſione non eſſet ſacramentalis: q2 aliter non concurreret nec cooperaref eccleſia: ⁊ per cōſequens eſſet inualida. Sexto confeſſio peccatorū facta eccleſie eſt neceſſaria rōne ſecuritatis ipſius penitentis: quia nemo ſcit an ſit dignus odio/an amore: niſi audiat a ſacerdote ſe eſſe abſolutū. Itē hoc idem eſt neceſſariū ad ſecuritatem proprij ſacerdotis ⁊ curati: vt ſit ſecurus de ſua oue: de qua tenef reddere deo rationem: vt ad minus ſemel in anno cognoſcat eam. Septimo hoc eſt neceſſariū ad vitandū ſcandalum populi ne talis reputetur malus chriſtianus: ſi ſemel ad minus in anno non venerit ad eccleſiam: ⁊ videatur confiteri ⁊ facere penitentiam. Et etiam eſt neceſſaria ratione ſupplemēti ⁊ perfectionis ⁊ virtutis ſacramēti. Quia quandoq; penitentia ⁊ vocalis cōfeſſio ex attrito facit contritum: ⁊ i quo deficit penitens ſupplet ſacramētū. Tria ergo facit ſacerdos in tali ſacramēto. Nā primo imponit penitentiā tanq̄ iudex. Secūdo reddit penitētē ſecurū ⁊ abſolutū ab obligatione qua tenebatur ſemel in anno oſtēdere ſe ſacerdoti ⁊c. Tertio ex vi ſacramenti cōfert gratiam ⁊ ſupplet cōtritionē pro attritione: inquātū inuocat diuinam miſericordiam dicens per effuſionē ſanguinis Chriſti ego te abſoluo ⁊c. Deus aūt dat gratiam per ſe/⁊ remittit culpam: ⁊ quandoq; totam penam ſm̄ feruorē ⁊ contritionem penitentis ⁊c. ¶ Nunc aūt reſtat reſpondere ad argumēta in contrarium. Unde per auctoritates noui ac veteris teſtamenti: in prima parte inductas: patet reſponſio ad Grecos ⁊ Jacobitas qui negant confeſſionē. Nam manifeſtum eſt ꝙ cōfeſſio peccatorum eſt de precepto Chriſti dictis ⁊ factis. Itē per rationes adductas in ſcđa parte: ptʒ ꝙ cōfeſſio peccatorū eſt neceſſario faciēda de omni peccato etiā in ſolo propoſito cōmiſſo. Quia aliter ſequeretur ꝙ talis penitentia non eſſet ſacramentalis: poſtq̄ ad eam non cōcurrit eccleſia: ⁊ per conſequēs nullius valoris nec remiſſionis. ⁊ ſic ſequerentur oīa ſupradicta incōuenientia. Ad confirmationē ⁊ rationem illius Hiſpani/inquātū dicebat ꝙ per eaſdem cauſas res generantur ⁊ diſſoluunf ⁊c. Dicendum ꝙ illa eſt ſimpliciter falſa. Ideo tota propoſitio procedit ex falſo fundamento. Nam illa propoſitio nō ſolum eſt contra ſacram ſcripturam: que vult ꝙ ſolus deus delet iniquitates ⁊ peccata/et iuſtificat hominem per eccleſiaſtica ſacramenta: dū fuerit opportunitas. Sʒ hoc etiā eſt cōtra Ariſto. iij. Ethi. qui dicit ꝙ vitia ⁊ peccata ſunt in noſtra poteſtate quo ad generationē ſed non quo ad corruptionem ⁊ diſſolutionem. Nam vitia ⁊ peccata ſunt morbi animi: ⁊ ideo ſicut morbus corporis eſt in noſtra poteſtate: ſed nō ſanitas eius: ita pariter eſt dicendum de egritudine animi. Nā in noſtra poteſtate eſt infirmari per inordinatū cibum/aut potū/aut aliquid huiuſmodi: ſed nō eſt in nr̄a poteſtate ſanari niſi medicus adhibeat medicinā. Ita pariter homo per liberū arbitriū de ſe poteſt peccare in ſolo ꝓpoſito/aut in actu: ſed nō pōt ſanari/nec liberari niſi ꝑ medicinalia ſacramēta: q2

Sacer/dos/tria/citiq/facit/pnie. Rōn



ad hoc ſunt inſtituta. Item iſte non conſiderabat quomodo omne peccatum eſt concupitum vel factum contra legem ⁊ volūtatem dei: ⁊ per conſequens per tale peccatum ſemper deus offenditur: ⁊ ſic tale peccatū non poteſt deleri nec diſſolui: niſi deus remittat culpam: iuſtificando per gratiā: ⁊ non imputando ad penā eternā: ſed talis iuſtificatio ⁊ remiſſio non fit niſi cōcurrente eccleſia ex euangelica ⁊ Chriſti inſtitutione: vt dictū eſt. ergo Item cōtritio penitentialis eſt dolor cordis de peccatis cōmiſſis cū propoſito cōfitēdi ⁊ ſatiſfaciēdi: ⁊ ſic in ſui diffinitione includit confeſſionē in propoſito: quia aliter non eſſet contritio ſacramentalis: ⁊ per conſequens non deleret culpam. Nā contritio nō delet culpā niſi in virtute ſacramenti propoſiti ⁊ deſiderati. ſcilicet in virtute deſiderate cōfeſſionis ⁊ ſatiſfactionis: q2 aliter non iuſtificaref peccator. Et ideo poſitio ⁊ opinio illius Hiſpani fuit cōdēnata apud Cōplutū oppidum Hiſpanie per archiep̄m Toletanū cum cōſilio ⁊ determinatione multorū ſacre theologie profeſſorū: cui archiepiſcopo facta fuit ſpecialis cōmiſſio per ſummū Romanū pontificem ſuper hac cauſa. Itē eadē poſitio fuit condēnata Ceſarauguſte in conuētu ⁊ cōcilio magiſtrorū ⁊ doctorū. Unde licet iſta queſtio alibi ſubtilius diſputef: tamen iſta ſufficiant ad ſanā intelligentiam ⁊ expoſitionem hui⁹ pſalmi. Unde licet Dauid per totum illud tempus clamaret ad dn̄m in conſcientia: tamen tacebat peccatum cōfiteri ſacerdoti: ideo nunq̄ meruit veniā vſquequo propoſuit confiteri.

de pſe. di. j. ca. qū aūt ſtam⁹.

## Exultate iuſti in domino: rectos decet collaudatio.

¶ Licet apud hebreos iſte pſal. ſit ſine titulo: tamē multi eorū dicūt ꝙ Dauid fecit hunc pſalmū. Item Hieronymus in magno ſermone de aſſumptione virginis Marie attribuit hunc pſalmum ipſi Dauid dicēs. Unde per Dauid dicif: verbo dn̄i celi firmati ſunt ⁊c. Itē in latinis biblijs p̄ponif titulus huic pſal. In finē pſal. Dauid. Ex quo ptʒ ꝙ Dauid fecit hunc pſalmū dirigens nos in Chriſtū qui eſt finis legis. ⁊ ſic exponit ip̄m Augu. ⁊ oēs ſacri doctores. Vn̄ licet doctores hebreorū exponāt hunc pſal. literal'r tantū: inquantū Dauid inuitat oēs iuſtos de populo Iſrael ad laudandū deū inquantū eſt creator et bonus: tamen nos chriſtiani quibus datū eſt noſſe myſteriū regni dei: nō debemus tacere nec occultare theſaurū abſconſum in hoc agro: ⁊ ſacramēta in eo latētia: ſed inuocata gratia ſpūs ſancti: ſemper debemus pulſare vt nobis aperiat diuitias regni ⁊ theſauri ſui repoſitas in gazophilacio: ⁊ ſcrinio ſacre ſcripture: ⁊ quantū nobis deſuꝑ datum fuerit: quodā pio affectu haurire. ¶ Ideo eſt aduertendum ſicut in prologo dictū eſt: ꝙ Dauid triplici principio ſumpſit occaſionē ⁊ cauſam cōponēdi pſalmos. Primo a ſuis geſtis: inquantū per ſuas ꝑſecutiones ⁊ ꝓſperitates p̄uidit perſecutionē Chriſti ⁊ exaltationem regni eius. Scđo ex deſcriptiōe tēpli ſibi tradita a ſpiritu ſctō. Tertio ex myſterijs ſcriptis in libris Moyſi ⁊ aliorum. ⁊ ſic eſt dicendū ꝙ Dauid contēplando myſterium creationis mūdi: p̄uidit totū myſteriū recreationis et regenerationis humane ⁊ inſtitutionis eccleſie ꝑ Chriſtū faciēde. Et ideo fecit hunc pſalmū: in quo prophetice inuitat omnes iuſtos ⁊ rectos ve. teſt. vt cum exultatione ⁊ letitia recipiant Chriſtū cū venerit ad regenerandū genus hūanū ⁊ cōſtruēdā eccleſiam. Nam ſicut per Chriſtū qui eſt verbū patris: fuit creatus mūdus: ita per ipſum incarnatū erat regenerādus mundus ⁊ eccleſia cōſtruenda. Et ſic etiam inuitat omnes fideles noui teſtamēti vt exultent in Chriſto ſe eſſe regeneratos: ⁊ ſibi latrie honorē impendant: ⁊ eius cōfiteantur ⁊ memorent magnifica beneficia. Et ideo voluit ꝙ cantaretur iſte pſal. in templo cum pſalterio et cithara et toto conatu vocum vſq; ad vltimū punctum. vt patet in eodē pſal. Duo ergo facit in hoc pſal. Nam primo inuitat omnes fideles noui ac veteris teſtamenti ad laudandū Chriſtū. Secundo reddit cauſam quare: ibi. Quia rectuʒ eſt. Quantū ad primū duo etiā facit. Nā primo inuitat omnes ad laudes Chriſti. Secundo tradit modum laudandi: ibi Cōfitemini dn̄o in cithara. Vel poſſumus dicere: ꝙ primo dicit quales debent eſſe laudatores Chriſti. Secūdo quomodo debēt ipſum laudare. ¶ Ad primum ergo dicit ꝙ laudatores Chriſti debēt eſſe iuſti. i. iuſtificati per fidē Chriſti: ⁊ recti in operibus: quia non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. ¶ Sed eſt aduertendū: ꝙ eadē fide qua iuſtificati ſunt antiqui: iuſtificati ſumus ⁊ nos: ſed erat differentia: nam illi iuſtificabantur in fide ⁊ ſpe Chriſti futuri ⁊ futurorum ſacramētorum: nos vero in fide Chriſti qui iam nos redemit: ⁊ in fide preſentium ſacramentorū. Et ideo vtroſq; inuitat Dauid ad laudē Chriſti: ſcilicet illos vt expectarent ⁊ laudarent Chriſtū eos redēpturū: ⁊ nos vt iam laudemus ip̄m redēptorem. Dicit ergo Dauid. O vos fideles vete. teſta. iuſti: id eſt iuſticati in fide Chriſti futuri: ⁊ vos chriſtiani iam redempti ⁊ iuſtificati exultate non in vobis: quia non proprijs meritis eſtis iuſtificati: ſed in dn̄o qui vos iuſtificauit: ⁊ cum intraueritis tēplum ad laudandum dominū facite vt ſitis puri ⁊ iuſti per penitētiā. Nā rectos decet collaudatio. i. decens eſt: vt recti laudēt deū id eſt ꝙ laudatores dei ſint recti ⁊ puri ⁊ mundi et iuſti. nam non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Item rectos decet collaudatio: id eſt decens ⁊ iuſtum eſt vt illi qui ſunt iuſtificati ⁊ redēpti ꝑ Chriſtum: laudent eum: aliter eſſent ingrati.

R Occaſio dauid ad icipiendū pſalmum.

diuiſio pſalmi.

S Laudatores xpi ſint iuſti.

## Confitemini domino in cithara: in pſalterio decē chordarum pſallite illi.

## Cantate ei canticum nouū: bene pſallite ei in vociferatione.

xv. q. j. reuertimini.

¶ Hic tradit modū quomodo debemus Chriſtum laudare: ⁊ quot ⁊ quibus cōditionibus debemus Chriſtū laudare. Unde quatuor dicit. Primo ꝙ debemus Chriſto cantare canticum nouū. Secūdo ꝙ debemus cantare iſtud canticū cū cithara. Tertio cū pſalterio decē chordarū. Quarto cū vociferatione ⁊ conatu vocum. Et ita precepit Dauid cātari hūc pſalmū in tabernaculo ⁊ in tēplo ꝑ leuitas: que oīa ſignificabāt magnū myſteriū. ¶ Nā ꝑ canticū nouū intelligif lex euāgelica ſiue teſtamētum nouū: ad differentiā cantici veteris ipſi⁹ Moyſi: vt ptʒ Apoca. xv. Et ſic in toto libro pſalmorū ꝑ cāticū nouū intelligif teſtamētū nouū: ⁊ ꝑ pſalteriū

L lex euāgelica ē teſtā nouū.

decẽ chordarũ intelligit lex. x. preceptorũ in lege euangelica cõfirmatorũ. Et etiã intelligit lex euãgelica cõtinens in ſe decem chordas. i. decẽ articulos pertinentes ad Chriſtũ. Nã prima chorda huiꝰ pſalterij eſt verbi incarnatio. i. ꝙ Chriſtus eſt deus incarnatus. Scda chorda eſt Chriſti natiuitas de Maria virgine. Tertia chorda eſt baptiſmus Chriſti. Quarta eius ꝑdicatio. Quinta miraculorũ operatio. Sexta mors ⁊ paſſio. Septima reſurrectio. Octaua in celũ aſcenſio. Nona ſpũs ſancti in apoſtolos miſſio. Decima per predicationẽ apoſtolorũ eccl'ie congregatio. Per citharã intelligit fides ſpes charitas. Nam ſicut cithara eſt vnum inſtrũm triangulare: ita pariter vnus eſt Chriſtus: ſed eſt colẽdus triplici virtute. ſ. fide ſpe ⁊ charitate. Per vociferationẽ intelligitur ꝙ debemus Chriſtũ cõfiteri ⁊ publicare publice corã hoibus: ⁊ eius laudes ⁊ beneficia iugiter memorare ⁊ exaltare ⁊ magnificare. Dicit ergo Dauid. O iuſti cõfitemini domino: eius laudes manifeſtando: ⁊ cãtate ei canticũ nouũ. ſ. predicate legẽ nouã euãgelicã. ⁊ hoc cũ pſalterio. x. chordarũ. i. confitemini ⁊ predicate in iſto nouo cantico. x. articulos Chriſti. ſ. incarnationem: natiuitatẽ: baptiſmũ: predicationẽ: miracula: paſſionẽ: reſurrectionẽ: aſcenſionẽ: ſpũs ſancti miſſionẽ: ⁊ eccleſie congregationẽ. Quia hec ſunt decẽ chorde huius pſalterij euangelici. Et hoc eſt pſalteriũ decẽ chordarũ ⁊ cãticum nouũ qḋ cantauit ⁊ pulſauit virgo Maria tympaniſtria noſtra cũ magna exultatione ſpũs: cũ dixit. Magnificat aĩa mea dñm ⁊c. Nã hoc cãticũ ſiue pſalteriũ virginis continet decẽ verſus: qui ſunt decẽ chorde: in quibus decẽ chordis cõtinet totũ teſtamentum ⁊ canticũ nouũ: ⁊ etiã totũ teſtamẽtũ vetus. Nam ibi annunciantur oĩa promiſſa in veteri teſtamẽto eſſe cõpleta in nouo. cũ dicit. Suſcepit iſrael puerum ſuũ: recordatus mie ſue. Sicut locutus eſt ad patres noſtros ⁊c. Uos ergo iuſti cantate canticũ nouũ legis euangelice per totũ circuitũ anni: ⁊ in oibus horis diurnis pariterqꝫ nocturnis. ſed cantate ſpecialiter in veſperis quotidianis canticum nouũ ſiue pſalteriũ decẽ chordarũ virginis: in quo implicite cõtinetur vtriuſqꝫ teſtamentũ. Item cantate hoc canticũ nouũ cũ cithara. i. cum fide ipſius Chriſti ⁊ ſpe ⁊ charitate: qꝛ aliter nõ eſſet meritoria laus nec cõfeſſio. Itẽ bene pſallite ei in vociferatione cũ publica ꝑdicatione ⁊ manifeſta cõfeſſione corã hoibus. ſicut ipſe cõfeſſus eſt oẽs in cruce: ⁊ pro oibus mẽbris ſuis paſſus eſt publice. Item bene pſallite ei cũ vociferatione in officijs canonicis eccleſie. Et nota ꝙ antiqui cantabãt hunc pſal. cũ vociferatione: vocando Chriſtũ ad redimendũ. Nos autẽ cantamus iſtũ pſalmũ ⁊ oẽs alios agendo gratias pro redẽptione facta: ⁊ vt Chriſtus veniat ad remittendũ peccata nr̃a ⁊ nos glorificandum.

Triplex cãticũ in ſcriptura.

¶ Iterũ eſt aduertendũ ꝙ triplex cãticũ memorat in ſacra ſcriptura. Primo canticũ vetus qḋ dicit canticũ Moyſi. Apoca. xv. Scdo canticũ nouũ grẽ qḋ dicit cãticũ euangelicũ ſiue lex euangelica. Tertio canticũ glie ⁊ eternũ. Primũ cãticũ cãtauerũt oẽs pſ̃es ve. te. Scdm cãtamus nos in hac eccl'ia militãti. Tertiũ cantãt beati in eccl'ia triũphãti. Primũ cãtabat ſub pteſtatiõe ⁊ fide et ſpe Chriſti futuri: quẽ pnũciabat p vaticinia pphetarũ ⁊ ꝑfigurabat per myſtria pr̃iarcharũ: ⁊ oĩa precepta cerimonialia ⁊ legalia: ⁊ ideo antiqui cantabant cũ cithara ⁊ pſalterio materiali ⁊ legali. Secũdũ canticũ cantant fideles noui teſta. cũ cithara ſpirituali. ſ. fide: ſpe: ⁊ charitate: ⁊ cũ pſalterio ſpirituali. x. chordarũ. ſ. cũ cõfeſſione ſupradictorũ articulorũ: ⁊ cantãt ipm cũ vociferatione: qꝛ publice confitentur Chriſtũ ⁊ hos decẽ articulos corã hominibus. Tertiũ canticũ cantant ſancti in celo cũ clara viſione ⁊ fruitione ⁊ felicitate: dicentes Sãctus: ſanctus: ſanctus ⁊c. Apoca. iiij. Et hoc canticum dirigit toti trinitati: ſꝫ ſcdm canticũ. ſ. canticũ nouũ dirigitur ipſi Chriſto. de quo cantat pſalteriũ. x. chordarũ. i. decẽ articulorũ: vt ptꝫ Apoc. x. vbi dicit ꝙ ſancti cantabant canticũ nouũ dicentes. Dignus es domine accipere librum ⁊ aperire ſignacula eius ⁊c. Unde hoc eſt canticum nouum ad qḋ cantandũ nos exhortatur propheta in hoc pſal. cũ dicit: cantate ei canticum nouũ ⁊c.

**Quia rectum eſt verbum domini: ⁊ omnia opera eius in fide.** pri. v. b. ne.

¶ In ſcda parte reddit ⁊ aſſignat cãm quare ⁊ de quibus tenemur ipſum laudare: ⁊ aſſignat tres cauſas. Primo quia Chriſtus eſt deus omnipotẽs: cum ſit verbũ patris per quod facta ſunt omnia. Secundo: quia iuſtus iudex. Tertio quia miſericors: ⁊ ſic eſt laudandus ratione ſumme potentie: ⁊ iuſtitie: ⁊ miſericordie: et ideo ſicut eſt rectus et iuſtus: ita debet a rectis ⁊ iuſtis laudari. Dicit ergo. bene dico quod iuſtos ⁊ rectos decet laudare Chriſtum. Nam ipſe Chriſtus eſt rectum verbum domini per quem omnia fecit: ideo omnia opera eius ſunt facta in fide: id eſt ſunt naturaliter recta ⁊ perfecta: quia cuncta que fecerat erant valde bona. Secundo eſt laudandus: quia eſt iuſtus ⁊ miſericors. nam

**Diligit miſericordiam et iudicium: miſericordia domini plena eſt terra.** rm. diſta. diam. mi.

¶ Diligit inquit: miſericordiam ⁊ iudicium: ⁊ ideo miſericordia eius plena eſt terra: nam omnibꝰ miſeretur: ⁊ plene ⁊ abundanter redemit genus humanũ: qꝛ pro omnibus effudit totum ſanguinẽ. Et notanter dicitur: quia rectũ eſt verbũ dñi: nam filius dicitur ars patris: ſed ars eſt recta ratio factibiliũ: ⁊ ideo verbum in quo ab eterno ſunt idee ſiue exemplaria oĩm creaturarum: dicitur rectum. Nam ſicut quodlibet artificiatum dicitur rectum inquantum aſſimilatur arti exiſtenti in intellectu practico artificis: ita omnis creatura dicitur recta ⁊ perfecta ſm naturam ⁊ ſpeciem: inquantum aſſimilatur idee ⁊ rationi exiſtenti in verbo diuino: qḋ dicitur ars patris. Et notanter dicit etiam miſericordia domini plena eſt terra: qꝛ ante aduentum Chriſti miſericordia dei ſolum erat in Iudea.

**Uerbo domini celi firmati ſunt: et ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.** ſ. q. ſi. iter u. tolici. ſ. q. ſ. c. ter catholicam.

¶ Hic probat per ſingula que dixit. Nam primo probat quod Chriſtus ſit rectum verbum domini. Secundo ꝙ eſt iuſtus iudex. Tertio ꝙ eſt ſumme miſericors. ſecunda ibi: Dominus diſſipat conſilia. tertia ibi: Beata gens. Dicit ergo primo probo qḋ Chriſtus ſit verbum rectum dei patris: ⁊ per conſequens ſit deus conſubſtantialis patri: Nam celi firmati ſunt verbo dñi: quando deus dixit fiat firmamentũ ⁊c. naꝫ ſi deus dixit/ergo per aliquod verbum ſibi coeternũ locutus eſt ⁊ dixit: qḋ quidẽ verbum nõ poteſt eſſe niſi ſibi conſubſtantiale: cũ in eo nõ ſit aliqḋ accidens tẽporale. xp̃s eſt verbũ patris. Itẽ ſicut celi ſunt firmati ⁊ creati verbo dñi: ita omnis virtꝰ eorum. ſ. celorum eſt eis data ⁊ emanat a ſpiritu oris dei patris. ſ. a ſpiritu ſancto: et ſic oĩa ſunt creata verbo dñi/⁊ habent virtutem a ſpiritu oris eius: ſcꝫ a ſpiritu ſancto: ⁊ ſic tota trinitas cõcurrit ad creationẽ rerum: qꝛ opera trinitatis ſunt indiuiſa ab extra.

x Nota.

¶ Ad cuius intelligentiã eſt notandũ ſꝫ Auguſt. ꝙ licet tota trinitas ſit creatrix vt deus: ⁊ opera trinitatis ſint indiuiſa in creatione rerum: tamen modus eſt diſtinctus. Nam in hac creatione aliquo modo attribuitur auctoritas patri. naꝫ pater qui ab eterno dixit ſuum verbũ: ⁊ diligendo filium ⁊ econuerſo ambo ſpirant ſpiritum ſanctũ ille idem pater ex tempore per ſuũ verbũ eternũ: dixit oẽs creaturas ad extra/quãdo dixit: fiat lux ⁊ fiat firmamentum ⁊c. ⁊ ſic per ſuum verbuꝫ fecit omnia. Ioan. primo. Item pater ⁊ verbum qui ab eterno ſpirant ſpiritum ſanctum ab intra: ita poſt ea ex tempore tanqꝫ vnum principiũ per ſpiritum ſanctum ſpirant ad extra eſſe. exiſtere/⁊ virtutem omnibus creaturis ab operandum. quod quidem eſſe ſiue virtus dicitur vita in rebꝰ ſiue viuere: qꝛ viuere viuentibus eſt eſſe. ⁊ ideo ſubditur: Spiritus domini ferebatur ſuper aquas. i. ſuper omnia fluxibilia ⁊ mobilia creata. Itaqꝫ res oẽs create vt aſſimilant ideis ⁊ exemplaribus exiſtẽtibus in libro: ⁊ vt dicunt per verbum: dicunt habere eſſentiam ⁊ ſpeciem: ſed vt aſpiratur eis eſſe ⁊ virtus ꝑ ſpiritũ ſanctũ/dicunt habere exiſtere ⁊ habere virtutes ⁊ habere operationẽ. Et ſic omnia creata habent in ſe veſtigium trinitatis. ſ. ſubſtantiaꝫ virtutem ⁊ operationẽ: ſiue numerum: pondus: ⁊ menſurã: ſiue ſpeciem modum: ⁊ ordinem. Nec per hoc eſt dicendum ꝙ opera trinitatis ſunt diuiſa: qꝛ tota trinitas cõcurrit tanqꝫ vnuꝫ principium ⁊ vnus deus ⁊ vnus omnipotens. ⁊ hoc eſt de intellectu. Augu. xi. de ciui. dei. ⁊ xij. cõfeſ. Et hoc eſt qḋ dicit hic Dauid. Uerbo dei celi firmati ſunt ⁊ ſpũ oris eius omnis virtus eorũ. Nec per hoc intendit Dauid excludere qn ſpiritus ſanctus ſit ſpiritus filij: qꝛ nõ negat ipm a filio ꝓcedere: ſed intantũ dicit ipſum ſpiritũ oris patris: inquantũ talis auctoritas eſt in patre. nã pater habet de ſe ⁊ a ſe vt ſpũs ſanctus ꝓcedat ab eo: ⁊ cũ ſit principiuꝫ nõ de principio: ſed filius hoc habet a patre vt ſpiret ſpiritũ ſcꝫ ſimul cum patre. Sed ne quis putaret ꝙ ſoluꝫ celi ſunt a deo creati ſicut blaſphemabant Manichei: ideo ſequitur ꝙ ipſemet deus pater ⁊ filius ⁊ ſpiritus ſanctꝰ qui creauit celos: ipſemet creauit terrã ⁊ aquas ⁊ elementa. ⁊ tunc ſequitur.

**Congregãs ſicut in vtre aquas maris: ponens in theſauris abyſſos.**

¶ Congregans oẽs aquas maris in vallibus ⁊ locis depreſſioribus ⁊ infirmis terre: quando diuiſit aquas ab aquis ⁊ apparuit arida: ⁊ congregationes aquarum appellauit maria/vt patet Geneſ. primo. Nam terra continet maria inter montes: ſicut vas continet aquas/vt patet de mari Caſpio ⁊ Indico. vt magis patebit pſalmo. ciij. et ipſemet Dñs ponens abyſſos/id eſt aquas abyſſales in theſauris ſuis/id eſt in locis ſecretis terre: ⁊ ſic cõgregauit aquas maris in oceano iter valles quaſi in vtre ſiue i vaſe: ⁊ poſuit aquas abyſſales ⁊ aquas fontales ⁊ fluuiales in theſauris ⁊ locis ſecretis. Nam fontes ⁊ flumina oriuntur ⁊ emanant a locis ſecretis. Et dicit in theſauris ſuis: qꝛ de emanatione fontiuꝫ ⁊ fluuiorũ inſurgunt tot mirabiles queſtiones ⁊ opiniones ꝙ quaſi nullus vel pauci potuerunt peruenire ad ipſam veritatem. Nam Plato dicit ꝙ emanant a tartaro. Ariſtoteles dicit ꝙ continue generatur aqua ex aere infrigidato in cauernis terre. Aliqui dicunt ꝙ ſũt magne ſubmerſiones aquarum in profundo maris: ⁊ ſerpunt per viſcera ⁊ venas terre: ⁊ dulcorate ebulliũt ⁊ emergunt per impulſum aut equilibrium ad alias partes terre: ⁊ ſic fontes emanant in planis ⁊ montibus. Et ſic diſceptant philoſophi ſecundum diuerſas opiniones: ſed iſta manent ſecreta ⁊ repoſita in theſauris ⁊ ſecretis ſcientie dei: ideo ait Ponens in theſauris abyſſos.

Queſtio.

¶ Sed dubitatur quare non facit mentionẽ in hac creatione de duobus elementis. ſ. de igne ⁊ aere. Dicendum ꝙ ignem et aerem cõnumerat inter celos. Nam cõmuniter in ſcriptura aer dicitur celum: vt dictum eſt pſalmo. viij. Uolucres celi ⁊c.

y No. de creatione ⁊ recreatione mũdi.

¶ Sed eſt aduertẽdum: ꝙ cum creatio rerum fuerit figura recreationis ⁊ regenerationis noſtre: ꝙ per illud idem verbuꝫ per qḋ facta fuit creatio: per illud idem facta eſt noſtra redemptio ⁊ creatio: ⁊ per illud verbum conſtructa eſt eccleſia per qḋ facta fuit machina mundi/⁊ eodem ordine. Nam ſicut pater in creatione per verbum filium ſuum dicendo produxit res ad extra quo ad ſpecies ⁊ eſſentias ſuas/⁊ pater cuꝫ filio per ſpiritum ſanctum ſpirauit vitam ⁊ eſſe et virtutem in rebus: ita pari ratione in noſtra regeneratione pater per filium ſuũ incarnatũ locutus eſt nobis: ⁊ dedit legem euangelicam/vt patet ad Hebreos primo: ⁊ ſic cõſtruxit eccleſiaꝫ ex viuis lapidibus fidelibus. ſed qꝛ nõ ſuffeciſſet dediſſe legẽ ⁊ creaſſe apoſtolos: niſi ſpiraſſet in eis vitam et virtutẽ ſpiritualem: ideo pater cum filio miſit ſpiritum ſanctum in diſcipulos: ⁊ per ipſum ſpirauit vitam ⁊ virtutem gratiarum et donorum in diſcipulos. ⁊ ſic viuificauit eos ad intelligendas ſcripturas ⁊ ad robur ⁊ fortitudinem: ⁊ dando eis eccleſiaſticam poteſtatem/fecit eos principes eccleſie. Item ſicut creauit. xij. celos. ſ. decem celos ſuperiores ⁊ ignem ⁊ aerem quos cõnumerat inter celos vt dictum eſt: ita creauit. xij. apoſtolos in eccleſia qui dicuntur celi eccleſie/vt dictum eſt pſalmo. xviij. ⁊ illos ornauit ſyderibus ⁊ aſtris gratiarum ⁊ donorũ ſpiritus ſancti. ⁊ ſic intelligit Gregorius illḋ Iob. xxvj. Spiritus dñi ornauit celos. Unde dicit: Uerbũ qui eſt filius patris ornauit celos. i. apoſtolos: ſed virtus apoſtolorum de ſpiritu ſancto ſumpta eſt. vnde alibi Spiritu oris eiꝰ ⁊c. ornamẽta enĩ celorũ ſunt virtutes ꝑdicantiuꝫ ⁊c. Ex quo patet ꝙ pater per verbũ firmauit ⁊ elegit apoſtolos: ſed per ſpiritũ ſanctũ dedit eis virtutẽ ⁊ dona gratiarũ in die penteco. ⁊ ſic cõſtructa ⁊ ꝯfirmata eſt eccl'ia. Et hoc eſt qḋ dicit hic Dauid: ꝙ nõ ſolũ in creatione mundi celi materiales verbo ꝗ eſt Chriſtus/firmati ſunt/⁊ ſpiritu oris eius oĩs virtus eorum: ſed etiam in noſtra recreatione eodẽ verbo domini ſcilicet Chriſto/celi. i. apoſtoli.

firmati: ⁊ electi ſunt: ⁊ oĩs virtus eoꝝ fuit ſumpta a ſpũ oris eius: qꝛ per ſpm̃ ſanctuȝ ſpirauit in eos ⁊ in totam eccleſiã virtutẽ ⁊ vitã ſpiritualẽ: eccleſiaſticam poteſtatem eis largiendo. Et ſic tota trinitas concurrit ad noſtram regeneratiõe: ⁊ ideo nos chriſtiani per fidem generati: portamꝰ imaginem ⁊ veſtigium paſſionis Chriſti in fronte ⁊ totiꝰ trinitatis. Nam licet deus luceat in omnibus hominibus per creationem: tamen in ſolis fidelibus lucet per creationem ⁊ gratiam: quẽ characterem recepimus in baptiſmo: ⁊ etiam in cõfirmatione. Sed ne putaret aliquis ꝙ Chriſtus ſoluȝ creauit xij. apoſtolos/ ⁊ in eis ſolis gratiam ſpirauit: ideo ſubdit. Cõgregãs ſicut in vtre aq̃s maris. i. poſtꝙ firmauit celos. i. apoſtolos poſtea per eos congregauit aquas maris. i. multitudinem populi gentilis ſicut in vtre. i. i vaſe ⁊ gremio eccleſie. ⁊ repoſuit abyſſos. i. aquas abyſſales. i. ſeptem ſacramẽta eccleſiaſtica: in theſauris ⁊ ſecretis ſuis. Nam

Eccl'iaſtica ſacramẽta dr̃ aq̃ abyſſales.

eccleſiaſtica ſacramenta dicũtur aque abyſſales: quia virtus eoꝝ nunq̃ euacuabitur: eo ꝙ ſunt plena meritorum paſſionis Chriſti: ⁊ ſic habent virtutem infinitam ⁊ abyſſalem ad iuſtificandum peccatores ſucceſſiue in infinitum. Item Chriſtus poſuit abyſſos in theſauris ſuis. ſ. in ſacra ſcriptura in qua continentur infinita ſecreta/ ⁊ abyſſus diuitiarum ſcientie dei. Ideo ſequitur. ſi ergo Chriſtus eſt illud verbum patris quo non ſolum celi materiales in principio: ſed etiam in noſtra regeneratione celi firmati ſunt/ ſcilicet apoſtoli. ergo

xxiij. q. vj. ſciſmatici. §. vlti.

**Timeat dominum omnis terra: ab eo autem commoueantur omnes inhabitantes orbem.**

¶ Timeat eum omnis terra in ſuo aduentu: ⁊ omnes gentiles inhabitantes orbem commoueãtur: ⁊ vincantur/ ⁊ conuertantur ab eo: ⁊ cognoſcant ipſum deum ⁊ creatorem ⁊ recreatorem.

Infra cxlviij. iudith xvj. c.

**Quoniam ipſe dixit ⁊ facta ſunt: ipſe mandauit ⁊ creata ſunt.**

¶ Ipſe pater dixit: ⁊ facta ſunt omnia: ⁊ ipſe mãdauit ⁊ creata ſunt in creatione materialiter/ ⁊ in regeneratiõe ſpiritualiter. Iteȝ ſicut in principio mandando ⁊ dicendo fecit omnia: ita in ſuo aduẽtu mandando ⁊ precipiendo faciebat miracula: et reſuſcitabat mortuos: ⁊ dimittebat peccata: ⁊ iuſtificabat peccatores tanꝙ poteſtatẽ habẽs: quod plus fuit ꝙ creare celum ⁊ terram: que miracula nullus poterat facere niſi ſolus deus. ergo Chriſtus eſt deus verbum patris per quem ſumꝰ creati ⁊ recreati. ergo ſibi debetur honor latrie ⁊ laus ⁊c. ergo cantate ei canticum nouuȝ cum pſalterio decem chordarum ⁊ cithara ⁊ vociferatione ⁊c.

xiij. qõ. ij. c. cuȝ deuotiſſimam.

**Dominus diſſipat conſilia gentium: reprobat autem cogitationes populorum: et reprobat conſilia principum.**

¶ Hic aſſignat ſecundam rationem quare debet Chriſto latria: ⁊ debemus ſibi cantare ſic canticũ nouum: ſcilicet quia eſt iuſtus iudex/ ſiue propter ſummam iuſtitiam. ¶ Nota quod Chriſtus in ſuo

Z

aduentu tres potentias diſſipauit et puniuit: in quibus oſtendit potentiam ⁊ iuſtitiam ſuam. Primo deſtruxit falſam ſapientiam ⁊ ſuperſtitionem

Xp̃s diſſipauit

gentilium ⁊ philoſophorum/ ⁊ falſos ritus deorũ. Secundo diſſipauit cogitationes populorũ. ſ. malitiam iudeorũ inſurgentium contra eũ: qꝛ cogitauerunt Chriſtũ delere per mortem. ſed ipſe reſurrexit ⁊ diſſipauit eos auferendo eis regnũ ⁊ locũ ⁊c. Tertio diſſipauit cõſilia ⁊ conuenticula principũ mundi/ ⁊ tyrannorum: qui propoſuerant penitus diſtrahere eccleſiam/ ⁊ delere nomẽ Chriſti: ſȝ ipſi diſſipati ſunt/ vt Nero/ ⁊ Domitianꝰ/ ⁊ Maximianus: imo tota gẽtilitas fuit ſubiecta iugo Chriſti. Et hoc eſt qđ ait Dauid. ſ. dñs Ieſus chriſtus bene eſt iuſtus: qm̃ ipſe diſſipat/ et diſſipauit in ſuo aduẽtu conſilia ⁊ ſapiẽtiã gentiũ. ſ. falſas opiniones philoſophorũ de eternitate mundi ⁊c. ⁊ diſſipauit ritus ⁊ ſuperſtitiones falſorũ deorũ: ⁊ vanitates poetarum: ⁊ oſtendit qualiter mundus eſt a deo creatus ex tempore: ⁊ quomodo eſt vnus ſolꝰ deus trinus in perſonis: ⁊ ꝙ vnus ſolus deus eſt colendus. Secundo diſſipauit ⁊ confudit cogitationes ⁊ peſſima propoſita populorum. ſ. iudeorũ/ qui dixerũt: ſi hunc dimittimus/ venient Romani ⁊c. ſed contrariũ accidit eis: vt dictum eſt pſalmo ij. Nam poſtꝙ Chriſtus reſurrexit fuerunt eiecti a ſedibus ſuis: ⁊ trucidati ⁊ diſperſi per mundum in captiuitatem ⁊c. Tertio diſſipauit conſilia principum/ ⁊ tyrannorum machinantium ⁊ conantium deſtruere legem euangelicam ⁊ totam chriſtianaȝ religionem: ſed ipſi diſſipati ſunt: ⁊ eorum ſuperſtitio ⁊ idolatria fuit deſtructa: ⁊ eccleſia multiplicata per Conſtantinum/ ⁊ lex euangelica exaltata ⁊ ampliata. Ideo ſubdit.

**Conſilium autem domini ineternum manet: cogitationes cordis eius in generatione et generationem.**

¶ Conſilium: id eſt lex domini ineternum manet/ et cogitationes cordis eius/ id eſt ea que deus ab eterno propoſuit futura/ manent in generatione et generationem: quia omnia facta ſunt ⁊ completa: que deus preordinauit aut preuidit ab eterno: cuius ſcientia falli non poteſt. Et ideo.

**Beata gens cuius eſt dominus deus eius: populus quem elegit in hereditatem ſibi.**

¶ Beata eſt gens chriſtiana cuius dominus eſt vnus verus deus trinus ⁊ vnus: et non eſt decepta in colendo plures deos: et beatus populus Chriſtianus quem dominus Ieſus Chriſtus elegit in hereditatem ſibi diſſipato conſilio gentium et principum et tyrannorum ⁊ cogitationibus iudeorum. Nam diſſipatis omnibus ſupradictis/ deus elegit populum chriſtianum in hereditatem ſibi: vt colat eum: et ſeruet legem euangelicam. Poteſt etiam iſte verſus ordinari cum ſententia ſequenti. que eſt tertia cauſa. ¶ Beata gens. Hic aſſignat tertiam cauſam quare Chriſtus eſt colendus et laudandus a chriſtianis rectis ⁊c. ſcilicet quia miſericors. Nam qui maiorem miſericordiam et plura beneficia recepit a Chriſto: magis tenetur ⁊ obligatur Chriſtum laudare. Dicit ergo. Beata gens Chriſtiana cuius deus eſt dominus eius. ⁊ beatus populus chriſtianus: quem dominus Ieſus Chriſtꝰ elegit ſibi in hereditatẽ: ⁊ vocauit ipſum ad fidem. Nam dñs oſtendit ſibi magnã



miſericordiam: quia propter eum incarnatus eſt ⁊ mortuus ⁊ paſſus. Unde.

xiij. [q.] ij. legitimꝰ. ſ. ſimul te ⁊ xi ij. q. j. loquit.

**De celo reſpexit dominus: vidit omnes filios hominum.**

**De preparato habitaculo ſuo: reſpexit ſuper omnes qui habitant terram.**

**Qui fingit ſigillatim corda eorum: qui intelligit omnia opera eorum.**

¶ Dominus filius dei reſpexit de celo: ⁊ vidit oẽs filios hominũ ſeu filios Adam peccatores: ⁊ de habitaculo ſuo preparato. i. de celo empyreo q̃ eſt locus deo p̃paratus et debitus/ reſpexit ſuꝑ omnes homines qui habitant terrã quodaȝ oculo miſericordie: ⁊ vidẽs oẽs in captiuitate: cõmotus miſericordia et pietate/ ipſe qui erat eternus ⁊ impaſſibilis in ſinu patris/ factus eſt homo mortalis formam ſerui accipiens vt peccatores liberaret. Iteȝ ille eternus filius qui creauit ⁊ finxit ſigillatim/ id eſt in vnoquoq̃ corda. i. animas eoruȝ. ſ. hominum: et intelligit omnia opera eorum et cogitationes ipſas: factus eſt homo mortalis vt eos redimeret. ¶ Unde nota ꝙ per hoc quod ait: Qui finxit ſigil-

A

latim: excludit falſam opinionẽ Pythagore ⁊ etiã Thalmudiſtarum: qui dicunt omnes animas eſſe ab initio creatas: et tranſmigrare de corpore ad corpus: et ſic vnaqueq̃ anima precedit ſuum corpus. ſed hic dicit ꝙ deus finxit. i. creauit animas ſigillatim in vnoquoq̃. Item excludit falſaȝ opinionem commentatoris qui dixit vnum intellectum eſſe in omnibus hominibus. Hic aũt dicit ꝙ vnuſquiſq̃ ſigillatim habet ſuam animam. Itẽ per hoc ꝙ ait Intelligit omnia opera eorum: excludit falſam opinionem Manicheorum ⁊ aliorum hereticorum: qui dicunt deum non curare: nec etiam intelligere iſta inferiora.

xj. di. c. illud.

**Non ſaluatur rex per multam virtutem: et gigas non ſaluabitur in multitudine virtutis ſue.**

¶ Hic reddit cauſam quare deus motus miſericordia voluit incarnari: ⁊ dicit: ꝙ voluit hũiliari ⁊ exinaniri: ⁊ fieri homo: eo ꝙ nulla creatura erat ſufficiens ad ſaluandũ ſeipſam nec alios: ſed ſolus filius dei erat ſufficiens ad ſaluandum. Ideo dicit: Non ſaluatur rex per multaȝ virtutẽ. i. nullus rex mundanus habuit tantam virtutem ⁊ potentiam vt ſeipſuȝ poſſet ſaluare aliquo modo: nec aliquis gigas magnus ⁊ fortis ſaluabit: nec poterit ſaluari in multitudine virtutis ſue.

xxiij. q. ſ. noli.

**Fallax equus ad ſalutem: in abundãtia autem virtutis ſue non ſaluabitur.**

¶ Equus. i. multitudo equorum fallax erat ad ſa-

B

lutem regum ⁊ principum. ¶ Et ideo nullus ſaluabatur nec poterat ſaluari in abundantia virtutis ſue. Et hoc propter duo. primo quia omnes erant peccatores et immundi: ideo oportebat vt noſtra redemptio fieret per hominem iuſtum et innocentem. Secundo quia peccatum primorum parentũ fuerat tam graue ꝙ non poterat deleri niſi per deũ et hominem. Tertio quia potentia diaboli erat tã magna: ꝙ non poterat niſi per deũ ſuperari. et ideo ſequitur.

**Ecce oculi domini ſuper metuentes eum: et in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius.** xiiij. q. ij. c. gloria epi

**Ut eruat a morte animas eorũ: ⁊ alat eos in fame.**

¶ Oculi dñi ſuper metuentes et ſperantes in euȝ id eſt ſuper fideles/ ⁊ eos qui ſperant ſuper miſericordia eius: vt eruat animas eoruȝ a morte eterna per morteȝ ⁊ paſſionẽ: ⁊ alat ⁊ nutriat eos in fame ſ. pabulo ſacramentorum ⁊ ſapientie. quaſi dicat. Chriſtus non ſaluauit ſuperbos neq̃ confidentes in ſuperbia ⁊ viribus ſuis ⁊ bonis mundanis: nec ſaluauit infideles: ſed fideles et humiles: et illos pauit pabulo ſapientie: ⁊ ſic eſurientes impleuit bonis: ⁊ diuites dimiſit inanes. Ex oĩbus his patet qualiter deus oſtendit nobis ſuam magnam miſericordiam: quare ipſum obligamur laudare ⁊ magnificare. Per hoc etiam excluditur falſa opinio Pelagianorũ dicentiũ vnumquemq̃ abſq̃ gratia ex proprijs viribus poſſe ſaluari.

vj. q. ſ. quieſciter. xx ij. q. viij conueníor.

**Anima noſtra ſuſtinet dñm: qm̃ adiutor ⁊ protector noſter eſt.**

**Quia in eo letabitur cor noſtrũ: ⁊ in nomine ſancto eius ſperauimus.**

¶ Hic propheta petit aduentum Chriſti accelerari vt poſſet ſibi cantare canticum nouũ. ⁊c. Et etiã exhortatur fideles ad fidem ⁊ ſpem et charitatem Chriſti ſaluatoris dicẽs: Si ita eſt ꝙ ſolus xp̃s poteſt oẽs ſaluare: ⁊ nõ ſaluat niſi ſolos fideles humiles ſperãtes in ſe: ergo anima noſtra ſuſtinet/ id eſt ſuſtineat ⁊ expectet cum patientia aduentum Chriſti: qm̃ ipſe ſolus eſt adiutor ⁊ protector noſter. qꝛ in eo letabitur cor noſtrũ cum venerit: ⁊ ſolos nos fideles ſaluabit: eo ꝙ ſperauimus in nomine ſancto eius quod eſt Ieſus ſaluator: quia non ſaluabuntur niſi habentes fidem Chriſti. Et ideo Dauid apoſtrophat ad Chriſtum: vt acceleret aduentum ſuum dicens.

xxxix. diſt. ca. diacõi.

**Fiat miſericordia tua dñe ſuper nos: quẽadmodum ſperauimus in te.**

¶ O domine Ieſu veni/ ⁊ fiat miſericordia tua ſuper nos redimendo ⁊ ſaluando: quẽadmodum ⁊ ſicut ſperauimus in te: ⁊ non ſit vana ⁊ fruſtra ſpes noſtra: vt ſalues nos/ hic per gratiã: ⁊ in futuro per gloriam ⁊c. Ex ſupradictis patet ꝙ Dauid in toto iſto pſalmo exhortatur fideles noui teſtamenti: vt recipiant Chriſtum in aduentu ſuo: et cantent ſibi canticum nouum: ⁊ predicent legem euangelicam cũ fide ⁊ ſpe ⁊ charitate: Sed in vltima parte petit accelerari aduentum Chriſti: in quo canticum nouum. i. euangelicum erat cantandum in

C

eccleſia. ¶ Ex quo pſalmo colliguntur octo concluſiones. ¶ Prima concluſio/ ꝙ iuſti obligantur pre ceteris deum laudare: et in eo exultare pro beneficijs acceptis. ¶ Secũda concluſio/ ꝙ laus iuſtorum eſt decora et deo grata. ¶ Tertia/ ꝙ canticum nouum debet cantari: et confeſſio laudis iuſtorum debet fieri tripliciter/ ſcilicet cum pſalterio decem chordarum: id eſt cum confeſſione ſupradictorũ decem articulorum/ quod dicitur pſalterium euangelicũ. Secundo debet cantari cũ ci-

thara:ſcilicet cum fide trinitatis ſpe et charitate.
Tertio cum magna vociferatione:quia talis cõfeſ
ſio fidei debet fieri publice ⁊ non ſoluꝫ in occulto.
¶ Quarta concluſio/ꝙ propter tria eſt deus lau
dandus. Primo quia rectus ⁊ verax in promiſſis.
Secundo quia iuſtus in iudicijs. Tertio qꝛ miſeri
cors:quia iuſtificauit nos in nouo teſta. per miam
quã promiſerat in veteri teſtamẽto. ¶ Quinta cõ
cluſio/ꝙ ſicut idiuiſibiliter tota trinitas cõcurrit
in mundi creatione:qꝛ pater per verbũ ſuum crea
uit omnia:⁊ per ſpiritũ ſanctũ ſpirauit eſſe ⁊ ope
rari ⁊ vitam in omnibus rebus:ita pariter in no
ſtra regeneratione pater per verbũ filiũ ſuũ rege
nerauit nos:⁊ per ſpiritum ſanctũ viuificauit nos
dona gratiarum infundendo ⁊c. ⁊ per conſequens
eſt dare trinitatem perſonarũ in diuinis. ¶ Sexta
concluſio/ꝙ ſicut deus fuit miſericors in nos iuſti
ficando:ita fuit iuſtus iudex cogitationes populo
rum ⁊ conſilia principum infidelium diſſipando et
reprobando. ¶ Septima concluſio / ꝙ populus
Nota quinq̃ falſas opiniones.
chriſtianus ſolus eſt beat⁹:eo ꝙ diſſipatis iudeis
⁊ infidelibus ſolus ipſe eſt electus in hereditatem
dei. ¶ Octaua cõcluſio/ꝙ in hoc pſalmo excludun
tur/⁊ improbãtur quinq̃ falſe opiniones. Nã pri
mo improbatur opinio Ariſto. dicentis mũdũ eſſe
ab eterno:cũ hic dicat propheta/Quoniam ipſe di
xit ⁊ facta ſunt:ipſe mandauit ⁊ creata ſunt ⁊c. Se
cundo improbat falſam opinionem Thalmudiſta
rum ⁊ Origenianorum dicentium oẽs animas eſ
ſe ſimul creatas a principio:cum hic dicat prophe
ta. Qui finxit ſigillatim animas eorum ⁊c. Tertio
improbat̃ per idem opinio cõmentatoris dicentis
vnicum eſſe intellectum in omnibus hominibus.
Quarto improbatur falſa impietas Manicheorũ
dicentiũ deũ nõ creaſſe iſta viſibilia inferiora:nec
habere curam de ipſis/cum hic dicat propheta.
Qui intelligit omnia opera eorum ⁊c. Quinto im
probatur impietas Pelagianorum dicentiũ vnum
quenq̃ ſine gratia poſſe ſaluari:⁊ ex proprijs viri
bus poſſe vitare omne malum / et agere bonum:
cum hic dicat: Non ſaluatur rex per multam vir
tutem ⁊c.

Aleph xv. q. ſ. reuertimini.

**Benedicam dñm in omni tempo re:ſemper laus eius in ore meo.**

¶ Hic eſt ſecundus pſalmus alphabe
ticus habens. xxij. verſus iuxta nume
rũ. xxij. literarum hebreorum. Eſt ve
ruꝫ ꝙ deficit ſexta litera. i. vau. loco cuius gemina
tur he:cuius titulus talis eſt. Dauid quando mu
tauit faciem ſiue rationem ſuam corã Abimelech:
⁊ fugauit eũ ⁊ abijt. Hunc titulũ prepoſuit Eſdras
huic pſalmo. Nam dictum eſt ꝙ Dauid ſolum fecit
illos titulos in quibus exprimitur cantor:aut in
ſtrumentũ:aut modus cantandi:aut tempus:aut
locus in quo cãtabatur iſte pſalm⁹. ⁊ ratio eſt. Nã
Dauid ordinauit pſalmos/⁊ dabat eos cantandos
determinatis cantoribus:cum inſtrumentis ⁊ mo
dis determinatis:⁊ in determinato tẽpore:⁊ ideo
explicabat in titulo omnia ſupradicta:vt patet in
quibuſdã pſalmis. Sed qñ exprimit̃ materia aut
autor pſalmi. nõ eſt credẽdũ ꝙ Dauid fecit illuꝫ ti
tulũ:ſed Eſdras aut aliq̃s ſanctus homo:put fuit
ſibi reuelatũ. In hoc ergo titulo ptꝫ/ꝙ Dauid fecit
hũc pſalmum qñ fugiens a facie Saul declinauit
ad Achis regem Geth. quo cognito dixerunt ſerui
Achis:nõne hic eſt Dauid rex terre. i. quem Iudei
dicunt eſſe vnctum in regem:⁊ qui expectatur rex
poſt Saulẽ:eo ꝙ occidit Goliath Gethẽũ? Unde
Dauid videns imminere periculũ vite ſue:ſimula
uit ſe inſanũ:⁊ mutauit os ſuum torquendo ⁊ va
riando oculos ⁊ labia:⁊ ſpumando velut furioſus
epilenticus. Et tunc rex Achis fugauit ipſum a do
mo ſua/iubẽs ne amplius permitteretur ingredi:
⁊ tũc Dauid receſſit inde in ſpelũcam Odollam. et
ſic euaſit manus ſeruorũ Achis/vt patet. ſ. Reguꝫ
xxſ. Et tunc agens gratias fecit hunc pſalmũ. Sed
hec hiſtoria non videtur concordare cum titulo.
Nã in titulo dicitur ꝙ Dauid mutauit faciem ſuã
coram Abimelech. ⁊ rex Geth appellatur Achis in
ſupradicta hiſtoria. Ad hoc dicit Rabi Salomon
ꝙ Abimelech eſt nomen dignitatis regalis. Nam
omnes reges Gerare appellabantur Abimelech:
vt ptꝫ Geñ. xx. ⁊. xxvſ. ſed quia ciuitas Geth eſt Ge
rara memorata in Geneſi:ideo idem eſt Achis et
Abimelech. Nam Achis eſt nomen propriũ:⁊ Abi
melech nomen dignitatis. Sed mentitur iſte ce
cus obſtinatus. Nam licet dicat verum ꝙ omnes
reges Gerare dicti ſunt Abimelech:tamẽ ciuitas
Geth. non eſt eadem cum Gerara. Nam ciuitas
Geth cuius Achis erat rex:eſt ſita in parte aquilo
nari iuxta Bethleem ⁊ tribum Beniamin/⁊ eſt pri
ma de ciuitatibus Philiſtinorũ in parte aquilona
ri:⁊ Gerara eſt in finibus Paleſtine ad partẽ Au
ſtralem in finibus Egypti iuxta Berſabee: vt ptꝫ
Geñ. xxvſ. Et ideo eſt melius ꝙ dicatur: ꝙ Achis
erat binominis:qui alio nomine dictus eſt Abime
lech. Uel eſt dicendum ⁊ melius:ꝙ Abimelech in
lingua paleſtina idem eſt qꝺ rex terre. Naꝫ Abime
lech/interpretatur rex patris mei:⁊ ſic quẽ nos ap
pellamus regem ipſi vocant Abimelech. Nota qꝺ
Abimelech idem eſt qꝺ rex paternalis ſiue rex na
turalis:ideo quilibet rex naturalis cuiuſcunq̃ re
gni ſic dicebatur Abimelech apud Paleſtinos: et
ſic non ſolum rex Gerare dicebatur Abimelech:ſꝫ
etiam rex Geth:⁊ rex Acharion ⁊ ceteri/quaſi re
gnum paternum iure paterno poſſidentes. Unde
melech arabice/rex interpretatur latine. Secũdũ
ergo hunc intellectum dicunt hebrei ꝙ Dauid fe
cit hunc pſalmum:⁊ ſic exponunt ipſum literaliter
precise de Dauid:prout agit gratias pro liberatio
ne ſua. Et ſecundum hoc tria facit Dauid. Nã pri
mo ipſe agit gratias. Secũdo inducit alios ad ma
gnificandum deum. Tertio ad timendum deũ per
obſeruantiã legis. Secundum ibi: Magnificate
dominum. Tertium ibi: Timete dominum. Dicit er
go Dauid. Benedicã dominum deum Iſrael in om
ni tempore. ſ. tam in aduerſitate:ꝙ in proſperita
te:⁊ ſemper/ſcilicet die ac nocte laus eius erit in
ore meo/agẽdo gratias:eo ꝙ liberauit me a manu
ſeruorum regis Achis.

Beth.

**In domino laudabitur aĩa mea: audiant manſueti ⁊ letentur.**

¶ Anima mea laudabitur in dño. i. gloriabitur in
domino ⁊ non in ſe:qꝛ nolo laudes hominum: nec
laudari de ſuperbia/ſed de humilitate ⁊ manſuetu
dine:ideo dico vt manſueti audiant humanitateꝫ
meam ⁊ letentur. Poſtea inuitat oẽs alios ad lau
des dei exemplo ſui dicens.



**Magnificate dñm mecũ: et exaltemus no men eius in idipſum.**

Gimel

**Exquiſiui dominum et exaudiuit me: et ex omnibus tribulationibus meis eripu it me.**

¶ O vos humiles ⁊ manſueti magnificate domi
num meum ⁊ in idipſum. i. inſimul exaltemus eum
ſimiliter. Et reddit cauſam:qꝛ ſemper ĩ tribulatio
nibus exquiſiui dñm omni alia ſpe relicta:⁊ ideo
exaudiuit me:et ex oibus tribulationibus meis
eripuit me. ſ. de manu Golie:⁊ manu ſaul/cum tra
xit lanceam contra me:⁊ cum miſit clientes vt cir
cuirent me in domo:et nunc eripuit me de rege
Achis. ⁊ ideo

He. Uau

**Accedite ad eum et illuminamini: et facies veſtre non confundentur.**

¶ Accedite ad euꝫ:⁊ nõ queratis aliũ liberatorẽ:⁊
illuminamini. i. illuminabimini: qꝛ dabit vobis
grãm:⁊ modum euadendi:⁊ ſic facies veſtre non
cõfundent̃:qꝛ nunq̃ dicetis vos eſſe deluſos/nec re
pulſos. nec fruſtratos.

Zain.

**Iſte pauper clamauit: ⁊ dominus exaudi uit eum: et de omnibus tribulationibus eius ſaluauit eum.**

Heth.

**Immittet angelus dñi in circuitu timen tium eum: ⁊ eripiet eos.**

Teth. iij. qõ. iij. c. teſtes. Ioth. Caph.

**Guſtate et videte qm̃ ſuauis eſt dominus: beatus vir qui ſperat in eo.**

**Timete dñm omnes ſancti eius: qm̃ non eſt inopia timentibus eum.**

**Diuites eguerunt ⁊ eſurierũt: inquirẽtes aũt dñm non minuentur omni bono.**

¶ Iſte pauper quem videtis. ſ. ego/clamauit: ⁊ do
minus exaudiuit eũ:⁊ de oibus tribulationibus
eius ſaluauit eum/vt dictum eſt. Nam angelus bo
nus domini immittet virtutem ſuã in circuitu hu
milium timentium eum:⁊ ſic eripiet eos. ergo re
linquite humana auxilia:⁊ guſtate ⁊ videte quo
niam dominus ſuauis eſt/⁊ non crudelis:immo fa
cilis ad dandum gratiam ⁊ petitionem. Ideo bea
tus vir qui ſperat in eo. Et ſic non ſitis crudeles ⁊
maleuoli: ſicut Saul ⁊ ſequaces eius:ſed timete
dñm O vos oẽs ſancti ⁊ iuſti eius qm̃ nõ eſt ino
pia bonorum temporaliũ ⁊ ſpũalium timentibus
eũ:imo copia ⁊ abundantia gratie. Nam nos vide
mus ꝙ multi diuites huius mundi confidentes in
bonis mundanis facti ſunt pauperes/⁊ eguerunt
⁊ eſurierunt mẽdicando:qꝛ bona tranſitoria ſunt/
et non potuerunt ea retinere. ſed timentes dñm
nõ minuentur omni bono:immo abundabunt bo
nis ſpiritualibus:⁊ etiã bona eis non deficient:

Lameth. Mem. I. petri iij. b.

**Uenite filij audite me: timorem domini do cebo vos.**

**Quis eſt homo qui vult vitam: diligit di es videre bonos.**

¶ Uenite ergo filij/audite me:⁊ docebo vos timo
rem domini. i. legem diuinam que conſiſtit in ti
more domini:⁊ ſi quis homo timet dominum vt cu
piat videre dies bonos in hac vita ⁊ etiam gloriã
in alia:faciat quod ſequitur.

**Prohibe linguã tuam a malo: ⁊ labia tua ne loquantur dolum.** Num.

**Diuerte a malo: ⁊ fac bonũ: inquire paceꝫ ⁊ perſequere eam.**

¶ O vir iuſte prohibe linguam tuaꝫ a malo ⁊c. Et Samech.
ſic exponunt Iudei literaliter hunc pſalmũ facili
ter:qꝛ vt ſic/litera eſt ſatis plana applicando ad
ipſum Dauid. ¶ Sed ſi ſic preciſe literaliter expo
natur/videretur hunc pſalmum nullum continere
ſacramentum:⁊ titulũ eſſe non a ſpiritu ſancto:ſꝫ
inutiliter poſitũ:quod eſt falſum. Nam Dauid nõ
fuit minus propheta in hoc pſalmo q̃ in ceteris:
nec latent minora ſacramenta in hoc titulo ⁊ pſal
mo q̃ in ceteris:qꝛ idem eſt ſpiritus Et ideo eſt di
cendum ꝙ Dauid per illam fugam ⁊ deſcenſum in
Geth:⁊ ꝑ illã mutationẽ ⁊ ſimulationẽ ⁊ deriſum:
preuidit in ſpũ totum myſterium incarnationis ⁊
paſſionis/⁊ ſepulture/⁊ reſurrectionis Chriſti:et
perſecutionem ⁊ liberationem ⁊ ꝓſperitatẽ eccle
ſie. Nam preuidit qualiter dei filius erat in mun
dum deſcenſurus:⁊ debebat mutare faciem ⁊ os
ſuum accipiendo formã ſerui inuentus vt homo:⁊
pati multas perſecutiones:⁊ quomodo Herodes
rex Galilee debebat ipſum fatuum reputare ⁊ cõ
tẽnere:⁊ a ſe fugare:⁊ ad pilatũ remittere:⁊ quo
modo ab omnibus debebat tanq̃ inſanus ⁊ arre
ptiti⁹ e demoniacus reputari:⁊ qño erat deluden
dus ⁊ irridendus a principibus ſacerdotum ⁊ mi
niſtris:⁊ crucifigendus:⁊ a morte per reſurrectio
nem liberandus. ⁊ etiã nouit ꝙ oẽs perſecutiões Dauid figura xpi.
eaſdem erat paſſurus in membris ⁊ ĩ ſua eccleſia.
Ex omnibus his patet/ꝙ Dauid fuit magis figu
ra Chriſti q̃ aliquis alius:⁊ magis fuit figura in
ſua humilitate ⁊ manſuetudine ⁊ patientia in ad
uerſis/q̃ in alia virtute ac perfectiõe. Et ideo hoc
preuidens Dauid fecit hunc pſalmum in perſona
Chriſti ⁊ eccleſie:in quo introducit Chriſtum non
ſolũ in perſona capitis:ſed etiã in perſona mẽbro
rum ⁊ eccleſie. Nã quicquid paſſus eſt Chriſtus in
capite:paſſa eſt eccleſia poſtea a tyrannis:imo vt
verius dicatur/paſſus eſt Chriſtus in membris. ⁊
ſic Chriſtus loquitur pro membris:⁊ ſic tria facit.
Nam primo laudat deum patrem agendo gratias
de ſua liberatione ⁊ reſurrectione. Scdo inuitat
omnia membra ſua ⁊ congregationem iuſtorũ ad
laudem dei:vt agant gratias ſimul cum eo. Tertio
predicit premium iuſtorũ ⁊ punitionem malorum.
Secundũ ibi: Magnificate dominum. Tertiũ ibi:
Oculi domini ſup. ¶ Quãtũ ad primũ dicit Chri
ſtus:ego benedicam dñm deum patrẽ in omni tẽ
pore agendo gratias ꝓ beneficijs receptis:⁊ laus
eius erit ſemper ⁊ cõtinue in ore meo. Et nota qꝺ
differentia eſt inter benedicere ⁊ laudare:nam be
nedicere eſt agere gratias ꝓ beneficijs receptis:
ſed laudare eſt virtutes ⁊ bonitatem alicuius cõ
memorare. Item eſt aduertendum ꝙ licet queli
bet creatura teneat̃ deum iugiter ⁊ ſine ĩtermiſſio
ne laudare ⁊ benedicere:eo ꝙ totaliter a deo depẽ
det ſecundũ eſſe ⁊ eſſentiam:ideo tenetur deũ ama
re ex toto corde:⁊ ex tota mente:⁊ ex omnibus vi

D Dña inter bñdicere ⁊ laudare.

ribus ſine aliqua intermiſſione tēporis ⁊ operis: Nam ſicut deus non ceſſat influere ſuā virtutē in creaturam in eſſendo ⁊ cōſeruando: ita homo non debet ceſſare ferri tota mente ⁊ anima/ ⁊ cōtēplari in illud ſummū bonū: a quo habet omne bonū: vt deo ſatiſfaciat ⁊ reddat vices: ſed hoc nō poteſt implere viator in hac via propter pondus corporis ⁊ miſerias mundanas ⁊ impedimenta intrinſeca ⁊ exteriora: ſed hoc implent beati comprehenſores in patria: de quibus ait Chriſtus Mat. viij. Angeli eoꝝ ſemꝑ vidēt faciem patris. Itē pſalmo lxxxiij. Beati qui habitant in domo tua dñe: in ſecula ſeculoꝝ laudabūt te. Sed quia Chriſtus non ſolū erat viator: ſed etiā cōprehenſor: cuius aīa tā dormiendo q̄ vigilādo ſemꝑ cōtēplabat faciē patris: ideo ſolus Chriſtus potuit dicere Benedicā dñm in omni tp̄e huius vite: ⁊ ſemꝑ laus eiꝰ in ore meo. Sed qđ Chriſtus ipleuit in capite/ facit tota eccleſia ſimul in mēbris. Nā nō eſt aliqua hora: nec particula temporis: nec aliquod inſtans: in quo non laudetur deus in aliqua parte mūdi. Nā cum in noſtro hemiſpherio eſt nox/ in alio eſt dies ſub horizōte noſtro: ⁊ ſic quando in vna ꝑte mundi dr̄ officiū diurnū/ in alio dicit officiū nocturnū: nec eſt aliqua hora diei quin dicat/ aut prima/ aut tertia/ aut ſexta/ aut nona/ aut veſpe/ aut cōpletoriū/ aut officiū nocturnū / aut laudes matutine/ aut orationes deuotorū Chriſtianorū. Et ſic quod vnꝰ ſolus homo non poteſt implere: nec ſatiſfacere: facit tota eccleſia in communi. Ex quo patet/ quod primus verſiculus huius pſalmi nō pōt verificari de ipſo Dauid: ſed de ipſo Chriſto in ſe ⁊ in ſua eccleſia: ⁊ ideo dicit Chriſtus: ego ſimul cū eccleſia ⁊ mēbris meis benedicam dñm celebrādo diuina officia/ agēdo gratias in omni tēpore huius vite: qꝛ in alia vita non eſt tēpus: ſed eternitas: ⁊ laus eius erit ſemꝑ in ore meo in alia vita. ſ. in patria vbi beati in ſecula ſeculoꝝ ſine intermiſſione laudant deū. Et ſubdit Chriſtus: ſicut ego iugiter laudabo patrem: ita anima mea laudabitur ab oībus membris meis in dño patre: qꝛ in omnibus orationibus q̄ diriguntur ad patrem cōcluditur per dñm noſtrū Jeſum Chriſtū ⁊c. Ideo Chriſtus etiam vt homo ſemper laudatur in patre. Item vnica adoratione adoratur cū v̄bo per vnionem hypoſtaticam. Et ſequitur Audiāt māſueti ⁊ letentur. quaſi dicat Chriſtus/ vt homo ego adeptus ſum hanc dignitatem propter humilitatem ⁊ manſuetudinem: qꝛ humiliaui meipſum factus obediens vſq; ad mortē crucis: ideo pater exaltauit me: ⁊ dedit mihi nomē ſuꝑ omne nomē: vt in noīe Jeſu omne genu flectatur. et ſic ſum in gloria patris. i. ſimul habeo gloriam cū patre ſedēdo a dextris eius: et ſic in patre ſemꝑ laudabitur anima mea ab oībus fidelibus. ergo audiant hoc manſueti: ⁊ letentur ſe eſſe humiles ⁊ manſuetos: qꝛ ꝓpter humilitatem hāc gloriā adeptus ſum pro me ⁊ membris meis.

¶ Magnificate dñm mecū. In hac ſecunda/ parte
Nota. quatuor facit Chriſtus. Nā primo excitat ⁊ exhortatur omnia mēbra ſua ad magnificandum deum Scđo ad ponendam ſpem in eo. Tertio ad timendum eum. Quarto ad ſeruandum legē ⁊ voluntatē dei. Scđm ibi: Accedite ad eum. Tertiū ibi: Timete dñm. Quartū ibi: Venite filij. ¶ Quo ad primū qꝛ dicit Audiant māſueti ⁊ letent: dicit: o māſueti ſupple audite me benedicentem ⁊ laudantem deū patrē: ⁊ magnificate dñm ſimul mecū: qꝛ vos eſtis mēbra mea: ⁊ ideo cū capite debetis ſimul magnificare deū: qꝛ non eſt diſtinctio inter caput ⁊ membra. oēs enim magnificamus patrem. nā ego non ſolū per me: ſed etiam per vos continue magnifico eum in eccleſia: ⁊ ſic in idipſum. i. ſimul vos ⁊ ego exaltamus eū. Nota ꝙ iſte terminus circūlocutus in idipſum idē ſignificat qđ ſimul vel ſimiliter vel pariter: vt ait apoſtolus. Cupio vos idipſum ſapere. i. ſimul ⁊ mecū. ⁊ ideo vbicūq; in hac tranſlatione ponitur in idipſum: Hieronymus poſuit ſimul i. pariter: vt pſalmo quarto. In pace i idipſum dormiā ⁊ requieſcam: Hiero. poſuit in pace ſimul dormiā ⁊ requieſcā. Hic autem poſuit: dñm mecum: ⁊ exaltemus nomē eius pariter/ id eſt ſimul magnificemus ⁊ exaltemus ⁊ eodē modo. Et reddit cām quare debemus magnificare ſimul ⁊ exaltare: qꝛ inquit exquiſiui ⁊ exoraui dñm patrem in menſa: ⁊ in horto: ⁊ in cruce: ⁊ exaudiuit me largiendo q̄ petebā pro me ⁊ mēbris meis: ⁊ eripuit me ex oībus tribulationibus per reſurrectionem: qꝛ iā amplius non moriar: ⁊ mors mihi vltra nō dominabitur. Ergo ſi ita eſt ꝙ ego fui exauditus pro me et pro vobis: qꝛ ego oraui pro te Petre ⁊ pro tota eccleſia ne deficiat fides tua: ergo O vos martyres nolite timere nec deficere: ſed cum firma ſpe accedite ad eum. ſ. patrem: ⁊ illuminabimini ⁊ corroborabimini luce et fortitudine ⁊ virtute ſpiritus ſancti contra tyrānos/ ⁊ infideles/ ⁊ tortores: ⁊ facies veſtre non confundent: imo vincetis eos: qꝛ licet occidant corpus/ aīam tñ non potuerunt occidere. qꝛ cū ſteteritis ante reges ⁊ preſides nō eſtis vos qui loquimini: ſed ſpiritus patris veſtri q̄ loquitur in vobis. Ideo ipſi tyranni manebunt confuſi: et vos victores: ⁊ ideo vos membra mea nolite timere in ꝑſecutionibus tyrānorū: qꝛ pater nō deficiet vobis ſicut mihi nō defecit. Nam iſte pauper quē videtis: clamauit ⁊ orauit in mēſa/ ⁊ in horto/ ⁊ in cruce: ⁊ ſemper dominus exaudiuit eū: ⁊ ex omnibus tribulationibus ſaluauit eū. ergo ſicut ſaluauit caput ⁊ reſuſcitauit: ita ſaluabit membra: nam ſicut in horto apparuit mihi angelus dñi cōfortās me: que quidē cōfortatio potius fuit pro membris meis: ita pariter in perſecutionibus veſtris angelus immittet virtutem ⁊ influxum ſuum in circuitu martyrum ⁊ fidelium timentium eum: quia circumdabit eos ſua virtute/ ⁊ protectione: et ſic eripiet eos de manu tyrannorum ne perdant fidem ⁊ fortitudinem: immo audacter morientur pro fide/ et veritate: et in fine eripiet totam eccleſiam temporaliter de manu tyrannorum per conuerſionem Conſtantini: intantū ꝙ relictis idolis omnes gentiles conuertent ad fidem: ⁊ ſic fideles manebunt omnino victores. Litera Hieronymi habet/ caſtrametat angelus in circuitu timentiū eum: ⁊ ſic litera eſt magis plana. quaſi dicat: qđ angelus Michael qui eſt cuſtos eccleſie ponet caſtra ⁊ exercitus angelorum in circuitu fidelium ad cuſtodiendum eos de manu tyrannorum: ſicut frequēter viſum fuit ꝙ angeli apparebāt in circuitu martyrū cōfortātes eos: ſicut legitur in hiſtorijs beati Laurentij: ⁊ beati Sebaſtiani: ⁊ etiam in hiſtoria beate Catherine legitur ꝙ angeli de celo deſcenderunt ⁊ fregerūt rotas ⁊c. ſicut angelus dñi deſcēdit cū



azaria ⁊ extinxit flāmā ignis. Danielis. iij. Et ſubdit: guſtate ⁊ videte guſtu ⁊ viſu fidei q̄m dñs ſuauis ⁊ ꝓpitius eſt oībus inuocantibus eum: qꝛ eis nō deficiet in ꝑſecutionibus: ideo Beatus vir qui ſperat in eo. Totum etiā hoc poteſt referri ad legē euangelicā: vt dicat Chriſtus/ guſtate operando: ⁊ videte contemplando legē euangelicā quā fero et predico vobis ex parte patris mei: q̄m ſuauis eſt dñs in lege euangelica: ⁊ non ſeuerus ſicut fuit in lege veteri. Nā lex euangelica nō fert onera importabilia nec multiplicationē cerimonialium preceptorum ſicut lex Moyſi: quia iugum meū ſuaue ⁊ onus meum leue: ⁊ premium promiſſum in lege euangelica eſt maximū ⁊ ſufficiens: qꝛ promittit felicitatem ⁊ beatitudinem eternam: ideo Beatꝰ vir qui ſperat in eo: ideo vos oēs ſancti timete dominū timore filiali: qui quidem timor inſurgit ex ſumma charitate. ⁊ ſic ſuſtinebitis perſecutiones pro eo: vt acquiratis premiū ⁊ beatitudinem promiſſam. quod eſt bonum per ſe ſufficiens et ſtatꝰ omnium bonorū aggregatione perfectus: ⁊ ſic nō eſt nec erit inopia nec defectus boni: chriſtianis ⁊ fidelibus diligentibus et timentibus deum. nam beatus habet quicquid vult ⁊ nihil mali vult. Itē quia illud gaudiū ⁊ bonū beatorum nemo tollet ab eis: nec eſt amiſſibile nec hauribile ſicut bonū mundanū. Nam multi diuites ⁊ principes huius mundi amiſſis bonis temporalibus eguerunt et eſurierūt: ſicut filij Priami regis Troie. Et ſicut filij ⁊ nepotes ⁊ familia regis Saulis. ⁊ ſicut Dariꝰ ⁊ Porus capti ab Alexādro. Et ſicut filij Dionyſij tyrāni q̄ poſt mortē patris oſtiatī mendicabant. Sed non ſic erit de fidelibus ſperantibus in deū: nā lʒ ſint pauperes in hac vita/ et nō habeant copiam bonorum temporaliū: tamen non minuentur omni bono in alia vita: immo abundabunt ſpiritualibus inamiſſibilibus. quia beatitudinē nemo tollet ab eis. Duo ergo habebunt beati obſeruantes legem euangelicam. Primo quia ſatiabuntur bonis celeſtibus. Secundo quia erunt ſecuri de ſua beatitudine: quod in hac vita nullus vnq̄ potuit adipiſci.

Obſeruātiū legem merces

¶ Venite filij. quia ſuperius dixit. Accedite ad eum et illuminamini: et guſtate ⁊ videte: et timete dominum omnes ſancti ⁊c. poſſet aliquis querere et dicere: quomodo guſtabo: ⁊ in quibus conſiſtit iſte timor domini: ⁊ quid agendo potero aſſequi illud ſummum bonum indeficiens: ⁊ in quo cōſiſtit iſta lex euāngelica in cuius obſeruatione tantum bonum acquiritur? Ad hoc reſpondet et ſatiſfacit Chriſtus dicens. O filij regenerati per baptiſmum venite ad fidem ⁊ audite me cum affectu/ ⁊ docebo vos timorem domini patris mei ſcilicet docebo vos nō legem timoris ſeruilis: ſed filialis. nam initium ſapientie timor domini: ⁊ docebo vos in quibus conſiſtit timor domini caſtus et filialis. Et quid debet agere homo qui timet dominum et cupit videre dies bonos in illa gloria eterna. Unde ſi quis eſt homo q̄ timet dominū: ⁊ diligit. ⁊ cupit videre dies bonos in patria celeſti ⁊ nō malos in inferno: faciat qđ ſequitur: ⁊ tu chriſtiane fac qđ ſequitur. ſ. Prohibe linguam tuā a malo nō blaſphemando: nec in proſperis nec in aduerſis/ nec murmurando de aliquo: ⁊ labia tua non loquant dolum nec fraudes contra proximum: ſed ſis verax in verbis et promiſſis ſeruandis: diuerte a malo. i. vita ⁊ fuge omne malum ſeruando precepta negatiua: ⁊ fac bonum ſeruando precepta affirmatiua: ⁊ inquire pacem cū proximo ⁊ ſequere ⁊ cōſerua eam. ¶ Nota ꝙ lex Chriſti dicit leuis ⁊ ſuauis reſpectu legis moyſi: nam illa precipiebat ⁊ mādabat ⁊ imponebat onera importabilia ⁊ multitudinem preceptorum. ſ. ſexcenta ⁊ tredecim precepta inter cerimonialia ⁊ iudicialia ⁊ moralia: eo ꝙ ille populus erat dure ceruicis ⁊ inclinatus ad rebellionē: ⁊ tota illa lex erat figura Chriſti futuri. Et ideo Chriſtus ſublatis omnibus cerimonijs ⁊ iudicijs reducit totam legem ad duo precepta. ſ. ad dilectionem dei ⁊ proximi. Matth. xxij. Et declarauit preceptum dei dilectione proximi. Matth. vij. cum dixit. quecunq; vultis vt faciant vobis homines/ ⁊ vos facite illis. Hec lex ⁊ prophete. qꝛ in iſto affirmatiuo intelligit negatiuum. i. qđ non vultis vt faciant vobis homines nō faciatis illis. ⁊ quod tibi non vis alteri ne facias. Et totū hoc nihil aliud eſt niſi declinare a malo ⁊ facere bonum. Sed quia homo non ſolum iuſtificatur ex operibus: ſed etiā corde et lingua/ ⁊ ex malis cogitationibus ⁊ locutionibus iudicabitur: ideo Chriſtus non ſolum prohibet manus: ſed etiā cor. Matth. v. qui iraſcitur fratri ſuo: reꝰ erit iudicio ⁊c. Itē Matth. xij. ex ore tuo iudicaberis. qꝛ ex abundantia cordis os loquit. ⁊ ideo Dauid hic prophetice in ꝑſona Chriſti prohibet cor ⁊ linguam a malo: cum dicit/ prohibe linguam tuā a malo: ⁊ labia tua ne loquantur dolum. Item prohibet omne opus malum fieri cum dicit Declina a malo: ⁊ mandat omne bonū fieri per mandata affirmatiua: cum dicit. et fac bonum: et mādat charitatem dei et proximi: cum ſubdit/ inquire pacem: cū deo et proximo ſupple: ⁊ perſequere eam. nam qui manet in charitate: in deo manet/ ⁊ deus in eo: ⁊ ſic manet et quieſcit in pace dei ⁊ proximi. Unde declinare a malo eſt bonam vitā inchoare: ⁊ facere bonum. eſt bonam vitā perficere/ ⁊ in ea proficere. Per primum euadimus penam. per ſecundam cōſequimur premium. qꝛ nemo poteſt inchoare bonam vitam niſi deſinat malefacere ⁊ peniteat preterite: vt inquit Auguſtinus. Et in eis cōſiſtit tota lex euangelica/ ⁊ tota iuſtificatio hominis ad vitam eternam conſequendam. de qua iuſtitia dictum eſt pſalmo. xiiij.

E
Lex dei dr̄ ſuauis.

**Oculi domini ſuper iuſtos: et aures eius in preces eorum.** Ayn. ſ. xxxix.

¶ Hic ponit premiū iuſtorū legē Chriſti obſeruātium: ⁊ punitionē tranſgreſſorū. ¶ Unde dicit: ſi queris quē fructū cōſequentur iuſti ex obſeruantia legis euangelice: dico tibi ꝙ duos fructus: primum qꝛ oculi dñi ſuper iuſtos. qꝛ erunt grati ⁊ accepti ad vitam eternā. Secundū qꝛ aures eius. ſ. aures dei erunt propitie ⁊ ſuaues in preces eorū/ qꝛ orationes ⁊ petitiones eoꝝ erunt audite ⁊ accepte apud deum. Sed oppoſitum eſt de tranſgreſſoribus legis: Ideo ſequitur. F

**Vultus autem dñi ſuꝑ facientes mala: vt perdat de terra memoriam eorum.** Phe. Hebr. iiij. d.

¶ Vultus domini iratus ad vindictam erit ſuper facientes mala: vt perdat memoriam eorū de hac terra per mortē corporalē: et de terra viuētiū per

mortem ſpiritualē: qꝛ delebuntur de libro ⁊ numero viuentiū: ⁊ cum iuſtis non ſcribentur: nec memorabuntur: nec habitabunt cum eo. Sed ꝙ oculi domini ſup iuſtos: ⁊ aures eius in preces eoꝝ: ꝓbatur cum ſubditur:

Sade. De pe. diſ. iiij. heretici.

**Clamauerunt iuſti ⁊ dominus exaudiuit eos: ⁊ ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.**

¶ Juſti clamauerūt: ⁊ dñs exaudiuit eos: vt patet de oībus martyribus: ⁊ de oībus tribulationibus liberauit eos. Nam martyres per mortem liberati ſunt ⁊ abſoluti a vinculis corporis huius: et a miſerijs huius mundi: et conſecuti ſunt felicitatem eternam: et etiam multi liberati ſunt a penis corporalibus: vt patet de beato Uincentio. Item tota eccleſia poſt longas perſecutiones liberata et proſperata eſt etiam temporaliter poſt conuerſionem Conſtantini: qui reddita pace eccleſie: eā bonis temporalibus ditauit. Quia

Coph.

**Juxta eſt dñs his qui tribulato ſunt corde ⁊ humiles ſpiritu ſaluabit.**

Res.

**Multe tribulationes iuſtoꝝ: ⁊ de omnibus his liberabit eos dominus.**

¶ Juxta eſt dñs his ꝗ tribulato ſunt corde propter veritatem ⁊ iuſtitiam: ⁊ ideo ſaluauit omnes mites ⁊ humiles ſpiritu. Nam licet ſint multe tribulationes iuſtoꝝ: ⁊ de⁹ permittat eos pati perſecutiones in hac vita: tamē dñs liberabit eos de omnibus his malis: ⁊ liberabit eos per gloriam ⁊ reſurrectionem futuram.

Sin.

**Cuſtodit dominus omnia oſſa eorum: vnū ex his non conteretur.**

¶ Dñs cuſtodit. i. integre reſuſcitabit in finali iudicio omnia oſſa eorum: intantū ꝙ vnū ex his oſſibus non cōteretur/ nec deficiet/ nec minuetur: nec capillus de capite peribit: qm̄ integre cū tota ſua perfectione immortales ad gloriam reſurgēt liberati ⁊ abſoluti ab omni tribulatione ⁊ miſeria: qꝛ tunc abſterget deus omnem lachrymam: ⁊ iam nō erit amplius dolor: nec clamor: nec luctus: quoniā priora mala tranſierunt. Apoca. xxi.

Tau.

**Mors peccatorum peſſima: ⁊ qui oderunt iuſtum delinquent.**

¶ Mors pctōꝝ erit peſſima: qꝛ nō reſurgēt in reſurrectionē vite/ ſed in reſurrectionē iudicij ad ꝑpetuas penas ꝑferēdas. Et manifeſte ptꝫ/ ꝙ tyranni ⁊ obſtinati qui oderūt ⁊ ꝑſecuti ſunt quēlibet martyrē ⁊ iuſtum ſimplicē: delinquent. i. errabunt: ⁊ reperientur malaꝫ partem eligētes: ⁊ peccabunt contra legem: que precepit declinare a malo ⁊ facere bonum: ⁊ inquirere pacem ⁊ charitatē erga proximum: ⁊ ſeruare eam. quia in fine

De conſe. diſt. ij. c. iteratur.

**Redimet dñs animas ſeruoꝝ ſuorum: et nō delinquent omnes qui ſperant in eo.**

¶ Dñs redimet ⁊ liberabit ab his malis animas ſeruoꝝ ſuoꝝ. Ex quib⁹ patet: ꝙ qui ſperant ⁊ cōfidūt in eo: ⁊ ponunt totā ſuā ſpem in eo/ perferentes ꝑſecutiones ⁊ tormēta: non delinquēt. i. nō errabūt nec cōfundent: nec fruſtrabuntur deſiderio ſuo ſed delinquent: et errabunt: et fraudabuntur oēs tyranni ⁊ ſuperbi ponentes ſpem ſuaꝫ in hoc mundo. ¶ Totus etiā iſte pſalmus poteſt eſſe vox ipſius Dauid inuitantis oēs fideles vete. teſta. ad ſuſcipiendā legē Chriſti: ⁊ oēs martyres iuſtos noui. teſt. vt cū hūilitate ⁊ patiētia tolerēt ꝑſecutionē ⁊ tormēta ꝑpter Chriſtū: qm̄ magnā felicitatē et premiū cōſequent in illa vita. ⁊ ſic etiā pōt moraliter exponi totus pſalmus: q̄ño ipſe Dauid exēplo ſui exortatur oēs fideles vtriuſq̄ teſtamenti ad patientiā ⁊ humilitatē in tolerandis perſecutionibus a quocunq̄ iniuſto: ⁊ ne deſperent de miſericordia dei: qꝛ hic vel in futuro liberabunt: ⁊ iniuſti hic aut in futuro punientur. Sed ſi volumus attendere figuram ⁊ ſacramētū contentū in titulo huius pſal. melius eſt ꝙ dicatur ꝙ eſt vox Chriſti hominis agētis gratias patri: ⁊ inuitantis omnia mēbra ſua ad perferendas ꝑſecutiones ⁊ tormenta tyrannoꝝ propter euꝫ: ⁊ exhortantis eos vt cū humilitate ⁊ patiētia ꝑferant ꝑſecutiones: ⁊ orent etiaꝫ pro perſecutoribus. Ideo iſte pſalmus ⁊ precedens legitur in feſtiuitatibus martyꝝ. Et ideo dicit Auguſt. in ſermone plurimoꝝ martyrum: ꝙ inquantuꝫ poſſumus debemus martyres ⁊ ipſum Chriſtum imitari. ſ. ꝙ ſimus mites ⁊ humiles corde in pſecutionibus: ⁊ debemus pro perſecutoribus exorare. Et tota ſupradicta expoſitio eſt conformis ipſi titulo pſal. in quo cōtinetur figura paſſionis Chriſti et martyrum.

xxiij. q. v. ſi res. ca. hi qui.

**IUdica dñe nocentes me: expugna impugnantes me.**

¶ Titulus in finem ipſi Dauid. Ex titulo habet ꝙ rex Dauid fecit hūc pſalmū/ ⁊ dirigit nos in fineꝫ legis qui eſt Chriſtus: ⁊ attribuit ipſum ipſi Dauid Meſſie. Et ideo apud hebreos titulus eſt Ipſi Dauid tantū ſine alio addito. Et ideo dicunt hebrei ꝙ cū Dauid laboraret in vehementi ꝑſecutione: rogauit dñm vt de⁹ mitigaret irā ipſius Saulis: ⁊ ſed fuit ſibi reuelatū quāl'r Saul cū ſuis debebat interire in mōtibus Gelboe: ⁊ ſic erat ꝑitura tota domus Saulis: ⁊ domus Dauid erat exaltāda: qd̄ ꝓuidēs Dauid in ſpū fecit hūc pſalmū: ⁊ ſic exponūt hūc pꝫ ad lrāꝫ de Dō ꝑut petit ꝓphetice liberationē ſui: ⁊ ꝓdicit ruinā Saul ⁊ ſuoꝝ. Sꝫ Aug. ⁊ caſſiodorus ⁊ Origenes exponūt hūc pſalmū de ꝑſecutiōe ⁊ paſſione Chriſti ⁊ excidio regni iudeoꝝ: quā ꝓuidit Dauid in ſpiritu ꝑ ꝑſecutiones ſuas. Ideo dicit Caſſiodorus ꝙ iſte eſt ſecundus pſal. eoꝝ qui manifeſtius explicāt myſteriū paſſionis Chriſti. Et ideo ſequendo ſentētiā ſacroꝝ doctoꝝ: iſte pſal. exponendus eſt de ꝑſecutiōe ⁊ paſſione Chriſti. Eſt tamen aduertendū ꝙ iſte pſal. nō pōt ſufficienter et diſtincte diuidi: eo ꝙ narrando afflictiones interponit petitiones ⁊ gratiarū actiones: ſed generaliter poſſumus dicere ꝙ Dauid tripliciter fuit afflictus. Primo ꝑ inſidias. Scdō per falſa teſtimonia ſibi impoſita. Tertio per irriſiones: qꝛ gaudebant emuli ſui in aduerſitatibus eius. Ita pariter Judei: tripliciter ꝑſecuti ſunt Chriſtū. Primo ꝑ inſidias vt quādo querebant an liceret dari cenſum Ceſari: ⁊ quādo interrogabant euꝫ de magno mādato. Secundo per falſos teſtes imponētes ꝙ dixerat poſſum deſtruere tēplum dei. Tertio per iniurias ⁊ irriſiones. Et ideo Dauid preuidēs in ſpiritu predictas tres oppreſſiones Chriſti futuras fecit hunc pſalmum: in quo introduxit Chriſtum loquentē ⁊ conquerentem apud patrem de Judeis affligentibus eū. In quo tria facit. nam primo conqueritur de inſidijs ſibi paratis petendo liberari. Secundo de falſis teſtimonijs ſibi impoſitis. Tertio de cōiurationib⁹ cōtra eū factis ⁊ iniurijs ⁊ opprobrijs illatis. Et in qualibet particula petit liberari: ⁊ agit gratias: ⁊ querit vltionē. Secunda ibi: Surgentes teſtes iniqui. Tertia ibi: Et aduerſum me letati ſunt. ¶ Quo ad primū dicit Chriſtus. O dñe pater iudica Judeos nocētes. i. ledentes me. iudica dico: iudicio examinationis ⁊ condēnatiōis ⁊ expugna impugnātes: id eſt volētes impugnare me tam in mēbris ꝙ̄ in capite. Et nota ꝙ noceo noces quandoq̄ apud antiquos reperitur ordinari cū accuſatiuo: ⁊ ratio eſt: nā nocere vno modo eſt contrariū ad ꝓficere ſiue ꝓdeſſe: ⁊ tūc eſt acquiſitiuum: ⁊ ſic exigit datiuū: qꝛ idem eſt qd̄ obeſſe. alio modo idē eſt qd̄ ledere: ⁊ ſic ordinat cū accuſatiuo caſu: ⁊ ſic ponitur in primo verſu. Et dicit. Judica domine nocētes. i. ledētes ⁊ perſequentes me: et ideo ſequitur. ⁊ expugna impugnātes me. expugna dico: ciuitates eorum deuaſtando ⁊ diſſipando: et eos diſpergendo per Titum ⁊ Romanos. Et ideo ſequitur.

**Apprehende arma ⁊ ſcutum: et exurge in adiutorium mihi.**

**Effunde frameam ⁊ cōclude aduerſus eos qui perſequuntur me: dic anime mee ſalus tua ego ſum.**

¶ Apprehende arma ⁊ ſcutū cōtra eos Romanos cōcitando: ⁊ exurge in adiutorium mihi: ⁊ effunde frameam ⁊ gladiū tue potentie ⁊ ſententie aduerſus Judeos ⁊ tyrannos: qui perſequuntur me in capite ⁊ membris: ⁊ dic anime mee: ſalus tua ego ſum. i. oſtende te ſalutē vite mee: quia ſi precipis: id eſt dicis: factum erit: ⁊ liberabis me ab eis: me reſuſcitando: ⁊ eos puniendo. ergo

j. xxxiiij. c. ⁊ j. lxix. a.

**Confundantur ⁊ reuereantur: querentes animam meam.**

**Auertantur retrorſum ⁊ confundantur: cogitantes mihi mala.**

¶ Judei querentes animā meam ⁊ vitam meā delere ⁊ tollere ab hoc mundo: cōfundant: ⁊ reuereantur: ⁊ verecundentur: ⁊ timeāt cum viderint me reſuſcitatum: ⁊ auertantur ab honoribus retrorſum perdentes dignitatē ⁊ regnum ⁊ ſacerdotiū: ⁊ confundantur Scribe ⁊ phariſei ⁊ principes cogitantes mihi mala: ⁊ machinantes conſpirantes in necem meam: quoniam fruſtrati ſunt a deſiderio ſuo poſtq̄ reſurrexi.

xxiij. q. v. ſ. ... iti.

**Fiant tanq̄ puluis ante faciem venti: ⁊ angelus domini coartans eos.**

¶ Fiant tanq̄ puluis ante faciem venti: diſperſi per vniuerſum mundum: ⁊ angelus domini ſit perſequens eos. Quia vt ait Joſepus de bello iudaico: angeli viſi ſunt recedere a tēplo: ⁊ gladi⁹ igne⁹ viſus eſt ſupra hieruſalem per aliquot dies ante excidium. ⁊ ſic patet qd̄ angeli iam commiabant ſtragem futuram.

**Fiat via illorum tenebre ⁊ lubricum: ⁊ angelus domini perſequens eos.**

xxiij. q. iiij. n. Buchodonoſor. ſ. itē angelus.

¶ Fiat via illorum lubricū. i. ſcandalum ⁊ lapſus ad cadendum: ⁊ angelus dñi ſit perſeqnēs eos. Nota ꝙ via hoīs eſt cogitatio ⁊ operatio. ⁊ ſic eſt dicendū ꝙ oēs cogitationes ⁊ actus ⁊ operationes Judeoꝝ poſt paſſionē Chriſti fuerunt eis in lubricum et ſcandalū. Nā vt ait Joſephus: ꝓpter iniurias ⁊ ignominias quas iudei patiebant a preſidibus Romanoꝝ: multotiens ſtatuerunt rebellare ⁊ finaliter rebellarunt: ⁊ lapſi ſunt in coniurationes ⁊ monopolia: que omnia fuerūt via ad deſtructionē eoꝝ: ⁊ ſic vie ⁊ cōſilia eoꝝ fuerunt lubricū ſiue ſcandalū ad labendum ⁊ cadendū. Et etiā vie illoꝝ fuerunt lubricū. i. obſcuritas qꝛ fuerūt obcecati per malitiā ⁊ pctm̄ vt rebellarēt cōtra Romanos: ⁊ ſic ceciderūt: ⁊ angelus dñi bonus fuit perſequens eos: nō dādo adiutoriū: ⁊ angelus malus male conſulendo ⁊ ad rebellionē impellēdo ⁊ inſtigando. Itē via illoꝝ. ſ. lex Moyſi fuit eis lubricū ⁊ lapſus ⁊ petra ſcandali: in qua ceciderunt falſe interpretando: ⁊ male intelligendo: ⁊ fuit eis lubricum ⁊ obſcuritas: qꝛ deus abſtulit eis ſpm̄ intelligentie: qꝛ obcecauit eos malitia eoꝝ ne intelligerent ſacramenta dei: ⁊ ſic lubricātur ⁊ labūtur ⁊ ſcandalizant in lege ⁊ via dñi. ⁊ obcecantur.

iij. q. ſ. c. nulli. xlix. di. hic enī.

**Quoniam gratis abſconderunt mihi interitum laquei ſui: ſuperuacue exprobrauerunt animam meam.**

¶ Hic reddit cauſam quare Judei patient ſupradictas ꝯfuſiones: ⁊ incurrent cecitatē ſcandalū et ruinā tam tēporalē ꝙ̄ ſpūalem: ⁊ corporis et mentis: ⁊ ſubdit. Qm̄ gratis ⁊ ſine cauſa abſconderunt ⁊ incluſerunt me in interitu laquei ſui: qꝛ ſine culpa parauerunt mihi laqueū mortis per inſidias ⁊ tentationes iniquas ⁊ falſa teſtimonia: ⁊ ſuperuacue ⁊ ſine cauſa exprobrauerūt ⁊ vituperauerunt aīam ⁊ vitā meā. Et etiam inuanū exprobrauerūt: qm̄ reſurrexi ⁊ manſerunt confuſi. Ideo ſicut iniquo modo parauerunt mihi laqueū mortis: ita

xix. diſ. anaſtaſius.

**Ueniat illi laqueus quem ignorat: et captio quam abſcondit apprehendat eum: et in laqueum cadat in ipſum.**

¶ Ueniat illi populo laqueus captionis ⁊ excidij per romanos: quē laqueum ignorāt: nā ignorantibus ipſis Titus duxit vnā legionē militū ex egypto: ⁊ venerūt ex parte orientali per terrā Moabitarū: ⁊ tranſierūt Jordanē prope Hierico: qua trāſiuit Joſue cū filijs Iſrael: ⁊ obſedit inopinate ciuitatem Hieruſalē: ⁊ ſic fuit laqueus quē ipſi ignorabant: nā ſicut per illā partē fuit tranſitus ad capiendam terram promiſſionis tēpore Joſue: ad expellendos ⁊ deſtruendos Chananeos Amorreos ⁊ Jebuzeos: ⁊ ita per eandē partem fuit ingreſſus ad capiendā ⁊ deſtruendā Hieruſaleꝫ. Item ſequitur. Et captio quā abſcondit apprehendat eū. Ad cui⁹ intellectū eſt notandum: ꝙ Judei ex inuidia ⁊ timore Chriſtum tradiderunt: ⁊ timebant enī perdere primo ſacerdotiū ⁊ oblationes: ſcdō ꝑdere locuꝫ ⁊ gentē: ⁊ iō pararūt Chriſto inſidias: ⁊ occulte cum cautela in feſto paſche ceperūt ⁊ tradiderūt Chriſtum. Sed eodē modo fuerunt capti ſub eodem la-

Judei ex inuidia xp̄ꝫ tradiderunt

queo:⁊ illud qđ timebãt euenit eis:⁊ ceciderũt in laqueũ quẽ vitare putabant. Nam in feſto paſche dñi ex oĩbus partibus erant in Hieruſalẽ cõgregati:fuerũt obſeſſi:⁊ ciuitas capta ⁊ diruta ⁊ incẽſa. Et ſic perdiderũt locũ ⁊ ſacerdotiũ:⁊ diſperſi ſunt per mundũ captiui. Jdeo dicit. Ueniat illi populo laqueus ⁊ obſeſſio Romanorũ:quẽ ignorat:⁊ captio quam abſcõdit.i.in abſcondito parauit:id eſt talis captio qualẽ ipſe Chriſto parauit: apprehendat eum:⁊ cadat in ipſum laqueum quem vitare cupiebat.i.in laqueum mortis ⁊ ruine ⁊ diſperſionis:vel cadat in ipſum laqueum.i.in talem qualẽ ipſe preparauit mihi in die paſche. Nam laqueum mortis mihi parauerunt:⁊ in laqueum obſidionis mortis ceciderunt.

**Anima autẽ mea exultabit in domino: et delectabitur ſuper ſalutari ſuo**

¶ Hic predicit Chriſtus gaudium ſuum eccleſie de reſurrectiõe ſua ⁊ excidio Judeorũ:dicens. Anima mea.i.ego ſimul cum mẽbris meis ⁊ tota eccleſia exultabit in dño reddens gratias de beneficio redẽptionis ⁊ de vindicta iudeorũ ⁊ excidio eorũ: ⁊ delectabit̃ ſuper ſalutari ſuo.i.de ſaluatione ſua. Nam licet paſſio Chriſti fuerit amara:tamen effectus eius fuit nobis ſalubris ⁊ delectabilis:⁊ eius reſurrectio memorabilis:quia diem dominicã cũ delectatione ⁊ leticia colimus in memoriã reſurrectionis:ſed Judeis fuit in magnam confuſionẽ. Jdeo ſubdit.

vſ.q.d.c.ſi omnia.

**Omnia oſſa mea dicent: domine quis ſimilis tui?**

**Eripiens inopem de manu fortiorũ eius: egenũ ⁊ pauperẽ a diripientibus eum.**

¶ Omnia oſſa mea dicent.i.oẽs apl'i qui ſunt oſſa mea ⁊ fundamenta eccleſie:in quibus apparuit robur ⁊ fortitudo:⁊ oẽs martyres ⁊ ceteri fideles attribuendo tibi poteſtatem liberandi genus humanum:⁊ mihi attribuendo meritũ paſſionis: dicent ⁊ predicabũt per mundũ:dñe qs ſimilis tui?quaſi dicant nullus. Nã tu es eripiens pauperẽ hoĩem de manu demonũ fortiorũ eius:⁊ ponit̃ genitiuus eius pro ablatiuo ad modũ grecorum:qui carent ablatiuo.i.de manu fortiorũ ſe:⁊ es eripiens egenum ⁊ pauperẽ expoliatũ ⁊ ſauciatũ a latronibus diripientibus eũ. Nã tu eripuiſti illũ hoĩem qui deſcẽdẽs ab Hieruſalẽ in Hierico incidit in latrones quẽ expoliauerunt bonis gratuitis:⁊ plagis affecerunt:⁊ ſemiuiuũ reliquerunt. Luc.x. Juſtũ ergo egenũ ⁊ pauperem ſauciatũ tu Chriſte ſanaſti ſanguine tuo: et ſuper humerũ tuũ portaſti:⁊ ſtabulario eccleſie cõmiſiſti:⁊ a demonibus fortioribus et diripientibus ⁊ depredãtibus ⁊ expoliantibus eum eripuiſti:quod nullus alius potuit facere:ergo qs ſimilis tibi?quaſi dicat nullus. Eodem modo eripuiſti egenum ⁊ pauperem populũ chriſtianum de manu tyrannorũ fortiorum:⁊ a diripientibus eũ. Nã ſicut primo liberaſti illũ populum de diabolo ſpiritualiter:ita poſtea liberaſti eum de mẽbris diaboli temporaliter facta vindicta de Judeis ⁊ tyrãnis perſequẽtibus eccleſiã. ¶ Ad cuius intelligentiã eſt notandũ ꝙ ſicut diabolus ꝑ ſe in principio expoliauit ⁊ eripuit ⁊ ſauciauit Adã cũ tota ſua poſteritate:q̃ quidẽ Adã dicit̃ vt ſic homo myſticus ſiue corpus myſticũ ⁊ eccleſia:ita poſtea diabolus conatus eſt per membra ſua.ſ.per infideles ⁊ tyrannos perſequi iſtũ hoĩem egenũ ⁊ pauperem:⁊ maxime in no. teſt. Et ideo Chriſtus non ſolum loquitur ⁊ conqueritur hic in perſona ſui de Judeis perſequentibus ⁊ crucifigẽtibus eum:ſed etiã cõqueritur in perſona iſtius hoĩs myſtici cuius naturam aſſumpſit. Et cõquerit̃ primo de diabolo q̃ hunc hoĩem ſauciauit:⁊ ex cõſequẽti ꝯqueritur de membris diaboli ſ.de tyrannis ⁊ infidelibus q̃ ipſum a iuuẽtute ſepe expugnauerũt.a q̃bus Chriſtus iſtũ hoĩem tam temporaliter ꝙ̃ ſpũaliter liberauit:vt dictũ eſt. Ad hunc ergo intellectũ põt etiã tota ſupradicta pars prima exponi. Dicit ergo homo ſauciatus.ſ.eccleſia. O dñe de[us] iudica demones nocentes ⁊ ledentes me:quia ſauciauerũt me in corpore ⁊ aĩa vulnere peccati ⁊ fomite eiuſdẽ:⁊ expugna tyrannos ⁊ infideles expugnantes me a iuuentute mea vſq₃ ad iudiciũ. ¶ Et ideo tu deus apprehende arma ⁊ ſcutũ hũanitatis:⁊ exurge et veni in carnẽ in adiutoriũ mihi. Nam aĩa Chriſti et caro dicuntur arma cõtra diabolũ ad offendendũ ⁊ defendendũ. Nam in anima erant dona ſpũs ſcti ⁊ oẽs virtutes.ſ.humilitas ⁊ charitas:quib[us] Chriſtus vicit diabolũ. Jtem caro Chriſti fuit ſcutũ ad defendendũ in quo Chriſtus recepit ictus tormentorũ ⁊ afflictionũ ⁊ paſſionũ pro nobis. Et ſic Chriſtus in ſua incarnatione apprehendit arma ⁊ ſcutũ in adiutoriũ noſtrũ contra diabolum. Et ſequitur. Effunde frameã.i.extende gladiũ tue paſſionis:et eccleſiaſtice poteſtatis:⁊ virtutis ſacramẽtorũ aduerſus demones qui perſequunt̃ me. Nã ſicut gladius diuidit ⁊ radit ⁊ interficit:ita tua paſſio ⁊ eccleſiaſtica ſacramenta delent ⁊ necant ⁊ extinguũt peccatũ ⁊ interficiũt diabolum. Et ideo dic anime mee ſalus tua ego ſum:⁊ precipe diabolo vt recedat:quia tuũ precipere eſt facere. Jtem dic anime mee ſalus tua ego ſum.i.da mihi ſalutem redemptionis:⁊ ſana me a peccato per tuam paſſionem: ⁊ confundant̃ ⁊ reuereant̃ demones querentes animam meã:vt videntes me redemptũ:⁊ ipſi demones cogitantes ⁊ machinãtes mihi malas tẽtationes confundant̃ ⁊ cõuertantur retrorſum cũ viderint me ſanatũ ⁊ lotũ a ſorde peccati:⁊ tuo charactere munitũ:⁊ fiant.i.fugiant a me ſicut puluis fugit ⁊ pellitur ante faciem venti:⁊ angelus dñi bonus ſit coartans ⁊ cogens eos fugere:⁊ vie illorũ ſint ⁊ fiant tenebre:ne poſſint me videre ad nocendum:⁊ fiant lubricũ vt victi cadant ne poſſint preualere contra me. Et angelus dñi ſit pſequẽs eos. Nam angeli boni prohibent demones ne noceant nec ꝑualeant cõtra iuſtos ⁊ fideles:⁊ ſic reddit cauſam dicens:qm̃ demones gratis.i.cũ grandi deſiderio abſconderunt mihi laqueũ tentatiõis in interitu mortis in paradiſo terreſtri:cũ dixit ſerpẽs:ne quaq̃ moriemini:ſed ſi comederitis eritis ſicut dij ſcientes bonũ ⁊ malũ:⁊ ſic incidi in duplicẽ mortẽ: ſc₃ corporis ⁊ anime. Et iſto modo exprobrauerũt ⁊ tentauerunt animam meã:⁊ defraudauerunt et deceperunt eam ſuperuacue ⁊ ſine rõne. Fac ergo dñe vt laque[us] tue paſſionis quẽ ignorat:veniat illi: ⁊ ſicut ipſe cepit me laqueo tentationis:ita tu cape ⁊ liga eum laqueo tue paſſionis. Et ſicut ille fructus vetitus fuit muſcipula ad capiendũ hominẽ: ita ſacramentũ incarnatiõis ⁊ paſſionis tue ſit muſcipula ad capiendum diabolum. Quem laqueum et muſcipulam incarnationis ⁊ crucis ignorauit diabolus vſq₃ ad reſurrectionem:nam tunc cognouit ſe eſſe victum ⁊ expoliatum per triumphũ crucis/quando Chriſtus fortis ⁊ potens in prelio cum triũpho deſcendit ad inferos ⁊ fregit portas ereas et vectes ferreos:et expoliauit infernum. Et ideo ſequitur. Captio quam abſcondit apprehẽdat eũ. quia ſicut per fructũ illius arboris decepit hominem:ita per fructum arboris Chriſti deceptus eſt. Et ſequitur. Cadat in ipſum laqueum. Quia ſicut per lignum vicit:ita per lignum victus eſt. De quo beneficio redemptiõis iſte homo promittit ſe gratias acturum/cum ſubdit. Anima mea exultabit. Exponatur vt ſupradictum eſt. Sicut expoſita eſt iſta prima pars de diabolo:ita poteſt exponi de mẽbris eius perſequentibus eccleſiam:⁊ ſic etiã totũ reſiduum poteſt exponi in perſona totius corporis myſtici. Sed primo ⁊ principaliter debet exponi in perſona Chriſti:qui primo in capite paſſus eſt:ſed ex conſequẽti poteſt exponi in perſona eccleſie. nam quod Chriſtus primo paſſus eſt in capite/poſtea paſſus eſt in membris.

B No. de pſecutione diaboli.

iiij.q.iij.teſtes. et xxxvj.q.vj.c.

**Surgentes teſtes iniqui: que ignorabã interrogabant me.**

¶ Jn hac ſecunda parte ꝑdicit ſecũdũ genus perſecutionis ⁊ afflictionis Chriſti:qđ fuit per falſa teſtimonia. Dicit ergo Chriſtus. Surgentes teſtes iniqui Judei interrogabant me de his que ignorabam.i.que nunq̃ feci nec cõmiſi. quando me dixerunt blaſphemũ:⁊ inimicũ ceſaris:⁊ cõmouiſſe totam terrã a Galilea vſq₃ Hieruſalẽ:⁊ tamẽ oĩa iſta ignorabam:q₂ nunq̃ feci nec alicuius horum conſcius eram:quia qđ non eſt:nõ contingit ſciri. Et ſic retribuebant mihi mala pro bonis. Nã ego ſanaueram filios eorum:⁊ reſuſcitauerã mortuos eorum ⁊ ipſi ꝓcurabãt mortem meam:⁊ retribuebant mihi malũ pro bono:et ſterilitatem pro fertilitate. ¶ Et nota ꝙ Chriſtus vſurpat hoc vocabulum tranſlatiue. Nam ſicut ager dicitur ſterilis qñ in ipſo ſeminatur bonum frumentũ ⁊ triticũ:⁊ ipſe pro frumento reddit carduos ⁊ ſpinas ⁊ loliũ:ita Judei dicuntur ſteriles:nam Chriſtus ſeminauit in eis legem euangelicam ⁊ virtutes ⁊ bonam doctrinam:⁊ ipſi reddiderunt mala opera ⁊ vitia et peccata. Jtem ipſe ſeminauit in eis multa beneficia ſanitatum:⁊ dedit vitam filijs eorũ reſuſcitando:⁊ ipſi retribuerũt ei mortem pro vita:⁊ odium pro dilectione. ¶ Ex quo patet ꝙ fuerunt ſteriles. vnde queſiuit bonos fruct[us] ex bono ſemine qđ in eis ſeminauerat:⁊ ipſi retribuerunt ſibi fruct[us] malos. Jn cuius figura maledixit ficulneã in qua non repperit fructum. Tripliciter ergo Judei fuerunt ſteriles Chriſto. Primo quia non retribuerũt Chriſto fructus legis ⁊ doctrine. Secũdo q₂ non retribuerunt premiũ pro beneficijs collatis:immo fuerunt ingrati. Tertio quia tribuerũt ⁊ ꝓcurarũt ſibi mortẽ que dicitur ſterilitas ⁊ priuatio vite. Nã homo mortuus dicit̃ ſterilis:quia nõ poteſt exercere fructus ⁊ opera vite. Jdeo ait Chriſtus.

J Judei dicunt̃ ſteriles

K

iij.q.ix.c.teſtes xxiij.q.

**Retribuebant mihi mala pro bonis: ſterilitatem anime mee.**

**Ego autem cum mihi moleſti eſſent: induebar cilicio.**

**Humiliabã in ieiunio animã meam: ⁊ oratio mea in ſinu meo conuertetur.**

iiij.ſicut c. in gloſ.

¶ Retribuebant mihi mala pro bonis:⁊ ſterilitatem/id eſt priuationem anime.i.vite mee. Et probo ꝙ retribuebant mihi mala pro bonis. Nam cũ eſſem deus ab eterno immortalis et impaſſibilis in ſinu patris:propter eos meipſum exinaniui formam ſerui accipiens:induens me cilicio humanitatis. in quo cilicio dum ipſi moleſti eſſent mihi:⁊ ego humiliabam animam meam in ieiunio ⁊ afflictione:⁊ orabam pro eis. Quaſi dicat. ego pro eis induebar cilicio humanitatis ⁊ affligebar:⁊ ieiunabam ⁊ orabam pro eis:⁊ ipſi erant mihi moleſti retribuendo mala pro bonis:quia vocabãt me voracem ⁊ potatorem vini:⁊ blaſphemum ⁊ demoniacum ⁊ inimicum ceſaris. Et tamen ego pro eis oraui in horto ⁊ in cruce:cum dixi: Pater ignoſce eis: quia neſciunt quid faciunt:⁊ tamen quia voluerunt reſiſtere gratie dei:⁊ ſponte voluerunt obſtinari ⁊ non conuerti:ideo oratio mea fuit eis ſterilis ⁊ inutilis. Sed non fuit oratio mea ſimpliciter inanis ⁊ vacua. Nã in ſinu meo cõuertet̃.i.conuerſa eſt illa oratio in membris meis que ſunt in ſinu meo/⁊ in eccleſia mea:q₂ illis profuit oratio ⁊ paſſio mea:licet obſtinatis fuerit ſterilis. S₃ hoc non fuit ex defectu meo ſed ex defectu eorum. Nam

xv.qđ.iij.cap.viri.

**Quaſi proximum ⁊ quaſi fratrẽ noſtrũ ſic complacebam: quaſi lugens ⁊ contriſtatus ſic humiliabar.**

¶ Ego quaſi proximũ ⁊ quaſi fratrẽ meũ ſic cõplacebam/id eſt tolerabam ⁊ ſuſtinebã eos:dum me affligerẽt:⁊ perſequerentur. Et ego quaſi lugens eorũ perditionem cõtriſtatus ſic humiliabar/non maledicendo nec murmurãdo:ſed patienter tolerando eorum conuicia ⁊ opprobria. Et nota ꝙ qñ aliquod verbũ neutrum acquiſitiuũ vſurpat ſignificationem actiui tranſitiui:ſimiliter vſurpat regimen ⁊ mutat ordinem cõſtructionis. Unde noceo noces eſt verbũ neutrũ acquiſitiuum:⁊ tamen quãdoq₃ ponitur pro ledere:⁊ ſic vſurpat ſignificationem verbi actiui:ideo tunc ordinatur cum accuſatiuo/vt dictum eſt ſupra: Judica domine nocentes me. Pari modo placeo.es. in hoc loco ponitur pro tolerare:⁊ patienter ſuſtinere:ideo ordinatur cum accuſatiuo. Nã quãdo qs aliũ tolerat:⁊ patienter ei morẽ gerit:dicit̃ ipſum cõplacere.i.cõplacendo ipſum tolerare et ſuſtinere. ideo ait hic Chriſtus. Quaſi proximum ⁊ fratrem ſic complacebã.i.complacendo tolerabam ⁊ patienter ſuſtinebam. Uel ſubintelligit̃ hec prepoſitio ſuper:cõplacebã quaſi ſuper proximum ⁊ fratrem. Jn hebreo autẽ habetur/Sicut ad proximũ ⁊ fratrẽ ambulabã. ideo ſequitur. Et quaſi lugens ⁊ cõtriſtatus ſic humiliabar.i.humiliter ⁊ patienter tolerabam ſicut quis tolerat fratrem ſuũ. ¶ Jtem eſt aduertendũ ſcđm Auguſtinũ:ꝙ Chriſtus in ſuperiori verſiculo etiã vſurpat ⁊ trãſfert illud vocabulũ ciliciũ. Nã caro humana dicit̃ ciliciũ trãſlatiue. Nã ſicut ciliciũ cõtextũ ex pilis caprinis ⁊ ſetis beſtiarũ eſt aſperũ:⁊ intantũ ꝙ pungit ⁊ affligit carnem hoĩs penitentis:ita pariter caro noſtra dicitur ciliciũ reſpectu anime:inquãtum ſtimulat eam a ſpinis concupiſ-

Z

centie et penalitatum pungit animam: in penã pec
cati originalis. Sed eſt aduertendum ꝙ in carne
quã traximus ab Adam ſunt ſeminata duo gene-
ra ſpinarum. Primo ſunt infixe ſpine concupiſcen
tie ⁊ libidinis. ⁊ iſta dicitur corruptio nature ⁊ lex
mẽbrorũ: que per contractum infligit culpã origi-
nalem in aĩa ⁊ per conſenſum culpã actualem ſiue
peccatum mortale. Scđo ſunt inflicte ⁊ ſeminate
ſpine penalitatũ: ſicut ſunt dolor labor fames ſitis.
Et hec duo genera ſpinarũ traximus ab Adam et
genitoribus noſtris per generationem naturalem
et libidinoſam. Sed Chriſtus qui ſponte aſſum-
pſit noſtram carnẽ: non per generationẽ naturalẽ
ſed opere ſpũs ſancti noluit aſſumere primum ge-
nus ſpinarum in cilicio carnis: ſed aſſumpſit ſecũ
dum. ſ. ſpinas penalitatum. Ideo ait Aug. primo de
baptiſmo paruulorum: ꝙ aſſumpſit penas peccati
ſine pctõ. In hoc loco etiã dicit Auguſtinus qđ ſi-
militudo et veſtigiũ peccati: ſed non peccatũ erat
in dño. Hoc ergo cilicio induit ſe dñs. ſ. carne ſine
peccato: ſed cum ſpinis penalitatum hoc cilicium
pungebat ⁊ affligebat Chriſtum pro nobis. qđ ta-
lem carnem aſſumpſit: vt eſſet inſtrumentum ad
patiendum ⁊ merendum pro nobis. Hoc ergo ci-
licio ſe induit Chriſtus ad agendum penitentiam
pro nobis.

iiij. q. ij. c. te ſtes. §. ſeq. **Et aduerſum me letati ſunt ⁊ conuenerunt congregata ſunt ſuper me flagella ⁊ igno- raui.**

Hic conqueritur de coniurationibus ⁊ inſidijs
factis cõtra eum: de quibus petit liberari peten-
do vltionem. Unde nota ꝙ in illa perſecutione et
paſſione Chriſti fuit coniuratio captio falſa teſti-
monia: flagellatio: irriſio: ⁊ crucifixio. idõ hec oĩa ex
plicat hic Chriſtus vñ ait ⁊ iudei letati ſunt ma-
lignando contra me: ⁊ conuenerũt ⁊ cõgregati ſũt
contra me in atrio principis ſacerdotum: inferen-
do ⁊ procurando mihi flagella: ⁊ ignoraui falſa cri
mina que mihi imponebãt quia nunꝗ talia com-
miſi. Uñ de communi locutiõe ea que nõ fecim⁹ di
cimus cõmuniter ignorare. Sed poſtea viſis mira
culis factis in mea paſſione.

ij. qõ. vij. te ſtes. ſet c non põt. **Diſſipati ſunt nec compuncti: tentauerunt me: ſubſannauerunt me ſubſannatiõe: fren duerunt ſuper me dentibus ſuis.**

Diſſipati. i. diſcordes ⁊ cõfuſi: nec tamẽ cõpun
cti ſunt: nec moti ad penitẽtiã pre iniquitate ⁊ ce-
citate. imo adhuc tentauerũt me: ⁊ ſubſannauerũt
me naſum rugando ſubſannatiõe iniquitatis di-
cendo alios ſaluos fecit: ⁊ ſeipſum non poteſt ſal-
uum facere. ſi filius dei eſt deſcẽdat de cruce ⁊ cre
dimus ei. ⁊ ita ex iniquitate frenduerũt ſuper me
dentibus ſuis: mihi conuicia iniqua inferendo.

xxij. q. v. ſi qs Deinde cum dicit.

**Domine quãdo reſpicies: reſtitue animã meam a malignitate eorum: a leonibus vni caꝫ meam.**

Petit liberari. vnde ait. O dñe pater quando re
ſpicies. in me ſupple: ergo poſtꝗ iniuſte patior: re
ſtitue animã meam corpori: me reſuſcitando ⁊ libe
rando eam a malignitate ⁊ nequitia eorũ: ⁊ libera
vnicam animam meam a leonibus Judeis ſupbis
quia vnica eſt ſine peccato: ⁊ ſic iniuſte patitur: et
per conſequens iuſte me debes ⁊ potes liberare.
Deinde cum ſubdit.

**Confitebor tibi in eccleſia magna: in popu lo graui laudabo te.**

Promittit agere grãs pro tali liberatiõe. Ideo
ait. ſi tu reſuſcitaueris me ergo cõfitebor tibi in ec
cleſia magna toto orbe diffuſa: feſtum reſurrectio
nis ⁊ diem dominicã celebrando in memoriã reſur
rectionis: et celebrando ceteras feſtiuitates pro
beneficijs receptis: ⁊ laudabo te in populo graui
⁊ potenti. quaſi dicat: ꝙ poſtꝗ iudea ⁊ ſynagoga
noluit me recipere: ideo ipſa reprobata cõuertam
me ad populum gentilẽ: qui eſt populus magnus
⁊ validus ⁊ potens: ⁊ in illo populo dilatabo eccle
ſiam meã a ſolis ortu vſqꝫ ad occaſum: in qua ec-
cleſia magna ⁊ populo graui ⁊ potenti laudabo te
qꝛ in eo celebrabunt diuina officia ⁊ feſtiuitates.

**Non ſupergaudeãt mihi qui aduerſantur mihi inique: qui oderunt me gratis ⁊ an nuũt oculis.**

Hic petit vltionem de iudeis. Ad cuius intelle-
ctum eſt notandũ ꝙ duplici pena affligũtur ⁊ vrũ
tur ⁊ friguntur iudei: ⁊ frigabuntur pro tunc. Pri-
mo pena interiori: qꝛ non potuerunt adimplere de
ſiderium ⁊ intentum ſuum de Chriſto: immo eue-
nit eis oppoſitum. Nam ipſi putabant ſe Chriſtum
annihilaſſe poſtꝗ viderunt ipſum in cruce mor
tuum: ⁊ putabant euaſiſſe penas quas Chriſt⁹ eis
cõminatus fuerat: ſed oppoſitum eis accidit. Naꝫ
reſurrexit a mortuis: ⁊ fuerunt fruſtrati in deſide
rio ſuo: qđ peius fuit pro eis: qꝛ propter peccatum
mortis Chriſti fuit ciuitas eorũ deſtructa. Scđa
pena fuit exterior: quĩ quando Judei vidẽt ꝙ alie
nationes receperunt Chriſtũ ipſis reprobatis et
captiuis: tunc patiuntur confuſionẽ maiorẽ: maxi
me cũ improperant eis mors Chriſti. Et ſic duplici pe
na ⁊ confuſione vruntur ⁊ frigunt. ſ. in corde et in
oculis ⁊ aſpectu hominũ. Et hanc duplicem penã
⁊ confuſionẽ petit ⁊ predicit Chriſt⁹ ꝓ Judeis ob
ſtinatis. Ideo primo petendo ꝑdicit primã cõfuſio
nem iudeorũ interiorem. Secũdo ſecundã in ocu
lis: ibi: Erubeſcant. Dicit ergo. O pater reſuſcita
me ſupple: vt non ſupergaudeant mihi Judei qui
aduerſantur mihi inique: et qui oderũt me gratis
⁊ ſine cauſa: ⁊ qui annuũt oculis me irridendo et
ſubſannando: nam rugando naſum me ſubſanna-
bant: ⁊ annuendo ⁊ ſignando oculis me irridebant
ideo pater fac vt non videant intentum. nec com-
pleãt deſiderium ſuum.

**Quoniam mihi quidem pacifice loquebã- tur: ⁊ in iracundia terre loquentes dolos cogitabant.**

Mihi quidẽ pacifice loquebant dicẽdo: Magi
ſter ſcim⁹ qꝛ verax es ⁊ viã dei in veritate doces:
ſed in ira terre. i. in ira terrena ⁊ maliuola loquen-
tes dolos cogitabãt: cũ dicebant ſi licebat cenſum
dari Ceſari an nõ: qꝛ illud dicebãt vt me caperent
in ſermone ⁊ me inducerent in irã ⁊ indignationeꝫ
terreni pplĩ ſi dicerem ꝙ ſic: aut i indignationẽ Ce
ſaris ſi dixiſſem ꝙ nõ erat licitũ dari ſibi cenſuꝫ ⁊
ſic loqbantur in iracundia terre: vt incurrerẽt ira



cundiã / ⁊ indignationẽ terrenã ⁊ tẽporalẽ. ſ. pplĩ
iudeorꝫ aut imperatoris. Et idõ cũ me tenuerũt ca-
ptũ ⁊ ligatũ ante Pilatũ: dixerunt ꝙ eram inimi-
cus Ceſari: ⁊ cũ Pilatus me flagellauit: ⁊ cum me
viderunt in cruce / tunc fuerunt gaudentes.

vi. q. ſ. ſiima. **Et dilatauerunt ſup me os ſuum: dixerũt euge euge viderunt oculi noſtri.**

Id eſt letemur / quia oculi noſtri viderunt ꝗ de
ſyderam⁹. Nota ꝙ cõiter tenent magiſtri iudeo-
rum ab hoc textu. ſ. Aduerſant mihi inique / ⁊ Qui
oderunt me gratis: ⁊ ſimilib⁹ in ſacra ſcriptura: qđ
iſta longa captiuitas ⁊ punitio quã patiuntur iu-
dei diſperſi per mũdũ: nõ prouenit / niſi ex odio ſi-
ne cauſa / ⁊ gratis concepto contra deũ / vel aliquẽ
iuſtũ. Et ſic ceci ⁊ obſtinati murmurãt cõtra deum
querentes de hoc peccato ꝓpter qđ patiuntur. de
quo tractabitur pſal. cviij. ⁊ lxviij. Tu ergo

xc. diſ. oblationes. ⁊ de pe. diſ. ſ. c. ois. **Uidiſti domine ne ſileas: domine ne di- ſcedas a me.**

**Exurge ⁊ intẽde iudicio meo: deus meus ⁊ dñs meus in cauſam meam.**

**Judica me ſecũdum iuſtitiã tuam dñe de⁹ meus: ⁊ non ſupergaudeant mihi.**

**Nõ dicant in cordibus ſuis euge euge aĩe noſtre: nec dicant deuorabimus eum.**

Uidi iniquitatem iſtorũ iudeorꝫ: ideo ne ſileas
peccata eorũ tegendo / ⁊ deſyderia eorũ implendo /
⁊ ne diſcedas a me auxiliũ denegando. Sed exur-
ge / ⁊ intende in iudicium meũ: ⁊ in cauſam meam
examinãdo ⁊ defendẽdo: qꝛ tu es de⁹ meus / ⁊ dñs
meus ꝑ ſpecialẽ gubernationẽ. Et iudica me ſecũ
dũ iuſtitiã tuã: qꝛ tu es iuſtus iudex: ⁊ ſcio ꝙ non
permittes mihi iniuriã fieri: nec denegabis auxi-
liũ ſcđm conſuetudinẽ iuſtitie tue / que tribuit vni
cuiqꝫ ſecũdũ opera ſua: ⁊ ideo cum fiducia audeo
dicere: vt me iudices ſcđm iuſtitiã tuã: quia tu es
deus meus. Et ideo fac: vt non ſupergaudeãt mi-
hi letantes de morte mea: ⁊ non dicãt in cordibus
ſuis euge euge anime noſtre. i. letemur / ⁊ gaudea-
mus in aĩa noſtra. Et ne dicant deuorabimus eũ:
id eſt letemur / quia deuorabimus eum. Sed

xcvj. diſt. c. eorum. **Erubeſcãt ⁊ reuereantur ſimul: qui gratu lantur malis meis**

Erubeſcant dico ſimul ⁊ reuereant. i. verecũdẽ
tur in facie ⁊ corde / ꝗ gratulantur malis meis. q.
d. ꝙ non ſolũ in corde vrant: qꝛ nõ impleuerũt de-
ſyderiũ: ſed etiã cõfundantur in facie in cõſpectu
hoim: qũ viderint me reſurrexiſſe / ⁊ videant popu
lum gentilem me in meſſiam ſuſcepiſſe.

xc. diſ. c. oblationes. **Induantur confuſione ⁊ reuerentia: qui maligna loquuntur ſuper me.**

Induantur cõfuſione ⁊ reuerẽtia. i. verecũdia /
et timore oẽs iudei qui maligna loquũtur ſup me
q. d. reperiant mẽdaces et cõuincant in oĩbus cri
minibus que mihi impoſuerũt. Et per oppoſitum

xj. qõ. iij. ca. eſti- mant. **Exultent et letentur qui volunt iuſtitiam meam: ⁊ dicant ſemper magnificetur do- minus qui volunt pacem ſerui eius.**

**Et lingua mea meditabitur iuſtitiaꝫ tuã: tota die laudem tuam.**

Exultẽt geſtu: ⁊ letentur in facie oẽs chriſtianĩ
populi qui volunt iuſtitiã meã. i. ꝗ receperũt legẽ
euangelicã iuſtificantẽ: ⁊ dicãt ſemper magnifice-
tur. i. magnificẽt dñm in eccl'ia oẽs qui volũt pacẽ
Chriſti ſerui eius. ſ. oẽs ꝗ adherẽt Chriſto filio ei⁹.
Et lingua mea meditabit iuſtitiam tuam. i. lingua
mea pronũciabit ⁊ ꝑdicabit per totũ orbẽ iuſtitiã
tuã: quã credit ⁊ meditat in corde ⁊ mẽte. Et tota
die / ⁊ omni tpe annũciabit / ⁊ predicabit Chriſtum
ſalutare tuũ. i. ꝑdicabit ⁊ cõfitebit Jeſum Chriſtũ
filiũ tuũ quẽ miſiſti ſaluatorẽ in mundũ. Ex ſupra
dictis ptꝫ / ꝙ iſte pſal. nõ põt verificari lraliter de
ipõ Dauid nec de aliquo alio / niſi de ſolo Chriſto.
Nã paſſio Chriſti magis videt memorari hiſtoria-
liter in hoc pſal. ꝗ ꝓphetice. ⁊ ſic magis videtur
Dauid euãgeliſta / ꝗ ꝓpheta in hoc pſal. vt põt pa- Ob
tere intuẽti. Sed cõtra totã expoſitionẽ arguit Obie-
⁊ videt ꝙ Chriſtus nõ loquat in hoc pſal. Primo ctio.
ſic. nã Chriſtus orauit ſemp ꝓ inimicis / ⁊ pſequen
tibus eũ: Sed iſte qui loquit in hoc pſal. petit vl-
tionẽ de inimicis / ⁊ pſecutorib⁹: igitur Chriſt⁹ non
loquit in hoc pſal. Scđo ſic: nã Chriſt⁹ ſemper ab
inſtanti ſue cõceptionis / fuit cert⁹ de ſua reſurre-
ctione: vt dictũ eſt pſal. xv. ergo non oportuit ipm
rogare ꝓ ſua reſurrectione. Sed iſte cõtinue orat
in hoc pſal. ꝓ ſua liberatione: ergo iſte nõ eſt Chri
ſtus. Ad primum rñdet: ꝙ verba huius pſal. ⁊ oĩm
aliorũ poti⁹ ſunt ĩtelligẽda ad ſenſum in quo fiũt:
ꝗ ad ſenſum quẽ literaliter ⁊ moraliter faciũt. Uñ
dictũ eſt in ꝓlogo: ꝙ multiplici rõne pſal. ꝓcedũt
per modũ orõnis ex parte Chriſti. Uno mõ ad ex
primẽdã auctoritatẽ patris: ad quẽ ꝑtinet tribue-
re vnicuiqꝫ qđ ſibi debetur: ⁊ idõ deꝫ iudicare inter
Chriſtũ hoiem: ⁊ iudeos perſecutores ipſius Chri
ſti. Ideo Chriſt⁹ per modum orõnis explicat iuſti-
tiã patris: ⁊ iniqtatẽ ⁊ finalẽ obſtinationẽ iudeo-
rũ: ⁊ ſic predicit eorũ punitionẽ ⁊ dãnationẽ. Se-
cũdo modo hoc dicit ad firmitatẽ / ⁊ certitudinem
ꝓphetie: eo ꝙ Chriſtus ſemper fuit exaudit⁹ ꝓ ſua
reuerẽtia. ⁊ idõ Chriſt⁹ nõ dicit hoc vt petat vltio-
nem: ſed vt predicat certiſſimã punitionẽ / ⁊ dãna-
tionẽ iudeorꝫ ꝓpter ſuã obſtinationem. Tertio vt
oſtẽdat ſe mediatorẽ. Ad ſcđm eſt dicẽdum: ꝙ oĩs
oratio Chriſti facta in pſal. duplicẽ ſenſuꝫ iportat. Oro
Nã primo ꝑdicit ſuã liberationẽ ⁊ reſurrectionẽ ⁊ xpi du
exaltationẽ. Scđo petit a patre liberationem ⁊ re plices
dẽptionẽ ⁊ reſurrectionẽ ⁊ exaltationẽ mẽbrorum ſenſum
ſuorũ propter merita ſue paſſionis: ⁊ ſic poti⁹ orat impor
pro nobis ꝗ pro ſe. Nã Chriſtũ ad patrẽ orare: nil- tat.
aliud eſt niſi ſuã paſſionẽ patri pro nobis in ſatiſ-
factionẽ offerre: ⁊ miam patris / ⁊ Chriſti charita-
tem explicare / et ſe mediatorẽ inter nos ⁊ patrem
oſtẽdere. Et hec eſt cauſa quare Chriſtus in pſal-
mis procedit per modũ petitionis / et orationis.

xj. qõ. iij. ca. paup. de pe. diſ. j. c. ois. **Dixit iniuſtus vt delinquat in ſe- metipſo: non eſt timor dei ante oculos eius.**

Titulus / In finem / ſiue ad victoriã
ſeruo domini dauid Ex titulo appa-
ret / ꝙ Dauid ſeru⁹ domini fecit hunc pſalmũ: diri-
gens nos in Chriſtum qui eſt finis legis. Qui qui
dem pſal. varie exponitur apud Hebreos. Nã qui-

dam dicunt ꝙ Dauid fecit hunc pſalmū in perſona ppl'i cupientis exire de captiuitate babylonica/ et redire in terrā fertilē ꝓmiſſionis.ſ. in iudeam. Vñ dicit. Iniuſtus ⁊ iniquus Nabuchodonoſor cum populo babylonico/ dixit.i. deliberauit delinquere/ ⁊ opprimere populū dei: eo ꝙ non eſt timor dei ante oculos eius: ſed ſuperbia/ ⁊ infidelitas. Sed tu dñe de⁹ Iſrael liberabis ſeruos tuos: ⁊ inebriabis/ ⁊ ſatiabis eos ab vbertate/ ⁊ abūdātia dom⁹ tue/ ſcilicet terre promiſſionis/ que eſt dom⁹ tua. Sed iſta expoſitio eſt falſa. Primo qꝛ maior vbertas/ ⁊ abūdantia bonoꝝ naturaliū/ ⁊ artificialium erat ī Babylonia ꝗ̄ in Iudea. Scđo/ qꝛ ī hoc pſal. non memorat̄/ nec ꝓmittitur vbertas tēporalis: ſed ſpūalis/ ⁊ celeſtis/ propter id qđ ſequitur. Qm̄ apud te eſt fons vite/ ⁊ in lumine tuo videbimus lumen. Ideo alij dicunt: ꝙ Dauid fecit hunc pſalmum in perſecutiōe Saulis: vidēs ꝙ Saul deliberauerat abſq; cauſa ipſum interficere: ideo petit hic liberari/ per diuinā largitatē/ que oībus prouidet/ ⁊ abſoluit innocentes. Sed nec talis expoſitio ſufficienter explicat intentū ꝓphete/ nec intelligentiā huius pſal. Nā maiora bona petuntur/ et ꝓmittunt̄ in hoc pſal. ꝗ̄ ſint bona temporalia: et etiam quia bona ſpiritualia ſub alio ordine ꝓmittuntur. ¶ Ideo ꝑſuppoſitis principijs ſuperi⁹ ſepe memoratis.ſ. ꝙ Dauid eſt vere propheta/ ⁊ habuit duplicē ſpm̄/ ⁊ ꝙ per ꝑſecutiōes ſuas ꝑuidit in ſpū perſecutionē Chriſti/ ⁊ myſterium noſtre redēptionis: ⁊ ꝙ Dauid ⁊ ceteri antiq̄ in ſola fide/ et ſpe Chriſti fuerūt ſaluati: Eſt ergo dicendū/ ꝙ Dauid per totū diſcurſum ſue perſecutionis ⁊ exaltationis preuidit totū diſcurſum malitie: et inuidie
N
ſynagoge cōtra Chriſtū/ ⁊ diſcurſum noſtre redemptionis: ⁊ preuidit ꝑmiū bonorū/ ⁊ punitionē malorū/ ⁊ ideo fecit hūc pſal. ¶ Ad cuius intelligētiā eſt notandū ꝙ Dauid ꝑ obſtinationē Saulis ꝑuidit obſtinationē/ ⁊ malitiā iudeoꝝ cōtra Chriſtū. (No. de obſtinatiōe iudeorum.) Sed eſt aduertendū: ꝙ obſtinatio Saulis prouenit ex ſuperbia primo ⁊ principaliter: nā ſuperbia nō patit̄ ſuperiorē nec equalē: ideo Saul ſuꝑbus/ ſiue ex ſuperbia prorupit in inuidiā nō valens ſuſtinere ꝓſperitatē ⁊ honorē Dauid: qꝛ populus canebat/ Saul occidit mille: ⁊ Dauid decē milia. et hec inuidia obcecauit mētē eius: ne poſſet audire bonum aliquod de Dauid: vt ptꝫ qñ Ionathas/ et Abimelech excuſabant Dauid: qꝛ eos nolebat audire. Itē Saul ex inuidia/ ⁊ malitia obcecatus: nō cognoſcebat ſe agere cōtra cōſcientiā/ ⁊ contra legem dei: ideo cū quis volebat allegare legem dei: nolebat audire: ⁊ ſic inueterat⁹ in malitia/ fact⁹ eſt ignorās in lege dñi: q̄ ignorātia dicit̄ craſſa ⁊ affectata/ qñ prouenit ex paſſione ⁊ cōſuetudine peccādi: quia vt ſic oīs malus eſt ignorās. iij. Ethico. Et ſic ex tali ignorantia ⁊ malitia ipſe Saul venit in contēptū dei/ ⁊ falſam opinionē de diuina ꝓuidentia. nō credens deū regere actus hūanos. Qđ ptꝫ: nā relicta ſpe diuina: adijt ⁊ recurrit ad Phytoniſſam/ ⁊ ſic obſtinatus interijt in mōte Gelboe vt ptꝫ. j. Reg. vlti. Per iſtam ergo obſtinationem Saulis ꝑuidit Dauid in ſpū obſtinationem iudeorum contra Chriſtum. Nam idē ordo ſeruatus eſt in obſtinatione eorū: nam primo ſacerdotes/ ⁊ phariſſei ex ſuperbia elati oēs ſtudebant auaritie ad ſuſtinendū faſtigium/ ⁊ ſtatum ſuū: ⁊ ideo vidētes Chriſtū predicantē contra ſuperbiā/ ⁊ auaritiā eorū: ⁊ vidētes populū ſequentē Chriſtum: ſauciati zelo inuidie ⁊/ obcecati: nec poterant intelligere/ nec audire doctrinā Chriſti legē declarantis: imo tunc ꝑuerterūt totā intelligentiā legis diuine: que promittit meſſiam/ vt redimeret eos a captiuitate diaboli: ⁊ daret eis vitā ſempiternam/ ⁊ bona ſpiritualia ⁊ celeſtia. Sꝫ ipſi malitia ⁊ auaritia obcecati noluerunt intelligere ſacramenta dei: ad ſenſum ſpiritualem: nec voluerunt recipere meſſiam bona ſpiritualia largiētem: ſed temporalem meſſiam expectare ſtatuerūt. Et ex tali malitia ⁊ ignorantia craſſa diuinā prouidentiā negauerunt agētes contra legem ⁊ conſcientiā. Et ſic qñ viderunt Chriſtū cū tanto honore in Hieruſalē ingredientem: ⁊ pueros clamantes: Benedictus qui venit in nomine dñi: tunc deum ⁊ legem contemnentes ipſum Chriſtum interficere ſtatuerūt. Ex quo ptꝫ/ ꝙ ex ſuperbia proruperunt in auaritiā ⁊ inuidiā: ⁊ ex inuidia in falſam intelligētiā dei ⁊ ignorantiā: ⁊ ex ignorantia in cōtemptum dei/ ⁊ obſtinationē. Hoc ergo preuidēs Dauid in ſpiritu: fecit hūc pſalmum: in quo tria facit. Nam primo predicit obſtinationem iudeorum cum ſuis cauſis. Secundo cōfutat predictam obſtinationē/ ⁊ falſam opinionem iudeorū deſcribendo diuinam prouidentiā per beneficium noſtre redemptionis facte per Chriſtum. Tertio orat propheta in perſona eccleſie ꝯſeruari per gratiam Chriſti a tali peſtifera opinione ⁊ obſtinatione. Secundū ibi. Dñe in celo miſericordia tua. Tertiū ibi. Pretende miam tuā ſcientibus te. ¶ Quantū ad primū ponit vnā cōcluſionē.ſ. ꝙ contemptus dei qui prouenit ex ſuperbia ⁊ ignorantia legis: fuit cauſa obſtinationis iudeorum. Probatur. nā ſicut humilitas eſt cauſa penitentie ⁊ timoris dei: ita ſuperbia cauſa cōtemptus. Nam ex humilitate ſequitur fides: qꝛ humilis ſubijcit intellectū legi diuine: ⁊ credit his que in lege cōtinent̄ ⁊ per cōſequens credit in deū/ ⁊ credendo diligit/ ⁊ ſperat ī eū: ⁊ ex tali charitate ſeq̄tur timor dei filialis: qꝛ timet Chriſtū ꝑdere/ ⁊ etiā ſeq̄tur timor ſeruilis: quia timet futurū iudiciū: et ſic mouetur ad penitentiam: ſi erat in peccato: ⁊ quando eſt in gratia timet dominum offendere ne perdat gr̄am: ⁊ ne puniatur in iudicio. Ex quo patet/ ꝙ ſicut ex humilitate ſequitur fides/ ſpes/ ⁊ charitas/ et timor dei: ⁊ per cōſequens cōſeruatio in gratia: ita per oppoſitū ex ſuperbia ſequit̄ omne malum. Nā primo ſequit̄ infidelitas: quia ſuperbus non vult ſubijcere intellectū legi: ⁊ ſic non credit/ nec vult operari ſecundum legem: ⁊ ſic cōtemnit deum: ex quo contemptu ſequitur obſtinatio per longā conſuetudinem peccādi/ ſicut accidit iudeis crucifixoribus Chriſti. Ait ergo Dauid: populus iniuſtus iudeoꝝ. ſiue cetus ſacerdotū/ ⁊ phariſeorū/ dixit.i. deliberauit in ſemetipſo: vt delinquat: quia ſupple nō eſt timor dei in cōſpectu eius. q.d. ꝙ ideo illa ſynagoga deliberauit peccare/ ⁊ interficere Chriſtū: quia non erat timor dei: imo cōtemptus in conſpectu eius: nam quia cōtempſit deum non credendo futurum iudicium: nec deū habere prouidentiam de actibus humanis: ideo ſtatuit delinquere Chriſtū interficiēdo: nā qui nō timet futurū iudiciū: nō credit diuinam prouidentiā: et ſic negat primum principium in actibus humanis/ ⁊ in moralibus.



Nā ſicut in ſcientijs ſpeculatiuis eſt dare vnū ꝑncipiū: ⁊ vnā ꝓpoſitionē maximā: quam neceſſe eſt quēlibet docendū habere: qua negata nil cōuenit ſcire: vt ptꝫ primo Poſterioꝝ: ⁊. iiij. Metaphyſice: (Nota.) ita in moralibus: ⁊ in ſcientia diuina de actib⁹ humanis eſt dare vnū primum principiū.ſ. ꝙ nullum bonū irremuneratū: ⁊ nullū malū impunitū: ⁊ qđ deus eſt iuſtus iudex premiator oīs boni: ⁊ punitor oīs mali hic: vel in futuro. quo principio negato: nil conuenit bñ operari. Vñ negatio hui⁹ principij ꝓuenit ex ſuperbia ⁊ infidelitate: ex qua ſequitur contēptus dei: ⁊ cōſuetudo peccandi: ⁊ exinde obſtinatio. Et ideo ſubdit: qm̄.i. quapropter iſte iniuſtus: ⁊ iniquus nō timēs deū doloſe egit in conſpectu eius: quia cum dolo per inſidias inſidiatus eſt Chriſto: ⁊ perſecutus eſt eū: imponendo falſa teſtimonia: intantū vt iniq̄tas iſtius ppl'i inueniat̄ ad odiū.i. cōuerſa in odiū ⁊ obſtinationē contra Chriſtum. (Not. de dicere in corde.) Dicere enī in corde idē eſt qđ deliberare: ⁊ vñ cogitatio precedit deliberationē. vñ qui ſolū cogitat nondū dicit: ſed cū deliberat facere: tūc iā dixit in corde. Et ſic iſte iniuſtus dixit.i. deliberauit in ſemetipſo: vt delinquat.i. deliberauit delinquere ⁊ opprimere iuſtum: ⁊ hoc accidit: qꝛ nō eſt timor dei ante oculos eius: qꝛ principiū oīs ſapientie: et oīm actuū bonorū humanorum eſt timor dñi: quo negato ⁊ cōtēpto: eſt impoſſibile aliqđ bonū operari: ſed eſt neceſſe oīa ſcelera ꝑpetrari: vt dictum
P
eſt pſal. xiij. ¶ Nota ꝙ dicere prius cōuenit intellectui: et ex conſequēti cōuenit volūtati: tertio cōuenit lingue. vnde intellectus qñ intelligit vel cogitat: dicit. item voluntas qñ deliberat ⁊ ꝓponit: tunc dicit qđ intellectus cogitauit: itē lingua dicit qđ voluntas primo dixit ⁊ deliberauit. Et ſic in diuinis pater dicit verbum ſuū ab eterno ꝑ intellectū: ſed ex tpe dixit creaturas per volūtatē: quando dixit: Fiat lux: ⁊ facta eſt lux. Sed poſtea locutus eſt dñs multifarie per linguas prophetarū: ſed finaliter locut⁹ eſt nobis per linguā filij: ⁊ tunc locutus eſt per linguā propriā ſibi vnitā perſonaliter. Quādo ergo dicitur in hoc pſalmo. Dixit iniuſtus. idem eſt qđ deliberauit ⁊ propoſuit.i. iniuſtus populus iudeorū deliberauit in ſemetipſo delinquere: Chriſtū occidēdo: eo ꝙ non eſt timor dei in cōſpectu eius: qꝛ nō habuit deū pre oculis: imo cōtēnendo deū deliberauit Chriſtum occidere. Et qꝛ malū propoſitū mādauit executioni fraudulenter per inſidias: ⁊ falſa teſtimonia: ideo ſubdit.

**Qm̄ doloſe egit in conſpectu eius: vt inueniatur iniquitas eius ad odium.** (xxxij. diſt. ca. id. ⁊. xi. qōe. iij. excellētiſſim⁹.)

¶ Quoniā.i. propterea.i. negato illo principio: et quia nō habuit timorē ante oculos doloſe egit in cōſpectu eius.ſ. in conſpectu dei: nō timendo eius iudicium: intantum vt iniquitas eius inueniatur ad odiū dei ⁊ proximi: qꝛ ſua iniquitas cōuerſa eſt in odiū ⁊ obſtinationem. Et ideo ſequitur:

**Verba oris eius iniquitas ⁊ dolus: noluit intelligere vt bene ageret** (xi. qōe. iij. nemo peritoꝝ.)

¶ Verba oris eius iniquitas ⁊ dolus. Nam iudei primo loquebantur cū Chriſto cū dolo ⁊ fraude: vt caperent eū in ſermone dicentes: Magiſter ſcim⁹ quia verax es. Secundo loquebant̄ iniquitatē cōtra eū: qñ vocabant eū demoniacū: ⁊ blaſphemū. Et hoc accidebat a ſuperbia ⁊ inuidia: eo ꝙ improperabat eis peccata legis. Ideo obcecatus ille populus malitia noluit intelligere legē dei ad bonū ſenſum ſpiritualem ſicut Chriſtus predicabat: ſed carnaliter: ⁊ tēporaliter voluit intelligere: ne bene ageret ⁊ operaret̄: ⁊ ſic obcecauit eos malitia eorum: ne intelligerent ſacramenta dei in lege ſcripta: ⁊ per Chriſtum predicata. Sequitur

**Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo: aſtitit omni vie non bone: malitiam autem non odiuit.** (v. qōe. iiij. cā. in loco.)

¶ Sauciatus ille populus inuidia ⁊ malitia: meditatus ⁊ machinatus eſt iniquitatē in cubili ſuo quomodo Chriſtum occideret: ⁊ ſicut cogitauit: ita executioni mandauit: quia aſtitit vie nō bone: immo peſſime: qñ Chriſtū tradidit Pilato crucifigendum: ⁊ ſic factus eſt obſtinatus: quia malitiā non odiuit: imo malitiam et iniquitatem dilexit. Et in illa obſtinatione manet vſq; in hodiernum diem.
¶ Ex quo patet ꝙ conſuetudo peccandi: ⁊ ſuperbia: et inuidia fuit cauſa obcecationis: ⁊ obſtinationis iudeorum: eo ꝙ Chriſtus predicabat veritatem legis contra eorum mala opera: nam qui male agit odit lucem: ne videantur eius opera mala. Ex quo ptꝫ ꝙ ignorantia iudeorum eſt dānabilis: quia craſſa: ⁊ affectata. Veruntamen licet Dauid predicat hic prophetice obſtinationem ⁊ cecitatē iudeorum ex contemptu dei: tamen tota iſta particula ſupradicta poteſt exponi de quolibet obſtinato: et heretico. Nam obſtinatio prouenit ex contemptu dei: et contemptus venit ex ſuperbia: ⁊ infidelitate: ⁊ conſuetudine peccati: que omnia proueniunt ex contemptu dei. Nam negato illo principio: vnuſquiſq; prorumpit in omnia ſcelera: ſicut dictum eſt pſalmo. xiij. Q

**Domine in celo miſericordia tua: et veritas tua vſq; ad nubes.** (xxxix. diſt. ca. diaconi. xi. qō. iiij. c. aliorum.)

**Iuſtitia tua ſicut montes dei: iudicia tua abyſſus multa.**

¶ In hac ſecunda parte Dauid improbādo falſas opiniones iudeorum: ⁊ aliorū hereticorū de diuina prouidentia: ⁊ deteſtando obſtinationē eorū: confitetur diuinā prouidentiā circa omnia: ⁊ ſpecialiter circa actus humanos per beneficium redēptionis. Nam ſicut dictum eſt: iudei zelo inuidie: ⁊ malitie obcecati: propter eorum ſuperbiam et auaritiam non ſolū Chriſtum negarunt eſſe meſſiam et deū: ſed etiā noluerūt doctrinā ei⁹ audire: ⁊ ſic legem negauerunt verū ſenſum repellendo: ⁊ falſum ſenſum tribuendo: ⁊ ſic Chriſtū ⁊ legem oderunt: ⁊ ipſum interfecerunt: ⁊ negando Chriſtū ⁊ legē: etiā negarunt diuinam prouidentiam: immo negando Chriſtum eſſe deum: negarunt totam legem ⁊ prophetias: quia fecerunt mendacem legem ⁊ prophetias: vt dictum eſt pſal. xiij. Nam diuina prouidentia maxime fuit oſtenſa in incarnatione filij dei: et noſtra redemptione. nā nihil valuiſſet hoīem creari: niſi redemi profuiſſet: vt ait Greg. Dicit ergo Dauid. O domine licet iudei obſtinati contēpſerint: et negauerint te eſſe meſſiā: ⁊ negauerint diuinā prouidentiā: ⁊ deum eſſe iuſtum iudicē: tñ ego deteſtando eorū malitiā ⁊ obſtinationem: confiteor

diuinam prouidentiā ſe extendere circa oia: ⁊ deū eſſe miſericordē ⁊ veracē: ⁊ iuſtū iudicē ꝓmiatorē bonorū ⁊ malorum: ⁊ ꝙ non relinquit bonum irremuneratū: nec aliquod malū impunitū: ⁊ confiteor ꝙ in celo eſt mīa tua: ⁊ veritas tua deſcendit vſqꝫ ad nubes: ⁊ iuſtitia tua eſt: ſicut montes dei: ⁊ iudicia tua multa ſicut abyſſus. Jntantum ꝙ tu dn̄e ſaluabis nō ſolū hoies: ſed iumenta quo ad vitam tēporalē. Ex quo ptꝫ ꝙ prouidētia tua eſt in celo: ⁊ in nubibus: ⁊ in terra: ⁊ in mari: ⁊ in abyſſis infernꝭ: ⁊ prouides hominibus ⁊ beſtijs de vita tēporali: qꝛ creaſti herbā pro beſtijs: ⁊ fructus terre ꝓ hominibꝰ. ℭ Unde eſt notandū: ꝙ ad oſtendēdā diuinā prouidentiā: Dauid ponit quatuor terminos ex parte dei. Ponitur enī miſericordia: veritas: iuſtitia: ⁊ iudiciū: que dicūt ⁊ explicant diuinā ꝓuidentiā. Scḋo memorant̄ quatuor partes. ſ. celum: nubes: montes: abyſſus. ſ. oceanus ſiue infernꝰ: que cōprehendūt totū mundū. Et memorant̄ duo genera aīaliū. ſ. hoies ⁊ iumēta: per q̄ quaſi includunt̄ oia animantia. Et ſic apparet vl'em ꝓuidentiā dei ſe extendere per oia ⁊ circa oia. Sed iſta ꝓuidentia dicit̄ generalis circa oia: quā deus a principio creationis habet. Sed aliā ſpecialē prouidentiam habet: ⁊ oſtendit deꝰ circa genus humanū ī noſtra recreatione. Unū ſicut creatio mundi fuit figura recreationis eccleſie: ita ꝓuidētia generalis quā habet deus de vniuerſitate creaturarū: eſt figura ſpecialis ꝓuidentie circa actus humanos: quā Chriſtus monſtrauit in nr̄a redēptione ⁊ recreatione. Unde licet ꝑdicta litera teneat verū de vniuerſali prouidētia dei circa oia creata: tn̄ termini poſiti in litera oſtendūt ꝙ loquit̄ ſpecial'r de ꝓuidētia ſpecialꝭ: circa actus hūanos. Unde Chriſtꝰ qui eſt ipſa mīa ⁊ veritas ⁊ iuſtitia maxime oſtendit ſuaꝫ miſericordiā hominibus ⁊ angelis in celo: vbi eos beatificauit: qꝛ non ex operibus iuſtitie q̄ fecimus nos: ſed ſcḋm miam ſuā ſaluos nos fecit. ad Tituꝫ iij. Jtē etiā per celū intelligit̄ Chriſtus: in quo ſolo oſtēdit̄ mīa. Per nubes intelligunt̄ apl'i: per quos veritas euangelica ꝑdicata eſt. Per montes dei intelligunt̄ martyres: ⁊ tota eccl'ia fundata in mōtibus ſanctis: in qua eſt firmitas iuſtitie euāgelice. Per abyſſuꝫ intelligit̄ infernus: in quo manifeſtātur diuina iudicia: ⁊ iudicati puniūtur. Jtē per homines intelligit̄ populus dei: cui deus dederat legē: ⁊ ſic tanq̄ hoies viuebant. Et per iumēta intelligit̄ ppl's gentilis: qui tanq̄ beſtie ſine lege viuebāt in beſtialibꝰ voluptatibꝰ. Dicit ergo Dauid. O dn̄e tanta eſt prouidentia tua circa actus humanos: ꝙ in celo eſt miſericordia tua. i. per miſericordiam tuam hominibꝰ iuſtis beatificationē in celo preparaſti: ⁊ veritas tua vſqꝫ ad nubes. i. apoſtolos deſcēdit: q̄bus pluuiā tue veritatis cōmunicaſti: qui vt nubes volantes per totū orbem pluuiaꝫ euangelice veritatis ſparſerunt. ℭ Et iuſtitia tua ſicut firma ſicut mōtes in eccl'ia. i. tua iuſtitia. i. tua lex euāgelica que dr̄ iuſtitia inquantū hoies iuſtificat: fuit in montibꝰ firma. i. in hoibꝰ fidelibus: et iudicia tua que feciſti de bonis ⁊ malis ſunt multa. i. profundiſſima ſicut abyſſus. i. ſicut oceanus. Unū ly multa pōt eſſe adiectiuum de ly iudicia: et tūc eſt ſenſus: ſunt multa in nūero ⁊ ꝓfunda: ſicut abyſſales ſunt multe ⁊ profunde. vel pōt eſſe adiectiuū de ly abyſſus: cū ſit feminini gn̄is: ⁊ tūc eſt ſenſus: ſunt tanq̄ abyſſus ꝓfundiſſima ⁊ magna. ℭ Nā iudicia dei quare quoſdam predeſtinauit: ⁊ alios nō: ⁊ quare elegit hos: ⁊ nō illos: ⁊ ſil'ia iudicia ſunt profundiſſima: ⁊ incomprehenſibilia: ſicut abyſſus oceani. Pōt etiā per abyſſum intelligi infernus: vbi eſt multitudo dānatorū: in q̄bus apparent iudicia dei. Et ſequit̄: Hoies ⁊ iumenta ſaluabis dn̄e. i. ſicut ſaluaſti in vita tpali hoies ⁊ iumenta indifferenter: qꝛ oibus prouidiſti de cibis tēporalibus: ita indifferenter ſaluaſti ſalute ſpūali de hoibus. i. iudeis: ⁊ de iumentis. i. de gentilibus: nā ex vtriſqꝫ vnā eccleſiam congregabis. Sed quare quoſdam ſaluaſti: ⁊ eis gratiam tribuiſti: ⁊ quoſdā nō: hoc quidem incōprehenſibile eſt: qꝛ iudicia tua abyſſus multa: nā eos quos ſaluaſti: ab eterno predeſtinaſti: cū nondū fuiſſent: nec aliq̄d boni feciſſent. Ergo nō ex proprijs meritis ſaluaſti: ſꝫ quēadmodū voluiſti: ⁊ ſic in eis miam tuam multiplicaſti: magis in eis q̄ in alijs: qꝛ non eſt currentis: nec volētis: ſed dei miſerentis ad Ro. ix. Ex quo ptꝫ: ꝙ iſta particula pōt exponi de diuina prouidentia: put naturaliter ⁊ tēporaliter ſe extendit ad omnia creata indifferēter: ⁊ ꝑ figurā etiā pōt exponi: put ſpecialiter ſe extendit ad actus humanos: ⁊ magis ſpecialiter ⁊ ſpūaliter: prout deus prouidit lapſui noſtro per incarnationem ⁊ redemptionem.

**Homines ⁊ iumenta ſaluabis domine: quē admodum multiplicaſti miſericordiā tuaꝫ deus.**

**Filij autem hominum: in tegmine alarum tuarum ſperabunt.**

ℭ Hoies ⁊ iumēta ſaluabis. Hic incipit forſan ſententia probationis huius q̄onis ſcꝫ ꝙ deus habet ſpecialem curam de hominibus. Unde dicit Dauid. O dn̄e licet tu indifferenter ſaluabis ⁊ ſalues hoies ⁊ iumenta: ſiue beſtias tpaliter ⁊ corporaliter: qꝛ omnibus das vitam temporaliter per cibū corporalē: tamē pro ſed filij hominū: id eſt hoies ſpecialiter ſperabunt ſub tegmine alarum tuarum: vt des ei aliam vitam ſpiritualē: ⁊ ſalues eos a peccato: quēadmodum multiplicaſti in eis miam tuam magis q̄ in iumentis: ideo vltra vitam corpalem ſperant a te aliam vitam: ⁊ ſalutem ſpiritualem: vt protegas eos in tegmine alarū tuarū in cruce: hic in eccleſia per gratiam: ⁊ in futuro per gloriam.

**Jnebriabuntur ab vbertate domus tue: ⁊ torrente voluptatis tue potabis eos.**

ℭ Quando amplexus fueris eos ſub tegmine alarum gratie tue inebriabuntur: ⁊ ſatiabuntur vbertate ⁊ abundantia ſacramentorū domus. ſ. eccl'ie tue hic per gratiam: ⁊ potabis eos de torrente voluptatis: ⁊ fruitionis: ⁊ felicitatis tue de celo ꝑ gloriam. Jtē ſatiabis eos de torrente voluptatis doctrine tue in hac eccl'ia: ⁊ de torrente viſionis clare ⁊ facialis in alia. Jtem inebriabūtur ab vbertate pretioſi ſanguinis domus: id eſt lateris tui: ⁊ vñ procedunt eccleſiaſtica ſacramenta. Nam ſicut eccleſiaſtica ſacramenta ſunt cibus anime: ita euangelica doctrina eſt potus eiuſdem: quibus correſpondent viſio ⁊ fruitio in patria. Jdeo ſubdit:

**Quoniam apud te eſt fons vite: ⁊ in lumine tuo videbimus lumen.**





ℭ O dn̄e Jeſu / tu ſatiabis ⁊ ſaluabis / et inebriabis / ⁊ potabis eos: qm̄ fons vite gratie / et glorie eſt apud te: qꝛ gratiam / ⁊ gloriaꝫ dabit dn̄s. ⁊ in lumine tuo videbimus lumen hic per gratiā: ⁊ in futuro ꝑ gloriā. ℭ Unde nota ꝙ Chriſtus q̄ eſt verbum patris ſpecialiter dicitur vita ⁊ lux. Nam inquantuꝫ deus omnia per ipſum facta ſunt ⁊ ab eo emanāt oia creata / ſicut radij ſolares a ſole. Jdeo oia habent ab eo / ⁊ in eo vitā / ⁊ eſſe / ⁊ cōſeruantur in eſſe. Jdeo ait Joan. j. Quod factū eſt in ipſo vita erat: nā intantū res ſunt / inquantum verbum influit eis vitā ⁊ eſſe: ⁊ inquātū lucet in eis ꝑ eſſentiam. Sed ſpecialiter verbū / qḋ eſt ſcientia patris lucet in angelis ⁊ hoibus ꝑ intellectū: ⁊ ſic cauſat in eis intelligentiā / q̄ lumē ſcientie naturalis. Et ideo ſubdit Joānes: ⁊ Chriſtus q̄ eſt vita oīm: erat lux hoim. Sed vltra iſtam generalē lucē: ſiue generale ⁊ naturale lumē Chriſtus incarnatus influxit aliud lumē ſupnaturale doctrine hoibus in ſua ꝑdicatione ⁊ lege euangelica. De quo Joannes ſubdit. Lux in tenebris lucet: ⁊ tenebre eā nō cōprehēderunt. Nam Chriſtus erat lux vera / que illuminat oēm hoiem venientē in hunc mundū. Et iſtud dicitur lumē fidei ⁊ gratie. De quo Eſa. lx. Ambulabunt gentes in lumine tuo. Sed loco huius luminis in patria erit lumē glorie qui eſt Chriſtus. Sed vt poſſimus videre ⁊ apprehendere illud incōprehenſibile lumen: Deus creauit in nobis / ⁊ in intellectu noſtro illud lumen: nā per lumen naturale intellectus agentis nō poſſemus intueri illud incōprehenſibile lumen obiectale. Ex quibus patet ꝙ duplex lumen influxit Chriſtus in nobis. ſ. lumen fidei: vt ip̄m deū hic cognoſcamus / ⁊ intueamur per gratiā / ⁊ in patria lumen gl'ie: vt deū contēplemur ꝑ gloriaꝫ: Jdeo Dauid de vtroqꝫ lumine dicit hic. Jn lumine tuo. ſ. infuſo ⁊ creato videbimus lumē increatū hoc per fidem / ⁊ in futuro per gloriam. quod quidem lumen nō potuiſſemus ſine Chriſto attingere. Ex quibus patet diuinam prouidentium ſe extendere non ſolū vniuerſaliter et corporaliter circa oia creata: ſed etiam ſpiritualiter ⁊ eternaliter circa actus humanos. Nam deus preparauit gratiam ⁊ gloriam pro iuſtis: et eternam penam pro malis ⁊ obſtinatis. Ex quibus patet / ꝙ Dauid nō fecit hunc pſalmū pro redacta captiuitate babylonica: nec pro ſola pſecutiōe Saulis: nec pro ſola prouidentia generali: qꝛ per talem prouidentiam non datur talis fructus ⁊ vita.

**Pretende miam tuam ſcientibꝰ te: ⁊ iuſtitiam tuam his qui recto ſunt corde.**

ℭ Jn hac tertia parte petit preſeruari ꝑ gratiam a peccato ⁊ obſtinatiōe: ⁊ a tali peſtifera opiniōe. Unde aduertendū: ꝙ cum natura noſtra ſit corrupta in Adā / nemo de per ſe ſine gratia pōt vitare malū nec facere bonū: vt frequēter dictū eſt. Et ſic ſine gratia nemo poſſet ꝑuenire ad viſionē illius eterni luminis. Sed qꝛ gratia nō dat̄ ex meritis / niſi ex ſola dei miſericordia: ideo ait Dauid in perſona totius eccleſie. O dn̄e ꝑtende miam tuā ſcientibus te. i. oibus fidelibus qui te voluerūt audire: ⁊ vt bene agerēt ⁊ bene operarent̄: dādo eis gratiā. Et ꝑtende iuſtitiā tuā his qui recto ſunt corde. i. iuſtifica eos filium tuum mittendo.

**Non veniat mihi pes ſuperbie: et manus peccatoris non moueat me.**

ℭ Et tu chriſte iuſtifica nos / ⁊ gratifica ꝑ tuā mortem ⁊ paſſionē / ⁊ cōtinue da nobis gratiā ad bonū agēdū / ⁊ malū vitandū: ⁊ fac vt per talē grām non ꝑueniat mihi pes ſupbie / que eſt pes ⁊ fundamentum / ⁊ initiū omnium aliorū peccatorū. ℭ Nota ꝙ ſuperbia dicit̄ pes ⁊ fundamentū oīm peccatorum et vitiorū. Patet: nam peccator ꝑ ſuperbiā cōtēnit deum: vt dictū eſt: ⁊ ſic incidit in omnia alia peccata. Jtem ꝑ ſupbiā incidit in auaritiā / ⁊ rapinam / et vſuram / ⁊ ſimoniā: vt ſuſtineat ſupbū ſtatū ſuum: et exinde incidit in inuidiā / et odiū fraternū qꝛ nō ſuffert priorē nec parē. Et ſic venit vſqꝫ ad cōtēptū dei ⁊ obſtinationē: nō timens eius iuſtum iudiciū. Et ſic contēnit etiā legē / ⁊ negat diuinā ꝓuidētiā. Et ſic patet ꝙ ſupbia eſt pes ⁊ initiū peccatoris / ⁊ cetera vitia ſunt manus eius. Nā ꝑ ſupbiā incidit peccator / ⁊ per alia vitia opat̄. ſ. ꝑ auaritiā / ⁊ inuidiā ad ſuſtinēdā ſupbiā. Et ideo ſupbi dicunt̄ hic pes peccatoris: ⁊ vitia cetera dicunt̄ manus. Jdeo Dauid cupiens vitare hāc peſtiferā beſtiam dicit. O dn̄e pretēde miam ⁊ gratiam: vt pes ſupbie nō veniat mihi: et manus peccatoris / que ſunt cetera vitia: nō moueat me a tuo timore / ⁊ amore / ⁊ ſtatu gratie: ⁊ eadē ratiōe ſuperbia dicitur pes et manus peccatoris: quia in ea fundatur / et per ſuperbiam male operatur. Jtem ſupbia eſt pes / ⁊ manus diaboli quo luctatur cōtra homines / ⁊ deijcit eos ad terraꝫ: ⁊ remouet eos ab amore ⁊ timore dei. Jdeo ait Dauid. Dn̄e pretende miſericordiā tuam / ꝑ gratiam preuenientē: ne pes ſuperbie et manus diaboli luctatoris / et deceptoris amoueat me a tuo timore et amore: et ne efficiar in peccato obſtinatꝰ: ſicut deiecit peccatores a ſtatu gratie / et ſicut eiecit Adam de paradiſo.

**Jbi ceciderunt qui operantur iniquitatē: expulſi ſunt nec potuerunt ſtare.**

ℭ Nam ibi in ipſa ſuperbia ceciderunt omnes q̄ operantur iniquitatē: nā oēs per ſuperbiā ceciderunt / ⁊ expulſi ſunt a gratia / nec potuerūt ſtare in ea. Nam primo demones expulſi per ſuperbiaꝫ ceciderunt de celo. Secūdo Adam ⁊ Eua per ſuperbiam ⁊ inobedientiam ceciderūt ⁊ expulſi ſunt de paradiſo terreſtri: ⁊ a ſtatu felicitatis: nec potuerūt in eo ꝑmanere. Jtē per ſuperbiā cecidit Pharao cum ſuis in mari rubro. Jtem per ſuperbiā cecidit Sēnacherib / ⁊ Nabuchodonoſor / ⁊ Holofernes. Et finaliter per ſuperbiā ⁊ inuidiā ⁊ contemptum dei / ⁊ legis ceciderunt iudei ⁊ expulſi ſunt a regno / ⁊ ſacerdotio / ⁊ a ſedibus ſuis: nec potuerūt in eis ſtare: immo vagant̄ captiui / ⁊ diſperſi ꝑ mūdum: ⁊ patiunt̄ hic penā tēporaleꝫ ⁊ in futuro eternam. Ex quibus patet ꝙ deus eſt iuſtus iudex: et prouidēs actibus humanis / tribuens premiū ⁊ felicitatē iuſtis / ⁊ penam eternā malis / ⁊ obſtinatis nō timentibus deū ⁊ bonos perſequētibus. ℭ Ex hoc pſalmo intelliguntur. viij. cōcluſiones ſiue doctrine. ℭ Prima concluſio eſt / ꝙ ſicut timor domini eſt principiuꝫ ⁊ cauſa omniū bonarū operationum: ⁊ ita per oppoſitū defectus timoris dei: ⁊ cōtēptus dei eſt cauſa ⁊ principium infelicitatis / ⁊ omnis peccati. Probatur: quia iſte iniuſtus non timuit deum: ideo ſtatuit in ſemetipſo delinquere / et peccare contra deum ⁊ proximum. ℭ Secunda.

Marginal notes:

Left margin of first column: ℞ Not. de dei prouidentia. — Iudi/cia dei abyſſꝰ.

Margin of third column: X xp̄s dr̄ lux ⁊ vita. — De pe. di. j. taciturnitas. — De con

Right margin of fourth column: ſe. di. ij. iterat̄. ⁊. xj. q. iij. ſi qs — V Superbia eſt fundamentuꝫ peccatorū. — lix. diſt. ſed officia. — X Nota.

cōcluſio/ꝙ ex contemptu dei deuenit iniuſtus ad
odiū dei ⁊ proximi/⁊ in cōteptum ⁊ odiū legis: in-
tantū ꝙ nō vult intelligere/nec audire legem dei:
ne bene agat nec operet. ¶ Tertia concluſio/ꝙ ex
defectu timoris dei iniuſtus negat diuinam ꝓui-
dentiam circa actus humanos/⁊ exinde precipita
tur in omne nephas/⁊ oia ſcelera. ¶ Quarta con-
cluſio/ꝙ ꝓuidentia dei q̄ prouenit ex eius miſeri-
cordia ⁊ bonitate/incipiens a celo/deſcendit vſq̧
ad nubes: ⁊ exinde ad mōtes vſq̧ ad abyſſos. Nā
ex ſua bonitate et largitate mouet celos/et facit
eos influere ſuper omnes creaturas: ⁊ facit nubes
pluere ſuper montes et campos ad germinandas
plantas/⁊ exinde aque deſcendūt vſq̧ ad abyſſos
maris. ¶ Quinta cōcluſio/ꝙ ſicut prouidētia dei
naturaliter ſe extēdit ſuper omnes creaturas: ita
pariter ſe extendit ſuper totā eccleſiā. Nam miſeri
cordia dei eſt in celo iuſtorum. ſ. in Chriſto/⁊ veri-
tas doctrine deſcendit de Chriſto vſq̧ ad nubes. i.
apoſtolos/⁊ ex apl'is vſq̧ ad montes. i. martyres/
⁊ doctores: ⁊ ex doctorib⁹ vſq̧ ad abyſſos/ſcilicet
ſimplices fideles. Item mia eſt in celo. i. in Chri-
ſto/⁊ veritas in nubibus. i. apl'is: ⁊ iuſtitia in mon
tibus. i. prelatis in quibus eſt eccleſiaſtica pote-
ſtas/⁊ iudicia in abyſſo inferni. ¶ Sexta cōcluſio
ꝙ licet prouidentia dei ſe extendat generaliter ad
ſalutem ⁊ conſeruationem temporalem oim ani-
maliū: q: deus prouidet tam iumentis q̄ homini-
bus de vita tpali: ⁊ ſaluat eos tēporaliter prouidē
do de cibo temporali: tū ſpecialiter prouidet ho-
minibus de cibo ⁊ vita ſpūali: quia dat hominib⁹
gratiam ad merendū/⁊ fidem ad credendū in pre-
ſenti/⁊ lumen ad credendum in futuro: Quia in lu
mine eius videbimus lumen: ⁊ potabit nos de tor
rente ſue vbertatis glorie ⁊ fruitiōis. ¶ Septima
cōcluſio/ꝙ neceſſaria eſt miſericordia ⁊ gratia dei
ad vitandū infelicitatē ⁊ omne peccatū. ¶ Octa-
ua concluſio/ꝙ ſuperbia eſt pes/⁊ fundamentum
omnium vitiorum ⁊ peccatorum: ⁊ ſic ſuperbia eſt
pes et pedes peccatoris/quibus peccator ambu-
lat/⁊ cetera vitia ſunt manus quibus operatur.
Probatur. quia ibi per ſuperbiam ceciderunt om
nes peccatores a gratia in omnia ſcelera: nec ali-
quis ſuperbus poteſt ſtare quin cadat in alia pec
cata.

Aleph. xxvij. q. ſ. ca. hi ergo.

**Noli emulari in malignantibus: neq̧ zelaueris facientes iniqui-tatem.**

**Quoniam tanq̄ fenum velociter areſcent: ⁊ quemadmodum olera herbarum cito decident.**

¶ Titulus/ipſi Dauid/ſine aliqua additiōe. Ex ti-
tulo apparet ꝙ Dauid fecit pſalmū. Unde eſt ad-
uertēdū/ꝙ multi amici Dauid videntes Abner/⁊
Doech/et multos malignos proſperari in domo
Saul: et videntes bonos a malignis deprimi: de-
ſperando de diuina prouidentia trāſibant ad par-
tes Saulis derelinquentes ipſuȝ Dauid: et ſic lau
dabant/quod ante vituperauerant/et econuerſo/
et quaſi negantes diuinam prouidentiam imita-
bātur malos/et eorum opera. Et ideo Dauid fecit
hunc pſalmum/in quo ſoluitur eorum mala opi-
nio. Et ideo dicebant aliqui/ꝙ iſte pſalmus conti-
nuatur cū precedente. Sed hoc non videtur verū:
quia Hieronymus ⁊ omnes antiqui quotant hūc
pſalmum. xxxvj. diſtinctum a precedēti. Itē quia
dauid complures pſalmos fecit de diuina proui-
dentia: vt patebit. Et ideo eſt dicendum/ꝙ Dauid
bene ſumpſit occaſionem condendi hunc pſalmū
ex cauſa ſupradicta. Sed adhuc iſte pſalmus non
caret myſterio/⁊ prophetia de Chriſto et eccleſia:
quia aliter non computaretur inter ſacras ſcriptu
ras. Sed dicūt Hebrei moderni: ꝙ etiam iſte pſal
mus eſt propheticus: q: predicit interitum ipſius
Saulis: per hoc qđ dicit: Uidi impium ſuperexal
tatum. Sed in hoc ipſimet contradicunt ſibiipſis:
nam Dauid erat ſenex qū fecit hunc pſalmum: ſed
potūc iam Saul perierat/⁊ erat quaſi in obliuio
ne: qđ ptȝ per hoc qđ dicit Iunior fui etenī ſenui.
Et ideo eſt dicendū: ꝙ Dauid conſiderans totum
diſcurſum Saulis/⁊ ſuorum ſequaciuȝ: ⁊ Abſalo-
nis/⁊ Achitofel/⁊ omniuȝ perſecutorū: quomodo
mala morte vitā finierunt cū ſatellitibus ſuis: ꝓ
pter eorū malitiam ⁊ ſuperbiam: et quomodo ipſe
Dauid fuit ſublimatus/⁊ exaltatus ꝓpter patien-
tiā in aduerſis: in illo myſterio preuidit in duplici
ſpiritu ꝓphetico ꝑſecutionē Chriſti/⁊ excidiū iu-
deorū/⁊ preuidit etiā in ſpiritu ꝑſecutionem eccle
ſie/⁊ exitū ⁊ exterminiū oim tyrannorū: ⁊ exalta-
tionem eccleſie/⁊ oim ſanctorum. Et ideo fecit hunc
pſalmum/in quo exhortat omnes iuſtos ad patiē-
tiam in aduerſis/ne diffidant de diuina ꝓuidētia
⁊ mia. Et ſic iſte pſalmus eſt ſimul propheticus et
moralis. Nam Dauid per exempla ⁊ precepta mo-
ralia intendit predicere prophetice futura myſte-
ria de Chriſto et eccleſia: prout dictum eſt in pro-
logo/tractatu tertio. regula quinta. doctrina ter-
tia. Et ideo primo exponetur moraliter ad vtilita-
tem afflictorum. Secundo breuiter exponetur ꝓ-
phetice/de punitione iudeorū: ⁊ perſecutiōe Chri-
ſti ⁊ eccleſie: ne taceatur ſacramētū in hoc pſalmo
contentum. ¶ Quantum ergo ad primam expoſi-
tionem diuiditur iſte pſalm⁹ in ſeptem partes ſe-
cundū ſeptem doctrinas in eo contentas. Nā pri-
mo Dauid exhortatur iuſtos afflictos/ad patiēter
perferendas perſecutiones malignorū. Secundo
ad perferendas eorū proſperitates. Tertio ad per
ferendam patienter paupertatem. Quarto exhor-
tatur iuſtos ad eleemoſynas faciēdas. Quinto ad
obſeruantiā diuine legis. Sexto ad ſtudiū ⁊ con-
templationem legis diuine. Septimo ad ſeruan-
dam innocentiam/⁊ manſuetudinem/⁊ iuſtitiam.
Secunda ibi. Noli emulari in eo. Tertia ibi. Me-
lius eſt modicū iuſto. Quarta ibi. Mutuabit pec-
cator. Quinta ibi. Declina a malo. Sexta ibi. Os
iuſti meditabitur. Septimum ibi. Cuſtodi innocē
tiam. ¶ Quantum ad primam doctrinam eſt ad
uertendum/quod licet Ariſtoteles in fine quarti
Ethicorum ponat inter morales virtutes indigna
tionem de malo/⁊ proſperitate malorum: tū hoc
intendit ſemper cum moderatione ⁊ medio. ſ. quā-
tum/⁊ qū/⁊ vbi oportet: quod non excedatur mo-
dus ⁊ medium virtutis. Ideo Dauid non intendit
in hoc pſalmo agere ꝯtra morales virtutes/immo
confirmat eas. Nam multi tempore ſuo videntes
malos proſperari: et bonos deprimi: diffidebāt
de diuina prouidentia/et iuſtitia/et imitabantur
malos: et deficiebāt ab omni morali virtute/⁊ le-



ge diuina. Hos ergo exhortatur/⁊ reprehendit/et
exhortatur ad fortitudinem/⁊ veritatē. Dicit ergo
Dauid. O tu vir afflicte quicunq̧ pateris iniuſte
perſecutionē a malignis: noli emulari in malignā
tibus. Nota ꝙ emulari eſt equiuocū. nam idē eſt
qđ indignari/inuidere/ſequi/imitari/aut amare.
Hic autē ponitur pro indignari. i. noli indignari/
vltra modum/perdendo fidem/⁊ deſperando de di
uina prouidentia ⁊ iuſtitia/videns malignantes
contra te preualere/⁊ cōtra alios iuſtos: neq̧ zela-
ueris. i. ne defendas facientes iniquitatem ſequen
do eos. zelare idem eſt qđ amare/inuidere/defen-
dere/conſortem in amato non pati. Eſt nihilomi-
nus bonus quidā zelus: quo q̄s ſic intenſe aliquē
amat/ꝙ ab omnibus illum cupiat amari ⁊ reuere
ri: ⁊ eſt malus zelus quo quis adeo feruide alicui
inuidet/⁊ eū odit: vt optet ab omnibus odiri ⁊ cō-
temni: ⁊ idē eſt de emulatione. Dicit igit: ne ames/
nec defendas facientes iniquitatem: quoniam li-
cet ad tempus regnent ⁊ dominent: tamen finali-
ter cadent/⁊ tanq̄ fenū ⁊ herba velociter areſcent
⁊ marceſcent/⁊ ſiccabuntur a viriditate proſperi-
tatis ⁊ poteſtatis: ⁊ areſcent/⁊ decident/⁊ deorſuȝ
cadent tanq̄ olera. ſ. ſicut caules/⁊ lactuce/et ce-
tera olera ⁊ legumina que licet in vere ſint viri-
dia: tamen in autūno ſiccantur et decidunt: Ideo
tu non deſperes nec diffidas de diuina prouidētia
⁊ iuſtitia: ſed dicas: Noli emulari in malignanti-
bus/neq̧ zelaueris facientes iniquitatem: mala
videlicet emulatione/ſeu zelo malo: ſicut nec fecit
Moyſes/q̄ q̄uis ꝓ idololatria aurei vituli de emu
latione ⁊ zelo ſucceſus multos interfecerit pro
eiſdem tamen prius deuote rogauerat dicendo Do
mine obſecro ignoſce eis/aut dele me de libro in
quo me ſcripſiſti/⁊ huic ſenſui multum alludit li-
tera ſequens. nam ſequitur.

Beth. iiij. q. i. c. imo lis. in Spe. di n. quis aliquā do. §. ñ tibi ſ. co.

**Spera in dño ⁊ fac bonitatē: ⁊ inhabita terram: ⁊ paſceris in diuitijs eius.**

**Delectare in domino: ⁊ dabit tibi petitiones cordis tui.**

**Reuela domino viam tuam ⁊ ſpera in eo: ⁊ ipſe faciet.**

**Et educet quaſi lumen iuſtitiam tuam: ⁊ iudicium tuū tanq̄ meridiem: ſubditus eſto domino ⁊ ora eum.**

¶ Spera in dño/⁊ fac bonitatem cuȝ proximo nō
offendendo deum/⁊ inhabita terram inter malos
eos patiendo ⁊ tolerando/⁊ inhabitabis terram
viuentium in patria/⁊ paſceris/⁊ ſatiaberis in di-
uitijs glorie eius in premium patientie/et dabit ti
bi dominus ibi petitiones: ⁊ deſyderiū cordis tui.
reuela ergo dño viam tuam in hac vita/nō tempo-
ralia: ſed celeſtia appetēdo: ſed ſpera in eo ponēn-
do tuā ſpem in celeſtibus: ⁊ ipſe faciet qđ deſyde-
ras: ⁊ educet clarā/quaſi lumen iuſtitiam tuam/id
eſt pro omnibus operibus tuis iuſtis gloriam da-
bit: et iudicium tuum non erit tenebroſum/ſicut
damnatorum qui iudicantur ad infernum propter
mala opera: immo erit clarū. et educet deus ipſuȝ
tanq̄ meridiem dando premium in celo: et deus
approbabit opera bona/que ſicut lucent coram ho
minibus: ita lucebunt coram deo ad premium: q:
in luce ſunt facta ⁊ in gratia: ergo ſubditus ⁊ obe-
diens eſto ſemper domino ⁊ legi ſue ⁊ ora eum: q:
nō tibi deficiet: q: licet patiaris in hac terra mor-
talium: tamen ibi in terra viuentium regnabis.

**Noli emulari in eo qui proſperatur in via ſua: in homine faciente iniuſtitias.** deleth. De pe. diſt. iij. ꝙꝙ.

¶ In hac ſecunda doctrina exhortatur iuſtos ne
indignentur contra deum de proſperitate malorū:
quia in fine deus deprimit iniuſtū: ⁊ exaltat iuſtū:
hic aut in futuro. Dicit ergo. O vir iuſte noli emu-
lari ⁊ indignari in eo qui proſperatur tam in digni
tatibus quam in temporalibus/nec in homine fa-
ciente iniuſtitias: ſed dimitte deo iniuriā. Uel ex-
ponatur: vt ſupra de mala emulatione/qua in nul-
lo emulantur etiam occidendo: nec enim Phinees
peremit fornicatorem cum madianite zelo malo in
proximum: ſed dei zelo/qui bonus ⁊ ſanctus eſt: et
propterea ſequitur/

**Deſine ab ira ⁊ derelique furorē: noli emulari vt maligneris.** He. De pe. diſt. iij. quider go.

**Quoniam qui malignantur exterminabūtur: ſuſtinentes autem dominum ipſi hereditabunt terram.**

¶ Quoniam qui malignantur exterminabuntur finali-
ter ab hoc ſeculo vitā male finiendo: ⁊ a regno ce-
lorū ad penam deſtinando. ſ. ſuſtinentes aūt dñm/
id eſt patientes: ipſi hereditabūt terram viuentiū.
Per oppoſitum peccator malignus: nam in breui
morietur in corpore ⁊ anima: ⁊ perdet iſta tēpora-
lia ⁊ futuram gloriam. Ideo ſubdit/

**Et adhuc puſillum ⁊ non erit peccator: et queres locum eius ⁊ non inuenies.** Vau. xxiij. q. i. paratus.

**Manſueti aūt hereditabunt terram: ⁊ delectabuntur in multitudine pacis.**

¶ Et adhuc puſillum ⁊ breue tēpus eſt. i. viuet bre
ui tēpore peccator/⁊ queres locū. i. proſperitatem
eius: ⁊ non inuenies: q: breuiter preteribit. Man-
ſueti autem hereditabunt terram viuentium: quia
beati mites quoniam ipſi hereditabunt terram vi-
uentium. Matth. v. Et delectabuntur in multitu-
dine ⁊ abundantia pacis/⁊ quietis perpetue: quo-
niam quieſcent iuſti ab omni labore/⁊ abſterget
deus ab eis omnem lachrymā/⁊ iam non erit am-
plius neq̧ luctus neq̧ dolor: quoniam prima abie
runt. Apoc. xxj.

**Obſeruabit peccator iuſtum: ⁊ ſtridebit ſuper eum dentibus ſuis.** Zayn. j. q. iiij. hoi.

**Dñs aūt irridebit eum: qm̄ proſpicit ꝙ veniat dies eius.**

¶ Obſeruabit peccator. i. licet peccator ⁊ malign⁹
obſeruet/⁊ temporaliter vexet ⁊ affligat iuſtum/⁊
ſtrideat dentibus ſuis. i. cum malitia ⁊ poteſtate ⁊
fauore ſuo ſeuiat in eum: tū deus licet permittat
peccatorem ad tēpus affligere iuſtum: tamen non
fauet peccatori: immo irridet eum/⁊ decipit eum:
quia expectat deus: vt veniat dies interitus eius:
vt puniat eum: quia in hoc decipiuntur peccato-
res. Nam videntes ꝙ faciendo malum/magis pro
ſperantur in hoc mundo: ideo putant deū nō cura
re de iſtis inferioribus/nec eſſe aliā vitā poſt iſtā:

⁊ non cognoſcūt qualiter deus expectet eos ad penitentiam: ⁊ theſaurizant peccata/ vſq ad diez vltionis. Et ſic patet ꝙ fortuna ꝓſpera decipit eos. Ideo ait Dauid. ꝙ deus irridet peccatorem malignum: expectando vt veniat dies interitus: et vltionis eius vt puniat eum. Unde deus neminem irridet/ nec decipit: quia ipſe peccator ſeipſum decipit: ſed deus oſtendet eum eſſe deceptum ⁊ irriſum in die interitus ⁊ vltionis eius.

Meth. xj. q. iij c. q reſiſtit.

**Gladium euaginauerunt peccatores: intēderunt arcum ſuum.**

**Ut decipiant pauperem ⁊ inopem: et trucident rectos corde.**

**Gladius eorum intret in corda ipſorum ⁊ arcus eorum confringatur.**

¶ Gladium euaginauerunt. i. licet peccatores maligni aliquando euaginauerint gladium. i. poteſtatem ſuam/ ⁊ intendant arcum ſue malitie: vt decipiant pauperem in bonis temporalibus: ⁊ inopem in amicis/ ⁊ deſertum in fauoribus: ⁊ ſimplicem ſine malitia/ ⁊ trucident ſimplices et iuſtos rectos corde: tamen gladius ipſorū malignorum intret/ id eſt intrabit in corda eorum. quaſi dicat ſicut crudeliter vexarunt/ ⁊ afflixerunt iuſtos: ita crudeliter punientur/ ⁊ eadem mēſura/ qua menſi fuerint iuſtis/ eadem metietur eis: et eodem gladio crudelitatis ⁊ tormentorum: quo percuſſerunt iuſtos: eodem gladio peribunt. Matth. vij. Et ſic arcus/ ⁊ fortitudo/ ⁊ potentia eorum confringetur/ ⁊ peribit/ ⁊ finietur/ ⁊ auferetur ab eis: vt patet de Pharaone/ ⁊ Domiciano/ ⁊ Nerone/ Attila: ⁊ Totila cuius arcum vidit frangi beatus Benedictus. Et ſic patet ꝙ finis malorum eſt infelicitas.

Teth. xij. q. j. c. clericus.

**Melius eſt modicum iuſto: ſuper diuitias peccatorum multas.**

¶ In hac tertia doctrina exhortatur iuſtuz/ ne deſperet in paupertate/ nec appetat ſuperfluitatem pecuniarum/ et bonorum temporalium: quia natura paucis contenta eſt: ſed perferat patienter

3 paupertatem. ¶ Nam vt plurimum abundantia bonorum temporalium eſt occaſio mali in prauis hominibus: vt magis poſſint exercere malitiam ſuam: vt patet in ſuperbis ⁊ luxurioſis. Et licet bona temporalia ſint bona bonis: ⁊ mala malis: tamen vt plurimum nocent propter malum vſum et peruertunt homines. Et ſic quibuſdam eſt melius ipſa non habere niſi ſolum ad victuz neceſſarium: et ſic paupertas eſt ad ſalutem iuſtorum: ⁊ diuitie ſunt ad damnationem prauorum. Et ſic pauper licet in hac vita patiatur penuriam: tamen in patria ſatiabitur. Per oppoſitum autem diues malus qui hic abundat: in alia vita eſuriet: vt patet de Lazaro paupere/ et diuite epulone. Luce. xvj. Dicit ergo: Nemo deſperet propter paupertatem: licet videat prauos bonis temporalibus abundare. Nam melius/ ⁊ tutius/ ⁊ ſalubrius eſt modicum iuſto: ſuper multas diuitias peccatorum/ id eſt magis prodeſt iuſto paupertas ꝙ̄ peccatori multitudo diuitiarum.

c. q. iiij. ſa. hoi.

**Quoniam brachia peccatorum conterentur: confirmat autem iuſtos dn̄s.**

¶ Quoniam brachia. i. diuitie et fauores tēpales q̄ ſunt brachia ⁊ vires in quibus peccatores confidebāt, conterentur ⁊ peribunt per mortem tēporalē/ aut quouis alio infortunio: vt ptz de Creſo rege Lydorum/ ⁊ de Sardanapalo/ ⁊ Dario regibꝰ aſſyrior ⁊ Perſarū/ q̄bus in vita fuit ablata ⁊ cōtrita poteſtas: ſed dn̄s cōfirmat iuſtos in illa felicitate/ quorum poteſtas ⁊ felicitas non auferetur/ ⁊ gaudiuz nemo tollet ab eis. Nam paupertas vertet in eternas diuitias/ ⁊ triſtitia eorum vertetur in gaudiū/ et gaudium eorum nemo tollet ab eis. Joan. xvj. Ex quo patet quod diuitie huius mundi ſunt trāſitorie: diuitie autem ſpirituales ſunt firme/ ⁊ ſecure/ ⁊ eterne/ ⁊ ſufficientes: quia ſatiant habentem. Pſalmo. xvj. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Et in illis diuitijs confirmabit dominus iuſtos in premium ⁊ meritum laboruz ⁊ perſecutionū/ quas paſſi ſunt a peccatoribus/ ⁊ malignis cum patientia/ ⁊ manſuetudine/ ⁊ munditia cordis.

**Nouit dn̄s dies immaculatorū: ⁊ hereditas eorū ineternū erit.**

**Non confundentur in tempore malo: et in diebus famis ſaturabuntur: q: peccatores peribunt.**

¶ Nouit dominus dies ⁊ vitam immaculatam iuſtorum: ⁊ ideo hereditas felix eorum erit ineternū quia contempſerunt tranſitoria ⁊ terrena/ ⁊ elegerūt celeſtia ⁊ eterna. Ideo bene merito in modico ſtabunt iuſti in magna conſtantia contra eos qui ſe anguſtiauerunt: et in die famis/ id eſt in tempore quo peccatores eſurient in inferno: iuſti vero ſaturabuntur in gloria: q: tunc peccatores peribunt ex fame et defectu refrigerij glorie. Unde patet quod proſperitas malorum eſt deceptoria et breuis.

**Inimici vero domini mox vt honorificati fuerint ⁊ exaltati: deficientes quēadmoduz fumus deficient.**

¶ Inimici domini ilico vt fuerint honorificati et exaltati ad dignitates/ ⁊ poteſtates deficientes deficient ⁊ cadent. Ut patet de Alexandro/ cuius regnum vix durauit annis. xij. Et de Ceſare/ qui vix imperauit. vj. annis. ⁊ de Phalare/ ⁊ Dionyſio tyranno. Ergo eſt melius modicum iuſto ſuper diuitias peccatorum multas.

**Mutuabitur peccator ⁊ non ſoluet: iuſtus autem miſeretur ⁊ tribuet.**

¶ In hac quarta doctrina exhortat̄ iuſtos ad eleemoſynas faciendas: vt pro bonis temporalibus ⁊ tranſitorijs recipiant bona celeſtia. Nam eleemoſyna non eſt niſi quedam mutuatio et cambium/ quia damus terrena parui pretij: et recipiamꝰ beatitudinem celeſtem: que eſt pretij infiniti: et ſic iuſtus dando terrena/ recipit celeſtia. Per oppoſitum peccator retinendo/ ⁊ amando terrena/ temporalia non dādo pauperibus: recipit penam eternam propter ingratitudinem. Nā nos omnes iſta temporalia a deo mutuo accipimus: vt pauperibꝰ reddamus. vnde bona temporalia ſunt tertium talentum/ quod deus hominibus ad negotiandum mutuo reliquit ad vſuram/ id eſt vt viuāt de

Lu. xvj. q. ij. nemo. Men. xxxvj. di. fratrē noſtrum.

bonis temporalibus: ſed ſoluant deo vſuram. i. q̄d ſubueniant pauperibus Chri ſti. Matthei. xxv. Et ideo auarus abſcondit talentū in terra: cum non vult dare eleemoſynam pauperibus: quia non ſoluit vſuram de bonis q̄ mutuo a deo accepit: ⁊ ideo auferetur ab eo premium illius talenti: ⁊ dabitur iuſtis: vt patet Matth. xxv. Ex quo patet ꝙ cū facimus eleemoſynam/ nihil damus de noſtro: ſed ſoluimus vſurā/ ⁊ retribuimus quod mutuo accepimꝰ. Et auarus non ſoluit: immo furto retinet ꝙ mutuo accepit: cum negat ſubuenire pauperibus qui ſunt heredes Chriſti ad vſuras. i. eleemoſynas exigendas. Unde Chriſtus in die iudicij dicet. Eſuriui ⁊ non dediſtis mihi manducare. Nā quod vni ex minimis iſtis feciſtis: mihi feciſtis. Matth. xxv. ideo dicit Dauid: Mutuabitur peccator/ id eſt mutuo a deo accipiet bona temporalia/ et non ſoluet vſuram pauperibus eleemoſynas negando/ pro quibus deus diuiti bona temporalia mutuauit. Juſtus autem miſeretur pauperibus: ⁊ retribuet que mutuo accepit: largiendo eleemoſynam. Et ſic ſatiſfaciet debito: q: eleemoſynam pauperibus dare nihil aliud eſt niſi debituz ſoluere: ⁊ cum iuſtus dat eleemoſynam: miſeretur dando pauperi: ſed retribuit deo quod mutuo accepit. Ideo ſequitur/

**Quia benedicentes ei hereditabunt terram: maledicentes autem diſperibunt.**

**Apud dominum greſſus hominis dirigetur: ⁊ viam eius volet.**

**Cum ceciderit non collidetur: quia dominus ſupponit manum ſuam.**

¶ Benedicentes deo. i. gratias agentes. i. iuſti: / q: ſunt deo grati in dandis eleemoſynis/ hereditabunt terram maledicentes autem/ ſcz peccatores ingrati diſperibunt. i. vbiq peribunt. ſ. hic ⁊ in inferno. Juſti autem per oppoſitum nam hic et in futuro premiabuntur. vnde greſſus hois iuſti/ et via/ ⁊ operatio dirigēt in bonū finē per gratiam: ⁊ deus volet viaz eius. i. acceptabit eleemoſynas/ et operationes eius ad vitam eternā. Et etiā tutabitur viā eius/ ne cadat per impatientiā in blaſphemiam/ ⁊ peccatū dū affligitur a malignis. Et ſi forſan ceciderit iuſtus in aliquod peccatū: tamē non collidetur. i. obſtinabitur in illo: q: ex merito eleemoſynarum dn̄s ſupponit manū/ ⁊ illuminat euz: vt ſurgat a peccato: quia eleemoſyne releuant hominem/ vt plurimū/ a pecato. Itē licet iuſtus ceciderit ictus/ ⁊ afflictus a malignis: tn̄ deus nō permittit eum temporaliter perire. immo manū ſupponit ſui auxilij: et releuat eum eruendo de manu impiorum: ſicut pluries releuauit Athanaſium/ ⁊ Ambroſium de perſecutione Arrianor. Et etiam ſi iuſtus ceciderit per mortē temporalē: tn̄ dominus ſupponit manū/ releuando eū ꝑ gloriam in celo. Et etiā ſi iuſtus ceciderit per pauptatē: tn̄ dn̄s releuat eū/ prouidendo ſibi de victu: q: beati miſericordes: q̄m̄ miſericordiam cōſequent̄ hic ⁊ in futuro. Quia eleemoſyne non ſolū valent ad augmētum glorie: ſed quandoq etiam ad augmētum cibi neceſſarij. Ideo ſequitur/

Men.

**Junior fui: etenim ſenui: et non vidi iuſtuz derelictum: nec ſemen eius querens panem.**

j. q. ij. c. ſacerdos.

¶ Ego Dauid fui puer/ ⁊ poſtea ſenui: ſed nūq vidi iuſtū/ ⁊ miſericordem totaliter derelictum/ nec ſemen eius querens panem mendicando. ⁊ lz hic patiantur penuriam bonorum tpalium: tamen in futuro ſaturabuntur: ⁊ ſic hic/ vel ibi habent premium. Ex hoc patet ꝙ Dauid fecit hunc pſalmum in ſenectute. Et ſequitur/

Sameth.

**Tota die miſeretur et commodat. ⁊ ſemen illius in benedictione erit.**

¶ Juſtus tota die vite ſue dando eleemoſynas miſeretur pauperibus/ et commodat: quia dando temporalia recipit ſpiritualia ⁊ eterna: ⁊ ideo ſemen et proles eius erit in benedictione/ ⁊ abundātia bonorū etiam temporalium: quia quādoq dominus non ſolum retribuit ſpiritualia ꝓ eleemoſynis: ſed etiam temporalia. Et etiam per iſ ſemen eius intelliguntur opera bona que dicuntur ſemina noſtra. ſ. ad Corinth. iij. capitulo. Quia ſeminamus ſpiritualia: vt colligamus temporalia: ⁊ ecōuerſo: quia dare eleemoſynam nihil aliud eſt niſi ſeminare temporalia: et colligere et metere ſpiritualia. ¶ Ex quo patet q̄d diuitie auarorū/ ⁊ peccatorum ſunt inutiles ⁊ ſine fructu: diuitie vero iuſtorum ſunt fructuoſe: vt patet in litera hac. Nam ſex fructus facit eleemoſyna. Primo/ quia dat hereditatem in celo. Secundo/ dirigit vitam hominis in bonum ne cadat. Tertio/ ſi ceciderit/ reducit in gratiam. Quarto/ quia non deſerit hominem in tribulationibu temporalibus/ immo liberat Quinto/ quia auget bona temporalia/ ⁊ liberat a paupertate vt plurimū. Sexto/ quia etiam proſunt filijs temporaliter eleemoſyne patris. Nam ſeptuplum augentur bona temporalia propter ſpiritualia: ⁊ non ſolum hic: ſed in futuro: nam qui ſeminat in benedictionibus: de benedictionibus et metet fructū in vitam eternam. ij. ad Corin. ix. B

**Declina a malo ⁊ fac bonum: ⁊ inhabita in ſeculum ſeculi.**

De pe. diſt. j. q̄s aliquū.

¶ In hac quinta doctrina exhortatur omnes ad obſeruandum legē diuinam/ ⁊ precepta tā affirmatiua ꝙ̄ negatiua. q̄ quidem lex nil aliud docet: niſi declinare a malo/ ⁊ facere omne bonū: q: prohibet omne vitium: ⁊ iubet oēm virtutem. Dicit ergo: declina a malo implendo omnia precepta negatiua: ⁊ fac bonum implendo affirmatiua/ ⁊ inhabita/ id eſt inhabitabis in ſeculum ſeculi/ in terra viuētiū ſupple.

vj. q. j. ſi oia.

**Quia dominus amat iudicium: ⁊ non derelinquet ſanctos ſuos: ineternum conſeruabuntur.**

¶ Dominus amat iudicium/ ſcilicet iuſtum/ quia nullum bonum irremuneratum/ ⁊ amat ſanctos ſuos qui iuſte vixerunt: ideo ineternū conſeruabūtur ipſi ſancti non derelicti ſine premio.

Ayn. ſupra xxxiij. ca.

**Iniuſti punientur: et ſemen impiorum peribit.**

**Juſti autem hereditabunt terram: ⁊ inhabitabunt in ſeculum ſeculi ſuper eam.**

¶ Iniuſti punientur/⁊ ſemen/id eſt generatio impiorū peribit: punientur equidem ſi ſunt imitatores parentum. Juſti autem hereditabunt terram iſtam per gratiam: et futuram per gloriam/⁊ inhabitabunt in ſeculum ſeculi ſuper eam fruentes illo bono eterno.

ſ.q5.ſ. ſacerdos. **Os iuſti meditabitur ſapientiam: ⁊ lingua eius loquetur iudicium.**

¶ In hac ſexta doctrina exhortat omnes ad iuge ſtudium ⁊ contemplationem legis diuine. Nā qui occupantur circa ſtudium ſacre ſcripture/primo declinant a malo dum ſunt in illa meditatione: quia anima ſatiata illo cibo ſpirituali contemnit iſta temporalia. Secundo abhorret peccatum: propter penas que leguntur in lege/⁊ punitiones malorum/⁊ ſic iuſtus vitat omne peccatum. Tertio cupit agere omne bonum: cum legit beneficia collata ſanctis viris/⁊ vniuerſaliter odit peccatum/ et amat virtutes: inquantum legendo magis deum cognoſcit. Ideo dicit. Os iuſti meditabitur ſapiētiam/id eſt intellect⁹ ⁊ memoria hominis que dicitur os anime/meditabitur/⁊ contemplabitur ſapientiam dei: que maxime in lege domini memoratur. Item os iuſti meditabitur. i. loquetur ſapiētiam legis quā meditatur intus. ⁊ eſt figura. Ideo ſequitur: Et lingua eius loquetur iudicium: id eſt quod iuſtum eſt/⁊ ſic non peccabit per linguam. Et ſimiliter lex dei erit ſemper in corde/⁊ voluntate ipſius iuſti cum propoſito adimplēdi: ⁊ ſic greſſus. i. opera eius non ſupplantabuntur de bono ad malum: nec deprehendetur. i. via et propoſitū eius non fruſtrabitur/nec deijcietur. Itē ſicut os meditatur iuſtitiam: ita lingua loquitur iudiciū: quia lingua loquitur ad extra: qđ intellectus concipit intus intelligentia ſpirituali/⁊ loquetur qđ iudicat ⁊ ſentit de lege. Ideo ſequitur.

Sadi. **Lex dei eius in corde ipſius: ⁊ non ſupplātabuntur greſſus eius.**

¶ Lex dei in corde/et propoſito/et voce ipſius ad obſeruandum: ⁊ ſic non ſupplantabuntur greſſus eius. i. vt non tranſgrediatur precepta legis operando. Nam iſte eſt fructus ſacre ſcripture: vt diligamus deum et proximum: ⁊ declinemus a malo: et faciamus bonum: et ſic greſſus iuſti nunq̄ ſupplantabuntur ad male agendum: nec mouebūtur a via iuſtitie.

xxiiij. q. iij. nō in ppetuū. de reg. iuris. ca. iiij. lib. vi. **Cōſiderat peccator iuſtum: et querit mortificare eum.**

**Dominus autem non derelinquet eum in manibus eius: nec damnabit eum cum iudicabitur illi.**

¶ Oppoſitum huius eſt ſtudium peccatoris: qui non dat operam legi. Nam ſemper cogitat ⁊ deſiderat mortificare ⁊ extinguere iuſtum. Sed tamē dominus non relinquet eum in manibus eius: nec permittet vt totaliter extinguat eum licet ad tempus affligat/nec peccator damnabit eum cum iudicabitur illi. i. ab illo. Nota quod ly iudicabitur poteſt eſſe imperſonale: ⁊ ſic poteſt eſſe duplex ſenſus primo modo ſic: peccator non damnabit/nec poterit damnare iuſtum in die iudicij: cum iudicabitur. i. fiet illi iudicium in nouiſſimo die. Secundo ſic: licet peccator cogitet/⁊ conetur mortificare iuſtum/tamē deus non damnabit eum in nouiſſimo die cum iudicabitur/⁊ fiet iudicium illi peccatori: quaſi dicat/q᷑ deus nō damnabit iuſtum: ſed peccatorem in iudicio: qđ patet de tyrannis/qui licet vexauerunt martyres quo ad corpus: tamē nō potuerunt animam extinguere/nec damnare: tamen ipſi damnabuntur in iudicio.

**Expecta dominum ⁊ cuſtodi viam eius: ⁊ exaltabit te vt hereditate capias terram: cum perierint peccatores videbis.**

¶ Hic exhortatur iuſtos ad patientiam in aduerſis: ⁊ dicit. Expecta dominum: quia impij non abibunt ſine pena/et cuſtodi viam domini: ſicut dominus precipit in lege: vt capias terram viuentium hereditate. i. pro hereditate/ſiue ad hereditatem ⁊ premium quam impij conſequi non potuerunt. Nam tu videbis cum perierint peccatores: id eſt videbis eos perire ⁊ ad penam eternam deſtinari in die iudicij. Etiam videbis eos quandoq̄ temporaliter perire. Nam

**Vidi impium ſuperexaltatum: ⁊ eleuatum ſicut cedros Libani.**

**Et tranſiui ⁊ ecce non erat: queſiui eum: ⁊ non eſt inuentus locus eius.**

¶ Ego vidi impium Saul cum ſuis ſequacibus malignis ſuperexaltatum /et in dignitate regali conſtitutum/⁊ eleuatum in ſuperbia ⁊ proſperitate ſicut cedros Libani que ſunt arbores altiſſime ⁊ in monte altiſſimo: ⁊ poſtea tranſiui per domum ſuam: et non inueni: nec erat ibi/⁊ queſiui locum eius/et dignitatem/⁊ non inueni: nec eſt inuentus locus/⁊ dignitas eius regalis: quia perierat cum ſuis in monte Gelboe: vt patet. ij. Regum primo. Et ita eſt dicēdum de Pharaone ⁊ Nabuchodonozor/⁊ Sennacherib/⁊ de omnibus qui vexarunt populum dei.

**Cuſtodi innocentiam ⁊ vide equitatē: q̄m ſunt reliquie homini pacifico.**

¶ In hac ſeptima vel octaua doctrina exhortatur iuſtos ad innocentiam/ne velint reddere malum pro malo: ſed orare pro perſequentibus: nec nocere alicui: ſed omnibus prodeſſe: quia deus eſt vltor impiorum. Dicit ergo. tu iuſte cuſtodi innocentiam nemini nocendo/⁊ vide/⁊ ſequere equitatem ⁊ iuſtitiam: quia innocētia ⁊ iuſtitia ſunt reliquie debite homini pacifico ⁊ ſimplici corde: vt mereat premium in celo.

**Iniuſti autem diſperibunt: ſimul reliquie impiorum interibunt.**

¶ Iniuſti diſperibunt/id eſt vnicuiq̄ et vbiq̄ peribunt hic/⁊ in futuro/⁊ reliquie: id eſt corpora impiorum ſimul interibūt cum anima: et ſic peribūt in corpore et anima. Et etiam reliquie/id eſt filij impiorum ſimul peribunt temporaliter cum patribus: vt patet de Sodomitis ⁊ iudeis: et etiam filij peribunt: quo ad animam ſi fuerit ſceleris parētum imitatores.

**Salus autem iuſtorum a dn̄o: ⁊ protector eorum in tempore tribulationis.**

**Et adiuuabit eos domin⁹ ⁊ liberabit eos: ⁊ eruet eos a peccatoribus: ⁊ ſaluabit eos: quia ſperauerunt in eo.**

¶ Salus autē iuſtorum/⁊ liberatio/⁊ redemptio erit a domino: q2 erit protector eorū in tēpore tribulationis: ⁊ adiuuabit eos per gratiā vt patienter tolerent perſecutiones/⁊ eruet eos a peccatoribus ne totaliter extinguāt eos/⁊ finaliter ſaluabit eos felicitatem eternam cōferendo: eo q᷑ ſperauerunt in eo omni ſpe/⁊ felicitate mundana poſtpoſita. ¶ Sed licet totus iſte pſalmus fuerit moraliter expoſit⁹ de Dauid: ⁊ pro quocūq̄ iuſto afflictoq̄ per malignos: tamen Dauid non fuit minus propheta in hoc pſalmo q̄ in alijs. Nam per ſuam perſecutionē ꝓuidit perſecutionē Chriſti et eccleſie: vt dictū eſt. Nā ſicut Saul perſecutus eſt Dauid iniuſte retribuendo mala pro bonis ex inuidia: ita populus iudeorū/qui tot bona receperat a Chriſto/ex inuidia ⁊ malitia perſequebatur Chriſtū vſq̄ ad mortem cum falſis teſtibus. Et ſic tyranni perſecuti ſunt eccleſiam. Et ſic iuſto dei iudicio Saul cum omnibus ſuis interijt in monte Gelboe: quia ſeipſum interfecit. Ita pariter illa ciuitas fuit euerſa et incenſa/et maior pars populi trucidata/⁊ perdiderunt regnum ⁊ ſacerdotium/ ſicut Saul ⁊ domus ſua perdidit regnum. Eodem modo accidit Neroni ⁊ domitiano/qui ſeipſos interfecerunt. Et ideo Dauid fecit hunc pſalmū predicendo prophetice excidium Judeorum/⁊ tyrannorum perſequentium eccleſiam. Et poteſt exponi prophetice de eis totus iſte pſalmus. Unde dicit Dauid ⁊ cetus apoſtolorum. O eccleſia Chriſti noli emulari/nec indignari in malignantibus iudeis/nec tyrannis/neq̄ zelaueris/faciētes iniquitatem. Nam licet iudei interfecerint Chriſtum: et tyrāni perſequant eccleſiam: tū vtriq̄ tanq̄ fenū velociter ⁊ in breui areſcent: ⁊ cito decident a dignitatibus ⁊ ſedibus. Spera ergo in domino. Nā adhuc puſillum: ⁊ non erit: quia poſt quadraginta annos ſubuertetur Hieruſalem: ⁊ poſtea peribūt etiam tyranni peſecutores eccleſie. Et per ſingulos verſus poterit cognoſcere fidelis lector ꝑſuppoſitis principijs ſacre ſcripture/⁊ exponere totū pſalmum de liberatione Chriſti ⁊ eccleſie/⁊ exaltatione eiuſdem propter innocentiam ⁊ patientiā: ⁊ de excidio ⁊ exterminio iudeorum propter mortem Chriſti: ⁊ de miſero exitu tyrannorum eccleſiam perſequentium: ⁊ de exaltatione etiā eccleſie de ſaluatione iuſtorum/hic per gratiam/⁊ in futuro per gloriā. Nam ad iſtum ſenſum cantat eccleſia iſtū pſalmū: q2 omnia cōtenta in hoc pſalmo/ impleta ſunt literaliter in Chriſto/⁊ eccleſia/⁊ ſynagoga/⁊ cetu tyrannorum.

Ra. iiij. ⁊ homini. ſuparia **Domine ne in furore tuo arguas me: neq̄ in ira tua corripias me.**

¶ Titulus. Pſalmus Dauid ad recordandū. ex titulo apparet q᷑ Dauid fecit hūc pſalmū. Sed de materia diſceptāt Hebrei. Nam quidā dicunt q᷑ Dauid fecit hunc pſalmū recordatus adulterium qđ cōmiſerat cū Berſabee. Cambi autem dicit q᷑ Dauid in hoc pſalmo introducit Adam hariſon/id eſt primum hominem/qui enumerat oēs miſerias ſuas que ſibi ex illo peccato prouenerunt. Sed vtriq̄ iſtorum dicunt verum in parte: ſed q2 deficiebat eis lumen fidei: ideo non potuerūt peruenire ad totā perfectionē veritatis Ideo eſt aduertendum/q᷑ ipſe Dauid in illa perſecutione filij ſui Abſalon recordatus fuit q᷑ illā perſecutionem patiebatur propter adulterium Berſabee: ſicut predixerat ſibi Nāthā: ſcilicet q᷑ filius ſurgeret de domo ſua cōtra eū: ⁊ dormiret cū vxoribus ſuis: vt patet. ij. Regum. xij. Et ideo tunc recognoſcēs hec ſibi eueniſſe ex peccato carnis/⁊ ex correptione cōcupiſcentie/quā oēs traximus ex Adā: tunc icepit deteſtari vitium/⁊ corruptionem carnis/⁊ fomitē cōcupiſcentie in ſeipſo retorquēdo peccatū in ipſum Adā: qui tranſtulit hoc vitiū in poſteros per libidinoſam generationem. Sed poſtq̄ fuit Dauid liberatus a pſecutione filij Abſalon: eo q᷑ patienter tolerat perſecutionē/⁊ frequēter meditaretur ſuꝑ ſupradicto vitio carnis cōtracto ex Adā fuit ſibi reuelatū a ſpiritu ſancto/qualiter Chriſtus nos debebat liberare a culpa ꝑdicti peccati per paſſionem ſuam/⁊ eccleſiaſtica ſacramenta ſicut impletum fuit in baptiſmo/in quo deletur nobis originale peccatū/⁊ etiam mortale ſi ineſt. Et licet nō tollat concupiſcentiam carnis vt non ſit/tamen tollit eam vt non imputetur; vt ait Auguſtinus libro de nuptijs: ⁊ tamen totaliter tolletur cōcupiſcentia/⁊ omnis corruptio cum penalitatibus in generali reſurrectione. Hoc ergo ꝓuidens Dauid in ſpiritu introducit Adam loquentem in hoc pſalmo: qui defleat caſum ⁊ culpā ſuā/et miſerias/⁊ penalitates in q̄s incidit ꝓpter peccatum inobedientie: a quibus omnibus petit per Chriſtum liberari in ſuo aduētu. ¶ Sed ad maiorem intelligentiam eſt vlterius notandum ſecundum apoſtolum prima ad corinth. xv. q᷑ Adam idē eſt quod homo: Nam quem nos hominem vocamus: Hebrei appellant Adam. Et ſic reperitur duplex Adā. Unus dicitur primus Adā/qui eſt principium carnis ⁊ omnis peccati: in quo omnes peccauimus: q2 tranſtulit peccatū ſuum/⁊ oēs penalitates per generationem libidinoſam in oēs poſteros. Et iſte fuit forma futuri ⁊ ſecūdi Adā ſcilicet Chriſti. Secundus Adam fuit Chriſtus: qui fuit figuratus per oppoſitum in illo primo. Nā ſicut ille per inobedientiā fuit expulſus a paradiſo: ⁊ incidit in omnē miſeriā: ⁊ fuit principiū omnis peccati transferēdo in omnes poſteros ꝑ libidinoſam generationē. ita Chriſtus per oppoſitum ſcilicet ꝑ obedientiam fuit principium omnis gratie: quam gratiam trāſtulit in omnes fideles/⁊ membra ſua per generationē ſpiritualem. ſ. per baptiſmum/et liberauit a predicta captiuitate ⁊ miſeria: et reduxit nos in felicitatem amiſſam in Adam. Primus ergo Adam dicitur homo vetus: q2 omnes in peccato inueterauit. Secundus dicitur Adam nouus quia omnes nos renouauit. Primus dicitur Adā de terra terrenus. Secundus dicitur de celo celeſtis. Omnes ergo fiedeles qui fuerunt inter primum Adam ⁊ ſecundum: habent duplicem reſpectum: quia participāt vtrumq̄ Adam. Nam a primo Adam traximus peccatum/⁊ fomitem cū omnibus penalitatibus: A ſecundo vero. ſ. a Chriſto traximus omnem gratiam: per quam abſoluimur ab omni culpa contracta in Adam/et perpetrate

D' Adā. ſ. hō ⁊ eſt duplex.

occaſione illius. Nā vt dictū eſt ſepius: cōcupiſcen
tia/ ⁊ fomes carnis p cōtactū cauſat culpā origi⸗
nalē in anima: ⁊ p cōſenſum cauſat peccatū morta
le involuntate: a q̄bus nō abſoluimur nec libera⸗
mur niſi p gratiā Chriſti. Et ſic oēs portamus du⸗
plicē imaginē in carne. ſ. imaginē primi Adā/ que
eſt cōcupiſcentia/ ⁊ fomes cum penalitatibus/ ⁊ in
anima culpā: ſed remota culpa anime portamus
imaginē Chriſti/ ⁊ characterē baptiſmi ⁊ cōfirma⸗
tionis. Et ideo per carnem oēs dicimur filij Adā:
⁊ facimus vnū corpus cū eo ⁊ ſumus eius mēbra.
Primus ergo Adā cū omnibus ſuis poſteris ꝙ
habent fidem Chriſti/ dicuntur vnus/ Adam myſti
cus/ et vnum corpus Chriſti in ſuo capite Adam
ſecundo liberatum ⁊ redemptū. Et iſte Adā pere⸗
grinatur exul per hunc mundū vſq; ad iudicium.
Nam primo peregrinatus eſt vſq; ad Chriſtum in
quo fuit ſaluatus: nūc aūt adhuc peregrinat vſq;
ad ſcōm aduentū: in quo ſperat glorificari. Nā pri⸗
mo expectabat Chriſtū vt redimeret: vt nunc iam
redēptus expectat ſecundū aduentū vt totaliter li
beretur a penalitatibus corporalibus. Sed conti
nue orat ⁊ petit gratiam vt preſeruetur ne incidat
in peccatū: ⁊ ſurgat a peccatis que cōmiſit. Et iſte
homo ſortit multa noia ſcōm diuerſos reſpectus.
Nā vt eſt cōgregatio fidelium dicit eccleſia Chri⸗
ſti ſiue ciuitas dei: ſed vt videt deum p fidem dici⸗
tur Iſrael: ⁊ vt ſurripuit benedictionē a ſynagoga
dicitur Jacob: ſed vt fuit vulneratus in Adā/ ⁊ pec
cauit in eo/ dicitur Adam ſauciatus. Et eſt ille ho⸗
mo qui deſcendens ab Hieruſalem in Hierico in⸗
cidit in latrones. Luc. x. Iſte ergo Adam vulnera⸗
tus/ ⁊ ſauciatus introducit in hoc pſalmo deflens
caſum ſuū/ ⁊ miſerias/ ⁊ corruptionē carnis/ quā
incurrit in Adā/ ⁊ petit liberari per Chriſtum. Et
ſic patet ꝙ dauid fecit hunc pſalmum in perſona
totius corporis myſtici prout traxit corruptionē/
⁊ miſeriam ab Adam/ quas miſerias Dauid exper
tus eſt in ipſo. Et ſic cantat eccleſia hunc pſalmū
in perſona corporis myſtici/ ſiue membrorū Chri
ſti: ideo proponitur in titulo Pſalmus Dauid ad
recordandum. Quia in hoc pſalmo iſte Adam my⸗
ſticus recordatur/ ⁊ memorat oēs miſerias: quas
Miſe⸗ contraxit ex illo peccato. Duo ergo facit. Nam pri
rie de⸗ mo recordatur ⁊ memorat/ ⁊ deflet miſerias/ et pe
flende. nas intrinſecas corporis ⁊ anime in quas incidit
Secundo penas extrinſecas. ſcʒ perſecutiones/ ⁊
afflictiones ab extraneis inimicis. ibi. Amici mei
⁊ proximi. Quantum ad primum dictū eſt pſalmo
vi. ꝙ per iram intelligit diem mortis: ⁊ per furo⸗
rem diem iudicij. Et ideo iſte Adam myſticus pe⸗
tit liberari a peccato p Chriſtū: ante ꝙ̄ veniat dies
obitus ſui/ ne moriatur impenitens/ ⁊ in ira dei/ ⁊
petit liberari ante diē iudicij ne in furore ad eter
nam penā cōdemnetur. Dicit ergo. O domine Je⸗
ſu chriſte veni ad libarandū me per mortem ⁊ paſ
ſionē ⁊ per gratiā ne moriar ſine gratia ⁊ peniten
tia: ⁊ ne arguas me in furore tuo i die iudicij: et ne
corripias me in ira tua in die obitus mei: naʒ qui
moritur in peccato: moritur in ira dei/ ⁊ ſic veni ad
liberandum me anteꝙ̄ peream.

De pe. di. v. ſ. ſ. cigca. princi. **Quoniam ſagitte tue infixe ſunt mihi: et confirmaſti ſuper me manum tuam.**

Quoniam ſagitte tue ſententie. ſ. corruptio car
nis ⁊ fomitis/ ⁊ penalitates infixe ſunt mihi/ poſt⸗
ꝙ̄ peccaui/ ⁊ tu confirmaſti manum ſententie tue
ſuper me: quando fui expoliatus et ſauciatus/ ⁊ di
xiſti maledicta terra in opere tuo. Et ideo

**Nō eſt ſanitas in carne mea a facie ire tue: non eſt pax oſſibus meis a facie peccatorum meorum.**

Non eſt nec manſit ſanitas in carne mea: qm̄ ex
quo me piceciſti a facie ire ⁊ ſentētie tue: nō eſt nec
remāſit pax in oſſibus/ ⁊ viſceribus meis a facie/ ⁊
culpa peccatorū meorū (per faciē em̄ notitia deſi⸗
gnat). i. a notitia publica peccatorum meorū: qꝛ in
corpore ⁊ anima fui vulneratus ⁊ ſauciatus. Un⸗
de ante caſum cum eram in ſtatu innocentie eraʒ
in ſumma libertate: qꝛ caro obediebat/ ⁊ libere cō
formabatur rationi abſq; contradictione: ſed ilico
poſt peccatū taliter fuit caro ⁊ ſenſualitas corru⸗
pta/ ꝙ ilico inſurrexit aduerſus animā/ ⁊ ſpiritum
vehemēti rebelliōe. Et ſic Nō eſt ſanitas in carne
mea/ nec pax in oſſibus meis: ſed ꝯtinua ⁊ grauis
pugna carnis aduerſus ſpm̄ ⁊ rationē. Et hāc pe⸗
nā incurrimus ꝑpter ſentētiā ire tue. Et nota ꝙ il
la ſentētia dicit tota cum ira aut furore. Non ꝙ in
deo ſit formaliter ira aut furor: ſed effectiue reci⸗
pit in nobis talis ſentētia ad modū ire ⁊ furoris:
vt dictū eſt pſalmo. vi. Nam quelibet humana ſen
tentia capitalis exercetur/ quaſi cū ira ⁊ furore: tū
intantū dicit fieri cū ira inquātū reus iudicat ad
mortem tanꝙ̄ inimicus regis ſiue reipublice. Sʒ
executio ſententie dicitur fieri cum furore/ qꝛ ſine
miſericordia corripitur ſiue rapitur reus p carni⸗
ficem ⁊ punitur et interficitur. Ita proprie factum
eſt in Adā: nam primo deus iudicauit ipſuʒ ad du⸗
plicem mortē ⁊ ad exiliū. Secundo precepit ange⸗
lis: vt cum furore exequerētur ſententiam dataʒ:
cum dixit. Ejicite foras q̄ ne forte comedat de ligno
vite/ ⁊ viuat ineternū. ſic raptus ⁊ correptus fuit
Adam cum furore/ ⁊ eiectus de paradiſo inexiliū:
ſcʒ in hunc vallem lachrymarum/ ⁊ ꝓtunc iā cor
poraliter incepit mori: vt ait Auguſt. i. tendere ad
mortem per ſucceſſionem dierū. quicquid enim re
tro eſt/ mors tenet: vt ait Seneca ad Lucilliū. Naʒ
licet mors ſit ſegnis: tamen ad ipſaʒ properamus
ipſi: vt ait Seneca in Hercule furorēt. Ideo dicit
hic Adā. O domine ne arguas me in furore tuo: ne
arguas me: id eſt non velis me punire ineternum
ſecundum ſententiam datam in furore tuo: ſed re⸗
duc me in gratiam tuam: neq; corripias me in ira
tua: id eſt non ineternum maneas in illa ſententia
⁊ executione: qua cum ira ⁊ furore me a facie tua
eieciſti: ⁊ ad mortē corporis ⁊ anime deſtinaſti: ſed
veni in carnem: ⁊ libera me: ⁊ redde mihi felicita⸗
tem/ ⁊ hereditatem amiſſam.

**Quoniam iniquitates mee ſupergreſſe ſunt caput meum: ⁊ ſicut onus graue grauate ſunt ſuper me.**

**Putruerūt ⁊ corrupte ſunt cicatrices mee: a facie inſipientie mee.**

Non eſt ſanitas in carne mea/ nec pax in oſſi⸗
bus meis: poſtꝙ̄ eiectus ſum a facie tua: quoniam
iniquitates mee ſupergreſſe ſunt caput meum: id
eſt animam ⁊ rationem meam obſcurarunt ⁊ per⸗
uerterunt



uerterunt. Nam ratio que dicitur caput totius ho
minis ſuperatur ⁊ trahitur a carne: ⁊ ſic peruerſa
in iudicando dicit malum bonum: ⁊ bonū malum.
Et iſte iniq̄tates grauate ſunt ſuper me ſicut onus
graue. Nam ſicut iumentum grauatū magno one⸗
re: vel pondere excedente non poteſt libere ambu⸗
lare: ita homo oneratus onere fomitis: ⁊ concupi⸗
ſcentie: ⁊ corruptionis carnis ⁊ penalitatum non
poteſt moueri ad bonum agendum: nec poteſt vi⸗
tare caſum: ſed frequenter cadit ⁊ leditur: ⁊ paruis
lapidibus peccati ſcandalizatur ⁊ labitur. Et totū
hoc traximus a primo Adam ex illo peccato: ⁊ il⸗
lud onus traximus a conceptione libidinoſa ⁊ na⸗
tiuitate. Et licet anima ſanet per gratiam Chriſti
a vulneribus ſagittarum infixarum: per baptiſ⸗
mum: ⁊ penitentiam: aut circūciſionē: ⁊ ſacrificia
ante Chriſti aduentū: tamen quia manet vitiū in
carne: ideo ex tali vitio ⁊ corruptione: ⁊ fragilitate
frequenter cado in peccatum: ⁊ ſic corrupte ſunt
cicatrices mee: ⁊ putrefacte ſunt a facie inſipiētie
mee: quia omne peccatum prouenit ex inſipientia:
inquantū ratio iudicat malum bonū ⁊ econtra: et
non reſiſtit ſenſualitati ⁊ carni: ⁊ ſic omnis pecca⸗
tor dicitur inſipiens ⁊ ignorans. Et ſic.

plir. di. ca. ſ. ſ. gibbo⸗ ſus. **Miſer factus ſum ⁊ curuat⁹ vſq; in finem: tota die contriſtatus ingrediebar.**

Miſer factus ſum: qꝛ ſeruus ⁊ captiuus pecca⸗
ti: qꝛ nō eſt maior miſeria ꝙ̄ pctō ſeruire. Ideo ſe⸗
quitur. ⁊ curuatus: ⁊ cōtriſtatus tota die ingredie
bar. nam ſicut beſtia vel homo exceſſiue oneratus
pondere corporaliter: ex nimio exceſſu incedit triſtis
⁊ curuatus non libere valens ambulare: ita pecca
tor oneratus peccatis eſt curuatus: ⁊ obliquus in
aīa ⁊ ratione: ⁊ cōſcientia nō valens reſiſtere futu⸗
ris peccatis: nec ſurgere: niſi per gratiā Chriſti re
leuetur: ⁊ erigat: ⁊ rectificetur a curuitate ratio⸗
nis ⁊ cōſcientie: ⁊ in tali ſtatu nec poteſt letari nec
gaudere: ſed triſtis ⁊ curuus incedere timendo fu⸗
turas penas propter peccata: ⁊ cōqueritur ſpecia⸗
liter de corruptione ⁊ vitio carnis dicens:

vſ. q. ij. ca. j. **Quoniā lumbi mei impleti ſunt illuſionibus: ⁊ non eſt ſanitas in carne mea.**

Lumbi mei impleti ſunt illuſionib⁹: id eſt tenta
tionibus carnalibus: quia luxuria eſt in lumbis:
vt dominus de diabolo ad Job loquitur dicens.
Uirtus eius in lumbis eius: ⁊ fortitudo illius in
E vmbilico ventris eius. Ad cuius intelligentiaʒ
Corpo⸗ eſt notandum: ꝙ licet deus creauerit animam li⸗
ris cor⸗ beram ⁊ corpus: tamen poſt peccatū aliqua pars
ruptio. corporis manſit aliquo modo diabolo ſubiecta: in⸗
quantū ſibi aliquando a deo permittitur: vt patet
Job. ſ. Quia diabolus nunꝙ̄ potuit ſupra corpus
Job: vſquequo fuit ſibi adeo permiſſum. Sed ha⸗
bebat diabolus poteſtatem ſpecialē ſupra aliquā
partem corporalem hominis: ſcilicet ſupra partes
pudēdas: hoc eſt ſupra genitalia tam viri ꝙ̄ mulie
ris: non ꝙ diabolus poſſit eos cogere ad coitū: ſed
ꝙ poteſt allicere ⁊ tētare: ⁊ ille partes magis ſunt
prone ad obediendum diabolo: ⁊ fragiles ad reſi⸗
ſtendum tētationibus: ꝙ̄ cetere partes corporis:
⁊ hoc prouenit ex peccato: ⁊ inobendientia primo⸗
rum parentum. Et ideo diabolus ſepius: ⁊ multi⸗
farie obijcit homini obiectum ad luxuriandū: non
ſolum in preſentia mulierum: ſed etiam in abſen⸗
tia: ⁊ non ſolum in vigilia: ſed etiam in ſomno et
ſomnijs. Et ſic cōtinue ducit illuſiones hominib⁹
⁊ ideo peccatum luxurie eſt generalius ceteris: ni⸗
ſi quis per ſpecialem gratiam preſeruetur. Ideo
ait: Lumbi mei: in quibus eſt principium: et radix
luxurie: impleti ſunt illuſiombus: ⁊ tentationibus
carnalibus: ⁊ ſic non eſt ſanitas in carne mea. Hoc
forſan dicit: quia tota natura intantum fuit corru⸗
pta: ꝙ nullus inuentus eſt ſine hoc vitio: niſi ſola
virgo Maria que per gratiam fuit preſeruata et
preuenta; vt ait Auguſt. eo ꝙ in ea fomes totaliter
fuit extinctus. Sed ceteri puri homines non fue⸗
runt immunes a fomite: licet quidam fuerunt li⸗
berati ab actu peccandi: ſed non a fomite ⁊ tenta⸗
tione. Nam apoſtolus: qui iam erat perfectus: ⁊ in
gratia confirmatus: tamen cōqueritur de ſtimulo
carnis ipſum colaphizante: ſed gaudet: quia data
eſt ſibi gratia Chriſti ad reſiſtendum. Ideo dicit
Adam lumbi mei: id eſt filij lumborum meorū ſunt
impleti illuſionibus luxurie ex fomite concupiſcē
tie: Et non eſt ſanitas in tota carne mea: id eſt in
omnib⁹ filijs meis naturalier generatis: niſi quis
preuentus fuerit gratia Chriſti: vt patet de virgi⸗
ne Maria. Et ideo ſubdit:

De pe. diſti. ij. ſ. oppo nitur. **Afflictus ſum ⁊ humiliatus ſum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei.**

Afflictus ſum a tali pena ⁊ corruptione: ⁊ hu⸗
miliatus: id eſt deiectus: ⁊ proſtratus ſum nimis
a libertate priori in preſentem miſeriam. Et ideo
conſyderans felicem ſtatum a quo cecidi: ⁊ miſerū
ſtatum in quem incidi: ſemper rugiebam tanꝙ̄ leo
ſiue tanꝙ̄ leena: quando rugitu vult ſuſcitare fi⸗
lios ſuos: quos mortuos peperit. Ita ego Adam
continue rugiebam dico a gemitu cordis mei cuʒ
magno dolore: ⁊ contritione propter peccatum in
ſe: ⁊ propter damnum: reminiſcendo felicem ſtatū
quem perdidi: ⁊ miſerum in quem cum tota mea
poſteritate incidi.

De pe. diſt. ſ. c. i actio⸗ ne. **Dñe ante te omne deſyderium meū: ⁊ gemitus meus a te non eſt abſconditus.**

Hic Adam petit liberari per Chriſtum: cui ante
dixerat: Domine ne in furore tuo. Ad cui⁹ intel⸗
lectum eſt aduertendum ſecundum Auguſtinū: ꝙ
iſte homo myſticus lāguidus ⁊ vulneratus fuit fi⸗ F
guratus per illum languidū: quem Chriſtus ſana⸗ Not. de
uit in probatica piſcina. Joannis. v. Nam ſicut ille langui
languidus iacebat iuxta illam piſcinam habenteʒ do in p
quinq; porticus: in quibus iacebat multitudo ma batica
gna languentium: ita anima cuiuſlibet filiorum. piſcina
Adam iacebat languida: ⁊ egrota in piſcina huius
corporis mortalis ⁊ corrupti: habentis quinq; por
ticus: id eſt ſenſus exteriores: ⁊ quinq; interiores
in quibus iacebat multitudo paſſionum ⁊ infirmi⸗
tatum: tam ſpiritualium ꝙ̄ corporalium quas tra⸗
xerat ex Adam. Ex ſic corpus noſtrum ſic corruptū
et ſauciatum nihil aliud eſt: niſi piſcina ⁊ porticus
infirmitatum et vitiorum. Sed per hoc ꝙ ille lan⸗
guidus nō potuit ſanari vſquequo venit Chriſtus
ad piſcinam: fuit figuratum ꝙ totum genus huma
num non poterat ſanari a languore peccati: niſi p
Chriſtum venientem ad piſcinam huius mundi.
Hoc ergo preuidens Dauid in ſpū in pſona totius

hois myſtici ſauciati ⁊ languidi vocat Chriſtū: vt veniat in carnē ad ſanandos languores quos ſupra memorauit. Unde dicit. O dñe Jeſu licet cum ira ⁊ furore proieceris me a facie tua in tantam miſeriam: tamen non diffido: nec deſpero de tua miſericordia: qꝛ ſemper ſpero: ꝙ tu venies in carnem ad liberandum me. Ideo omne deſyderium ⁊ ſpes mea eſt ante te: ⁊ gemitus meus a te non eſt abſcōditus: quia continue ago penitentiā de peccatis: ⁊ ſpero aduentum tuum: quia ſub hac fide Chriſti venturi intendo ſaluari cum tota mea poſteritate. Unde penitentia ipſius Adam legitur Sapientie. x. vbi dicitur. Hec illum qui primus creatus eſt homo pater orbis terrarū: eduxit a peccato ſuo. Et hoc patet ꝙ Dauid dirigit hunc pſalmum in Chriſtum qui eſt finis legis ⁊ ſaluator. Nam Dauid ſciebat ꝙ Adā ⁊ ipſe ⁊ ceteri non poterant ſaluari: nec a peccato liberi: niſi per Chriſtum: in cuius fide omnes ſaluati ſunt. Ideo dicit: Domine ante te eſt omne deſyderium meum. Quia

ti. q. i. c. nulli.

**Cor meum conturbatum eſt: dereliquit me virtus mea: et lumen oculorum meorum: ⁊ ipſum non eſt mecum.**

¶ Cor meum ⁊ ratio ⁊ tota anima cōturbata eſt: ⁊ appetitus peruerſus ex peccato: ⁊ dereliquit me virtus mea: quia ſauciatus non poſſum peccato reſiſtere: nec bonum agere. Et hoc non ſolum quo ad voluntatem: ſed etiam lumen oculorum meorū: ſcilicet intellectus: ⁊ rationis dereliquit me: ⁊ ipm lumen non eſt mecum: quia perdidi ipſum propter peccatum. ¶ Unde notandum ꝙ inter cetera: quatuor bona habuit Adam ante peccatū. Primo obedientiam liberam carnis ad animam: ⁊ ſenſualitatis ad rationem. Secundo libertatem ⁊ immunitatem ab omni pena: ⁊ miſeria corporali: quia erat immortalis: ⁊ impaſſibilis: vt ſic. Tertio ſcientiam inditam omnium rerum naturalium. Quarto obedientiam omnium animalium: et vſum omniū rerum creatarum ad vſum ſui: et amicitiam parem aliorum hominum. Sed omnia iſta perdidit ex peccato. Nam primo caro ſurrexit aduerſus animam. Secundo incidit in omnes miſerias: et penas corporales. ſ. famem: ſitim: laborem: dolorem: et mortem. Tertio incidit in ignorantiam: quia quando naſcimur: Anima noſtra eſt tanꝗ tabula raſa in qua nihil depictum eſt. iij. de anima. Quarto incidit in miſerias exteriores. ſ. in perſecutiones: vt in inuidiam: ⁊ iram aliorum hominum. De tribus primis conqueritur in tota iſta prima parte: ⁊ breuiter in hoc verſiculo: cum dicitur. Cor meum conturbatum eſt. i. appetitus peruerſus eſt in me: et virtus mea naturalis: ⁊ libertas ſanitatis mēbrorum ⁊ fortitudo dereliquit me: et lumen et virtus intellectus agentis: et ſcientia mihi indita dereliquit me: ⁊ ipſum lumen ⁊ ſcientia non eſt mecum: immo anima mea in ſui principio eſt tanꝗ tabula raſa: in qua nihil depictum eſt: et ſic non poſſum adipiſci ſcientiam naturalem: niſi per magnum ⁊ longum ſtudium: nec ſcientiam de rebus diuinis: niſi ſpeciali reuelatione.

B Quatuor bona habuit Adā ante peccatū.

vi. q. i. c. omnes ⁊ ipſa.

**Amici mei ⁊ proximi mei aduerſum me appropinquauerunt ⁊ ſteterunt**

¶ In hac ſecunda parte conquerendo recordatur ⁊ memorat quartū beneficium: qđ amiſit per peccatum: ⁊ miſerias exteriores: in quas incidit: quia incidit in iram: ⁊ odium: ⁊ perſecutionem: ⁊ inuidiam malorum. Nam ſi Adam non peccaſſet: omnes homines fuiſſent vnanimes ſine inuidia ⁊ ira: ⁊ ſine odio: ⁊ non eſſet perſecutio: nec rixa. Ideo dicit. Non ſolum perdidi bona interiora: ſed etiam exteriora: ⁊ incidi in multitudnem: ⁊ multiplicationem miſeriarum exteriorum. Nam amici mei ⁊ proximi aduerſum me appropinquauerunt: vt mihi nocerent: ⁊ lederent lingua ⁊ manu: ⁊ ſteterunt aduerſum me: ⁊ vt depredarentur ⁊ occiderent. Nam Cain motus zelo inuidie inſurrexit: ⁊ occidit Abel fratrē ſuū. Et ante diluuiū inſurrexerunt filij hominū contra filios dei. i. mundani cōtra bonos ⁊ fideles: ⁊ ciuitates diaboli contra ciuitatem dei. Quia illico diuiſus eſt mundus in duas ciuitates: dei ſcilicet ⁊ diaboli. Et ſic ſucceſſiue ſemper ciuitas diaboli perſecuta eſt ciuitatem dei. Et illico poſt diluuium Cham perſecut⁹ eſt patrē ſuū Noe: ⁊ fratrē ſuū Sem: ⁊ diuiſi ſunt tres fratres ꝑ tres ptes mūdi. Itē filij Nembroth perſecuti ſunt Abraham: et Iſmael perſecutus eſt Iſaac: ⁊ Eſau Jacob: ⁊ vniuerſaliter filij carnis perſecuti ſunt filios ꝓmiſſionis. Et Pharao cum Egyptijs perſecuti ſunt: ⁊ oppreſſerunt filios Iſrael: ⁊ vniuerſaliter populus gentilis populum dei ⁊ eccleſiā Chriſti. Et ſic vſqꝫ ad conſummationem ſeculi ſemꝑ ciuitas diaboli terrena perſequitur ciuitatem dei ⁊ eccleſiā. quod totum prouenit ex peccato primorum parentum. ⁊ hoc eſt quod dicit: ⁊ conqueritur hic Adam. Nam oēs amici mei ⁊ proximi ⁊ fratres: quia omnes ſumus filij vnius dei per creationem: ⁊ vnius primi hominis per generationem naturalem: ⁊ ſic deberemus eſſe concordes ⁊ vnanimes: ſed omnes qui diuiſi ſunt a ciuitate dei: ⁊ ſunt in ciuitate terrena appropinquauerunt aduerſum me: ⁊ ſteterunt cōtra me: vt me lederēt ⁊ depredarenť: ⁊ opprimerēt: et occiderent: vt patet de Cain: ⁊ Cham: de Chaldeis: de Iſmael: ⁊ de Eſau: ⁊ Pharaone: et Moabitis ⁊ de Amonitis: ⁊ tyrannis contra eccleſiā. Ideo ſubdit.

**Et qui iuxta me erant delonge ſteterunt: et vim faciebant qui querebant animam meam.**

¶ Qui iuxta me erant per coniunctionem: ⁊ cōſanguinitatem carnis: de longe ſteterunt: religione fidei: quia relicto deo creatore: declinauerunt ad idola que non ſunt dij: ſed creature: ⁊ lapides: et ligna. Et ſic inſurrexerunt contra me: ⁊ vim faciebant: ⁊ violenter querebant animam meam: ⁊ vitam meam delere ab hoc mundo.

**Et qui inquirebant mala mihi locuti ſunt vanitates: ⁊ dolos tota die meditabantur.**

¶ Querebant mala mihi. ſ. pagani: ⁊ infideles locuti ſunt vanitates: ⁊ meditabantur dolos contra me tota die. Quia ſemper infideles machinabantur contra populum dei tam ante aduentum Chriſti quā poſt.

**Ego autem tanꝗ ſurdus non audiebam: ⁊ ſicut mutus non aperiens os ſuum.**

¶ Ego autem: dicit eccleſia: non audiebam tanꝗ ſurdus. i. ſemper patienter ferens perſecutiones tyrannorum non reſpondebam ad maledicta eorum ⁊ eram ſicut mutus non aperiens os ſuum: vt cantat eccleſia de martyribus. Ceduntur gladijs more bidentiū Non murmur reſonat: non querimonia Sed corde tacito mens bene cōſcia Conſeruat patientiam. Et ideo ſequitur.

**Et factus ſum ſicut homo non audiens: et non habens in ore ſuo redargutiones.**

**Quoniam in te domine ſperaui tu exaudies me domine deus meus.**

¶ Quia non expectabam auxiliū hominū: ſed tuū tātum: Quoniā in te ſperaui. ¶ Et ſic poteſt tota iſta ſecūda ps exponi in perſona eccleſie q̄ cōqueritur de ſuis perſecutoribus. Sed forſan meli⁹ eſt ꝙ in toto iſto pſalmo loquať Chriſt⁹ qui eſt ſecundus Adā. Nā dictū eſt ſepius ꝙ Chriſt⁹ tm̄ traxit ⁊ ſpōte aſſumpſit penalitates ⁊ culpā a p̄mo Adā: eo ꝙ Chriſt⁹ erat paſſur⁹ penā pro culpa ipſi⁹ primi Adā ⁊ ſuorū. Sed poſtea Chriſt⁹ vniuit ſibi primū Adā cum ſuis in vnitate myſtica ꝑ fidem. Sed quia tanta eſt iſta vnitas inter caput ⁊ ſuū corpus myſticū ꝙ cōicāt idiomata: vt dictū eſt: ideo Chriſtus caput ſepe loquiť in perſona mēbrorum: ⁊ peccata eorum dicit eſſe ſua poſtꝗ pro eis patiť ⁊ ſoluit. Et ideo Chriſt⁹ duo facit in hoc pſalmo. Nam primo loquiť ī perſona primi Adā ⁊ ſuorū: quod dicitur corpus myſticū Chriſti: ⁊ deflet peccata et penalitates quas traxit ex pctō. Secūdo Chriſt⁹ in perſona ſuiipſius deflet ⁊ memorat penas et afflictiones quas paſſus eſt pro pctō primi Adam et totius corporis myſtici. ibi. Amici mei ⁊ proximi. ¶ Quantū ad primū dicit Chriſt⁹ ad patrē. O dñe pater ne arguas me. i. mēbra mea in tuo furore id eſt ſecūdū ſentētiam datā in tuo furore: qñ eiecisti Adā de paradiſo terreſtri. Neqꝫ corripias me incternū pro illo peccato mēbra mea puniendo. Quoniā ſagitte ſententie tue infixe ſunt mihi. Et ſic exponatur prima pars ꝙ Chriſtus loquiť in perſona primi Adā cū tota ſua poſteritate fideli: quod dicit corp⁹ myſticū ſicut ſupra expoſitū eſt: nihil mutando niſi perſonam Chriſti inquantum loquitur pro ſuo corpore. ¶ Amici mei. In hac ſecunda parte poſtꝗ Chriſtus defleuit ⁊ memorauit peccatum ⁊ corruptionē ⁊ fomitē quem incurrit Adā ex inobedientia: nunc loquiť in pſona ſui ⁊ deflet et memorat penas ⁊ perſecutiones quas paſſus eſt pro peccatis membrorū ⁊ primi Adam. Unde duo facit. Nā primo facit qđ dictū eſt. Secundo petit liberari. ibi. Ne derelinquas me. Dicit ergo Chriſt⁹ Amici mei iudei: quibus tot bona operatus ſum et feci filios eorū ſanādo ⁊ ſuſcitando a mortuis ⁊ proximi mei de tribu Juda aduerſum me appropinquauerunt necem meam perpetrando: ⁊ ſteterunt id ē inſtāter aduerſati ſunt: ⁊ qui ante erant iuxta me amicitiam ſimulando: poſtea tēpore paſſionis a longe ſteterunt: quia auxiliū negauerūt: immo ſe inimicos oſtenderunt. Et ipſi qui querebant aīam meam: faciebant vim. i. ad poſſe laborabant aīam id eſt vitā meā auferre. Et etiā apoſtoli qui erant iuxta me ⁊ in ſocietate mea tunc tempore captionis ſteterunt longe a me quia me relicto omnes fugerunt. et ſic iudei ⁊ miniſtri qui querebant animam meam ⁊ vitam meā perdere faciebant vim: qñ ligauerunt me ⁊ violenter me trahebāt. Et ipſi inquirentes mala mihi locuti ſunt vanitates et falſa teſtimonia contra me in domo Anne et Caiphe ⁊ Pylati: ⁊ ſic tota die meditabātur dolos et fraudes contra me accuſando coram Pilato. Ego autem dum mihi conuicia ⁊ falſa teſtimonia improperauerūt. tanꝗ ſurdus non audiebā: id eſt ac ſi eſſem ſurdus non reſpondebam: ⁊ erā ſicut mutus non aperiens os ſuum: ⁊ factus ſū tacens: ſicut homo non audiens: ⁊ non habēs in ore ſuo redargutiones nec reſponſiones ad ſatiſfaciendum iniurijs ⁊ falſis accuſationibus: intantum vt vehementer miraretur preſes. ¶ Quoniā in te domine ſperaui. Hic reddit Chriſtus cauſam quare ita patienter ſuſtinuit illa conuicia: ⁊ dicit ꝙ non pro ſe ſed pro membris patiebať. Ideo tripliciter cauſa patienter paſſus eſt. Primo vt pro peccato ſuperbie ⁊ inobedientie ipſius Adam ſatiſfaceret. Secundo vt eſſet exemplum martyribus ⁊ fidelibus in futurum: vt patienter tolerarēt perſecutiones. Tertio quia propter patientiam ⁊ humilitatem ſe ſperabat reſurrecturū in capite ⁊ membris. Ideo dicit Quoniam in te dñe ſperaui in tota illa perſecutione: ideo tu exaudies me domine deus meus me reſuſcitando ⁊ membra mea tibi reconciliando Et hec eſt prima ⁊ ſecunda cauſa quare tacui: ⁊ patienter tuli. Tertia eſt.

pſs deflet penas pctōꝝ.

**Quia dixi nequando ſupergaudeant mihi inimici mei: ⁊ dum cōmouētūr pedes mei ſuper me magna locuti ſunt.** xxiij. q. i. ſ. circa mediū

¶ Quia dixi: hic volo pati: nequando inimici mei gaudeant immo triſtentur de mea reſurrectione: et dum pedes mei. i. Apoſtoli et martyres: et vniuerſaliter omnia membra mea commouentur ⁊ affliguntur: magna locuti ſunt ſuper me: id eſt locuti fuerunt tyranni ſuper me: ⁊ tunc ipſa membra mea ferant patienter exemplo mei.

**Quoniam ego in flagella paratus ſum: et dolor meus in conſpectu meo ſemper.** xxiiij. q. iij. ca. qđ xp̄s.

¶ Quoniam: id eſt propter cauſas ſupradictas ego ſum paratus tota die in flagella toleranda ꝓ membris meis: ⁊ dolor meus eſt ſemper paratus in conſpectu meo pro eis id eſt ſemper propono pro eis pati. Et ideo in perſona mēbrorum ſubdit. de pe. di. i. q̄ ſ. p totum.

**Quoniam iniquitatem meam annūciabo: ⁊ cogitabo pro peccato meo**

¶ Quoniā iniquitatē meam: ſcilicet mēbroꝝ meorum annūciabo: ⁊ confitebor in cruce et cogitabo patri pro peccato meo. ſ. membrorum. vi. q. i. c. deſcire.

**Inimici autem mei viuūt et confirmati ſūt ſuper me: ⁊ multiplicati ſunt qui oderunt me inique.**

**Qui retribuunt mala ꝓ bonis detrahebāt mihi: quoniam ſequebar bonitatem.** vi. q. i. c. ſunt plurimi.

¶ Hic reddit cauſam quare moti ſunt iudei ad perſequendum Chriſtum: ⁊ dicit ꝙ tota cauſa fuit: qꝛ predicabat ⁊ ſequebatur iuſtitiam ⁊ virtutes opere et doctrina. Dicit ergo: autem pro ſed / inimici mei iudei viuunt / et proſperabuntur / et confirmati. i. roborati ⁊ fortificati ſunt ſuper me: ⁊ multiplicati

ſunt inique/qui oderunt me retribuētes mihi mala pro bonis:id eſt illi quibus impēderā multa beneficia filios eorum ſanando. Et iſti tanꝙ ingrati detrahebant mihi/et accuſabāt corā Pilato. Et totum hoc fecerunt: Quō ſequebar bonitatem. Primo faciēdo: Scdō docēdo: qꝛ in predicationibus meis improperabam eis peccata legis/⁊ predicabam contra eorum auaritias/⁊ ſuperbiam/⁊ ſimoniam/⁊ cetera vitia:⁊ quia eram diſſimilis operibus eorum.

xxiij. q. j. c. paratus.

**Ne derelinquas me domine deus meus ne diſceſſeris a me.**

¶ Ne derelinquas. Hic petit liberari per reſurrectionē in capite/⁊ mēbris. Dicit ergo Chriſtus. O domine deus pater ne derelinquas me diu in poſſe iudeorū/⁊ ne diſceſſeris a me. Sed

j. q. iij. c. ira ⁊ xxxiij. q. j. paratus.

**Intende in adiutorium meum: domine deus ſalutis mee.**

¶ O domine deus ſalutis mee intende in adiutorium meum/me tertia die reſuſcitando: vt poſſim mea membra tibi reconciliare:⁊ per meam reſurrectionem eos ab vtraqꝫ morte reſuſcitare. Item iſta vltima particula poteſt eſſe vox prophete ad Chriſtum dicens. O Chriſte dñe deus et ſaluator accelera aduentum tuum/⁊ ne me derelinquas in poteſtate diaboli/⁊ in hac miſeria. Sed tu qui es deus ſalutis mee:quia es vere ſaluator:ideo vocaris Jeſus:intende ergo in adiutorium meum/⁊ redēptionem meā per paſſionē. Iſte pſalmus eſt tertius in ordine pſalmorum penitentialiū. Ideo vltra ſenſum myſticum poteſt exponi moraliter in perſona cuiuſlibet penitentis. Et ſic recitat ipſū eccleſia in diebus ferialibus in perſona cetus penitentium. Unde conqueritur eccleſia de diabolo et membris eius:eo ꝙ vexat fideles varijs tentationibus:⁊ conſequenter de incommodis que accidunt peccatoribus ex pctō. Dicit ergo. O dñe Jeſu Chriſte ne arguas me in furore tuo. i. da mihi veniam:⁊ ne reſerues vindictā ⁊ penā in die furoris tui. i. vſqꝫ ad obitū meū:vel vſqꝫ ad diem iudicij:ſicut dictū eſt pſal. vj. Quō ſagitte ſententie tue infixe ſunt mihi. Et ſic deflet incommoda intrinſeca ⁊ extrinſeca que eueniūt peccatoribus ex peccato.

xx. q. j. vos autem.

**Dixi cuſtodiam vias meas: vt nō delinquā in lingua mea**

¶ Titulus/Ad victoriā/ſiue in finem. ipſi Iditum pſalmus Dauid. Hiero. vero Uictori Iditum canticū Dauid. Ex titulo apparet ꝙ Dauid fecit hunc pſal. ⁊ tradidit ipſum cantādū choro ipſius Iditum cū toto conatu vocū. Ex hoc titulo apparet etiā/ꝙ qñ in titulis ponitur filijs Chore/vel Aſaph/aut Ethan non memorant tanꝙ factores pſalmorū:ſed tanꝙ cantores:ſicut per hoc ꝙ dicit ipſi Iditū pſalm⁹ Dauid. Et hoc idem dicit Ambro. in principio libri de officijs:qui adducit hūc pſalmū tanꝙ proemiū: ⁊ dicit ꝙ Dauid fecit hunc pſalmū/et dedit ipſum cantandum ſancto Iditum. Sed de materia huius pſalmi eſt varius modus loquendi. Primo apud Hebreos/⁊ apud latinos. Nam Ra. Salo. dicit ꝙ Dauid fecit hunc pſalmum preuidens preſſurā populi dei in captiuitate babylonica. Unde in perſona populi oppreſſi ait. Ego populus dei vexatus in illa captiuitate dixi. i. propoſui cuſtodire vias meas:vt non delinquerē nec peccarem murmurādo in lingua mea:ſed patienter ferrē opprobria/et vexationem:poſt puniuit me dñs propter peccata mea. Et ſic expoſuit totū pſalmū de illo pplo deſperanti cū patientia exire ab illa captiuitate. Sed in veritate licet aliqua pars lr̄e poſſit applicari illi intentioni:tñ multa ſunt in hoc pſal. que videnť deuiare/⁊ extorte applicari. Ideo qdā latinorū expoſuit lr̄aliter de Dauid cū fugeret a facie Abſalō per iugū mōtis oliuarū:⁊ Semei ꝓijceret cōtra eū terram ⁊ lapides dicēs. Egredere egredere vir ſanguinis. Sed cū Abiſai vellet deſcēdere:vt interficeret Semei/ꝓhibuit Dauid dicēs. Dimitte eū vt maledicat. Dñs eñ ꝑcepit:vt maledicat Dauid. ij. Reg. xvj. Et quib⁹ ptꝫ ꝙ Dauid patiēter tulit hāc perſecutionē/nec peccauit peccato lingue murmurādo:immo oīa imputauit pctō ſuo. Et ſic fecit hūc pſalmū memorans/qualiter patienter tulit hanc perſecutionē abſqꝫ pctō lingue ſeu murmuratiōis. Sed lꝫ in veritate magis ⁊ cōuenictius poſſet hec litera applicari prefate hiſtorie:⁊ forſan illud myſteriū fuit cā mouēs/quare fecit hunc pſal. tamen nō fuit cauſa preciſa ⁊ finalis:nec eſt ſiſtēdū in lr̄a cū in hoc pſal. nō fuerit minus ꝓpheta ⁊ inſpirat⁹ ꝙ in ceteris:⁊ maxime qꝛ aliqua ponuntur in hoc pſalmo qui vidētur extranea ab illa hiſtoria:ſicut eſt illud. Uerūtamē vanitas oīs homo viuens. Et ideo eſt dicendū/ꝙ Dauid per eiectionē a regno/⁊ per rebellionē filij/⁊ ppl'i ꝓpter peccatum cōmiſſum/vidit in ſpū totū myſteriū peccati primoꝝ parentū/qui ꝓpter inobedientiā/⁊ ingratitudinē fuerunt eiecti a paradiſo/⁊ perdiderunt felicitatē:immo omnia fuerūt eis rebellia. Nā pars ſenſitiua/⁊ caro inſurrexit cōtra ſpm̄. Et elemēta/⁊ beſtie inſurrexerūt cōtra eos. Et ſic Adā qui erat rex ⁊ dñs in illa ciuitate/eiectus eſt:⁊ factus eſt peregrinus cū ſua poſteritate in hac valle lachrymarū. Itē ſicut ppl's regni Dauid fuit diuiſus in duas partes. Nā quidā adheſerūt ipſi Dauid:⁊ peregrinati ſunt cū eo. Alia pars adheſit ipſi Abſalon/⁊ perſequebatur ipſum Dauid. Sed finaliter Dauid patiēter ferēdo illā perſecutionē preualuit cōtra Abſalō et ſuos. Et ſic Dauid per ſuā hūilitatē ⁊ patiētiā meruit reduci/⁊ recuperare regnū extincto Abſalōe/⁊ confuſo cū ſuis ſequacibus. Ita pariter/vt ait Augu. xv. de ciuitate dei/Filij Adam poſtꝙ eiecti ſunt a paradiſo/diuiſi ſunt in duas ciuitates. ſ. terrenā ⁊ celeſtē/ſiue ſpūalē:ſiue in duos ꝑplos:quoꝝ vn⁹ dr̄ terren⁹ ponens ſuā ſpem i hoc ſeculo. Et alter dr̄ ſpūalis ponēs ſuā ſpem in Chriſto expectās p ipm̄ liberari/⁊ ad ciuitatē de qua eiectus eſt reuocari. Ille populus incepit a Cain. Iſte vero ab Abel iuſto. ille populus pertinet ad hanc terrenā ciuitatem in qua ponit ſuam ſpem. Iſte vero pertinet ad ciuitateꝫ ſupernam ad quā tendit. Idō dicit peregrin⁹/⁊ nō ciuis in hac terrena ciuitate. Unde dicit Aug. ꝙ duo amores diuiſerūt has duas ciuitates. ſ. terrenā amor ſui vſqꝫ ad ptēptū dei/celeſtē aūt amor dei vſqꝫ ad cōtēptū ſui. Et idō illa i ſe:iſta in dño gl'iaſ. Et idō illa q̄rit ab hoib⁹ gl'iari ⁊ exaltari. Iſta aūt dicit dño ſuo:tu es gl'ia mea:tu exaltās caput meū ⁊c. Et idō ſemꝑ illa ciuitas terrena queſiuit ꝓſperitatē in hac vita. Iſta aūt noluit habere hic manētē ciuitatē:ſed futuram expectauit.

Dauid fugiens Abſalon.

Nota quō hic peregrinus ſignificatur.

Nota de duobus ciuitatibus.

J Peregrino duo neceſſaria.



Et ſic legitur ꝙ Cain edificauit ciuitatē:quaſi intendēs in hoc mundo permanere. Sed Abel nō legitur edificaſſe ciuitatē. qꝛ nō intendebat in hoc ſeculo permanere:ſed ad ciuitatē celeſtē peregrinari. Et ſic oēs carnales ⁊ terreni dicuntur ſucceſſores Cain/⁊ pertinent ad ciuitatem terrenā:ſꝫ oēs ſpūales dicuntur ſucceſſores Abel ⁊ peregrini/eo ꝙ poſuerunt ſpem in Chriſto futuro. Et ſic vſqꝫ ad Chriſtū per fidē/ſpē/⁊ charitatē peregrinati ſunt patiēdo perſecutiōes:⁊ vexationes a ciuibus ciuitatis terrene:ſed finaliter ſunt per Chriſtū liberati/⁊ ad ciuitatē celeſtē reuocati. Filij autē terrene ciuitatis licet partim perierunt in primo aduētu Chriſti:tñ in finali iudicio totaliter peribunt:cum diabolo capite ſuo:ſicut perijt Abſalon cum ſuis. Hoc ergo ꝓuidēs Dauid in ſpū fecit hūc pſalmuꝫ. Cōſiderat ergo Dauid totū populū dei tanꝙ vnuꝫ corpus myſticū Chriſti/⁊ vnum peregrinū/qui ab Adā:⁊ Abel peregrinaſ ꝑ fidem/⁊ ſpē vſqꝫ ad Chriſtū:et exinde vſqꝫ ad iudiciū:vt recuperet ꝑ fidē ⁊ humilitatē ciuitatē/quā ꝑdiderat ꝑ ſupbiā:⁊ tendit primo in Chriſtū:vt dirigat ipſum in illaꝫ ciuitatē. Sed in peregrinatione ſemꝑ patiſ/⁊ paſſus eſt/⁊ impugnatus a diabolo ⁊ membris:quoꝝ perſecutionē cū ſilētio ⁊ patiētia paſſus eſt/per quaꝫ patientiā efficiſ mēbrū Chriſti:⁊ ſic mereſ veniā. Et iſtū peregrinū introducit Dauid loquentem in hoc pſalmo. Et ideo in titulo diciſ ad victoriam/ſiue in finē ipſi Iditū pſal. Dauid. qꝛ Iditū interpretaſ trāſiliēs eos. Nā peregrinus trāſit alios/⁊ relinquit poſt ſe:⁊ ipſe aſſequiſ terminum. Ita ppl's fidelis/qꝛ nō māſit in hac terrena ciuitate/nec ponit ſpem in ea:⁊ reliquit hoies terrenos/⁊ ſaltat in patriā/ꝓteriēs eos in miſeria mūdana/⁊ ipē tranſilit ad felicitatē eternā. Et ſic diciſ trāſiliēs eos. Et ideo in titulo addiſ ad victoriam:qꝛ trāſiliens alios vincit/⁊ conſequitur brauiū. vel dr̄ in finem qꝛ dirigiſ in Chriſtū. ¶ Iſte ergo trāſiliēs ⁊ peregrinus introduct⁹ ad loquendū quinqꝫ facit. Nam primo deflet perſecutiones/⁊ penas ſibi inflictas ex pctō/quas cū patiētia/⁊ ſine murmuratione ſe dicit pati. Scdō petit aduentū Chriſti accelerari: vt imponat finē ſue peregrinatiōi. Tertio gaudet ſe viciſſe terrenos/⁊ poſuiſſe ſpem ⁊ finem in Chriſto. Quarto cōfiteſ ſe iuſte penas pati ex peccato ſuo. Quinto petit agere pniam ⁊ ſibi remitti culpā in hac vita. Scdm̄ ibi. Locutus ſum i lingua mea. Tertiū ibi. Uerūtamē vniuerſa vanitas. Quartū ibi: Obmutui ⁊ nō aperui. Quintū ibi. Exaudi domine. Uel pōt dici/ꝙ duo iſte peregrinus generaliter facit. Nā primo narrat ſuā patiētiā cū ſilētio in perſecutionib⁹. Scdō inuocat ⁊ petit aduentū Chriſti accelerari:vt liberet eū. ibi. Locut⁹ ſum in lingua. ¶ Quantū ad primū eſt notandū/ꝙ inter ceteras cōditiones hoim/due ſunt maxime neceſſarie ipſi peregrino. ſ. humilitas ⁊ patiētia. Et ratio eſt. Nā qñ peregrin⁹ ꝑegrinaſ inter gētes habētes extraneos ⁊ prauos mores:ſemꝑ vexaſ ⁊ ſepe patiſ opprobria ⁊ iniurias/q̄b⁹ ſi vellet ſatiſfacere ꝑ linguā/aut ꝑ opa deficeret in via:⁊ non ꝑficeret ſuā ꝑegrinationē:ergo oportet ꝙ patienter ferat cū hūilitate. Ita pariter ppl's fideliū/q̄ peregrinat⁹ eſt a principio mūdi inter terrenos/⁊ mūdanos/⁊ infideles diſpares i cultu/⁊ morib⁹/ſemꝑ fuit ⁊ erit ipugnatus/⁊ vexatus ab eis/⁊ hoc ꝓpter cultū vnius dei in vtroqꝫ teſtamēto cōtentū: ⁊ ꝓpter diuerſitatē moꝝ/⁊ modi viuendi: Nam primo Abel occiſus eſt a Cain ex inuidia:⁊ Noe irriſus a filio ſuo Chā:⁊ Abrahā vexat⁹ a Chaldeis:et Iſaac ab Iſmael:et ⁊ Jacob ab Eſau:et Iſrael ab Egyptijs. Et idō oportuit iſtū peregrinū cū humilitate trāſiſſe/aliter nō meruiſſet:ſꝫ qꝛ poſuerat ſpē ſuā in Chriſto:idō meruit ad ipm̄ ꝑuenire cū hūilitate ⁊ patiētia. Dicit ergo iſte trāſiliēs ſiue ꝑegrinus. Ego dixi cū deliberatiōe/⁊ hūilitate/⁊ patientia/cuſtodiā vias meas/id eſt ego deliberaui taliter cuſtodire vias meas/in oibus meis peregrinationibus iter amatores hui⁹ mūdi ⁊ ciues hui⁹ terrene ciuitatis:vt nō deliquā i lingua mea ꝯtra deū murmurādo/nec cōtra ꝑſecutores maledicēdo:immo ſtatui tacere in oibus perſecutionibus.

**Poſui ori meo cuſtodiam: cum conſiſteret peccator aduerſum me.** v. q. v. quō. iiij. c. in loco.

¶ Poſui cuſtodiā ori meo/⁊ linguā cōpeſcui/⁊ obſtruxi ora/cū peccator. ſ. diabolus cū mēbris ſuis/et tot⁹ ppl's infidelis conſiſteret. i. ſimul ſtaret aduerſum me vexando/⁊ affligēdo. Nam ego tacui et poſui ori meo cuſtodiā in occiſione ipſius Abel/ſiue qñ fui occiſus in Abel:⁊ irriſus in Noe/⁊ vexatus in Abraham/Iſaac/⁊ Jacob. Item

xliiij. diſ. c. j. §. j.

**Obmutui ⁊ humiliatus ſum ⁊ ſilui a bonis: ⁊ dolor meus renouatus eſt.**

¶ Obmutui ⁊ ſilui a bonis in oib⁹ iſtis ꝑſecutionibus. Uñ nota/ꝙ iſtud ſilere a bonis pōt dupliciter intelligi. Uno mō ꝙ dicat iſte peregrin⁹. Non ſolū ſilui ⁊ tacui a malis ꝑſecutores nō maledicendo/⁊ cū ſupbia eis rñdēdo:ſed etiam ſilui a bonis/per bona verba legis eos exhortando. q. d. nec reſpondebam eis bonū nec malū. ſed patienter ⁊ cū ſilentio tolerabam iniurias:⁊ ſic dolor me⁹ renouatus eſt. i. creſcebat in me. Secundo f. q. v. c multe ſunt.

**Concaluit cor meum intra me: ⁊ in meditatione mea exardeſcet ignis.**

¶ Cōcaluit cor meū intra me irā cōprimendo/⁊ in tali meditatione exardeſcebat ignis doloris ſiue charitatis:quia cū charitate ꝑferebā. Aliter pōt intelligi ⁊ forſan melius. Nam vt ait Augu. j. de ci. dei. ca. viij. ꝑſecutiones/⁊ flagella tēporalia ſunt bonis bona/⁊ malis mala. Nā vna ⁊ eadē infirmitas/⁊ aduerſitas operatur diuerſa in bonis ⁊ malis. Nam malus blaſphemat cōtra deū/⁊ hoies in aduerſitatibus:⁊ iuſtus laudat deū ⁊ fert cum patientia. ⁊ talia flagella ſunt bonis ad meritū:⁊ malis ad mortē ⁊ dānationē. ¶ Et ideo perſecutiones fuerūt bone/⁊ vtiles ſanctis patrib⁹/⁊ toti pplo dei:qꝛ in eis laudabāt deū/⁊ ſilebāt nō referendo malū pro malo ſuis perſecutoribus. Ideo ait iſte peregrinus:obmutui in oib⁹ ꝑſecutiōibus/⁊ aduerſitatibus/⁊ ſilui a bonis. i. a talibus flagellis: quia mihi bona ⁊ ſalubria reputaui/⁊ ꝑ talia putabam mereri:imo qꝛ ſciebā ꝙ talia flagella data ſunt mihi in pniam propter peccatū primoꝝ parētum/aut ad purgationē peccatorum meoꝝ:qꝛ Nemo ſine crimine viuit:aut putabaꝫ mihi eſſe data illa flagella ad cuſtodiam virtutū:ne magnitudo reuelationū extolleret me:ſicut Paulo:aut ad augmentū meritorum:ſicut Job/⁊ Thobie/quia virtus in infirmitate perficitur. Et ſic ſilui in talibus ℞

boniſ: īmmo dolor meus renouatus eſt: cōſiderās ꝙ mihi eueniebat ex pctō primorū parentū. vel ex proprijs ꝓmiſſis. Et tūc cōcaluit cor meūītra me ex dolore ⁊ cōtritione retorquendo talia flagella ad pctm̄ meum/⁊ in tali meditatiōe exardeſcebat ignis doloris reſpectu peccati. etiā exardeſcebat igni amoris ⁊ charitatis erga deū ꝑ cui⁹ amore patiebar humiliter: ⁊ etiā erga ꝑſecutores/ꝓ quibus rogabā/vt cōuerterent. In talib⁹ ergo perſecutionibus decreui cuſtodire vias/⁊ ꝑegrinationes/⁊ oꝑationes meas: vt nō delinquerem in lingua mea: ⁊ ſic poſui cuſtodiā ori meo: ne murmurarē cōtra deū: nec maledicerē: cū peccator. ſ. diabolus cū mēbris ſuis infidelibus cōſiſteret ⁊ pugnaret aduerſum me: ſed obmutui tanq̄ mutus ⁊ mūn a talibus bonis mihi reputatis/⁊ dolor contritionis renouatus eſt in me. Et ſic cor meū concaluit intra me ex cōtritione pctōꝝ/⁊ charitate dei ⁊ proximi/⁊ in tali meditatiōe talis ignis exarſit et ardeſcet. ¶ Aliter etiā pōt intelligi. Nā antiq patres patiēter tolerabāt perſecutiōes: eo ꝙ liberari ſperabāt ꝑ Chriſtū: Jō ait. Obmutui in talibus flagellis: ⁊ ſiui a bonis mihi ꝓmiſſis/⁊ expectatis in Chriſto futuro: ⁊ ſic dolor meus fuit renouatus. i. rememoratus/et ſic concaluit cor meum in me. i. quaſi letū ex ſpe chriſti futuri/⁊ ī tali meditatiōe/⁊ ſpe exardeſcet ignis fidei ⁊ charitatis xp̄i.

xiiij. q. viii. c. ꝑ poſtelium. **Locutus ſum in lingua mea: notum fac mihi domine finem meum.**

¶ Poſtq̄ ſuperius dixit iſte peregrin⁹/qḋ in oīb⁹ perſecutiōib⁹ nō peccauit lingua: nec rn̄dit maledictis nec factis: īmmo cōcaluit cor ei⁹ ꝓpter ſpē Chriſti futuri: hic in hac ſecūda ꝑte petit aduētū Chriſti accelerari: vt ponat finē ſue peregrinationi/⁊ liberet eū. Vn̄ quatuor facit. Nā primo facit qḋ dictū eſt. Scdō irridet ⁊ reprehendit amatores hui⁹ mūdi. Tertio petit liberari a penis/⁊ tribulationibus corporalibus huius mundi ꝑ aduentum Chriſti. Quarto petit liberari a culpa aīe. Scdm ibi. Verūtamē vniuerſa vanitas. Tertium ibi. Ab oībus iniquitatib⁹. Quartū ibi. Exaudi. ¶ Quātū

Nota. ad primū/⁊ ad totā iſtā ſcdam ꝑtē eſt aduertēdū: ꝙ iſte pſalmus. xxxviij. ⁊ xxxix. ⁊ c. ſunt ſimiles in materia. Nā in oībus tribus deflet̄ breuitas/⁊ miſeria vite hūane ꝓpter pctm̄ Ade/⁊ petit̄ Chriſt⁹ vt veniat ad liberandū hoīem ab huiuſmodi miſeria ⁊ culpa. Qui quidē Chriſt⁹ in lege ꝓmiſſus/⁊ expectatus multis noībus nūcupat̄ vt dictū eſt in ꝓlogo tractatu quarto. Vn̄ inter cetera vocat̄ finis legis veteris in p̄io aduētu ꝑ redēptionem/⁊ finis legis nr̄e ꝑ glorificationē ī. ij. aduentu. Jp̄e idem dicit̄ dextera dei patris: eo ꝙ per ipſum operatus eſt noſtrā redēptionem. Item dicit̄ dn̄s. Jō in hoc pſal. dr̄ finis: cū dicit̄: Notum fac mihi dn̄e finem meū. ⁊ in. xxxix. pſal. dr̄: Dextera dei: cū dicit̄. Dexteram tuā ſic notam fac. Et in. c. dicit̄ dn̄s: cū dicit̄. Tu exurgēs dn̄e miſereberis Siō. Dicit ergo iſte peregrinus. O domine ego iam dixi/qḋ cū humilitate patienter tuli omnes tribulationes/et miſerias in mea peregrinatione/⁊ nunq̄ deliqui in lingua mea: nec volui ſatiſfacere iniurijs mihi illatis: ſed ſolum ad te habui refugium in quo ſperabam/⁊ locutus ſum in lingua mea dicens. O domine fac mihi notū finē meum. ſ. Chriſtum qui eſt finis legis/per quem omnes ſperamus liberari: ⁊ acceleret aduentū ſuū: vt oēs eū cognoſcamus a maximo vſq̄ ad minimū: ⁊ fac mihi notū numerū dierum meorum vſq̄ ad aduentum eius: vt ſciam quid/⁊ quantū tempus deſit mihi vſq̄ ad aduentum tuum/in quo erit finis miſerie mee.

**Et numerum dierum meorum quis eſt: vt ſciam quid deſit mihi.** xiiij. q. ij. c. q ecclēſiaſtica. ibid.

**Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos: et ſubſtantia mea tanq̄ nihilum ante te.**

¶ Notū etiā fac numerū dierū meorū/q̄s numer⁹ i. quotus ſit: vt ſciam q̄s eſt numer⁹ dierū meorū: ⁊ ſciā etiā q̄d ⁊ quantū deſit mihi. ecce ꝓ q̄ꝛ/tu non poſuiſti dies meos immēſurabiles ⁊ infinitos: īmmo mēſurabiles ⁊ finitos: quia vita noſtra nō eſt eterna in hoc mūdo/ſicut tua: īmo ſubſtantia. i. tota vita mea eſt tanq̄ nihilū ante te. i. breuiſſima/et quaſi nil reſpectu tue eternitatis. q. d. aduentus tuus non poteſt differri in eternum: quia vita mea breuis eſt

xij. q. ij. ca. ſigentes. i. c. pſalmis. **Veruntamen vniuerſa vanitas: omnis homo viuens.**

**Verūtamen in imagine pertranſit homo: ſed ⁊ fruſtra conturbatur.**

¶ Hic reprehēdit ⁊ irridet amatores hui⁹ mūdi ⁊ terrenos: q̄ ponunt ſpem ſuā in hoc mūdo/⁊ in rebus tꝑalibus/cū ſint breues ⁊ trāſitorie/⁊ cōtēnūt finē verū qui eſt Chriſtus. Dicit ergo. Si ita eſt qḋ ſubſtātia. i. vita mea eſt menſurabilis ⁊ nō infinita: q̄ꝛ omne mēſurabile eſt finitū: īmo eſt tanq̄ nihilū ante te: verūtamen. i. ideo certe oīs hō viuēs eſt vniuerſa vanitas. i. vniuerſa vita hoīs terreni eſt vanitas: vt ptꝫ in libro. Eccleſiaſtes. Probatur: q̄ꝛ oīs homo pertranſit hunc mundū in imagine. i. quadā vmbra. q. d. ꝙ vita hoīs ī hoc mundo/ita eſt breuis qḋ nō meret̄ dici vita: ſꝫ imago ⁊ vmbra vite/⁊ felicitas eius nō eſt felicitas: ſed imago ⁊ vmbra felicitatis/⁊ quoddā ſomniū. Ergo fruſtra ꝯturbatur ⁊ laborat in congregandis pecunijs: poſtq̄ vita eius eſt ita breuis. Nam

**Theſaurizat et ignorat cui congregabit ea. et nunc que eſt expectatio mea: nonne dominus: et ſubſtantia mea apud te eſt.** xxviij. diſt. c. nōne.

¶ Theſaurizat cōgregando bona tꝑalia: ⁊ ignorat cui/⁊ ꝓ quibus cōgregabit ea: q̄ꝛ ipſe eſt breuiter moritur⁹: ⁊ neſcit q̄s poſſidebit ea. Nā filij ei⁹ erūt ꝓdigi vel fatui neſciētes cuſtodire qḋ ipſe grandi labore/⁊ ſolicitudine acq̄ſiuit: ⁊ bona ſua trāſibūt ad alienos. Ideo iſte peregrin⁹ irridēs iſtos amatores mūdi ſubdit: ⁊ nūc q̄ eſt expectatio mea: nonne dn̄s: q. d. non fuit talis ſpes mea ſicut iſtorū: q̄ꝛ nō poſui ſpē meā/nec cōſtitui finē meū in hoc mūdo ſicut iſti: ſꝫ in ſolo dn̄o meo Jeſu Chriſto: quem ſpero ſaluatorē: quia nolui eſſe ciuis ī hoc mundo ſꝫ peregrin⁹ tēdēs in finē meū/q̄ eſt Chriſt⁹. Et iō ſubdit/nōne ſubſtātia mea. i. ſubſtātia diuitiarum mearū. ⁊ tota vita mea apud te eſt: O dn̄e Jeſu: q. d. īmo certe. Ex h̄ ptꝫ/ꝙ iſte ſe oſtēdit verū ꝑegrinū ⁊ trāſiliētē amatores hui⁹ mūdi. Nā ſicut qn̄ in ſtadio duo currūt: ille q̄ citi⁹ currit dr̄ trāſilie: alter

Nota de peregrina.



et accipit brauiū: ita in hoc mundo fideles: ⁊ iuſti tranſiliūt amatores mundi: ⁊ relinquentes eos retro in bonis mundanis tranſitorijs: ipſi cōſequuntur brauiū felicitatis in Chriſto. Itē fideles dicūtur peregrini: q̄ꝛ relinquētes amatores huius mūdi in hac ciuitate terrena: ipſi peregrinādo peruenerunt vſq̄ ad Chriſtū: qui eſt finis vtriuſq̄ legis. Et ſic patres antiqui peruenerūt vſq̄ ad Chriſtū in primo aduentu: in quo receperūt gratiā. Nos vero peregrinādo tendimus ad eūdē Chriſtū: vt recipiamus gloriā in ſecundo aduētu. Iterū ex ſupradictis ptꝫ: ꝙ verba hui⁹ pſalmi ſunt ſumpta ex libro Job. ibi eīm dicit̄. Breues dies hois ſunt: ⁊ numerus menſiū eius apud te eſt. Hic aūt dr̄: Menſurabiles poſuiſti dies meos. Itē ibi dr̄: Dies mei ſicut vmbra. hic vero: In imagine pertranſit homo.

xxiiij. q. ij. legatur. **Ab oībus iniquitatibus meis erue me: opprobrium inſipienti dediſti me.**

¶ Hic petit liberari ab oībus penalitatib⁹: ⁊ infirmitatibus tā tꝑalibus: q̄ ſpūalibus inflictis ſibi in Adā. Unde dictū eſt: ꝙ duo gn̄a malorum traxit Adam cū tota ſua poſteritate ex illius primi condēnatione peccati. Quedā eīm ſunt corporalia: et quedam ſpūalia. Corporalia ſunt in duplici gn̄e. ſ. corruptio ⁊ fomes peccati in ſenſualitate: ſecundo infirmitates in corpore. ſ. fames: ſitis: egritudo. In anima aūt traxim⁹ pctm̄: p̄mo originale in nobis ſcdō actuale ex cōſenſu cōcupiſcētie. Ideo iſte peregriuus primo petit liberari a penis corꝑalibus. Scdō a ſpūalibus. ſ. a pctō. ibi: Exaudi orōnē. Dicit ergo. O dn̄e erue me ab oībus iniq̄tatib⁹ quas cōtraxi ⁊ cōmiſi ex cōſenſu pcti: ſiue ab iniq̄tatib⁹: quas traxi ex Adā: ꝓpter quas dediſti me opprobriū cuicūq̄ inſipienti: ⁊ infideli: ⁊ maligno. ¶ Vn̄

z nota: ꝙ ꝓpter quatuor cauſas pōt deus hoīez affligere. Primo ex pctō primi parentis: ꝓpter qḋ oēs incurrimus ſn̄iam mortis: ⁊ oīm penalitatū corꝑaliū. ſ. infirmitatū ⁊ ꝑſecutionū. ⁊ in hoc oēs cōuenimus tam iuſti: q̄ pctōres. Scdō patimur flagella q̄n̄q̄ ꝓpter pctā ꝓpria: ſicut paſſus eſt ppl's iudeorū in captiuitate babylonica. Tertio ne iuſt⁹ extollatur in ſuperbiā: vt ptꝫ de Paulo. Quarto ad augmentū meritorū: q̄ꝛ virt⁹ in infirmitate ꝑficit̄: vt ptꝫ de eodē Paulo: ⁊ Athanaſio: ⁊ Job: ⁊ Thobia. Quocūq̄ ergo mō eueniat homini flagellū ſemꝑ deus dicit̄ autor: aut efficienter: aut ꝑmiſſiue. Sꝫ p̄mo ⁊ ſcdō mō: lꝫ deus dicat̄ auctor: tn̄ cā eſt in nobis: ⁊ ſic deus dr̄ nos iuſte flagellare: ⁊ ideo in talibus flagellis ⁊ ꝑſecutionibus nō debem⁹ imputare deo: ſed nobis quia cōmiſimus pctm̄: ex quo iuſte flagellamur: ⁊ vel q̄ꝛ deſcēdimus ex ꝓpagine illi⁹ qui cōtra deū peccauit. Jō iſte peregrinus petēs liberari retorquet flagella ad pctm̄ ſuum dicēs.

alias obſurdui de peñ. diſ. ſ. in pnc. de pe. diſt. ſ. menſuram. **Obmutui ⁊ non aperui os meum quoniā tu feciſti: amoue a me plagas tuas.**

**A fortitudine manus tue ego defeci in increpationibus: propter iniquitatē corripuiſti hominem.**

**Et tabeſcere feciſti ſicut araneam animam eius: veruntamen vane conturbatur omnis homo.**

¶ O dn̄e in omnib⁹ tribulationib⁹ ⁊ ꝑſecutionib⁹ ideo obmutui: ⁊ nō aperui os meum: nec deliqui in lingua mea: q̄ꝛ non imputaui tibi: ſed pctō meo: q̄ꝛ tu feciſti iuſte dando mihi iſta flagella in penā pcti mei: ⁊ parentū meorū: ſed rogo vt amoueas a me plagas tuas. i. plagas quas mihi ex meo peccato inflixiſti: q̄m ego defeci. i. iam deficio a fortitudine manus. ſ. ſententie tue: q̄ꝛ iā nō valeo ſuſtinere flagella mihi inflicta a fortitudine ſententie tue. Nam per illā ſn̄iam tuam q̄n̄ dixiſti. Maledicta terra in oꝑe tuo: corripuiſti ⁊ puniſti hoiem. ſ. Adā cū tota ſua poſteritate: ⁊ taliter corripuiſti ⁊ puniſti eū in increpationibus: ⁊ correctionibus tuis: ꝙ tabeſcere: ⁊ langueſcere: ⁊ debilitari feciſti aīam: ⁊ vitam eius: ſicut araneā. i. ſicut telā aranee: q̄ eſt fragilis ⁊ debilis ad reſiſtendū. q. d. ꝙ tu ꝑ ſn̄iam tuā tabefeciſti: ⁊ attenuaſti vitā ipſius hoīs. Nā q̄ erat quaſi immortalis: ⁊ impaſſibilis: ⁊ liber ab oī miſeria: nunc fact⁹ eſt miſer: ⁊ corrupt⁹: ⁊ paſſibilis: ⁊ mortalis: ⁊ breuis vite: nō valens reſiſtere miſerijs corporalibus: nec ſpūalibus tētationib⁹: nec pctō: ſicut tela aranee nō valet reſiſtere frangēti. Ex q̄b⁹ ptꝫ: ꝙ ſi tu inflixiſti homini huiuſmodi miſerias ꝓpter pctm̄ ſuū: ergo vane ⁊ inaniter cōturbat̄ et cōqueritur oīs hō: quia iuſte patit̄ penas ⁊ flagella propter peccata ſua: ⁊ ſic non habet ius querele contra te: ſed incuſet ſeipſum. Et ideo ego cognoſcens me iuſte pati: dixi cuſtodiam vias meas: ⁊ vt non delinquā in lingua mea: ⁊ ideo poſui ori meo cuſtodiam: ⁊ ideo obmutui.

**Exaudi orationem meam domine ⁊ deprecationem meam: auribus percipe lachrymas meas.** De pe. di. i. c. ſi cui. ſ. petro.

¶ Hic petit liberari a culpa: ⁊ agere pn̄iam in hac vita: ne decedat cū pctō dicens. Exaudi dn̄e orōnē meā: dando mihi grām: ⁊ veni ad liberandum me per mortē ⁊ paſſionē ⁊ exaudi deprecationē meā: remittendo peccatū in hac vita: ⁊ auribus miſericordie percipe lachrymas meas. vn̄ quidā. Interdum lachryme pondera vocis habent.

**Ne ſileas: quoniam aduena ego ſum ⁊ peregrinus ſicut omnes patres mei.** xiij. q. ij. in eccleſiaſtico.

¶ Ne ſileas mihi negando petitionē. Q̄m ego non ſum ciuis terrene ciuitatis: nec amator eius: nec volo in ea manere ſicut terreni: ſed ſum in ea tanq̄ aduena et peregrinus: ſicut omnes patres mei ſcilꝫ Abel: ⁊ Noe: Abraham: Iſaac: ⁊ Jacob: q̄ non habuerunt ciuitatem manentem expectantes hereditatem eternam in celo: ita ego tanq̄ peregrinus in te poſui ſpem meam ad te cōfugio: in te tēdo tanq̄ in finem legis. Ideo

**Remitte mihi vt refrigerer: priuſquam abeam ⁊ amplius non ero.** De pe. diſt. iij. Quis caute.

¶ Remitte mihi peccata mea in hac vita: ⁊ nō differas: ſꝫ parce mihi anteq̄ recedā ⁊ ampli⁹ nō ero. i. anteq̄ ampli⁹ nō ſim ⁊ nō ſubſiſtā. Et ponit̄ futurū indicatiui ꝓ p̄nti ꝯiūctiui ſiue optatiui: q̄ caret hebrei. Vel pōt aliter intelligi. ſ. remitte mihi culpā anteq̄ moriar: q̄ꝛ ampli⁹ poſt mortē nō ero capax venie: quia tūc penitētia nō erit fructuoſa: nec eſt tēpus venie: ſed iudicij ⁊ pene. Ex ſupradictis patet: qḋ totus iſte pſalmus eſt abſtractus ex libro

ipſius Job. Et eſt ſimilis pſalmo. lxxxix. ⁊. cſ. quia vtrobiqꝫ defletur miſeria ⁊ breuitas vite humane propter peccatū Ade. ¶ Moraliter autē iſte pſalmus poteſt exponi de quolibet in afflictione poſito: cui datur doctrina vt cum patientia ferat perſecutiones ⁊ flagella ne murmuret contra deum nec contra perſecutores: ſed imputet ſibi ⁊ cōfiteatur ſe pati iuſte propter peccata ſua propria: retorquēdo ſibi omnē culpā. ⁊ petat gratiā vt agat penitentiam ante mortē. vt decedat cū gratia de hac mortali vita: ⁊ tranſiliat in celum: ⁊ cōſequatur finem promiſſum tanqꝫ verus ⁊ bonus tranſiliens ⁊ peregrinus ſaltando vltra iſta tēporalia. Item iſte qui loquitur in hoc pſalmo poteſt eſſe Chriſtus qui in perſona capitis dicit. Dixi cuſtodiam: ⁊ obmutui. Sed in perſona mēbrorū dicit: Ab oībus iniquitatibus meis erue me: ⁊ remitte mihi priuſqꝫ abeam ab hoc ſeculo. Ex oībus ſupradictis patet qualiter tota intentio Dauid in hoc pſalmo eſt exhortari fideles ad contēptum huius mundi: ⁊ ad perferendas patienter iniurias ⁊ perſecutiones: eo ꝙ non ſunt ciues: ſed peregrini in hoc mūdo. nec iſte mūdus eſt nobis ciuitas: ſed via qua tendimus in ſupernam ciuitatē nobis promiſſam: ad quā nō poſſumus peruenire niſi per multas tribulationes: ⁊ cum humilitate ⁊ patientia. Et ideo ſpes noſtra nō eſt ponenda in hoc mundo: ſed in termino ad quē tendimus. ¶ Et ideo ex iſto pſal. poſſumus recolligere. viij. doctrinas ſiue cōcluſiones. ¶ Prima doctrina eſt: ꝙ vnuſquiſqꝫ fidelis debet cuſtodire et compeſcere linguam ſuā a murmuratione in perſecutionibus et aduerſitatibus ne perdat meritū: ſed cum humilitate et zelo charitatis debet tacere ⁊ tolerare iniurias ⁊ aduerſitates propter Chriſtum ⁊ regnum celorum. ¶ Secunda doctrina: qđ vnuſquiſqꝫ fidelis continue debet meditari in morte que eſt finis vite ſue: ⁊ conſiderare reſiduum vite in quo habet locum penitendi. ¶ Tertia doctrina: ꝙ nullus debet ponere ſpem ſuam in hac vita: eo quia eſt mēſurabilis ⁊ finita. ¶ Quarta doctrina: qđ vana eſt ſpes ⁊ ſollicitudo hominū terrenorum. quia theſaurizant cum magno labore ⁊ violentia et rapina: ⁊ neſciunt futurum heredem: nec cui congregant diuitias: nec quis poſſidebit eas. ¶ Quinta doctrina: ꝙ tota noſtra ſpes eſt in deo ponenda: eo ꝙ eſt eternus. ¶ Sexta doctrina: qđ perſecutiones ⁊ mala que patimur: non debemus imputare niſi nobiſmetipſis: quia omnes in Adā ⁊ in nobiſmetipſis peccauimus contra deū ⁊ legē. ¶ Septima doctrina: ꝙ oēs ſum⁹ peregrini ⁊ viatores in hoc mundo: ⁊ ſic oēs ſumus mortales: ſicut omnes patres noſtri Abrahā ⁊ Iſaac: ⁊ Jacob: ⁊ omnes apoſtoli ⁊ martyres. Et ideo debemus eos imitari: non ponendo ſpem noſtrā in hoc mūdo: ſed in bonis celeſtibus. ¶ Octaua: ꝙ dū ſum⁹ in hac vita: debemus agere penitentiam ⁊ petere remiſſionem peccatorum a deo: anteqꝫ moriamur ⁊ abeamus ab hoc ſeculo. quia poſt mortem nō eſt locus nec tempus penitentie: ſed pene vel glorie. Ex quibus cōcluditur ꝙ illi ſunt veri peregrini et tranſilientes: qui contēnentes mundum cū pompis ſuis: ponunt ſpem ſuam in bonis celeſtibus: et patienter tolerant perſecutiones et aduerſitates: ⁊ agunt penitentiam anteqꝫ diſcedant ab hac vita. Quia tales licet peccauerint aliquando in via: tamen non in termino ſicut obſtinati ⁊ impenitentes: immo facta penitentia decedunt cum charitate: peruenientes in celeſtem ciuitatē: in qua ſpem ſuā cōſtituerunt ⁊ finē. Et in his conſiſtit tota ſententia huius pſalmi. Sed omnia iſta primo impleuit Chriſtus tanquā totius eccleſie: quem imitantur fideles: quia ipſe fuit ſolus verus ⁊ purus peregrinus tranſiliens omnes mundanos. Ideo ipſi primo ⁊ per ſe conuenit iſte pſalmus.

Not. de affli ctione.

Ad Nota.

Nota agēdā in hac vita.

**Expectans expectaui dominum: et intendit mihi.**

¶ Titulus. Ad victoriam ſiue in finē pſalmus Dauid. Ex titulo patet: ꝙ Dauid fecit hunc pſalmū dirigens nos in Chriſtum qui eſt finis legis. Sed de materia huius pſal. altercatio eſt nō ſolum apud catholicos: ſed etiā apud hebreos modernos. Nā rabbi Salo. dicit ꝙ Dauid fecit hunc pſalmū in ꝑſona ppl'i iſrael gratias agentis: eo ꝙ dñs eduxit eū de lacu miſerie captiuitatis Egypti: et de luto fecis. qꝛ ibi mūdabat cloacas: ⁊ faciebat lateres de luto. vt patet Exod. iij. Et ideo poſt tranſitū maris rubri cantauit canticum nouū: ⁊ carnē deo noſtro: cum dixit. Cantemus dño glorioſe: vt ptꝫ Exod. xv. Et ſic Rabi Salo. gloſſat hunc pſalmū ad literam de illa liberatione captiuitatis. Sed iſte obſtinatus ſicut erat cecus corpore: ita ⁊ in hoc myſterio. Nā cecus habet aliquo modo notitiā de rebus in confuſo: ſed non in diſtincto. qꝛ ſolum tangit res per tactū: ſed non poteſt eas videre. Ideo ſua cognitio eſt cōfuſa ſcđꝫ quid ⁊ imperfecta. Ita facit iſte cecus hic ⁊ in pleriſqꝫ locis. Nā verū dicit ꝙ iſte pſalmus fundat ſup illud myſteriū liberationis captiuitatis. Nā Dauid contēplans illud myſteriū: ⁊ promiſſiones factas ipſi Moyſi: fecit hunc pſalmū: ſed non ad preciſum intellectum: ſicut intelligit iſte cecus: ſed inquantum Dauid preuidit in ſpiritu in illa liberatione tēporali totum myſterium noſtre redēptionis faciende per Chriſtum. ¶ Et ideo eſt magis credendū apl'o Paulo: q̄ ad Hebreos. x. aſſerit hunc pſalmū eſſe factū de Chriſto ⁊ eccl'ia: allegās ſcripturā huius pſalmi. ſ. ſacrificiū ⁊ oblationē noluiſti: corpus aūt adaptaſti mihi. ¶ Ad cui⁹ intelligentiā eſt aduertendū ꝙ aduentus Chriſti ⁊ myſteriū noſtre redēptionis multipliciter fuit figuratū ꝑ liberationē populi Iſrael de egyptiaca captiuitate. per quā vidit Dauid in ſpū totū myſteriū noſtre redēptionis. Puta qñ Chriſtus debebat educere oēs fideles vet. teſta. de carcere ⁊ lacu miſerie inferni poſt paſſionem ſuā: ⁊ qñ totum genus humanum debebat liberare de luto fecis peccati et miſerie. Itē aduētus Chriſti fuit multipliciter ꝓmiſſus ipſi Moyſi. Primo Exod. xxxiij. quādo dixit Moyſi. Facies mea precedet te: ⁊ oſtendā tibi omne bonū: ⁊ cognoſcā te ex noīe: et ponā te in foramie petre: ⁊ ꝓteget te dextera mea. Quā ꝓmiſſionem cōtemplando Dauid preuidit in ſpū ꝙ deus pater debebat mittere filiū in carnem: qui fili⁹ dicitur facies ⁊ dextera dei: ⁊ nomē dei: ꝓut declaratum eſt in prologo tractatu. iiij. Et preuidit Dauid ibidē qualiter Chriſtus debebat fundare eccleſiā ſupra petram fidei: ⁊ nos debebat ponere in foramine petre ſui lateris vnde fluxit preciū noſtre redēptionis. Item aduētus Chriſti fuit ꝓmiſſus ipſi

Tria qđ di cit.



Moyſi. Deutero. xviij. cū dixit deus. Prophetā ſuſcitabo de medio fratrū tuorū ſimilē tibi: ponāqꝫ verba mea in ore eius. loqueturqꝫ ad eos quecunqꝫ dixero tibi. Ubi ꝓuidit Dauid in ſpū qualiter verbū diuinū debebat aſſumere carnem noſtrā/ ⁊ declarare nobis oīa myſteria legis Moyſi: in qua figuraliter cōtinentur oīa myſteria de Chriſto ⁊ eccleſia ⁊ oīa myſteria euāgelica. Itē ꝑ hoc qđ deus precepit Moyſi in eodē capitulo. ſ. ꝙ nullos imitet magos nec hariolos/ nec maleficos/ nec phytones/ nec ritus gentiliū: preuidit Dauid qualiter Chriſtus in ſuo aduētu debebat delere de mundo artes magicas/ ⁊ oēs maleficos/ ⁊ totā ſuperſtitionem gentilium. Oīa ergo ſupradicta preuidēs Dauid in ſpiritu fecit hunc pſalmū/ in quo introducit Chriſtū loquentē quandoqꝫ in ꝑſona ſui corporis myſtici/ quandoqꝫ in ꝑſona capitis. In quo pſalmo tria principaliter agit. Naꝫ primo agit gratias patri: qꝛ ꝑ ipm impleuit oīa que erant figurata et ꝓmiſſa de noſtra ſalute et redēptione. Scđo orat patrē ⁊ petit noſtrā liberationē: poſtqꝫ ipſe ſoluit pretiū nr̄e redēptionis/ ⁊ impleuit voluntatē pr̄is ⁊ fecit oīa q̄ de eo ſcripta erant. Tertio petit vltionē de ꝑſecutoribus ſuis ⁊ eccl'ie. ⁊ petit ꝑmiū pro iuſtis ⁊ fidelib⁹ ſequētibus ipm. Scđm ibi: Tu autē dñe ne. Tertiū ibi: Cōfundāt ⁊ reuereant. Quātū ad primū duo facit. Nā primo Chriſt⁹ agit gratias in ꝑſona corporis myſtici ⁊ totius eccl'ie ꝓ beneficijs q̄ recepit i aduētu Chriſti. Scđo agit gratias patri in ꝑſona ſui: inquantū pater voluit operari ꝑ ipſum totā noſtrā ſalutē ⁊ redemptionē. ibi: Multa feciſti tu dñe deus. ¶ Quātū ad primū eſt aduertēdū/ ꝙ cū ſpes ſit de promiſſis: ideo multiplex ꝓmiſſio facta de Chriſto fuit cauſa quare patres vete. teſt. cū tāta vehemētia ⁊ affectu expectabāt Chriſtū in carnē venturū. Sed qꝛ quāto maior eſt ſpes ⁊ affectus ſperādi: tāto maius eſt gaudiū ſperantibus qñ venit res expectata: Ideo zacharias ⁊ Simeon/ et Maria/ ⁊ Joſeph/ ⁊ apoſtoli qñ viderūt Chriſtū in carne: ⁊ viderunt myſteriū nr̄e redēptionis: ineffabiliter gauiſi ſunt ⁊ egerūt gratias deo patri ⁊ Chriſto/ ꝓ tantis receptis beneficijs q̄ fuerāt in lege figurata ⁊ ꝓmiſſa/ vt ſupra dictū eſt. ¶ Unde ſeptē beneficia operatus eſt Chriſtus in ſuo aduentu ꝓut fuerāt in lege figurata et ꝓmiſſa. Nā primo liberauit oēs fideles vete. teſta. de lacu miſerie inferni. Scđo liberauit totū gen⁹ humanū de luto fecis peccatorū. Tertio edificauit eccl'iam ſup ſeipm/ qui eſt vera ⁊ firmiſſima petra. Quarto dedit legē euangelicā ꝑ quā direxit greſſus ⁊ operationes noſtras. Quinto aboleuit ⁊ annullauit omnia cerimonialia et legalia inſtituens nouū ſacrificiū ⁊ nouū ritum colendi deū. Sexto ꝯuertit multos de populo Judaico ⁊ gētili in vnā eccleſiā. Septimo eiecit diabolū de mundo: ⁊ oīa nomina idolorū/ ⁊ oēs hariolos/ ⁊ maleficos: ⁊ vanas artes ⁊ inſanias et falſas ſuꝑſtitiones gentiliū. ¶ Dicit ergo Dauid ſiue Chriſtus in ꝑſona illorum ⁊ totius eccl'ie/ q̄ recepit iſta ſeptē beneficia. Gratias ago deo patri ſupple. qñ ego expectans expectaui. i. cū ineffabili ſpe ⁊ affectu ꝑ totū vetus teſta. ꝑ patriarchas ⁊ ꝓphetas expectaui dñm patrē vt mitteret filiū ſuū finaliter ⁊ tādē intendit mihi: cōplēdo ꝓmiſſiones ⁊ figuras veteris teſt. Naꝫ primo Chriſtus in ſuo aduentu eduxit me de lacu miſerie ⁊ captiuitate inferni: ſicut fuit figuratū ꝑ liberationem captiuitatis egypti. Secundo

Pres vete. te. xpi deſyderabant aduentum.

Septē benefi cia in xpi aduentu.

Figurata in nostra redemptio.

**Et exaudiuit preces meas: ⁊ eduxit me de lacu miſerie ⁊ de luto fecis.**

De cōſ. di. ij. iteratur.

¶ Eduxit me. ſ. totū genus humanū de luto fecis pctōꝝ. Nā ſicut ꝑ mortē ⁊ paſſionē eduxit ſanctos patres de lacu inferni: ita ꝑ eccleſiaſtica ſacramenta eduxit totum genus humanū de luto et ceno et fece peccatorū: quia per baptiſmū nos eduxit de originali/ ⁊ per pniam de mortali. Item Tertio

**Et ſtatuit ſupra petram pedes meos: ⁊ direxit greſſus meos.**

xvj. q. j. vos autem.

¶ Statuit ⁊ firmauit pedes meos. i. fidē meā ſupra petrā qui eſt Chriſtus. Quarto direxit greſſus et operationes meas per charitatē ⁊ legē euāgelicam/ que precipit oēm virtutē/ ⁊ ꝓhibet omne vitiū. et oīa ſupradicta fecit Chriſtus ſicut deus promiſit Moyſi. Exod. xxxiij. Item Quinto

**Et immiſit in os meum canticum nouum: carmen deo noſtro.**

xv. q. j. c. reuertimini.

¶ Miſit in os meū cāticū nouū: cū repudiatis cerimonialibus legis veteris: dedit mihi legē nouā/ et nouū ſacrificiū eucharistie/ ⁊ nouū ritum colēdi deū/ ⁊ nouū modū cantādi. Nā qđ illi cantabant et ꝑdicabāt futurū: nos cantamus iā cōpletū et ꝑfectū. Nā ſicut pater poſuit verba ſua in ore Chriſti: ita Chriſtus poſuit ⁊ ꝑdicauit verba ſua in ore noſtro: ⁊ cātamus canticū nouū ⁊ carmē deo noſtro: cū fidē euāgelicā dictis ⁊ factis cōfitemur. Ūn nota ꝙ hoc fuit ipletū in principio in zacharia ⁊ Simeone/ ⁊ beata Maria. Nā zacharias pater Joānis baptiſte cātauit cāticum nouū qñ dixit Benedictus dñs deus Iſrael. Item Simeon qñ tenuit Chriſtū in manibus dixit. Nūc dimittis ſeruū tuū dñe. Et beata Maria dixit. Magnificat aīa mea dñm. Ex quo patet/ ꝙ vnuſqſqꝫ iſtorū cantauit cāticū nouū. Que quidē tria cātica cantat quotidie eccleſia agēdo grās de Chriſti aduētu: ⁊ pro oībus beneficijs q̄ a Chriſto recepimus: et hoc eſt qđ hic dicit. ſ. immiſit in os meū cāticum nouū: ⁊ carmen deo nr̄o: qꝛ hoc carmē ſiue iſta tria carmina cantamus quotidie deo noſtro. Sexto ago grās: quia.

**Uidebunt multi ⁊ timebunt: ⁊ ſperabunt in domino.**

xxiij. q. iiij. hos autem.

¶ Multi ex Judeis videbūt ⁊ viderūt Chriſtū in carne ꝑdicantē: ⁊ miracula facientē: ⁊ morientē: ⁊ reſurgentē: ⁊ multi ex populo gentili videbūt miracula q̄ faciet Chriſtus ꝑ ſuos apl'os/ ⁊ oculo fidei videbūt doctrinā euangelicā: ⁊ oēs iſti cōuerſi timebūt Chriſtū ⁊ ſperabunt in dño. Nā iudei relictis legalibus/ ⁊ gētiles relictis idolis ⁊ ſuꝑſtitionibus ponēt totā ſuā fidē ⁊ ſpem in dño Jeſu Chriſto: ⁊ illi adherebūt feruēti charitate: ⁊ ex Judeis ⁊ gētibus credētib⁹ fiet vna eccleſia. Itē ſeptimo princeps huius mūdi diabolus eijcietur foras cū ſuis erroribus/ ⁊ delebunt oēs magi/ ⁊ harioli/ et malefici/ ⁊ incātatores/ ⁊ regnabit in mūdo nomē dñi Jeſu. ſ. nomē dñi tetragrāmatō/ qđ eſt Jeſus. qđ qdē nomē oēs ſuſcipiēt: eo ꝙ in eo manifeſtat oīpotentia patris ꝑ miracula: ⁊ oīs ſapientia ⁊ veritas legis veteris per eius doctrinam ⁊ predicationē. Tertio manifeſta fuit eius miſericordia per

dus ſicut totꝰ homo ergo nō poterat tollere peccatum nec acceptari pro redēptiōe ⁊ remiſſiōe peccati. Tenebat̄ pēna: nā hō tenebat in illa captiuitate ꝓpter peccatū: ⁊ erat deo exoſꝰ ⁊ in ira dei ꝓpter pctm̄: ergo deus nō acceptabat talē carnē ⁊ ſāguinē immūdū ⁊ obnoxiū ꝑ pctō: ſed oportebat ꝙ eſſet ſanguis purus ⁊ immunis ab omni peccato ad hoc ꝙ tolleret pctm̄. ¶ Tertia concluſio ꝙ ſolꝰ ſanguis ⁊ ſacrificiū Chriſti fuit ſufficiens ⁊ acceptabile deo patri ad remittendū omne pctm̄. Probatur primo rōne puritatis: q᷑ Chriſtus ſolus fuit inter mortuos liber ab oī pctō in ꝑſona ⁊ natura. Scdo rōne humilitatis: q᷑ poſtꝙ totū genus humanum erat in captiuitate ꝓpter ſupbiā ⁊ inobedientiā primorū parētū: q̄ de ſuperbia ⁊ inobedietia eſt deo abominabilis: opꝫ vt ꝑ vnius obediētiā homo liberaret̄: ſed q᷑ Chriſtus ſe humiliauit factus obediēs vſq̄ ad mortē: ergo meruit acceptari in ſacrificium ꝓ oībus liberandis. Tertio rōne charitatis ⁊ dilectionis: eo q᷑ erat magis charus ⁊ dilectꝰ patri/ꝙ aliqua alia creatura. Primo inquātum filius naturalis. Scdo inquātum melior omni creatura: etiā inquantū homo: tū rōne vnionis ⁊ gratie: tum rōne puritatis: tū rōne charitat̄: quā Chriſtus habuit erga genꝰ humanū. Et ꝓpter oīa ſupradicta fuit magis charꝰ ⁊ acceptabilis deo: ⁊ fuit ſufficiēs mediator inter deū ⁊ totū genꝰ humanū: qđ nullus alius homo nec aīal nec alia creatura potuit facere.

Nota de ſanguine xp̄i.

Quarta concluſio/ꝙ Adam: ⁊ Abel ⁊ Noe: et Abrahā: ⁊ Jacob: ⁊ Moyſes: ⁊ oēs ceteri patriarche ⁊ ꝓphete ideo deſyderabāt Chriſtū vt veniret ad tollendū peccatū: q᷑ ſciebat ex reuelatiōe ꝙ ſacrificia vete. l. non poterant hoīem iuſtificare: nec tollere per ſe pctm̄: probat̄: nā oībus hīs, facta eſt de Chriſto repromiſſio/vt patet per totū diſcurſum ve. teſta. ⁊ ideo oēs expectabāt ipm̄/vt veniret ad ſoluendū pretiū ꝓ eis. Unde Dauid dicit: Ueni ad liberandū nos dne deꝰ virtutū. pſal. lxxix. Item pſalmo. l. dicit: Aſperges me dne hyſſopo. Item zacha. ix. Tu vero in ſanguine teſtamēti tui eduxiſti vinctos de lacu: in quo nō erat aqua. Itē Eſa. liij. Attritꝰ eſt ꝓpter ſcelera nr̄a. Itē. lxiiij. Utinā diruperes celos ⁊ deſcēderes. Hoc idē potet ad Heb. xj. vbi probat apl's ꝙ oēs illi expectabāt Chriſtū: vt in eo reciperet repromiſſiōes. Ex quibꝰ ptꝫ/ꝙ oēs patres vete. teſt. ex reuelatiōe ſciebāt: ꝙ illa lex non poterat iuſtificare: nec illa ſacrificia: q᷑ aliter nō deſiderauiſſent/nec expectaſſent Chriſtū: qui ſolueret pro eis. ¶ Quinta cōcluſio/ꝙ licet per ſacrificia et ſacramēta ve. le. tolleret pctm̄: tū non in virtute propria: ſed ꝓut dabant in ſignū federis ⁊ nō pretiuꝫ. Ad cuius intelligentiā eſt notādum/ꝙ ſacrificia ⁊ ſacra vete. le. nō cōtinebāt realiter ptiū: ſꝫ dabant in ſignū pretij ſoluēdi per Chriſtū. Exēplū grā. nam quādo mercatores faciūt pactū cū vēditore de naui plena mercibꝰ: vel de aliquo agro vel domo: ⁊ dāt de preſenti vnum denariū in ſignū pretij: ꝓmittentes altera die ſiue vſq̄ ad octo dies ſoluere totum pretiū: ⁊ ilico tradit̄ eis res empta. tunc manifeſtū eſt ꝙ ille denarius nō datur a mercatore/nec acceptatur a venditore in pretium ſimpliciter: ſed in ſignum pretij ſoluendi tēpore cōſtituto ſcđm fedus ⁊ pactum: Ita ergo pariter deus fecit pactum cū Abraham. Geñ. xvij. precipiens circuncisionē fieri in ſignum federis. Unde Abraham non dedit deo illā circūciſionē in pretiū: ſed in ſignum pretij: nec deus acceptabat illā circūciſionē ⁊ pelliculā ⁊ ſanguinem effuſum in pretiū: ſed in ſignū pretij ſoluēdi per Chriſtū: inquātū Abrahā ⁊ oēs fideles vete. te. promittebāt ſoluere per Chriſtū: in ſuo aduētu. pro quibꝰ oibꝰ Chriſtꝰ ſoluit in cruce ex ꝓprio ſanguine/in quo erat verū/⁊ validū/⁊ acceptabile/et ſufficiens ptiū: ⁊ ſub tali ꝓſtatiōe ⁊ pacto fiebat circūciſio in lege vet. Et hoc ē qđ dixit deꝰ Abrahe. Geñ. xvij. Hoc ē pactū meū qđ obſeruabitis inter me ⁊ vos ⁊ ſemē tuum poſt te. circūcideris carnē preputij veſtri: vt ſit ſignum federis inter me ⁊ vos. qđ ſignū federis nil aliud erat ſcđm Auguſti. contra Fauſtum: niſi ꝙ deus acceptabat illā circunciſionē in ſignum pretij futuri per Chriſtum ſoluēdi in cruce.

Nota q̄ nō ſacramēta vet. le. tollebāt peccatum.

¶ Sed eſt aduertendū ꝙ in quadruplex ſignū data fuit illa circunciſio. Primo in ſignū diſtinctiuū inquātū diſtinguebat filios Abraham et Iſrael a ceteris nationibus. Secundo in ſignum tributi ⁊ ſeruitutis ꝓpter peccatū primorū parentum. Tertio in ſignū figuratiuū: inquātū figurabat circūciſionem anime. Quarto data eſt in ſignū federis ⁊ pretij futuri per Chriſtū ſoluēdi: ⁊ iſto modo tollebat peccatum: nō ratione ſui: quia nō continebat in ſe realiter pretiū: ſed ratiōe pretij futuri in cuius ſignū acceptabatur a deo/⁊ in cuꝰ proteſtatione ⁊ pacto dabatur. Et ſicut dictū eſt de circunciſione: eodē modo eſt dicendū de ſacrificijs et holocauſtis ⁊ oblationibꝰ: q᷑ nō offerebantur/nec acceptabant in pretiū: ſed in ſignum federis ⁊ pretij futuri per Chriſtū ſoluēdi: ⁊ ſub tali federe ⁊ pacto ⁊ ꝓteſtatione offerebant: ⁊ ſic remittebat peccatum pro eis pro quibus offerebantur. Et ꝓ omnibus talibus Chriſtus obtulit ſuum ſanguinē in cruce: ⁊ ſic fuit tunc pactū ⁊ fedus impletum ⁊ conſummatū: ⁊ perfecte fuit facta ſatiſfactio. Et ideo oēs patres ve. teſt. licet iam eſſent circunciſi: ⁊ pro eis offerebantur holocauſta mane ⁊ veſpere ⁊ cetera ſacrificia: tamen ſemper deſyderabāt ⁊ vocabāt Chriſtum vt veniret ad ſoluendū pro eis: vt dictuꝫ eſt: ⁊ patet per totum teſtamentū vetus.

§ Nota circūciſionē

¶ Septima cōcluſio/quod ſacramēta legis noue de per ſe tollunt pctm̄. Probatur: naꝫ in ſe realiter cōtinēt pretiū paſſionis Chriſti. Probatur. primo de eucharitia in qua Chriſtus deus ⁊ homo realiter continetur: ⁊ eſt ſacrificiū per ſe deo charū ⁊ acceptū/et ſufficiēs pro toto mundo. Hoc idem ptꝫ de baptiſmo: in quo realiter continetur virtꝰ paſſiōis Chriſti ad tollēdū originale ⁊ etiā actuale in adultis. Et ſic eſt dicēdum de penitentia ⁊ ceteris: eo ꝙ actualiter deriuantur a paſſione Chriſti: ⁊ ideo ilico tollunt pctm̄. Hec eſt ergo differētia inter ſacramēta noue legis ⁊ veteris: q᷑ illa non cōtinebant realiter Chriſtum/nec eius paſſionem: ſed tantū ſignū: iſta aūt continēt realiter Chriſtū/aut virtutē paſſiōis eius. Ideo iſta dantur realiter in pretium: q᷑ in baptiſmo ilico ſoluitur pretium pro baptizato. illa autem dabantur ſolum in ſignum pretij futuri vt dictum eſt: ⁊ ideo adhuc expectabatur pretium. Ideo circunciſus ſemper manebat debitor: ⁊ deus ſemper manebat creditor: licet circunciſus eſſet liberatꝰ a pena ſenſus.

ſacra legis noue tollunt pctm̄.

¶ Octaua cōcluſio/ꝙ adueniente Chriſto ⁊ baptiſmo eius oēs Judei tenebātur baptizari: licet eſſent circunciſi. Probatur. Nā nō acceperūt nec dederūt circūciſionē in ptiū: ſed

Ad baptiſmū tenent iudei.



in ſignū ꝑtij futuri: ⁊ ſic tenebant̄ ſoluere in actu qñ fuit pretium in actu datum in baptiſmo. Et ita Joannes baptiſta ⁊ oēs apl'i fuerunt baptizati/et Chriſtus miſit eos ad baptizandū Judeos q̄ iam erant circūciſi: vt ptꝫ Mat. x. ⁊ Luc. x. ¶ Nona cōcluſio/ꝙ poſt paſſionē Chriſti circūciſio ⁊ oīa alia legalia ceſſarūt ⁊ perdiderūt ſuā virtutē ⁊ officiū. Probatur: q᷑ oīa mortua fuerunt ſimul cum Chriſto quorum finis ⁊ terminus erat Chriſtꝰ. Hoc idē probatur: nam ſoluto ⁊ adueniente pretio: perdidit vi et ſignum pretij. ¶ Decima concluſio/ꝙ poſt publicationē euāgelij. circūciſio ⁊ cetera legalia non ſolum ſunt mortua ⁊ inutilia Judeis: ſed etiā mortifera ⁊ nociua. Probat̄. nā Judei ea ſeruātes irritant pactū dei factū cū Abraham ⁊ Moyſe: et ſunt ꝑuaricatores ⁊ violatores federis: ⁊ per cōſequens ſunt ſacrilegi ⁊ priuati hereditate ⁊ alienati ⁊ degeneres ab Abrahā ⁊ Iſrael: ⁊ retrogradi a termino libertatis.

Legalia ſūt mortifera iudeis.

¶ Ex ſupradictis patet/q̄d dicendū ad rationes Judeorū: quia circunciſio ⁊ oīa ſacramenta: ⁊ legalia non fuerunt a deo inſtituta ſimpliciter in pretium pro pctō: ſed in ſignum pretij futuri per Chriſtū ſoluendi. Et ideo fuit neceſſe Chriſtū veniſſe: vt ſolueret pretiū debitū pro omnibꝰ: ⁊ cōſummaret pactū ⁊ fedus: ⁊ ceſſarent oīa legalia in eius aduentu. Et ſic ptꝫ/ꝙ deus nō poſtulabat illa holocauſta ⁊ ſacrificia per ſe: q᷑ non erant per ſe acceptabilia/nec ſufficientia ꝓ pctō niſi inquātū erant ſignū futuri pretij. ſ. Chriſti q̄ fuit purū ⁊ ſufficiens ⁊ deo charum ⁊ aceptum ſacrificiū: tū rōne puritatis: tū rōne charitatis: tū ratione obedientie ⁊ humilitatis/⁊ vnionis. Et hoc modo intendebat Augu. cū dixit: ꝙ ex quo inſtituta eſt circūciſio in illo populo ad purgationē originalis veteriſq̄ pcti: valebat ſicut modo baptiſmus: quaſi dicat ꝙ bene liberabat̄ circūciſus/ſed ſemꝑ manebat debitor in Chriſto: ⁊ deꝰ ſemꝑ manebat creditor vſq̄ ad generalem ſolutioneꝫ faciēdā ꝑ Chriſtū. Sicut manet creditor ille qui accepit tm̄ ſignuꝫ ſolutionis. Hoc eſt ergo qđ dicit Dauid in hac parte/cū ait. Sacrificium ⁊ oblationem noluiſti. quaſi dicat: tu noluiſti acceptare ſacrificiuꝫ ⁊ oblationem ve. legis in pretiū ſolidum pro peccato totius mundi: eo ꝙ talia ſacrificia erāt inualida ⁊ inſufficientia nō cōtinentia in ſe pretium: ⁊ erant indigna ⁊ immūda: ⁊ de ſe non acceptabilia. Ideo perfeciſti mihi aures ad obedienduꝫ tibi in oibus: adaptaſti mihi corpus: q᷑ purum ſine pctō: ⁊ nō ex opere Adā: ſed ex opere ſpūs ſancti in vtero virginali ex puris ſanguinibꝰ formaſti: ⁊ ſic fuit aptū ⁊ ſufficiēs ⁊ per ſe acceptabile ad tollendum omne peccatū. Et etiā adaptaſti mihi corpus mortale ad patiēdū: q᷑ vt poſſem pati meipm̄ exinaniui formā ſerui accipiēs ⁊ habitu inuentꝰ vt homo. Item non poſtulaſti holocauſtū agnorū/nec vitulorū pro pctō: q᷑ non erant ſufficientia ſacrificia: ſed q᷑ adaptaſti mihi corpus cum puritate ⁊ charitate ⁊ obedientia: ideo volens implere volūtatē tuam tunc dixi ecce venio ad patiendum ⁊ offerēdum me ad paſſionē pro oibus: ⁊ hoc feci ex obedientia. Nam in capite libri predeſtinationis ſcriptū eſt de me/vt facerē volūtatē tuā: qui predeſtinaſti me ad faciendā volūtatē tuā/poſtꝙ Adā fuit rebellis ⁊ inobediēs: ⁊ ideo voluiſti ꝙ ego per obedientiā meam ſatiſfacerem pro eius pctō ⁊ inobedictia. Ideo deꝰ meus ego volui obedire ⁊ tenere legem tuam in medio cordis mei. Deinde cū dicit:

**Annunciaui iuſtitiam tuam in eccleſia magna: ecce labia mea non prohibebo: domine tu ſciſti.**

xv. q. j. reuertimini

¶ Annunciaui iuſtitiā. oſtendit Chriſtus qualiter fuit obediens patri in publicatione euāgelij: eo ꝙ miſit oēs apl'os ſuos per vniuerſum mūdū ad predicandū euangeliū omni creature. Ideo dicit: non ſolū ſeruaui legē tuā: ⁊ repoſui eam in corde meo: ⁊ ꝑdicaui eā in Judea ⁊ Hieruſalē ante meam paſſionē: ſed etiā poſt aſcenſionē per apl'os meos annunciaui iuſtitiam tuā. i. legem euangelicā: in qua oſtenditur iuſtitia tua: eam in quā annunciaui nō ſolū in terra ꝓmiſſionis ⁊ Hieruſalē que eſt parua terra/ſed in eccleſia magna toto orbe diffuſa: qñ miſi apl'os ꝑ vniuerſum mundū ad predicandum euāgeliū omni creature: vt ptꝫ Mar. vltimo. Uñ dñe tu ſciſti ꝙ non prohibui nec prohibebo labia mea per me/nec per apoſtolos ad predicandū et annunciandum veritatem tuam. Et intelligit per labia apoſtolos per quos predicauit. quaſi dicat ꝙ non timui minas Judeorū/nec gentiliū: ſꝫ ante reges ⁊ preſides dixi veritatem. Ideo ſubdit.

**Juſtitiā tuam nō abſcondi in corde meo: veritatem tuam: ⁊ ſalutare tuum dixi. Non abſcondi miſericordiam tuam ⁊ veritatem tuam a conſilio multo.**

xviij. dōſ. c quia. ⁊ xxſ. q. ij. non ita.

¶ Juſtitiam tuam non abſcondi in corde meo: ſed dixi ⁊ manifeſtaui veritatē tuā euangelicā ⁊ ſalutare tuū. i. annunciaui tuum ſaluatorem Jeſum: ⁊ publice confeſſus ſum nomē Jeſu corā hoībus/cōtemnendo minas principum: ⁊ ideo nō tacui veritatem ex timore: nec abſcondi veritatem tuā a multo conſilio ſcribarū ⁊ ſacerdotū: ⁊ ideo moti ſunt principes ſacerdotum ad crucifigendum me: ⁊ tyranni ⁊ reges ad interficiendum apoſtolos ⁊ martyres: quaſi dicat. O pater iam manifeſtaui nomē tuum hominibus: ⁊ annūciaui mundo voluntatem tuam ſicut predixiſti ⁊ promiſiſti Moyſi. Deuter. xviij. ſ. loquetur ad eos omnia quecunq̄ dixero et precepero illi ⁊ cetera.

De pe. di. ſ. c. diuinitatis natura.

**Tu autē dñe ne longe facias miſerationes tuas a me: miſericordia tua ⁊ veritas tua ſemper ſuceperunt me.**

¶ Poſtꝙ ſuperius Chriſtus oſtēdit ſe in oibus cōplacuiſſe voluntati patris: ⁊ explicauit totū diſcurſum ſuorū laborū: nunc in hac parte ſcđa pricipali. tanꝙ mediator petit premiū ſui laboris/ſcꝫ liberari in capite ⁊ mēbris: ſed q᷑ paſſus eſt pro mēbris liberandis: ideo magis videtur petere liberationem mēbrorū. ideo ait. Tu aūt dñe pater ne facias longe miſerationes tuas a me/ſcꝫ a mēbris meis: ⁊ q᷑ ꝓ eis paſſus ſum. Nā tu ſcis ꝙ miſericordia tua ⁊ veritas tua ſemꝑ ſuſceperunt me in patriarchis ⁊ ꝓphetis: q᷑ ſemper liberaſti eos in veteri teſtamento/quorū liberatio fuit figura redēptiōis generis humani: ergo ſicut liberaſti eos tēporaliter: ita pariter libera oēs ſpūaliter: q᷑ maior ⁊ grauior eſt iſta captiuitas ⁊ afflictio in qua iacet totū genus humanum ꝙ illa. Quod probo.

vij. q. j. c. ad uerſitas.

**Quoniam circundederunt me mala quorum non eſt numerus: comprehenderunt me iniquitates mee: et non potui vt viderem.**

¶ Quoniam Adam peccante circundederunt me mala quorū non eſt numerus: quia tota humana natura fuit corrupta ⁊ ad duplicem mortem condemnata/⁊ infinitis infirmitatibus ſubiecta/⁊ multipliciter afflicta ⁊ vulnerata in corpore ⁊ anima. Et ſic comprehenderunt me iniquitates mee quas Adā ⁊ filij ſui cōmiſerunt: que intantū fuerunt multiplicate: quod non potui vt viderem. i. non potui eas numerare: quia

Extra de reliqui. c. vnico. in clemen.

**Multiplicate ſunt ſuper capillos capitis mei: ⁊ cor meum dereliquit me.**

¶ Multiplicate ſunt ſuper capillos capitis mei iniquitates ⁊ infirmitates mēbrorū meorū ꝓ quibus volui pati: intantū ꝙ cor meum dereliquit me in paſſione: quia vires defecerunt in me vſq3 ad mortem incluſiue. ¶ Unde nota ſecundum Auguſtinū/ꝙ ſicut peccatum Ade ⁊ filiorū ſuorum fuit multiplex: ita paſſio Chriſti debuit eſſe multiplex. Nā in illo peccatō fuit furtū/⁊ homicidiū/ ⁊ blaſphemia/⁊ rebellio: ſicut dictū eſt pſal. xiij. Ideo Chriſtus voluit pati multiplicē penā vt pro oībus peccatis ſatiſfaceret. Nā ipſe fuit palmis ceſus ⁊ conſputus tanꝗ blaſphemus/⁊ flagellatus vt latro: ⁊ coronatus ſpinis ⁊ deluſus tanꝗ vſurpator regni ⁊ fuit finaliter crucifix⁹ tanꝗ homicida: ⁊ ideo dicit Chriſtus: multiplicate ſunt iniquitates mee ſuper capillos capitis mei. Quaſi dicat: qȯ plures fuerunt ꝗ capilli capitis: q2 nō ſolū paſſus eſt pro iniquitatibus ipſi⁹ Ade: ſ3 etiā omniū preteritorū ⁊ futurorū qui numerari non poſſent. Et ideo dicit comprehenderunt me iniquitates quorū non eſt numerus: quia dn̄s poſuit i eo iniquitates omniū noſtrum: ⁊ attritus eſt propter ſcelera noſtra. Eſa. liij. Item iniquitates membrorum dicit Chriſtus eſſe ſuas non quo ad culpam: ſed quo ad penam: quia pro eis paſſus eſt: ⁊ ſoluit penas pro eis: vt nos ab eterna morte liberaret. Ideo

¶ Paſſio chriſti multiplex.

De conſe. diſti. iiij. nec quēꝗ.

**Complaceat tibi domine vt eruas me: domine ad adiuuandum me reſpice.**

¶ Quaſi dicat: poſtꝗ ꝓ eis paſſus ſum: ⁊ ſolui penas: ideo erue eos a pena eterna. Itē nota ꝙ Chriſtus non ſolum intendit rogare patrem: vt liberet ſuos a captiuitate peccati: ſed etiā vt liberet totā eccleſiā de manu tyrannorum ⁊ hereticorū.

ſupra lxviij ⁊ infra lxxix. ⁊. xxiiij. q. j. ca. vlti.

**Confundantur ⁊ reuereantur ſimul: qui querunt animam meam vt auferant eam.**

**Conuertantur retrorſum ⁊ reuereantur: qui volunt mihi mala.**

¶ In hac tertia parte petit vltionē de Judeis qui noluerunt Chriſtum audire nec recipere: imo ipm̄ crucifixerunt. Unde ait. O pater cōfundantur Judei ⁊ reuereantur qui querunt animam meam et vitam meam: vt auferant ipſam de mundo. Quaſi dicat confundantur quando viderint me a mortuis reſurrexiſſe: ⁊ maneāt fruſtrati in ſuo deſyderio: ⁊ conuertantur retrorſum cadentes ab omni dignitate ⁊ regno ⁊ ſacerdotio

**Ferant confeſtim confuſionem ſuam: qui dicunt mihi euge euge.**

¶ Ferant ⁊ patiantur cōfeſtim confuſionem ⁊ verecūdiam ſuam omnes Judei qui dicunt mihi euge euge. i. oēs qui letabātur in morte mea. Puniātur ergo Judei ⁊ oēs obſtinati qui noluerunt me audire ⁊ ſequi: vt impleatur quod dixiſti Deutero. xviij. Quicūꝗ verba eius que loquetur in nomine meo/audire noluerit: vltor exiſtam: quaſi dicat: cōpleatur in eis illa ſententia.

**Exultent ⁊ letētur ſuper te omnes querentes te: ⁊ dicant ſemper magnificetur dominus qui diligunt ſalutare tuum.**

¶ Hic petit Chriſtus premium pro ſuis mēbris ſequentibus eū. Unde ait. Exultēt in corde ⁊ in anima: ⁊ letētur in facie omnes apoſtoli ⁊ fideles qui querūt ⁊ ſecuti ſunt te: ⁊ audierūt doctrinā meā: ⁊ oēs qui diligunt Jeſum ſalutare tuū: ⁊ qui dicunt magnificetur dn̄s. i. qui magnificant patrem in filio ⁊ econuerſo Quaſi dicat: omnes iuſti ⁊ fideles habeant gratiam in preſenti: ⁊ gloriam in futuro: ſicut promiſiſti Moyſi. Exodi. xxxiij. quando dixiſti. Ego oſtendam tibi omne bonum/in aduentu Chriſti ſupple. Deinde cū ſubdit

**Ego autem mendicus ſum ⁊ pauper: dominus ſollicitus eſt mei.**

¶ Ego aūt mēdicus ſum cōcludit Dauid in pſona toti⁹ corporis miſtici Chriſtum expectātis dicēs, Ego autem mendicus ſum ⁊ pauper: ideo dn̄s ſollicitus eſt mei: id eſt quia in Adam fui expoliatus omnibus bonis gratuitis. et ſic fui factus pauper. ⁊ etiam fui percuſſus/⁊ vulneratus in corpore/et anima: ⁊ factus fui mendicus ⁊ egenus: ideo neceſſe eſt vt dominus ſit ſolicitus mei: q2 nullus ali⁹ me poteſt liberare/⁊ paſcere/⁊ reficere pabulo ſacramentorum/niſi Chriſtus. Ideo conuerſus ad Chriſtum dicit.

**Adiutor meus ⁊ protector meus tu es: de⁹ meus ne tardaueris.**

¶ O domine Jeſu adiutor ⁊ redēptor ⁊ protector meus ne tardaueris venire: quia nullus alius me poteſt liberare. ¶ Ex ſupradictis patet/quod ſi velimus contemplari dicta in hoc pſal. magis videt Dauid euangeliſta ꝗ propheta. Nam ex hoc pſalmo poſſunt recolligi octo euangelice concluſiones. Quarum prima eſt: quod Chriſtus quatuor beneficia contulit fidelibus membris ſuis in ſuo aduentu. Nam primo liberauit eos de lacu miſerie inferni: ⁊ de luto fecis peccatorum ⁊ penalitatum. Secundo fundauit eos ſupra firmam petrā fidei qui eſt Chriſtus. Tertio direxit eos in celum per legem euāgelicam. Quarto abſoluit eos a cantico vete. leg. cerimoniarum/et poſuit canticum nouum euangelicum in ora ipſorum quod eſt canticum libertatis ⁊ letitie. ¶ Secunda concluſio/ quod miſteria mirabilia que pater fecit in filio et per filium: ſunt ineffabilia ad dicendum ⁊ narrandum et incomprehenſibilia ad cogitandum ⁊ comprehēdendum. ¶ Tertia concluſio/quod deus nō accipiebat ſacrificia ⁊ holocauſta ⁊ oblationes vete. leg. in pretium pro peccato: quia non erant ſufficientia: ſed ſolum in ſignum federis futuri pre



tij per Chriſtū ſoluendi. Et ideo fuit neceſſe Chriſtum veniſſe ad ſoluendū pro oībus preſentibus ⁊ futuris: eo fuit aptus ⁊ ſufficiens pretiū ad ſatiſfaciendū pro oībus ratione puritatis ⁊ obediētie. ¶ Quarta cōcluſio/ꝙ Chriſtus nō ſolū annunciauit volūtatē patris in Hieruſalē ⁊ Judea: ſed etiā annunciauit euangelicā iuſtitiā ⁊ legē iuſtificātē in eccl'ia magna toto orbe diffuſa. ¶ Quinta ꝯcluſio/ꝙ Chriſtus mediator ex debito ⁊ iure meruit liberare genus humanū ꝑpter laborem paſſionis ⁊ virtutē obediētie ⁊ charitatis. ¶ Sexta cōcluſio/ ꝙ ex ſententia data per dn̄m in lege veteri/ Judei obſtinati/⁊ ceteri infideles q̇ noluerūt Chriſtū audire nec recipere: merentur penā ⁊ vltionē eternā. ¶ Septima cōcluſio/ꝙ ex ꝓmiſſiōe facta Moyſi in le. ve. debet ſequētibus Chriſtū gratia in p̄ſenti ⁊ gl'ia in futuro. ¶ Octaua cōcluſio/ꝙ oēs fuim⁹ facti pauperes ⁊ mendici in Adam: de q̇bus malis nemo nos peterat liberare niſi Chriſtus q̇ fuit ſollicitus in noſtra redemptiōe ⁊ ſalute.

ſa. j. nō eſt.

**Beatus qui intelligit ſuper egenū et pauperem: in die mala liberabit eum dominus.**

**Dn̄s conſeruet eum ⁊ viuificet eum: ⁊ beatum faciat eū in terra: ⁊ non tradat eum in animam inimicorum eius.**

**Dn̄s opem ferat illi ſuper lectum doloris eius: vniuerſum ſtratum eius verſaſti in infirmitate eius.**

¶ Titulus/Uictori ſiue in finē pſal. Dauid. Ex titulo apparet ꝙ Dauid fecit hunc pſal. dirigēs nos in Chriſtum qui eſt finis legis In quo prophetice predicitur ⁊ memoratur victoria Chriſti. Hoc idē confirmat Chriſtus Joan. xiij. allegans pro ſe ſcripturam huius pſal. cum dicit. Ego ſcio quos elegerim: vt impleatur ſcriptura: qui manducat mecum panem: leuabit contra me calcaneū ſuum. Ex his patet ꝙ iſte pſalmus factus eſt a Dauid pro Chriſto prophetice. Item Augu. in libello de fide rerum inuiſibilium adducit magnam partē huius pſal. probans Dauid prophetaſſe in hoc pſalm̄. de morte ⁊ paſſione et reſurrectione Chriſti. Sed eſt videndū vnde Dauid ſumpſit occaſionē faciendi hunc pſal. Ad qȯ dicitur ꝙ hebrei moderni multa varia ⁊ inepta dicunt volentes aſſignare cauſas que nullo modo poſſunt cum ratione applicari litere huius pſal. Et ideo ſaluo meliori iudicio cum dei adiutorio mihi videtur ꝙ Dauid ſumpſit occaſionē faciendi hunc pſal. quando fugit a facie filij ſui Abſalon. Legitur enī Reg. ij. a. xv. vſq3 ad. xix. cap. qualiter Abſalon inſurrexit cōtra Dauid patrē ſuū: vt auferret ſibi regnū: cui magna multitudo ex Iſrael adheſit: inter quos principalis fuit Achitofel q̇ fuerat ꝯſiliarius familiaris ipſius Dauid. Cū ergo ꝑgeret Dauid ꝑ verticē mōtis oliuarū: apparuit Siba puer ⁊ ſeru⁹ Miphiboſeth in occurſum eius cum duobus aſinis, q̇ onerati erant ducentis panibus: ⁊ centū alligaturis vue paſſe: et centū maſſis polentarū: ⁊ duobus vtribus vini: et ſic ſubuenit inedie ⁊ indigētie: ⁊ refocillauit ipſ3 Dauid cū3 toto exercitu fugienti. Itē legit̄ poſtea ꝙ cū Achitofel videret ſe fruſtratū cōſilio ſuo ⁊ cōtēptū ꝑpter cōſiliū Chuſi: laqueo ſe ſuſpendit. Itē poſtea ꝙ cū Dauid tranſiſſet Jordanē: occurrit ſibi Berzelay Galaadites ⁊ Rabath filiorū Amon ⁊ multi alij q̇ obtulerūt ei ſtratoria ⁊ tapeta ⁊ vaſa fictilia: ⁊ frumentum: ⁊ ordeū/⁊ farinā/⁊ polentā: ⁊ ſic ſubuenerunt indigentie et paupertati ipſius Dauid. Sed poſtea Joab interfecit Abſalon: ⁊ diſperſi ⁊ victi ſunt oēs inimici Dauid. Et ſic reuerſus eſt Dauid in Hieruſalē cum magna victoria: ⁊ ꝯfirmatus eſt in ſuū regnū oībus diebus vite ſue. Unde dixit: An ignoro me hodie factū regem ſuper Iſrael. ⁊c. In hoc ergo ſupradicto myſterio preuidit Dauid in ſpiritu totum myſterium paſſionis et reſurrectiōis ⁊ regni ipſius Chriſti. De quo myſterio cōdidit hunc pſalmum. Uñ per hoc ꝙ Abſalon cōiurauit ⁊ inſurrexit cōtra patrē ꝓuidit qualiter ppl's Judeorū debebat ex inuidia inſurgere aduerſus dn̄m ⁊ aduerſus Chriſtū eius: vt ſibi regnū ⁊ vitam auferret. Et ꝑ hoc ꝙ Achitofel cōſiliarius Dauid adheſit Abſaloni dans conſiliū contra dn̄m ſuū: Dauid ꝓuidit qualiter Judas Scarioth vnus ex diſcipulis ⁊ familiaribus Chriſti debebat inſurgere contra Chriſtu3: ⁊ adherere phariſeis: et vendere Chriſtū: ⁊ dare cōſiliū cōtra ipm̄: et laqueo ſe ſuſpēdere dū eſſet fruſtratus cōſilio ſuo: ſicut Achitofel. Itē ꝑ hoc ꝙ Siba ſubuenit Dauid in illa fuga ⁊ indigentia in monte Oliuarū ⁊ Berzelay iuxta Jordanē: ꝓuidit in ſpū qual'r Chriſtus debebat eſſe paup: ⁊ multi debebāt ſubuenire indigentie ⁊ pauptati ſue in vita. Ut patet de Martha ⁊ Magdalena: q̇ ſubueniebāt Chriſto de facultatibus ſuis. Luce. viij. Itē Joſeph ab Arimathia et Nicodem⁹ ſubuenerūt ſibi in ſepultura. Oia ergo ſupradicta ꝓuidēs Dauid in ſpū fecit hūc pſalmū in pſona Chriſti: in quo introducit Chriſtū loquentē. In quo q̇dē pſal. quatuor facit. Nā primo petit a patre ſeptē ꝓmia ꝓ his q̇ ſubuenerūt i ſua paupertate ⁊ morte ⁊ ſepultura. Scdo ꝑ oppoſitū explicat ingratitudinē ⁊ crudelitatē ipſius Jude ꝓditoris. Tertio petit reſurrectionē a p̄re: vt poſſit vtriſꝗ premia referre ⁊ attribuere ſcd̄m opera ſua. Quarto agit gratias patri de ſua reſurrectione ⁊ aſcēſione. Scd̄m ibi. Inimici mei. Tertiū ibi: Tu aūt dn̄e. Quartū ibi. In hoc cognoui. ¶ Quantū ergo ad primū eſt notandū/ꝙ Adā ꝑpter pctm̄ ⁊ ingratitudinem ⁊ inobedientiā ſeptē dāna ⁊ ſeptē miſerias incurrit. ſ. famē/ſitim/nuditatē/dolores/⁊ infirmitates corporales/carcerē/captiuitatē/⁊ mortem. Unde Chriſtus licet eſſet ſolus inter mortuos liber: tamē vt nos a p̄dictis miſerijs liberaret voluit oēs ſupradictas miſerias in ſe ſponte aſſumere: vt ſuā miā3 erga nos maxime demōſtraret: ⁊ voluit etiā vt in ſuis miſerijs ſibi ſubueniret ab alijs: ⁊ ita voluit ⁊ p̄cepit: vt in talib⁹ miſerijs vnuſquiſꝗ proximo ſuo ſubueniat: vt patet Mat. xxv. Et voluit vt ſibi tanꝗ pauperi ſubueniret: et nō ſolum ſe voluit oſtendere pauperē: ſed patrem et caput pauperū. Et hoc vt diuitias cōculcarēt: ⁊ exemplo ſui ceteri paupertatē ⁊ miſerias patienter tolerarēt. Et ſic voluit in pauptate naſci ⁊ viuere. Unde ait Mat. viij. Uulpes foueas habēt/⁊ volucres nidos/filius autē hoīs non habet vbi caput ſuū reclinet. Et ſic voluit ſibi in paupertate ſubueniri: ⁊ eleemoſynas acceptare. Nā Martha ⁊ Magdalena miniſtrabant ſibi de facultatibus ſuis: vt

Diuiſio pſ.

Adā ꝑ pctm̄ ſeptē dāna icurrit.

patet Luce. xiij. Et Martha accepit ipm̄ in hoſpitio ſuo: ⁊ Gamaliel defendit ipſum in conſilio. Et Magdalena ipm̄ laſſum ⁊ feſſum vnxit vnguento Joan. xij. Et tandē Joſeph ab arimathia in ſepulchro eum ſepeliuit: vt patet ꝑ oēs euāgeliſtas. Ex quibus patet ꝙ oia ſeptē opera mie voluit in ſe acceptare. Et hoc fecit Chriſt⁹ ꝓpter quatuor. Primo vt pauperē ſe oſtenderet: ⁊ nos a ꝓdictis miſerijs liberaret. Scd̄o vt vniuſquiſqꝫ noſtrū exemplo ſui nō cōfundat: ſed paupertatē ⁊ ceteras miſerias tolleret patienter. Tertio vt ſubuenire pauperibus addiſcam⁹. Quarto vt ſubueniēdo miſeris pauperibus merita ſue paſſiōis participem⁹. Et ſicut ſunt ſeptē opa mie: ita Chriſtus petit a patre ſeptē premia ꝓ oibus his q̄ ſibi in ſua paupertate ſubuenerūt: ⁊ ꝓ oibus q̄ pauperibus ⁊ afflictis in ſua neceſſitate ſubueniūt: ⁊ ſeptē opa mie erga ꝓximum exercent. Dicit ergo Chriſtus in hac prima parte.

Quare xp̄s ſe fecit pauperem.

¶ Beatus ſit ⁊ erit oīs q̄ intelligit ⁊ intēdit ⁊ curā habet ſup me ⁊ quēcūqꝫ aliū egenū ⁊ pauperē: ſicut fecit Martha q̄ me cibauit: ⁊ Magdalena que me feſſuꝫ vnxit. Et Joſeph q̄ me i ſuo ſepulchro ſepeliuit. Et ſic erit beat⁹ quicūqꝫ fecerit miſericordiam erga ꝓximū ſuū. Nam ſicut exercuit ſeptē opera miſericordie: ita cōſequetur ſepteꝫ premia. Nam primo dominus liberabit eum in die mala. i. in die iudicij: q2 dicet omnibus miſericordibus. Venite benedicti patris mei percipite regnum: q2 eſuriui ⁊ dediſtis mihi mādꝫcare. Et ſic liberabit oēs tales a pena inferni. Scd̄o dn̄s cōſeruet. i. conſeruabit eum in gratia ne cadat in peccatū. Tertio viuificet eum a peccato ad gratiā ſi forte ceciderit in aliqd̄ peccatū. Quarto beatū faciat eū in terra viuentiū. i. in gl'ia. Quinto nō tradat eū in manus inimicoꝝ: immo liberet eū ab inimicis viſibilib⁹ ⁊ inuiſibilibus: ⁊ ab oi periculo. Sexto dn̄s opem ferat illi ſup lectum doloris eius. i. adiuuet eum in oibus infirmitatibus et doloribus corporalibus. Septimo vniuerſum ſtratū eius verſaſti in infirmitate eius. quaſi dicat: tu pater verſabis ⁊ mutabis totū lectū eius in ſanitatē ⁊ vitā: cū ſit ⁊ fuerit in aliqua infirmitate. quaſi dicat: ꝙ nō ſoluꝫ feres opē ⁊ auxiliū in ſuis doloribus ⁊ infirmitatibus: ſed etiā liberabis euꝫ a morte corporali: q2 in infirmitate eius. i. dū fuerit infirmus ad mortē in lecto verſabis ⁊ mutabis ſtratū ⁊ lectuꝫ mortis eius in ſanitatē ⁊ vitam: ⁊ reuocabis eum a morte corporali. Sed forte lꝫ vniuerſuꝫ ſtratū eius verſaſti in infirmitate eius: refertur ad vitā glorioſam quam corpus cuiuſlibet iuſti ⁊ miſericordis recuperabit per reſurrectionē in premiū.

✱ ¶ Ad cuius intelligētiā eſt notandū: ſicut frequenter dictū eſt: ꝙ Chriſtus totaliter redemit ⁊ liberauit hoiem quātū ad animā ⁊ corpus ab oibus miſerijs quas traxit ex Adā propter peccatū: Nam per mortē ⁊ paſſioneꝫ redemit animā ⁊ liberauit a peccato. Sed ꝑ reſurrectionē liberauit corp⁹ ab omni miſeria corporali. ſcilicet a ſeptē ſupradictis miſerijs: quas incurrit Adā ꝓpter pctm̄. Nam ſicut Chriſtus reſurrexit cuꝫ corpore glorioſo libero ab omni miſeria: q2 ſurrexit immortalis ⁊ impaſſibilis: ita nos reſurgemus ⁊ immutabimur ob omni miſeria in gloriā ⁊ libertatē: vt ait apoſtolus. i. ad Corinth. xv. Et ſic Chriſtus in finali iudicio ⁊ vniuerſali reſurrectione corpus noſtrū in infirmitate corporali poſitum ⁊ miſeria verſabit in immortalitatem ⁊ impaſſibilitateꝫ ⁊ gloriā. ¶ Nā corpus noſtrū pro iſto ſtatu nihil aliud eſt: niſi ſtratū et lectus doloris ⁊ infirmitatū ⁊ miſeriarū: in quo iacet anima noſtra infirma: q2 infirmat aīa ad infirmitatem corporis ſequēdo eius cōcupiſcentiā: ⁊ afflictiones: vt inquit Augu. Ideo dicit ꝙ hunc lectū ⁊ ſtratū voluit tangere Chriſt⁹: vt ſanaret noſtras infirmitates. Unde ait Augu. ꝙ grādis deſcendit de celo medicus: q2 grādis ⁊ magnus in terra iacebat egrotus: Sed tetigit lectulum huius egroti: cuꝫ carnē noſtrā infirmā aſſumpſit: ⁊ ſanauit egrotū. Ex quo patet ꝙ corpus noſtrū mortale ꝓ iſto ſtatu nil aliud eſt: niſi quidā lectus ⁊ ſtratū oim dolorū ⁊ infirmitatum in quo iacet aīa egrota. Sed Chriſtus in finali reſurrectione verſabit ⁊ mutabit ipm̄: ⁊ cōuertet in vitā immortalem ⁊ impaſſibilē. Et hoc eſt ſeptimū premiū qd̄ recipiēt iuſti in generali reſurrectiōe. Et hoc petit Chriſtus a patre pro oibus facientibus opa mie. Ideo ait. O pater nō ſolū feres opem ſup lectū doloris ipſius hois facientis miam mihi ⁊ omni ꝓximo: ſed etiā verſaſti vniuerſum ſtratū eius in eius infirmitate. i. cū vniuerſuꝫ corpus ei⁹ ſit qdā lectus ⁊ ſtratū cōſtitutū in multiplici infirmitate ⁊ miſeria verſabis ⁊ mutabis ipſum in gloriā ⁊ immortalitatē ⁊ impaſſibilitatē. Ex qb⁹ ptꝫ ꝙ ſicut ſeptē miſerias incurrit Adā cū tota poſteritate: ſ. famē: ſitim: ⁊ nuditatē: ⁊ carcerē: ⁊ captiuitatē: ⁊ infirmitatē: ⁊ mortē: ita ſunt ſeptē opera miſericordie: que vult Chriſtus vt faciamus erga proximū ipm̄ releuando. ſ. Cibare eſurientes. Potare ſitiētes. Veſtire nudos. Viſitare infirmos. Et incarceratos liberare. Et captiuos redimere: ⁊ mortuos ſepelire. Quas oēs ſeptē miſerias Chriſt⁹ in ſe voluit ſuſtinere: vt nos ab eis liberaret. Et voluit in oibus ſubueniri ſibi: vt merita ſue paſſiōis participaremus vt dictū eſt. Ideo petit a patre ſeptem premia illis ſeptē operibus miſericordie correſpōdentia. Primo vt oēm miſericordē liberet ab inferno in die iudicij. Secundo vt cōſeruet eum in gratia. Tertio vt viuificet eū a peccato ad gratiā. Quarto vt faciat eum beatū in terra et in gloria. Quinto vt liberet euꝫ ab omnibus inimicis. Sexto. vt liberet eū ab omni dolore et infirmitate corporali. Septimo vt reſuſcitet ipſum ad gloriam ⁊ immortalitatem in finali reſurrectione. Que ſunt premia promiſſa omnibus facientibus miſericordiam cum proximo ſuo. Quomodo autem obligamur ſubuenire indigentibus: ⁊ implere opera miſericordie ſub pena ignis eterni: patebit pſal. cxi. Sed quia ſolus Chriſtus mediator dei ⁊ hominū ꝑ paſſionē ⁊ reſurrectionē nos a ſupradictis miſerijs liberauit: ⁊ a patre ſupradicta ſeptē p̄mia impetrauit: ideo ꝯcludēdo orat ad patrem dicens.

**Ego dixi dn̄e miſerere mei: ſana animam meam quia peccaui tibi.**

¶ Ego dixi dn̄e miſerere mei. i. ego oraui in horto ⁊ i cruce ꝓ eccl'ia fideliū: ⁊ dixi ad patrē. O dn̄e pater miſerere mei. i. miſerere eccleſie mee cuius ego ſum caput: ⁊ ꝓ qua recipio hanc mortē ⁊ paſſionē Et ſana aiam meā. ſ. eccleſiā fideliū ꝓ qua patior: que eſt aīa ⁊ vita mea: q2 eam aſſumpſi: ⁊ mihi in ſponſam vniui vnitate myſtica. ſana ergo iſtam aiam meam: q2 tibi peccaui. non in capite: ſed in mēbris: quādo Adā peccauit. Quia quando Adam peccauit: incurrit oēs has infirmitates ⁊ miſerias ſupradictas. Sana ergo iſtam aiam: que ibi. i. contra te tunc peccauit. Litera aūt Hiero. habet. Sana aiam meam: quia peccaui tibi. ⁊ tunc eſt litera magis plana: ſed totum poteſt dici. Nā q2 Chriſtus aſſumpſit eccleſiā in vnitate myſtica: ideo cōmunicantur idiomata: ⁊ noſtra peccata dicit eſſe ſua nō quo ad culpam: ſed quo ad penā: eo ꝙ noſtram cauſam recepit defendendā: tanqꝫ fideiuſſor: ⁊ procurator: ⁊ dominus: ⁊ heres: ⁊ ſponſus: ⁊ pater: vt dictum eſt pſalmo. xviij. ⁊. xxi. Et ſic Chriſtus dicit ꝙ peccauit in Adam: non ad culpam ſed ad penaꝫ. Deinde cum dicit:

rl. q. i. et merito.

**Inimici mei dixerunt mala mihi: quando morietur ⁊ peribit nomen eius?**

¶ Poſtqꝫ ſuperius Chriſtus explicauit miſericordiā quā Martha ⁊ Magdalena ⁊ Joſeph ⁊ ceteri fecerunt cum eo in ſua vita ⁊ morte ⁊ ſepultura: ꝓ quibus petijt ſupradicta ſeptē p̄mia a patre: iō ꝑ oppoſitū in hac ſcd̄a parte explicat ingratitudinē et crudelitatē: quā Judas diſcipulus eius cū concilio ſacerdotū ⁊ phariſeoꝝ oſtendit contra eum in ſua morte. Nam cū Judas eſſet diſcipulus eius: debuiſſetqꝫ illū defendere: tamē tradidit eū Judeis. et ideo ſub ſilentio predicit eoꝝ dānationē ⁊ punitionē. ¶ Ad cui⁹ intelligētiā eſt notādū: ꝙ Achitofel fuit vnus de principalibus ⁊ ſecretis conſiliarijs Dauid. Sed ipſe fuit primus qui adheſit Abſaloni: ⁊ detegebat ſecreta Dauid: ⁊ referebat Abſaloni ⁊ cōſilio eius: ⁊ hoc durauit per aliquot dies vſquequo manifeſte detexit ſuū ꝓdimentum: ſed poſtea q2 ad preces Dauid ⁊ induſtria Chuſi infatuatū fuit ⁊ fruſtatū cōſilium ⁊ ꝓdimentū eius: iō abijt et laqueo ſe ſuſpēdit. Ita pariter Judas qui fuit vnus ex diſcipulis Chriſti: iuit ad cōciliū phariſeoꝝ ⁊ principes ſacerdotū dicens. Quid vultis mihi dare: ⁊ ego eū vobis tradā? Et cum illi conſtituiſſent ſibi. xxx. argenteos querebat opportunitatem quomodo traderet eū eis. Et ſic quicquid audiebat a Chriſto ⁊ diſcipulis eūdo ⁊ redeundo referebat Judeis: ⁊ ideo dixit ſibi Chriſtus: Juda qd̄ facis fac citius. Et deduxit miniſtros ad locū vbi Chriſtus orabat: in quo cōueniebat Jeſus cū diſcipulis: ⁊ ſic oſculo tradidit eū. ſed poſtea laqueo ſe ſuſpendit. Totū ergo hoc myſteriū preuidens Dauid in figura per Achitofel ⁊ cōſiliū Abſalonis: dicit in perſona Chriſti. Inimici mei principes ⁊ phariſei dixerunt mala mihi. i. falſa crimina impoſuerunt: ⁊ cōfinxerunt: ⁊ in mortē meam cōſpirauerūt dicentes quando morietur iſte ſeductor ⁊ peribit nomē eius. i. moriatur: ⁊ eradamus eū de terra viuentium: ⁊ non nominetur vltra: quia expedit vt vnus hō moriat pro populo: ne forte veniāt Romani ⁊ tollant a nobis locū noſtrum ⁊ gentem.

3 Not. de figura Iude.

**Et ſi ingrediebatur vt videret vana loquebatur: cor eius congregauit iniquitatem ſibi.**

rl. q. i. ſteriores. rl. q. i. ca. ſumma

¶ Et ſi pro quando Judas vel aliquis alius ingrediebatur ad cenaculum vbi eram cum diſcipulis: vt videret ⁊ exploraret ⁊ inſidiaretur quid faciebam: tunc vana loquebatur cor ipſius Jude. Nam dicebat: nunquid ego ſum domine? ⁊ dicebat. Ut quid perditio hec? poterat enim vnguentuꝫ iſtud venundari plus qꝫ. ccc. denarijs ⁊ dari pauperib⁹. Sed in hoc vana. i. cū fraude loquebatur cor eius. Nam nō dicebat hoc ꝙ ad eum pertineret de egenis: quia fur erat ⁊ latro: ideo vnum dicebat ore: et aliud verſabat in corde. Ideo Judas exinde cōgregabat iniquitatē ſibi: ⁊ machinatus eſt quomodo Chriſtum traderet. Et ſic

**Egrediebatur foras: et loquebatur in idipſum.**

**Aduerſum me ſuſurrabāt omnes inimici mei: aduerſum me cogitabant mala mihi.**

¶ Egrediebatur foras iſte proditor abiens ad phariſeos: et loquebatur in idipſum. i. ſimul cum eis tractando de captione Chriſti: ⁊ ſic omnes Judei inimici mei ſuſurrabant. i. ſuſurrādo multa crimina imponebāt: ⁊ mortem tractabant: ⁊ cogitabant. Et ſic opere cōpleuerunt.

**Verbum iniquum conſtituerunt aduerſum me: nunquid qui dormit non adijciet vt reſurgat?**

diſt. l. c. ponderet. et c. ſacerdotes.

¶ Sed adhuc poſt mortem meam cōſtituerūt verbum iniquum aduerſum me. Nam dum eſſem in ſepulchro principes: ⁊ phariſei acceſſerunt ad Pilatum dicentes. Domine recordati ſumus quod ille ſeductor dixit adhuc viuens: poſt tres dies a mortuis reſurgā. iube ergo cuſtodiri ſepulchrū: ne forte veniant diſcipuli eius nocte ⁊ furentur eum ⁊ dicant plebi: ſurrexit a mortuis. Nam nunquid iſte ſeductor qui dormit. i. mortuus eſt nō adijciet ſuis falſis miraculis vt reſurgat. i. dicat ⁊ fingat ſe ſurrexiſſe? quaſi dicant ſic. Et hoc eſt verbuꝫ iniquum quod principes ⁊ phariſei cōſtituerunt aduerſus Jeſum. Nam corruperunt cuſtodes pecunia: vt dicerent diſcipulos furatos fuiſſe corpus Jeſu: que falſa fama fuit apud Judeos per aliqua tempora cōficta. Sed quia hoc ſecretū de futura Chriſti reſurrectione reuelauerat Judas Judeis ꝓut dixerat Chriſtus: Un̄ dixerat eis tenete ⁊ ducite caute: quia ipſe dixit ſe tertia die reſurrecturum: Ideo ſubdit Chriſtus. Non eſt mirum ꝙ principes ⁊ phariſei cogitarent mala mihi: ⁊ conſtituerent verbū iniquum aduerſum me.

**Etenim homo pacis mee in quo ſperaui: qui edebat panes meos: magnificauit ſuper me ſupplantationem.**

De pe. diſt. i. c. homicidioꝝ

¶ Etenim pro quia Judas homo pacis mee. i. diſcipulus ⁊ familiaris ⁊ fictus amicus in quo ſperabam: vt me defenderet: ipſe me tradidit ⁊ magnificauit ⁊ eleuauit contra me ſupplantationē. i. calcaneum ⁊ calcē: ⁊ inſultauit calcibus cōtra me: me tradendo ⁊ ſecreta reuelādo ⁊ dicendo: ducite caute ⁊ cuſtodite: quia dixit ſe reſurrecturū. Ex quib⁹ patet ꝙ iſte Judas proditor fuit in omnib⁹ ſimilis ipſi Achitofel: ⁊ ſic in fine laqueo ſe ſuſpendit. Et ſic patet quomodo Dauid predixit in hac ſecunda parte totum myſteriū machinationis ⁊ traditiōis mortis Chriſti: ſicut preuidit in figura per Achitofel: ⁊ ideo Chriſtus allegat hoc dictum in perſona ſui per Dauid eſſe dictū ⁊ ꝓnūciatū: vt ptꝫ Jo. xiij. Unde dicit hō pacis mee. i. fictus amicus: in quo.

ſperabā: ſicut erat decēs diſcipulū: qui edebat panes meos. i. mecū cenauit in mēſa: ⁊ comedit agnū ⁊ azyma: ⁊ etiā recepit corpus meū in ſacramēto illa nocte: poſtea eleuauit calcaneū cōtra me. Quaſi dicat: nō ſolū inimici publici: ſed etiā ficti amici inſultarunt contra me. Totum etiam hoc allegat Augu. in libello de fide rerum inuiſibilium: eſſe dictū de Chriſto ⁊ ſua morte ⁊ paſſione ⁊ reſurrectione: ⁊ de Juda proditore. vbi Auguſtinus adducit magnam partem huius pſal.

xiiij. diſtin. ſicut q̄dam. **Tu autem domine miſerere mei: ⁊ reſuſcita me: ⁊ retribuam eis.**

¶ Poſtq̄ Chriſt⁹ in prima parte poſtulauit a pr̄e p̄mia p his q̄ ſubuenerūt ſue indigentie ⁊ paup̄tati: Et in ſc̄da explicauit modū ſue traditionis per Judā: Nunc in hac tertia parte petit a pr̄e reſurrectionē: vt poſſit retribuere bonis p̄mia p̄dicta: et ſuis pſecutoribus penā: ſicut p̄uidit Dauid cum reſtitutus fuit in regnū ſuū poſt mortem Abſalon et Achitofel. Dicit ergo Chriſtus. Sȝ tu dn̄e pater reſuſcita me a mortuis: ⁊ retribuā eis. ſ. bonis p̄mia in principio dicta: ⁊ malis penā. Vn̄ dicit Chriſtus ad patrē: miſerere mei: p corpe myſtico: ⁊ loquit̄ inquantū hō: q2 vt ſic eſt caput eccl'ie: ⁊ vt hō eſt ſuſcitatus ⁊ exaltat⁹ a patre: q2 vt deus reſurrexit in ꝓpria virtute: vt ait apoſtolus. Vn̄ Chriſt⁹ poſt reſurrectionē ſuā recuperauit ⁊ adept⁹ eſt regnū et vniuerſalē ptātem in celo in terra ⁊ in inferno. Et ſic tribuit crucifixoribus penā tpalē in preſenti: regnū ⁊ ſacerdotium auferendo: ⁊ eos trucidādo per Romanos ⁊ captiuando: ⁊ in futuro ad penā eternam deſtinando. Miſericordib⁹ vero qui ſibi ſubuenerunt: ⁊ de corpe ſuo curam geſſerunt: ⁊ euāgelio obedierunt: tribuit gratiam in preſenti: ⁊ gloriam in futuro tam coporis q̄ anime.

xxiij. q. iiij. ca. nabuchodonoſor. **In hoc cognoui qm̄ voluiſti me: qm̄ non gaudebit inimicus meus ſuper me.**

¶ Hic agit gratias de ſua reſurrectiōe ⁊ aſcēſione dicens. O pater ego in hoc cognoui. i. cognoſcere oēs feciſti: ⁊ mēbra mea cognoſcere potuerūt: qm̄ voluiſti ⁊ dilexiſti me: qm̄ inimicus meus ppl's iudeorū ⁊ infideliū nō gaudebit ſuper me. Nam cum viderūt me ſurrexiſſe ⁊ celos aſcendiſſe ⁊ ſpm̄ ſanctū in apoſtolos miſiſſe ⁊ per eos miracula operari: tūc viderūt ſe ſuo deſyderio fruſtratos: ⁊ ſic nō potuerunt gaudere ſuper me: imo triſtari.

i. xcij. ⁊ xxiij. q. iiij. obtineri. **Me autem propter innocentiam ſuſcepiſti: et confirmaſti me in conſpectu tuo in eternum.**

¶ Non ſolum pater me ſuſcitaſti: ſed etiā ad maiorem confuſionē eorū: me propter innocentiā ⁊ puritatem ⁊ obedientiā meā in celū ſuſcepiſti: ⁊ confirmaſti me in cōſpectu tuo in eternū a dextris collocando. et vniuerſalem poteſtatem ⁊ iuriſdictionem tradendo. Nam propter humilitatem exaltaſti me: ⁊ dediſti mihi nomen quod eſt ſuper omne nomē. Ideo gratias agā ſemper in eccleſia dicēs.

xxxv. diſt. ab exordio. **Benedictus dn̄s deus Iſrael a ſeculo et in ſeculum: fiat fiat.**

¶ Benedictus dn̄s deus Iſrael: id eſt fideliū ⁊ credentium. ⁊ dicet totus populus chriſtianus fiat fiat: id eſt amen amen. quaſi dicat: iugiter in eccleſia laudabitur deus: ⁊ predicabitur eius incarnatio: ⁊ paſſio: ⁊ reſurrectio: ⁊ aſcenſio: ⁊ gloria ſempiterna. ¶ Ex ſupradictis recolligūtur ſeptem cōcluſiones: quarum prima eſt iſta. ¶ Prima cōcluſio: q̄ Adā in peccando ſeptem damna ⁊ miſerias incurrit. ſ. famē: ſitim: nuditatē: infirmitatē: carceres: captiuitatē: ⁊ mortē corporalem: quas omnes Chriſtus in ſe voluit aſſumere ⁊ pati: vt nos ab eis liberaret. ¶ Sc̄da concluſio: q̄ Chriſtus nō ſolum voluit ſupradictas ſeptē miſerias ſuſtinere: ſȝ etiā voluit vt ſibi in talibus ſubueniret: vt exēplo ſui oēs paupertatē ⁊ ceteras miſerias patiēter tolerarēt: ⁊ ceteris miſeris ſuccurrere diſcerēt: ⁊ de paupertate ⁊ ſubuentione nō erubeſcāt: ⁊ ſubueniēdo miſeris merita paſſiōis Chriſti participēt. ¶ Tertia cōcluſio: q̄ ſeptem premia petit a patre in hoc pſal. pro his qui in ſua paupertate ⁊ afflictiōe ⁊ ſepultura ſubuenerunt: ⁊ pro oībus ſeptem opa miſericordie cū ꝓximis exercētibus. Primo: vt in iudicio ab inferno liberent̄. Sc̄do: vt a morte peccati per gratiā viuificent̄. Tertio: vt in gratia cōſeruentur. Quarto: vt in terra viuentiū. ſ. in celo beatificentur per gl'iam: ⁊ in hac terra in copia bonoꝝ tēporaliū. Quinto: vt liberētur ab oībus inimicis viſibilibus inuiſibilibus. Sexto: vt adiuuentur in infirmitatibus ſuis corporalibus. Septimo: vt corpus eorum mortale ⁊ infirmuȝ verſetur ⁊ mutetur in corp⁹ immortale ⁊ impaſſibile ⁊ gl'ioſum in finali reſurrectione: ita q̄ infirmitates verſent̄ in dotes glorioſas. Ex q̄bus patet q̄ eleemoſyna ſepteȝ facit. Nam primo liberat ab inferno. Sc̄do liberat a pctō. Tertio cōſeruat in gratia. Quarto facit beatū in celo: ⁊ in terra dat bona temporalia. Quinto liberat ab inimicis. Sexto confert ſalutē corporis liberando ab infirmitate. Septimo ſuſcitabit corpora ad immortalitatē. Et ideo iſte pſalmus dicit̄ in agenda defunctorū: vt precibus eccl'ie ⁊ meritis paſſionis Chriſti liberentur a pena ⁊ miſeria purgatorij. ¶ Quarta concluſio: q̄ tota coniuratio et perſecutio ipſius Abſalon contra Dauid fuit figura: ipſius cōiuratiōis facte cōtra Chriſtū ⁊ ipſi⁹ pſecutionis ⁊ paſſionis ⁊ reſurrectionis: ⁊ fuit figura Jude proditoris. ¶ Quinta concluſio: q̄ Chriſtus poſt ſuam reſurrectionem retribuit iudeis crucifixoribus ſuis penam ſui reatus: ⁊ auxiliatoribus ſuis retribuit premium. ¶ Sexta concluſio: q̄ Judei poſt reſurrectionem Chriſti manſerunt deluſi ⁊ confuſi in deſyderio ſuo. ¶ Septima cōcluſio: q̄ Chriſtus poſt ſuam reſurrectionem aſcendit in celum: ⁊ ſedet a dextris patris: ⁊ fuit confirmatus in regno ⁊ vniuerſali poteſtate.

A

**Quemadmodum deſyderat ceruus ad fontes aquarum: ita deſyderat anima mea ad te deus.**

¶ Titul⁹. in finē eruditio ſiue intellect⁹ filijs Chore. Vn̄ nota q̄ nō ſolū Aug. ſed etiā Rabi hebreus dicit q̄ vbicūq̄ in titulis pſal. p̄ponit̄ eruditio ſiue itellect⁹: eſt ſignū q̄ in illo pſalmo p̄dicit̄ aliqd magnū ⁊ ꝓfundū myſteriū de Meſſia futuro. De quo ſicut ꝓpheta fuit eruditus a ſpū ſc̄tō: ita erudit nos i hoc pſal. ¶ Ex q̄ ptȝ: q̄ Dauid dirigit nos in Chriſtū q̄ eſt finis legis: erudiēs nos de aliquib⁹

B



myſterijs de Chriſto ⁊ eccl'ia. Sȝ dicit Rab. Sal. ⁊ mul'ti alij hebreoꝝ / q̄ Dauid nō fecit hūc pſalmū: nec alios decē ſic intitulatos: ſed filij Chore fecerūt eos. Dicūt. eīm q̄ q̄dā filioꝝ Chore non cōſenſerūt in illa cōiuratiōe patris ſui ⁊ Dathā ⁊ Abiron facta cōtra Moyſen: ⁊ iō qn̄ terra abſorbuit Chore ⁊ Dathan ⁊ Abiron cū ceteris ſequacib⁹: iſti filij Chore fuerūt liberati ꝓpter eorū innocētiā: qd fuit grāde miraculū Numeri. xxvj. Et iō vt dicunt iſti de⁹ cōtulit illis ſpm̄ ꝓphetie i p̄miū q2 nō ſecuti ſunt iniq̄tatē pr̄is. Et ſic cōdiderūt oēs. xj. pſal. ſic intitulatos. Sȝ iſta poſitio eſt falſa ⁊ irrationabilis. Primo q2 ſeq̄ret̄ q̄ filij Chore habuiſſent altiorē gradū ꝓphetie q̄ Dauid: eo q̄ pſal. ītitulati filijs Chore ſunt altiores ⁊ profundiores in ſnīa q̄ ceteri pſal. vt patebit. Sȝ hoc eſt falſum vt ꝓbatū eſt in ꝓlogo: q2 Dauid d̄r egregi⁹ pſaltes Iſrael. ij. Reg. xxiij. Itē ſi iſti pſal. fuiſſent facti tpe Moyſi: nō tacuiſſet nec omiſiſſet Moyſes ſcribere eos in lege: ſicut ſcripſit res minoris auctoritatis. Iō dicēdū eſt cū Origene ⁊ Auguſtino ⁊ Caſſiodoro: q̄ Dauid fecit hūc pſalmū ⁊ oēs alios. Sȝ dedit ipſ cantandū filijs Chore qui erāt de cātorib⁹ Dauid. Et ſic filij Chore nō memorant̄ tāq̄ auctores iſtorū pſal. ſed tanq̄ cātores: eo q̄ erāt ſapiētiores ceteris cantorib⁹.

Obiectio. Sed cōtra hoc arguūt q̄dā dicentes q̄ filij Chore nunq̄ fuerūt cātores: ſed ianitores tātū. primi Paralypomenon. xxvj. Sȝ parcat mihi eoꝝ reuerentia: q2 auctoritas ſacre ſcripture eſt in oppoſitū: Nā Hemā q̄ erat de p̄ncipalib⁹ cātorib⁹ erat de filijs Chore: vt ptȝ primi Paralypo. vj. ca. Ibi eīm deſcribit̄ genealogia ipſius Hemā: aſcēdendo vſq̄ ad Chore / filij Iſar / filij Cahat: filij Leui. Ex quo patet q̄ Heman cū ſuo choro erat de filijs Chore: ⁊ p cōſequēs ex eadē deſcēdētia filiorū Chore / quidā erāt cantores: quidā erant ianitores.

Reſponſio. Nec hoc erat incōueniēs: q2 etiā de filijs Idithū quoſdā fecit Dauid portarios ſiue ianitores / vt ptȝ primi Paralypo. xvj. ⁊ tamē Idithū fuit de principalib⁹ cantorib⁹ / vt ptȝ in eodeȝ li. ca. vj. Sȝ q̄d dicendū ad beatū Hieronymū: virū tāte auctoritatis ⁊ in lege ⁊ ꝓphetis tātū exercitatū ⁊ peritū: Ad hoc reſpōdet̄ q̄ beat⁹ Hieronym⁹ nulla auctoritate mouet̄: niſi ſola auctoritate magiſtri ſui Barabā: qui fuit illius opiniōis: ⁊ ſic locutus fuit tūc ſc̄dm opinionē ⁊ doctrinā illius hebrei magiſtri ſui. Sed poſtea magis illuſtrat⁹ aſſerit iſtum pſal. ⁊ oēs alios ſic inſtitutos fuiſſe factos ab ipſo Dauid: vt ptȝ in multis epl'is in q̄b⁹ pſal. ſic intitulatos attribuit ipſi Dauid: vt patebit. Item Origenes in homilia de tabernaculo aſſerit Dauid feciſſe hūc pſalmū cū dicit. Dauid exími⁹ oīm ꝓphetarū q̄ magnifice de tabernaculo ſentit: dū dicit per ſingulos inq̄t dies vbi eſt de⁹ tuus.

C

Itē Greg. homilia. xxv. Hinc Dauid ait. Sitiuit aīa mea ad deū fontē viuū ⁊c. Ex quib⁹ ptȝ q̄ Dauid fecit hūc pſal. ⁊ oēs alios ſic intitulatos. ¶ Sȝ quare dedit hos pſal. ad cātādū filijs Chore: Fuit in figura: eo q̄ eccleſia cōgregata ex ppl'o gētili ⁊ etiā iudaico eſt figurata p filios Chore. Nā ſicut filij Chore lȝ eſſent filij praui hoīs ⁊ cōiuratoris ⁊ mali: tamē ipſi fuerūt boni nō ſequētes iniq̄tatē patris: iō pr̄e pcēte ipſi māſerūt immunes: ita pariter eccl'ia fuit cōgregata p maiori pte ex cōuerſis de ppl'o gētili: quorū patres fuerūt idololatre ⁊ praui ⁊ dānati: ⁊ ſic patrib⁹ eoꝝ pereūtib⁹ in illa execrabili ſupſtitiōe: tamē filij fuerūt ſaluati / nō ſequēdo deteſtabiles ritus patrū ſuoꝝ. Ita pariter apl'i fuerūt in Chriſto ſaluati: nō ſequēdo cōiurationē ſcribarū ⁊ phariſeoꝝ factā cōtra Chriſtū. Et iō eccl'ia inquantū eſt cōgregata ex filijs prauoꝝ hoim ad Chriſtū conuerſis: fuit figurata per filios Chore. Et iō Dauid tradidit iſtos. xj. pſal. filijs Chore ad cātādū: eo q̄ iſte pſal. cū ceteris maxime dirigunt̄ toti eccl'ie ex ppl'o gētili cōgregate: vt magis patebit pſal. xliiij. ⁊ in ceteris. Eſt ergo ſenſus hui⁹ tituli: q̄ Dauid fecit hūc pſal. dirigēs nos in Chriſtū ⁊ eccleſiā ex gētib⁹ cōgregatā: put erudit⁹ a ſpū ſc̄tō: ⁊ dedit ipm̄ cantādū filijs Chore. ſ. ipſi Hemā cū ſodalib⁹ ſuis: eo q̄ figurabāt eccleſiā ꝓpter rōnes ſupradictas. Eccl'ie figura

¶ Declarato titulo ⁊ auctore / ā materia hui⁹ pſal. eſt aduertēdū: q̄ Dauid cōtēplādo diſcurſuȝ ppl'i hebreoꝝ ab exitu egypti vſq̄ in finē: p̄ter captiuitatē ⁊ preſſurā egypti / p̄uidit duas alias p̄ſſuras futuras. ſ. captiuitatē Babylonie: et preſſurā machabeoꝝ. Que q̄dē tres p̄ſſure figurabāt tres p̄ſſuras in eccl'ia dei ſc̄dm tres ſtatus ei⁹. Et iō Dauid cōtēplādo ſupradictas tres p̄ſſuras p̄uidit alias tres preſſuras p ſupradictas figuratas in eccleſia dei. Nā p captiuitatē filioꝝ Iſrael in egypto p̄uidit captiuitatē totius generis humani in poteſtate diaboli. Et per captiuitatē Babylonie p̄uidit in ſpiritu pſecutionē eccl'ie faciēdā per imperatores et tyrānos tēpore martyrū. Et p preſſuras machabeoꝝ p̄uidit pſecutionē ⁊ preſſurā eccl'ie tpe hereticorū. Hec ergo p̄uidens Dauid in ſpū fecit hunc pſalmū. In quo tria facit in pſona totius eccl'ie ⁊ corporis myſtici. Nā primo deſiderat ⁊ petit liberari de captiuitate pctī p baptiſmū Chriſti. Sc̄o deſiderat liberari de perſecutiōe tyrānoꝝ ⁊ libere Chriſto ſeruire. Tertio petit diſcerni a ſocietate / ⁊ liberari de pſecutiōe hereticoꝝ. Sc̄oȝ ibi. Abyſſ⁹ abyſſum inuocat. Tertiū ibi. Judica me de⁹. ¶ Qn̄ tum ad primū duplici exēplo explicat ⁊ p̄dicit deſiderū patrū ve. te. quomodo deſiderabāt liberari de captiuitate diaboli ⁊ mundari a pctō originali per baptiſmū ⁊ cetera ſacramēta. Et primo exemplo cerui vulnerati. ¶ Ad cui⁹ intelligētiā eſt notādū q̄ ceruus habet talē naturā: q̄ quādo eſt vulneratus ſagitta venenoſa nullū aliud remedium hȝ niſi: currere ad fontes aquarū q̄rū potu ⁊ refrigerio putat ſanari: ⁊ etiā lauādo vulnera in aq̄s putat liberari / maxie ad fōtes aquarū: vbi vnicornis intinxit cornu: eo q̄ vnicornis p ſuū cōtactū p̄bet aq̄s virtutē purgatiuā cōtra oē venenū / ſicut dictū eſt pſalmo. xxviij. Nam non ſolū fugat omne venenum ab aquis: ſed etiā prebet eis virtutē ſalubreȝ contra omne venenū. Et ideo quando ceruus eſt ſauciatus ſagitta venenoſa magno conatu ⁊ deſiderio currit ad fontes aquarū vbi vnicornis intinxit cornu: ⁊ ſic potu ⁊ lotione illarū aquarū ſanat̄ ⁊ liberat̄. Ita ergo pari rōne Chriſt⁹ voluit baptizari in Jordane itingēs cornu hūanitatis in aq̄s. Et cui⁹ cōtactu prebuit aquis virtutē regeneratiuā ad ſanādū peccatū originale ⁊ etiam actuale in adultis. Hoc ergo dicit Dauid i pſona toti⁹ corporis myſtici p illo ſtatu ante aduentū Chriſti. Vn̄ ait. O dn̄e Jeſu Chriſte de⁹ ⁊ homo / quēadmodū ceruus ſauciat⁹ ſagitta venenoſa deſiderat currere ⁊ ire ad fōtes aquarū in q̄b⁹ vnicornis itinxit cornu:

D Cerui natura

ita aĩa nr̃a ſauciata telo originalis pcti deſiderat ire ad te/vt ſanes eã ab omni morbo pcti. Jdeo

de pe. diſt. j. ſi anteꝙ.

**Sitiuit aĩa mea ad deũ fontē viuũ: quando veniã ⁊ apparebo ante faciem dei?**

¶ Anima mea ſitiuit ad deũ fōtē viuũ/a quo emanat fons aq̃ viue ſaliētis in vitã eternã. Quãdo venies ergo o Chriſte/⁊ qñ veniã ad te:⁊ apparebo ante faciē tuã/vt ſanes me per aquã baptiſmi? In litera aũt Hieronymi habetur. Sitiuit aĩa mea ad deũ forte viuũ: ſiue ad deũ fortiſſimũ: qđ idem eſt. Nã intantũ deus oſtēdit ſuã virtutē ⁊ fortitudinē in baptiſmo/qđ fregit capita draconum in aquis. pſalmo. lxxiij. vnde tanta eſt virtus baptiſmi ꝙ fregit ⁊ proſtrauit oĩa idola:⁊ eiecit foras principem huius mũdi. Jdeo ſubdit. Quando veniã ⁊ apparebo ante faciē dñi: id eſt ante humanitatē tuam que quidē hũanitas dicit facies dei:eo ꝙ ꝑ ipſam humanitatē fuit notificata dei oĩpotentia ⁊ ſapiētia ⁊ miſericordia. Deinde cum dicit/

xl. q. iij. a mensam.

**Fuerunt mihi lachryme mee panes die ac nocte: dũ dicit mihi quotidie vbi eſt deus tuus?**

¶ Adducit ſecũdũ exemplum de deſiderio in quo erant filij Jſrael in egypto. Unde quando Moyſes promiſit illi populo exiſtenti in illa afflictione ꝙ educeret eos de illa captiuitate:⁊ introduceret eos in terrã promiſſionis quã irrigat aqua Jordanis: tunc creuit eis deſiderium exeundi ab illa captiuitate ⁊ perueniendi ad terram promiſſionis. Pari ⁊ tali deſiderio deſiderabat populus fidelis. vete. teſtamē. vt Chriſtus veniret in carnem ⁊ educeret eos de illa captiuitate peccati/⁊ introduceret eos in hanc eccleſiã per aquas baptiſmales/⁊ in patriã celeſtē per gloriã. Et hoc eſt qđ dicit in hoc ſecundo exēplo. Unde ait. Sicut ppl's Jſrael flebat in egypto/dum egyptij dicebãt vbi eſt deus veſter qui liberet vos de manibus noſtris: ita pariter dicit hō myſticꝰ. Fuerũt mihi lachryme mee panes die ac nocte. i. lachryme erãt cibus ⁊ potus. dum dicitur mihi ⁊ audio ab infidelibus: Ubi eſt deus tuus? Tertio dicit ꝓpheta in perſona zacharie ⁊ Symeonis ⁊ ceterorum quorũdam virorum qui magno deſiderio expectabant Meſſiã in lege promiſſum: quibus dicebant infideles irridendo. Ubi eſt iſte veſter Meſſias. quare non venit ad liberandum vos? ⁊ ſubdit ille afflictus.

**Hec recordatus ſũ:⁊ effudi in me animã meã: qm̃ trãſibo in locũ tabernaculi admirabilis vſq; ad domum dei.**

xl. diſt. c. teſta. ⁊. ca. fe.

**In voce exultationis ⁊ confeſſionis: ſonus epulantis.**

¶ Recordatꝰ ſum hec verba ſupradicta ⁊ afflictiones quas patiebar. Et tunc effudi in me animam meã: id eſt cõuerti in meipſum cogitationē meã: ⁊ recordatus ſum promiſſionis mihi facte de Chriſto futuro: qm̃ trãſibo in locũ tabernaculi admirabilis vſq; ad domũ dei. i. recordatꝰ ſum in tali afflictiōe qualiter mihi fuit ꝓmiſſus Chriſtꝰ: qui in ſuo aduētu me dꝫ educere de iſta captiuitate peccati in qua ſum: ⁊ debet me introducere in eccleſiã ſuã: ⁊ introibo in locũ tabernaculi vbi ipſe habitat per gratiã. Et introibo in domũ dei in voce exultationis ⁊ confeſſionis. i. cum hymnis ⁊ canticis introibo in eccleſiã: vbi erit ſonꝰ ppl'i ſiue regis epulantis. quaſi dicat: ꝙ maior ⁊ dulcior ſonus erit in iſta eccleſia per gratiã ſctõꝝ/⁊ in ſuperna per gloriã: ꝙ in epulis regũ vbi ſonant oĩa genera muſicorũ. quaſi dicat: ꝙ ſicut filij Jſrael tranſierũt Jordanem in voce exultationis ⁊ confeſſionis cũ tympanis ⁊ tubis ⁊ hymnis in terrã promiſſionis: et ibidē firmarũt tabernaculũ: ita ego introibo eccleſiam Chriſti per aquam baptiſmi in voce exultationis. Et ibi firmabo habitationem meam in tabernaculo dei in hac eccleſia per gratiam ⁊ in alia per gloriã. Et ſic iſte homo cōſolatus de ꝓmiſſione ſibi facta alloquitur animam ſuam dicens.

**Quare triſtis es anima mea: et quare conturbas me?**

**Spera in deo qm̃ adhuc confitebor illi: ſalutare vultus mei ⁊ deus meus.**

¶ O anima mea quare triſtis es/⁊ quare conturbas me? Non triſteris ſed conſolare ⁊ letare: ⁊ ſpera in deo: qm̃ adhuc ante multũ tp̃s ipſe deꝰ meus ⁊ ſalutaris meus veniet in carnem: ⁊ ego confitebor illi gratias agēdo: q: erit ſalutaris meꝰ: ⁊ deus meus. quaſi dicat/in breui videbo ipſum Chriſtũ ſaluatorem meũ/⁊ iuſtitiã ipſi feſtiuitates in qb; laudabo eum ſepties in die: ⁊ confitebor ipſum eſſe meum deum ⁊ ſaluatorem. Et ſubdit.

**Ad meipſum anima mea conturbata eſt: ꝓpterea memor ero tui de terra Jordanis ⁊ Hermoniꝫ a monte modico.**

¶ Ad meipſum aĩa mea turbata eſt. i. licet anima mea ſit turbata ad meipſum. i. cõtra meipſum/propterea ⁊ adhuc O deꝰ ego ero memor tui de terra Jordanis ⁊ Hermonijm a monte modico. ¶ Ad cuius intelligētiã eſt notãdũ: ꝙ tota terra ꝓmiſſiōis eſt irrigata ⁊ penetrata ꝑ aquã Jordanis q̃ naſcit ex monte Libano ⁊ currit per mediã terrã ꝓmiſſionis ⁊ ſubmergitur in mari mortuo in fine terre ꝓmiſſionis ad partem auſtralē: ⁊ ſic terra ꝓmiſſiōis eſt clauſa ab Aquilone mōte Hermon/⁊ ab ortu altero mōte paruo dicto etiam Hermon iuxta Jordanē vbi Chriſtus baptizatꝰ eſt. ⁊ ſic eſt duplex Hermō: ſcꝫ magnus ⁊ paruꝰ. Et terra ꝓmiſſionis dicitur terra Jordanis ⁊ Hermonij. Preuidens ergo Dauid in ſpũ ꝙ ibi debebat Chriſtus baptizari et dare virtutē oĩbꝰ aquis baptiſmalibꝰ ꝑ quas eramus liberãdi ⁊ ſaluãdi: ideo dicit. Memor ero tui de terra Jordanis ⁊ Hermonijm. Unde ly Hermonijm eſt genitiui caſus numeri pluralis: ⁊ ponit ex vi partitionis: vt ſit ſenſus. O Chriſte in tuo aduētu ero memor tui de terra Jordanis ⁊ monte modico ⁊ paruo Hermonijm. Et ponit partitiue ſicut dicit vna ⁊ parua ſororꝫ/⁊ modicꝰ ⁊ paruus fratrũ ⁊c. Quaſi dicat. ego te videbo dñm meum Jeſum Chriſtum in iordane iuxta montē paruũ Hermon baptizarũ a Joãne ⁊ baptizantem ap'los: vbi inſtitues baptiſmũ ad ſanãdũ pctm̃/ſicut mihi reuelaſti: ⁊ tũc per talē baptiſmũ liberabis me de hac captiuitate diaboli/⁊ miſeria pcti: et ſic ero memor tui de illa terra Jordanis ⁊ a mōte modico Hermō per cuius radicē trãſit Jordanis vbi Chriſtꝰ fuit baptizatus.



¶ Ad maiorem autē euidentiã eſt notandũ ꝙ tria myſteria facta ſunt in Jordane iuxta illum paruũ montē Hermon figurãtia baptiſmũ Chriſti ⁊ eccleſie. Nã primo per illũ locũ tranſiuit Jordanē arca dñi: aquis Jordanis cõuerſis retrorſum ad preſentiã dñi: quã arcã ſequebat totꝰ ppl's Jſrael. Et ſic pede ſicco per. xij. lapides intrauit ille ppl's in terrã promiſſionis. Joſue. iiij. Per qđ myſteriũ preuidit Dauid in ſpiritu qualiter Chriſtꝰ verbum incarnatũ in arca humanitatis debebat baptizari pro oĩbus nobis in Jordane in eodē loco: ⁊ quomodo Chriſtꝰ per aquas baptiſmales debebat introducere populũ fideliũ in eccleſiã ſuã: ad quam nemo põt introire niſi ꝑ baptiſmũ. Secũdum myſteriũ in eodē loco factũ fuit qñ Helias percuſſit Jordanē cum pallio ſuo: ⁊ diuiſe ſunt aque Jordanis: ⁊ trãſiuit Helias cũ Heliſeo a terra ꝓmiſſiōis ſcꝫ ripa occidētali ad aliã ripã orientalem. Exinde Helias raptꝰ eſt ⁊ aſcēdit per turbinem in paradiſũ terreſtrē. iiij. Reg. iij. Per qđ myſteriũ ꝓuidit Dauid i duplici ſpũ qual'r Chriſtꝰ verus Helias. ſ. dñs deus aſcēdens debebat in eodē loco intingere veſtē ſue hũanitatis/⁊ ꝓbere virtutē regeneratiuã aq̃s baptiſmalibus. ꝑ quas aquas baptiſmales primo intramus in iſtam eccleſiã per gratiã: et aſcēdimus ab iſta eccl'ia in ſupernã per gloriam: Tertium myſteriũ factũ in Jordane iuxta illũ paruum montē Hermon fuit qñ Naaman Syrus ad preceptum Heliſei prophete fuit lotus ſepties in aquis Jordanis: vnde fuit curatꝰ a lepra. iiij. Re. v. Per qđ myſteriũ ꝓuidit Dauid in duplici ſpiritu qualiter Chriſtꝰ in eodē loco pro nobis erat baptizandus prebēdo aquis virtutē regeneratiuam: vt per baptiſmũ non ſolũ nos a lepra culpe originalis: ſed etiã a lepra ſeptē peccatorũ mortaliũ in adultis mundaret. Oĩa ergo iſta preuidens Dauid in ſpiritu ꝑ ſupradicta myſteria/dicit in hoc verſu q̃ incipit in ly deꝰ meꝰ in trãſlatiōe Hieronymi ſecũdũ hebreos/dicit ergo. O Chriſte ſalutare vultꝰ mei ⁊ deus meus ad meipm̃ aĩa mea turbata eſt. Propterea memor ero tui de terra Jordãis ⁊ Hermonijm a mōte modico. i. lꝫ aĩa mea ſit turbata et triſtis in me dũ exiſto in hac captiuitate peccati: tamē adhuc videbo te baptizatũ a Joãne baptiſta in Jordane iuxta montē Hermō paruũ inſtituendo noſtrũ baptiſmum: per quem lauabis ⁊ liberabis omnes fideles a peccati ſeruitute: ⁊ introducēs eos in hãc eccleſiã per gratiã ⁊ in ſupernã per gloriam: ſicut per aquas Jordanis introduxiſti populum Jſrael in terrã promiſſionis: ⁊ ab illis aq̃s aſcendit Helias in paradiſum.

Tria myſteria fcã in iordane.

Naaman ſyrus.

**Abyſſus abiſſum innocat: in voce cataractarum tuarum.**

xxiij. q. v. ca. ſ. circa mediũ

¶ In hac ſecunda parte iſte homo ſiue eccleſia petit ⁊ deſiderat liberari de preſſura ⁊ perſecutione tyrãnoꝝ/quã preuidit Dauid per captiuitatē Babylonicã. ¶ Ad cuius intellectũ eſt notandum: ꝙ poſtꝙ eccleſia fuit liberata ꝑ Chriſtũ ⁊ baptiſmũ eiꝰ a peccato ⁊ captiuitate diaboli: illico poſt aſcēſionē incidit in perſecutionē Judeoꝝ ⁊ tyrannoꝝ ⁊ regũ infideliũ: que quidē ꝑſecutio durauit vſq; ad conuerſionē Cõſtantini: in qua occiſa fuit infinita multitudo martyꝝ. Jntantũ ꝙ pauci manſerũt abſcõditi in ſpelũcis montiũ. Jn qua ꝑſecutione Syluester ⁊ ceteri epi orabant die ac nocte/vt deus liberaret eccleſiã: ⁊ redderet libertatē/vt libere poſſent ſibi ſeruire. De qua afflictione fuit liberata per cõuerſionē Conſtãtini. Et hoc eſt qđ dicit Dauid hic in perſona eccl'ie. Unde ait. O deus poſtꝙ primo fui liberatus de captiuitate ⁊ ꝑſſura peccati: nũc incidi in aliã preſſurã infideliũ. Nam abyſſus abyſſũ inuocat i voce cataractaꝝ tuaꝝ. quaſi dicat: ſicut tēpore magne tēpeſtatis vna abyſſus ⁊ multitudo aquarũ inuocat ⁊ inducit aliã multitudinē ⁊ tēpeſtatē aquarũ in voce ⁊ ad vocē tonitruũ cataractarũ. i. nubiũ: que dicũtur cataracte celi. Nã tonitruꝰ nihil aliud eſt niſi fractio nubis. Jta pariter venerũt diluuia ⁊ abiſſus ꝑſecutionũ ⁊ afflictionũ ſup me. Nam primo venit ꝑſecutio facta Hieroſolymis illico poſt aſcēſionē: in qua lapidatꝰ eſt Stephanꝰ/⁊ decollatus Jacobus. Poſtea perſecutio Neronis qui interfecit Petrũ ⁊ Paulũ: Tertia ꝑſecutio Domitiani. Quarta Traiani. Jtē ꝑſecutio Antonini ⁊ Decij/⁊ valeriãi/⁊ Maximiani: ⁊ diocletiani: q̃ ꝑ vniuerſum orbē publicarunt edictũ ꝯ eccleſiã de eccl'ijs diruēdis/⁊ īterdixerũt diuina officia. Et ſic vna abyſſus afflictiōis ⁊ tormentorũ veniebat poſt aliã in me cũ voce ⁊ edicto in fulminibus minarum ⁊ tormentorũ. Et ſic

No. de eccl'ie ꝑſecutione.

**Omnia excelſa tua: ⁊ fluctus tui ſuper me tranſierunt.**

vij. q. j. ca. aduerſitas.

¶ Omnia excelſa. i. turres tormētoꝝ ⁊ fluctus afflictionum ſuper me tranſierunt.

**In die mandauit dñs miſericordiam ſuã: ⁊ nocte canticum eius.**

xxiiij. q. j. ca. nō turbatur.

¶ Ad cuius intelligentiã eſt notandũ/ꝙ eccl'ia in illa perſecutione orabat ſine intermiſſione ꝓ apoſtolis ⁊ martyribꝰ ⁊ fidelibus: vt ptꝫ Actuum. xij. Jtē Syluester papa latens in mõtibꝰ Serapinis cõtinue orabat: vt deꝰ mitteret miam ſuã ſuper eccleſiam: q: quotidie interficiebantur multa milia martyrũ per diuerſas partes mũdi. Et ſic propheta per noctem intelligit totũ tempus illiꝰ perſecutiōis ⁊ aduerſitatis in quo fiebat iugis oratio in eccleſia. Et hoc eſt qđ dicit/in die mãdauit miſericordiã id eſt dñs mandauit ⁊ miſit miam ſuam in die. i. tēpore ꝓſperitatis: ſed canticum ⁊ oratio eiꝰ fuit in nocte. i. in illa ꝑſecutione. Quaſi dicat/ꝙ in tota illa perſecutiōe ⁊ nocte in qua afflictus fuit: iugiter factũ eſt canticũ ⁊ oratio in eccleſia: vt deꝰ mitteret ⁊ mandaret miſericordiã ſuam ⁊ libertatem eccleſie/vt libere poſſet deo ſeruire: ⁊ ceſſaret illa perſecutio. Et ideo ſubdit/

**Apud me oratio deo vite mee: dicam deo ſuſceptor meus es.**

xv. q. vlt. ca. vlti.

¶ Apud me oratio deo vite mee. i. ſemꝑ apud me fiet oratio deo vite mee: ⁊ dicam id eſt dicebã deo. O deus tu es ſuſceptor meus ⁊ ſpes mea: ⁊ in nullo alio confido nec ſpero. Ergo

**Quare oblitus es mei: ⁊ quare cõtriſtatus incedo dum affligit me inimicus?**

xxxiij. q. j. ſi peccatũ.

¶ Quare oblitꝰ es mei? quia per. cclxx. annos me dimiſiſti in hoc diluuio ⁊ abyſſo perſecutionum. ⁊ quare incedo contriſtatus ⁊ afflictus fugiēdo per montes/⁊ latendo per antra deſerti/dum inimicꝰ Diocletianus cũ ceteris tyrannis affligit me?

xxiiij. q. j. ca. vbi. **Duꝫ confringuntur oſſa mea: exprobrauerunt mihi qui tribulant me inimici mei.**

¶ Dū cōfringunt oſſa mea. i. dū martyres decollātur ⁊ flagellant ⁊ laniant ⁊ trucidant: tunc inimici mei infideles qui tribulāt ⁊ torquent me: exprobrauerūt mihi ⁊ improperauerunt ⁊ irriſerunt.

xv. q. vi. c. ne mirūꝫ **Dum dicūt mihi per ſingulos dies vbi eſt deus tuus: quare triſtis es anima mea: et quare conturbas me?**

¶ Dū dicūt mihi ꝑ ſingulos dies: q: q̄tidie dicunt vbi eſt Jeſus Chriſtꝰ deꝰ tuꝰ: quare nō venit ad liberādū te de manibus nr̄is ⁊ de his tormētis? Si Chriſtus tuꝰ eſt deꝰ ſicut tu dicis: quare ergo ꝑmittit te totaliter affligi ⁊ torqueri? Iſta ⁊ ſimilia verba exprobrabāt ⁊ improperabāt tyranni ⁊ tortores ipſis martyribꝰ dū torq̄bant eos. Sꝫ q: eccl'ia nūq̄ perdidit fidē nec ſpem in illa perſecutione: ideo cōuerſa in ſe alloquitur animā ſuā ⁊ conſolat eam dicens. O anima mea quare es triſtis in hac afflictione: ⁊ quare cōturbas me? ne deſperes: ſed

j. xlij. **Spera in deo q̄m adhuc confitebor illi: ſalutare vultus mei ⁊ deus meus.**

¶ Spera ī deo: q: nō deſeret te: imo cōfido ꝙ ipſe liberabit me ⁊ dabit mihi libertatē ⁊ facultatē / vt libere poſſim ⁊ publice ſibi ſeruire: ⁊ adhuc ego cōfitebor illi ⁊ celebrabo feſtiuitates ⁊ officia ſepties in die: ⁊ cōfitebor publice qualr̄ Jeſus Chriſtus eſt deꝰ meꝰ ⁊ ſalutare vultꝰ mei. Vn̄ eſt aduertēdū ꝙ oīa iſta fuerūt impleta ꝑ magnū Cōſtātinū: q̄ poſt cōuerſionē cōceſſit chriſtianis publicā licētiā ⁊ facultatē ꝑ totū orbē edificādi ⁊ cōſtruēdi eccleſias: ⁊ celebrādi feſtiuitates Chriſti ⁊ diuina officia: et ſic fuit exaudita ſupradicta orō ⁊ impletū deſideriū eccl'ie.

No. de libera- tiōe ec- cleſie. Ex ſupradictis ꝑꝫ / ꝙ ſicut Chriſtꝰ liberauerat priꝰ eccleſiā ſuā de captiuitate diaboli ⁊ pctī ꝑ baptiſmū in aduētu ſuo: ita poſtea liberauit eā de ꝑſecutiōe tyrānoꝝ ꝑ ſanguinē ⁊ orōnes ſcrōꝝ ⁊ ꝑ cōuerſionē Cōſtātini. Itē ſequit: ꝙ ſicut liberatio egyptiaca figurabat liberationē generis hūani faciēdā per Chriſtū ⁊ aquā baptiſmalē a pctō originali: ita liberatio de captiuitate Babylonica figurabat liberationē eccl'ie de ꝑſecutiōe tyrannoꝝ: et de pctō actuali ꝑ penitētiā. Et nota ꝙ ly ī die mandauit dn̄s miām ſuā / pōt etiā referri ad redēptionē generis hūani. ¶ Ad cuius intelligētiā eſt aduertēdū / ꝙ duplex cāticū memorat in ſcriptura. ſ. nouū ⁊ vetꝰ.

De duplex cāticū. Canticū em̄ vetꝰ erat lex vetꝰ in qua petebat ⁊ deſiderabat miā ⁊ redēptio. Canticū vero nouū eſt lex euāgelica: in qua annūciat iſta miſericordia ⁊ redēptio. Et iō ſicut lex vetus erat cāticū petitoriū huius redēptiōis ⁊ mie: ita lex euāgelica eſt canticū annūciatoriū eiuſdem mie. Ideo in hoc loco per diē intelligit tēpus gratie / ⁊ per noctē intelligit tēpus legis vni. quo fiebat canticū petitoriū huius mie. Dicit ergo Dauid ꝙ lꝫ ante aduentū Chriſti vna abyſſus pctōꝝ ⁊ afflictionū inuocaret ⁊ portaret aliā: tñ dn̄s mādauit miam ſuā ⁊ redēptionē in die gratie ⁊ legis euangelice: ſicut mādauit canticū ⁊ petitionē eiuſdē gr̄e in nocte legis veteris. q. d. ꝙ ſicut patres ve. teſt. cantarunt cāticuꝫ petitoriū mie ⁊ redēptiōis: ita dn̄s mādauit miam ſuā in die et tempore legis gratie. Et ſic nos cantamus canticū annunciatorium miſericordie ⁊ gratie in celo aūt cantatur canticum glorie.

De con- ſcien. ij. ca. crede- re in me. **IUdica me deus ⁊ diſcerne cauſam meam de gente non ſancta: ab homine iniquo et doloſo erue me.**

¶ Iſte pſalmꝰ apud Hebreos eſt oīno ſine titulo: immo reperitur cōtinuatꝰ cū ſuperiori: ⁊ ſic Iudei dicūt eſſe eundē cū ſuperiori / ⁊ eſſe partē eius: ſed cōiter apud nos dicitur pſalmꝰ per ſe diuiſus ab altero: ⁊ numerat. xlij. Sed vtrūq̄ poteſt eſſe verū / ſcꝫ ꝙ ſit idem cum ſuperiori: quod ſatis eſt veriſimile: eo ꝙ eodem modo finit ſicut due partes ſupradicti pſalmi. Et pōt eē diuiſus: eo ꝙ eſt diapſalma. i. pars eius diuiſa ſm̄ conſuetudinem antiquā: ꝑut dictū fuit in ꝓlogo tractatu. v. ca. de diapſalmate. In quo pſalmo ſiue parte ipſe Dauid explicat preſſurā eccleſie tēpore hereticorū: de qua deſyderat liberari. quā ꝓuidit Dauid ꝑ preſſurā et vaſtationē Maccabeorū. Ad cuius intellectum eſt notandū / ꝙ poſtq̄ eccleſia fuit liberata de ꝑſecutione tyrānorū per cōuerſionē magni Cōſtantini: ilico poſt mortē eiꝰ tēpore Cōſtantij incidit in perſecutionē hereticorū: eo ꝙ Conſtātius fuit maculatus prauitate Arriana in cuiꝰ fauorem Arriani inflixerūt taꝫ durā ꝑſecutionē ipſis catholicis: q̄d

Perſe- cutio eccle- ſie ab he- reticis. illa ꝑſecutio viſa eſt ſuperare perſecutionē tyrannoꝝ / vt ait Rufinus. x. eccl'iaſtice hiſtorie. In qua ꝑſecutiōe Athanaſius Alexādrinꝰ fuit afflictus ꝑ xl. ānos / ⁊ a ſede ſua expulſus. Et Ambroſius in eccleſia Mediolonēſi: ⁊ Hilarius / ⁊ Martinꝰ / ⁊ multi alij. Unde tanta fuit ꝑſecutio / ꝙ catholici videbant deficere: intm̄ ꝙ beatus Ambroſius cōpoſuit hymnos ferlales ad cōſolādū catholicos: vt occuparent tp̄s in hymnis ⁊ canticis: ⁊ tolerabant patienter perſecutionē. Unde beatus Athanaſius: et Ambroſius / ⁊ Hilarius / ⁊ Euſebius Vercellenſis ⁊ ceteri fideles cum ſua doctrina liberarūt eccleſiā de illa perſecutiōe. Hoc ergo ꝓuidens Dauid in ſpiritu fecit hunc pſalmū. In quo tria facit. Nā primo petit liberari a conſortio ⁊ peſte hereticorum. Scdō promittit agere gratias. Tertio conſolatur ſeipſum de promiſſione ſibi facta. Secūdū ibi. Et introibo ad altare. Tertium. Quare triſtis es aīa mea.

Nota. ¶ Quantū ad primū eſt aduertendū ſecūdū Auguſtinum / ꝙ ſicut bellū inteſtinum eſt peius et pernicioſius q̄ bellū extraneū: ita perſecutio hereticorū fuit peior q̄ perſecutio tyrannoꝝ: eo ꝙ iſta erat inteſtina ⁊ viſceralis: eo ꝙ heretici erāt chriſtiani ſimulati / ⁊ habitabāt intra eccleſiā inter catholicos: ⁊ deceperāt imperatores ⁊ reges Gothorū ⁊ vvandalorū. Et ideo ſub colore fidei crudelius perſeq̄bant catholicos in eccleſia: immo profanabāt ⁊ deſtruebant eccleſias catholicorū: ⁊ interficiebāt eos intra eccleſiā: ⁊ expoliabāt eccleſiā: immo ſeuiora ⁊ atrociora tormēta inferebāt vvandali Arriani catholicis in Africa: q̄ vnq̄ tyrāni fecerāt. Et iō Dauid ī perſona eccl'ie catholicoꝝ petit ſeparari ⁊ diſcerni ab hereticis ⁊ ſocietate coꝝ dicēs. O deus iudica me iudicio diſcretiōis / ⁊ diſcerne cām meā. i. ſepara me de gente nō ſancta hereticoruꝫ: eo ꝙ habēt nomē ſanctitatis: ⁊ non ſunt ſancti. Hoc dicit / q: vt plurimuꝫ omnes heretici erant



hypocrite ſimulātes ſanctā vitam. Nā vnus pr̄ſbyter Arrianus ſub ſpecie ſanctitatis decepit primo ſororē Conſtantij: ⁊ poſtea decepit eū. Ideo ſubdit ab hoīe iniquo ⁊ doloſo erue me. Et appellat hereticos iniquos ⁊ doloſos: q: iniqua ſimulatione et dolo imperatorē ⁊ reges decipiebant: ⁊ grauiori iniquitate ⁊ malitia catholicos perſequebant ⁊ affligebāt. Quia ſimulata equitas duplex eſt iniquitas: vt inq̄t Aug. Et ideo ſaluator admonet eſſe cauendū a falſis prophetis ⁊ hypocritis: q: deterius poſſunt nocere ſub ſpecie virtutis ⁊ ſanctitatis. Et iō dicit: de gente nō ſancta: ⁊ ab hoīe heretico et doloſo erue me. Vocat etiā hereticus doloſus: eo ꝙ per falſam doctrinā: quia falſo gloſſando ſcripturas alios decipit ⁊ precipitat in deteſtabiles ſectas ⁊ blaſphemias: ſicut Arriani ⁊ Manichei. Sed quia grauius affligebatur eccl'ia ab hereticis iniq̄s ⁊ doloſis: iō ſubdit. Erue me ab eis:

xxiij. q. iij. cap. fortitu- do. **Quia tu es deus fortitudo mea: quare me repuliſti? et quare triſtis incedo dum affligit me inimicus?**

¶ Tu eſt deus fortitudo mea: ⁊ nullus aliꝰ pōt me liberare: ergo quare me repuliſti: ⁊ affligi ꝑmiſiſti ab hereticis per tot tēpora? Et quare incedo ⁊ fugio triſtis per mundū dū inimicus hereticus affligit me? Hoc dicit q: Athanaſius expulſus a ſua ſede Alexādrina ꝑ. xl. annos peregrinatꝰ eſt fugiens ſeuā perſecutionē eorū. Et Hilarius: ⁊ Euſebius: ⁊ beatus Martinus in exiliū miſſi ſunt: ⁊ beatꝰ Ambroſius multpliciter afflictꝰ eſt cū tota eccl'ia ſua ꝓpter immanitatē Iuſtine imperatricis. Et iō dicit quare triſtis incedo dū affligit me inimicꝰ. Sꝫ q: de tali deteſtabili peſte nō poterat liberari niſi deus mitteret doctores lumine veritatis illuſtratos: q̄ ſacras ſcripturas declararēt: ⁊ lumē v̄itatis oñderēt: ⁊ hr̄ticos ꝑ veras ſacras ſcripturas ꝯfutarēt ⁊ ꝯfunderēt: iō hoc lumē petit dicēs. O deꝰ.

j. q. j. c. ſ. vſ. q. ſ. cap. ſi omnia. **Emitte lucem tuam ⁊ veritatem tuaꝫ: ipſa me deduxerunt et adduxerunt in montem ſanctum tuum ⁊ in tabernacula tua.**

¶ Emitte lucem tuā ⁊ veritatē tuam. i. lumen veritatis in doctores: ⁊ mitte tuos ſacros doctores lumine tue veritatis illuſtratos: ipſa me deduxerūt et adduxerūt in montē ſanctū tuū ⁊ in tabernacula tua. i. ipſa lumina veritatis: ⁊ ipſi doctores illuſtrati deducāt me de tali ignorātia ⁊ afflictione: et adducāt me in mōtē ſanctū tuū ſcilicet in eccleſiā per ſuā doctrinā declarando ſcripturā. Vn̄ ꝑ montem ſanctū intelligit eccleſiā ⁊ apicē veritatis ſacre ſcripture: ad quā veritatē nos adduxerunt doctores illuſtrati. ſ. Athanaſius: ⁊ Origines: ⁊ Euſebius: ⁊ Ambroſius: ⁊ Hieronymus: ⁊ Auguſtinus: ⁊ Gregorius. Iſti nos introduxerunt in montē dei: ⁊ in tabernacula ſua. ⁊ hanc lucē petebat eccleſia.

xi. q. iij. cap. eſti- mār. xv. q. j. c. reuer- timini. **Et introibo ad altare dei: ad deum qui letificat iuuentutem meam.**

**Confitebor tibi in cithara deus deus meꝰ: quare triſtis es anima mea ⁊ quare conturbas me?**

¶ Hic promittit agere gratias poſt recepta beneficia. Ad cuius intellectū eſt notandum: ꝙ poſtq̄ eccleſia fuit liberata per doctores de perſecutione Arriana: ⁊ hereſi Manicheorum ⁊ Pelagianoruꝫ: illico fuit valde ꝓſperata. Nā beatus Ambroſiꝰ cōpoſuit multa officia ad cantandū in feſtiuitatibꝰ. Et Augu. ⁊ Gregorius cōpoſuerunt multo plura q̄ cantat hodie eccleſia: in quibus officijs eccl'ia agit gratias de beneficio incarnatiōis: ⁊ natiuitatis: et reſurrectionis ⁊ aſcenſiōis: ⁊ ſic celebrat feſtiuitates virginis Marie cū ꝓprijs officijs: ⁊ etiā de apoſtolis ⁊ martyribus celebrat miſſarū ſolennia: ⁊ ſeptē horas canonicas in vnaquaq̄ feſtiuitate agendo gratias de beneficijs receptis. Et hoc eſt q̄d dicit. Poſtq̄ fuero liberatus de tali perſecutiōe: tunc introibo libere ad altare dei orādo ad deū qui letificat iuuentutē meā. Et hoc dicit eccl'ia: q̄m adhuc erat in iuuentute. Nā in ſua pueritia fuit afflicta ꝑ tyrannos: ſed in iuuētute per hereticos fuit quaſi ꝓſtrata: ſed per doctores reincepit reiuueneſcere ⁊ denuo letari: ⁊ iō agens gr̄as: dicit. Introibo ad altare ⁊ cōfitebor tibi o deꝰ: feſta celebrādo: ⁊ hymnos ⁊ orōnes cantando pro gratiarū actione: quia deus meus es tu: qui liberaſti me per modū ſupradictū. ¶ Deīde cū dicit: Quare triſtis es aīa mea: alloquitur aīam ſuam conſolans ſeipſum propter promiſſionem ſibi factam. ⁊ ait.

**Spera in deo: q̄m adhuc confitebor illi: ſalutare vultus mei ⁊ deus meus.** S. xlj. xi. q. iij. ca. eſti- mār. in fine.

¶ O anima mea quare es triſtis: ⁊ quare triſtaris ⁊ cōturbas me? noli timere: ſed ſpera in deo: quoniā poſtq̄ fuero liberatus de perſecutione hereticorum: ⁊ habuero liberam facultatē adhuc confitebor illi. ſ. Chriſto qui eſt ſalutare vultus mei ⁊ deꝰ meꝰ: Et hoc celebrādo feſtiuitates: ⁊ cātando hymnos ⁊ cantica: ⁊ predicando publice euangelium et nomē Chriſti. ¶ Totus etiā iſte pſalmus poteſt exponi de deſiderio ſanctorū patrum: ſcilꝫ zacharie ⁊ Simeonis: ⁊ Joſeph: qui de propinquo expectabāt Chriſtū: qui petebant: vt in breui deus pater mitteret lucē ⁊ veritatē euangelicā: per quā ſumꝰ introducti in montē ſanctum: ⁊ tabernaculū eccleſie: in qua nunc confitemur deo cū hymnis ⁊ canticis: ⁊ cum cithara triangulari. ſ. fide: ſpe: charitate: lineata. Et ſic vltimo conſolatur animā ſuam de promiſſione ſibi facta. Nam Simeon acceperat reſponſum a ſpiritu ſancto: nō viſurum ſe mortē niſi prius videret Chriſtū domini: ⁊ ideo quādo tenuit Chriſtum in manibus: cantauit illud canticū. Nūc dimittis ſeruum tuum dn̄e. Ad idem cantauit zacharias. Benedictus dn̄s deus Iſrael. Sed ſuper omnes fuit impletum deſiderium ⁊ ſpes virginis Marie. Ideo agens gratias cecinit illud canticū. Magnificat anima mea dominū. ¶ Poteſt etiā totus iſte pſalmus exponi cū duabus partibus pſalmi precedentis anagogice: explicādo deſideriū cuiuſlibet fidelis deſiderātis abſolui ab omni mūdana miſeria: ⁊ eſſe cū Chriſto in illa eccleſia triumphanti. ¶ Et etiā vnuſquiſq̄ deuotꝰ ſacerdos dicit hunc pſalmū quādo accedit ad altare: petēs primo diſcerni ⁊ abſolui ab omni pctō ⁊ a conſortio malorum: ⁊ a tentatione peccati: ⁊ petit lumē veritatis ⁊ gratie: vt purus et mundus poſſit introire ad altare dei: ⁊ digne ſacrificiū offerre: ⁊ miſſam celebrare: ⁊ laudes dn̄o decātare. ¶ Nota etiā ꝙ totꝰ iſte pſalmus quo ad omnes tres partes ſuas pōt legi Nota.

anagogice. Quia eſt quoddā ſoliloquiū totius eccleſie: ⁊ cuiuſlibet fidelis peregrinātis in hac vita loquētis ad ſeipſum ⁊ ad deū. In quo ſicut ceruus ſauciat⁹ deſiderat ire ad fontes aquarū: vt refrigeretur ⁊ ſanetur: ita aīa mea: ⁊ quilibet iuſtus deſiderat diſſolui ⁊ exonerari ab hac grauitate ⁊ morte corporis huius: ⁊ intrare ⁊ habitare terrā promiſſionis. nam anima noſtra deſiderat egredi ab hac lachrymarū valle: ⁊ frui deo in terra viuentiū. Et ſicut populus iudaicus deſiderabat liberari de captiuitate Babylonica: ita tota eccleſia ⁊ ꝗlibet fidelis deſiderat liberari de preſſura peccatorum et perſecutionū. Et ſicut ſocietas Maccabeorū deſiderabat diſcerni tam a malis ꝙ̄ a prophanis gentilibus: ⁊ deſiderabat renouare tēplum: ita modo eccleſia petit diſcerni ab hereticis ⁊ paganis et a malis chriſtianis: ⁊ eſſe cum Chriſto.

xxxviij diſt. ca. nullus e. xxv. q. iiij. c. cū in lege.

**Deus aurib⁹ noſtris audiuim⁹: patres noſtri annunciauerunt nobis.**

**Opus quod operatus es in diebus eorum: ⁊ in diebus antiquis.**

¶ Titulus: Ad victoriā ſiue in finē filijs Chore. Ex hoc titulo apparet ꝙ Dauid fecit hunc pſalmum: dirigens nos in Chriſtū finaliter ꝗ eſt finis legis: ⁊ tradidit ipſum cātandū filijs Chore propter myſterium ⁊ ſignū: eo ꝙ etiā nos dirigit in eccleſiā congregatā ex iudeis ⁊ gentilibus: ſicut dictū eſt in titulo pſalmi preteriti. Nā in hoc pſalmo Dauid predicit prophetice totā ſtragem populi iudaici factā per Antiochum tēpore Maccabeorū: per quam figurata fuit ſtrages ⁊ perſecutio eccleſie tēpore tyrannorum. Sed multis videtur mirabile ꝙ Dauid qui fuit per octingentos annos ante tēpora Maccabeorū: potuerit facere iſtū pſalmū: cum potius videatur narrare hiſtoriam ꝙ̄ condere prophetiā ita manifeſtam. ¶ Ad hoc reſpondet: ꝙ ſeptem ſtatus vete. teſta. ⁊ eccleſie cōputantur ante aduentū Chriſti: ⁊ quilibet ſtatus habet ſuū principiū: ſiue principem. Nam primus ſtatus incepit ab Adam: qui fuit principiū totius generis humani. Scōs a Noe: qui fuit principiū ſecundi mundi: ſiue reſtaurationis mundi perditi. Tertius ab Abraham: qui fuit principiū circunciſionis. Quartus a Jacob: ꝗ fuit principiū populi dei. Quintus a moyſe: ꝗ fuit principium legis. Sextus a Dauid: qui fuit principium templi primi. Septimus fuit Daniel: qui fuit principiū tēpli ſecundi: ſiue principiū reſtaurationis primi templi: ſicut Noe fuit principium reſtaurationis primi mundi. Quia ergo iſti ſeptem homines fuerunt principes iſtorum ſeptem ſtatuum: ideo eis principaliter facta eſt reuelatio de ſucceſſione temporis ⁊ ſuorū populorū: licet ſecūdū magis ⁊ minus perfectū. vt ptꝫ per ſingulos. Nam primo cum deus miſit ſoporem in Adam: preuidit in ſpiritu myſteriū incarnatiōis: ⁊ paſſionis Chriſti: ⁊ myſterium nr̄e regenerationis ⁊ deſpōſationē et vnionē Chriſti ⁊ eccleſie. vt ait Aug. in libr. cur deꝰ homo. ⁊ ſup Joā. homilia. Unde excitatus a ſomno dixit. Hoc os ex oſſibus meis. Quod magnū ſacramentum eſt de Chriſto ⁊ eccleſia: vt ait apl's ad Ephe. v. Secundo Noe in illa dormitione ⁊ ebrietate preuidit multa futura de ſucceſſione triū filiorū ſuorū. Unde ſurgens a ſomno dixit. Maledictus puer Canaā: vt ptꝫ Geū. ix. De iſto dr̄ ꝙ vidit tres mundos. ſ. mundum creatū: ⁊ deſtructū: ⁊ reſtauratū. Tertio ipſi Abrahe fuit reuelata ſucceſſio duorū populorū ſuorū. ſ. Iſmaelitarum: ⁊ filiorū pmiſſionis per Iſaac: ⁊ de peregrinatione eorum. ⁊ hoc preuidit in ſopore: vt ptꝫ Geū. xv. Quarto ipſi Jacob fuit reuelatum in ſopore myſterium Chriſti et eccleſie: vt patet Geū. xxviij. ⁊. xxxij. Item preuidit totū diſcurſum. xij. tribuū. ⁊ ante mortē predixit filijs ſuis in ſpū prophetie omnia futura ſigillatim: vt Geū. xlviij. Quinto ipſi Moyſi reuelauit multa futura illius populi: vt ptꝫ Exod. xxxiij. ⁊ in cantico Audite celi. Deutero. xxxij. Sexto qꝛ Dauid fuit principium proſperitatis illi⁹ regni: ⁊ ampliauit diuinum cultum ⁊ precepit fieri primum templū: ⁊ ideo ſepe rogabat proſperitatem illius regni: ⁊ cupiuit precipue durationē eius: cum ſciret Chriſtū futurum ex ſua tribu: ideo fuit ſibi reuelata tota ſucceſſio illius regni vſq; ad deſtructionē templi ⁊ ciuitatis per Chaldeos propter ſcelera eorū. Et exinde totus diſcurſus vſq; ad chriſtum: ⁊ exinde totus diſcurſus eccleſie vſq; ad iudiciū. Et hoc clara viſione ⁊ duplici ſpiritu pphetie: vt ipſemet ait ij. Reg. xxiij. Septimo quia Daniel fuit vir deſyderiorum ⁊ principiū ſecundi templi: ideo reuelatus eſt ſibi tot⁹ diſcurſus ſecūdi tēpli per. lxxij. hebdomadas vſq; ad Chriſtū: vt patet Daniel. ix. ⁊ ſucceſſio quatuor principalium regnorum: ⁊ totum regnum Chriſti: vt patet Daniel. ij. ⁊. vij. ⁊. x. vſq; ad finē. Ex his ptꝫ: ꝙ nemo debet dubitare quin Dauid ita predicat clare ſtragem Maccabeorum. Nā ipſemet ait. ij. Reg. xxiij. ꝙ ſua pphetia fuit clara ſicut lux aurore oriente ſole abſq; nubib⁹. Et ſic in hoc pſalmo ⁊ quibuſdam ſequentibus magis videtur texere hiſtoriam geſtorum preteritorū ꝙ̄ condere prophetiam futurorum: vt patebit. Sed eſt aduertendū: ꝙ ſicut nos videntes ⁊ proſpicientes a longe per montes propinquiores venimus in cognitionē montiū vlteriorū: ⁊ per cognitionē planetarum inferiorū: videmus ſtellas ſuperiores: Ita Dauid ⁊ ceteri prophete preuidendo prophetice aliqua futura de illo populo preuiderunt ⁊ predixerunt multa myſteria lōgius futura de Chriſto ⁊ eccleſia. Unde ille talis ſpiritus pphetie dicitur duplex: vt dictū eſt in prologo. Et ſic Dauid preuidendo ſtragem Maccabeorū in hoc pſalmo: preuidit vlterius ⁊ predixit ſtragem ⁊ perſecutionem eccleſie Chriſti per ſtragem templi ⁊ ciuitatis Hieruſalem. Hoc ergo preuidens Dauid fecit hūc pſalmū. In quo tria facit. Nā primo vt captet beniuolētiā a deo narrat omnia beneficia ⁊ victorias illi pplo a deo quondā collatas. Secundo ille populus explicat ⁊ deflet ſtragem et afflictionem ſuam. Tertio petit liberari per Meſſiam futurum. Secundum ibi. Nunc autem repuliſti. Tertiū ibi. Exurge quare. ¶ Ad primum ergo dicit ille populus. O deus nos audiuimus auribus noſtris: et patres noſtri annūciauerunt nobis ꝑ ſcripturā Moyſi ⁊ Joſue ⁊ per totum diſcurſum iudicum ⁊ regum: totum opus qđ operatus es in eis in diebus eorum: ⁊ in omnibus antiquis. ſ. Abraham: ⁊ Iſaac: beneficia ⁊ victorias: ⁊ ſigna: ⁊ prodigia in exitu egypti: et in peregrinatione deſerti: ⁊ in ingreſſu terre promiſſionis. Nam

L Septē etates ſeu ſtatus.

Not. de dormit.

Noe

Narratio.

**Manus tua gentes diſperdidit ⁊ plātaſti eos: afflixiſti pplós ⁊ expuliſti eos.**

**Nec enī in gladio ſuo poſſederūt terram: ⁊ brachium eorum non ſaluauit eos.**

**Sed dextera tua ⁊ brachium tuum ⁊ illuminatio vultus tui: quoniam complacuiſti in eis.**

¶ Manus ⁊ poteſtas tua gētes diſpdidit: ⁊ proiecit de terra promiſſionis per Joſue. ⁊ plātaſti eos ſcꝫ patres noſtros ⁊ collocaſti in illa terra: ⁊ afflixiſti populos Cananeorum ⁊ expuliſti eos. Et hoc non fecerunt patres noſtri viribus ſuis: nec in gladio ⁊ armis poſſederūt ⁊ obtinuerūt terram illā: ⁊ nec brachiū ⁊ fortitudo eorū ſaluauit eos: ſed dextera tua et brachiū tuū ⁊ illuminatio vultus tui. Nam per totū deſertum deduxit eos in colūna nubis. Et moyſe orante vincebatur Amalech. Exod. xvij. Et clangentib⁹ tubis et vociferāte populo ceciderunt muri Hierico. Joſue. vij. Et hoc feciſti: nō ꝙ ille populus meruit: ſed qm̄ ex miſericordia tua complacuiſti in eis: ⁊ hoc amore Moyſi ⁊ Joſue ꝗ tibi grati fuerunt. Et etiam quia hoc promiſeras ipſi Abrahe / ⁊ Iſaac / ⁊ Jacob.

xx. q. i. ſi per ſuaſio. iiij. c. ſi q ptra. xxiij. q. i. qd culpa.

**Tu es ipſe rex meus ⁊ deus meus: qui mādas ſalutes Jacob.**

**In te inimicos noſtros ventilabimus cornu: ⁊ in nomine tuo ſpernemus inſurgentes in nobis.**

diſt. iij. ca. q ꝑ. xxiij. q. i. quid culpat' ī bello.

**Non enim in arcu meo ſperabo: ⁊ gladius meus non ſaluabit me.**

**Saluaſti enim nos de affligentibus nos: ⁊ odientes nos confudiſti.**

**In deo laudabimur tota die: ⁊ in nomine tuo confitebimur in ſeculum.**

xxvi. diſtin. ca. cum ad verum.

¶ Tu ergo es rex meus ⁊ deus meus: qui mandas ſalutes et victorias toti Jacob. Ideo ſi volueris: nos ventilabimus et propulſabimus inimicos noſtros in te: in virtute tua ⁊ cornu / ⁊ cum magna victoria: ⁊ in nomine tuo ſpernemus et contēnemus omnes inſurgentes in nobis. Hoc enim faciemus in nomine tuo: quia non ſperabo nec ponam fiduciam in arcu meo: nec gladius meus ſaluabit me: ſed tu es ille qui ſaluaſti nos de inimicis affligentibus nos: et confudiſti odiētes nos: ⁊ ideo in deo laudabimur tota die: et non in nobis: ⁊ confitebimur in ſeculum in nomine tuo: ⁊ non in noſtro: qꝛ tibi debet attribui poteſtas ⁊ honor omnis noſtre victorie. Unde nota ꝙ ſicut fideles noui teſta. ſperāt ſaluari et liberari ab omni periculo in virtute nōis Jeſu: ita antiqui inuocabāt nomen dn̄i tetragrāmaton: quod eſt idem: vt ſepe dictum eſt.

**Nunc autē repuliſti ⁊ confudiſti nos: ⁊ non egredieris deus in virtutibus noſtris.**

Eꝗ. iiij. Domini

¶ In hac ſcđa parte deflet ⁊ explicat afflictionem ſuā dicens. O deus tot ⁊ tanta feciſti pro patribus noſtris ſup. nunc autē repuliſti ⁊ cōfudiſti nos nō habens curam de nobis: ⁊ nec egredieris in virtutibus noſtris. pugnādo pro nobis ⁊ prebendo auxilium: ſicut quondā prebuiſti: immo

**Auertiſti nos retrorſum poſt inimicos noſtros: ⁊ qui oderūt nos diripiebant ſibi.**

xliij rimo

¶ Auertiſti nos retrorſū poſt inimicos noſtros: ⁊ fugere non ad montē feciſti: ⁊ in die ſabbati vinci nos permiſiſti. vt patet primi Macchabeorū. ij. ⁊ gentes Antiochi ⁊ armigeri qui oderunt nos: diripiebant ⁊ vendicabant ſibi nos captiuos in predam / ⁊ bona noſtra. Et

**Dediſti nos tanꝙ̄ oues eſcarum: ⁊ in gentibus diſperſiſti nos.**

xxiij. q. v. c. virſa.

¶ Dediſti nos tanꝙ̄ oues eſcarum ad interficiendum ⁊ comedendum. Et diſperſiſti nos captiuos ⁊ fugitiuos in gentibus.

**Vendidiſti populū tuū ſine pretio: et non fuit multitudo in commutationib⁹ eorum.**

xxiij. q. v. c. ſūt quidā.

¶ Vēdidiſti populū tuū ſine magno (immo) vili pretio. ⁊ nō fuit multitudo pecuniarum in cōmutationibus: quia pro paucis pecunijs vendebātur et cōmutabantur: qꝛ pro vno aſino cōmutabantur tres aut quatuor Judei in contemptum. Et ſic

**Poſuiſti nos opprobriū vicinis noſtris: ſubſannationem ⁊ deriſum his qui in circuitu noſtro ſunt.**

**Poſuiſti nos in ſimilitudinem gētib⁹: cōmotionem capitis in populis.**

¶ Poſuiſti nos in opprobrium vicinis noſtris et circunſtantibus / ⁊ in ſimilitudinē ⁊ deriſum finitimis ⁊ inimicis infidelibus: qui in circuitu noſtro ſunt: ⁊ in commotionem capitis in populis. Nam quādo aliquis cōminabatur alteri nutando ⁊ commouendo caput ſicut ſolet fieri / dicebat: ego faciā tibi peius ꝙ̄ iudeis. Et quando loquebatur de infortunio alicuius: ponebat exemplum ⁊ ſimilitudinem de Judeis dicendo. Ita accidit vel accidat tibi ſicut accidit Judeis. Et ſic

xv. q. i. nō eſt. ⁊. xxiij. q. ſunt ꝙdam.

**Tota die verecundia mea contra me eſt: et confuſio faciei mee cooperuit me.**

**A voce exprobrantis ⁊ obloquentis: a facie inimici ⁊ perſequentis.**

vij. q. i. c. cū ꝑcuſſio. xlv. diſt. ca. cum beat⁹.

¶ Verecundia mea contra me eſt: dum iſta dicuntur: ⁊ audio in faciem meam: ⁊ confuſio faciei mee cooperuit me: et ſic oportet me cooperire faciem: ⁊ fugere a facie cuiuſlibet obloquentis ⁊ improperantis: ⁊ perſequentis.

**Hec omnia venerunt ſuper nos: nec obliti ſumus te: et inique non egimus in teſtamento tuo.**

xv. di. ſ emendat.

¶ Hic populus dei cōcitat deum ad miſericordiā ⁊ auxilium ratione fidelitatis. Nam illa pars fidelium nunꝙ̄ dimiſit fidem dei inter tormenta ⁊ perſecutiones: Ideo deus tanto magis habebat cauſam ſubueniendi eis. Dicit ergo. licet hec oīa mala et perſecutiones venerunt ſuper nos: non obliti ſumus te: nec dimiſimus legem tuā: nec inique egimus in teſtamento tuo.

**Et non receſſit retro cor noſtrum: ⁊ declinaſti ſemitas noſtras a via tua.**

xxiij. q. i. §. i. circa mediū.

¶ Nō receſſit retro cor noſtrū a tuo cultu:q: ſemper coluimꝰ te:nō violādo legē tuā:⁊ tñ tu declinaſti ſemitas.i.declinari pmiſiſti ſemitas noſtras a via tua:q: aliquādo non potuimꝰ ſeruare p̄cepta. Nā in die ſabati coacti fuimus preliari cōtra inimicos:nec potuimus ſeruare aliqua cerimonialia propter impotentiam ⁊ neceſſitatem. Et ratio eſt.

cxiij.di. ca.dn̄s. **Quoniam humiliaſti nos in loco afflictionis:⁊ cooperuit nos vmbra mortis.**

¶ Tu poſuiſti nos in loco afflictiōis/⁊ ſolitario/⁊ periculoſo fugiēdo p mōtes ⁊ per loca draconū et leonum ⁊ aliarū beſtiarū:⁊ eramus captiui q̄nq; in p̄āte inimicorū/⁊ ſic cooperuit nos vmbra mortis. Et ſic in talibꝰ locis nō poteramꝰ ſeruare legē:et fuimꝰ coacti declinare a via tua. Et tñ inter tot aduerſa licet nō poteramꝰ ſeruare cerimonias:tamē nunq̄ declinauimus ad ritus gentium. Nam

De pe. di.j.ca. medicina. **Si obliti ſumus nomē dei noſtri:⁊ ſi expādimus manus noſtras ad deum alienum.**

¶ Si obliti ſumꝰ.i.fuiſſemus te:⁊ expandimꝰ manus noſtras:ad aliquē deū alienū inuocandum:

Ibidē. **Nonne deus requiret iſta:ipſe enim nouit abſcondita cordis.**

¶ Nōne deꝰ req̄ret.i.req̄reret iſta? Quaſi dicat.lʒ nō potuimꝰ deo ſeruire ope ſeruādo cerimonias: tñ nunq̄ in corde nr̄o receſſimus ab eo:imo ꝓpoſitū noſtrū fuit pati mortē ⁊ tormēta ⁊ perſecutiōes pro eo:ipſe enim nouit abſcondita cordis. Et ſcio

Rom̄. viij.g. **Qm̄ propter te mortificamur tota die:eſtimati ſumus ſicut oues occiſionis.**

¶ Qm̄ ꝓpter te mortificamur ⁊ patimur ⁊ occidimur tota die tā i ꝓlijs ꝙ̄ in ceteris afflictionibꝰ:ſicut ptʒ ꝑ totū diſcurſum libri Maccabeorū:ꝙ̄ etiā per tormenta ne violaremꝰ legē dei:⁊ ne adoraremus deos eorū.vt patʒ.ij. Maccabeorū.vij.de muliere cū ſeptē filijs/qui zelo legis martyrio coronati ſunt. Et ſic tota die ⁊ quotidie mortificamur et occidimur propter te dn̄e:⁊ pro lege tua ſeruāda: ⁊ eſtimati ſumus ſicut oues occiſionis:q: apud gētes Antiochi non fiebat maior mētio occidere vnū Iudeum:ꝙ̄ occidere vnam ouem:immo ducebamur ad aram:ſicut oues ad occiſionem:⁊ ſic immolabant nos dijs ſuis/ſicut oues.

Argu. xxiij.q.iij.c.maximianus. **Exurge:quare obdormis domine:exurge et ne repellas in finem.**

¶ In hac tertia parte iſte populꝰ petit liberari p Chriſtum Meſſiam ſicut dictū eſt. Nā in ſecundo templo nō expectabāt liberari niſi per Meſſiaʒ in omnibus perſecutionibꝰ Grecorū/⁊ Egyptiorum/ ⁊ Romanorū:ſicut pmiſſum eis fuerat per Danielē/Aggeū/zachariā/⁊ Malachiaʒ. Quia Meſſias venturus erat in ſecūdo tēplo ad liberandū eos:⁊ ſic iam nō expectabāt per aliū liberari. O dn̄e Ieſu Chriſte exurge ⁊ veni in carnē:quare obdormis ⁊ videris dormire:permittēdo nos vexari:⁊ obliuiſceris inopie noſtre:q: ſumꝰ ſine ope ⁊ auxilio: ⁊ obliuiſceris tribulationis noſtre:ergo exurge ⁊ ne repellas nos in finem ⁊ in eternum.

Ibidē. **Quare faciem tuam auertis:obliuiſceris inopie noſtre ⁊ tribulationis noſtre.**

¶ Quare auertis faciē ⁊ preſentiā tuā? Et intelligit per faciē humanitatē Chriſti:per quā notificata eſt eiꝰ diuinitas. Quaſi dicat veni ⁊ videamꝰ te in hūanitate ⁊ carne:⁊ ne obliuiſcaris inopie nr̄e.

**Qm̄ humiliata eſt in puluere aīa noſtra:conglutinatus eſt in terra venter noſter.**

¶ Qm̄ aīa noſtra humiliata eſt in puluere.i.iā fecimꝰ penitentiam de peccatis:⁊ quotidie ſumꝰ ꝓcidentes/⁊ proni in terra:⁊ venter noſter eſt conglutinatus adherens terre.quaſi dicat/procidentes in facies noſtras:⁊ proſtrati in terra continue rogamus:vt venias ad liberandum nos.

**Exurge domine adiuua nos:⁊ redime nos propter nomen tuum.**

¶ Exurge ergo Chriſte adiuua nos:⁊ redime nos de poteſtate diaboli ꝓpter nomē tuū qḋ eſt Ieſus i.ſaluator:q: nō eſt aliud nomē ſub celo:in quo nos oporteat ſaluos fieri. Ex hoc patet qḋ iſte inuocatus eſt rex meſſias expectatus in lege. Sed eſt aduertendum/ꝙ Dauid in hoc pſal.procedit duplici ſpū ꝓphetie:ſicut dictū eſt in principio. Nā primo p̄uidit in ſpū futurā ſtragē in tp̄e Maccabeorū:⁊ p illā p̄uidit vltra totā ꝑſecutionem eccl'ie Chriſti vſq; ad Cōſtātinū. Et ideo ab illo loco:Nūc aūt repuliſti ⁊ cōfudiſti:vſq; ad finē huiꝰ pſal.pōt exponi de ꝑſecutione eccl'ie facta ꝑ decem imperatores vſq; ad Cōſtantinū. Nā ſi bene attendaꝛ tota ꝑſecutio eccl'ie maxime facta tp̄e Diocletiani:in qua multi ⁊ innumeri fuerūt martyrizati/fuit figurata per ꝑſecutionē ⁊ ſtragē Macchabeorū. Et iō erant in cōtinua oratione vt eos liberaret:vt ptʒ de beato Sylueſtro/⁊ beato Urbano/qui latebāt in mōtibus ꝓpe Romā/ꝓpter ſeuitiā tyrānorū:ſed deus liberauit eos:⁊ reddita eſt pax eccl'ie ꝑ Cōſtātinū. Et ſic totꝰ iſte pſal.eſt q̄dā orō quā faciebat eccl'ia poſita i illa ꝑſecutiōe. Et ſic prudēs lector pōt applicare literā huius pſalmi/vt ſint verba ⁊ orō eccleſie Chriſti:vt ſic. Ut dicat eccl'ia. O Chriſte ſpōſe mi deus ⁊ hō:nos auribꝰ nr̄is audiuimꝰ:⁊ in vete.teſt.legimꝰ:⁊ patres nr̄i patriarche ⁊ prophete narrauerūt.i.in ſcripturis reliq̄runt nobis opꝰ qḋ operatus es in diebꝰ eorū ⁊c. Nūc aūt i tp̄e gratie/ in quo magis nos debes diligere/⁊ preſtare nobis fauorē/repuliſti nos/⁊ cōfudiſti pmittendo vt Nero/⁊ Domitianꝰ/⁊ Diocletianꝰ deſtruāt eccl'iā tuā ita crudeliter. Exurge ergo q: videris dormire/et ne obliuiſcaris inopie noſtre/⁊ cōprime tyrānos. Totus etiā iſte pſal.pōt exponi de ꝑſecutiōe Sarracenorū/⁊ Turcorū:in qua nunc affligiꝛ eccleſia. Ideo petit liberari auxilio Chriſti ſpōſi ſui. Etiam poteſt exponi de ꝑſecutione Antichriſti:de qua petit liberari in ſecūdo aduentu Chriſti.

**ERuctauit cor meū verbū bonū: dico ego opera mea regi.**

¶ Titulus ſcd̄m.lxx. In finē ꝓ his q̄ commutabanꝛ filijs Chore canticū ꝓ dilecto. In Hebreo vero. Uincēti ſup roſas filijs Chore eruditio cantici dilectionū. Secundū Hier.aūt/Uictori ꝓlis filiorū Chore cāticū amātiſſimū. Unde licet iſti tituli videanꝛ diuerſi in verbis:tñ nō diſcordāt in ſnīa:imo breuiter inter ſe oēs explicāt ſnīam/⁊ myſteria huiꝰ pſalmi. Nā ꝑ hoc qḋ dicit In finē:ſiue Uincenti/aut Uictori/ denotaꝛ modus cātādi ad victoriā vocū:ꝑ qḋ de-

Eccl'ia tripl'r noiat. notaꝛ:ꝙ iſte pſal.vocabat Chriſtū ⁊ eccl'iaʒ. Itē ſecūdo cū dicit Pro his qui cōmutabanꝛ:aut ſup roſas:aut ꝓlis/itelligiꝛ eccl'ia tripliciter noīata. Nā vno mō dr̄ cōmutata/eo ꝙ fuit regenerata ⁊ trāſlata ex cōuerſis de iudaiſmo:ex ppl'o gētili in vnā eccl'iam ⁊ ſocietatē. Itē dr̄ roſa ſcd̄ʒ literā Hebreā: eo ꝙ ſicut roſa pulcherrima naſcitur inter ſpinas: ita eccl'ia Chriſti nata fuit ex ſpinis ppl'i Iudaici ⁊ gētilis. Itē dr̄ liliū:eo ꝙ ſicut liliū eſt albiſſimuʒ inter flores:ita religio chriſtiana iter alios ppl'os. Dicit etiā liliū a puritate/⁊ albedine virtutū ⁊ gratiarū. Tertio apponiꝛ in titulo filijs Chore ad denotādū/ꝙ iſte pſal.datus fuit ad cantandū Choro ipſius Hemā/q̄ erat de filijs Chore:vt dictū eſt in ꝓlogo/⁊ pſal.xlj. Cū vero addiꝛ quarto in Hebreo eruditio denotaꝛ ꝙ ꝓpheta fuit eruditꝰ a ſpū ſancto/⁊ erudit alios i hoc pſal.vt ait Chāhi Barchinonēſis. Et cū addiꝛ hic Canticū dilectionuʒ / ſiue ꝓ dilecto/ſiue canticū amantiſſimū denotaꝛ ꝙ eſt canticū factū de amore ⁊ dilectione ſponſi ⁊ ſpōſe: ⁊ ſic dicit epithalamiū ſiue cāticū ⁊ carmē nuptiale. Nā ſcd̄ʒ Aug. ⁊ Origenē ſicut in nuptijs tēporalibus/⁊ carnalibꝰ ſolēt aliqui cōficere carmina nuptialia/in q̄bus explicanꝛ laudes ſponſi ⁊ ſponſe: ita Dauid cōpoſuit hoc canticū de nuptijs Chriſti ⁊ eccl'ie/ꝓut fuit eruditus a ſpū ſancto. Ex ſupradictis patet/ꝙ delirant q̄dā iudei moderni dicētes:

Nota. ꝙ hoc canticū factū eſt de Aſſuero/⁊ Heſter ſpōſa ſua. Sed magis delirant alij q̄ dicunt:ꝙ eſt de Salomone/⁊ filia Pharaonis ſponſa ſua. Nā ea q̄ in hoc pſal.memoranꝛ / nullo modo poſſunt cōuenire alicui homini mortali. puta illud. Sedes tua deus in ſeculū ſeculi ⁊c. Ideo eſt magis credendū apl'o Paulo q̄ allegat hanc ſcripturā eſſe dictā de Chriſto ad Hebreos.ſ. Unde ait/Et ad filiū q̄dem dicit. Sedes tua deus in ſeculū ſeculi. Itē Ionathan Abēhuziel totū hūc pſalmū exponit de rege meſſia dicēs. Dico ego opera mea regi meſſie. Itē Rabi Hilel dicit/ꝙ deus dilexit valde Iſrael:⁊ vocauit eā filiā ibi. Audi filia.pſal. xliiij. Itē oēs Hebrei antiqui dicunt ꝙ Dauid fecit hunc pſalmū de deſponſatione dei cū populo ſuo. Itē tota eccleſia firmiter tenet ⁊ p̄dicat/ ꝙ Dauid fecit hunc pſalmum/in quo explicat magnificentiā ⁊ proſperitatem eccleſie/⁊ Chriſti ſponſi ſui. Et ideo cantat eccleſia in cōſecratione Chriſmatis:Cū Dauid ꝓpheticā voce cecinit:Propterea vnxit te deus deꝰ tuꝰ oleo letitie pre participibus tuis. ¶ Sed nunc reſtat ſciendū q̄ eſt illa ꝑſona q̄ loquiꝛ in hoc pſal. ⁊ profert hoc canticū nuptiale. Ad hoc dicūt aliq̄

Diui. pſi. ꝙ Dauid loquiꝛ in toto pſal. Et ſic duo principaliter facit. Nam primo premittit proemiū. Secūdo exequiꝛ tractatū de cantico.ibi. Speciosus. Unde quantū ad primū breuiter p̄mittit dicenda: captādo beniuolentiā:⁊ inuocando auxiliū ſpiritus ſancti.cum dicit Eructauit cor meū verbū bonū.i. cor meū deſiderat in hoc pſal.eructare verbum ⁊ carmen amantiſſimū:q: ego dico ⁊ dirigo opera mea i.oīa verba mea ipſi regi Chriſto.q.d.ego intendo loqui in hoc pſalmo De chriſto principaliter ⁊ eccleſia. Et ideo inuocat diuinū auxiliū dicens: Sit lingua mea mota a ſpiritu ſancto : tanq̄ calamus ſcribe ſcribentis velociter.q.d.ꝙ ſicut ſcriba velox mouet digitis ſuis velociter calamum in ſcribendo:ita ſpiritus ſanctus moueat linguā meā/⁊ dirigat ⁊ aperiat mihi materiā ad loquēdū in hoc cātico Deinde cū dicit:Speciosus forma p̄ filijs hominū.ꝓſequiꝛ laudes ſponſi ⁊ ſponſe. Beatus vero Hieronymꝰ dicit:ꝙ ꝓpheta loquiꝛ a principio pſal.vſq; ad illū locū Audi filia.excluſiue. Et ꝙ exinde loquiꝛ deus. Sed alij ſacri doctores tenent: ꝙ deus pater loquiꝛ in toto pſal.⁊ ipſemet deꝰ pater cantat totū canticū de filio ſuo Chriſto ⁊ ſpōſa eius eccl'ia. Et ſcd̄m hūc modū maiora ⁊ altiora ſacramēta cōtinenꝛ in his duobus primis verſibus: ⁊ etiā in toto pſal.ꝙ̄ ſcd̄m primā expoſitionē:vt patebit. Quā ſententiā etiā nō tacet Aug.et Hierony. Tenēdo ergo hanc viā eſt dicendū:ꝙ Dauid fecit hūc pſalmū in quo introducit deū patrē loquētē ⁊ cantantē hoc canticū de nuptijs Chriſti filij ſui/⁊ eccleſie. In quo tria principaliter facit. Nā primo cōmendat ⁊ explicat magnificētiā:⁊ nobilitatē/ et

Nota de nuptijs chriſti. dignitatē ⁊ ornatū ſponſi. Scd̄o magnificētiā ⁊ pulchritudinē ⁊ ornatū ſpōſe. Tertio cōmēdat vtrūq; in copia ⁊ fecūditate prolis. Scd̄m ibi. Aſtitit regina. Tertiū ibi. Pro patribꝰ tuis nati ſūt. ¶ Quātū ad primū eſt notandū ſcd̄m Aug. cōtra. Maximinū:ꝙ Chriſtus q̄cq̄d hʒ naſcēdo a patre accepit. Sed cū Chriſtꝰ ſit deꝰ ⁊ hō:ideo duplex legiꝛ eius natiuitas. Una eterna qua naſciꝛ ab eterno a patre ſcd̄m diuinitatē. Scd̄a fuit natiuitas tēporalis:ꝑ quā ē hō:qua cōceptus eſt opere ſpū̄s ſancti ex puris ſanguinibus ꝟginis. Et ſic q̄cq̄d ꝑtinet ad carnē habet a matre:ſʒ q̄cq̄d ꝑtinet ad gratiā habet ⁊ accepit a patre in ſua incarnatione/ et vnione verbi. Ideo Dauid volēs explicare magnificētiā ⁊ nobilitatē huiꝰ ſpōſi primo deſcribit ⁊ cātat nobilitatē nature/⁊ ea q̄ accepit a p̄re ab eterno inquātū deꝰ. Scd̄o ea q̄ accepit ab eodē / ⁊ q̄ dedit ipſa pater inquātū hō ex tēpore in ſua incarnatione. Scd̄ʒ ibi ſpecioſus forma. Quātū ad primū eſt notādū ſcd̄ʒ Aug. cōtra Maximinū.⁊.xv.de trini.ꝙ cū deus ſit primū ens ⁊ actus purus:nō habet aliqḋ principiū/nec aliquam potentiā admixtam. Et ideo ſicut ſemꝑ eſt in actu primo:ita ⁊ ſecundo. Nō differt in eo actus ſecūdus a primo:ſed ſemꝑ itelligit:eo ꝙ ſuū eſſe eſt ſuū itelligere ⁊ ecōuerſo:⁊ ſuū intelligere eſt ſua ſubſtantia. Et ſic q: ab eterno ſemꝑ intelligit:ideo ab eterno dicit verbū. Sed q: illud intelligere eſt ſine intermiſſiōe:⁊ illud verbuʒ eſt de tota ſciētia ⁊ memoria fecūdat: ideo nō pōt eſſe niſi vnū verbū:qḋ eſt patri equale ⁊ cōſubſtātiale:q: ſicut pater de tota ſciētia ⁊ ſubſtātia ꝓducit ⁊ dicit verbū:ita totā ⁊ eandē ſubſtātiam ⁊ eſſentiā ⁊ eſſe cōicat verbo. Et ſic verbū eſt idē deus cū patre dicēte/⁊ nō alius deus:ſʒ ſit alia ꝑſona. Sed q: tale verbū dr̄ ꝑ modū nature:ideo

Nota/ ꝙ filio deū nō hʒ p̄ncipiū. dicitur ⁊ noīatur filius patris dicētis. Cū ergo in tali verbo dicto expliceꝛ tota eſſentia patris/⁊ oīpotētia/⁊ ſapiētia/⁊ bonitas:de neceſſitate pater diligit ſe in verbo/⁊ diligit verbū in ſe. Ex quo actu diligēdi ꝑ modū volūtatis ꝓducit/⁊ ſpirat amorē. Ex quo patet ꝙ pater nō poſſet ſpirare amorē ſine verbo in quo ſe diligit:⁊ ſic pater ſimul cum verbo ſpirat amorē q̄ dr̄ ſpū̄s ſanctus. Et ſic ſpū̄s ſanctꝰ equaliter ꝓcedit ⁊ ſpiraꝛ ab vtroq;:nō prius nec magis a patre ꝙ̄ a filio:ſed ambo pater ⁊ filiꝰ tanq̄ vnū principiū ꝓducūt ⁊ ſpirāt ſpūm ſctm̄. Itē ſequiꝛ ꝙ ille amor ſpirās q̄ dr̄ ſpū̄s ſanctus nō pōt eſſe accidens:ſed ſubſtātia:q: produciꝛ de tota di-

lectione patris ⁊ filij/ ⁊ ꝑ cōſequēs de tota ſubſtātia ⁊ eſſentia vtriuſq̄/ ⁊ ideo eſt cōſubſtātialis et coequalis/ ⁊ coeternus vtriq̄. Et ſic licet iſte tres ꝑſone diſtinguant adinuicē: q2 vna non eſt ꝑſonaliter altera: q2 alia eſt ꝑſona gignēs: ⁊ alia genita ⁊ alia ſpirata: tñ oēs tres ꝑſone ſunt vn⁹ deus: eo ꝙ in eis vna eſt ſubſtantia ⁊ eſſentia numero. Nā vn⁹ deus dr̄: ab vna deitate ⁊ eſſentia in trib⁹ perſonis: q2 perſone non diſtinguunt/ niſi per proprietates relatiuas: q̄ nō ſunt aliq̇d abſolutū/ ſ3 ad aliquid. Ex ſupradictis ptʒ/ ꝙ poſtq̄ pr̄ hʒ verbū ab eterno dictū: qui ꝑ illud verbū poteſt loqui tpaliter ab extra. Et ita pariter per ſpm̄ ſanctū pater ⁊ filius tanq̄ vnū principiū poſſunt ſpirare vitā ⁊ amorē creatū ad extra. Et ideo pater ꝑ v̄bū loq̄batur ad extra: qñ ex tpe dixit Fiat lux: ⁊ iō facta eſt lux. Et ꝑ ſpm̄ ſanctū ſpirauit eſſe exiſtere/ ⁊ vitā in oibus reb⁹ ꝓductis/ ⁊ creatis ꝑ verbū. Et ideo dicit Geñ. j. ꝙ in principio .i. in verbo creauit deus celū ⁊ terrā/ ⁊ oīa dicendo ꝑ v̄bum creauit quo ad ſpecies ⁊ eſſentias. Sed q2 per ſpm̄ ſanctū ſpirauit vitā in reb⁹: ideo ſubdit: Spūs dn̄i ferebatur ſuper aquas. In Chaldeo aūt dicitur ſpiritus dn̄i incubabat ſup aquas .i. ſuper oīa fluxibilia: ſicut gallina incubat ſup oua viuificans pullos. Et ſic ſicut fili⁹ dicit verbū ꝑ qđ pater loquit ad extra: ita ſpūs ſanctus dicit lingua vtriuſq̄: per quā pater ⁊ filius formant vocē/ ⁊ dant ſonū/ ⁊ vitā rebus creatis. Et dicit ſpūs ſctūs etiam calamus/ ꝑ quē
Nota. pater ⁊ filius velociter ſcripſerunt/ ⁊ formauerunt oēs creaturas in eſſe vitali ⁊ actuali. Ex ſupradictis ptʒ: ꝙ emanatio creaturaꝝ preſupponit emanationē perſonarū diuinarū. Et hoc forſan intendit explicare Dauid in his duobus primis v̄ſib⁹. Unde dicit de⁹ pater in principio hui⁹ cātici. Cor meum eructauit ⁊ ꝓduxit verbū bonū ab eterno: ꝑ qđ verbū ego dico oīa opera mea creata ipſi regi Chriſto .q.d. ꝙ oīa opera creata dirigo ⁊ cōmitto regēda ipſi regi Chriſto: per quem omnia creaui. In qua creatione

De conſe. diſt. v. ca. de ſancto.

**Lingua mea calamus ſcribe: velociter ſcribentis.**

¶ Lingua mea .i. ſpūs ſctūs fuit tanq̄ calam⁹ ſcribe ſcribentis velociter. Nā ſicut ſcriba velox velociter implet paginā literis ſenſibilib⁹/ q̄ ꝓcedunt ex verbis/ ⁊ literis mentalib⁹: ita ſpūs ſanctus velociter influxit vitā/ ⁊ eſſe actuale rebus creatis ꝑ verbū patris: q2 ſicut velociter fuerunt creata: ita velociter fuerunt viuificata. Et notanter ſpūs ſanctus ſiue verbū dicit tanq̄ calam⁹ velociter ſcribētis: nā ſm̄ Aug. oīa ſimul fuerūt creata per verbū ⁊ viuificata per ſpm̄ ſanctū: q2 ſm̄ Augu. illi dies nō referunt ad ſucceſſionē tēporū/ ſed nature ⁊ ad cognitionem angeloꝝ. Sed licet referant ad dies tēporis adhuc fuit illa creatio facta velociter: q2 ſupra humanam facultatē factuʒ eſt ꝙ in ſolis ſex diebus tēporis de⁹ ꝓduxit totā diuerſitatē creaturarū. ¶ Sed vlteri⁹ eſt aduertēdū/ ꝙ ſicut creatio preſupponit emanationē diuinarū ꝑſonaꝝ: ita incarnatio ꝓſupponit creationē: et ſicut pater dixit creaturas per verbū/ ⁊ formauit ⁊ viuificauit/ ⁊ diſtinxit eas ꝑ ſpm̄ ſanctū: ita dixit ⁊ fecit myſteriuʒ incarnationis ꝑ verbū ab eterno dictū: ⁊ veſtiuit humanitate/ ⁊ carne ex tēpore. Sed ꝑ ſpm̄ ſanctū

Incarnatio ꝓſupponit creationē.

formauit velociter: ⁊ in inſtanti illud corpus Chriſti ex puris ſanguinibus in vtero virginali. Et hoc intendit etiā Dauid in eiſdē duobus verſibus. Unū ait pater: ſicut cor meū ⁊ mea memoria fecūda eructauit ⁊ ꝓduxit bonū verbū ab eterno/ per qđ ex tpe dixi oīa opera mea regi Chriſto: in qua creatione ſpūs ſctūs fuit tanq̄ lingua/ ⁊ calamus ſcribe velociter ſcribentis/ ⁊ formantis/ ⁊ viuificātis/ ⁊ diſtinguentis oīa creata: ita pariter in myſterio incarnationis: Cor meū eructauit verbū bonū incarnatū/ ⁊ humanatū: qui eſt rex meſſias: cui regi ego dico/ ⁊ cōmitto oīa opa redēptionis humane. Nā ſicut per ipm̄ verbum dixi ⁊ creaui oīa creata: ita ꝑ ipſum volui mundū recreare/ ⁊ regenerare ⁊ regere: q2 ſicut ab eterno ꝯmunicaui ipſi oīa eſſentialia: ita volo ex tpe ipſi cōicare oīa opera regenerationis ⁊ redēptiōis. Et ſicut in creatione ſpūs fuit lingua/ ⁊ tanq̄ calam⁹ velociter ſcribentis/ et viuificantis oēs creaturas: ita pariter in ipſa incarnatione ipſe ſpiritus ſctūs formauit/ ⁊ ſcripſit corpus Chriſti ex puris ſanguinibus velociter/ ⁊ in inſtanti in vtero virginali. ¶ Et notanter occupat ⁊ vſurpatur hoc verbum eructo in hoc loco. Nam ſicut venter ex ſuperabūdantia cibi dicit eructare: ita pariter deus pr̄ ex tota ⁊ abundanti eſſentia et ſubſtātia ſua eructauit ⁊ ꝓduxit verbū ſuū ſibi coequale. Ex ſupradictis ptʒ/ ꝙ Chriſt⁹ ſponſus eccleſie/ de quo intendit cātare: licet appareat in forma humana: ⁊ ſic natus ex tpe ſm̄ carnē: tñ ipſe eſt verbū patris ab eterno ꝓductū de tota ſubſtantia patris. Et per cōſequēs eſt deus/ et eternus/ ⁊ oipotens/ ⁊ infinitus. Et ex hoc apparet nobilitas ei⁹/ ⁊ q̄d accepit a patre ſm̄ diuinitatē. Et nota ꝙ non ſolū ſpūs ſanct⁹ dicit lingua/ per quā pater et filius ſpirant/ ⁊ ſcribūt in mētib⁹ nr̄is dona gratiarum: ſed etiā humanitas Chriſti pōt dici lingua ꝑ quā pater ſenſibiliter nobis locutus eſt: et manifeſtauit mūdo voluntatē ſuā. Scđo Chriſt⁹ ſm̄ diuinitatē eſt verbū patris: ⁊ ſm̄ humanitatē eſt lingua patris velociter loquentis/ ⁊ ſcribētis nobis ſua ſecreta. Sed ſpūs ſctūs eſt calamus vtriuſq̄ .ſ. patris ⁊ filij velociter ſcribentis/ ⁊ ſpirantis in nobis dona grãrum/ ⁊ etiā q2 tam pater q̄ fili⁹ ꝑ ſpiritū ſctm̄ loquebantur ꝓphetis ⁊ ſanctis viris ſpirando diuina myſteria/ ⁊ reuelando ſecreta.

**Specioſus forma pre filijs hominum: diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus ineternum.**

**Accingere gladio tuo ſuper femur tuū potentiſſime.**

¶ Hic pater intendit explicare ⁊ cātare bona que ſponſus accepit a patre in ſua incarnatione ſecundū humanitatem. ¶ Ad cuius intellectū eſt notādū ſecundum ꝙ ſupradictum eſt/ ꝙ iſta benedicta incarnatio a tota trinitate indiuiſe eſt effecta efficienter: licet ad ſolā ꝑſonā verbi ſit terminata: q2 fili⁹ inquātū homo a tota trinitate dr̄ miſſus: put explicat Eſa. xlviij. vbi dicit filius: Dñs miſit me ⁊ ſpiritus eius. Sed intantū tota iſta incarnatio ⁊ miſſio actiue attribuitur patri in hoc pſal. et ceteris/ inquātum quicquid habet fili⁹ habet a patre ⁊ ſpūs ab vtroq̄/ ⁊ ſic filius inquātū hō/ licet non ſolū a patre/ ſed etiam a ſeipſo inquantum de⁹ ⁊ a



ſpū ſctō ſit miſſus: ⁊ habuit quicq̄d habet: tñ ſacra ſcriptura hic cōiter attribuit patri: ⁊ ſic pater non excludēdo alias perſonas in hoc pſal. explicat bona q̄ largitus eſt filio inquantū hō in ſua incarnatione. Et ſic Chriſtus ꝑ totū diſcurſum euāgelicū: quicquid habet etiā inquantū homo dicit ſe habere a patre: vt inquit Hilari⁹. Unde patrē ad filium loq̄: vel ipſum de aliquib⁹ bonis cōmēdare: nihil aliud eſt niſi bona cōicare ſibi ⁊ donare. Et iō pater in hoc pſal. commemorat bona/ q̄ dedit filio ſm̄ exigētiā noſtre redēptiōis. Sed q2 Chriſtus vt redemptor eſt rex/ ⁊ pugil/ ⁊ iudex/ ⁊ ſponſus: ideo
[illegible] pater quedam cōicauit filio tanq̄ regi/ ⁊ quedam tanq̄ pugili/ ⁊ quedā tanq̄ iudici/ ⁊ quedaʒ tanq̄ ſponſo. Quatuor ergo facit in hac parte. Nā primo explicat ea q̄ pater cōicauit filio tanq̄ regi. Scđo tanq̄ pugili. Tertio ea q̄ cōicauit ipſi tanq̄ iudici. Quarto ea q̄ cōicauit ⁊ dedit tāq̄ ſpōſo. Scđm ibi. Sagitte tue. Tertiū ibi. Sedes tua. Quartum
N ibi. Myrra ⁊ gutta. ¶ Quātū ad primū eſt aduertēdū: ꝙ tria ſunt q̄ decorāt regē .ſ. pulchritudo corporis. Scđo/ facundia ⁊ ſapientia in loquēdo. Tertio enſis ſiue gladius regi⁹ quo cingit in ſignū regie poteſtatis ⁊ maieſtatis. De primo dicit: ꝙ ſpecies Priami erat digna imperio: eo ꝙ erat pulcher in ſtatura ⁊ forma. De ſcđo dr̄. iij. Reg. ꝙ ex omnibus partibus veniebant ad audiēdū ſapiētiā Salomonis. De. iij. dicitur Cāticoꝝ. iij. Sexaginta fortes ambiūt Salomonē tenētes gladios ⁊c. Pater ergo volēs cōſtituere filiū ſuū regē toti⁹ vniuerſi: etiā inquātū erat hō: hec tria dedit in ipſius incarnatione. Nā primo formauit ipſum opere ſpiritus ſancti ex puris ſanguinibus v̄ginis pulcherrimū pre ceteris ſine macula ⁊ labe. Scđo poſuit verba ſua in ore eius: vt ꝓmiſerat Deuter. xviij. Ideo dixerunt miniſtri ſacerdotū Joā. vij. Nunquā ſic homo locutus eſt. Item Luce. xxiiij. dixerunt duo diſcipuli de Jeſu nazareno/ q̄ fuit potēs opere ⁊ ſermone. Et ſic non fuit ſimilis ſibi in facundia ⁊ ſapiētia. Tertio tradidit ipſi ptātem regiā/ ⁊ enſem humanitatis/ ⁊ gladiū ad expugnandū diabolū/ et ptātem faciendi mirabilia. Et ſic iſta tria dedit pr̄ Chriſto filio ſuo: que reddebāt ipm̄ dignū regno vniuerſali. Et hoc eſt qđ dicit Dauid in hac prima particula. Unde ait pater ad filiū. O chriſte tu es ſpecioſus ⁊ pulcher forma inquantū homo pre ceteris filijs hominum/ quia in vtero materno pre ceteris ſpecioſiorem te formaui. Nā cū oēs ceteri homines nō cōcipiantur niſi ex libidinoſo cōcubitu/ ⁊ mēſtruoſo/ ⁊ fetidiſſimo ſanguine cōpaginētur: tu ſol⁹ ex puris ſanguinib⁹ ope ſpūs ſancti in vtero virgineo ſupra facultatē nature format⁹ fuiſti: ⁊ cū omnes ceteri fuiſſent originali culpe primoꝝ parentū natura obnoxij/ ⁊ fomite/ ⁊ morbo carnis ſauciati: ſolus tu fuiſti ſecūdū naturam inter mortuos liber. Et ſic fuiſti ſpecioſus forma pre filijs hoīm. Et non ſolum fuiſti ſpecioſus quo ad ſupradictam puritatē ⁊ mundiciā: ſed etiam quo ad nobilitatē ⁊ tēperātiā cōplexionis: eo ꝙ nō ex motu celeſtium corporū/ nec actione alicuius naturalis agentis/ in quib⁹ ſemp eſt/ ⁊ accidit aliquis defectus in ipſo generato ⁊ producto: ſed ſolo ope ſpiritus ſancti facta fuit formatio illius corporis Chriſti ex puris ſanguinibus virginis. Et nō ſolū fuit Chriſtus ſpecioſus forma pre filijs hominū in pu

Pater dedit filio pre.

ritate ⁊ nobilitate cōplexionis: ſed etiā in honeſtate aſpectus. Nā oēs incitabat ad honeſtatē vite et ad reuerentiā ſibi exhibēdā/ ⁊ oibus incutiebat timorē: vt inquit Chryſo. Poſſum⁹ etiā dicere ꝙ tria ſunt que decorāt regē/ ⁊ faciūt ipſum dignū regno ⁊ impio. Primo ſpecioſitas .i. ſanctitas vite: ne ſit reprehenſibilis in vita/ vt poſſit alios regere ⁊ corrigere. Scđo/ vt ſit gratus in loquendo/ ⁊ doctus/ et ſapiens: ⁊ vt alios non ſolū ꝑ vitam: ſed etiā ꝑ doctrinā poſſit trahere. Tertio vt ſit fortis ⁊ potēs in factis: vt oēs venerent ⁊ timeāt eū. Sed q2 Chriſtus habuit oīa iſta tria/ ideo pr̄ de ſupradictis tribus cōmendat Chriſtū regē noſtrū in hac particula hui⁹ cantici. Ideo quātū ad primū dicit. O chriſte tu es ſpecioſus forma pre ceteris filijs hoīm/ quātū ad ſanctitatē/ ⁊ puritatē corporis ⁊ anime/ ⁊ ad conuerſationē vite: q2 in tuo corpore ⁊ anima nunq̄ loc⁹ potuit eſſe peccato: nec fuiſti vnq̄ pctō obnoxius in natura nec in ꝑſona: q2 non ex opere Adā natus nec cōceptus es/ ⁊ ſic excedis cunctos filios hoīm in forma ⁊ ſanctitate ⁊ ſpecioſitate virtutū. Scđo excedis oēs in ſapientia/ ⁊ donis ſpūs ſancti: q2 diffuſa eſt gratia in labijs tuis ad loquēdū ⁊ docendū: q2 nō ad mēſurā accepiſti dona gratiarū: ꝓpterea .i. q2 pater bn̄dixit te ineternum: dona gratiarū largiēdo: vt alios doceas ꝑ ꝑdicationē ⁊ doctrinā. Tertio. O chriſte potentiſſime in factis accingere gladio ſuper femur tuū: vt oſtendas tuam regiā potentiā. Ad cui⁹ intellectū eſt aduertēdū/ ꝙ triplicē gladiū ſiue enſem accepit/ ⁊ accinctus fuit Chriſtus. Nam primo fuit accinctus gladio humanitatis/ ⁊ carnis ad pugnandū cū diabolo: vt in carne patiendo ipſum debellaret. Secundo/ gladio poteſtatis ad operandū miracula. Tertio/ gladio paterne doctrine ad ſcindēda corda hominū. Unde hunc triplicem gladiū/ ſiue hoc triplici gladio pater accinxit filiū: ideo ait: O fili accingere gladio tuo .ſ. humanitatis ⁊ poteſtatis ⁊ doctrine: vt ſis potens in prelio/ ⁊ potentiſſimus ad vincendū diabolū/ ꝑ mortē ⁊ paſſionem/ ⁊ ad ſubijciendū corda hominū ꝑ doctrinā/ ⁊ ad faciēdū miracula ꝑ poteſtatem/ ⁊ virtutem paternā: ⁊ ſic eris dignus regno/ ⁊ imperio/ habendo iſta tria ſupradicta. Unde ꝑmo: Specie tua ⁊ pulchritudine tua intēde proſpere ꝓcede ⁊ regna .i. tu regnabis proſpere ꝓpter ſpeciē/ ⁊ pulchritudinē ſanctitatis vite: q2 oēs fideles ſequent te ꝓpter ſanctitatē. Itē. ij. dextera tua .i. poteſtas tibi a deo tradita deducet te in regnū ꝓpter veritatē in dicēdo ⁊ docendo/ ⁊ ꝓpter manſuetudinē in cōuerſando ⁊ miſerendo/ ⁊ ꝓpter iuſtitiā in corrigendo. ¶ Ex q̄bus ptʒ/ qđ Chriſtus habuit .v. q̄ reddebāt ipm̄ dignū regno ⁊ imperio .ſ. ſpecioſitatē/ ⁊ pulchritudinem/ ⁊ puritatē corporis/ ⁊ aīe/ ⁊ ſanctitatē in viuēdo/ ⁊ manſuetudinē in conuerſando: ⁊ patiēdo/ ⁊ veritatē in docendo/ ⁊ iuſtitiā in corrigēdo. Unū ad maiorē intelligentiam eſt vlterius notandū ſm̄ Ariſto. libro de motu aīalium ꝙ dextera eſt potior pars aīalis: eo q2 ibi incipit motus ad oēs partes aīalis. Et ideo ſicut ſiniſtra hoīs dr̄ pars infirmior: eo qđ nō hʒ ꝓprie principiū mot⁹ a ſe: ſed a dextera: ita a filij diuinitas in Chriſto dicebat dextera/ ⁊ humanitas ſiniſtra: eo q2 tota virt⁹ ⁊ ptās deriuabat a diuinitate in humanitatē: q2 humanitas erat inſtrm̄ in miraculis faciendis. Et ideo notāter dicit/ Accingere.

Tria faciūt dignū regno.

Xp̄s accinct⁹ triplici gladio

O Xp̄s fuit dign⁹ regno propter qnq̄.

gladio tuo ſup femur tuum.i.accingere gladio poteſtatis/⁊ virtutis ſuper humanitatem:per quam inſtrumentaliter facies miracula ⁊ omnia opera redemptionis.Et ideo ſubdit.

De conſe.diſ.iij.c.vltī.de cōſec.di.ij.c.iterat.

**Specie tua ⁊ pulchritudine tua: intende proſpere procede ⁊ regna.**

**Propter veritatem et manſuetudinem et iuſtitiam:et deducet te mirabiliter dextera tua.**

¶ O chriſte regna ⁊ intēde ⁊ ꝓcede regnare ꝓſpere.i.ad ꝓſperitatē eccl'ie/⁊ intēde/⁊ ꝓcede in ope p̄dicatiōis ⁊ miraculoꝝ/⁊ mortis/⁊ paſſionis/ad q̄ opa miſſus es.Et regna poſt reſurrectionē ⁊ aſcēſionē:⁊ hoc facies ſpecie/⁊ pulchritudine ſctitatꝭ/⁊ v̄tutꝭ.Nā dextera tuā.ſ.diuinitas v̄bi/deducet te/⁊ diriget te in omni opere redēptionis ꝑpter veritatem/⁊ manſuetudinem/⁊ iuſtitiā:quia his armis vinces diabolum/⁊ triumphabis de eo.

xxxvj.diſt.§.ecce.xi.q̄.iij.ita ſepe.

**Sagitte tue acute:populi ſub te cadent in corda inimicorum regis.**

¶ Hic memorat arma q̄ Chriſt⁹ tradidit apl'is ad debellandū mundū.Ad cuius intellectū eſt notandū/ꝙ Chriſt⁹ per ſeipſum vicit diabolū in morte/⁊ paſſione/⁊ expoliauit infernū/⁊ tulit legē euāgelicā/⁊ fecit miracula/⁊ p̄dicauit in ſola terra ꝓmiſſionis.Sed per apl'os ſuos p̄dicauit in partibus remotꝭ/⁊ pplo gētili/⁊ eiecit diabolū foras/⁊ ſubiecit ſibi oēs nationes.Et ideo cōicauit ⁊ tradidit apl'is arma ſua/⁊ ſagittas euangelicas/⁊ ptātem/⁊ virtutem faciēdi miracula in virtute nois Jeſu/ſicut dictū eſt pſal.viij.⁊.xviij.⁊ ſic apl'i cū ſagittis verbi euangelici feriebāt/⁊ penetrabant corda hominū:⁊ proſternebant eos a cultu idoloꝝ/⁊ ſuperbia vite/⁊ ſubiugabant iugo fidei.⁊ hoc eſt q̄d dicit pater ad filium.Unde ait.O fili Chriſte ſagitte tue acute.i.verba euangelica ꝑ tuos apl'os miſſa/⁊ p̄dicata cadēt ſub te in corda inimicoꝝ regis ppl'i.i.in corda infideliū/tam iudeoꝝ/q̄ gentiliū.Et ſic populi cadent ſub te victi/⁊ conuerſi ad fidem.Et alij cadent in ꝑpetuā dānationē.Et nota ꝙ tā apoſtoli q̄ verba euangelica dicunt ſagitte in ſcriptura a velocitate:q: apl'i fuerūt a Chriſto ꝑ totū mūdū velociter miſſi.Et ipſa v̄ba euāgelica mittebātur ex ore apl'oꝝ/⁊ feriebāt corda inimicoꝝ regis Chriſti.Et ſic oēs ppl'i cadebāt a ſua ſupbia/⁊ pfidia ⁊ ſupſtitione idoloꝝ/⁊ ſubijciebant iugo Chriſti.Et oīa iſta fiebant in virtute nois Jeſu:⁊ verbi euāgelici:in quib⁹ oſtēſa fuit Chriſti regia ptās/⁊ triumphus/⁊ victoria.de quibus ſagittis patebit pſal.lxiij.⁊.cxxvj.⁊ Eſa.lxvj.Et nota ꝙ iſte verſiculus.ſ.ſagitte tue acute ppl'i ſub te cadent in corda inimicoꝝ regis/etiā pōt cōſtrui ꝑ zeugma reducēdo illud verbū cadēt ad diuerſa:vt ſit ſenſus.Sagitte tue euāgelice cadēt/⁊ figent in corda inimicoꝝ regis Chriſti meſſie.Et ſic ppl'i gētiliū ſagittis tuis vulnerati cadēt victi ſub te/⁊ ſub iugo tuo.

Ad hebre.j.b ⁊ extra d̄ ſacra vnc.c.vnico.

**Sedes tua deus in ſeculum ſeculi:virga directionis virga regni tui.**

¶ Hic pater tribuit Chriſto ſedē iudicialem/⁊ ſceptrum ſiue virgā/inquātū miſit ipſum tanq̄ legiſlatorem/⁊ iudicem mūdi:⁊ tradidit ſibi iudiciariā poteſtatē etiā inquātū hō.Unde nota ꝙ Chriſtus/inquātū hō/fuit vnct⁹ i regē ⁊ ſacerdotē a p̄mo inſtāti incarnatiōis:nō oleo materiali ſicut ceteri reges ⁊ ſacerdotes ve.teſt.ſed oleo ſpirituali/⁊ letitie ⁊ gratie ſpūs ſancti:vt dictū eſt:⁊ iſtā grām nō accepit ad menſuram/ſicut apl'i ⁊ ceteri ſancti:ſed ſine mēſura redūdat in aīam Chriſti a v̄bo ꝑpter hypoſtaticā vnionem:ideo talis plenitudo grē eſt fontaliter in Chriſto/a quo oēs accepimus.Etiā a primo inſtāti cōceptionis/data eſt ſibi poteſtas iudicialis ⁊ regalis:ſed nō oſtēdit eā/nec voluit publice vti niſi poſt aſcēſionē.ideo dicit Mat.xxviij.Data eſt mihi ptās in celo.Et iſta ſedes Chriſti/et iudicaria ptās tradita Chriſto ēt inquantū hō/eſt eterna a pte poſt:q: ineternū Chriſt⁹ ēt inq̄tū hō/ſedebit ad dexterā patris/⁊ iudiciū ſuū erit ineternū:q: in die iudicij impios ad penā eternā deſtinabit:⁊ bonos ad gloriā ſempiternā.Et ſic ſua ſedes ⁊ ſuū ſceptrū:⁊ virga d̄r eterna/⁊ directa/⁊ inflexibilis.Dicit ergo pr̄ ad filiū:O chriſte deus ⁊ hō ſedes tua iudiciaria:quā dedi tibi in tua cōceptiōe/⁊ aſcēſiōe nō eſt data tibi ad mēſurā tpis:ſʒ i ſeculū ſeculi/⁊ v̄ga regni tui/⁊ ptās nō eſt iniuſta nec flexibilis ad aliquā paſſionē ꝑpter odiū/⁊ amorē ſicut tyrannoꝝ.Sed eſt virga directionis/⁊ rectitudinis tribuēs vnicuiq; q̄d ſuū eſt ſm opera ſua nō declinās ad dexterā/nec ad ſiniſtrā.Et ꝓbatꝰ per effectū ꝙ tuū ſceptrū ſit rectū ⁊ iuſtū.Nā ſemper

**Dilexiſti iuſtitiam ⁊ odiſti iniquitatem:ꝓpterea vnxit te deus deus tuus oleo letitie pre conſortibus tuis.**

¶ Dilexiſti iuſtitiā.i.hoies iuſtos/⁊ odiſti iniquitatē in hoib⁹ prauis.Nā illos premiaſti/⁊ hos puniſti.Et reddit cām quare Chriſt⁹ dilexit iuſtitiā/⁊ odiuit iniq̄tatē:⁊ nō potuit iudicare/nec poterit niſi recte:q: in eo nulla eſt paſſio/nec iniq̄tas:q: nō traxit naturā corruptā/ſicut nos oēs:q: nō ex opere adā nat⁹ eſt.Itē q: ab initio ſue cōceptiōis fuit vnt⁹ oleo ſpūs ſcti oīm donoꝝ non ad menſurā:q: q̄euit ſup eū ſpūs ſapiētie/⁊ intellect⁹/⁊ ſpūs cōſilij/⁊ fortitudinis.Et fuit iuſtitia cingulum renū ei⁹.Et ſic ſemꝑ iudicabit in vera iuſtitia/vt pʒ Eſa.xj.Nā dona ſpūs ſcti erant quaſi p̄ncipiū formale opandi in Chriſto/quo ad opa iuſtitie:iō nō potuit errare.Et iō ait pr̄ ad filium.O deus chriſte ſcd̄a ꝑſona in trinitate/ꝓpterea dilexiſti iuſtitiā/⁊ odiſti iniq̄tatē:q: de⁹ tu⁹ pr̄ vnxit te i tua cōceptione oleo letitie pre cōſortib⁹/⁊ ꝑticipib⁹ tuis regibus ⁊ ſacerdotib⁹:q: illos p̄cepit vngi oleo materiali ⁊ figurali:⁊ te vnxit oleo ſpūali.Et dicunt reges/⁊ ſacerdotes cōſortes Chriſti:inquantū ab eo hīit oēm ſptātē/⁊ inquantū Chriſtū figurabāt.Itē lʒ apl'i/⁊ oēs chriſtiani cōſortes/⁊ ꝑticipes chriſti ſint vncti oleo ſpūali/⁊ acceperīt ſpm̄ ſctm̄:tū oēs acceperūt ad mēſurā deriuatiue a Chriſto.Sʒ Chriſtus nō accepit ad mēſurā:ſʒ fontal'r hʒ iſe ꝑpter vnionē hypoſtaticā v̄bi.Itē Chriſt⁹ non vnct⁹ eſt vt mūdaretꝰ a pctō/⁊ liberaretꝰ ſicut ceteri oēs:ſed vt ab eo oēs acciperent⁹ grām ꝓ grā.Et iō d̄r vnct⁹ p̄ cōſortib⁹ ſuis.i.aliter ⁊ nobili⁹ ⁊ ꝑfecti⁹.¶ Ex p̄dictis in textu inferunt q̄tuor manifeſte cōcl'ones ꝯ̄ Judeos.¶ Pria/ꝙ meſſias in lege ꝓmiſſus ē de⁹.ꝓbatꝰ.Nā ſm Jonathā Abēhuziel/⁊ oēs antiquos ⁊ authēticos Hebreos/iſte pſal.eſt factus de rege meſſia.Et iſte ſpecioſus/⁊ accict⁹ gladio/⁊ armatus



tus ſagittis/et vnctus oleo letitie p̄ cōſortib⁹ ſuis eſt rex meſſias ſcd̄m eos.⁊ iſtū vocat deus pr̄ deū in hoc pſal.Primo cū dicit:Sedes tua de⁹.Scd̄o cū dicit:O deus ꝓpterea vnxit te de⁹ tu⁹.Tertio cū dicet infra:Q̄m ipſe eſt dn̄s deus tuus.ergo ſequitꝰ ꝙ meſſias eſt ver⁹ deus.¶ Scd̄a cōcl'o ꝙ in diuinis ſunt plures ꝑſone q̄ vna.ꝓbatꝰ.Nā ibi eſt de⁹ vngēs ⁊ de⁹ vnctus/ſed vna ⁊ eadē ꝑſona non pōt eſſe vngens ⁊ vncta:ergo ſunt due ꝑſone.ſ.pater vngēs/⁊ deus vnctus/q̄ eſt filius.Et lʒ perſona ſpūs ſancti nō noialiter explicetꝰ:tū ſatis explicatꝰ ⁊ intelligitꝰ ſcd̄m ꝓprietatē/ꝑ ly oleo letitie/q̄ eſt ſpūs ſanctus aīas ſanctificās/⁊ penetrans/⁊ ſanctos ꝓphetas faciēs.¶ Tertia cōcluſio/ꝙ lʒ Chriſtus ſit deus ⁊ hō:tū nō fuit vnct⁹/q̄ ad deitatē/ſʒ quo ad humanitatē:q: prio mō nō indiguit vnctione.¶ Quarta cōcluſio/ꝙ licet Chriſtus ſit hō/⁊ ex tpe accepit virgā/⁊ ſedē iudiciariā a patre:tū iſta ſedes eſt eterna a parte poſt:q: ieternū puniet malos/⁊ beatificabit/⁊ glorificabit bonos.De quo regno dicitꝰ Luce.j.Regni eius nō erit finis.¶ Sed hic oritꝰ dubiū ꝑ hoc q̄d ait:Virga directiōis:⁊ dilexiſti iuſtitiā.Nā videtꝰ ꝙ Chriſtus dilexerit iniq̄tatē:q: dilexit Mattheū Telenariū:Paulū ꝑſecutorē:⁊ Magdalenā peccatricē/⁊ abſoluit adulterā/⁊ dedit latroni paradiſum:ergo ſceptrū ei⁹ non eſt rectū.Ad hoc rn̄detur/ꝙ deus nō odit naturaʒ hoīs/q: de ſe bona eſt:ſed odit pctm̄ ⁊ iniuſtitiā in hoie.Iō qū hō abijcit pctm̄/⁊ ſe iuſtificat ꝑ pniam iam deus nō repetit cauſam in hoie:vt odiat eum:immo eſſet iniuſtus/ſi ipſum odiret ſcd̄m legē poſitiuā.Et ideo Chriſtus nō dilexit Mattheum/nec Paulū pctōres:ſed iuſtificatos ꝑ penitētiā.Et ſic odiebat in eis pctm̄:q: in eis peccatum deſtruxit ⁊ ſic Chriſtus iuſte egit cum veniam non negauit Magdalene/nec latroni/nec ceteris penitētibus/⁊ ſic ſedes ⁊ virga eccl'iaſtica Chriſti abſoluit penitēt⁹/⁊ excōicat obſtinatos ⁊ rebelles:⁊ ſic ſemper remanet recta.Et ſic virga iudicialis Chriſti tam in hac vita/q̄ in fine vite cuiuſlibet q̄ in generali ⁊ nouiſſimo iudicio ſemꝑ erit iuſtiſſima.

In diuinis ſūt plures ꝑſone.

Nota.

Q. Dubiū.

Reſſio.

Art.xl.j.ſ.et ꝑ.diſ.in re.

**Myrrha ⁊ gutta ⁊ caſia a veſtimentis tuis a domibus eburneis:ex quibus delectauerunt te filie regum in honore meo.**

¶ Hic pater p̄bet filio/⁊ ornat eū veſtimentis nuptialibus inquantū eſt ſponſus eccl'ie.Nā poſtq̄ ſuperius tradidit ipſi ſigna regalia ⁊ triūphalia ⁊ iudicialia:hic tradit inſignia/⁊ ornamēta nuptialia cōuenientia ad deſponſationē eccl'ie vt diligatur a ſponſa.¶ Ūn eſt notādū:ꝙ tres nuptie legūtur in ſcriptura/quas pater fecit filio ſuo.Primo fuerūt nuptie incarnatiōis in q̄bus verbū vniuit ſibi hoiem in vnitatem ſuppoſiti.De q̄bus Joā.j.Verbū caro factū eſt.⁊ Matth.xxij.Simile eſt regnū celoꝝ homini regi/qui fecit nuptias filio ſuo ⁊c.Scd̄e fuerūt nuptie recōciliatiōis in q̄b⁹ Chriſtus vniuit ſibi totā eccl'iam in vnitate myſtica:de q̄bus ait Ambro.Hodie celeſti ſpōſo iuncta eſt eccleſia:vbi Chriſtus in Jordane lauit nr̄a crimina.Tertie nuptie fuerūt glorificatiōis:q̄ facte ſunt in die reſurrectionis vbi Chriſt⁹ recuperauit corpus glorioſum.Que ꝑficientꝰ nobis in die iudicij:vbi nos reſurgemus induti ſtola glorie/de q̄bus Apo.xix.Gaudete ⁊ exultate/q̄ū venerūt nuptie agni/et ſponſa ornauit ſe.In primis nuptijs ſpōſus indutus eſt carne/⁊ hūanitate ſpecioſa:⁊ gratioſa tāq̄ rex.Et accinctus eſt gladio ⁊ ſagittis tanq̄ pugil:vt dictū eſt.Et in tertijs nuptijs.ſ.glorificationis accepit ſedē eternā/⁊ virgā directiōis tanq̄ iudex vt pʒ Mat.vlt.Data eſt mihi oīs poteſtas in celo ⁊ in terra:vt eſt dictū.In ſecūdis nuptijs.ſ.recōciliationis q̄ facte ſunt in Jordone:qū Chriſtus baptizauit ſe i capite ꝓ nobis mēbris:tūc accepit veſtimētū baptiſmale in ꝑſona oīm nr̄m:q: oēs fuimus in eo baptizati.ad Rom.vj.Et in cruce accepit veſtimēta flagelloꝝ ⁊ mortis ⁊ paſſiōis ⁊ ſanguinis:q: tot⁹ fuit ꝑfuſus ſanguine ⁊ veſtitus.De quo veſtimēto habetꝰ Eſa.lxij.Quis eſt iſte q̄ venit de Edom tinctis veſtibus de Boſra?Quare rubrū eſt veſtimētū tuū?Et finaliter de latere Chriſti exiuit ſanguis ⁊ aqua:a q̄b̄ oīa eccl'iaſtica ſacramenta ſumpſerūt virtutē.Ideo tota eccl'ia d̄r ſpōſa Chriſti/inquātū ipſaʒ ſibi copulauit.Et d̄r filia Chriſti inquātū ex ei⁹ latere exiuit:ſicut Eua ex Adā.Ex quib⁹ pʒ ꝙ prime nuptie.ſ.incarnationis:fuerunt diſpoſitio ad ſecūdas nuptias.ſ.noſtre recōciliationis:q: in illis aſſumpſit carnē mortalē ⁊ paſſibilē:in qua fuit baptizatus ⁊ paſſus.poſtea in ſcd̄is nuptijs accepit veſtimēta baptiſmi ⁊ paſſiōis.Ūn has ſecūdas nuptias ⁊ hec veſtimēta memorat ꝓpheta in hac pte.¶ Ūn eſt iterū aduertēdū/ꝙ xp̄s incepit ſcd̄as nuptias a baptiſmo:⁊ ꝓceſſit ꝑ ſuaʒ p̄dicationē vocādo ſpōſaʒ ad fidē ſuā:⁊ ꝑfecit eas in ſua paſſiōe.Ideo triplex veſtimētū accipit xp̄s.Prio ſanctitatis ⁊ penitētie:ſcd̄o veſtimētū doctrine:tertio veſtimētū paſſionis.Ideo iſta tria veſtimēta memorat ꝓpheta/⁊ notificat hic ꝑ tres ſpecies aromaticas.ſ.ꝑ myrrhā/guttaʒ ⁊ caſiam.Per myrrhā eīm intelligit paſſionē ⁊ mortē.Per guttā intelligit penitentiā:⁊ ſanctitatē vite.Per caſiaʒ/intelligit lenitatē ⁊ ſuauitatē doctrine.Fuit ergo Chriſt⁹ in ſecūdis nuptijs/his tribus veſtibus indutus ⁊ vnctus.ſ.indumēto ſanctitatis ⁊ penitentie in cōuerſatione vite/⁊ veſtimēto ſapiētie ⁊ doctrine:⁊ veſtimēto amaritudinis ⁊ paſſiōis.A quibus trib⁹ veſtimētis ſpirāt ⁊ effluūt tres ſalubres odores in totā eccleſiā:q̄b⁹ mēbra ſequuntꝰ ſponſum ſuū Chriſtū.de q̄b⁹ odorib⁹ habetꝰ cāticorum primo.In odorē curremus vnguētoꝝ tuoꝝ.Nam martyres ſequuntꝰ Chriſtū in odorē myrrhe ⁊ paſſionis:⁊ v̄gines/⁊ cōtinētes/⁊ heremite/⁊ oēs penitētes in odorē gutte/ſiue ſandali ſanctitatis vite:doctores vero ſecuti ſūt Chriſtū in odorē doctrine.Et ſic oēs currimus in odorē expirantē ⁊ effluētē a veſtimētis Chriſti.Dicit ergo pater ad filiū:O Chriſte ſpōſe eccl'ie nō ſolū te cōſtitui regē ſpecioſum forma pre filijs hoīm ⁊ gratioſuʒ/⁊ cōſtitui te pugilē accinctū gladio ⁊ ſagittis cōtra diabolū/et cōſtitui te iudicē,dans tibi ſedem eternā ⁊ virgaʒ:ſed etiā dedi tibi totā eccl'iam in ſponſam.In quibus nuptijs indui te tribus veſtimētis.ſ.ſanctitatis/doctrine/⁊ paſſiōis.A q̄b⁹ veſtimētis tuis nuptialibus expirant/⁊ effluunt tria aromata.ſ.myrrha paſſionis:⁊ gutta ſiue ſandali ſanctitatis vite ⁊ caſia ſuauis ⁊ lenis doctrine.Iſta tria aromata ſiue odores expirant a veſtimētis tuis tanq̄ ſuple a domibus.i.capſis/⁊ pyxidibus eburneis:in quibus reponuntur iſta tria aromata.Et quibus odoribus te delectauerūt/⁊ oblectauerunt/⁊ leti

Tres nuptie in ſcriptura.

Nuptie icarnationis.

Secūde nuptie.

Chriſti veſtimēta.

ficauerunt multe puelle nobiles filie regum in ho
nore tuo.ſ.ad honorem tuũ. Naꝫ Catharina q̃ fuit
filia regis/⁊ Agatha/⁊ Agnes/⁊ Cecilia/et multe
alie virgines/que fuerunt de genere regum: ſecute
ſunt te in odorē veſtimētorũ tuorũ: immo obtule-
runt tibi iſta tria aromata/⁊ iſtos tres odores: ſcꝫ
myrrham martyrij/⁊ guttam ſanctitatis/⁊ caſiam
bone doctrine: in q̃bus odoribꝰ valde delectaris:
⁊ tales odores habes gratos/⁊ acceptos. Iſta tria
vnguenta abſtraxerũt virgines/⁊ martyres a do-
mibꝰ ⁊ capſis: ⁊ corporalibꝰ ſuis eburneis ſ.albis
per puritatē/⁊ fortibus per conſtantiā/⁊ rubicun
dis per martyriũ. Eſt enim ebur album/⁊ ſolidũ/
⁊ rubicundum/per qđ denotatur puritas virginis
⁊ conſtantia/⁊ rubedo martyrũ: ⁊ ſanctorũ fortitu
do doctorũ/⁊ firmitas doctrine eorũ. Hoc idē pōt
intelligi ad literā de Magdalena/⁊ Maria Iaco-
bi ⁊ Salome/q̃ fuerunt de genere regali/⁊ de do-
mo Dauid: q̃ his vnguentis/⁊ aromatibꝰ vnxerũt
S passio christi dr myrrha. Chriſtũ in honorē ſepulture. ❡ Sꝫ ad maiorē eui-
dētiā eſt valde notandũ/⁊ virtus paſſionis Chri-
ſti dicit metaphorice myrrha/ꝓpter accōmodatā
ſimilitudinē. Nā myrrha eſt quedam parua arbor
aromatica/q̃ naſcitur in Arabia/cuius ſuccus di-
cit etiā myrrha. que q̃dē arbor agitata a vētis con
trarijs.ſ.ab aquilone ⁊ auſtro/emittit ſudorē p̄tio
ſiſſimũ ad moduꝫ gũmi: q̃ dicit prima myrrha. ſed
q: nō pōt exire multũ de ſucco ꝓprio mō: ideo agri-
cole vulnerant arborē faciendo paruā inciſionē in
latere trũci: ⁊ ſic emanat copia ſucci ⁊ liquoris. Et
ſic totus ille liquor qui egreditur ab illa arbore in
menſe martij/tam ꝑ agitationē ventorũ: q̃ ꝑ inci-
ſionē factā in latere dicit myrrha prima et electa:
virtuoſiſſima/⁊ pretioſiſſima/preſeruans ab omni
corruptione/⁊ ſanans/⁊ deſiccās oēm putredinē.
Iſte aũt liquor qui emanat in mēſibus ſequētibꝰ/
dicit myrrha ſcđa: que lꝫ ſit bona: tñ nō eſt tāti va
loris ⁊ virtutis. Ad huius ergo arboris ⁊ liquoris
ſimilitudinē: tā Chriſtꝰ q̃ ſua paſſio dr prima myr
rha ⁊ electa. Nā in mēſe Martij Chriſtus fuit agi-
tatus ⁊ afflictus a duobus vētis cōtrarijs.ſ.a Iu-
deis/⁊ Pilato cũ ſuis miniſtris de populo gentili.
q̃ primo in horto emiſit ſudorē ſanguinis: poſtea ꝑ
flagella ⁊ clauos: ⁊ vltimo ꝑ vulnus lateris exiuit
ſanguis ⁊ aqua in remiſſionē peccatorũ: vnde oīa
ſacramēta receperũt virtutē. Et ſic patet qualiter
a veſtimētis humanitatis Chriſti fluxit illa myr-
rha paſſionis: cuius virtus fuit recepta/⁊ repoſita
in domibus/et capſis eburneis eccleſiaſticorũ ſa-
cramentorũ: a q̃bus capſis iugiter eccleſia educit
vnguētũ ex myrrha/⁊ caſia/⁊ gutta paſſiōis Chri-
ſti cōfectũ: ad ſanandas oēs infirmitates/⁊ vulne
ra peccatorũ: in q̃bus vnguētis Chriſtus valde de
lectat ꝓpter recōciliationē fideliuꝫ. Et hoc eſt qđ
intendit dicere Dauid cuꝫ ait. Myrrha ⁊ gutta ⁊c.
❡ Nota etiā q̃ illud nomē mor in Hebreo/ideꝫ eſt
qđ muſcus: ſed in Arabico/ſignificat amaritudi-
nē. Et ideo Hierony. ⁊ lxx. vbicũq; in Hebreo.ſ.in
pſal. ⁊ canticis canticorũ inuenerũt mor tradux-
runt myrrhā q̃ eſt amara: ꝑ quā ſignificatur amari
tudo paſſionis. Et ſic myrrha ſiue mor eſt equiuo-
cũ ad muſcũ/⁊ ad illā ſpeciē aromaticā amarā/q̃ ꝓ
ſeruat a corruptiōe. Iō meliꝰ videt dicere Hiero.
⁊ lxx. nā Iudei moderni in magna parte ꝑdiderũt
veras ſignificationes vocabulorũ Hebraicorũ/ꝓ-
pter longũ diſſuetudinē. Ideo in ſignificatione vo
cabulorũ Hebraicorũ magis eſt credēdũ Arabibꝰ/
q̃ Iudeis modernis: eo q̃ Arabes oēs vulgariter
loquunt lingua Arabica/q̃ eſt valde vicina lingue
Hebraice: magis q̃ Hiſpana Italice. Nā Arabica/
⁊ Syriaca/⁊ Hebraica imediate deſcēdũt a Chal-
dea: vt dictũ ē in ꝓncipio.ſ.in ꝓlogo/tractatu.vij.

**Aſtitit regina a dextris tuis: in veſtitu de-
aurato circundata varietate.**

❡ Quia ſuperiꝰ pater ornauit ſpōſuꝫ ſupradictis
tribus nuptialibus veſtibus: ideo hic in hac ſcđa
parte principali: intēdit ornare ſpōſaꝫ.ſ.eccleſiā: et
copulare eā ſponſo ſuo: ⁊ canendo cōmendat eā in
ornatu/⁊ apparatu nuptiali. ❡ Vñ dicit pater pri
mo ad filiũ vt accipiat ſpōſam ſibi: ⁊ ait: O rex chri
ſte fili accipe ecclīā tibi ſpōſaꝫ: q: iā ipſa regina.ſ.
eccleſia aſtitit tanq̃ regina a dextris.i.in potiori-
bus bonis tuis: ⁊ nō eſt nuda/immo ſedet in veſti-
tu deaurato circũdata varietate: q: eiſdē veſtimē-
tis tuis eſt induta: ⁊ induiſti eā. Naꝫ iā ſequit te ꝑ
fidē ſpeꝫ/⁊ charitatē/q̃ effluunt/⁊ ſpirāt a veſtimē
tis tuis: ⁊ iā ſequit te per ſanctitatē/⁊ doctrinā: ⁊
martyriũ. Ergo iā ornata eſt veſtibꝰ nuptialibus:
⁊ decētibꝰ. Nā ipſa aſtat tibi i veſtitu deaurato pal
ledine/ſiue pallore charitatis: ⁊ circũdato: ⁊ ami-
cta varietate veſtimētorũ/⁊ colorũ.ſ.alba ꝑ fidē/⁊
puritatē: ⁊ cerulea ꝑ ſpem: ⁊ rubicũda ꝑ martyriũ:
⁊ pallida ꝑ penitētiā/⁊ ſplēdēs veritate doctrine.
Itē eſt circũdata ⁊ veſtita varietate diuerſorũ ſa-
cramētorũ.ſ.baptiſmi/cōfirmationis/pnie/eucha-
riſtie/extreme vnctionis. Itē eſt circũdata diuerſi
tate/⁊ varietate ſtatuũ.ſ.virginũ/viduarũ: cōtinē
tiũ/coniugatorũ/heremitaꝝ/aploꝝ/doctorũ/euāge
liſtarũ/ꝑdicatorũ/⁊ varietate religionũ: ⁊ varieta
te linguarũ: q: iā credunt Greci/Latini/Scythe:
Ethiopes/Chaldei. Itē varietate moris ⁊ conſue-
tudinũ in cultu: ſed oībꝰ eſt vna fides/vnũ baptiſ-
De sacra ⁊nc.c. vnico. ma. Ideo vnica eſt colũba ⁊ ſponſa. Vñ eſt aduer-
tendũ/q̃ tota iſta varietas veſtimētorum eccleſie
fluit ⁊ emanat a varietate veſtimentorũ Chriſti: de
q̃bus ſupradictũ eſt in verſu ſuperiori. Nā ſicut in
mũdi creatione vnus ⁊ idē deus ſcđm diuerſitateꝫ
idearũ cauſando ſīlitudines iſtarũ idearũ ꝓduxit
varietatē/⁊ diuerſitatē creaturarũ ⁊ ſpecieruꝫ: ita
Chriſtus in noſtra regñatione/⁊ ecclīe deſpōſatio
ne: multiplicādo ſīlitudines veſtimētoꝝ ſuoꝝ cau
ſauit varietatē ꝑfectionũ in ecclīa ſponſa ſua. Nā
ſicut vt deus lucet in oībus creaturis: ⁊ ſic dat eis
eſſe naturale: ita vt Chriſtꝰ ⁊ redēptor/⁊ regñator
lucet in ecclīa/⁊ mēbris ſuis: ⁊ ſic dat eis eſſe gra-
tie. Itē ſicut mũdus a ſole habet tria.ſ. lumē/calo
rē/⁊ īfluētiā: ita ecclīa habet a Chriſto lumē fidei
⁊ calorē charitatis: ⁊ influētiā ſpei: ꝓpter quā ope
rat. Unus ergo Chriſtus hñs iſta tria aromata et
veſtimēta.ſ.paſſiōis ⁊ ſctitatis ⁊ doctrine/a ſpirā-
do ⁊ lucēdo in ecclīa ꝑ paſſionē/cauſat varietatē
ſeptē ſacramētorũ ad ſanādas infirmitates. Scđo
ex gutta ſue ſanctitatis cauſat in ecclīa diuerſita-
tē religionũ. ⁊ ſtatuũ ſanctorũ. Sꝫ ex veſtimēto do
ctrine influit ſeptē dona ⁊ gña grãrũ: ⁊ ſic alios fe
cit aploſ: alios euāgeliſtas ⁊c. Et ſic ecclīa ſedet a
dextris Chriſti circũdata varietate: q̃ oīa fluūt ab
eodē Chriſto: nā ꝑ vnũ ⁊ eũdē ſpm̃ ſpirat ⁊ diſtri-
buit vnicuiq; dona grãrũ/ꝓut vult. Nā ſicut dictũ
eſt in



ꝓlogo: Chriſtus eſt diſpēſator bonoꝝ patris
dicit aũt Hiero. ad principium q̃ huc uſq; loquit
ꝓpheta: ⁊ ea q̃ ſequunt ſunt verba pr̃is ad ſponſaꝫ.
ſed magis cōformis videt ſupradicta ſententia.

**Audi filia ⁊ vide: ⁊ inclina aurem tuam: et
obliuiſcere populum tuum ⁊ domum pa-
tris tui.** (xxxiij. q. v. Noſſe.)

❡ Poſtq̃ ſuperiꝰ pater dixit Chriſto vt acciperet
eccleſiā in ſpōſaꝫ: nũc dicit ecclīe: vt accipiat Chri-
ſtũ in ſponſum: vt appareat cōſenſus vtriuſq;. Nā
in ſponſalibꝰ in primo loco q̄rit cōſenſus ſponſi: et
in ſcđo cōſenſus ſpōſe: ⁊ hunc ordinē ſeruat nũc ec-
cleſia. Et ideo poſtq̃ pater habet cōſenſum ſponſi:
nunc vocat ⁊ admonet ſponſaꝫ: vt accipiat: ⁊ ſequa
tur: ⁊ veniat ad ſponſuꝫ ſuũ Chriſtũ: q: nemo venit
ad filiũ: niſi pater traxerit eũ ꝑ gratiā: nā quos pa-
ter ab eterno ꝑdeſtinauit: hos Chriſtus vocauit: et
iuſtificauit: ⁊ regñauit. ad Ro. viij. Dicit ergo pa-
ter ad ſpōſaꝫ eccleſiā. Audi filia ꝑ creationē ⁊ rege
nerationē: Audi vocē euāgelicā filij mei ⁊ vide eiꝰ
miracula: ⁊ eius ſanctitatē: ⁊ vide ꝑ fidē: ⁊ inclina
aurē tuā voluntatis ꝓbendo aſſenſum. Et tu cetꝰ gē
tilium cōuerſoꝝ: obliuiſcere pplm̃ tuũ idololatra
rum: ⁊ tu cetus aploꝝ: ⁊ diſcipuloꝝ: ⁊ cōuerſorum
ex iudeis obliuiſcere domũ.i.ſynagogā patris tui
Moyſi.i.ritũ cerimonialiũ: ⁊ nō ſecteris lr̃am: ſed
ſpm̃. Nota q̃ iſta ſpōſa dñi erat in domo patris ſui
Abrahe: ⁊ Moyſi: induebat veſtibꝰ vilibꝰ: ⁊ vetu-
ſtis cerimoniarũ ⁊ legaliũ. Et ideo ꝑcepit deus vt
relictis veſtibus cerimoniarũ ornet veſtibꝰ nouis
euangelicis ſacramentorũ ⁊ gratiarũ: vt a ſponſo
concupiſcatur. Et ideo dicit: obliuiſcere domũ pa-
tris tui. q.d. exue veterem hoiem: ⁊ indue veſtes
quas tibi dat nouus ſponſus.

**Et concupiſcet rex decorē tuũ: qm̃ ipſe eſt
dñs deus tuus: ⁊ adorabunt eum.** (De sacra ⁊nc.c. vnico.)

**Et filie Tyri in muneribus: vultum tuũ de
precabuntur omnes diuites plebis.**

❡ Chriſtꝰ rex ſpōſus cōcupiſcet decorē tuũ: ⁊ eris
ipſi grata: aliter abijciet te: quaſi abominabilem.
Egredere ergo de domo natiuitatis ⁊ patris tui:
⁊ intra thalamũ ſponſi Chriſtũ: qm̃ ipſe eſt dñs deꝰ
tuus in lege ꝓmiſſus. Itē o tu popule gētilis obli-
uiſcere pplm̃ tuũ: ⁊ pr̃es tuos: ⁊ domũ.i.delubra ⁊
ſuꝑſtitiones idolorũ: q̃ nō ſunt veri dij: ſed demo-
nia: ⁊ cōuerte ad ſponſum ecclīe: qm̃ ipſe eſt dñs
deus tuus: ⁊ nō idola. Et iō adorabũt eũ iudei ſup-
ple: ⁊ adorabũt eũ filie Tyri.i.oēs cōuerſi ex genti-
libus in muneribꝰ.i.ſibi munera offerētes. Nā ma
gi veniētes ab oriēte obtulerũt in ſua natiuitate:
aurũ: thus: ⁊ myrrhā. Et Cōſtātinꝰ: ⁊ ceteri impera
tores: ⁊ reges: tēpla: ⁊ ecclīas Chriſto cōſtruxerũt
⁊ magna donaria: ⁊ ornamēta obtulerunt. Vñ no-
ta q̃ verſus ⁊ ſnīa incipit ibi.ſ. ⁊ adorabunt eũ fi-
lie Tyri in muneribus.i.totus pplſ gentilis. et ſic
exponit hāc particulā Aug. de fide rerum inuiſibi-
lium. Et conuerſus pater ad filium dicit. O fili rex
meſſ: tantũ proſperabit regnũ tuũ per vniuer-
ſum orbeꝫ: q̃ nō ſolũ reges: ſed omnes diuites ple-
bis deprecabunt vultum tuum.i.ante vultũ: ⁊ ima
ginē tuam orabũt in tēplo: ⁊ celebrabũt diuina of-
ficia: ⁊ deſiderabunt videre vultũ tuum hic per gra
tiam: ⁊ in futuro per gloriā. ❡ Ex ſupradictis ap-
parent ⁊ inferunt quatuor cōcluſiones. Prima qui
deꝫ eſt Chriſtꝰ rex meſſias in ſuo aduentu debebat
repudiare ⁊ abdicare ſynagogam: ⁊ abolere lega-
lia ⁊ dare nouā legem: ⁊ declarare leg. vet. per hoc
quod ait Audi filia ⁊ vide: ⁊ inclina aureꝫ tuam et
obliui. populũ tuũ: ⁊ do. pa. tui. q.d. Audi nouā do-
ctrinā ſponſi: ⁊ crede ipſi: ⁊ vide eius miracula: et
obediendo ſequere eũ dimittendo ſynagogā: ⁊ ve-
tuſtatem legis: ⁊ mores antiquorũ. ❡ Secũda con
cluſio: q̃ poſt publicationē euangelij legalia non
ſunt deo grata nec accepta: ſed ſola ſacramēta no-
ue legis per hoc qđ ſubdit. Et cōcupiſcet rex deco-
rem tuũ. ❡ Tertia cōcluſio: q̃ rex meſſias eſt verꝰ
deus: per hoc qđ ſubdit. Qm̃ ipſe eſt dñs deus tuꝰ
⁊ adorabũt. ❡ Quarta cōclō q̃ principalis articu-
lus: ⁊ fundamentũ ecclīe per qđ differt chriſtianꝰ
a nō chriſtiano: eſt credere in Chriſtũ verũ deũ: et
hoiem: ⁊ meſſiam in lege ꝓmiſſum: per hoc qđ ait:
Audi filia ⁊ vide. q.d. q̃ ſolus ille eſt filius dei ado-
ptiuus: qui credit in Chriſtũ: ⁊ abdicat oēs alios ri
tus: ⁊ cerimonias: ⁊ ſuperſtitiones: q: aliter non
concupiſceretur a Chriſto ſponſo: nec eſſet mēbrũ
eius: nec de gremio eccleſie.

**Oīs gloria eius filie regis abintus in fim-
brijs aureis circũamicta varietatibus.** (xxvij. q. i. nu- ptiaꝝ.)

❡ Hic dat cauſam quare debebat Chriſtꝰ repudia
re ſynagogā: ⁊ delubra gentiliũ: ⁊ ornatũ eorũ: et
cōcupiſcere: ⁊ eligere eccleſiā. ❡ Nā tota glīa ſyna
goge erat in apparatu exteriori: ⁊ in actibus mate
rialibus: quia oīa intelligebant ad literā: ⁊ ꝑ ſola
opera exteriora putabant iuſtificari. Et ideo ora
gloria tēpli Salomonis erat in apparatu ornamē
torũ: ⁊ vaſorũ aureorũ: ⁊ ſic tota gloria iudeorũ re-
ferebat ad corpus: ⁊ nihil ad animā: nec curabant
de interiori iuſtitia. Sed oppoſitũ docet lex euan-
gelica. nā vera iuſtitia: ⁊ ornatus debet eſſe in nobi
liori parte: ſed aīa eſt nobilior corpore: ergo verus
ornatus debet eſſe in aīa. Nā deus ratione anime
diligit hoiem: ergo potius vult ſibi deſponſare ani
mam q̃ corpus: ergo totũ ornatũ: ⁊ apparatũ ma-
gis deſiderat in anima q̃ in corpore: ⁊ ſic hō magis
dicit iuſtificatus in aīa q̃ in corpore: ⁊ per conſe-
quens magis per actus interiores: q̃ exteriores:
cum poſſint eſſe ficti ⁊ falſi: ⁊ ſic deus magis acce-
ptat et reſpicit affectũ ⁊ intentionē: q̃ effectũ exte
riorē: vt ait ſaluator. Mat. v. Et ideo dicit hic. glo-
ria huius ſponſe non cōſiſtit in apparatu exterio-
ri ſicut templũ Salomonis: cuius tota gloria erat
in pellibus ⁊ pannis et vaſis aureis ⁊ argenteis: ⁊
ſimiliter eſt dicenduꝫ de templis gentiliũ: ſed tota
gloria eius.i.iſtius ſponſe filie regis.ſ.eccleſie eſt
abintus in actibus: ⁊ in deuotione interiori: et in
ornatu ſpirituali ſacramentorũ eccleſie. Et ſic etiā
ornatus chriſtianorum et iuſtitia: et perfectio non (Ornatꝰ xpianorum.)
cōſiſtit in actibus exterioribus: ſed in ornatu ani-
me et deuotione et virtutibus: ⁊ nō in apparentia
⁊ vana gloria exteriori: ſed in bona intentione inte
riori: ne quod foris oſtendit: intus a mercede eua-
cuet: quia chriſtianus nō expectat premiari: nec fe-
licitari in hoc mundo ſed in alio: et talē animā con
cupiſcit Chriſtus ⁊ deſponſat ſibi. Ideo lꝫ eccleſia
ſponſa Chriſti ſit circũamicta varietatibꝰ ad extra:
⁊ eius veſtis ſit cōtexta varietatibus ſtatuũ.ſ.

cõiugatoꝝ: viduarũ: virginũ: tñ abintus oĩbus eſt vna fides: vna charitas: vnũ baptiſma: ⁊ vnicã expectãt gloriã: ⁊ ſic tota gloria eoꝝ eſt in aĩa. Unde tali veſtitu deaurato ⁊ tali amictu cõtexto varietatibus coloꝝ ꝑfectionũ ⁊ virtutũ oꝛnauit deus pater ſponſam filij: ⁊ talẽ ſponſam cõcupiuit Chriſtꝰ repudiata ſynagoga ⁊ gentilitate: q̄ in ſolis oꝛnamentis mũdanis ⁊ exterioꝛibꝰ delectabant̃ ⁊ putabãt iuſtificari. Totũ etiã hoc põt referri ad legem Moyſi: et ad totã ſcripturã vete. teſta. cuius veritas nõ cõſiſtit in litera exterioꝛi: ſ; in ſenſu ſpũali interioꝛi: q̄ quidẽ lex vetꝰ eſt quaſi tunica ⁊ veſtis: ſub qua latet euangeliũ ſiue veritas euãgelica. Et ſic gloria ve. leg. eſt veritas euãgelica latẽs abintus in ſimbrijs aureis: ⁊ hanc veritatẽ ⁊ gloriã interioꝛẽ legis deſiderarunt oẽs patres vete. teſt. ⁊ hãc cõcupiuit ⁊ acceptauit ⁊ p̄dicauit Chriſtꝰ: ⁊ ſic abiectis ⁊ repudiatis cerimonijs exterioꝛibꝰ cõcupiuit gloriã: ⁊ veritatẽ interioꝛẽ. Et ſic lex vetus ptꝫ ad extra in veſtitu byſſino ⁊ groſſo: ſ; veritas euãgelica latet intra in veſtitu deaurato circũamicta varietatibꝰ ſenſuũ. ſ. ꝓphetico: moꝛali: ⁊ anagogico: ⁊ multiplici: q: pertranſibunt plurimi: ⁊ multiplex erit ſciẽtia. Itẽ iſta gl'ia q̄ latet abintꝰ: ⁊ emanat abintꝰ: eſt gr̃a eccl'iaſticoꝝ ſacramẽtoꝝ: q̄ ſunt inuiſibilis gr̃e viſibilis foꝛma. Nã in quolibet ſacramẽto ſub viſibili foꝛma latet inuiſibilis gr̃a. vñ quodlibet hoꝝ ſacramẽtoꝝ eſt circũamictũ varietate bonoꝝ effectuũ. Nã baptiſmꝰ purgat oꝛiginale: ⁊ cõfert fidẽ: ſpẽ: charitatẽ: ⁊ cõfigurat: ⁊ incoꝛpoꝛat nos Chriſto ſponſo: ⁊ cõfirmatio confert. vij. dona ſpiritus ſancti: ⁊ euchariſtia reficit.

xxvij. q. ſ. ca. nuptiarũ. et. j. q. ſ. nl'te. ⁊. xc iij. di. c. legitimus.

**Adducentur regi virgines poſt eam: proxime eius afferentur tibi.**

**Afferentur in letitia ⁊ exultatione: adducentur in templum regis.**

❡ Poſtq̄ ſuperius deus pr̃ cãtauit: ⁊ cõmendauit ſponſum: ⁊ ſponſaꝫ in ſuis oꝛnamẽtis ⁊ apparatu: hic ꝯmendat eã de copia: ⁊ frequẽti ſocietate puellarũ adoleſcẽtularũ: que maxime decoꝛãt ſponſaꝫ: vt ptꝫ in canticis Salomonis. Poteſt etiaꝫ dici: ꝙ nunc in hac tertia parte huius carminis nuptialis p̄dicit: ⁊ cõmendat felicẽ ꝓlẽ eoꝛũdẽ. Et ratio eſt: nã in ſuperioꝛi verſu dixit: ꝙ oĩs gloria huius ſponſe eſt abintus: quaſi in vtero eiꝰ: ⁊ ꝙ eſt amicta: ⁊ circũdata varietatibꝰ ſtatuum ⁊ filioꝝ: ideo hic enumerat ⁊ memoꝛat liberos ⁊ filios eius: quorũ ſtatus ſunt multi. ſ. virgines: vidue: coniugate: apoſtoli: ⁊ martyꝛes: ⁊ doctoꝛes. Unde nota ꝙ iſta proles fuit regenerata ex iudeis primo: ſcd̃o ex gẽtibus: ⁊ ex vtriſq; fuerũt virgines: ⁊ vidue: ⁊ de omni ſtatu: ⁊ illico incepit eccl'ia Chriſto dare prolez.

Proles eccl'ie.

Dicit ergo primo: virgines. ſ. virgo Maria: ⁊ Joãnes baptiſta: ⁊ cetere virgines adducẽtur poſt eã: id eſt ſequentur ipſam eccl'iam: id eſt ipſa eccleſia primo adducet virgines ſponſo ſuo Chriſto: ⁊ proxime eius. ſ. vidue ⁊ cõtinẽtes: q̄ tenent ſecundum locũ poſt virgines afferent̃ tibi: o chriſte in letitia et exultatiõe. i. ſponte vouebũt: ⁊ ſeruabũt caſtitatem amoꝛe tui. Etiã per virgines poſſunt intelligi oẽs anime chriſtianoꝝ q̄ habẽt fidẽ catholicã ſecundũ Aug. ⁊ per ꝓximas poſſunt intelligi ſpecialiter conuerſi ex gentibus: ex quibus multe virgines fuerunt deo cõſecrate: ⁊ ſeipſas ꝓ Chriſto mori obtulerunt: ⁊ multe alie ſe monaſterijs dedicauerunt. Et ideo ſequit̃. Adducent̃ in tẽplũ regis: ſicut cõtinue ſctimoniales Chriſto dedicant̃. Et etiã ꝑ virgines: ⁊ ꝓximas Chriſti pñt intelligi oẽs anime Chriſtianoꝝ: qui in baptiſmo inconcuſſe fidem Chriſto ꝓmiſerũt: q̄ dicunt̃ virgines: ab integritate fidei: ex q̄bus ſunt martyꝛes: ⁊ virgines: vidue: ⁊ cõiugati: qui oẽs ſequunt̃ eccleſiã: ⁊ ſunt regenerati a Chriſto ⁊ eccleſia. Oẽs eñi chriſtiani adducũtur ad templum Chriſti: ⁊ adducit eos mater eccleſia: vt baptizent̃: ⁊ recipiant cetera ſacramẽta. Et ſic oẽs ſequuntur agnũ quocũq; ierit.

**Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: conſtitues eos principes ſuper omnem terram.**

❡ Hic ſpecialiter memoꝛat prolem apl'oꝝ: eo ꝙ tenẽt primũ locũ in eccleſia. Unde poſſet dicere eccleſia: O chriſte tu aſcẽdis in celum: ⁊ dimittis me viduã ⁊ ſolã ⁊ pupillã ſine patre: q: ante habui patriarchas ⁊ prophetas: qui fuerũt patres mei: nũc aũt repudiata ſynagoga: in qua ſunt ſcribe: phariſei: ⁊ legis doctoꝛes: cõgregaſti me ex piſcatoꝛibus: ⁊ plebeis: ⁊ ſimplicibus idioti. Ad hoc rñdet deus: Ne timeas eccleſia ſponſa: q: pro pr̃ibus. i. loco ⁊ vice patrũ. ſ. patriarcharũ ⁊ prophetarũ: nati ſunt tibi filij. ſ. apl'i: qui recepto ſpiritu ſctõ: erunt maioꝛes ⁊ ſapientioꝛes q̄ patriarche ⁊ ꝓphete: iõ hos cõſtitues principes ſup oẽm terrã. Hoc etiam dicit: q: ſicut Jacob genuit. xij. filios patriarchas a quibus deſcenderunt oẽs filij Iſrael carnales: ita Chriſtus regenerauit. xij. apl'os: a quibus deſcẽderunt oẽs Chriſtiani per generationẽ baptiſmalẽ ⁊ ſpũalẽ. Et ideo eccleſia dicit̃ verꝰ Iſrael ſpũalis: quoꝝ patriarche fuerunt. xij. apl'i: vt patebit pſal. lxvij. Hoc idem dicit eccleſie congregate ex gentibus: non timeas: nec dedigneris o popule gentilis: q: habuiſti ſummos philoſophos: qui in ſciẽtia humana floꝛuerunt: ⁊ reges: ⁊ imperatoꝛes: qui armis ⁊ legibus totũ oꝛbẽ ſubiecerũt. Nã ꝓ illis pr̃ibus tuis: ſcꝫ loco Platonis: ⁊ Socratis: ⁊ Ariſtotelis: ⁊ ceteroꝝ philoſophoꝝ: ⁊ loco Cyri: ⁊ Darij: ⁊ Alexãdri: ⁊ Ceſaris: ⁊ Põpeij: ⁊ Octaniani: ⁊ ceteroꝝ famoſiſſimoꝝ regũ: ⁊ imperatoꝝ: ⁊ bellatoꝝ: nati ſunt tibi. i. renati ex me filij. ſ. apl'i: ⁊ diſcipuli: ⁊ hos cõſtitues principes ſup omnẽ terrã: qui non inanis ꝓphetie verbis: nec viribus humanis: ſed armis euangelicis totũ oꝛbẽ tibi ſubijcient: ⁊ ſic erunt maioꝛes q̄ Alexander ⁊ Ceſar: qui minoꝛem partem mundi vix potuerunt obtinere. Item renati ſunt tibi filij ex me: ſcꝫ martyꝛes ⁊ doctoꝛes. Et ideo: O chriſte domine mundi.

f. q. v. nõ ois ... q. ſ ... ca. ad ... tos.

**Memoꝛes erunt nominis tui dñe: in omni generatione ⁊ generationem.**

❡ Iſti apoſtoli ⁊ doctoꝛes erũt memoꝛes tui in oĩ generatiõe ⁊ generationẽ: q: ſcribent ⁊ predicabũt mirabilia q̄ feciſti vſq; ad iudiciũm. Nã euãgeliſte ſcripſerunt euãgelia: in quibꝰ memoꝛantur omnia geſta Chriſti. Et Jac. ⁊ Joã. ⁊ Pe. ſcripſerunt epiſtolas canonicas. ⁊ Lucas actus apoſtoloꝝ. Et Paulus ſcripſit. xiiij. epl'as ad diuerſos populos ⁊ ſtatus: q̄ quotidie legunt̃: ⁊ predicantur in eccleſia: in quibus maxime memoꝛatur nomen Chriſti. Et ſic



apoſtoli non ſolũ ipſum nomẽ Chriſti p̄dicarunt: ſed etiam in memoꝛiã eius ſcripta reliquerunt.

Jaco. ſ. et catholica.

**Propterea populi confitebuntur tibi in eternum: ⁊ i ſeculum ſeculi.**

❡ Propterea ⁊ ꝓpter que ſcripta ſunt oẽs populi ad fidẽ cõuerſi confitebunt̃ tibi o chriſte: ⁊ colent te tanq̄ meſſiã: et verũ deũ in ſeculũ ſeculi. ❡ Notã ꝙ ly dñe nõ ponit̃ i Hebꝛeo: ⁊ ſic nulla accidit difficultas / q̄n loquat̃ pater ad filiũ in hoc verſu. ❡ Ex toto ergo iſto pſalmo poſſũt recolligi. xiiij. concluſiones ſeu doctrine. ❡ Prima cõcluſio / qđ pater ab eterno eructauit verbũ bonũ ex toto coꝛde. i. de tota ſubſtãtia. ❡ Secunda cõcluſio / ꝙ ex tẽpoꝛe produxit per illud verbũ velociter oẽs creaturas ſicut velox ſcriba ꝓducit literas. ❡ Tertia cõcluſio / ꝙ Chriſtus fuit ſpecioſus pre filijs hominũ in puritate / et ſanctitate / et ſapiẽtia / et gratia ſpũs ſancti. ❡ Quarta cõcluſio / ꝙ Chriſtus triplici gladio fuit accinctus. ſ. gladio hũanitatis / ⁊ potentie / et doctrine. ❡ Quinta concluſio. ꝙ quinq; virtutes fuerũt / ꝓpter quas meruit regnare. ſ. ſanctitas / ſapiẽtia / veritas / mãſuetudo / et iuſtitia / q̄ quidẽ quinq; virtutes ſunt neceſſarie cuilibet regi ⁊ principi. ⁊c. ❡ Sexta cõcluſio / ꝙ tã apl'i q̄ verba euãgelica fuerunt ſagitte quibꝰ Chriſtus penetrauit coꝛda hominum. ❡ Septima cõcluſio / ꝙ ſedes Chriſti iudiciaria erit eterna / et ſceptrũ Chriſti erit iuſtũ et directũ. ❡ Octaua cõcluſio / ꝙ in diuinis eſt trinitas perſonarũ: ſcꝫ pater vngẽs / ⁊ filius vnctus: ⁊ ſpũs ſanctus / quo filiꝰ vngitur ſecũdum humanitatẽ. ❡ Nona ꝯcluſio / ꝙ triplici veſtimẽto fuit Chriſtus veſtitus. ſ. veſtimento mirrhe paſſiõis: ⁊ veſtimẽto penitentie / et doctrine. ❡ Decima cõcluſio / ꝙ veſtimẽta eccleſie Chriſti deaurata ſunt per charitatẽ / et circũdata varietate virtutũ ⁊ ſacramẽtoꝝ / et diuerſoꝝ oꝛdinum / et graduũ miniſtroꝝ et prelatoꝝ eccleſie. ❡ Undecima concluſio / ꝙ eccleſia ſponſa Chriſti eſt cõgregata ex conuerſis de populo gẽtili relinquẽtibus ritus patrũ ſuoꝝ: ⁊ ex conuerſis de iudaiſmo relinquẽtibus cerimonialia / ⁊ ritus legales patrũ ſuoꝝum. ❡ Duodecima cõcluſio / ꝙ filij gentiliũ debebãt recipere Chriſtum: ⁊ adoꝛare ipſum tanq̄ deũ. ❡ Decimatertia concluſio / ꝙ gloria eccleſie non cõſiſtit in bonis exterioꝛibus ⁊ tempoꝛalibus: ſed interioꝛibus / et ſpiritualibus. ❡ Decimaquarta cõcluſio qđ loco. xij. patriarcharũ cõſtituti ſunt. xij. apoſtoli principes ſuper omnem terram: per quos regeneratus eſt totus populus fidelium.

**D**Eus noſter refugium ⁊ virtus: adiutoꝛ in tribulationibus que inuenerunt nos nimis.

❡ Huic pſalmo p̄ponit̃ talis titulus in Hebꝛeo. ſ. Uictoꝛi ſiue ad victoꝛiam filijs Choꝛe ſuper Alamot cãticũ. Secundũ vero. lxx. In finẽ filijs Choꝛe pro arcanis canticũ. Secũdum aũt Hiero. Uictoꝛi filioꝝ Choꝛe ꝓ iuuẽtutibus canticũ. ❡ De auctoꝛe autẽ ⁊ materia huius pſalmi dicit Ra. Solo. ⁊ quidã alij Hebꝛeoꝛum / ꝙ filij Choꝛe fecerũt hunc pſalmũ pro gratiarũ actione / eo ꝙ fuit factũ in eis illud grãde miraculũ: q: patre ſuo Choꝛe / et Dathã / ⁊ Abiron / ⁊ ceteris complicibus illius coniurationis pereuntibꝰ / ipſi fuerũt liberati: vt patet Numer. xxvj. ⁊. xvj. Et hoc iuſte et bene merito factũ eſt: vt dicũt iſti. Nam cum Choꝛe pater eoꝝ: ⁊ ceteri obſtinati vellent rebellare cõtra Moyſen ⁊ Aaron: tñ filij Choꝛe noluerũt eſſe cõplices / nec participes in illa cõiuratiõe: ⁊ immo perſuadebant patri: vt obediret Moyſi iuxta volũtatẽ domini: ſed quia Choꝛe cũ ceteris voluerũt obſtinate ꝑſeuerare in ſuo malo ꝓpoſito: ideo apta eſt terra / ⁊ deuoꝛauit eos filijs Choꝛe ſaluis manẽtibus: vt ptꝫ ibidẽ. Et addũt iſti ꝙ filij Choꝛe manſerũt in aere: cum terra ſub pedibꝰ eoꝝ fuiſſet aperta: ſed cõiuratoꝛibus abſoꝛptis / ⁊ deuoꝛatis / tunc terra fuit recluſa ⁊ reiũcta: ⁊ tũc filij Choꝛe mãſerunt ſalui ſuper terrã. Et hoc fuit illud grãde miraculũ qđ ſcribitur Numeri. xxvj. Et addunt iſti ꝙ tunc deus dedit filijs Choꝛe ſpiritũ ꝓphetie in premiũ tante obediẽtie: ⁊ ſic fecerunt oẽs pſalmos qui intitulant̃ filijs Choꝛe / ⁊ inter ceteros fecerunt hũc pſalmũ agendo gratias ꝓ ſua liberatione / et tanto miraculo oſtẽſo. Et hãc poſitionem ſequunt̃ quidã catholici gloſſantes hũc pſalmum ꝓ illa liberatione: et miraculis factis in deſerto: ⁊ in trãſitu maris rubꝛi / et in ingreſſu terre ꝓmiſſionis. Quia tũc factus eſt impetus fluminis Joꝛdanis qñ cõuerſus eſt retroꝛſum: ⁊ trãſiuit populus / et altiſſimus ſanctificauit ſuũ tabernaculũ / ⁊ arcã qñ repoſuit eam in Silo / et letificauit illã ciuitatem / et populũ dando poſſeſſionez illius terre. Et ſic exponũt literaliter hunc pſalmũ de adeptione illius terre cũ auxilio dei. ❡ Sed iſta poſitio licet aliquo modo / et in minoꝛi parte cõtineat aliqualem veritatẽ: tñ in maioꝛi pte cõtinet falſitatẽ. Nã primo continet falſum: inquãtũ dicit ꝙ filij Choꝛe fecerunt hũc pſalmũ tpe Moyſi: ſicut fuit iꝓbatũ in titulo pſal. xlj. Scd̃o cõtinet falſuꝫ / inquãtuꝫ dicit ꝙ pſalmiſta p̄ciſe in hoc pſalmo memoꝛat miracula / et ꝓdigia facta in exitu Iſrael de Egypto: et in ingreſſu terre ꝓmiſſionis. Sꝫ põt cõtinere verum / inquantũ Dauid cõtẽplando miracula: et ꝓdigia / et myſteria facta ⁊ geſta in illo egreſſu / et ꝓgreſſu / et ingreſſu / preuidit in ſpiritu oꝛtũ / et progreſſum / et ꝓſperitatẽ / et triũphũ eccleſie Chriſti. Que quidẽ eccl'ia Chriſti eſt et fuit figurata per filios Choꝛe: eo ꝙ eſt et fuit ꝯgregata ex ꝯuerſis de populo iudaico et ppl'o gentili: quoꝝ pr̃es perierũt in ſua cecitate et īfidelitate: vt probatũ fuit ibidẽ / ſcꝫ pſalmo. xlj. Et ideo eſt dicendũ ꝙ Dauid fecit iſtũ pſalmũ et intitulauit ipſum / In finez filijs Choꝛe ſup Alamot: eo ꝙ dedit ipm cantãdum ipſi Hemã et toti choꝛo ſuo: eo ꝙ erant de filijs Choꝛe vt ibi fuit dictũ. Sꝫ tũc manet dubiũ de diuerſitate tranſlationũ huius tituli. Nã. lxx. trãſtulerũt In finẽ filijs Choꝛe pro arcanis. Et Hieronymus trãſtulit / filijs Choꝛe ꝓ iuuẽtutibus. Ad hoc reſpõdetur ꝙ hoc nomẽ Alamot eſt plurale deriuatiuũ de hoc noĩe Alma. Sed q: hoc nomen Alma eſt equiuocum ad duo. Nã vno modo idẽ eſt qđ adoleſcẽtula ſiue puella. Alio modo idẽ ẽ qđ ſecreta. Et ſic Alamot vno modo ſignificat iuuẽtutes. Alio modo ſignificat arcana ſiue ſecreta. Iõ ſeptuaginta trãſtulerunt / ꝓ arcanis / ſumẽdo vnam ſignificationem. Et Hiero. tranſtulit / pro iuuẽtutibus ſumẽdo aliã ſignificationem: ſed hoc ex diuina ꝓuidẽtia factũ eſt. Nam Dauid in pſalmo iſto prophetice memoꝛat ⁊ p̄dicit arcana ⁊ ſecreta / et profunda myſte-

Alamot quid ſignificat

ria ⁊ prodigia / ⁊ miracula que geſta ⁊ facta ſunt in iuuētute ⁊ in ortu ⁊ ꝓgreſſu ipſius ciuitatis ſiue eccleſie dei: vt magis patebit i ſine expoſitiōis huius pſalmi. Et ſic neceſſaria fuit vtraqꝫ tranſlatio: quia vna notificat iuuētutē ⁊ ortū eccl'ie. Et altera arcana ⁊ ꝓfunda myſteria et miracula q̄ geſta ſunt in ortu ⁊ in iuuētute eccleſie. Et iō datus eſt iſte pſalmus filijs chore ad cantādū: eo ꝙ gerebāt figurā eccleſie ſic cōgregate vt dictū eſt. Tria ergo facit Dauid in hoc pſalmo. Primo enī ꝓdicit fortitudinē ⁊ conſtātiā. quā habuit eccleſia ꝯ iudeos ⁊ tyrānos in ſua iuuētute ⁊ auxilio dei in ꝓncipio. Et hoc per figurā: ⁊ prout ꝓuidit in exitu iſrael de egypto. ⁊ per tranſitū maris rubri. Secūdo explicat vnde iſta ciuitas dei ⁊ eccleſia adepta eſt talē fortitudinē. Et in quo tēpore habuit hāc gratiā: ⁊ hoc per figurā ingreſſus terre promiſſionis ꝑ Jordanem. Tertio explicat ꝓphetice victoriā ⁊ triumphū quē habuit eccleſia de iudeis ⁊ tyrānis perſecutoribus ſuis. Et hoc per figurā victorie quam habuit Joſue ⁊ Iſrael de regibꝰ ⁊ populis cananeorū. Secūda ibi. Fluminis impetꝰ letificat. Tertia ibi. Cōturbate ſunt gētes ⁊c. ❡ Quantū ad primum eſt notandū: ſicut pluries dictū eſt ꝙ principium ⁊ progreſſus eccleſie Chriſti manifeſte figuratus eſt per primū progreſſum ꝑpl'i Iſrael. Nam ſicut Jacob ſiue Iſrael genuit duodecim filios / et reliquit eos in egypto inter inimicos: vbi grauiter fuerūt afflicti / ſed Moyſes cū ſignis ⁊ portentis eduxit eos ꝑ mare rubrū ⁊ deſertū cū maximis laboribus ⁊ tribulatiōibus: Ita Chriſtus regenerauit duodecim apoſtolos / ⁊ poſt eius mortē reliquit eos in Hieruſalē vbi fuerūt afflicti a iudeis. vt ptꝫ in actibus apoſtoloꝝ. Sed Chriſtꝰ miſit in eos flumen aque ſapiētie ſpūs ſancti: ⁊ miſit eos per mundū vniuerſum: ⁊ ſubiecerunt Chriſto totū orbē: ſicut filij Iſrael tranſfretātes impetū Jordanis obtinuerūt totā terrā promiſſionis. In illa ergo figura ⁊ myſterio preuidit Dauid totū principiū ⁊ progreſſum eccleſie. Ideo introducit cetum apoſtolorū ⁊ fideliū primitiue eccl'ie loquentē in hoc pſalmo: ⁊ explicantē fidē ſuā in illa ꝑſecutione. Unde dicit populus ⁊ ciuitas Chriſti. Chriſtꝰ deus ⁊ homo eſt noſter refugiū ⁊ virtus ⁊ adiutor in tribulationibꝰ que inuenerūt ⁊ vexauerūt nos nimis in primitiua eccleſia. Nā illico poſt mortē ⁊ reſurrectionē Chriſti inſurrexerūt ꝓncipes ⁊ phariſei cōtra nos / ⁊ ducebāt nos: ⁊ cōſtituebāt in cōſpectu ſacerdotū: precipiētes ne ꝑdicaremꝰ nomē Chriſti: ⁊ perſequebant̄ nos per ſynagogas et ciuitates: ⁊ cōminabantur nobis: flagella ⁊ tormenta. vt patet in actibus apoſtolorū. Sed ꝓpterea quia Deus noſter eſt refugium ⁊ virtus nobis /

diuiſio pſalmi.

A ecclie ꝓgreſſus.

le xxxi. diſt. de ſolatis

**Propterea non timebimus dum turbabitur terra: et transferentur montes in cor maris.**

❡ Ideo nō timebimus dū turbabit̄ terra: ⁊ trāſferentur montes in cor maris. Et ponit̄ futurū indicatiui pro optatiuo qꝛ iudei non habent optatiuum. Quaſi dicat Quis turbet̄ tota terra contra nos: ⁊ fiat tantus terremotus vt transferant̄ ⁊ cadāt montes in cor maris ⁊ in medio maris ſicut ſolet quādoqꝫ fieri in maximo terremotu: tamē nos non timebimus ꝑſecutores poſtꝙ Chriſtus ⁊ eius auxilium eſt nobiſcum. Unde tota terra iudee primo mota eſt cōtra apl'os ⁊ diſcipulos. ⁊ exinde totus orbis ⁊ populus gentilis contra apoſtolos ⁊ martyres ⁊ omnes chriſtianos. ⁊ tanta commotio facta eſt cōtra eos montes. i. magni principes ⁊ reges tranſlati ſunt in cor maris: id eſt mouerunt fluctus amaros ſui furoris et perſecutiōis cōtra totam eccleſiam ⁊ ciuitatem dei. Ideo ſequitur.

**Sonuerunt et turbate ſunt aque eorum: conturbati ſunt montes in fortitudine eius.**

❡ Aque eorum ſcilicet perſecutiōes ⁊ indignationes ſonuerunt ⁊ turbate ſunt cum magno ſonitu: ſicut fit in mari tēpore tempeſtatis. Ita moti ſcribe ⁊ phariſei fecerunt preconiū in tota Judea: ne quis auderet noiare Chriſtum. ⁊ ſic Paulus acceptis epiſtolis in Damaſcum / vt ſi quos inueniret huius vie viros / vinctos perduceret in Hieruſalem. Itē Nero ⁊ Domitianus ⁊ vltimo Diocletianus fecerūt edictū per totum orbē ne quis ꝑdicaret Chriſtum: aliter capitali ſnīa puniretur / bonis fiſco dedicatis. ⁊ ſic in fortitudine huius terremotus ⁊ fluctuationis maris cōturbati ſunt montes: id eſt principes ⁊ reges terre contra Chriſtianos. Sed in omnibus his fluctuationibus nō timebāt apl'i: imo ibant gaudētes a cōſpectu cōcilij / q̄m digni habiti ſunt pro noīe Jeſu ꝯtumeliā pati. Et dicebant. obedire oportet magis deo q̄ hominibus. Actu. v. Hoc idē dicebant apl'i ⁊ martyres: cū ſtarent ante reges ⁊ preſides: ⁊ vt patet de beato Laurentio ⁊ Uincētio ⁊ Catharina ⁊ Lucia. Ideo ēia iſta non timebant: qꝛ Chriſtū in refugiū habebāt. Quaſi dicant: ꝙ ſicut filij Iſrael fuerunt vexati in Egypto ⁊ anguſtiati in mari rubro / inter mare et montes videntes egyptios eos perſequentes: ita fuimꝰ afflicti ꝑ iudeos ⁊ tyrānos in primitiua eccleſia. Sed ſicut deꝰ fuit refugium ⁊ adiutor illorū: ⁊ liberauit eos tam de egypto: q̄ de mari cū ſignis ⁊ ꝓdigijs: ita Chriſtus liberauit eccleſiā de ꝑſecutione iudeorū: ⁊ tyrannorū cū ſignis ⁊ miraculis: ⁊ ſubiecit ſibi omnes gentes ⁊ populos.

**Fluminis impetus letificat ciuitatem dei: ſanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus.**

**Deus in medio eius non commouebitur: adiuuabit eā deus mane diluculo.**

¶ Fundatur in exultatione vniuerſe terre: q p totum orbem cum exultatione iſta ciuitas regis magni Chriſti fuit diffuſa ⁊ ampliata cū exultatione. In cuius fundatiōe ⁊ ampliatiōe duplex fuit exultatio. Prio ex parte apoſtolorū ⁊ diſcipulorū. Naꝫ licet paſſi ſint dira tormenta ⁊ pſecutiones in eius fundatione: tamen ibant gaudentes a conſpectu concilij iudeorū ⁊ tyrannorū: quoniaꝫ digni habiti ſunt pro noie Jeſu cōtumeliā pati. vt ptꝫ Actuū. v. quia finaliter triumpharunt de populo iudaico et gentili: ⁊ deſtruxerūt oia noia idolorū. Scđo fundata eſt iſta ciuitas regis magni in exultatiōe vniuerſe terre ex parte ppl'i conuerſi ad fideꝫ. Nā licet reges terre ⁊ populi gentiles primo perſecuti fuerunt apoſtolos et martyres hui⁹ ciuitatis fundatores: tamen letati ſunt ⁊ exultauerūt poſt cōuerſionem/cum cognita veritate de captiuitate ⁊ morte eterna ſe nouerunt liberatos. Et iō ipſemet Cōſtātinus ⁊ ceteri reges deleuerunt idola/⁊ edificarunt eccleſias. ⁊ ideo iſta eſt vocata mons Sion et latera Aquilonis et ciuitas regis magni. ¶ Ad cuius intelligentiam eſt notādum qđ illa materialis Hierl'm fuit edificata pmo in mōte Sion: vbi Dauid fabricauit domū ⁊ atriū ſuuꝫ. Sed poſtea fuit ampliata verſus partē aquilonareꝫ in mōte Moria per Salomonē: vbi edificauit tēpluꝫ ⁊ domos nobiliū ⁊ ſacerdotuꝫ: ⁊ ſic fuit magnificata ⁊ āpliata ad latera Aquilonis id eſt ad latera Aquilonaria mōtis Sion. per qđ figurabat ꝙ ex illa Sion materiali debebat incipere eccl'ia ciuitas regis magni Chriſti ⁊ magnificari ⁊ āpliari ⁊ dilatari per totū orbem. Et ſicut illa ciuitas materialis cōtinue quatiebat vētis aqlonarib⁹: eo ꝙ erat ſita ad latera Aqlonis: ita eccl'ia Chriſti dr ſita ad latera aqlonis: eo qđ multipliciter fuit afflicta ⁊ flagellata diuerſis pſecutionib⁹ ⁊ tormētis Judeorū ⁊ tyrannorū. Dicit ergo ppheta de iſta ciuitate Chriſti regis magni. Primo qđ de⁹ debebat eē magn⁹ et nimis laudabilis. i. magnificat⁹ ⁊ laudatus ſup oēs deos. Scđo/qđ erat fundata i exultatiōe vniuerſe terre. Tertio/qđ erat appellāda mōs Sion. Quarto/qđ erat fundāda ad latera Aqlonis. Quinto/qđ erat dicenda ciuitas regis magni. Que oia dicta ſūt ad explicādā excellētiā hui⁹ ciuitatꝭ ſpūalis ſupra illā Hierl'm materialē/de qua orta ⁊ deriuata fuit iſta: ⁊ oia illa ſupradicta ipleta ſunt i hac ciuitate. Nā pmo de⁹ verus in hac ciuitate magnificat ⁊ valde laudat magis q in illa ⁊ latius ⁊ nobiliori modo: q ibi tātū p cultū figuratiuū cerimonialiū ⁊ ſacrificiorū: ⁊ hic p cultū verū. Scđo/ꝙ illa fuit fundata cū exultatiōe ſoli⁹ ppl'i iudaici in illo loco arcto Paleſtine: iſta aūt in exultatiōe vniuerſe terre. i. oīm regū ⁊ ppl'orū. Tertio q illa fuit fundata in illo ipatro mōte: iſta ſup mōtē altiſſimū ⁊ diuinū qui eſt Chriſt⁹ ſanct⁹ ſctōꝝ. Nā ille mōs non dicebat ſanct⁹ niſi inquātū Chriſt⁹ ſanct⁹ ſctōꝝ debebat ipm ſanctificare per opa noſtre redēptionis. Quarto eccl'ia Chriſti dicit fundata ad latera Aquilonis rōne nois interpretationis. Nā Aquilo interptat parturitio ſiue dolor parturiētis pter impetū ventorū q veniūt ab aqlone ferētiū fulmina ⁊ tēpeſtates. Uñ ſicut ciuitates ſite ad aquilonem quatiunt vētis ⁊ fulminib⁹: ita iſta pſecutionib⁹ tyrānorū ⁊ hereticorū. Quinto dicta eſt ciuitas regis magni: q magnificata ⁊ āpliata vſqꝫ ad fines terre: qđ nō dt puenire illi Hierl'm materiali

**Deus in domibus eius cognoſcetur: cum ſuſcipiet eam.**

¶ In hac ſcđa parte ppheta explicat pſperitatē ⁊ magnificentiā hui⁹ ciuitatis: explicādo oia qnqꝫ ſupradicta. Nā primo explicat ei⁹ dignitatē et ſanctitatē: ⁊ quomodo de⁹ eſt magnificat⁹ ⁊ laudatus in ea: eo ꝙ ſicut de⁹ primo fuit in illa ciuitate materiali cognitus in figura: ⁊ poſtea viſus in carne: vbi edificauit iſtā eccleſiā ⁊ ciuitatē: itā poſtea cognit⁹ eſt p fidē in domib⁹ oībus huius magne ciuitatis. Et iō illa Hieruſalē materialis bn̄ cputatur cū iſta magna ciuitate: inquātum fuit eius principiū et origo ⁊ inchoatio: ſed nō aliter: ⁊ iō prophetia prius verificat de illa ciuitate materiali in qua Chriſt⁹ viſus eſt in carne ⁊ cognitus ab apl'is/ſꝫ nō a ſcribis nec phariſeis: ſed poſtea fuit vere cognitus verus deus p fidē per totā ciuitatē Hierl'm. Et iō magis verificat prophetia de Hierl'm ſpūali q materiali. Ex q ptꝫ/qđ magis meret dici Hierl'm tota eccleſia ⁊ etiam mōs Sion/q illa Hieruſaleꝫ



Margin notes: dauid eſt prohibit⁹ edificare templum. — Not. tēplū edificatuꝫ in poſſeſſiōe gētilis et non iudei. — edificata Hieruſalē fuit in ſion. — de pe. diſt. ij. dñi ſanctam:

et mons Sion materialis. Nã magis videt̃ et co-
gnoſcit̃/⁊ ſpecul at̃ de⁹ in iſta ꝙ̃ in illa: immo poſt
reſurrectionẽ Chriſti: ⁊ poſt receſſum aploꝝ falſo
dicta eſt Hieruſalẽ ⁊ Sion: imo debuit dici ceca: qꝛ
in ea non cognitus nec viſus: nec ſpeculat⁹ eſt de⁹
imo fuit negat⁹. Jõ de iſta nr̃a Hieruſalez ⁊ Sion
dici t ꝓpheta. pho ꝙ de⁹ ſit magn⁹ ⁊ laudabilis in
iſta ciuitate. Nã de⁹ in domibus eius cognoſcet̃ ꝑ
verã fidẽ ⁊ cultũ cũ ſuſcipiet eã in verã ſponſam re
pudiata ſynagoga et populo iudaico reprobato.
quaſi dicat: ꝙ ſolus populus chriſtian⁹ cognoſcet
⁊ contẽplabit̃ ⁊ laudabit deum ⁊ vero cultu latrie
honorabit ⁊ adorabit eum. Secundo cum dicit:

**Quoniam ecce reges terre cõgregati ſunt:**
ij. qõ. vij. ca. nos ſi. poſt mediũ **conuenerunt in vnum.**
**Ipſi videntes ſic admirati ſunt: conturbati**
**ſunt: cõmoti ſunt tremor apprehẽdit eos.**

¶ Cõmẽdat hãc ciuitatẽ de victoria ⁊ triũpho. vñ
dicit ꝙ oẽs reges terre cõuenerũt in vnũ cõtra ec
cleſiã: eo ꝙ mirati ſunt viſis miraculis: ⁊ cõturba
ti ſunt: ⁊ tremor apprehendit eos: cũ videbant ido
la cadere ⁊ cõminui ⁊ muteſcere ad preſentiã Bar
tholomei ⁊ alioꝝ apoſtoloꝝ ⁊ martyrũ: ex quo tre
more ⁊ admiratione quidã conuertebant̃: ⁊ quidã
turbati prouocabant̃ ad torquendũ ⁊ perſequẽdũ
apoſtolos ⁊ martyres. Et ideo ſubdit.

**Ibi dolores vt parturiẽtis: in ſpiritu ve-**
xxiij q. v. non eſt noſtrum. **hementi conteres naues Tharſis.**

¶ Qꝫ ibi fuerũt dolores vt pturiẽtis: qꝛ fortiores
fuerunt dolores tormẽtoꝝ apoſtoloꝝ ⁊ martyrũ
ꝓpter defenſionem ⁊ cõfeſſionẽ nois Chriſti ꝙ̃ do
lores cuiuſcunqꝫ parturientis. Et ideo eccleſia di-
citur edificata ad latera aquilonis qꝺ interpreta-
tur parturiens. Eſt tamen aduertendũ ꝙ ly dolo
res parturientis poteſt referri tã ad tyrãnos ⁊ re-
ges terre ꝙ̃ ad apoſtolos ⁊ martyres: nam vtrique
patiebãtur. Nã licet apoſtoli ⁊ martyres pateren-
tur dolores tormẽtoꝝ: tamen maiores dolores pa-
tiebãtur reges ⁊ tyrãni cũ videbãt nõ poſſe vince-
re: immo videbãt ſe victos per apoſtolos et mar-
tyres/ vt inquit Auguſtinus in ſermone de innocẽ-
y Thar- ſis: tibus/ vt pꝫ in geſtis beati Laurentij/ et Uincen-
tij. Ideo ſubdit ꝓpheta. In ſpũ vehemẽti conteres
naues Tharſis. ¶ Ad cuius intelligentiã eſt notã-
dũ ꝙ Tharſis eſt magnũ emporiũ in littore Indi-
co vltra Gãgem: quo Salomõ mittebat naues ad
vehendũ aurum ⁊ argẽtum. vt patet. iij. Regum. x.
Que regio dicitur aurea Cherſoneſus ſcꝺm Pto-
lemeũ. vel eſt in ipſa magna iſula Taprobana vbi
eſt copia auri et argenti/ prope quã inſulã eſt ma-
gna vorago in medio pelagi: que quidẽ vorago ſe-
cũdũ philoſophos cauſatur eo qꝺ ſubmergit̃ ma-
gna quãtitas aquarũ: ⁊ ſic cauſantur ⁊ fiunt verti-
gines ⁊ reuolutiones aquarũ: in tantũ qꝺ quando
ſtat vẽtus aquilonaris impellit naues verſus me
ridiem: ⁊ deuenientes ad illam voraginem omnes
confringuntur ⁊ conteruntur ⁊ ſubmerguntur. Itẽ
dicunt etiam philoſophi qꝺ iſta contritio nauium
cauſatur ibi ex conflictu ventorum. Nam ventus
aquilonaris pellit naues vſqꝫ ad illam voraginem
que eſt in equinoctiali. Sed venit ventus auſtralis
ab antarctico et repellit naues verſus aquilonem
et arcticum: ⁊ ſic naues confringũtur et cõterunt̃

ibi apud Tharſis. Ita ergo pariter factũ eſt in pſe
cutione apoſtoloꝝ ⁊ martyrũ. Nam reges terre et
tyranni tanꝙ̃ venti aquilonares voluerunt cõcu-
tere ⁊ torquere ⁊ proſternere eccleſiam. Sed vene
runt venti auſtrales miraculorũ: ⁊ predicationis
aploꝝ ⁊ martyrũ miſſi ab auſtro qui eſt Chriſtus
deus noſter/ ⁊ cõfregerũt ⁊ cõtriuerũt reges ⁊ ty-
rannos ꝫ ſicut ille vẽtus aquilonaris ſeu auſtralis
cõterit naues Tharſis. Quos tyrãnos diuerſis mo
dis cõtriuit. Nã quoſdã cõtriuit quãtũ ad corpus
⁊ animã. ſicut Neronẽ: ⁊ Domitianũ/ ⁊ Diocletia-
nũ/ ⁊ ſcribas ⁊ phariſeos. Et quoſdã cõtriuit quã
tũ ad infidelitatẽ/ occidens in eis errorẽ/ ⁊ ſuſcitã
do fidẽ: ſicut cõtriuit Conſtantinũ ⁊ ceteros reges
⁊ populos q̃ cõminutis ⁊ cõtritis idolis venerunt
ad fidẽ ꝑ vẽtos auſtrales predicatiõis aploꝝ con-
uicti. Et ſic ciuitas dei regis magni Chriſti trium-
phauit de ciuitate diaboli: ⁊ cõtriuit eam tanꝙ̃ na
ues Tharſis. ⁊ hoc eſt qꝺ dicit ꝓpheta/ ꝙ licet om-
nes reges terre: ⁊ tyranni fuerint cõtra eccleſiam
cõturbati ⁊ cõmoti. ⁊ ibi fuerint dolores ⁊ magna
tormẽta ⁊ pſecutiões ſicut dolores parturiẽtis: tũ
tu dñe Jeſu Chriſte conteres ⁊ confringes eos ſpũ
vehemẽti tue ꝟtutis ⁊ predicatiõis: ſicut vẽti aqlo
nares ⁊ auſtrales conterunt naues Tharſis in illa
voragine ꝓpe emporiũ Tharſis in littore Indico.
De iſta Tharſi dicit Hieronymus ꝙ eſt regio ſiue
ciuitas Indoꝝ: ſed Auguſtinus ſcꝺm opinionẽ alio-
rũ dicit ꝙ Tharſis eſt Carthago in littore aphrico
vbi ſunt ſyrtes: quarũ meminit Uirgili⁹ in primo
eneidos: vbi fuit diſiecta claſſis Enee: ſꝫ prima po
ſitio eſt verior. Per hoc ergo vult innuere ꝓpheta
ꝙ licet iſta ciuitas dei ſit ſita ad latera aquilonis:
ideſt expoſita pſecutionib⁹ crebris ⁊ tormẽtis ty-
rannoꝝ ⁊ hereticorũ: tũ finaliter eius perſecuto-
res cõterent̃ ſicut naues Tharſis. Et nauicula pe
tri ſemꝑ natabit ſuꝑ hoc mare tẽpeſtatũ: ⁊ victrix
⁊ cũ triũpho ꝑueniet ad portũ ſalutꝭ in die iudicij.

**Sicut audiuimus ſic vidimus in ciuitate**
**domini virtutum: in ciuitate dei noſtri: de⁹**
**fundauit eam in eternum.**

¶ Hic cõmendat eccleſiam ⁊ ciuitatẽ iſtaꝫ de veri
tate ⁊ fructu. Nam oĩa que fuerant in lege ⁊ ꝓphe
tis ꝓmiſſa ⁊ ſcripta ⁊ figurata ⁊ reuelata: in hac ci
uitate fuerũt verificata ⁊ cõpleta ⁊ viſa. Unde aũ.
Bene eſt iſta ciuitas vera Hieruſalẽ nobis in pro-
phetis ꝓmiſſa: ⁊ bene debem⁹ agere gratias deo:
quia fecit nos ciues huius ciuitatis. Nã ſicut au-
diuimus a patriarchis ⁊ prophetis: ita vidim⁹ im-
pletũ per Chriſtũ in hac ciuitate domini virtutum:
qꝛ que ſcripta ſunt in lege ⁊ prophetis ſunt in hac
ciuitate viſa ⁊ verificata. Nam ſicut audiuim⁹ per
Eſa. vij. Ecce virgo concipiet ⁊ pariet filiuꝫ: ita vi-
dimus impletũ in hac ciuitate: qꝛ virgo Maria cõ
cepit ſaluatorem virgo manens poſt cõceptionem
⁊ partũ. Luce. j. Item ſicut audiuimus per Eſa. ix.
Paruulus natus eſt nobis/ ⁊ filius dat⁹ eſt nobis
⁊ vocabitur deus fortis ⁊c. Ita vidim⁹ impletũ: qꝛ
anno. xlij. imperij Octauiani natus eſt Chriſt⁹ ſal-
uator: cui⁹ ortũ annũciauerũt angeli paſtoribus.
Luc ij. Itẽ ſicut audiuimus per Aggeũ. ij. Ueniet
deſiderat⁹ cũctis gẽtib⁹: ⁊ maior erit glĩa hui⁹ do-
mus ſcꝺe ꝙ̃ ꝑme. Et ſicut audiuim⁹ ꝑ Malachiam
iij. Statim veniet ad tẽpluꝫ ſanctũ ſuũ dominator

quẽ vos q̃ritis: Ita vidim⁹ in hac ciuitate ⁊ tẽplo:
qꝛ ibi fuit Chriſt⁹. xl. die pſentat⁹. ⁊ Simeon iuſt⁹
agẽs grãs prorupit in cantũ dicẽs. Nũc dimittis.
Itẽ in hac ciuitate vidim⁹ Chriſtũ pdicãtẽ ⁊ mira
cula faciẽtẽ: ſicut audiuim⁹ Eſa. xxv. Tũc ſaliet ſi-
cut ceruus claudus: ⁊ aperiet̃ lingua mutoꝝ: Itẽ
in hac ciuitate vidim⁹ mortẽ ⁊ paſſionẽ Chriſti ſi-
cut prius ꝓpheratũ audiuim⁹ Eſa. liij. Attritus eſt
ꝓpter ſcelera nr̃a. Itẽ ſicut audiuim⁹ in figura de
fundatiõe hui⁹ magne ciuitatꝭ ꝑ fundationẽ ipſi⁹
hierlm ⁊ tẽpli materialis: ita pariter vidim⁹ iple
tũ i hac magna ciuitate. Nã ſicut illꝺ tẽplũ fuit fũ
datũ in area Jebuzei hoĩs gentilis: ita iſta magna
ciuitas fuit fundata in pplo gẽtili: ⁊ ſicut oẽs ope
rarij ⁊ fabri iſti⁹ ciuitatis fuerunt pſeliti de pplo
gẽtili: ita oẽs ãpliatores ⁊ fabri hui⁹ ciuitatis fue
rũt de pplo gẽtili ad finẽ Chriſti ꝯuerſi: ſicut mar-
tyres q̃ plãtarũt eccleſiã ſanguine ſuo: ⁊ doctores
ſtudio ⁊ ſapiẽtia ſua. Et ſicut principes q̃ pꝛerãt il-
li operi erãt Judei: ita pꝛicipes ⁊ fũdatores hui⁹
ciuitatis fuerũt apli de pplo iudaico. Et ſic eſt di-
cẽdũ diſcurrẽdo ꝑ ſingula: qꝛ oĩa q̃ fuerũt ſcripta
⁊ audita figuratiue ⁊ ꝓphetice in lege veteri: illa
fuerũt verificata ⁊ viſa realiter in hac ciuitate et
quãtum ad fũdationẽ ⁊ ãpliationẽ. Ideo dicit. Si-
eccl'ia fũdat̃ in eternum. cut audiuim⁹ ſic vidim⁹ i ciuitate dñi virtutũ: ⁊ ſub
dit. Deus fundauit eã in eternũ. Et nota ꝙ iſta ci-
uitas dr̃ fundata in eternũ rõne ei⁹ finis. Nã ciues
huius ciuitatis lꝫ tẽporal'r peregrinent̃ in hac ci-
uitate militãte: tñ termin⁹ eoꝝ ẽ ciuitas celeſtis
⁊ eterna. vt oſtẽdit Augu. ꝑ totũ diſcurſum. xix. et
xxij. de ciuitate dei. Ex hoc pꝫ qñ oĩa que fuerũt
figurata ⁊ ꝓmiſſa/ ⁊ ꝓphetata in lege ⁊ ꝓphetis:
fuerũt poſtea verificata ⁊ cõpleta in illa Hierlm
materiali ꝑ Chriſtũ quãtũ ad pſentationẽ Chriſti
in tẽplo: ⁊ quãtũ ad miracl'a/ ⁊ pdicationẽ/ ⁊ mor-
tẽ/ et paſſione/ ⁊ reſurrectionẽ. Et ſic iſta nr̃a ciui-
tas ibi inchoata: fuit exinde deriuata ⁊ ãpliata vſ-
qꝫ ad finẽ terre: in qua cõpleta ſunt ⁊ cõplent̃ q̃ti-
die oĩa q ſcripta ſũt in lege ⁊ ꝓphetij: qꝛ iugiter cõ-
memorat̃ myſteriũ agni paſchalis ꝑ ſacr'm eucha-
riſtie. Et ꝑ ꝯñs cõmemorat̃ myſteriũ paſſionis et
reſurrectiõis Chriſti: ⁊ iõ oĩa q̃ fuerũt impleta de
Chriſto in illa Hierl'ꝫ materiali/ cõplent̃ q̃tidie in
eccl'ia catholica. Jõ illa Hierlm materialis iã pti-
net ad iſtã magnã ciuitatẽ vt ſic: ſcꝫ inquantũ fuit
pꝛincipiũ ⁊ origo huius. Et ſic oĩa dicta in lege et
ꝓphetis verificant̃ de iſta: qꝛ aliter nõ diceret̃ qꝺ
de⁹ fundauit eã in eternũ: quia illa materialis non
eſt fundata in eternũ. Sed iſta nr̃a ciuitas q̃ in il-
la incepit eſt fundata in eternũ. Et ideo ſubdit.

xxiiij. q. j. ali- en⁹. et c. que- cunqꝫ. **Suſcepimus deus, miſericordiam tuã: in**
**medio templi tui.**

¶ Nã primo ſuſcepim⁹ miam dei in medio illius
templi qñ Chriſt⁹ fuit preſentat⁹ in tẽplo ipſi Si-
meoni. Et exinde qñ ibi predicauit ⁊ miracula fe-
cit: ſed precipue quãdo ibi in illa Hierlm fuit paſ-
ſus ⁊ reſurrexit: ⁊ ſacramẽta eccl'iaſtica inſtituit: ⁊
aplos ꝑ vniuerſum mundũ ad predicãdũ ⁊ bapti-
zanduꝫ miſit: ⁊ tunc tota eccleſia toto orbe diffuſa
facta eſt ciuitas ⁊ tẽplũ dei: in qua et in medio cu
ius ſuſcepimus miam ꝑ eccleſiaſtica ſacramenta:
qꝛ oẽs fuimus participes facti illius paſſiõis: ⁊ fa
cti ciues huius magne ciuitatis. Et ideo ſubdit.

**Secundũ nomẽ tuũ deus ſic ⁊ laus tua in**
de p... diſ. vj. §. j. v. ideoqꝫ **fines terre: iuſtitia plena eſt dextera tua.**

¶ Ad cuius intelligentiã eſt notãdũ/ ꝙ nomen re
gis huius ciuitatis eſt Jeſus. qꝺ eſt nomen dei te
tragrãmaton. ſ. q̃tuor l'rarum. ſ. Joth. he. vau. he. q̃
denotãt et explicãt quatuor pꝛincipales pfectiões ⁊
effect⁹ dei: ſcꝫ oĩpotẽtiã/ ⁊ ſapientiã/ ⁊ miam/ ⁊ iuſti
tiaꝫ/ vt dictũ eſt pſalmo. viij. Et iõ qꝛ oĩa iſta qua-
tuor ſunt infinita in deo: q̃ quidẽ quatuor Chriſtus
manifeſtauit per mundũ: Ideo fuerũt ampliata ꝑ
No. de noĩe ieſu. totũ mũdũ. Unde ſicut iſta quatuor ſunt infinita:
ita hoc nomẽ Jeſus cõtinens et explicans iſta qua
tuor eſt infinituꝫ. Et qꝛ infinitũ: iõ ꝑ totũ orbẽ fuit
diffuſum. Et iõ dicit ꝓpheta. O de⁹ Chriſte rex hu
ius ciuitatis: ſicut nomẽ tuũ qꝺ eſt Jeſus infinitũ
in virtute: ſcꝫ oĩpotẽtia ⁊ ſapiẽtia et iuſtitia ⁊ mia:
ita ⁊ laus tua eſt infinita. Et ſicut nomẽ tuũ eſt diſ-
fuſuꝫ ꝑ totã terrã: qꝛ oĩpotẽtia tua/ et ſapiẽtia tua
et mia/ et iuſtitia tua eſt diffuſa ꝑ totã terrã: qꝛ ad
oẽs partes mũdi ſe extẽdit tua virt⁹ et mia ⁊ redẽ-
ptio: ita ⁊ laus tua ſe extẽdit ad oẽs fines terre: qꝛ
toto orbe celebraris. Et ita tua dextera ſiue ptãs
eſt plena iuſtitia ad iuſtificandũ ⁊ iudicãdũ quoſ-
dam per miam et gratiã ſacramentoꝝ: ⁊ quoſdam
per penam puniendo. Ex quo patet ꝙ iſta tua ciui
tas eſt magna totoqꝫ orbe diffuſa.

**Letetur mons Sion. et exultent filie Jude:** j. lxix.
**propter iudicia tua domine.**

¶ Hic agit gratias de augmento ⁊ ãpliatione vni
uerſalis eccleſie in populo gentili toto orbe diffu-
ſe: et dicit. letet̃ ergo Sion/ nõ ſolũ ille mõs Sion
vbi ſita eſt ciuitas materialis Hieruſalẽ: vbi Chri
ſtus iſtituit euchariſtiã: ⁊ vbi apoſtoli receperũt
ſpiritũ ſanctũ: Sed mons Sion ꝑ totũ orbẽ dila-
tatus in quo vniuerſalis eccleſia fundat̃/ vbi quo-
tidie euchariſtia celebratur/ et infinita multitudo
quotidie ꝑ baptiſmũ regenerat̃: et dona ſpũs ſan
cti ꝑ cõfirmationẽ et cetera ſacramẽta recipiũtur:
et ex altitudine huius mõtis Sion deũ ꝑ fidẽ ſpe-
culant̃. et ꝑ cõſequens letet̃ vera Hierlm. ſ. eccle-
ſia ſuꝑ hunc mõtẽ vſqꝫ ad finẽ terre edificata: qm̃
ipſa eſt vera viſio pacis in qua vere de⁹ videt̃ per
fidẽ: in qua cõpleta ſunt et cõplent̃ iugiter oĩa ſu-
pradicta myſteria: et in ipſa de⁹ ꝑ gratiã ⁊ poten-
tiã inhabitat: ⁊ in ipſa quotidie ꝑ baptiſmũ et pe-
nitẽtiã mortuos ſuſcitat: ⁊ a lepra pctĩ et a ceteris
lãguorib⁹ ꝑ eccleſiaſtica ſacramẽta mũdat ⁊ ſanat
et in ipſa de⁹ in ſacramẽto altaris ſacramẽtaliter
videt̃: ⁊ verus agn⁹ immolat̃/ Itẽ exultẽt oẽs filie
Jude. i. oẽs anime q̃ Chriſtũ cõfitent̃. Nã vbicũqꝫ
de⁹ cõfitet̃ ⁊ colit̃/ eſt vera iudea. Sed in ſola ec-
cleſia de⁹ videt̃ ⁊ ꝯfitet̃ ⁊ colit̃: extra quã nõ eſt vi
ſio/ ſꝫ cecitas: nec ſalus ſꝫ mors/ nec ꝯfeſſio ſꝫ blaſ
phemia: ergo ſola eccl'ia Chriſti toto orbe diffuſa
eſt vera Sion et Hierlm ⁊ iudea ⁊ vera ciuitas re-
gis magni Chriſti Meſſie in lege promiſſi: ⁊ in ea
fiunt iudicia dñi iuſtificata i ſemetipa: q̃ ſunt iudi
cia euãgelica q dant pmiũ eternũ Chriſtũ cõfiten-
tibus. ergo ꝓpter talia iudicia letent̃ filie Jude. i.
oẽs aĩe fideles ⁊ iuſte. O dñe ꝓpter iudicia tua iu-
ſta. ẽ O vos apli ⁊ diſcipuli circundate et luſtrate
Sion. Quaſi dicat: exite ab illa Siõ materiali vbi
recepiſtis ſpiritum ſanctum, in die pẽtecoſtes. Et

xj. d. ſ. c. ec cleſiaſticarū. et ca. catholica.

**Circundate Sion ⁊ complectimini eam: narrate in turribus eius.**

¶ Circūdate ⁊ luſtrate Sion nouā. ſ. eccleſiā toto
orbe diffuſā: ⁊ edificate ⁊ āpliate et cōplectimini
⁊ cingite eā muro euāgelico. Et p̄dicate euāgeliū:
et narrate oia opa et geſta mirabilia Chriſti i tur-
rib⁹ et tēplis hui⁹ magne ciuitat̄. Nota ꝙ ꝓphe-
ta loquit̄ ad modū arabū: et oim orientalium q̄ in
altis turrib⁹ ciuitatis edicta et plebiſcita et leges
p̄conizāt: vt ab oib⁹ poſſint audiri: quē morē ſer-
uant hodie Sarraceni q̄ ex turrib⁹ altis acclamāt
ſuū falſum ꝓphetā et pfidū Machometū. dicit er
go: narrate ⁊ p̄dicate vos apoſtoli ⁊ xp̄iani opera
Chriſti: ⁊ legē euāgelicā publice in turribus ei⁹. i.
fides d̓ murus. hui⁹ noue ciuitatis Sion / ⁊ ponite corda veſtra in
virtute ei⁹. Lr̄a Hieronymi h̓ʒ / in antemurali eius
qd̓ idē eſt. Nā fides formata charitate eſt mur⁹ hu-
ius ciuitatis: ⁊ ſpes eius eſt antemurale ei⁹. Et ſic
iſte mur⁹ ⁊ antemurale eſt virt⁹ ⁊ fortitudo hui⁹ ci
uitatis in qua xp̄iani ponūt corda ⁊ fiduciam ſuam
⁊ refugiū. quo muro ſepta eſt eccleſia / extra quem
murū nō eſt ſalus. Cōtra quā virtutē ⁊ murū et ci
uitatē nūq̄ porte inferi preualebunt. Fundata eſt
enim ſupra firmā petrā. Ponite ergo corda veſtra
in virtute eius. Magna eſt eñi virtus huius ciui-
tatis ⁊ fortitudo ī qua reponunt̄ oēs theſauri me-
ritorū paſſionis Chriſti et oim ſanctoꝝ quib⁹ redi
munt̄ oia pctā quātūcūq̄ grauia: etiā qꝛ Chriſtus
emit regnū celorū pro oibus ipſum confitentibus.

de ꝯſe. di. ſ. c. oēs baſilice.

**Ponite corda veſtra in virtute eius: ⁊ diſtribuite domos eius vt enarretis in progenie altera.**

¶ Ponite ergo corda veſtra in virtute ei⁹: ⁊ diſtri
buite domos ei⁹. i. diſtributim edificate hinc ⁊ ide
per totū orbē eccleſias ei⁹. Litera Hieronymi h̓ʒ /
ampliate palatia ei⁹. Quaſi dicat. O vos apoſtoli
ip̄lete mādatū magiſtri veſtri Chriſti q̄d dicit Mar
ci vltimo. Ite p vniuerſum mundū ⁊ edificate mi-
hi Sion ⁊ nouā Hieruſalē poſtq̄ vet⁹ eſt mihi re-
bellis: ⁊ p̄dicate euāgeliū omni creature: ⁊ circun
date iſtā Sion: ⁊ cōplectimini ⁊ cingite eam muro
⁊ antemurali inexpugnabilis fidei ſpei ⁊ charita-
tis: ⁊ narrate ⁊ p̄dicate euāgeliū ī turrib⁹ ⁊ tēplis
eius. Et ponite corda veſtra ī v̓tute ⁊ fortitudine
hui⁹ ciuitatis: ⁊ diſtribuite. i. diſtribuēdo edifica-
te domos ⁊ eccl̓ias nouas ei⁹: ⁊ ampliate palatia
eius. Nā eccl̓ie ſunt palatia Chriſti in q̄b⁹ habitat
p ſacramēta: qꝛ eccl̓ie ſunt dedicate ad miniſteriū
Chriſti: ⁊ hoc facite: vt enarretis in ꝓgenie altera
i. in gentili ppl̓o. Litera Hieronimi h̓ʒ / in genera-
tione nouiſſima: qd̓ idē eſt. Nā apl̓i tā in ppl̓o gen-
tili q̄ in nouiſſima ⁊ futura generatione narraue-
rūt et predicauerūt euangeliū: in quo affirmatur:

Io. ſ. di. c. naſci

**Qm̄ hic eſt deus deus noſter in eternum et in ſeculum ſeculi: ipſe reget nos in ſecula.**

¶ Hic Chriſtus deus eſt deus noſter in eternum: ⁊
ipſe reget nos ⁊ regnabit in ſecula ſeculoꝝ: hic per
gratiā ⁊ in celo per gloriam. Et nota ꝙ lʒ ſint in ce
lo: tñ adhuc narrāt ⁊ p̄dicāt geſta ⁊ opera Chriſti
in hac generatiōe nouiſſima. Nā quotidie leguntur
⁊ p̄dicant̄ in eccl̓ia euangelia ⁊ hiſtorie quas ipſi
ſcripſerūt et p̄dicarūt / in q̄bus memoramur geſta

Chriſti: ⁊ ēt illa v̓ba. ſ. narrate i turrib⁹ eius: ⁊ poni
te corda vr̄a i v̓tute ei⁹: ⁊ ampliate palatia ei⁹. non
ſolū dirigunt̄ apl̓is ⁊ diſcipulis: ſʒ ēt oib⁹ martyri
bus ⁊ doctorib⁹ / ⁊ p̄dicatorib⁹ / ⁊ xp̄ianis q̄ poſt il
los fuerunt ⁊ ſunt ⁊ erūt: nō dicit vt enarret̄ i ꝓge-
nie altera: qm̄ hic eſt de⁹ Chriſtus de⁹ nr̄: ⁊ regna
bit i ſecula in celo ⁊ i terra. q. d. ꝙ lʒ iſte Chriſt⁹ ap
paruerit mūdo ⁊ i illa Hierl̓ʒ materiali in carne hu
mana natus ex tpe ſm hūanitatē: tñ ipſe eſt deus
in eternū ⁊ v̓bū pr̄is: qꝛ in p̄ncipio erat v̓bū: ⁊ nō ēt
in quātū hō a pte poſt regnabit in ſecula: ⁊ hoc pre
dicate. Ex q̄b⁹ ptʒ / ꝙ Dauid i hoc pſal. nō cōmen-
dat ſolū illū mōtē Sion nec illā materialē Hierl̓ʒ
q̄ deſtructa ⁊ incēſa fuit p Romanos ꝓpt̄ pctā ſua
arctata in Paleſtina: ⁊ tribu Iuda: ſʒ ēt p̄ncipal̓r i
tēdit cōmēdare vl̓em eccl̓iam toto orbe diffuſā: ꝑ
apl̓os ꝯſtructā ⁊ ampliatā / p martyres ⁊ doctores
⁊ Chriſti fideles roboratā: q̄ ſucceſſit. ij. templo: in
cui⁹ figura geſta ſunt oia fcā ī p̄mo ⁊ ſcd̓o tēplo et
ciuitate. d̓ q̄ locuti ſunt oēs ꝓphete: ⁊ cui ꝓpe cōue
niūt oia dicta i pſal. iſto. Nā in hac regnat Chriſt⁹
de⁹ magn⁹: ⁊ ē laudabilis valde: qꝛ in illa nō ab oi-
bus laudatur: imo hodie p Iudeos ⁊ Sarracenos
de⁹ blaſphemat̄. Itē iſta fundata ē i exultatiōe vni
uerſe t̄re: illa aūt nō niſi in exultatiōe illi⁹ ꝑui ppli
⁊ illo arcto loco. Itē iſta ē fundata ad latera Aq̄-
lonis circa circulū eq̄noctialē p totā t̄rā: qd̓ d̓r la
tus aq̄lonare toti⁹ mūdi. Ald̓ aūt lat⁹ vltra equo-
ctialē d̓r lat⁹ auſtrale ſiue antarcticū. q. d. ꝙ iſta ci
uitas xp̄i regis magni occupat oia latera xp̄i ſiue
totū lat⁹ aq̄lonare / vbi aſſignat̄ tota t̄ra habitabi
lis: ⁊ in tota hac t̄ra ⁊ mōte ſctō Sion fundat̄ ciui
tas regis magni: qd̓ minime conuenit illi ciuitati
Hierl̓ʒ materiali deſtructe. Tota ḡ eccl̓ia toto orbe
diffuſa ē mōs Siō ⁊ hierl̓ʒ ⁊ vera iudea: qꝛ retinet ē
nomē a locis vñ orta ē: ⁊ vere ⁊ meli⁹ retinet nois
interp̄tationē ⁊ ſignificationē vt ſepe dictū ē: i q̄b⁹
domib⁹ de⁹ vr̄ ⁊ cognoſcit̄ ⁊ ꝯfitet̄: ⁊ ad eā oēs re-
ges terre ꝯgregati ſunt ⁊ turbati ſunt ꝯ eā: ⁊ in ea
tremor app̄hēdit eos vidētes mirabilia ⁊ iudicia
xp̄i: qꝛ xp̄s cōtriuit eos i ſpū vehemēti ſue ꝑtātis:
ſicut aq̄lo cōterit ⁊ diſſipat naues Tharſis. i. illius
regiōis ⁊ emporij idoꝝ: vbi accidūt magna naufra
gia i hyeme. Ita ꝯtigit magnū naufragiū in ppl̓o
gētili in vltiōe martyꝝ / vt legit̄ i eccl̓iaſtica hiſto
ria. Nā p̄mo Hierl̓ʒ ē incēſa ⁊ ſacerdotiū ⁊ regnum
ablatū ⁊ Iudei i captiuitatē diſpſi: ⁊ Nero ⁊ Domi
tian⁹ ſeipos pemerūt: ⁊ Diocletian⁹ mala morte ⁊
miſabili exitu pijt. Et ēt oia idola ſunt cōminuta ⁊
cōtrita ſicut naues Tharſis: ⁊ ppl̓s gētilis ad fidē
cū ſuis p̄ncipatib⁹ cōuerſ⁹: ⁊ i magnā ciuitatē ma
gni regis xp̄i ꝯgregat⁹ i q̄ ciuitate oia q̄ audiuim⁹
a pr̄iarchis ⁊ ꝓphet̄: ⁊ legim⁹ in teſtō ve. videm⁹
eſſe ipleta i hac ciuitate dn̄i v̓tutū: ⁊ i medio hui⁹
tēpli ſuſcepim⁹ miaʒ ei⁹ ⁊ redēptionē ⁊ baptiſmū
cū ceteris ſacris: ⁊ i hac letant̄ oēs filie Iude xp̄m
cōfitētes. Et iſta ē illa ciuitas ampliata ⁊ dilatata
p totū orbē vſq̄ ad finē t̄re / circūdata ⁊ ſepta illo
inexpugnabili muro fidei ⁊ charitat̄: in q̄b⁹ turri
bus xp̄s ⁊ euāgeliū ſuū p̄dicat̄. vbi xp̄s in eternum
regnat in p̄nti p fidē ⁊ in futuro p gloriā. ¶ Ex to-
to iſto pſal. poſſunt recolligi. xiij. ꝯcl̓ones. ¶ Pria
cōcl̓o eſt / ꝙ eccl̓ia ē vera ciuitas dei. pbat̄. Nā ci
uitas nō ſunt muri materiales: ſcʒ cōcors hoiʒ mul
titudo ſiue cōgregatio vni⁹ iuris ſiue legis cōſenſu

ſociata. Sed hoc conuenit eccl̓ie Chriſti toto orbe
diffuſe / ꝙ viuit ſub vna diuina lege. igit̄ eſt vera
ciuitas. ¶ Scd̓a cōcl̓o / ꝙ eccleſia Chriſti eſt vera
Hierl̓m. Probat̄ primo. Nā illa ꝯgregatio. fideliū
incepit a Hierl̓m in mōte Sion vbi erāt. cxx. ꝯgre
gati actuū prio ſup quos miſſus eſt ſpūs ſctūs. vñ
receperūt oia dona gr̄arū ⁊ intelligētiā ſcriptura
rū. Et ex inde dilatata eſt illa eccl̓ia ⁊ ꝯgregatio p
vniuerſū orbē. Et ſic tota eccl̓ia denoiat̄ Hierl̓ʒ ra
tiōe principij a quo eſt deriuata: ſicut flumina reti
nēt vbiq̄ nomē ſui fontis. Scd̓o hoc idē ꝓbat̄ ra
tiōe interp̄tatiōis nois. Nā Hierl̓ʒ interp̄tat̄ viſio
pacis: ſʒ in ſola eccl̓ia eſt viſio pacis ⁊ ſalut̄ ⁊ cha
ritatis. ¶ Tertia ꝯcl̓io / ꝙ Chriſt⁹ fūdauit iſtā Hie
ruſalē. pbat̄. Nā ſub hoc noie pacis fūdauit illam
ſanctā ꝯgregationē apl̓oꝝ ⁊ diſcipulorū. Nā nun
q̄ venit ad eos q̄n diceret pax vobis: ⁊ ſic i pace fa
ctus ē locus ei⁹. Per eaſdē rōnes eccl̓ia ꝓprie d̓r
Sion: qꝛ ex ea deū ſpeculamur. Ex q̄bus ptʒ / ꝙ ec-
cleſia Chriſti toto orbe diffuſa nihil aliud eſt niſi
Hieruſalem dilatata ⁊ orta ex illa Hierl̓ʒ Iudee
¶ Quarta ꝯcl̓io / ꝙ i ſola iſta Hierl̓ʒ ſuſcepim⁹ mi
ſericordiā dei: ⁊ in ſola ipā videt̄ deus. ¶ Quinta
cōcluſio / ꝙ fundator ⁊ rex hui⁹ ciuitatis eſt deus.
Ex quo ptʒ / ꝙ Chriſtus eſt verus deus. ¶ Sexta
cōcluſio / ꝙ iſta ciuitas dei non ſolū fundata eſt in
Iudea: ſed p vniuerſum orbē vſq̄ ad fines terre.
¶ Septima cōcl̓o / ꝙ eſt fūdata in latere aq̄lonis.
i. qꝛ ſemp quatit̄ et vexatur a vētis perſecutionū.
¶ Octaua cōcluſio / ꝙ lʒ cōtra eam ſint cōgregati
oēs reges terre: tñ final̓r fuerūt victi et ꝯtriti ef ſi
bi ſubiecti. ¶ Nona cōcl̓o / ꝙ ī iſta Hierl̓m ſunt vi
ſa et cōpleta oia myſteria pr̄iarchaꝝ et dicta pro-
phetarū. ¶ Decima cōcluſio / ꝙ Hierl̓m Iudee nū
q̄ fuit vera Hierl̓m vſq̄ ad aduētū Chriſti: qꝛ tūc
fuit v̓a viſio pacis. Nā tūc Chriſt⁹ expectat⁹ / ē vi
ſus i ea: et tūc i ea fcā ē pax īter deū et hōieʒ p mor
tē mediatoris: et tūc i ea fuert̄ ipleta oia myſteria
et dicta ꝓphetaꝝ. Itē ſeq̄t̄ ꝙ ſicut ſacrificia vete-
ris legis nō fuerūt v̓a vſq̄ ad Chriſtū in q̄ impleta
ſūt / ⁊ p̓ quē fcā ē gr̄a ⁊ v̓itas: ita iſta ciuitas nunq̄
fuit v̓a Hierl̓ʒ vſque q̄ Chriſt⁹ i ea ipleuit oēm v̓i-
tatē / ⁊ q̄d ea erāt figurata aut dicta p aduētū xp̄i.
¶ Undecia ꝯcl̓o / ꝙ poſtq̄ illa ciuitas nō recipit
Meſſiā Chriſtū / nō āpli⁹ d̓r Hierl̓m. qꝛ nō accepta
uit q̄ erāt figurata p pr̄iarchas ⁊ dicta p ꝓphetas:
et ſic ꝑdidit nomē. ¶ Duodecia cōcl̓o q̄ ſequit̄ / ꝙ
recedēte Chriſto ⁊ apl̓is ab illa ciuitate non āpli⁹
fuit viſio pacis: qꝛ tūc receſſit ab ea ois pax ⁊ ciues
vere pacis. Et ſic eſt dicēdū de Sion et Iudea: et
Iſrael / et Iacob: qꝛ tunc ꝑdiderūt p̄dia noia ⁊ mā
ſerūt i eccl̓ia Chriſti ꝓpt̄ eaſdē rōnes. ¶ Decima
tertia cōcl̓o / ꝙ ſola eccl̓ia toto orbe diffuſa eſt v̓a
ciuitas dei. qꝛ i ea habitāt ciues dei: et ſola ipā eſt
Hierl̓m: qꝛ in ſola ipſa cognoſcit̄ et videt̄ deus: ⁊
ſola ipā eſt mōs Sion: qꝛ in ſola ipſa contēplatur
et adoratur et laudatur deus. ſola iſta eſt fundata
in exultatione vniuerſe terre: quia in ſola iſta fue-
runt viſa et cōpleta oia que fuerūt ſcripta et dicta
et promiſſa patriarchis ⁊ ꝓphetis in lege veteri.

viſi di ſtı. ꝑ. c. ſ. ꝗ. iij. c. ſi ig.

**Audite hec oēs gentes: aurib⁹ percipite qui habitatis orbem. Quiq̄ʒ terrigene ⁊ filij homi nū: ſimul in vnū diues ⁊ paup.**

¶ Titulus ad victoriā ſiue in finē filij Chore. Per
ea que dicta ſunt patet / ꝙ Dauid fecit hūc pſalmū
et dedit ipſum cantandū filijs Chore: eo ꝙ dirigit
nos in finē vtriuſq̄ legis ſcʒ in diē iudicij vt pate
bit. Nam fecit hūc plalmū cōtra amatores huius
mundi: exhortās eos ne decipiat eos iſte mundus
ſed ꝓuideāt in hac vita: ⁊ timeāt mortē ⁊ finale iu
diciū in quo ſunt reddituri rationē de hiſq̄ in hac
vita geſſerūt. In quo duo facit. Nam primo ponit
proemiū in quo cōuocat oēs ſtatus ⁊ conditiones
hoim ad audiendā doctrinā ſuā. Scd̓o exequit̄ de
tractatu ibi: Cur timebo. Quātū ergo ad primū vt
reddat auditores beniuolos ⁊ attētos dicit. O om
nes gētes ⁊ q̄q̄ terrigene ⁊ filij Adā ex terra geni-
ti audite ſimul in vnū diues ⁊ paup ⁊ oēs qui habi
tatis orbē nemine excluſo: audite ⁊ percipite auri
bus cordis qꝛ terribilia ⁊ magna intēdo dicere: et
omnib⁹ vtilia ⁊ neceſſaria: ideo omnib⁹ gñatiōib⁹
⁊ natiōibus ⁊ conditionib⁹ ⁊ ſtatib⁹ hominū diri-
go ſermonē meū. Audite ergo qꝛ os meū loquetur
ſapientiā. i. de rebus diuinis et altiſſimis: et medi
tatio cordis mei loquet̄ prudētiam. i. docebit vos
de agibilibus / ⁊ ꝓuidentiā quā debetis habere in
hoc mūdo in agibilib⁹ vt ꝓuideatis p futura vita
vñ inter ſapientiā et prudētiā hoc intereſt. Nā ſa-
piētia eſt notitia et cōtēplatio diuinarū et p̄marū
et altiſſimarū cauſarū: vt ptʒ primo Meta. et. vj.
Eth. Prudētia aūt eſt recta ratio rerū agibiliū: cu
ius pars eſt ꝓuidētia de futuris: de q̄bus in pſal.
iſto maxime agit̄. Sapiēs ergo eſt ille q̄ cōtēplat̄
et affectat celeſtia: et prudēs eſt qui ita ꝓuidet et
diſponit et dirigit vitā et opationes ſuas vt adipi
ſcat̄ celeſtia que contēplatur et affectat. Ideo ait

**Os meum loquetur ſapientia: et meditatio cordis mei prudentiam.** xiiij. q. ſ. c. vlt.

¶ Os meū loquet̄ ſapiētiā. i. vos exhortabit̄ vt ſa
piatis ⁊ affectetis celeſtia. Et mediatio cordis mei
loquetur prudentiam. i. docebit vos prudentiam
ſcd̓m quā dirigatis vitā veſtrā ad conſequēdū ce-
leſtia. Nā prudētis eſt medirari ⁊ inquirere mediū
perueniēdi in finem. Uñ tria premittit ꝓpheta in
hoc prologo. Nā primo cōuocat oēs cōditiones et
ſtatus hoim ad audiendā doctrinā ſuā. Scd̓o bre-
uiter p̄mittit de q̄b⁹ intēdit eos inſtruere: qꝛ in ſa-
pientia ⁊ prudētia. Tertio p̄mittit modū tradēdi ⁊
cantādi: qꝛ parabolice ſiue prouerbialiter: ⁊ etiam
argumētatiue: et metrice. Ideo ſequitur.

**Inclinabo in parabolam aurem meam: aperiā in pſalterio propoſitionem meam.** xxxij. q. iiij. ca. meretrices.

¶ Ego in hac materia inclinabo aurē meā in pa-
rabolā et ꝓuerbia antiquorū et maiorū ſcripta in
ſacra ſcriptura / non in philoſophis mūdi nec poe-
tis: et hoc ptinet ad ſapiētiā. qꝛ ſola ſacra ſcriptu-
ra eſt vera ſapiētia: qꝛ de reb⁹ diuinis ⁊ altiſſimis:
ideo inde intendo ſumere parabolā ſiue exēplū et
doctrinā. quaſi dicat: ⁊ parabolice ⁊ exēplariter vo
lo ꝓcedere in hoc pſal. Scd̓o aperiā ⁊ manifeſta-
bo ꝓpoſitionē meā. i. ꝓcedā etiā argumentatiue a
ꝓpoſit. oib⁹ ad cōcl̓onē / ꝓponēdo q̄ones q̄ ſunt ꝓ-
poſitiōes dubitabiles: ⁊ ex cōſequēti cōcludā intē
tū ꝓcedēdo a ꝓpoſitiōib⁹ ad ꝯcluſionē. Terti⁹ mo
dus cātādi et ſcribēdi ē metric⁹: qꝛ metrice ꝓcedā
et cātabo h̓ carmīe cū pſalterio ſiue cū cithara iſtā
ꝓpoſitionē meā quā itēdo apire et declarare. Iſte

autē verſus ſatis eſt explicatus in ꝓlogo. Litera Hieronymi habet. Aperiam in cithara enigmata mea. i. ꝓpoſitiones obſcuras: ⁊ difficiles: ⁊ oibus mundanis occultas ⁊ ignoratas. qḋ idem eſt.

xxiij. q. vi. ſciſmatici

**Cur timebo in die mala: iniquitas calcanei mei circundabit me.**

¶ Premiſſo ꝓemio hic exequit̄ de tractatu. Ad cuius intelligentiā eſt p̄mo aduertēdū / ꝙ notanter Dauid cōuocauit i ꝓemio diuites ⁊ paupes ſpāliter ad hanc doctrinā audiēdā. Nā ipſe intendit in hoc pſal. inducere terrorē diuitib⁹ hui⁹ mundi qui opprimūt ⁊ affligūt paupes: cōminādo eis penas futuri iudicij: ⁊ cōſolari paupes ⁊ afflictos. Sʒ cā q̄re diuites mūdani abſq; mīa opprimunt paupes eſt q: vel putāt nullas eē penas pctōꝝ p⁹ poſt hanc vitā: ⁊ ſic nō timēt iudiciū: vl' q: ꝯfidūt in diuitijs ſuis: putātes ꝑ diuitias ſuas ab oi malo liberari: vl' q: putāt nūq̄ ſe morituros. Tria ergo facit Dauid i hoc pſal. Nā p̄mo remouet p̄dictos tres errores: in q̄b⁹ diuites cōfidūt. Scḋo cōminat̄ eis penā eternā poſt hāc vitā / ⁊ finale iudiciū. Et pauperibus ꝓmittit gl'iam. Tertio conſolat̄ paupes exhortās eos ad patiētiā. Scḋm ibi. Hec via ſcandalū ipſis. Tertiū ibi. Ne timueritis cū diues factus fuerit. ¶ Quātū ad p̄mū ē aduertēdū ſicut dictū ē in ꝓlogo tractatu primo: vbi p̄miſſū eſt thema ex hoc pſal. ꝓ toto iſto opere. ſ. Aperiam in pſalterio ꝓpoſitionē meā: ꝙ tota ſacra ſcriptura vere. ⁊c. nil aliud eſt niſi quedā prouerbia ⁊ parabole ⁊ ꝓpoſitiones ex quibus inferunt̄ cōcluſiones euāgelice / ꝓphetice / et morales / ⁊ anagogice. A quibus exēplis ⁊ parabolis ⁊ ꝓpoſitionib⁹ fit diſcurſus ſiue argumētatio exēplaris ⁊ inductiua ⁊ enthymematica et etiā ſyllogiſtica ad cōcluſiones euāgelicas anagogicas ſiue morales. Dauid ergo in hoc pſal. ad cōfutādos ſupradictos errores volens oñdere ꝙ nullū malū impunitū: nec bonū irremuneratū: ⁊ ſic eſt timēdū diuinū iudiciū: ⁊ null⁹ poteſt euadere mortē: nec cōfidere in multitudine diuitiarū nec p̄tāte ⁊ gl'ia mūdana: q̄ nō poſſunt hoiem liberare cōtra diuinū iudiciū: ſumit exēpliū ⁊ parabolā ex pctō ⁊ punitiōe Ade primi parētis ⁊ Eue vxoris ſue. Qui cū eſſet creat⁹ in tāta gl'ia imortalis: q: poterat nō mori: ⁊ in tanta dignitate ⁊ dñio: q: dñabat̄ oib⁹ piſcib⁹ maris: ⁊ volatilibus ⁊ beſtijs terre: ⁊ in tāta copia diuitiarū: q: oēs fruct⁹ terre ⁊ oia mineralia erāt in ſua p̄tāte: tñ peccādo contra deū: nō obediēdo eius p̄cepto: ilico fuit a deo punit⁹ ⁊ eiect⁹ ab illa gl'ia ⁊ dignitate: ⁊ ad vtrāq; mortē deſtinat⁹: nec potuit ſecū attrahere illas diuitias a paradiſo terreſtri: nec dignitas / nec diuitie potuerūt eū liberare. quin ſentētia mortis corporis ⁊ anime puniret̄: ⁊ ad alias humanas miſerias deſtinaret̄: ⁊ mulctaretur ad penas corpales: vt p̄ʒ Geñ. iij. Et ſic q: ille homo poſit⁹ in tāto honore nō intellexit ⁊ cognouit ſeip̄ʒ: imo rebellauit cōtra deū: nō parēdo p̄cepto: Ideo cōparat⁹ eſt iumētis ⁊ beſtijs inſipiētib⁹: q: punitus eſt ad mortē ⁊ ad alias penas carnales: ⁊ fact⁹ eſt mortalis ſimilis beſtijs. Arguat̄ ergo ſic. Si ille hō poſitus in tāta dignitate ⁊ honore / ꝓpter ingratitudinē ⁊ inobediētiā ⁊ pctm̄ punitus eſt ad mortē ⁊ penas corpales ⁊ ſpñales ⁊ ad penā iferni: ⁊ eiect⁹ ab illa gl'ia ⁊ paradiſo: ⁊ nō potuerūt eū liberare diuitie ⁊ gl'ia ſua / nec potuit diuitias ſuas ſecū portare / ita pariter imo a fortiori diuites hui⁹ mūdi qui nō paruerūt diuinis p̄ceptis / imo oppreſſerūt ⁊ afflixerūt paupes nō potuerūt euadere diuinū iudiciū: ne puniant̄ ꝓ pctis ſuis: q: nullū malū impunitū: nec poterūt euadere mortē corporalē: q: tūc fuit data ſñia mortis oibus filijs Adā: nec multitudo diuitiarū poterit diuites liberare a morte corporali: nec a diuio iudicio: q: illa punitio Ade fuit exēpliū ⁊ ꝑabola oibus p̄uaricatorib⁹ diuine legis. Hec eſt ergo parabola ad quam Dauid inclinauit aurē ⁊ itelligētiā ſuā. Et hec eſt ꝓpoſitio quā aperuit ad inferēdā cōcl'onē diuini iudicij ꝑ Chriſtū i nouiſſimo die faciēdi: ⁊ ad incutiēdū terrorē oib⁹ diuitib⁹ ⁊ ingratis ⁊ pctōrib⁹ obſtinatis. Et ēt arguit vlteri⁹ implicite: ꝙ ſicut Adā faciēdo ⁊ agendo pniam in hac vita de pctō ſuo meruit veniā / et liberat⁹ eſt ab inferno in p̄mo aduētu Chriſti cum ceteris ſctis patrib⁹: De cui⁹ pnia habet̄ Sap. x. Hec illū q̄ primo creat⁹ eſt hono liberauit a pctō ſuo. Ita pariter q̄cūq; egerit pniam i hac vita ante mortē: ⁊ timuerit diuinū iudiciū: nō cōfidens in multitudine diuitiarū ſuarū: ſed ponit ſpem ſuaʒ in paſſione Chriſti: ⁊ agit pniam: ois talis liberabit̄ a pctō ꝑ illā pniam / ⁊ recipietur a chriſto poſt mortē ſuā ⁊ in die iudicij cuʒ venerit. Et iō Dauid volēdo hoc cōcludere / ꝓponit tres q̄ōnes ſiue dubitabiles ꝓpoſitiōes: q̄ nō ſunt i veritate dubitabiles ſapiētib⁹: ſʒ inſipiētib⁹. In q̄b⁹ ſoluunt̄ ſupradicti tres errores. q̄rū p̄ria eſt iſta. Dicit eñi Dauid. Cur timebo in die mala. i. q̄ eſt cā quare ego ⁊ quilibet fidelis debeo timere diē iudicij: ſiue diuinū iudiciū qḋ fit in morte vniuſcuiuſq; / et gñale iudiciū / qḋ fiet in fine mūdi. Rñdet ipſemet ⁊ dicit. Quia iniq̄tas calcanei mei circūdabit me. Ad cui⁹ intelligētiā eſt notādū / ꝙ hic alludit ad ſñiam datā a deo mulieri in pricipio i ꝑſona toti⁹ gñis humani ⁊ poſteritatis ſue: q̄ñ dixit ſerpēti. ip̄e obſeruabit calcaneū tuū. Vñ ſicut ſe hʒ pes et calcane⁹ ad caput ⁊ totuʒ corp⁹: q: eſt pars infima in qua fundat̄ corp⁹ ⁊ portat̄ totū corp⁹: tñ corp⁹ regit̄ a capite ⁊ oculis: q: oculi ⁊ caput dirigūt pedes ⁊ corpus: ita mulier eſt pars inferior et vir ſuperior. Et mulier dʒ regi a viro ⁊ nō ecōuerſo: vt ait Auguſ. ſup Ioā. Ita pars ſenſitiua ſiue ſenſualitas et caro dʒ regi a rōne: ⁊ nō ecōuerſo: ⁊ ꝓpter hoc ſēſualitas ⁊ caro dr̄ pes ſiue calcane⁹ i ſacra ſcriptura reſpectu rōnis. Vñ ſaluator ait Ioā. xiij. Qui mūdus eſt nō idiget niſi vt pedes lauet. q. d. ꝙ lʒ quis ſit mūdus i ꝯſcia ꝑ pniam: tñ adhuc manet ꝯcupiſcētia ⁊ vitiū nature i carne: quā null⁹ p̄ōt lauare niſi ſol⁹ de⁹ ꝑ gr̄aʒ. Ex quo p̄ʒ / ꝙ Chriſtus ibi ꝑ pedes intelligit carnē vitiatā ꝑ cōcupiſcētiā. rō aūt dicit̄ caput. Sed q: Adā voluit regi a muliere ꝯ p̄ceptū dñi: ideo bñ merito fuit ꝑcuſſus in ſenſualitate: ⁊ ſenſualitas fuit fcā debiliſſima ⁊ fragilis ⁊ infirma. Iō diabol⁹ q̄ñ vult hoiēʒ tētare: icipit a pte debiliori. ſ. a ſenſualitate q̄ dicit̄ nō ſolū pes: ſʒ calcane⁹ i hoie: eo ꝙ eſt ps magis ꝓpe terrā: ⁊ infima ⁊ poſterior. iō dixit de⁹ mulieri. ſerpēs obſeruabit calcaneū tuū. i. ſēſualitatē debilē p̄mo tētabit ⁊ mordebit. Deide dicit viro. Q: obediſti voci mulieris: iō maledicta terra in ope tuo. Spinas ⁊ tribulos ⁊c. q. d. q: mulier obediuit diabolo ⁊ tu obediſti mulieri: ideo ſenſualitas ⁊ caro tua erit ſemꝑ vexata a diabolo / ⁊ obediēs ei frequēter: ⁊ ſpiritus ⁊ caro tua obediēt ſenſualitati: ⁊ ꝯſciētia vexabitur ab ea. Et ſicut diabol⁹ inſurgit aduerſus carnē. Ita caro aduerſus ſpm̄ ⁊ rationem: ⁊ illaqueat ⁊ decipit animā. Nā diabol⁹ in carne ⁊ ſenſualitate noſtra tendit rete ⁊ laqueū ſuū q̄ dicit̄ fomes et ꝯcupiſcētia: i quo laqueo ſiue retiaculo capit animā ⁊ rationē ꝑ cōſenſum. Nā q̄ñcūq; ratio ſiue volūtas paret ſenſualitati ⁊ carni: tūc dr̄ illaqueari ⁊ capi ab eo. de quo retiaculo et laqueo dicit̄ pſal. ix. Cadent in retiaculo eius pctōres. ¶ Ex q̄bus patet / ꝙ peccare nihil aliud eſt niſi aīam a laqueo ſenſualitatis ⁊ ꝯcupiſcētie et fomitis carnis capi et illaqueari. Quē quidē laqueū nemo p̄ōt euadere nec vitare: niſi gr̄a Chriſti / vt ait apoſtolus ad Roma. vij. Et ꝓpter hūc laqueum oēs debemus timere futurū iudiciū: ⁊ ſemꝑ debemus orare ne intremus in tētationem: et ne aia noſtra illaqueet̄ a laqueo ſenſualitatis ⁊ carnis: ſicut capt⁹ eſt Adaʒ ꝑ mulierē / ⁊ ne tali iudicio puniamur / ⁊ a facie dei in iudicio eijciamur: ſicut eiectus eſt Adā ꝑ mulierē a facie dñi. Et ſi forſitan peccauerimus: ⁊ aliq̄ñ capti fuerimus in laqueo diaboli: ꝙ faciamus penitentiā: ⁊ retrahām⁹ calcaneū ⁊ pedē a laqueo venātiū ꝑ pniam an̄q̄ veniam⁹ an̄ iudicē in die mortis noſtre ⁊ in gñali iudicio: vt iueniamur expediti a laqueo pctī: ⁊ ſic ſemꝑ in vita nr̄a debem⁹ timere futurū iudiciū / ⁊ agere pniaʒ. ¶ Et iō duo ſunt gñā hoim vel tria / q̄ nō timent futurū iudiciū nec curāt agere pniam. Primo hypocrite q̄ cōfidūt in virtute ⁊ viribus ſuis. Et ſic nullū putāt ſe habere pctm̄. Sicut phariſeus q̄ dicebat / nō ſum ſicut ceteri hoim. Luc. xviij. Et diuites hui⁹ mūdi q̄ nō ſperāt aliā vitā: ⁊ ſtulti ⁊ inſipiētes q̄ nunq̄ putant ſe morituros. Et ſic oēs iſti nec curāt petere gratiā: ⁊ orare ne intrēt in tētationē: ⁊ ne illaqueent̄ pctō: nec curāt agere pniam. Et hos errores extirpat ꝓpheta i hac parte. Vñ q̄rit dicēs. Cur timebo i die mala: i. in die iudicij tā particulari q̄ vniuerſali. ⁊ rñdet. Scis q̄re timeo futuꝝ iudiciuʒ: ideo timeo: q: iniq̄tas calcanei mei circūdabit me. i. q: fui illaq̄atus iniq̄tate ⁊ laqueo calcanei ⁊ carnis ⁊ ſenſualitatis mee. Et ſcio ꝙ ſi ſic illaq̄at⁹ pctō appa ruero an̄ iudicē in die mala. i. in die mortis mee: ⁊ in die gñalis iudicij. tūc deus eijciet me a facie ſua dicēs. Ite maledicti in ignem eternum. ſicut eiecit Adā de paradiſo terreſtri: ne comederet de ligno vite: ⁊ ne viueret in eternū. Et iō volo agere pniam: ⁊ exire a laqueo pctī: ⁊ iuſtificari ꝑ pniam / ⁊ gr̄am Chriſti dū viuo poſtq̄ habeo facultatē i hac vita: vt de⁹ dicat mihi in iudicio: venite bñdi. ⁊c. Iniq̄tas ꝰ calcanei nil aliud eſt niſi vitiū ſenſualitatis ⁊ carnis: vel pctm̄ ꝯmiſſuʒ ex vitio ſenſualitatis: ⁊ hoc pctm̄ circūdat / ⁊ ligat / ⁊ illaq̄at / ⁊ accuſat pctōrē an̄ deū in morte vel in iudicio niſi egerit pniaʒ. Quaſi dicat: iō ego ⁊ q̄libet hō debeo timere diuinū iudiciū: q̄m ſuʒ pctōr ⁊ ſuʒ vulnerat⁹ in carne. Nā iniq̄tas calcanei mei. i. vitiuʒ ⁊ laque⁹ ſenſualitatis ⁊ carnis circūdabit ⁊ accuſabit me i die iudicij niſi egero pniaʒ: q: ſequēdo ſenſualitatē ⁊ cōſentiēdo carni / cōmiſi multa pctā. Nā ſicut rete ſiue laqus circūdat ⁊ impedit auē vel ferā: Ita ꝯcupiſcētia capit ⁊ circundat ⁊ ligat hoiem in pctō / vt p̄ʒ Ia. primo. q: vnuſq̄ſq; tētat̄ a ſua cōcupiſcētia illectus ⁊ abſtractus. oēs ergo opʒ ſemper orare. Et ſic ſoluit̄ prima queſtio quare eſt timēdū diuinū iudiciū: q: nullū malū ipunitū. ⁊ q: oēs ſumus proni ad malū: ⁊ fragiles ad bonū agenduʒ.

**Qui confidunt in virtute ſua: ⁊ in multitudine diuitiarum ſuarū glorlantur.**

de pe. di. iij. c. quāq; ⁊. c. q̄d ergo.

¶ Hic ſoluit̄ ſecūdus error ⁊ ſecūda q̄ſtio ex ſolutione prime. Nā multi ſunt. ſ. diuites huius mūdi: qui tantū cōfidūt in diuitijs ſuis ⁊ dominio mundano: ꝙ nō credunt aliam vitā nec penā peccatoruʒ poſt mortē. Et ſic putant per diuitias ſuas oia mala euadere. Sed cōtra hos inuehitur ꝓpheta dicens: ꝙ in die iudicij nemo poterit redimere ſeipſum quibuſcunq; diuitijs. Nam.

**Frater non redimit: redimet homo: non dabit deo placationem ſuam.**

xiij. q. ij. c. in p̄ſenti de pe. di. iij. c. quid ergo turbamur.

**Et pretium redēptiōis anime ſue: ⁊ laborabit in eternum: ⁊ viuet adhuc in finem: Non videbit interitum: cum viderit ſapientes morientes: ſimul inſipiens et ſtultus peribunt.**

¶ Si frater iuſtus ⁊ ſanctus nō poterit redimere in illa die iudicij aliū fratrē ſuū dānatū: ergo quomodo poterit diues dānatus redimere ſeipſum illa die: cuʒ ipſe ſit reus ⁊ dimittat oēs diuitias in hoc mūdo: nullū pretiū poterit dare ꝓ ſe. Legitur ergo iſte verſus interrogatiue. Unde dicit propheta. Qui ſunt illi fatui ⁊ temerarij hypocrite: qui cōfidunt in virtute ſua ⁊ viribus ſuis putātes ſe eſſe iuſtos ſine peccato: ⁊ non indigere gratia Chriſti: cū ſupradictū eſt: ꝙ iniq̄tas calcanei: ⁊ ꝯcupiſcentia circundat vnūquēq;: ⁊ trahit ſua quēq; voluptas: ⁊ ꝙ qui mūdus eſt in cōſcientia / etiā indiget vt pedes lauet ꝑ gratiā p̄uenientē / ⁊ oret ne cadat. Et qui ſunt etiā illi ſtulti q̄ cōfidunt in multitudine diuitiaruʒ ſuarū: putātes ꝙ diuitie ſue liberabūt ipſos ab oi malo: ⁊ ſi nullū bonū irremuneratū ⁊ nullū malū impunitū. ergo in die iudicij vnuſq̄ſq; debet iudicari ſcḋʒ ꝙ hic geſſit bonū aut malū: ⁊ ſcḋm ſtatū in quo ibi repitur iuſtificat⁹ aut peccator: q: ibi nō erit loc⁹ venie: ſed ſentētie. Et ideo frater iuſtus nō poterit redimere fratrē peccatorē nec patrē. Nā ſancti martyres cōuerſi ex ꝑplo gētili nō poterūt redimere fratres ſuos ⁊ patres mortuos in infidelitate. Immo cū mali petent a iuſtis dicētes: date nobis de oleo veſtro q: lāpades noſtre extingunt̄. Reſpondebūt ⁊ dicent iuſti pctōribus. Ite potius ad vendētes ⁊ emite vobis. Et ſic claudet̄ ianua pctōrib⁹ i illa die. Dicit ꝰ ꝓpheta: ſi frater nō poterit redimere nec redimet fratrē ſuū nec patrē in illa die: redimet homo ſeip̄m ſupple: quaſi dicat: nō poterit ſe hō redimere cuʒ diuitijs huius mūdi in illa die. quaſi dicat nullo modo: immo dico tibi ꝙ i illa die homo pctōr nō dabit placationē ſuā / nec pretiū redēptiōis aie ſue. i. nec poterit deū precib⁹ aut aliquo ſacrificio: nec muneribus placare: nec dabit aliqḋ pretiū ꝓ redēptione aie ſue: q: nec tunc habebit diuitias ⁊ dignitates q̄s in hoc mūdo habebat: nec aliq̄ mūdane diuitie valebūt ad redēptionē ⁊ pretiū ꝓ aia ſua: cū pctm̄ eius ſit infinitū. q: eſt pctm̄ in ſpm̄ ſanctuʒ. ſ. finalis impenitētie / ⁊ ad mortē: ꝓ quo nō oportet orare. ⁊ ſic iſte talis diues eijcit a facie dñi ſicut eiect⁹

Arg. a maiori ad minus. (margin, col. 1)

Not. cōtra diuites. (margin, col. 1)

Nota ꝙ ſunt ꝑ tuoſos. (margin, col. 4)

fuit Adā a paradiſo: ⁊ iſte laborabit ⁊ cruciabit̃ ineternū i inferno igne ſempiterno: ſicut Adā laborauit in hac vita in ſudore vultꝰ ſui inter ſpinas ⁊ vepres ⁊ tribulos oībꝰ diebꝰ vite ſue i hoc mūdo: ita laborabit et cruciabit̃ in iferno iſte ipenitēs. ¶ Et

Cōtra nō credētes mori.

viuet adhuc in finē. Hic ſoluit̃ tertiꝰ error illoꝝ q̄ non timent diuinū iudiciū: eo ꝙ nunq̄ ſe putāt eē morituros. Iſta particula eſt ꝟſiculus diſtinctꝰ a ſupiori i numero ⁊ in ſnīa. Nā iſti ſunt ꝟſus lyrici ⁊ ꝓpterea in vno ꝟſu magno ſunt duo vel tres pui/ in hebreo ⁊ in latino: ⁊ qnq̄ plures/ vt dictum fuit in pncipio. ⁊ hic incipit alia ſnīa: ⁊ ſic ſoluit̃ tertiꝰ error: ⁊ dꝫ legi interrogatiue. Unde dicit ꝓpheta. et iſte diues ſtultus ⁊ inſipiēs viuet adhuc in finē i. nunq̇d viuet ineternū: ſicut ipſe putat. Quaſi dicat/ nō: q2 ſtultū eſt talia credere/ ⁊ putare ſe nūq̄ moriturū: cū videat Adā/ Noe/ Abrahā/ ⁊ Iſaac/ ⁊ Iacob/ ⁊ Daniel/ ⁊ Apl'os/ ⁊ martyres/ ⁊ oēs alios ſanctos ⁊ ſapiētes moriētes. Ergo ſtultꝰ ⁊ iſipiēs eſt ille talis diues q̄ putat ſe nūq̄ moriturū: cū videat ⁊ ſciat oēs ſupradictos ſapientes ⁊ ſctōs fuiſſe mortuos: ergo ita morieẗ ipſe. Uerūtñ eſt maxima dr̄ia inter ipſum ⁊ illos ſapiētes ⁊ ſctōs. Nam ſapientes ⁊ ſcti viri ⁊ iuſti mortui ſunt tm̄ quo ad corpꝰ ⁊ non quo ad aīam: q2 aīa eorū viuit in gl'ia. ⁊ ideo in finali iudicio reſurgēt in corpe glorioſo: ⁊ ſic viuent ⁊ regnabūt ineternū cū Chriſto in gloria. Sꝫ ſtultꝰ ⁊ inſipiēs ſimul peribūt quo ad corpus ⁊ aīam. Nā non ſolū morieẗ corpꝰ cū ab hac vita diſceſſerit: ſed etiam morietur aīa morte culpe: ⁊ cruciabitur in inferno: q̄ dicit̃ ſcd̄a mors: ⁊ ſimul in corpore ⁊ aīa ⁊ toti morient̃. Nā ſicut ſapiēs eſt ille qui cōtēplat̃ ⁊ affectat celeſtia: ⁊ prudēs q̄ taliter diſponit vitam vt cōſequat̃ celeſtia: Ita per oppoſitū inſipiēs eſt ille qui nō cōtēplat̃ nec affectat celeſtia: ſꝫ terrena: ⁊ ſtultꝰ qui nō dirigit vitā ſuā vt adipiſcat̃ celeſtia. Et ideo oēs iſti lꝫ in iudicio reſurgant in carne: ſed nō oēs immutabunt̃ in corpus glorioſum ſicut iuſti: immo reſurgēt in corpore paſſibili: ⁊ lꝫ nunq̄ poſſint mori nec deficere: ſed i corpore ⁊ anima ſimul ineternū cruciabunt̃: ⁊ ſic peribūt ſimul ⁊ ſemper erunt mortui carētes vita ſpūali. Et iſti tales dicunt̃ inſipiētes: q2 nūq̄ cōtēplati ſunt nec deſiderarūt celeſtia ſꝫ terrena. Et dicuntur ſtulti/ ⁊ nō prudētes: quia dum viuerent non diſpoſuerunt bona ſua mundana/ dando eleemoſynas pauperibus: vt reciperent eos poſt mortē in eterna tabernacula. Et ideo tāq̄ inſipiētes ⁊ ſtulti ſimul peribunt.

xxiij. q. ſti. ſ. c. paratus.

**Et relinquent alienis diuitias ſuas: ⁊ ſepulcra eorum domus illorum ineternū.**

¶ Nō portabūt ſecū diuitias ſuas cū q̄bus potuiſſent redimere pctā ſua/ eleemoſynas largiendo: et potuiſſent emere regnū celoꝝ. Sed relinquēt alienis diuitias ſuas: nec poterūt ſecū portare. Sꝫ forſan dices ꝙ qn̄ diues relinq̄t diuitias ſuas filijs vel cōſanguineis nō relinq̄t alienis: ſed ſuis. Rn̄det̃ ꝙ filij damnatoꝝ ſatis ſunt alieni ⁊ extranei/ poſtq̄ non pn̄t eos liberare ab inferno. Nec ēt volūt ꝓ eis elemoſynas facere. ¶ Ex quo ptꝫ/ ꝙ alienis relinquūt poſſeſſiones ⁊ oīa bona ſua/ ſibi non relinquētes niſi vnū arctū ſepulcrū: ⁊ breue i quo iacent eorū putrida cadauera. Ideo ſubdit.

C

De pe.

**Tabernacula eoꝝ in progenie ⁊ progenie: vocauerunt nomina ſua in terris ſuis.**

¶ Illa ſepulchra eorū erūt domꝰ eoꝝ ineternū: q2 nunq̄ recuperabūt ampliꝰ magnas domos ⁊ poſſeſſiones eoruꝫ: ſicut Alexander/ ⁊ Xerxes/ ⁊ Cambiſes/ ⁊ Attila: ⁊ ceteri ambitioſi quos totus mundus nō poterat cape: nec tp̄s oē ad viuēdū ſufficere. Nunc vero iacēt in arcto ⁊ breui ſarcophago: et illa eſt domus eoꝝ ineternū. Eſt verū qd̄ tu potes dicere ꝙ licet iſti ſint mortui corpe ⁊ aīa: tn̄ adhuc viuūt fama. Nā Homerꝰ ſcripſit Iliada/ in qua effert Achillē in celū. Et Uirgiliꝰ cōmēdat Eneā: et Lucanꝰ Ceſarē/ ⁊ Pompeiū: ⁊ Herodotus/ Cyruꝫ/ Dariū/ Cambiſem/ ⁊ Xerxem: ⁊ Quintus Curtius/ Alexādrū: ⁊ ſic de ſingulis i ſuis libris. Et ſic fama iſtorū nunq̄ peribit: ⁊ nō ſolū ipſi q̄ i his libris cōmendant̃ viuūt per famam: ſꝫ ēt Homerꝰ/ ⁊ Uirgiliꝰ ⁊ Ouidiꝰ, q̄ libros ſcripſerunt. Un̄ Ouid. in fine libri Metamorpho. dicit nunq̄ ſe moriturū/ ſꝫ ſemp victurū ꝑ famā. vn̄ ait. Iāq̄ opꝰ exegi/ qd̄ nec Iouis ira/ nec ignis. Nec poterit ferruꝫ/ nec edax abolere vetuſtas. Quaq̄ ptꝫ domitis romana potētia terris: Ore legar ppl'i: per q̄ oīa ſecl'a fama. Si qd habēt veri vatū pſagia/ viuā. Ex q̇bꝰ ptꝫ/ ꝙ nō ſolū reges ⁊ principes: ſꝫ ēt philoſophi ⁊ poete ⁊ ſcriptores ꝑ famā putabāt nunq̄ mori. Et ideo ad ꝑpetuā memoriā eoꝝ faciebāt ſibi alta ſepulcra parari ⁊ cōſtrui: in quibꝰ deſcribebant̃ eis epitaphia/ in q̇bꝰ memorabant̃ imortalia geſta eoꝝ. Et ſic legit̃ in epitaphio Uirgilij. Mantua me genuit ⁊c. Et in epitaphio Terētij. Natꝰ in excelſis tectis Carthaginis alte ⁊c. Et iō dū Alexander tranſiret Helleſpōtū/ ⁊ puenit ad ſepulcrū Achillis apud Iliū: ⁊ legeret eiꝰ epigrāma/ dixit Felix tu Achilles quē talis cecinit tuba. ⁊ ſic ſimul dixit beatū ⁊ felicem Achillē: q̄ memorāda geſſerat bella: ⁊ Homeruꝫ q̄ altiſſima tuba ⁊ imortali facūdia ipm i ſuis libris cōmēdauerat: ⁊ ſic putabāt et ceteri diuites ⁊ philoſophi huiꝰ mūdi per famā vitā in eternū ducere/ ⁊ famā extendere factis. Hunc aūt errorē cōfutat hic ꝓpheta dicēs. Licet tabernaculum ⁊ ſepulcra iſtoꝝ maneāt a ꝓgenie in ꝓgeniē/ ⁊ oſtēdant eoꝝ magna ſepulcra: ⁊ pendeāt magna vexilla in templis ſupra ſepulcra eoꝝ: ⁊ erigant̃ ſtatue i foris in eoꝝ memoriā/ ⁊ lꝫ iſti vocauerūt ⁊ afamarūt noīa ſua i terris ſuis mēorādo ea in epigrāmatibꝰ ⁊ epitaphijs/ ⁊ vocauerint ⁊ dilatauerint noīa ſua i terris ſuis geſtis bellorū aut ſcriptis poetaꝝ ⁊ phoꝝ ⁊ hiſtoriographoꝝ: tn̄ nō potuerūt ſua noīa vocare nec dilatare in celo: nec valet eis iſta fama: cum aīe eoꝝ crucient̃ ineternū i inferno. Sed ſapientes. ſ. Abrahā/ Iſaac/ Iacob/ apl'i ⁊ martyres ⁊ doctores ſcti ſunt vere felices ⁊ bti. q̄ lꝫ in hac vita fuerūt afflicti ⁊ paliter: tm̄ noīa eorū ſcripta ſunt in celis ⁊ viuūt eternaliter. Et iō iſti fuerūt ſapiētes et prudētes: q̄ dū viuerēt in hac vita relictis diuitijs ⁊ ceteris mūdanis vanitatibus ꝑ eleemoſynas et bona opa adepti ſunt regnū celorū. Per oppoſitū aūt iſti fuerūt ſtulti ⁊ inſipientes/ q̄ ꝯtēptis bonis ſpūalibꝰ ſecuti ſunt mūdanas vanitates: ⁊ dū eſſent i hac vita: vbi potuiſſent deo ſeruire/ ⁊ cū eleemoſynis et diuitijs pctā redimere/ et ꝑnīaꝫ agere/ potiꝰ voluerūt ſeruire creature q̄ creatori/ ⁊ proprijs voluptatibꝰ q̄ deo parere ⁊ diuine legi obedire: ⁊ ideo accidit eis ſicut ⁊ primo homini. Nam

Nota [illegible]

**Homo cum in honore eſſet non intellexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus: et ſimilis factus eſt illis.**

¶ Ille hō cum eſſet in honore in illa terreſtri paradiſo dn̄s oīm creaturarū a deo cōſtitutus: elatus in ſupbiā nō intellexit nec cōſiderauit beneficia ſibi collata: ⁊ voluit parere ⁊ cōplacere potiꝰ vxori ⁊ diabolo q̄ deo/ a quo tantū honorē ⁊ beneficia receperat: ⁊ iō eiectus eſt a paradiſo ⁊ a facie dn̄i: ⁊ reliquit ibi oīa q̄ poſſidebat ⁊ precipue arborē vite ne comederet ⁊ ne viueret ineternū. Et factꝰ eſt mortalis ⁊ miſer ⁊ cōparatꝰ eſt iumētis ⁊ beſtijs inſipientibus: q2 viuit in hac parte inter beſtias: ⁊ factus eſt illis ſimilis: q2 ſecutus eſt voluptatē ⁊ ſenſualitatē ſicut beſtias: ⁊ ideo fuit cōdemnatus ad mortē corporis ⁊ aie ſicut beſtia. Nā licet aīa peccatoris nunq̄ deficiat: tamē dicit̃ mortua q2 caret vita ſpirituali ⁊ eterna. Ita pariter accidit amatoribus huiꝰ mūdi. Nā ideo deus dedit eis Diuitias vt eis bn̄ vterent̃: ⁊ paupibꝰ ſubuenirēt ⁊ eleemoſynis pctā redimerēt ⁊ alia bona operarent̃. Et in hac vita dedit eis ſtatū merēdi ⁊ penitētiā agendi/ ⁊ ſeruādo legē diuinā regnū celorum adipiſcendi. Sed cū iſti eſſent in tali honore et opportunitate fuerūt deo ingrati/ ⁊ beneficia ſibi collata ⁊ tēpus merēdi nō intellexerūt nec cōſiderauerūt: ⁊ penitētiā agere noluerūt: immo cōtēpſerunt: ideo tanq̄ ingrati ⁊ beſtie proijcient̃ a facie dn̄i in die mortis ſue: ⁊ mittent̃ in tenebras exteriores. Et in generali iudicio dicet eis Chriſtꝰ. Ite maledicti in ignem eternū. Et ſic erūt in iferno ſubiecti ſub poteſtate diaboli/ facti ſimiles beſtijs: q̄ ſemp laborāt ſub poteſtate hoim cū flagellis ⁊ verberibꝰ. Ex q̇bꝰ ptꝫ/ ꝙ ſtultꝰ ⁊ inſipiēs eſt ille q̄ non timet futurū iudiciū cōfidēs in virtute ꝓpria ⁊ multitudine diuitiarū ſuarū: ⁊ putat ſe nō moriturū: ⁊ ideo nō agit bonū nec declinat a malo nec agit penitētiā i hac vita dū pōt: ⁊ nō corrigit vitā ſuā ꝑ exēpla aliorū ⁊ ꝑ doctrinā ſacre ſcripture: ⁊ maxie exēplo ipſiꝰ Adā. Et hec eſt parabola i quā iclinauit aurē ſuā/ ⁊ propoſitio quā nobis in hoc pſal. apit Dauid ꝓpheta. Lꝫ aūt beatꝰ Aug. ⁊ Hiero. aliter exponūt iſtā literā: tn̄ ego nō intēdo cōtraire auctoritati eorū/ q̄bꝰ vt patribus ⁊ magiſtris ⁊ preceptoribꝰ parco.

Nota diuites.

vſ. q. ſ. ca. imitare.

**Hec via illorum ſcandalum ipſis: ⁊ poſtea in ore ſuo complacebunt.**

¶ Hec eſt ſcd̄a pars in qua poſtq̄ cōfutauit errorē inſipiētiū/ hic explicat eoꝝ penā eternā poſt hāc vitā: q̄ erit duplex: vna erit pena ignis in inferno: et altera erit pena vermis ⁊ doloris cordis cū in iudicio videant paupes ⁊ humiles quos ipſi oppreſſerūt regnare cū Xp̄o ⁊ poſſidere regnuꝫ qd̄ ipſi poterāt poſſidere. Dicit ergo: hec fuit via ⁊ modus viuendi illorū inſipiētiū in hac vita. ſ. pſumere de ꝓpria iuſtitia cōfidere ⁊ gl'iari in multitudine diuitiaꝝ ⁊ putare nūq̄ mori. Iō hec via ⁊ error fuit ſcādalū ipſis: quo ceciderūt in tā magnū errorē ⁊ ſtultitiā. Itē hec via. i. iſte triplex error: fuit ſcādalū et cauſa ipſis diuitibꝰ inſipiētibꝰ: vt nō timerent nec crederēt etiā futurū iudiciū: nec penas futuras ꝓ peccatis ſuis. Et ſic cōtēpſerūt deū ⁊ legē ſuā: ⁊ cōmiſerāt oīa ſcelera ⁊ nō q̄ſierūt niſi gloriam in hoc mundo/ nec cōplacebāt niſi ſibi in ore ſuo: nec ioq̄bant̃ niſi de rebus terrenis ⁊ mundanis/ nec volebant aliquid audire niſi vanitates ⁊ adulationes: ⁊ nō correctiones ſapiētiū ⁊ ſacre ſcripture: ideo in ore ſuo complacebant ſibijpſis.

**Sicut oues in inferno poſiti ſunt mors depaſcet eos.**

**Et dominabuntur eorum iuſti in matutino: ⁊ auxilium eorum veteraſcet in inferno a gloria eorum.**

xxvi. diſ. q̄d in aliō de pe di. vij. nullꝰ xxxiij. q̄ō. ij. admonere.

¶ Licet in ore ſuo ſic cōplacerēt in hoc mundo: tn̄ poſtea ſicut oues in inferno poſiti ſunt. Nam ſicut oues q̄ prius paſcebānt̃ in pratis poſtea recludunt̃ in ouili: ⁊ mors depaſcit eas: q2 occidunt̃ i macello ad cibū ⁊ paſtū hoīm: ita parit̃ accidit iſtis. Naꝫ q̄ ante comedebāt ⁊ deuorabāt paupes: ⁊ bona eorū diripiebāt in hoc mūdo: poſt mortē poſiti ſūt in ouili inferni: ⁊ mors ꝑpetua inferni depaſcet ⁊ comedet eos: ⁊ erūt cibus diaboli ⁊ eſca draconū et ppl'is nigris ethiopū inferni. Et iſta eſt prima pena eorū inquātū ſunt eſca ignis ⁊ diaboli. Secūda eſt pena vermis ⁊ doloris cordis qui vermis nunq̄ morieẗ: ⁊ etiam q2 iuſti ⁊ ſancti quos ipſi oppreſſerūt ⁊ deuorarunt in hac vita dn̄abunt̃ ⁊ iudicabūt eos cū Chriſto in matutino iudicio: qd̄ fiet poſt noctē huiꝰ vite. ¶ Unde dies iudicij dicit̃ dies mala ⁊ amara valde pctōribꝰ dānatis. Sed dicit̃ matutinū ⁊ dies clara ⁊ mane in qua reſurgēt oēs iuſti ⁊ claritatē glorie poſt tenebras et pſecutiōes huiꝰ vite recipient. Dicit̃ etiā matutinū: q2 oia q̄ in hac tenebroſa nocte fuerūt occulta: tūc erūt oībꝰ manifeſta. Pariter lex euāgelica dicit̃ matutinū reſpectu le. ve. q2 oia ſacramēta q̄ ibi fuerūt occulta fuerūt ꝑ Chriſtuꝫ patefacta. Et ſic reſurrectio Chriſti fuit matutinuꝫ ⁊ aurora huiꝰ diei gr̄e. Scd̄m vero matutinū erit in die iudicij: ⁊ tūc auxiliū ⁊ multitudo diuitiarū eorū i q̄bꝰ cōfidebāt/ veteraſcet ⁊ euaneſcet a gl'ia eorū: ⁊ fruſtrabit̃: ſicut qn̄ pānus veteraſcit nō pōt reſiſtere frigori nec eſt alicuiꝰ p̄tij. quaſi dicat: ꝙ diuitie ſue nō poterūt ſibi auxiliū p̄ſtare: nec liberare: q2 deficiet gl'ia eiꝰ: ⁊ dū fuerint in inferno fruſtra expectabūt auxiliū: q2 ibi nulla eſt redēptio. Et notanter dicit̃: iuſti dn̄abunt̃ eorū in matutino: q2 iſti erunt in matutino gl'ie: ſed dānati in tenebris ⁊ die malo penarū. Et tūc iuſti exiſtentes in matutino glorie ſtabūt in magna cōſtātia aduerſꝰ eos q̄ ſe. ſ. ipſos anguſtiauerunt ⁊ oppꝛeſſerū in hac vita accuſantes eos ante iudicē xp̄m. Et tūc illi diuites impij q̄ abſtulerūt labores ⁊ bona illorū vidētes iuſtos in tāto honore cū Chriſto turbabunt̃ timore horribili penitētiā ifructuoſaꝫ agētes ⁊ dicētes intra ſe. Hi ſunt quos aliqn̄ habuimꝰ in deriſum. Ecce qn̄o computati ſunt iter filios dei: ⁊ inter ſanctos ſors illoꝝ eſt. Quā hereditatē nos poteramꝰ obtinere. Sapiētie. v. Et iſte vermis penitudinis ⁊ doloris cōſciētie ⁊ inuidie depaſcet eos: ⁊ ſic mors depaſcet eos. ſ. ignis ⁊ vermis.

D Dies iudicij dicit̃ dies mala.

**Ueruntamen deus redimet animam meaꝫ de manu inferi cum acceperit me.**

ij. q̄ō. iiij. me nanu ij. q. iij. dignū

¶ Hic explicat premium bonorū ⁊ iuſtorū: qd̄ nil aliud erit niſi aſſumi in ſocietatē Chriſti ⁊ regnare cū eo. Ideo ait cetꝰ iuſtorū. Uerūtamē dū illi iniuſti reponēt̃ ⁊ mittēt̃ i infernū ſicut oues/ ⁊ auxiliū eoꝝ veteraſcet et fruſtrabit̃: ⁊ patiēt̃ penā ignis ⁊

vermis: tūc dn̄s Jeſus Chriſtus ꝓ cuiꝰ amore ego
paſſus ſum ⁊ cū patiētia ſuſtinui opprobria et dā-
na in mūdo: redimet aīam meā: ⁊ liberabit de ma-
nu ⁊ ptāte inferi cum acceperit me. q̄ſi dicat: poſtꝙ̄
nec multitudo diuitiarū ⁊ ꝓprie vires nec frater
poterit redimere hriem in hora mortis aut in die
iudicij: ideo ego expecto ꝑ fidē ꝙ dn̄s Chriſtꝰ redi
met aīam meā ꝑ paſſionē ſuā ⁊ ſacr̄m penitētie: et
aſſumet me ad ſuū regnū dicēs. Uenite benedicti
patris mei ꝑcipite regnū: cuiꝰ regni tāta erit glīa
ꝙ nec auris audiuit / nec oculus vidit: nec ī cor ho-
minis aſcēdit. quaſi dicat: nil aliud pōt redimere
hoiem in hac vita niſi penitentia. Nā homo pecca-
tor non ſe pōt redimere in morte ꝑ vires ſuas: nec
ꝑ multitudinē diuitiar̄: niſi ꝑ ſolā pn̄iam. Un̄ no-
tanter dicit / Redimet aīam: eo ꝙ ſupra dixit: ſtultꝰ
⁊ inſipiēs ſimul peribūt. i. in corpe ⁊ aīa. Ideo iſte
fidelis ait. Uerūtamē ego nō curo ꝙ corpus moria-
tur / ſed expecto ꝙ deꝰ redimet aīam meā de manu
inferi per pn̄iam: ⁊ ſic nō cōfido in multitudinē di
uitiarum: ſed in ſolo deo, ⁊ ſacramento penitētie:
⁊ ſic ſecurus ibo ad mortem ⁊ iudicium.

xij. q. d. nc. ij. c. glīa. **Ne timueris cum diues factus fuerit ho-**
**mo: ⁊ cum multiplicata fuerit gloria domꝰ**
**eius.**

¶ Hic cōſolatᷣ ⁊ exhortatᷣ iuſtos ad patientiam di
cens. O vir iuſte ſi tāta pena erit pena maloꝝ ⁊ tā
tā gloria dabitᷣ iuſtis in iudicio poſt hāc vitā: ergo
ne timueris cū diues factus fuerit homo: ⁊ ne de-
ſperes licet opprimat te in hac vita: et ne diffidas
cum multiplicata fuerit gloria domus eius in co-
pia diuitiarum ⁊ prolis ⁊ dignitatum: ⁊ diripiat bo
na tua. Nam parum durabit gloria ſua.

Job xxvij. d. xiiij. q. iiij. q̄d dicas. **Quoniam cum interierit nō ſumet omnia:**
**neqꝫ deſcendet cum eo gloria eius.**
**Quia anima eius in vita ipſius benedice-**
**tur: confitebitur tibi cum benefeceris ei.**

¶ Cū interierit nō ſumet ſecū nec portabit oīa bo
na: nec glīa domus eius deſcēdet cū eo ad infernū:
q2 oīa relinquet ī hoc mūdo. Et ideo nō deſideres
glīā eiꝰ: q2 tm̄ durabit ī hac vita ⁊ glīa eiꝰ ⁊ fama
⁊ tm̄ ī ſua vita benedicetᷣ ⁊ laudabitᷣ ab adulatori-
bus: ⁊ intm̄ te diliget ⁊ confitebitᷣ tibi ⁊ laudabit /
quātū ſibi bn̄feceris: ⁊ adulatus fueris: ⁊ munera
porrexeris. Et dū feceris ei munera tūc tibi ſe eſſe
amicū cōfitebitᷣ ⁊ te laudabit: ⁊ fauorē ꝓmittet: et
tm̄ durabit amicitia quātū eū laudabis ⁊ munera
porriges. Et ꝓptᷣ hoc q2 iſte talis fuit mūdanus et
filius prauoꝝ ⁊ ſecutꝰ eſt prauitatē fratrū ſuoꝝ dū
viueret: ideo ſequetur eos poſt mortem. Et ſic.

xlvj. ci- ſti. om- nes. **Introibit vſqꝫ in progenies patrū ſuorū:**
**⁊ vſqꝫ in eternum non videbit lumen.**

¶ Introibit in progenies patrum ſuorum: quoꝝ
ſcelera imitatus fuit in hac vita: ⁊ ideo cum eis ſi-
mul cruciabitur in inferno: ⁊ nō videbit lumē glo
rie in eternum: immo tenebras exteriores.

ſupra eodē. **Homo cū in honore eſſet non intellexit: cō**
**paratus eſt iumentis inſipientibus ⁊ ſimi-**
**lis factus eſt illis.**

¶ Cōcludit iterū ad maiorē expꝛeſſionē: ꝙ ſicut pri
mus hō cū eſſet in honore non intellexit: ita q̄libet
mūdanꝰ hō cū eſſet in hoc honore ⁊ opportunita-
te faciēdi bonū nō intellexit nec cōſiderauit bn̄fi-
cia ſibi collata: nec ꝓuidit ꝓ vita futura dū pote-
rat ⁊ erat in tpe merēdi ⁊ pn̄iam agēdi: ⁊ nō fecit:
ideo cōparatꝰ eſt iumētis ſicut dictū eſt ſupra. Ex
quibꝰ ptꝫ: ꝙ tota intētio Dauid in hoc pſal. eſt ex-
hortari ⁊ inducere oēs ad declinādū a malo ⁊ agē-
dū bonū ⁊ ad agendā pn̄iam in hac vita: ⁊ ne diffe-
rāt pn̄iam vſqꝫ ad mortē incluſiue: ⁊ ne decedāt cū
pctō: q2 poſt mortē nō eſt tp̄s nec locꝰ pn̄ie / ſꝫ iudi-
cij: q2 nullū malū īpunitū nec bonū irremuneratū.
Ad q̄ð ꝓbandū ſumit parabolā ⁊ ꝓpoſitionem ex
pctō ⁊ punitiōe ipſiꝰ Adā primi hoīs: q̄ cū eſſet in
paradiſo cū honore nō intellexit: ⁊ cōparatꝰ eſt iu-
mētis. Et iō vt magis iprimat ⁊ icutiat terrorē in
cordibꝰ nr̄is iterat illud dictū ⁊ punitionē. Adde ſi
cut fit in ꝑconizatiōibꝰ cōminatorijs: vbi dꝛ: geml
nādo ī principio ⁊ fine qn̄ portatᷣ reꝰ ad patibulū: q̄
ſic faciet / ſic punietᷣ. Et ſic Chriſtꝰ cōminās futurū
iudiciū dicit. Uigilate / iterum dico vigilate. ¶ Ex
iſto pſal. ⁊ eiꝰ expoſitiōe recolligūtᷣ. xiij. cōclōnes.
¶ Prima cōclō: ꝙ Dauid cōuocat oēs conditiōes
⁊ ſtatus hoīm ꝑcipue diuites ⁊ potētes ad audien
dā doctrinā huiꝰ pſalmi. ¶ Scđa cōcluſio / ꝙ ī hoc
pſal. intēdit ꝓcedere parabolice arguēdo ⁊ confu-
tando errores hoīm potentū ⁊ diuitū: qui nō timēt
futurū iudiciū putātes ſe nunꝙ̄ morituros. ¶ Ter
tia cōcluſio / ꝙ vnuſquiſqꝫ debet timere futurū iu-
diciū quantūcūqꝫ ſit iuſtus: ⁊ hoc ꝓpter laqueum
cōcupiſcentie latentē in carne. que quidē cōcupi-
ſcētia incitat ad omne pctm̄ / niſi iuuetᷣ homo grā
chriſti. ¶ Quarta concluſio / ꝙ nullus diues debet
nec pōt confidere in multitudine diuitiarū ſuarū:
q2 nō poterunt ipm̄ redimere in die iudicij: q2 ibi
nullū pretiū poterit redimere hoiem: q2 nō erit tē-
pus pn̄ie: ſed ſententie. ¶ Quinta cōcluſio / ꝙ ī die
iudicij homines iuſti ⁊ ſancti nō poterunt redime-
re fratres nec patres mortuos ſine pn̄ia / aut ſine
fide. ¶ Sexta cōcluſio / ꝙ nulla potētia aut virtus
poterit homines liberare a morte corporali: q2 nō
ſolū inſipiētes: ſed etiā ſapientes morientᷣ. ¶ Se-
ptima ꝯclō / ꝙ hec ē dr̄ia inter ſapiētes ⁊ īſipiētes.
Nā ſapiētes moriūtᷣ ſolū quo ad corpus: ſed non
quo ad aīam: q2 viuunt in celo per gloriā: et reſur-
gēt in corpe glorioſo in iudicio: ſed inſipientes ſcꝫ
impenitētes et infidelis ſimul morientᷣ quo ad cor-
pus et animā: q2 non reſurgent in reſurrectionem
vite eterne: ſed in reſurrectionē iudicij ad patiēdū
penas eternas. ¶ Octaua cōcluſio / ꝙ diuites ⁊ po
tētes et etiā philoſophi ⁊ hiſtoriographi / lꝫ voca-
uerint noīa ſua in hoc mūdo per famā: tn̄ fama ſi-
mul cum eis peribit: imo cadauera eorum iacebūt
in paruo ſarcophago in eternū. ¶ Nona concluſio
ꝙ diuitie / et poteſtates: et dignitates / et facundia
potius fuerunt hominibꝰ malis ad ſcādalū in hoc
mūdo q̄ ad vtilitatē et bonū conſequendum: quia
ex malo vſu earum cōſecuti ſunt perpetuam dam
nationem: quia ſicut oues in inferno poſiti ſunt: et
mors depaſcet eos. ¶ Decima concluſio / quod ſi-
cut diuites et potentes comederunt bona paupe-
rum: ita mors eterna depaſcet eos. ¶ Undecima
concluſio / ꝙ pauperes non debent indignari cum
videant malos ꝓſperari et fieri diuites in hac vi-
ta: q2 breuiter morientᷣ ⁊ relinquēt alienis diuitias
ſuas / ⁊ in eternum cruciabuntᷣ in tenebris inferni.



¶ Duodecima cōclō: ꝙ pauperes accuſabunt diui
tes ⁊ potentes apud deū in die iudicij. ¶ Decima-
tertia conclō: ꝙ ſicut Adā cū eſſet poſitus in tāto
Nota de adā honore ⁊ dignitate in paradiſo: ⁊ nō intellexit nec
ſciuit cōſeruare ⁊ cuſtodire ſtatū ſuū cōtennēdo di
uinū ꝑceptū: ideo fuit eiectus a felici loco ⁊ ſtatu
in quo erat: ⁊ expoliatus oibus bonis fuit poſitus
in hac valle lachrymarū ⁊ miſerie: ⁊ cōparatꝰ iumē
tis inſipientibus: q2 factꝰ mortalis ⁊ ignorās ſicut
beſtia: ita quilibet hō potēs ⁊ diues q̄ neſcit cuſto
dire grām ⁊ innocētiām quā recepit in baptiſmo:
aut non agit penitentiam de pctīs dum habet tp̄s:
aut non prouidet pro futura vita adipiſcenda per
eleemoſynas ⁊ opera meritoria: eijcietᷣ ab hoc mū
do nil de bonis tpalibus ſecū portando: ⁊ in die iu
dicij eijcietur a facie domini in ignem eternū. Et
ſic morietur quo ad corpus ⁊ animā ſicut iumentū
⁊ beſtia. Et hoc quo ad mortem ſpiritualem.

pſa. l. ſꝫ. ſcđa ꝯ. xv. q. ſi. vj. ca. ſi a ſacerdotibꝰ **DEus deorum dominus locutus**
**eſt: ⁊ vocauit terram.**

¶ Titulus. Pſalmꝰ Aſaph. Licet q̄dā
hebrei ⁊ catholici dicāt ꝙ Aſaph fecit
hūc pſalmū ⁊ ceteros ſibi ītitulatos:
tn̄ iam in principio dictū eſt ꝙ nulla rōne mouentᷣ
nec habent aliquā auctoritatem ꝑ ſe. Nā Aſaph: ⁊
Eman ⁊ Idithū nō dicuntᷣ prohete nec prophetā-
tes eo ꝙ pſalmos cōficerent: ſed q2 prophetabāt:
id eſt pſalmos cantabant in organis iuxta regē: vt
ptꝫ primi Paralypo. xxv. Prophetare idem eſt q̄ð
prophetias canere ⁊ interpretari: vt ait Apl̄s pri-
ma. corin. ix. Et ideo eſt dicendū ſm̄ Augu. ꝙ Da-
uid fecit hūc pſalmū ⁊ oēs alios: ſed diſtribuit eos
cātādos ⁊ interpretādos ipſis Aſaph: ⁊ Ethan: et
Eman qui fuit de filijs Chore: ⁊ ipſi Idithū: vt ptꝫ
primi Paralipo. xxiij. vbi dicitᷣ ꝙ pſaltes canebāt
in organis que fecerat Dauid ad canendū. Itē. ij.
Paralypo vij. dicitur. In dedicatione domus dn̄i
ſacerdotes ⁊ leuite ſtabant: in officijs ſuis: ⁊ canta
bāt in organis carmina q̄ fecerat Dauid ad laudā
dum dn̄m: qm̄ in ſeculū miſericordia eius. Ex qui-
bus ptꝫ: ꝙ Dauid fecit hunc pſalmū ⁊ dedit ipſum
cātādum filijs Aſaph: eo ꝙ dirigitur toti eccleſie
ſiue cōgregationi hoīm. Aſaph enī interꝑtatᷣ con-
gregatio ſiue collectio. Unde ſicut per filios Cho
re intelligitᷣ myſtice eccleſia cōgregata ex gētilibꝰ
⁊ filijs maloꝝ parentū: ita per Aſaph intelligitur
Diuiſio pſalmi. tota eccleſia ſimpliciter ſecundū noīs interpreta-
tionē. Dauid ḡ fecit hūc pſalmū: ⁊ intitulatur ipſi
Aſaph eo ꝙ loquitur de vlī iudicio ad q̄ð cōgre
gabuntᷣ oēs gētes ⁊ nationes in valle Joſaphat a
ſolis ortu ⁊ occaſu: vt manifeſte ptꝫ in litera. Ideo
dimiſſis diuerſis modis dicēdi: eſt dicendū: quod
Quid ſit iu diciū. poſtꝙ̄ Dauid in pſalmo ꝑcedēti ꝓbauit de neceſ-
ſitate futurū iudiciū: ideo in hoc pſalmo deſcribit
executionē eius futurā per exēplū. Et ſic pſalmus
iſte diuiditᷣ principalr̄ in duas ptes. Nā in prima
deſcribitᷣ iudicij preparatio. In ſcđa iudicij execu-
tio ibi. Audi populus meꝰ. Quantū ad primum eſt
notandum: ꝙ iudiciū eſt actus iudicis. Et ſic po-
teſt eſſe duplex actus ipſius iudicis: quia aut iu-
dicat legē: aut ꝑuaricatores ⁊ obſeruatores legis.
Primū dicitᷣ iudiciū diſcretiōis inquātū iudex in-
terꝑtatᷣ ⁊ declarat difficultates ⁊ enigmata legis: ⁊
diſcernit inter ea quia eiuſdē eſt cōdere legē: et
interpretari: ⁊ diſcernere: ⁊ iudicare ſm̄ legē. Se-
cūdū dicitur iudiciū examinatiōis: inquātū iudex
examinat obſeruatores ⁊ preuaricatores legis: et
punit ſm̄ merita ⁊ demerita. Et ſic tribuit vnicuiqꝫ
q̄ð ſuū eſt. Et iſta tria pertinēt ad eundē primo et
principalr̄: ſcꝫ ponere ſiue cōdere legē: ⁊ interpre-
tari ⁊ examinare. Sic ergo cū Chriſtus fuerit pri-
mus cōditor ⁊ lator legis Moyſi inquātū deꝰ de-
dit illā Moyſi et ſoli pplo Iſrael per angelos: vt
ptꝫ ad Hebreos. j. ideo venit in carnē in primo ad
uentu ad iudicandā ⁊ interpretandā ⁊ diſcernēdā
legem datā Moyſi. Et ſic dedit nobis legē Moyſi Nota
interpretatam ⁊ diſcretā: diſcreuit enī ⁊ ſeparauit q̄uo
paleas a grano ⁊ figuram a figurato: ⁊ vmbrā a ve dedit
ritate ⁊ lumine ⁊ ecōuerſo: quia lex euangelica nil deꝰ le-
aliud eſt niſi lex Moyſi interpretata per Chriſtū gem.
⁊ diſcreta: q2 non venit ſoluere legē ſed adimple-
re: q2 vnū iota nō preteriuit a lege quin interpre-
tatū ⁊ impletū ſit in Chriſto. Et iō ait Aug. lib. de
catechizandis rudibꝰ: ꝙ teſtamētū vetꝰ nil aliud
eſt niſi occultatio noui: ⁊ euāgeliū nil aliud eſt niſi
manifeſtatio ve. teſta. Ideo oportuit vt Chriſtꝰ q̄
occultauerat illā legē in illo paruo pplo: veniret
manifeſte in carnē: ⁊ interpretaretur ⁊ diſcerneret
eā ⁊ ferret ipſam ⁊ ꝓmulgaret declaratā toti mū-
do: poſtꝙ̄ erat rex ⁊ iudex vniuerſalis. Et ſic fecit:
q2 venit ī Judeā ⁊ Hieruſalē: ⁊ declarauit ⁊ impleuit
eā in ſe docēdo ⁊ faciēdo: ⁊ implēdo ⁊ faciendo oia
que de eo ſcripta erant: ⁊ in mōte Sion miſit ſpm̄
in aplos vbi receperūt ſeptē dona ſpūs ſancti ad
legē intelligendā: ⁊ poſtea miſit eos ad predicādū
per vniuerſum mūdū euāgeliū oī creature promit
tētes premiū obſeruatoribꝰ: ⁊ penā preuaricatori
bus: dicēs. Qui crediderit ⁊ baptizatꝰ fuerit ſaluꝰ
erit: Qui vero nō crediderit cōdēnabitᷣ. Et aſcēdens
in celū ex mōte Oliueti ꝓmiſit eis ſe vēturū ad iu
dicādū ꝑuaricatores ⁊ obſeruatores: dicens ꝑ an-
gelos ſuos. Uiri Galilei q̄d admiramini aſpicien-
tes: q2 hic Jeſus ſic. ſ. ī gloria ⁊ ptāte magna ⁊ ma-
ieſtate veniet ad iudicādū totū orbē quēadmodū
vidiſtis eū euntē in celū. Et ideo dicūt ſcti docto-
res: ꝙ ſicut Chriſtꝰ ꝓmulgauit legē euāgelicā pri
mo in Hieruſalē ⁊ in mōte Sion: ⁊ exinde ꝑ totum
orbē ad oēs cōditiones ⁊ nationes ⁊ linguas ⁊ ſta
tus: ita pariter in ſcđo aduentu veniet in Sion et
Hieruſalē. Et ad eundē locū congregabit oēs gen
tes ⁊ natiōes ⁊ ſtatus hoīm: ⁊ ibidē iudicabit pre-
uaricatores legis tribuēs vnicuiqꝫ ſm̄ ea que ta-
xata ſunt in lege. ¶ Sed dicit Augu. ꝙ diuerſimo De ad
de veniet. Chriſtus in ſcđo aduentu: ⁊ in primo. Nā uentu
licet in primo venit ad iudicādam ⁊ dandā legē: tn̄ dupli
venit oculte: id eſt mortalis ⁊ paſſibilis: vt iudi- ci.
caretur a Pylato ⁊ hoibus pro nobis. Sed in ſcđo
aduentu veniet manifeſtꝰ ⁊ cū poteſtate magna et
maieſtate vt iudicet oēs hoies ī valle Joſaphat q̄
eſt inter montē Sion ⁊ montē Oliueti: vbi fuit ca-
ptus ⁊ ligatꝰ. de qua dꝛ Joelis. iij. Cōgregabo oēs
gētes in valle Joſaphat ⁊ diſceptabo cū eis: quaſi
in eodem loco vbi dedit legē. Unde hoc vniuerſale
iudicium predicit Dauid in hoc pſalmo. ¶ Deſcri-
bit ergo Dauid in hac prima pte ⁊ ꝑuiā diſpoſitio
nē ⁊ ꝑparationē ad iudiciū dicēs. Deꝰ deoꝝ. i. iu-
dex iudiciū qui eſt Chriſtus locutꝰ eſt primo ange-
lis ſuis: ⁊ ꝑcepit vt ſonitu tube a quatuor vētis ter
re cōuocarēt oēs mortuos ad iudicium: ad cuiꝰ ſo

niũ diuina virtute omnes mortui ſurrexerunt.

De con ſe. diſ. iij. ca. vlti. **A ſolis ortu vſqꝫ ad occaſum: ex Sion ſpecies decoris eius.**

⸿ Chriſt⁹ vocauit terrã a ſolis ortu vſqꝫ ad occaſum. i. oẽs qui erãt ſepulti in terra ⁊ mortui: ⁊ ponitur preteritũ ꝓ futuro propter certitudinẽ ꝓphetie: ſicut frequenter fit in pſalmis ⁊ ceteris ꝓphetijs: vt ait Chanhi i hoc loco. ⸿ Unde nota quod Chriſt⁹ dicit̃ deus deoꝝ. Primo qꝛ eſt deus per eſſentiã. Scḋo quia eſt primus ⁊ verus iudex. Secũdo apoſtoli ⁊ reges ⁊ oẽs iudices dicuntur dij in ſacra ſcriptura. Primo per participationem. Scḋo quia gerunt vices dei in iudicãdo: qꝛ omnis poteſtas a deo eſt. Et ſic omnes iudices dicunt̃ dij in ſacra ſcriptura: vt ptꝫ Exod. xxij. Si latet fur / dñs domus applicabitur ad deos. i. iudices ⁊ iurabit. Item in eodem / ad deos vtriuſqꝫ cauſa perueniet. Item in eodẽ / dijs non detrahes: principes populi tui non maledices. Etiã Chriſtus dicit̃ deus deorum: id eſt angeloꝝ ⁊ ſanctoꝝ: ⁊ iudex iudicum: id eſt apoſtolorum qui cũ eo iudicabũt duodecim tribus iſrael. Chriſtus ergo deus deorum locutus eſt ⁊ vocauit terram vniuerſam a ſolis ortu vſqꝫ ad occaſum vt veniant ad iudicium: ſicut in pͥo aduentu venit ad dandã legem omni creature. Sed erit differentia. Nam in primo aduentu venit occultus vt iudicaretur ab hominibus: et tacuit ante Pylatum. Sed in ſecundo aduentu

xxxv. diſ. ab exordio. **Deus manifeſte veniet: deus noſter ⁊ non ſilebit.**

⸿ Deus noſter Chriſt⁹ tanꝗ̃ de⁹ manifeſte veniet ad eundem locũ. ſ. ad montẽ Sion vbi primo dedit legẽ: ⁊ nõ apparebit ibi mortalis ⁊ cõtẽptus ⁊ fragilis / ceſus ⁊ ictus ⁊ crucifixus / non habẽs aſpectũ neqꝫ decorẽ ſicut in primo aduẽtu: imo ſpecies decoris ⁊ pulchritudinis eius erit ex Sion: qꝛ ibi apparebit in gloria ⁊ pulchritudine cũ ptãte magna ⁊ maieſtate in nubib⁹ celi ſupra montem Sion et Hieruſalẽ: ⁊ nõ tacebit ſicut tacuit ante principes ſacerdotũ / cũ palmis cederet̃ ⁊ alapa / ⁊ ante Pilatũ cũ iudicaret̃: imo loquetur ⁊ examinabit opera hominũ ⁊ preuaricatores legis. Et non ſilebit ſcelera hominũ: immo manifeſtabit ⁊ fulminabit ſententiam contra malos. Ideo

xxv. diſtin. c. q̃lis. **Ignis in conſpectu eius exardeſcet: et in circuitu eius tempeſtas valida.**

⸿ In conſpectu eius erit ignis ⁊ exardeſcet in terrorem maloꝝ: ⁊ comburet oĩa elementa: ⁊ erit tẽpeſtas valida ⁊ omnia ſigna que predixit Chriſt⁹. Matthei. xxv. ⁊ Luce. xxi. Et

vſ. q. ſ. ſi oĩa xv. queſti. vſ. ſi a ſacerdotib⁹. **Aduocabit celum de ſurſum: et terram diſcernere populum ſuum.**

⸿ Aduocabit celũ. i. oẽs angelos ⁊ ſanctos q̃ ſunt in celo vt ſedeant ſecum ad approbandum ſñiam. Et vocabit etiam terram ⁊ omnes terrenos ⁊ totũ populum ſuum diſcernere: id eſt ad diſcernendum bonos a malis ⁊ oues ab hedis: ⁊ ad iudicandum eos / ⁊ examinandum / ⁊ hos congregabit in voce archangeli a ſummis celoꝝ vſqꝫ ad terminos eorum / que ſunt elemẽta ad que terminantur influẽtie celoꝝ ⁊ aſtrorum.

xcv. di. **Congregate illi ſanctos eius: qui ordinãt teſtamentum eius ſuper ſacrificia.**

⸿ Iſta ſunt verba ꝓphete. Unde nota ꝙ Chriſt⁹ tribus modis locut⁹ eſt mũdo. Primo locut⁹ eſt ꝑ patriarchas ⁊ ꝓphetas ꝓdicẽdo aduentũ ſuũ in carnẽ / ⁊ oĩa myſteria euãgelica / Scḋo locut⁹ eſt ꝑ os ſuum ⁊ ꝑ ſeipſum in carne / verificãdo legẽ ⁊ ꝓphetas per legẽ euãgelicã. Tertio locut⁹ eſt per apl'os ⁊ doctores qui predicarũt euãgelium toti mũdo. vnde ſicut ꝑ patriarchas ⁊ ꝓphetas ordinauit teſta. vetus. Ita ꝑ apl'os ⁊ doctores ordinauit te. no. ⸿ Ideo in iudicio patriache ⁊ ꝓphete vete. teſt. quib⁹ data fuit lex: ⁊ ꝑ quos Chriſtus locut⁹ eſt in vete teſt. ⁊ oẽs apoſtoli q̃ predicarũt legẽ euãgelicã in no. teſt. appellabunt̃ ⁊ cõgregabunt̃ cũ Chriſto: vt ſint teſtes vtriuſqꝫ teſtamenti / ⁊ coniudices cũ Chriſto: ⁊ ideo dicit cõgregate ⁊c. Quaſi dicat. O vos angeli cõgregate illi. ſ. Chriſto oẽs ſanctos eius. ſ. Moyſen ⁊ Aaron ⁊ dauid ⁊ ceteros qui ordinarũt teſtm̃ eius vetus: ⁊ apl'os ⁊ doctores qui ordinarunt ⁊ interpretati ſunt ⁊ declarauerũt teſtamentũ nouũ ſuper ſacrificia ⁊ eccleſiaſtica ſacramẽta: vt aſſiſtant Chriſto iudici / ⁊ ſint teſtes ⁊ approbẽt eius ſñiam. Litera vero Hiero. habet / congregate mihi ſctõs meos q̃ diſpoſuerũt pactũ meũ ſuper ſacrificia: qḋ in eãdẽ incidit ſñiam. Nã Chriſtus ꝓcipiet ⁊ iubebit ꝯgregari oẽs patriarchas ⁊ ꝓphetas vete. teſta. qui vixerũt in le. ve. ⁊ ſaluati ſunt ſub fide ⁊ ſpe Chriſti futuri: ⁊ oẽs apl'os ſanctos no. te. qui viderunt ⁊ receperũt Chriſtũ: ⁊ predicarũt legem eius: ⁊ iſti omnes erunt teſtes ⁊ iudices iudicantes duodecim tribus Iſrael.

**Et annunciabunt celi iuſtitiam eius: quoniam deus iudex eſt.**

⸿ Tunc celi materiales ⁊ ſol ⁊ luna ⁊ ſtelle annunciabũt per ſigna qñ Chriſtus eſt deus dominus eorũ: ⁊ iuſtus iudex oĩm: qm̃ ipſi celi ⁊ elemẽta parebunt manifeſte / ⁊ annunciabũt ipſum eſſe deũ: ⁊ nõ ſolũ celi materiales: ſed etiã celi ſpirituales. ſ. angeli ⁊ apl'i ⁊ oẽs ſcti annũciabũt in illa die: qm̃ Chriſtus eſt de⁹ ⁊ iuſtus iudex: qꝛ tam patres vete. teſt. ꝙ noui prebebũt teſtimoniũ de Chriſto in lege ⁊ ꝓphetis ⁊ euãgelio: ⁊ approbabũt ſñiam iudicis. Nã Moyſes adducet ⁊ oſtẽdet ibi legẽ quã in mõte Sinai accepit ⁊ illi populo dedit. Et Dauid oſtendet ibi omnes pſalmos quos de chriſto ſcripſit / ⁊ ꝓphete oẽs ꝓphetias: ⁊ apl'i ⁊ euangeliſte oĩa euãgelia / ⁊ Paulus oẽs epiſtolas: ⁊ Augu. ⁊ Hierony. ⁊ ceteri doctores oĩa opera q̃ de Chriſto ⁊ eius eccleſia ſcripſerũt: ⁊ annũciabũt ⁊ affirmabũt: qm̃ Chriſtus eſt deus ⁊ iudex omnium / habens poteſtatẽ vniuerſalẽ in celo ⁊ in terra. Et ſic iudicabunt et cõdemnabũt filios Iſrael carnales qui Chriſtũ nõ receperũt: ⁊ approbabũt. xij. tribus et filios Iſrael ſpũales. q̃ per. xij. apoſtolos a Chriſto ſunt regenerati / q̃ eſt tota eccleſia.

**Audi populus meus ⁊ loquar Iſrael: ⁊ teſtificabor tibi: deus deus tuus ego ſum.**

⸿ Hec eſt ſcḋa pars principalis in qua ꝓmiſſa diſpoſitione ⁊ preparatione iudicij deſcribit ordinem diſcuſſionis ⁊ executiõis eiuſdem. Ad cuius intelligentiam eſt aduentendum ꝙ ſicut in primo iudicio ꝑmi aduent⁹ Chriſti fuit examinata ⁊ diſcreta ⁊ interꝑtata lex: ita in vltio aduẽtu Chriſt⁹ examinabit ꝓuaricatores ⁊ obſeruatores legis vt vniciuiqꝫ tribuat̃ ſm̃ opa ſua ⁊ merita vel demerita / et premia vel penas in lege taxatas. ⸿ Sꝫ qꝛ in tota lege nil aliud iubet̃ niſi charitas ſiue dilectio dei et proximi: qꝛ in his duobus mãdatis vniuerſa lex pendet ⁊ ꝓphete. vt patet Matt. xxij. ideo tota lex eſt de cultu diuino que pertinet ad dilectionẽ dei: vel de preceptis moralibus que pertinent ad dilectionẽ ꝓximi. Et ideo circa diuinũ cultũ aut cõuerſationẽ proximi ꝯtingit obſeruantia aut ꝓuaricatio. Sed qꝛ dilectio dei ſiue cultus diuinus ꝓcedit dilectionẽ ⁊ cõuerſationẽ proximi: ideo Chriſt⁹ in iudicio prius examinabit de diuino cultu: ꝗ̃ de cõuerſatione ꝓximi. Duo ergo facit ĩ hac ſcḋa parte. Nã primo deſcribit examinationẽ iudicis circa diuinũ cultũ. Scḋo de preceptis que ꝑtinent ad dilectionẽ proximi. ibi. Peccatori autem dixit deus. ⸿ Quantũ ad primũ eſt aduertendũ ꝙ ꝓpheta introducit dñm loquentẽ in hoc pſalmo / ⁊ loquit̃ in lege ve. auiſando populũ Iſrael / ⁊ ex cõſequenti oẽs homines mundi quomodo ipſe eſt venturus ad iudicium in humanitate iam induta / preſupponẽdo primũ aduentũ in carnẽ. Et precedit ⁊ auiſat de q̃bus debet querere ⁊ examinare in iudicio generali. Et dicit ꝙ de duob⁹. ſ. de dilectione dei ⁊ proximi id eſt / quõ ſe habuerũt homines in cultu diuino erga deũ: ⁊ quõ erga proximũ. Et hunc ordinẽ tenuit Chriſtus: Mat. xxv. qꝛ auiſat apoſtolos de q̃bus eſt interrogaturus in iudicio cum venerit in nouiſſimo die. et dicit Chriſtus: ꝙ primo examinabit ⁊ interrogabit de his q̃ ꝑtinent ad deuꝫ / ⁊ quomodo ſe habuerũt hoĩes erga deum. ⁊ ponit parabolam de quinqꝫ talẽtis ⁊ de decẽ virginibus ⁊ lampadibus. Scḋo dicit ꝙ interrogabit quomõ ſe habuerũt erga proximũ. Et petit de operibus miſericordie vt patet in eodẽ cap. Idem ergo ordo ſeruat̃ in hoc pſalmo. Dicit ergo de⁹: O popule meus attende et ſis cautus qꝛ ego veniã ad iudicium in forma humana. Ex quo patet ꝙ ego ero ille qui iã in primo aduentu veni in carnẽ tanꝗ̃ meſſias ⁊ in lege promiſſus. Quaſi dicat: ꝙ ante iudiciũ iam ꝓcedet aduentus primus in carne. Et ibi in iudicio loquar tibi in forma humana in primo aduentu iã aſſumpta: ⁊ teſtificabor tibi per patriarchas ⁊ prophetas ⁊ apoſtolos ⁊ martyres / quos ibi cõgregabo / qualiter ego deus ſum deus tuus. i. ꝑ illos aſſiſtentes ꝓbando qualiter ego ſum deus tuus. queꝫ tu in primo aduentu negaſti / eo ꝙ venerã in carne mortali. quaſi dicat / ꝙ tũc cognoſces ⁊ nõ poteris negare ꝙ ego ſum meſſias de⁹ ⁊ homo. qꝛ licet in primo aduentu ex inuidia ⁊ malitia me negaſti: tamen in ſecundo aduentu non poteris me negare. Nã angeli ⁊ celi ⁊ elementa ⁊ patriarche ⁊ ꝓphete ⁊ apoſtoli ⁊ oẽs ſancti hoc teſtificabunt̃. et hoc etiã apparebit in mea maieſtate.

**Non in ſacrificijs tuis arguam te: holocauſta autem tua in conſpectu meo ſunt ſemper.**

⸿ Hic predicit deus ⁊ auiſat Iſrael de quibus eſt queſiturus in iudicio. Et oſtendit ꝙ nõ examinabit nec queret rationẽ de ſacrificijs ⁊ holocauſtis vet. le. qm̃ iam erunt oblita ⁊ reuocata ⁊ ꝓhibita in primo aduentu. Ideo ait. Audi Iſrael qꝛ in illo iudicio nõ arguam te in ſacrificijs tuis vt. le. Nec queram a te rationẽ de eis / qꝛ iam erunt ꝓhibita in primo aduẽtu: ⁊ holocauſta tua nõ ſunt ſemper: nec erunt accepta ſemꝑ in cõſpetu meo: nec erunt mihi ſemꝑ grata. Ideo prohibentur iam in primo aduentu Et nota ꝙ iſta ſcḋa clauſula hui⁹ verſus ſcilicet holocauſta / etiã ſubordinat̃ ſub illa negatione nõ. quaſi dicat: nõ arguã te in tuis ſacrificijs nec tua holocauſta erunt nec ſunt ſemper accepta in conſpectu meo. Ideo ſequitur. iij. q. ḋ. vij. in grauibus.

**Non accipiam de domo tua vitulos: neqꝫ de gregibus tuis hircos.**

⸿ Non accipiam amplius poſt primuꝫ aduentum vitulos de domo tua. ſ. ſynagoga in ſacrificium: qꝛ iaꝫ erit reprobata ſynagoga ⁊ mortua: neqꝫ de gregibus tuis accipiaꝫ hircos le. ve. quoniã omnia ſacrificia illa ⁊ cerimonialia ceſſabũt ⁊ moriẽtur in primo aduentu: quoniam figure eorum implebuntur in Chriſto: ⁊ ibi finient curſum ſuum omnia legalia in primo aduentu.

lx. di. c. naſci. **Quoniam mee ſunt omnes fere ſyluarum: iumenta in montibus ⁊ boues.**

⸿ Hic reddit rationẽ quare ſacrificia legalia erãt abolenda / ⁊ nõ erant perpetua. ⸿ Ad cuius intelligentiam eſt notandum ꝙ ſacrificia legalia vltra hoc ꝙ erant data in figuram Chriſti et per conſequens debuerunt ceſſare poſtꝗ̃ in eo impleuerũt officium ⁊ curſum ſuum / tamen adhuc duabus rationibus erant abolenda per aduentum meſſie / in quo lex et omnia debebãt ſumere virtutẽ ⁊ perfectionem. Primo qꝛ illa ſacrificia animaliuꝫ brutorum erant de ſe imperfecta / ⁊ nõ bona niſi ex bonitate ⁊ deuotione offerentis. Et ſic erãt inſufficientia ad reconciliãdum homines cum deo: nec de ſe erant deo accepta niſi ex fide offerentis / credentis in Chriſtum futurum. Et ſic de ſe erant parui valoris ⁊ immũda. Scḋo qꝛ erant aliena ſiue extranea Nã bona tpalia nõ ſunt noſtra nec in nr̃a poteſtate: cum faciliter poſſunt nobis auferri: ⁊ nõ poſſut nos iuſtificare: nec apud deũ ſunt accipiẽda in magno pretio ⁊ valore: cum nõ ſint noſtra: ſed potius iam ſunt ſua. Et ideo erat querendum tale ſacrificium ad perfectionem legis in aduentu meſſie. qḋ de ſe erat magni pretij / et per ſe bonum ⁊ gratum ⁊ acceptuꝫ deo melius quocumqꝫ offerente: vt ſuis meritis nos deo poſſet recõciliare. ⁊ hoc eſt ſacramentum euchariſtie in quo offertur Chriſtus mediator dei et hominum. Secundo erat querenduꝫ ſacrificiũ qḋ nõ eſſet extraneũ ſed ꝓprium noſtrũ ⁊ in noſtra poteſtate / quod nos poſſet iuſtificare. Et hec eſt noſtra volũtas fide ⁊ charitate habituata / ⁊ ſpiritus contribulatus ⁊ cor contritum ⁊ humiliatum. hoc ſolum eſt proprium nobis. qꝛ nihil magis in noſtra poteſtate ꝗ̃ voluntas: vt ait Aug. Oĩa autem alia ſunt nobis aliena: qꝛ faciliter poſſunt auferri. Sed bonã voluntateꝫ ⁊ bonũ affectũ nunꝗ̃ imperatores ⁊ tyranni nec ꝑſecutiones ⁊ dira tormenta potuerunt auferre ſanctis apoſtolis nec beato Laurẽtio nec Uincẽtio nec Agneti nec Cecilie nec ceteris martyribus. Ex quibus patet ꝙ ſola voluntas cũ virtutibus theologicis ⁊ moralibus ſunt noſtra bona propria. Ideo dicit Aug. in ſermone de martyrib⁹. ꝙ de hoc cellario bone voluntatis precipimur eleemoſynas et ſacrificia

Sacrificia legalia abolẽda.

Que ſunt noſtra bona propria.

facere/eo ꝙ ſunt in noſtra ptãte. Nã lз quis dicat nõ poſſuз ieiunare/nec ex pauptate diuitias pauperibꝰ erogare/tñ nõ põt dicere nõ poſſum deũ et ꝓximũ amare: eo ꝙ voluntas eſt ſola in noſtra poteſtate. Hec eſt ergo cauſa quare ſacrificia legalia erãt abolẽda: q2 erãt aliena/ ⁊ alia ꝓpria ſubſtituẽda. Dicit ergo Chriſtꝰ. nõ accipiã poſt aduentũ de domo tua ⁊ ſynagoga tua vitulos/nec de gregibꝰ tuis hircos in ſacrificiũ. qm̃ talia aĩalia nõ ſunt veſtra: ſed mea: nec ſunt in vr̃a ptãte ſз in mea: ⁊ etiã in poteſtate alioꝝ. q2 poſſunt a vobis auferri. qm̃ oẽs fere ſyluaꝝ ſunt mee ⁊ nõ vr̃e: ⁊ boues ⁊ iumẽta q̃ paſcũtur in mõtibus/ que ſacrificabatis ⁊ immolabatis in lege veteri/mea ſunt nõ veſtra.

vſ. q. j. cap. ſi omnia

**Cognoui oĩa volatilia celi: ⁊ pulchritudo agri mecum eſt.**

ℭ Ego noui oĩa volatilia celi eſſe mea ⁊ nõ veſtra: et oẽs fruges et fructus terre et tota pulchritudo agri mecũ eſt: ⁊ mea ſunt omnia iſta ⁊ non veſtra: et non ſunt in magno pretio acceptãda in veſtris ſacrificijs ⁊ oblationibus. Item iſta non offerũtur nec offerebãtur ad cibum nec vtilitatem mei / ſed veſtri: q2 poſt oblationem voſmet comedebatis ſupradicta ſacrificia et oblationes: quia ego non comedo tales cibos.

di. lvj. ca. naſci.

**Si eſuriero non dicam tibi: meus eſt em̃ orbis terre ⁊ plenitudo eius.**

ℭ Si ego eſuriero. i. eſurireз tales cibos corporales non dicerem tibi ꝙ dares mihi: q2 egomet acciperem: q2 meus eſt totus orbis terre et plenitudo eius/et omnia que in eo continentur: ſcilicet plãte et animalia et omnia ex quibus ſacrificatis et offertis. Alius eſt ergo cibꝰ quẽ ego eſurio: ⁊ aliud ſacrificium quod ego peto et quero.

**Nunquid manducabo carnes taurorum: aut ſanguinem hircorum potabo?**

ℭ Nunquid manducabo. i. cõſueui mãducare carnes taurorum quas offertis/ aut ſanguinẽ hircorum quem libatis/potabo? quaſi dicat non. Nam alius eſt meus cibus ⁊ alius meus potus/ ⁊ aliud eſt ſacrificiũ quod quero/ ⁊ alie oblationes: q2 nõ quero ſacrificium niſi laudis. ſ. ſacrificium euchariſtie/et cor contritum ⁊ humiliatum.

extra de voto. ca. pe.

**Immola deo ſacrificium laudis: ⁊ redde altiſſimo vota tua.**

ℭ Hic explicat qδ eſt ſacrificium quod deus petit et inſtituit in lege noua/ ⁊ quas oblatiões querit. Unde q2 dictum eſt ſupra ꝙ Chriſtus qui venerat ad interpretãdã legem et declarãdam et perficiendã et patefaciẽdã veritatem et gratiã in lege promiſſam/debebat inſtituere verum ſacrificium per illa legalia figuratum: quod de ſe eſſet bonum et perfectum/et tãtis meritis plenum vt per ſe eſſet deo gratum ⁊ acceptum. ⁊ per cõſequens ſufficiẽs ad reconciliãdum nos cum deo. Sequitur ꝙ tale ſacrificium nõ põt eſſe niſi homo Ieſus Chriſtus: qui ſcðm humanitatem tenet mediũ inter hominẽ ⁊ deum. q2 minor patre ⁊ melior oĩbus hoĩbus. Et ideo hoc ſacrificiũ oblatũ eſt primo in cruce vt ait apl's ad He. v. ⁊. ix. ⁊ ad Ro. iij. in redẽptionem omnium preteritorũ ⁊ futurorum: ⁊ ille ſanguis oblatus eſt in preciũ omniũ noſtrũ: quo ſanguine non ſolum ſumus nos ab omni debito redẽpti/ſed etiã eſt celũ nobis emptũ. ⁊ hic eſt cibus et ſanguis in quo deꝰ pater delectat̃. Et hoc eſt ſacrificium per agnũ veſpertinũ ⁊ matutinũ in lege figuratum: et per oĩa alia animalia q̃ ibi offerebant̃. Et hoc eſt ſacrificiũ a Chriſto in euchariſtia inſtitutũ: qδ deꝰ hic ſibi petit immolari. Dicit̃ enĩ ſacrificiũ laudis nõ ſolũ ꝙ cũ laudibus offerat̃: ſed q2 de ſe eſt bonũ ⁊ laudabile ⁊ gratum deo ⁊ acceptabile. Ideo ait: Immola deo ſacrificiũ laudis. i. ſacrificiuз euchariſtie deo gratũ ⁊ de ſe acceptabile ⁊ laudabile ⁊ bonũ de opere operato. Sed q2 offerẽdo hoc ſacrificiũ nõ offerimus aliquid de noſtro niſi inquantum Chriſtus eſt caput noſtrũ/ideo oportet vt aliquid de noſtro ſimul cuз hoc ſacrificio offeramus: ſed nihil eſt noſtrũ niſi bona volũtas/ ⁊ ſpiritꝰ cõtribulatus ⁊ cor cõtritũ ⁊ humiliatũ/vt dictuз eſt: ideo oportet ꝙ hoc ſacrificiuз laudis offerat̃ cum corde puro ⁊ humiliato ⁊ cõtrito ꝑ penitetiã cum fide informata charitate de corde bono ⁊ cõſciẽtia pura. ⁊ ideo ſubdit: Et redde altiſſimo vota tua: id eſt fidẽ de corde bono ⁊ cõſciẽtia pura/ quã deo in baptiſmo ꝓmiſiſti / ⁊ vouiſti: ⁊ obſeruãtiã legis quã ſeruare ꝓmiſiſti cũ obedientia. Nã in baptiſmo tu ꝓmiſiſti renũciare diabolo ⁊ pompis eius et ſeruare legem euãgelicã ſiue legeз dei cum fide ſpe ⁊ charitate. Hec ergo ſunt vota que deo ꝓmiſiſti/ ⁊ que deo reddere teneris. Et hoc eſt ſacrificiũ qδ offerre teneris: q2 eſt in tua poteſtate. Litera Hieronymi ſcðз hebraicũ habet Sacrifica deo cõfeſſionẽ: ⁊ redde altiſſimo vota/tua/qδ idem eſt: ⁊ magis explicat myſteriũ. ℭ Nã triplex eſt cõfeſſio vt ſepe dictũ eſt. ſ. cõfeſſio fidei/ cõfeſſio laudis: ſiue beneficiorũ: ⁊ cõfeſſio peccatorũ. Prima ꝯfeſſio ſ. fidei cõtinet in ſe totã legẽ dei ⁊ obſeruãtiã legis ⁊ ꝑ cõſequẽs ſacramentũ euchariſtie ⁊ oblationeз eius. Et cõfeſſio laudis preſupponit cõfeſſionẽ fidei: q2 intãtuз laudamus deũ memorãdo eius beneficia inquãtũ ipm credimus eſſe oĩpotẽtẽ ⁊ creatorẽ ⁊ redẽptorẽ ⁊ glorificatorẽ/ſicut i lege memoratur. Itẽ cõfeſſio peccatorũ preſupponit etiã confeſſionẽ fidei. Nã intãtũ corde cõtrito ⁊ humiliato cõfitemur peccata noſtra/inquãtũ ꝑ merita paſſionis Chriſti ⁊ virtute ſacramẽti penitẽtie veniam credimꝰ cõſeq̃ ex dei miſericordia/ſicut in lege ꝓmittit̃ nobis. Unde nota ꝙ iſta triplex cõfeſſio pficit totũ hominẽ: nã cõfeſſio fidei iuſtificat: ⁊ cõfeſſio laudis. ſ. gratiarũ actio ſatiſfacit pro beneficijs receptis/quãtũ in nobis eſt: cõfeſſio autẽ penitentialis peccatorũ purificat hominẽ. Ex quo patet ꝙ iſta triplex cõfeſſio iuſtificat totuз hominẽ. ⁊ ideo hanc querit deus ab homine. Et ſic cõfeſſio cõprehẽdit in ſe totã legẽ ⁊ oĩa ſacramẽta. Hoc eſt ergo ſacrificiũ laudis ⁊ cõfeſſiõis/ ⁊ vota deo reddẽda. Et eſt etiã aduertendũ ꝙ ꝑ ſacrificiũ ⁊ hoſtiã laudis intelligit̃ qδlibet opus virtuoſuз ⁊ meritoriũ in lege noua. Et quelibet oratio vt ait apoſtolꝰ ad Heb. xiij. Per ipm Chriſtũ offeramꝰ ergo hoſtiam laudis ſemꝑ deo. i. fructũ labiorũ cõfitentiũ nomini eius. beneficẽtie autẽ ⁊ cõmunionis nolite obliuiſci. Talibꝰ enĩ hoſtijs ꝓmeret̃ deus: ⁊ hoc eſt ſacrificiũ qδ inclinat deum ad miſericordiã ⁊ ad largiendũ veniã peccatoribꝰ ⁊ ad iuſtificãdũ hoiem: in quo ſacrificio deus magis honorat̃ ⁊ delectat̃. Ideo ſequit̃. Inuoca me in die tribulatiõis. id eſt ſi tu



ſi tu obtuleris mihi tale ſacrificiũ euchariſtie ⁊ fidem ⁊ cõfeſſionem de corde bono ⁊ cõſciẽtia pura/tũc inclinabis me ad miſericordiam.

**Et inuoca me in die tribulationis: eruam te ⁊ honorificabis me.**

ℭ Inuoca me in die tribulationis: ⁊ eruã te in virtute talis ſacrificij/ ⁊ honorificabis me. i. ad maiorẽ honorẽ reputabo/ ⁊ cũ maiori honore accipiã hoc ſacrificiũ/ ⁊ magis inclinabor ad miam ꝙ ꝑ ſacrificia vete. le. ꝓpter rõnes iam dictas. Ex oĩbus his ptз ꝙ ꝓpheta intẽdit hic demõſtrare ꝙ deꝰ in iudicio vniuerſali nõ petet rõnẽ de ſacrificijs ve. le. ſed de alio nouo ſacrificio laudis. Ex quo ptз ꝙ iã tunc per magnũ tp̃s retro erunt abdicata ⁊ prohibita ſacrificia ve. le. ⁊ aliud ſacrificiũ ſubſtitutum nobiliꝰ ⁊ perfectius. Et ſic ptз etiã ꝙ lex Moyſi ⁊ ſacrificiuз ve. le. nõ erãt ſemꝑ duratura: ſз debebãt durare aliqñ cũ de ſe eſſent imperfecta. Cauſa q̃re ſacrificiũ Chriſti in cruce fuit tm̃ acceptũ deo iam eſt aſſignata pſalmo. xxxviij: q2 ꝓpter puritatem ⁊ humilitatẽ ⁊ obediẽtiaз. hic aũt ⁊ in pſalmo ſequẽti aſſignat cauſam quare hoc ſ. ideз ſacrificiũ quotidie placet prĩ oblatũ in altari. verũtñ eadeз cauſa ⁊ rõne: qua fuit tũc in cruce acceptũ/ eſt etiã nunc patri acceptũ in altari. q2 ꝓpter obediẽtiã ⁊ puritatem ⁊ charitatẽ ⁊ pretiũ. quia deus ⁊ homo.

**Peccatori autẽ dixit deus: quare tu enarras iuſtitias meas: ⁊ aſſumis teſtamentum meum per os tuum?**

ℭ Poſtq̃ ſuperius deſcripſit examinationẽ iudicis circa cultũ diuinũ: in hac ſecunda parte deſcribit examinationẽ faciendam circa conuerſionem et dilectionẽ ꝓximi: in qua exprobrat preuaricatores legis/ ⁊ arguit eos de trãſgreſſione diuinorum preceptoꝝ. Unde duo facit. Nã p̄mo cõuincit eos de crimine. Scðo denũciat eis ſententiam ⁊ punitionem. ibi. Exiſtimaſti ꝙ ero. Quantuз ad primuз quia ſuperius dicit ꝙ deus non querit ſacrificia materialia ⁊ exteriora: nec reſpicit ad dicta ſed ad facta: et non querit niſi ſacrificium laudis vel cõfeſſionis de corde bono ⁊ conſcientia pura/quod conſiſtit in obſeruãtia diuine legis. Et quia multi ſunt qui acceperũt ⁊ profeſſi ſunt diuinã legẽ ore: ſed non corde/nec factis: nec obedierunt diuinis preceptis: hos ergo arguet deus. ſ. Chriſtus in iudicio. Unde dicit propheta. Peccatori autem dixit deus/id eſt dicet Chriſtus. quare tu iudee vel Chriſtiane enarras. i. enarraſti / et predicaſti iuſtitias et precepta mea: et aſſumpſiſti teſtamẽtũ: id eſt legem meam per os tuum: quia profeſſus fuiſti eaз ore et predicaſti/et profeſſus fuiſti ore te eſſe Chriſtianum et ſeruare legem dei.

**Tu vero odiſti diſciplinaз: ⁊ proieciſti ſermones meos retrorſum.**

ℭ Totum oppoſitũ feciſti. Nã odiſti diſciplinã nolendo ſeruare precepta/ nec corrigi de vitijs/ nec deſiſtere a peccatis. immo noluiſti audire nec intelligere monitiones vt bene ageres. et proieciſti ſermones meos retrorſum contẽnendo: non ſequẽdo eos: quia ſermones mei ſemper exhortantur ad penitentiã/ ⁊ declinare a malo/ ⁊ facere bonum. Et probo: q2 ꝓieciſti ſermones meos retrorſuз. Nam

**Si videbas furem currebas cum eo: ⁊ cuз adulteris portionem tuã ponebas.** — de pe. diſt. v. fres.

ℭ Si videbas furẽ currebas cũ eo ad furãdũ tanq̃ particeps eius/Ecce auaritia cõtra illud p̄ceptuз Nõ furtũ facies. per qδ prohibet̃ oĩa rapina ⁊ vſura ⁊ ſimonia. Et cũ adulteris portionẽ tuam ponebas. i. cũ adulteris participabas: ꝯ illud p̄ceptuз. Nõ adulterabis. ecce luxuria que nõ eſt ſine gula.

**Os tuum abundauit malitia: ⁊ lingua tua concinnabat dolos.** — xxij. q. i. ij. beatus.

ℭ Os tuum abundauit malitia. ecce ira ⁊ odium: contra illud preceptum. Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Item lingua tua cõcinnabat. i. machinabatur et componebat ⁊ palliabat et colorabat dolos et fraudes ſub зelo boni.

**Sedens aduerſus fratrem tuum loquebaris: ⁊ aduerſus filium matris tue ponebas ſcandalum: hec feciſti et tacui.** — vſ. q. ſ. cap. ex merito

ℭ Sedẽs in domo vl' in porta vel in foro aut theatro loquebaris aduerſus fratrẽ tuuз ex inuidia et ſupbia ⁊ malitia/ ⁊ aduerſus filiũ matris tue. ſ. aduerſũ quẽlibet Chriſtianũ q̃ eſt filiꝰ eccl'ie matris tue/ponebas ſcandalũ actiuũ vel paſſiuũ vt rueret in dãnũ aliqδ. ℭ Unde tripliciter cõtingit vel poteſt vnus alterum ſcandaliзare. Primo decipiendo eũ vt incidat in aliquod dãnum vel errorẽ. Secundo affligendo ipſum vt faciat blaſphemare cõtra deũ. Tertio quãdo quilibet male viuẽdo p̄bet alteri exemplũ male vite: aut facit perdere bonaз opinionem de ipſo quã prius habebat. ⁊ ſic q̄libet talis ponit ſcandalũ aduerſus fratrẽ ſuũ ⁊ proximũ. Hec feciſti. Hic iudex denũciat ⁊ fulminat ſentẽtiã dicẽs. Tu peccator feciſti hec oĩa ſupradicta. Et tacui ꝑ magna tẽpora expectãdo ⁊ inuitãdo te ad penitentiã: ⁊ tu diſtuliſti ⁊ contẽpſiſti penitentiã theſauriзãdo irã iudicis vſq₃ ad diẽ mortis et vindicte. Et ſic mortuus es ſine penitentia.

**Exiſtimaſti inique ꝙ ero tui ſimilis: arguã te ⁊ ſtatuã contra faciem tuam.** — de pe. diſ. ſ. c. medicina. §. pri.

ℭ Exiſtimaſti ꝙ ero tui ſimilis tacẽdo/ ⁊ tuis criminibus conſentiendo/eo ꝙ ilico nõ te puniui: et exiſtimaſti ⁊ putaſti ꝙ ero tui ſimilis iniuſtus non te puniendo. quia ita eſt iniuſtus iudex ſi non punit ſicut reus qui crimẽ cõmiſit. Et ideo iudex negligẽs punire reos ſit iniuſtus ſimilis illis. Iδ dico tibi ꝙ nunc nõ tacebo nec diſſimulabo punitionem: immo ſtatuã ⁊ fulminabo ſn̄iam mortis eterne contra faciẽ et perſonaз vel ante faciem tuã. q2 in preſentia omniũ te ad ignem eternũ deſtinabo: dicens Ite maledicti in ignem eternum.

**Intelligite hec qui obliuiſcimini deuз: ne quãdo rapiat ⁊ nõ ſit qui eripiat.** — de pe. diſ. j. ſi cui. §. porro.

ℭ Hic deꝰ ſiue propheta exhortatur omnes ad declinandũ a malo ⁊ agendum bonũ ⁊ agendum penitentiã exẽplo ſupradicte ſentẽtie vt incutiat terrorem peccatoribus/ ⁊ agant penitentiã ante mortem ne fulminetur eis in iudicio ſupradicta ſentẽtia. Unde dicit. O vos omnes peccatores q̃ obliuiſcimini deum: tranſgrediẽdo eius p̄cepta: ⁊ obliuiſcimini agere penitentiã: ⁊ nõ vultis deſiſtere a malo/intelligite ⁊ attendite ⁊ conſiderate ſenten-

riam que dabit obſtinatis in die iudicij. Ideo agite penitētiā dū tempus eſt/nequando.i.aliquā diabolus rapiat vos in peccato/⁊ non ſit qui eripiat vos de manu ſua.q: in inferno nulla eſt redēptio. Itez intelligite ⁊ vigilate ne diabolus rapiat vos p ſubitaneā mortē abſqꝫ penitētia:⁊ nō ſit ꝗ̄ aplꝰ eripiat:q: poſt mortē nō eſt locꝰ nec tp̄s penitētie nec venie ſed iudicij. Offeratis ꝗ̄ mihi ſacrificium laudis ⁊ cōfeſſionis qḋ liberat a pctō et morte.

xxiiij. q.j. q: ex ſola de pſe. diſt.ij. nihil.

**Sacrificium laudis honorificabit me: et illic iter quo oſtandā illi ſalutare dei.**

¶ Hic cōcludit totū intentū huius pſalmi. Nā in toto hoc pſalmo.intēdit David oſtendere q̄ deꝰ in iudicio nō queret rōnē de ſacrificijs ve.le. que ſolum iuſtificabant exterius:ſed queret rōnē de dilectione dei ⁊ proximi/⁊ de ſacrificio laudis ⁊ confeſſionis:q: iuſtificat aīam a peccato: ⁊ facit eaz meritoriā vite eterne.quod quidē ſacrificiū conſiſtit in obſeruātia diuine legis de corde bono ⁊ conſciētia pura:⁊ includit in ſe ſacramentū penitentie et euchariſtie ⁊ cetera ſacramenta. Ideo ait. Intelligite ꝗ̄ obliuiſcimini deū/⁊ facite penitentiā: ⁊ offerte in vita ſupradictū ſacrificiū ne diabolus rapiat vos per ſubitaneā mortem. Quia hoc ſupradictuz ſacrificiū laudis honorificabit me:id eſt cū magno honore eſt mihi acceptū. Unde hoc ſacrificium euchariſtie eſt iter ⁊ via quo ⁊ per qḋ oſtendam ſalutare dei illi/ſcilicet recipiēti ⁊ offerenti.

No. de ſacro altaris

Quaſi dicat:q̄ hoc ſacrificiū dicit̄ viaticum/q: tm̄ in hac via recipitur,quod ſacramentū ducit in patriā/⁊ eſt ſalubre:quia ſanat lāguores anime: ⁊ reficit:⁊ dat ſalutē ⁊ vitā eternā:⁊ illic iter.i.in eo eſt iter ⁊ via.i.in eo eſt Chriſtꝰ realiter/qui eſt via veritas ⁊ vita. Nā Chriſtꝰ dr̄ via ⁊ ducens nos in patriā per legē euangelicā ⁊ ſacramēta. Dicitur veritas ve.te q: in Chriſto ⁊ euchariſtia eſt veritas ve.te.ſ.agni paſchalis. Dicit̄ ſalutare ⁊ vita:q: confert vitam eternā.que oīa continent̄ in ſacramento euchariſtie. Quaſi dicat:q̄ in ſacrificijs animaliū ve.le.nō erat iter ad ſalutē:niſi ſola figura:nec in eis oſtendebat̄ ſalutare/nec in eis cōtinebatur realiter Chriſtus/ſed ſolū in figura. Sed in euchariſtia eſt verū iter ad gloriā. Et in eo oſtēdit̄ ſalutare dei.q: Chriſtꝰ in eo realiter cōtinetur. Et in eo hoc ſolū.ſ.ſacrificiū honorificat deū patrē. Litera Hieronymi habet ſic.ꝗ̄ immolat cōfeſſionē glorificat me:⁊ qui ordinate ābulat oſtēdaz ei ſalutare dei. Et ſic magis explicat intentū. Quaſi dicat:ille glorificat me qui offert ſacrificiū cōfeſſionis: p qḋ intelligitur euchariſtia ⁊ penitētia ⁊ obſeruātia legis ⁊ deuotio ⁊ fides de corde bono ⁊ conſciētia pura. Ideo ſequitur. Ego oſtendā ſalutare dei ſꝫ gratiam in preſenti/⁊ gloriam in futuro ei qui ambulat ordinate ſine peccato in hac via/⁊ in lege dñi.ſ. qui ordinat ſeipſum nō declinādo ad malū/ſed ſeruando legē diuinam:quia premiū diuine legis eſt vita eterna. Hoc eſt ergo ſacrificiū laudis.ſ.euchariſtie quod p̄cepit Chriſtus offerri in no.te.nō ſecundū ordinē Aarō:ſed ſcḋm ordinem Melchiſedech/vt iquit Aug. cōtra aduerſariū legis ⁊ pphetarū. ¶ Ex ſupradictis in hoc pſalmo ſequunt̄.xij. cōcl'ones. ¶ Pria pclō:q̄ ſicut Chriſtꝰ i pri.aduē. vocauit p apl'os ſuos oēs gentes ad fidē a ſolis ortu vſqꝫ ad occaſum/⁊ cōgregauit in vna eccl'ia:ita

M Nota.

in ſecūdo aduentu p angelos congregabit oēs ad iudiciū. ¶ Scḋa concluſio/q̄ ſicut Chriſtus dedit legē in mōte ſion:ita in eodē loco iudicabit preuaricatores legis. ¶ Tertia concluſio/q̄ duplex erit differentia inter primū ⁊ ſcḋm aduentū. Nā in primo aduētu venit Chriſtus occultus non oſtēdens maieſtatem ſuā vt iudicaretur a Pilato p nobis. In ſcḋo veniet manifeſtus in maieſtate vt iudicet homines. Item in primo aduentu viſus eſt mortalis ⁊ deſpectus:non habens decorem:flagellis ceſus. In ſcḋo videbitur decorus in gloria. ¶ Quarta cōcluſio:q̄ ſicut in primo aduentu celū ⁊ aſtra/⁊ elementa dederūt ſignum ſue natiuitatis/⁊ venti/⁊ mare obedierunt ei:Ita in ſecūdo: quia ignis exardeſcet/⁊ tempeſtas valida erit in circuitu eiꝰ: ⁊ vocabit celū deſurſum. ¶ Quinta cōcluſio/q̄ ſicut in primo cōgregauit ſibi apoſtolos vt eſſent teſtes ſuorū miraculorū:⁊ predicationis/⁊ reſurrectiōis/⁊ aſcēſionis:Ita in ſecūdo eoſdem habebit iudices ad exprobrandū.xij. tribus Iſrael carnales qui credere noluerunt/ ¶ Sexta cōcluſio/q̄ in ſcḋo aduentu oſtēdet cōtra iudeos carnales quomodo iam in primo abdicauerat ſacrificia ve.leg. ⁊ dabit ibi rōnem. Primo q: nō erant perfecta nec de ſe bona de opere operato:ſed tm̄ de opere operante:⁊ de bonitate offerentis:nec erant de pprio ſed de alieno:⁊ quia nō iuſtificabant. ¶ Septima concluſio/q̄ in iudicio oſtēdet q̄ iam in primo aduentu abdicatis legalibus inſtituerat nouū ⁊ perfectum ſacrificiū laudis/ſcꝫ euchariſtiam/⁊ nona vota ⁊ oblationes que eſt bona voluntas/⁊ cōfeſſio de corde bono/⁊ cōſcientia pura. ¶ Octaua cōcluſio/q̄ Chriſtus in iudicio nō arguet hoīes ſi nō abtulerūt ſacrificia legalia/⁊ materiales oblationes:q: tunc iam per magna tempora retro erunt abolita:ſed exprobrabit eos qui non obtulerūt ſacrificium ⁊ vota recte ⁊ bone volūtatis no.teſta.q̄ vere iuſtificant hominē totum:q: triplex eſt cōfeſſio.ſ.fidei/⁊ laudis/⁊ confeſſio peccatorū ꝗ̄ dicitur penitentialis. ¶ Nōa cōcluſio/q̄ Chriſtus in iudicio manifeſte exprobrabit p̄uaricatores diuinorum preceptorum:⁊ contra eos fulminabit ſniam. ¶ Decima cōcluſio q̄ omnes debent eſſe attenti ⁊ debēt vigilare vt agant pniam in hac vita: ne theſaurizent ſibijpſis peccata vſqꝫ ad mortē:ne diabolus rapiat eos morte ſubitanea:⁊ non ſit poſtea qui eos eripiat. ¶ Undecima cōcluſio/q̄ nullum aliud ſacrificium ducit ad vitā eternam niſi ſacrificium laudis ⁊ confeſſionis legis euangelice:q: in hoc honorificatur deꝰ pater/⁊ placatur ad miſericordiam. Et illic.i.in illo ſacrificio eſt iter ⁊ via in qua oſtenditur ſalutare dei:ſcilicet gratia in preſenti:⁊ gloria in futuro:⁊ placatio ⁊ venia peccatorum ⁊ mia in preſenti. ¶ Ex omnibus ſupradictis elicitur duodecima concluſio.ſ.q̄ iudei moderni ſunt decepti qui putant circūciſionem ⁊ cetera legalia eſſe perpetua:⁊ legē Moyſi nūqꝫ ceſſare:q: putant in lege Moyſi iuſtificari ⁊ ſaluari:cum manifeſte dicat hic deus p pphetā/q̄ in iudicio iam iſta erunt abdicata.⁊ deꝰ non q̄ret rōnē de eis/ſed de nouo ſacrificio. ¶ Unū eſt notandū qḋ Chriſto moriēte mortua eſt lex vetus ſimul cū eo:eo q̄ erat finis legis. Sꝫ q: Chriſtꝰ ſolū eſt mortuus quo ad corpꝰ tātū/⁊ nō quo ad aīam/iō lex vetus mortua eſt tātū ꝗ̄ ad corpꝰ.i.quo ad literā ⁊ cerimonialia:

Nota iudeos [illegible]

ſed nō ꝗ̄ ad aīam.i.quo ad veritatem ⁊ ſpūm litere Et iō mortua lege ſurrexit cū xp̄o veritas legis/ꝗ̄ dicit̄ veritas euāgelica.vt ptꝫ Joan.j. Lex p Moyſem data eſt:veritas aūt legis p Chriſtū facta eſt. Nā lex euāgelica nil aliud eſt niſi veritas ⁊ ſpūs ⁊ aīa ⁊ vita legis Moyſi.⁊ iſta veritas ſurrexit cum Chriſto:⁊ in hac veritate cōſiſtit vita nr̄a ſpūalis. Et iō q: litera mortua eſt:iō occidit iudeos ⁊ obſeruatores. Sed ſpūs eius ⁊ aīa/ſcꝫ lex euangelica viuificat aīas nr̄as. Sꝫ oīa iſta magis declarabunt̄ in q̄ſtione finali cōtra Judeos. Uñ nota q̄ Auguſ. adducit literā huius pſalmi cōtra aduerſarium legis et prophetarum: oſtendens ſacrificia legalia ceſſaſſe in aduentu Chriſti:eo q̄ non erāt nec offerebantur gratia ſui:ſed inquantū figurabant Chriſtū Immolandū in verū ⁊ mundū ſacrificium.

de pe. diſt.ij. ꝗ̄ totaz j.lr.a j.lr.ſ.a

**Miſerere mei deus: ſcḋm magnā miſericordiam tuam.**

¶ Huic pſalmo p̄ponit̄ talis titulus Uictori ſiue in finē pſalmꝰ David:cuz venit ad eum Nathan quādo intrauit ad Berſabee. ¶ Ex titulo apparet qḋ David fecit hūc pſalmū perēs remiſſionem pro pctō adulterij cōmiſſi in Berſabee. Ad cuiꝰ intelligentiaz eſt aduertēdū/vt legit̄.ij. Reg.xj.q̄ cū David iā eſſet in magna quiete ⁊ pſperitate/dū miſiſſet Joab cum exercitu ſuo 𝈹 filios Amon/ipſe manſit Hierl'm. Et cū quadā die deambulans in ſolario ſuo videret Berſabee vxorē Urie lauantem ſe ex oppoſito domus ſue/cōcupiuit eā:⁊ fecit ipſam ad ſe adduci ⁊ dormiuit cū ea. Que cū eſſet reducta in domū ſuam renūciauit ipſi David qual'r ex eo cōcepiſſet. Tunc volēs David celare adulteriū miſit ad Joab vt remitteret ſibi Uriā vt dormiret cū vxore recenter grauida:vt ſibi cōceptꝰ fetꝰ poſſet aſcribi. Qui cū reuerſus ad regē renuiſſet deſcēdere in domuz ſuā dormire cū vxore/ſed ilico ſtatuit ad exercituz reuerti:tūc rex David machinatꝰ eſt in mortē eiꝰ:⁊ miſit ad Joab vt poneret eū inter p̄mos in p̄lio:ꝗ̄ ibidē cū multis alijs mortuꝰ eſt. Tūc David introduxit Berſabee p̄gnātē in domū ſuā: ꝗ̄ ibi peperit ſibi filiū. Quod factū diſplicuit corā dn̄o:qui miſit Nathā pphetā ad David:ꝗ̄ manifeſtauit ſibi ſcelꝰ cōmiſſum p parabolā de diuite habente plurimas oues ⁊ boues/⁊ rapuerat vnicā ouē paupis. Tunc David ꝗ̄ quaſi p annū celauerat ⁊ tacuerat crimē: cōfeſſus eſt peccatū ſuū corā Nathā dicēs. Peccaui dn̄o. Cui reſpōdit Nathā. Dn̄s trāſtulit peccatū tuū/ſcꝫ a culpa ⁊ pena eterna in penaz tēporalem. Hic dicūt aliqui q̄ poſtqꝫ Nathan denūciauit ipſi David q̄ nō recederet gladius de domo ſua ieternū:⁊ David cognoſcēs pctm̄/⁊ audiens ſniam dn̄i dixit/peccaui dn̄o: Nathan receſſit a David. Sed David putans q̄ totaliter volebat deꝰ ip̄m delere cū tota domo ſua:⁊ reuocare regnū ad domū ſaul: ⁊ vidēs q̄ totꝰ ppl's blaſphemaſſet cōtra eū/⁊ murmuraret:dicens. Qui rapuit ouē ⁊ occidit paſtorez quō poteſt ipſum deꝰ in regno ſuſtinere:tunc David timēs ſniam dei ⁊ tumultū populi intrauit ſecretū domus ſue:⁊ proſtratꝰ in terra orauit ad dominū vt remitteret ſibi hoc peccatum/⁊ fecit hunc pſalmū. Cuius humilitatē ⁊ penitentiā acceptans deus miſit ei Nathan dicentē. Dn̄s trāſtulit pctm̄ tuū:non morieris.quaſi dicat:dn̄s trāſtulit ſen

Nota q̄ñ David cōcupiuit Berſabee.

tentiam mortis non ſolū eterne:ſed etiā tēporalis in perſecutionē. Sed licet tu nō moriaris nec priueris regno:tamen morietur infans tibi natꝰ:⁊ poſt aliquod tēpus filius tuus Abſalon inſurget cōtra te.⁊c. Et tūc dicūt quidā qḋ David fecit pſal.xxxj. ſ. Beati quorū remiſſe ſunt iniq̄tates:agens gr̄as deo poſtqꝫ per Nathā didicit ſibi culpā eſſe remiſſam:vt videt̄ ſonare pſal.ille. Ex quo ptꝫ qḋ lꝫ iſte pſal. ſit poſterior collocatus in ordine huius libri: tū ipſe fuit prior factꝰ in tp̄e. ¶ Ex ſupradictis patet titulus/⁊ actor/⁊ materia huiꝰ pſal.ſ.q̄ David fecit hūc pſalmū qñ Nathā venit ad eū:⁊ nūciauit ſibi mortē ⁊ ſententiā ⁊ plagā domus ſue:eo qḋ fecit interfici Uriā/⁊ rapuit ſibi Berſabee in vxorē. Sed p hoc qḋ addit̄/in finē ſiue ad victoriā/eſt ſignū qḋ vltra literā de pctō David/iſte pſal. nos dirigit in finē ⁊ in aduentū Chriſti:⁊ eſt intelligēdus de tota eccl'ia Chriſti. Uñ eſt iterū valde aduertēdū q̄ David fecit hūc pſalmū ad triplicē reſpectuz vt ptꝫ in lr̄a. Primo literaliter p ſeipo petēs ſpūalē remiſſionē:prout peccauit in Berſabee 𝈹 deum et Uriā:vt patet in titu.pſal. Scḋo myſtice p toto genere hūano ſiue hoīe myſtico put peccauit i Adā cōtra deū:⁊ petit redimi per Chriſtū ⁊ oīa ſacram.ēta/per hoc qḋ ait in fine: Benigne fac do. in bona volūtate tua ſion. Tertio p quolibet pctōre penitēte ꝗ̄ peccauit in ſe cōtra deū ⁊ p̄ximū/p hoc qḋ ait. Docebo iniquos vias tuas. Ideo eſt neceſſe ad euacuādā ⁊ haurīēdā totā intētionē pphete et intelligētiā huius pſal.qḋ exponat̄ nō de ſolo David/ſed etiā de tota eccl'ia ab Adā vſqꝫ ad iudiciū. et de quolibet pctōre penitētiā agēte. Nā ad ſecūdum ſenſum legit ipſuz eccl'ia publice in officio canonico. Sed ad tertiū ſenſum iponit̄ in penitētiā particularibꝰ penitētibꝰ ⁊ cōfeſſis. Et ſic legūt ipꝫ particulariter laici ⁊ etiā eccl'iaſtici vltra horas canonicas. Et hec eſt cā quare Aug. ⁊ Caſſiodorus ⁊ magiſter in glo.ordina.exponūt iſtum pſal. mixto mō ſimul ad p̄dictū triplicē ſenſum. Sꝫ q: ſic confundit̄ intellectꝰ ⁊ mēs legentis ⁊ audiētis: iō vr̄ mihi cōuenietiꝰ vt iſte pſal. diſtincte ⁊ ſeparatim exponat̄ p ſe:⁊ fiant tres expoſitiōes ſeparate: ⁊ vt vnuſquiſqꝫ eccl'iaſticꝰ ⁊ laicus capiat ⁊ diſtinguat vnū ſenſum ab altero:⁊ capiat expoſitionem ⁊ ſenſum quē maluerit.⁊ ratio eſt. Nā iſte eſt vnꝰ ⁊ magis p̄ncipalis iter ſeptē pſal. penitētiales/⁊ ꝗ̄ magis videt̄ frequētari in eccl'ia ⁊ in tota Chriſtiana religione p oēs cōditiōes ⁊ etates et ſtatus hoīm. Primo ergo exponemꝰ ipſū lr̄aliter de ip̄o David. Secūdo myſtice p toto corpore myſtico put peccauit in Adā. Tertio moraliter p quolibet penitente. ¶ Quātū ad primā expoſitionē eſt priꝰ notādū q̄ Da. ppter ſupradictū peccatū tria maxima dāna incurrit. Primo q: incidit in iram ⁊ ſententiam culpe et mortis:⁊ priuationem regni cum tota domo ſua. Secūdo q: tp̄e peccati non ſoluz pdiderat gratiā gratificā:ſed etiā gratiā gratis datam.ſ.donum pphetie:q: per totū illū annuz receſſit ab eo ſpūs pphetie:⁊ nō fecit pſal. Tertio perdebat totā pmiſſionē ſibi factā.ij. Reg.vij.non ſolū de ſucceſſiōe regni tpalis et edificatiōe tēpli ⁊ apliationecīuitatis:ſꝫ etiaz de ppetuitate regni Chriſti in ſua gñatione. Tria ergo facit Da. in hoc pſal. Nam primo agēs penitētiā petit culpā ⁊ penā ſibi remitti. Scḋo gratiā amiſſā ſibi reſtitui. Tertio de p̄ſe

Nota.

Expoſitio literalis.

David p̄ter pctm̄ adulterij ⁊c.

tuitate ⁊ edificatiōe ⁊ regni Chriſti ꝓmiſſionē ſibi factā adimpleri. ſcdm ibi. Cor mundū crea. tertiū ibi. Benigne fac. ¶ Quo ad primū duo facit. Nam primo petit culpā ⁊ penā ſibi remitti. Sed qꝛ ſciebat hoc nō poſſe fieri niſi in fide ⁊ virtute paſſiōis ⁊ ſanguinis Chriſti futuri: Jō ſcdo petit aſpergi ⁊ mūdari per fidem Chriſti futuri/ibi. Aſperges me. ¶ Quātū ad primū duo etiā facit. Nā primo facit qđ dictū eſt. Scdo hoc ꝑſuadet triplici rōne/rūdēdo obiecte rōni/ibi: vt iuſtificeris ⁊c. ¶ Quātū ad primū notādū ꝙ triplex pctm̄ cōmiſit Da. Primo adulteriū inquantū thorū ⁊ vxorē alienā vſurpauerat. Scdo voluntariū furtū inquātū vt filiꝰ ex adulterio genitꝰ aſcriberet Urie: ⁊ ſuccederet eiꝰ hereditati conatus eſt. Tertio homicidiū inquantū Uriā iterfici callide machinatꝰ eſt. Que quidē pctā per ordinē ⁊ ſucceſſiue fuerūt grauiora. Nam licet adulteriū ſit ſimpliciter grauiꝰ furto: tamē in illo loco furtū fuit grauiꝰ adulterio dupl'r. Primo qꝛ addebat pctm̄ pctō. Scdo qꝛ cū maiori malitia et iniquitate cōmittebat. Homicidiū vero iā fuit grauius ꝙ adulteriū ⁊ furtū ꝓpter eaſdem cāſ: et per conſequens ſimpliciter. Jō Da. in hoc loco bis noīat iniquitatem/per quā intelligit homicidiū ⁊ furtū: ⁊ ſemel noīat pctm̄/ꝑ qđ itelligit adulteriū Unde oīa iſta tria pctā ſimul cū pena petit ſibi remitti cū dicit. Miſerere mei deꝰ ſcdm magnā miā tuā. quaſi dicat/qꝛ magnū eſt pctm̄ meū idō magna indiget miā. ideo releua ⁊ remitte mihi miſeriā et culpam quā incurri: et relaxa mihi penas quas ꝓ eo merui/⁊ mihi per Nathan comminatus es.

ꝑ triplex pctm̄ cōmiſit dauid.

Et ſecundum multitudinem miſerationū tuarum: dele iniquitatem meam.

dꝛ pe. diſt. j. c. ſerpēs

¶ Dele iniqtatē meā. i. pctm̄ ⁊ culpā homicidij cū grādi iniquitate ꝑpetrati. ⁊ hoc fac ſcdm multitudinē miſerationū tuarū. vñ ꝑ miam itelligit habitū mie: q̄ eſſentialiter eſt ipſe deꝰ. ꝑ miſeratiōes intelligit actū ⁊ cōſuetudinē miſerēdi. q̄ſi dicat/ſcdm ꝙ miſertꝰ es Noe i diluuio/⁊ abraham in Chaldea ⁊ Jſrael in egypto ⁊ in tra ꝓmiſſiōis multoties de miſeria releuaſti: ⁊ eorū iniqtates ꝑ pñiā deleſti: ita ſcdm multitudinē illarū miſerationū miſerere mei: ⁊ dele iſtā iniqtatē meā. Alij dicūt ꝙ ꝑ pñiam magnā intelligit miā qua remittit culpa: q̄ ē maior ꝙ mia qua remittit ſola tpalis. pena Alij intelligūt magnam miam que fit in ꝟtute paſſiōis Chriſti: que non ſolum delet culpam: ſed etiam omnem penam. Jdeo ſequitur.

Amplius laua me ab iniquitate mea: et a peccato meo munda me.

de pe. di. iij. c. totā. et c. illud

¶ Ampliꝰ. i. iterū ⁊ multū laua me ꝑ virtutē ſanguinis Chriſti ab iniqtate furti ꝙ cōmittere conatus ſum: ⁊ mūda me a pctō adulterij ꝑ iſtā pñiam. Uñ adulteriū dictū ē pctm̄ inquātū fuit ꝯ legē dei ꝑpetratū: ſꝫ furtū ⁊ homicidiū dicte ſunt iniqtates inquātū cū grādi iniqtate ⁊ malitia ⁊ ꝯ oēm iuſtitiā fuerūt ꝑpetrata. ſꝫ qꝛ pñia nō eſt valida: nec remittit culpa ſine cōtritione cordis: ideo ſubdit.

Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco: et peccatum meum contra me eſt ſemper.

l. diſt. c. q̄d inſt:

¶ Jniqtatē meā ego cognoſco: ⁊ reputo me reū in corde meo: ⁊ pctm̄ meum ⁊ culpa ꝯ me eſt ſemp. qꝛ ſempˀ accuſat ⁊ corrodit ⁊ cudit: ⁊ cōterit ⁊ mordet cōſciētiā meā. Sed qꝛ cōtritio nō valet abſqꝫ oris cōfeſſiōe ſi adſit facultas: ideo ſubdit.

Tibi ſoli peccaui: et malum coram te feci: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis: et vincas cum iudicaris.

¶ Tibi ſoli peccaui ⁊ malū corā te feci: qꝛ corā Nathā ꝯfeſſus ſum dicēs. Peccaui dño. ¶ Uñ nota. ꝙ tripl'r pōt q̄s alteri peccare. Primo ꝑſonā offendēdo: ⁊ ſic Dauid nō ſolū peccauit ꝯ deū ſꝫ ēt ꝯ Uriā eiꝰ thorū vſurpādo ⁊ furtū ⁊ homicidiū in eū ꝑpetrādo. Scdo ꝯ alteriꝰ p̄cepta ⁊ volūtatē operando: ⁊ ſic ꝑſona ꝑuata non ſolū peccat ꝯ deū/ſꝫ ēt ꝯ regē ⁊ pncipē eius legē violādo. ⁊ ſic Dauid ſoli deo peccauit qꝛ nullū aliū ſupiorē habebat/nec aliam legē habebat ſupra ſe niſi diuinā: ⁊ a nullo alio poterat puniri: cū eēt rex/⁊ ſic ipuniēdo ſoli deo peccauit. Tertio qñ q̄s peccat alteri culpā ⁊ penā eternā icurrēdo: a q̄ nō pōt abſolui niſi ab illo. et ſic nō ſolū Da. q̄ erat rex: ſꝫ vnuſq̄ſqꝫ nr̄ꝫ peccat ſoli deo: qꝛ a ſolo deo poſſumꝰ a pena ⁊ culpa ſpūali abſolui. ⁊ ſic hoc dicit Dauid cum dicit. Tibi ſoli peccaui culpam ⁊ penā incurrēdo. Et ſicut tibi ſoli peccaui ita tibi ſoli. ita te ſolo poſſum abſolui. Ut iuſtificeris. Hic Dauid ꝑſuadet rōne qđ deꝰ dꝫ ſibi miſereri ⁊ ꝑcere: ⁊ ſimul rñdet ⁊ ſatiſfacit rōni obiecte: rō eſt iſta. Nā deꝰ ꝓmiſerat ipſi Dauid ſucceſſionem ſui regni ꝑ Salomonē q̄ erat tēplū edificaturus ⁊ ciuitatē ampliaturꝰ: ⁊ ꝓmiſerat ēt ꝑpetuitatem regni ꝑ xp̄m meſſiā futurū de ſua domo ⁊ ꝓgenie: vt ptꝫ. ij. Reg. vij. Sed tota iſta ꝓmiſſio fuiſſet caſſata ⁊ fruſtrata ſi deꝰ ꝓſecutꝰ eſſet ſñiam datā ab eo ꝑ Nathā. ſ. ꝙ Dauid fuiſſet mortuꝰ ⁊ domꝰ eius deſtructa: ⁊ regnū redactū ad domū Saulis ⁊ inimicorū: ⁊ ſic ꝓmiſſio ꝑmo facta nō habuiſſet effectū imo oēs reuelatiōes ⁊ ꝓphetie de xp̄o futuro facte et ipſi Dauid fuiſſent vane: ⁊ ſic deꝰ māſiſſet mendax ⁊ iniuſtꝰ. Ergo ad hoc ꝙ deꝰ iuſtificaret i ſuis ſermonibꝰ ⁊ ꝓmiſſis oportebat vt reuocaret ſñiam datā ꝑ Nathā ⁊ miſereret ⁊ parceret ipſi Dauid. Et idō ait Dauid. Miſerere mei deus vt iuſtificeris i ſermonibꝰ ⁊ ꝓmiſſiōibꝰ tuis. Satiſfactio aūt ad obiectionē eſt iſta. Nā pctm̄ ipſius Dauid fuit ita horribile oī ppl'o ꝙ publice blaſphemabāt emuli ſui: ⁊ inſurrexit hoc ꝓuerbiū in ppl'o. ſ. qñō deus poterit ſuſtinere ⁊ ꝓſperare regē iniquū: et lupū q̄ rapuit ouē ⁊ interfecit paſtorē: Et ſic emuli Dauid arguebāt ꝙ deꝰ de iuſtitia nō poterat nec debebat parcere ipſi Dauid: nec ſuſtinere ipm̄ in regno: nec permittere viuere ſuper terrā. Et ſic blaſphemabāt ꝯ deū volēdo ipm̄ arguere ⁊ iudicare. Poſſet igitur deꝰ dicere ipſi Dauid. qñō parcā tibi et potero miſereri ⁊ reuocare ſñiam: qꝛ totꝰ ppl's iudicat ⁊ arguit me/⁊ petit iuſtitiā de te ꝓpter nefandū ſcelus perpetratū. Huic obiectiōi ſatiſfacit Dauid dicēs Dñe licet tu arguaris ⁊ iudiceris temere ab emulis meis: tñ tu poteris eos vincere/⁊ ora eorū obtundere allegando meam fragilitatem. quia.

De ... diſt. ... ¶ Quare ... alter ... pōt ... peccare.

Ecce enim in iniquitatibus conceptꝰ ſum: ⁊ in peccatis concepit me mater mea.

¶ Et ſic a parētibꝰ meis traxi naturā corruptā et fragilem ⁊ pronā ad cadendū ⁊ peccādū. Uñ inuenio legem in mēbris meis repugnātē legi mentis mee/⁊ tunc qđ nolo qñqꝫ ago: ⁊ qđ volo nō facio: ⁊ hoc facit pctm̄ nature: qđ h'tati meta quo nō poſſum liberari nec poſſū vitare niſi grā xp̄i: ꝗ venia ē dāda/⁊ parcēdū ⁊ miſerēdū ē tante fragilitati. Allegādo ꝗ meā fragilitatē poteris eos vicere ⁊ confundere: qꝛ maior eſt tua mia ꝙ mea fragilitas et pctm̄ meū: ⁊ etiā ꝙ malitia ⁊ inuidia eorū. ꝗ miſerere mei vt vincas eos cū iudicaris ⁊ argueris ab illis. ⁊ h̄ eſt qđ vult dicere hic Dauid. dicit em̄/miſerere mei ſupple vt iuſtificeris in ſermonibꝰ tuis: ⁊ miſerere mei vt vincas cū iudicaris. ⁊ qñō vt vincas cū iudicaris: qꝛ ecce. i. reſpice: qꝛ in iniqtatibꝰ ꝯceptꝰ ſum/vñ traxi fragilitatē ⁊ fomitē: ⁊ cōcupiſcētiā ⁊ corruptionē ⁊ ꝓnitatē ad peccādū: ꝗ non reſpicias meā fragilitatē: ſꝫ tuā magnā miam: q̄ maior ē oī pctō ⁊ malitia. Nā ſicut ego natural'r ſū fragilis ⁊ ꝓnus ad cadendū in pctm̄ ⁊ miſeriā: ita tu natural'r es potēs ⁊ ꝓnꝰ ad parcēdū ⁊ releuādū a miſeria: qꝛ natural'r ē tibi ꝓpriū miſereri ſemꝑ et ꝑcere: ſicut eſt ꝓpriū hoi peccare ꝓ ſtatu iſto. ꝗ ſic parcendo vinces emulos meos cū iudicaris. Sed qñō miſerebor tibi vt iuſtificer i ſermonibꝰ meis:

Ecce em̄ veritatem dilexiſti: incerta et occulta ſapientie tue manifeſtaſti mihi.

ꝓ. q. ij. abyt. ⁊ c. noliꝰ ꝶ.

¶ Ecce em̄ i. reſpice ⁊ recordare qꝛ veritatē dilexiſti ⁊ nō mēdaciū: ⁊ ſic nullū debes decipere: vt iuſtificeris i ſermonibꝰ ⁊ ꝓmiſſiōibꝰ ⁊ reuelationibꝰ tuis: qꝛ tu manifeſtaſti ⁊ releuaſti mihi mlta icerta. i. abſcōdita ⁊ occulta hoibꝰ. ſ. myſteriū incarnationis/⁊ aduētꝰ meſſie de carne mea: ⁊ ſucceſſionē ⁊ ꝑpetuitatē regni: vt pꝫ. ij. Re. vij. c. Ergo iple promiſſionē tuā vt iuſtificeris in ſermonibꝰ tuis: ⁊ nō iniuſtꝰ ⁊ mēdax arguaris/delēdo me de terra ⁊ de regno. Miſerere ꝗ mei vt iuſtificeris i ſermōibus tuis: qꝛ ecce ꝟitatē dilexiſti ⁊ icerta ⁊ occulta manifeſtaſti mihi. ꝗ miſerere mei vt vincas cū iudicaris: qꝛ ecce in iniqtatibꝰ cōceptꝰ ſū. ⁊c. Et h̄ mō eſt ordināda iſta lr̄a. Lr̄a Hier. iuxta hebreū hꝫ: Propter ea iuſtificabis ꝟbū tuū mūdaberis cū iudicaberis. q̄ forſā magis clara eſt. q̄ſi dicat: miſerere mei ꝓpt ea qꝛ ſi h̄ feceris iuſtificabis ⁊ adiplebis verbū tuū ꝓmiſſū: ⁊ mūdaberis. i. mūdꝰ ⁊ iuſtꝰ ⁊ excuſabilis eris reptꝰ cū iudicaberis ab emulis meis. Nā ipcēdo magis oñdis oīpotētiā ⁊ bonitatem/et ꝑ oñs iuſtitiā nō reſpiciēdo pctm̄ ſꝫ miam tuā. Nā nō eſt iuſtū: vt ꝯ fragilitatē ⁊ foliū qđ vēto rapit/oñdas potētiā ipuniēdo: imo miam i tuā ꝑcēdo: ⁊ i h̄ magis iuſtificaberis ⁊ vices emulos meos ⁊ blaſphemos. ¶ Nota ꝙ recte allegat Dauid fragilitatē et corruptionē nature quā traxit a parētibꝰ. Nā illa corruptio carnis eſt cā oīs pcti. Nā ꝑ ſolū contactū ⁊ cōſortiū aīa trahit pctm̄ originale/ſed per cōſenſum concupiſcentie cōtrahit actuale.

Aſperges me dñe hyſſopo ⁊ mundabor: lauabis me ⁊ ſuper niuē dealbabor.

vi. l. cū exaudi

¶ Hic Dauid ſciēs ꝑ p̄teritas reuelationes pctā nō poſſe remitti alicui niſi ꝟtute paſſiōis ⁊ ſanguinis Chriſti futuri: inuocat Chriſtū futurū/vel interponit merita ſanguinis Chriſti: vt facilius ipetret miā ⁊ veniā ⁊ remiſſionē culpe ⁊ pene eterne. Ad cuius intelligētiā eſt notandū vt legit Exo. xij. ꝙ deus precepit moyſi in nocte qua egreſſus eſt Jſrael de egypto/vt vnuſquiſqꝫ imolaret agnū ſine macula: in cuiꝰ ſanguine intingeret faſciculꝰ hyſſopi: ⁊ ſic vnuſquiſqꝫ aſpergeret limiare domꝰ ſue. et ſic angelus percuſſit illa nocte oīa ꝑmogenita egypti ab hoīe vſqꝫ ad pecus in oībꝰ domibꝰ egyptiorū. ſed domos Jſrael ⁊ eorum primogenita non percuſſit angelus in q̄bus inuenit liminare reſperſū ſanguine. ⁊ ſic ꝑ ſignū ſanguinis agni liberati ſunt a morte oēs ꝑmogeniti hebreorū. Hoc fuit figura ꝙ in ſanguine Chriſti aſꝑſo ꝑ baptiſmū i' frōtibus Chriſtianorū debebāt oēs a morte eterna liberari. Jtē Exo. xxiiij. ex p̄cepto dei moyſes aſꝑſit ſanguinē ſuper ppl'm dicēs Hic eſt ſanguis federis qđ pepigit dñs vobiſcū. in figura ꝙ teſtm̄ dei ꝑ Chriſti ſanguinē erat firmandū: ⁊ ꝑ aſperſionē ſanguinis Chriſti futuri oēs erāt liberādi. Jtē Leui. xiiij. p̄cepit deꝰ vt leproſus aſpergeret hyſſopo itincto ſanguine paſſeris: in figura ꝙ lepra pcti non poterat mūdari niſi ſanguie Chriſti. Sꝫ cā quare deꝰ p̄cepit vt ille ſanguis aſꝑgeret hyſſopo fuit in figura qꝛ ſicut hyſſopus eſt verba hūilis ⁊ purgatiua: ita hūanitas ⁊ corpꝰ Chriſti debebat hūil'r intingi ſanguine paſſionis ⁊ purgare oīa pctā: ⁊ cōferre ſacramētis eccleſiaſticis vim purgatiuā. Per ſupradictas figuras ⁊ myſteria nouit ⁊ preuidit Dauid in ſpū ꝙ nō poterat genus humanū a morte eterna nec a culpa liberari niſi ꝑ ſanguinē Chriſti futuri Hoc ergo credēs ⁊ ſciēs Da. ꝑ fidē dicit ad patrē ſiue ad filiū: O dñe aſperges. i. aſꝑge me hyſſopo ſanguinis tue future paſſiōis: ⁊ mūdabor a culpa: ⁊ lauabis me ſacro penitētie habēte virtutē a paſſiōe tua futura. ⁊ ſic dealbabor ſup niuē: vel mūdabor ꝑ aſꝑſionem hyſſopi ſanguinis a culpa ⁊ lauabis me ꝑ infuſionē grē: ⁊ ſic dealbabor ſup niuē. i. ero magis albus albedine grē ꝙ nix: qꝛ penitētia mundat per aſperſionem et virtutē ſanguinis xp̄i: ſed grā dealbat ⁊ facit aiā ſplēdere. Et nota. ꝙ h̄ ponit futurū idicatiui ꝓ optatiuo vel ipatiuo: eo ꝙ hebrei nō habēt optatiuū ſicut frequēter dictū eſt. i. aſꝑge ſiue aſpergas me hyſſopo. i. aſperge me hyſſopo ⁊c. ⁊ laua me ⁊c. Et ſic ſeqt etiā iperatiue

No. de ſanguine xp̄i

Audi tui meo dabis gaudium ⁊ letitiam: ⁊ exultabunt oſſa humiliata.

de pe. diſt. qñ aūt ſtatuꝰ.

¶ Auditui meo dabis gaudiū. i. da gaudium auditui meo annūciādo mihi remiſſionē. i. dic aīe mee ſalus tua ego ſū: vel remittuntur tibi pctā tua. ⁊ ſic dabis gaudiū auditui meo ſi h̄ audio a te: ⁊ ſic oſſa mea cōtrita ⁊ hūiliata ꝑ pñiam exultabūt ⁊ q̄eſcent a labore. Auerte ergo faciē tuam a peccatis meis: et oēs iniquitates meas dele/ꝑ aſperſionē ſanguinis tue future paſſiōis. Nota ſcdm Aug. qđ deū auertere faciē a peccatis: nil aliud eſt ꝙ ꝑ ſuā miam pctā non reſpicere. ⁊ deū iniqtates delere: nil aliud eſt niſi pctā preterita iam ampliꝰ ad culpam nō imputare per pñiam. Jdeo ait Dauid

Auerte faciē tuam a peccatis meis: ⁊ omnes iniquitates meas dele.

de pe. diſt. ij. vt cognouerunt.

¶ O dñe auerte faciē tuā a pctis meis. i. non reſpicias nec exiſtimes pctā mea: ſed reſpice miā tuā: q̄ maior eſt oī pctō: ⁊ oēs iniqtates meas dele. i. ꝑ aſperſionē tui ſanguinis amplius ad culpā nō imputes nec etiā ad penā. ¶ Sꝫ h̄ dubitat ⁊ vr̄ ꝙ nō erat neceſſariū ipm̄ Dauid aſꝑſionē ſanguis Chriſti futuri inocare ad remiſſionē ſue culpe: cū iā tūc de pñti hēret aſꝑſiōeꝫ ſāguis vitule rufe ad purga

Ꝗ. Queſtio.

tionẽ pctõꝝ:vt ptꝫ nũeri.xix.Et per ꝯñs ꝑ li aſper
ges me/nõ intelligit niſi aſꝑſionẽ ſanguis vitule:
vel aſperſionẽ ſanguinis paſſeris q̃ fiebat leproſis.
Reſponſio. Leui.xiiij.Ad hᷣ breuiter rñdetꝛ ſicut dictũ eſt i pro
logo tractatu.iij.⁊ ad hᷣe.xſ.ꝙ vnum de principijs
p̃ſuppoſitis in theologia ad itelligẽdã ſacrã ſcri
pturã ẽ ꝙ eadẽ ẽ fides vtriuſq; teſtamẽti. Nam ea
dẽ fides xp̄i q̃ ſaluat nos:ſaluabat p̄res ve.te.Naꝫ
Fides. fuit neceſſaria. ſicut idẽ eſt xp̄s creditꝰ nobis ⁊ illis:ita eadẽ fuit fi
des.ſed eſt differẽtia.nã myſteriuꝫ incarnatiõis ⁊
redẽptionis qḋ nos credimꝰ iã ipletũ in xp̄o:ipſi
credebãt futurũ:⁊ ſic ſicut nos credimꝰ neminem
poſſe liberari a pctõ niſi ꝑ ſãguinẽ ⁊ paſſionẽ xp̄i:
ita ipſi credebant.⁊ ſic dicit apl's ad Ro.⁊ ad Gal.
⁊ Heb.ꝙ ſola fides xp̄i futuri ſaluabat illos:⁊ non
lex nec ſacrificia niſi inquãtũ erãt figura ⁊ ſigna paſ
ſionis xp̄i:⁊ inquãtũ dabanꝰ in ſignũ federis:⁊ fu
turi p̄tij ꝑ xp̄ꝫ ſoluẽdi vt dictũ ẽ ⁊ diceꝰ.Et iõ hec
eſt dr̃ia inter no.le.⁊ ve.ſacrificia ⁊ ſacr̃a.Nam lꝫ
vtraq; eſſent ſacre rei ſigna:tñ iſta de ſe efficiunt
qḋ ſignificant.illa aũt non.⁊ rõ eſt.Nã in ſacr̃o eu
chariſtie contineꝰ realiter xp̄s.Et iõ ſacramẽtum
hoc vt ſacramentũ realiter ⁊ de p̄nti cõfert gratiã
quã ſignificat.Sed in illo ſanguine vitule q̃ aſper
gebatur in lege nõ cõtinebaꝰ realiter Chriſtꝰ.⁊ iõ
de ſe non poterat gr̃am cõferre.Et ſic eſt dicendum
de ſanguine aſperſo ſupra leproſum.⁊c.Et iõ talia
ſacrificia agni matutini ⁊ veſpertini nõ ꝯferebant
de ſe gratiã/nec purgabãt pctm̃:ſed illi liberaban
tur a culpa ꝑ ſanguinem Chriſti futuri figurati per
illum ſanguinẽ:ſicut illi offerẽtes ⁊ aſperſi crede
Nota. bant.Ex quo ptꝫ ꝙ ſola ſpes ⁊ fides Chriſti futu
ri liberabat illos a pctõ.⁊ hunc articulum ſciebãt
oẽs principales de illo ppl'o:⁊ oẽs patriarche et
prophete in hoc ſaluati ſunt:inter quos p̄ncipali
ter fuit Dauid propheta:ergo ſi Dauid ſciebat oĩa
ſupradicta myſteria fieri in figura Chriſti futuri/⁊
neminẽ poſſe ſaluari niſi in virtute paſſiõis Chri
ſti:ergo hᷣ in quolibet pſal.in quo petit remiſſionẽ
⁊ gr̃am in pſona ſui/vel in pſona totius gñis hũa
ni:hoc petit in virtute paſſiõis ⁊ ſãguis xp̄i:nõ ſo
lũ implicite/ſꝫ explicite:qꝛ ita petebat ſicut crede
bat.Nã fides p̄cedit oẽm orõnem ⁊ petitionem.Ex
quibꝰ pꝫ ꝙ Dauid hic nõ petebat aſpergi hyſſopo
intincto ſangine vitule rufe.⁊c.ſꝫ hyſſopo carnis
⁊ hũanitatis Chriſti itincto ſanguine paſſiõis ⁊c.
In cuius fide ⁊ ſpe fuit ſibi culpa remiſſa. Nam lꝫ
verbũ nõdũ eſſet incarnatũ:tñ pctm̃ Dauid iã fuit
remiſſum in v̄tute paſſiõis Chriſti futuri:quã paſ
ſionẽ Dauid iã de futuro inuocabat.Ideo Jeſus fi
lius Sirach eccl'iaſtici.xlvij.dicit de ipo Dauid ꝙ
Chriſtꝰ purgauit pctã ipſiꝰ:⁊ exaltauit in eternum
cornu eiꝰ:⁊ dedit illi teſtm̃ regni ⁊ ſedẽ glĩe in Iſ
Differẽtia int ſacra no.le. ⁊ veteris. rael.Ex q̃bus ptꝫ ꝙ paſſio Chriſti iã opabaꝰ in fi
delibꝰ mẽbris Chriſti añ incarnationẽ.¶ Notãdũ
eſt ꝙ quadruplex eſt differẽtia inter ſacr̃a le.vẽ.⁊
noue.Prima dr̃ia.qꝛ hec cõtinẽt realiter Chriſtum
aut virtutẽ ſue paſſiõis:eo ꝙ deriuaꝰ imediate a
paſſiõe Chriſti:illa aũt nõ cõtinebãt Chriſtũ real'r.
nec ſuã virtutẽ:ſed tm̃ ſignificabãt hmõi v̄tutẽ in
quãtum ordinabanꝰ ad Chriſtũ tãq̃ in finẽ.Scḋa dif
ferẽtia ſeq̃tur ex p̄ia:ꝙ iſta efficiũt real'r v̄tutẽ ⁊
gr̃aꝫ quã ſignificãt illa aũt nõ.Tertia dr̃ia:ꝙ iſta
agũt ⁊ efficiũt i v̄tute ꝓpria quã p̄ntꝰ:eo qꝛ ſũt
hora de opere operato:illa aũt nõ auferebãt pctm̃ ĩg

virtute in ſe ꝯtẽta/ſed in fide offerẽtis ⁊ ꝯ̄tritis.
Quarta dr̃ia:ꝙ iſta real'r danꝰ i p̄tiũ ⁊ p̄nie ſolu
tionẽ ꝓ pctõ:illa aũt tm̃ dabanꝰ in ſignũ federis ⁊
pacti ⁊ fideiuſſiõis cũ ꝓſtatiõe:inquãtũ illam cir
cũciſionẽ acceptabat deꝰ nõ in p̄tiũ reale:ſꝫ in ſi
gnũ future ſolutionis ⁊ futuri p̄tij ꝑ Chriſtũ offe
rẽdi:⁊ ſic eſt dicẽdũ de ceteris ſacr̃is ⁊ ſacrificijs.
qꝛ ergo Dauid ſciebat ꝙ illa ſacr̃a ve.le.nõ cõtine
bãt p̄tiũ nec offerebanꝰ i reale p̄tiũ:ſꝫ i ſignũ futu
ri p̄tij ſanguinis Chriſti ſicut dictũ ẽ pſal.xxix.iõ
ꝓteſtãdo iuocat xp̄m futurũ vt aſꝑgat ipꝫ ſanguie
ſuo ⁊ ſoluat pro eo:⁊ ſic iã Dauid offerebat ſangui
nẽ Chriſti pro pctõ ſuo.Ideo ait:Aſperges me ⁊c.

**Cor mundum crea in me deus.⁊ ſpm̃ re
ctum innoua in viſceribus meis.**

¶ Poſtq̃ in prima parte petijt remiſſionem culpe
⁊ reuocationẽ ſñie:hic petit reſtitutionẽ gr̃e amiſ
ſe:⁊ duo facit.Nam primo petit ſibi gr̃am reſtitui
Scḋo hoc ſuadet multiplici rõne/ibi.Docebo ini
quos.¶ Quantũ ad primũ eſt aduertẽdũ ꝙ dupli
cẽ gr̃am ꝑdidit Dauid propter illud pctm̃.Primo
gr̃am gratificã qua erat deo charꝰ ⁊ acceptꝰ ⁊ re
ctꝰ ⁊ iuſtꝰ in ſua vita.Scḋo gr̃am ⁊ ſpm̃ ꝓphetie.
Tria ergo facit.Nã p̄mo petit gr̃am gratificã ſibi
reſtitui.Scḋo gr̃aꝫ ⁊ ſpm̃ ꝓphetie.Tertio petit in
vtraq; gr̃am cõfirmari.ſcḋm ibi:ne ꝓijcias.tertiũ
ibi.redde mihi.¶ Quãtũ ad p̄mũ eſt notãdũ ꝙ lꝫ
ex pte dei idẽ ſit remiſſio culpe ⁊ infuſio gr̃e:qꝛ per
infuſionẽ gr̃e remittit culpã:tñ ex pte ſubiecti po
ritate originis remiſſio culpe eſt p̄or infuſione gr̃e:
ſicut corruptio forme p̄terite eſt prior ꝙ introdu
ctio forme gñati:lꝫ ſimul tpe gñatio vniꝰ ſit corru
ptio alteriꝰ ⁊ ecõuerſo.Et ideo Dauid prius petit
ſibi culpã remitti ⁊ deleri:⁊ ex ꝯſeq̃nti in hac pte
petit ſibi gr̃am reſtitui ⁊ infundi.Sꝫ qꝛ talis gr̃a
nõ educitur de potẽtia paſſiua ipſiꝰ aĩe ꝑ aliquod
agẽs creatũ:niſi a ſolo deo ꝑ ſolã creationẽ:Ideo
ait.O deꝰ crea in me cor mũdũ:⁊ inoua ſpm̃ rectũ
i.gr̃am rectificantẽ in viſceribꝰ aĩe mee.i.in itimo
cõſcie.Vñ ꝑ ſpm̃ rectũ nõ intelligit ſubſtãtiã ſpũs
ſcti ſicut forſan itelligit Magr̃ ſniaꝝ in.j.diſt.xij.
ſed intelligit gr̃am infuſam ꝑ ſpm̃ ſctm̃:⁊ ſic poni
tur cã pro effectu.Nã ſpũs ſcũs eſt ille ꝑ quẽ p̄r ⁊
filiꝰ infundũt gr̃aꝫ in aĩam.Et dꝛ ſpũs rectꝰ inquã
tũ rectificat ⁊ ordinat noſtrã voluntatẽ vt ſit cõfor
mis diuine volũtati:⁊ pareat p̄ceptis ⁊ diuine le
gi.Itẽ dicit innoua:⁊ petit p̄teritã gr̃aꝫ renouari:
ad denotãdũ ꝙ ꝑdiderat eã ⁊ erat inueteratꝰ per
pctm̃ ꝑ totũ illũ annum:anteq̃ ageret pniam.Quaſi
dicat.O deꝰ renoua gr̃am rectificantẽ ⁊ ordinãtẽ
me vt ſim conformis diuine volũtati/quã gr̃am ꝑ
pctm̃ amiſi:in quo pctõ diu fui inueteratꝰ.Nã qm̃
tacui illud pctm̃ ſine pnia/ideo inueterata ſunt oĩa
oſſa ⁊ viſcera ꝯſcie mee:vt dictũ eſt pſal.xxxj.qua
ſi dicat:reſtitue mihi illã gr̃am rectificãtẽ:⁊ reno
uabit ⁊ mundabit cor meũ ⁊ conſcientiam.

**Ne proijcias me a facie tua:⁊ ſpiritum ſan
ctum tuum ne auferas a me.**

¶ Quia ſicut in toto illo anno fuit p̄uatꝰ gr̃a gra
tifica:ita fuit priuatꝰ gratia prophetie/⁊ ſic fuit ꝓ
iectus a facie ⁊ gr̃a dei:quia longe a peccatoribus
ſalus:Ideo petit reduci in gr̃am dei ⁊ ſpm̃ ꝓphe
tie ſibi reſtitui dicens/O dñe ne proijcias.i.ne pro

iicias me a facie ⁊ gr̃a tua:⁊ ne auferas a me
ſpiritũ ſanctum tuum.i.ſpm̃ ꝓphetie quẽ perdidi
ꝓpter peccatũ:ſed reduc me in gratiã tuã/⁊ reſti
tue mihi ſpiritũ ꝓphetie amiſſum:vt cõſiderẽ mi
rabilia abſcõſa in lege tua:que ſine illo ſpũ intelli
gi ⁊ interpretari non poſſunt.⁊ non auferas a me
inſpirationes ⁊ reuelationes conſuetas.

**Redde mihi letitiã ſalutaris tui:⁊ ſpiritu
principali confirma me.**

¶ Hic petit cõfirmari in vtraq; gr̃a.Vñ eſt aduer
tẽdũ ꝙ Dauid añ pctm̃ ꝑ illã duplicẽ gr̃am erat in
duplici gaudio.Nã ſicut lõge a pctõribꝰ ſalus:ita
ſalus eſt ꝓpe iuſtos.Et ſic ſicut pctõr ſemꝑ eſt in
cõtinua triſtitia:qꝛ timet penã eternã:ita iuſtꝰ in
quo eſt gr̃a gaudet ⁊ eſt in ꝯtinua letitia:qꝛ de pro
pinquo ſperat ſalutẽ ⁊ gloriã.⁊ ſic Dauid añ pctm̃
per gr̃am erat in illa letitia ſalutis:qꝛ ꝑ gr̃am ſcie
bat ſe cõſequi ſalutẽ ⁊ eſſe deo gratũ ⁊ acceptum.
Itẽ per gratiã ⁊ ſpm̃ ꝓphetie habebat aliã letitiaꝫ
qꝛ cõtinue cõtẽplabaꝰ myſteriũ incarnatiõis ⁊ nr̃e
redẽptiõis ⁊ vniuerſalis ſalutis ꝓut ſibi reuelaba
tur.et ſic cõtinue letabaꝰ in tali cõtẽplatiõe.Sed
qꝛ videbat ſe illud gaudiũ ⁊ letitiã ꝑdidiſſe ꝑ pec
catũ:iõ petit illḋ gaudiũ ⁊ duplicẽ gratiã reſtitui
⁊ qꝛ timebat ne iterũ recuperatã ꝑderet:iõ petit i
illa duplici gr̃a ⁊ gaudio confirmari.Ideo ait.O
dñe redde mihi letitiã ſalutaris tui.i.illã duplicẽꝫ
gr̃am:vt gaudeã ⁊ leter in ſpe ⁊ cõtẽplatiõe vniuer
ſalis redẽptiõis ⁊ ſalutis Chriſti futuri:vt fruar il
lo gaudio ⁊ cõtẽplatione:⁊ rogo ne ãpliꝰ auferas a
me hanc gratiã ⁊ letitiã ſalutaris tui/poſtq̃ ſemel
reſtitueris ⁊ reddideris mihi.ſed cõfirma me i ea.
Ideo ſubdit.⁊ ſpũ p̄ncipali.i.gr̃a principali cõfir
ma me:qꝛ ſi cõfirmaueris me in gr̃a nũq̃ ãpliꝰ pec
cabo:⁊ per ꝯñs ero in ꝯtinuo gaudio ⁊ letitia ſalu
taris xp̄i.Et vocat gratia cõfirmatã ſpm̃ principa
lẽ.nã licet eadẽ gr̃a gratifica ⁊ confirmata/tñ quo
ad modũ exiſtẽdi gr̃a cõfirmata dꝛ nobilior ⁊ prin
cipalior:eo ꝙ non põt auferri:ſicut fuit ſemꝑ i vir
gine Maria ⁊ in apl'is poſt receptionẽ ſpũs ſancti
in die pẽteco.Vñ ſicut finalis ipenitẽtia ⁊ obſtina
tio dꝛ peſſimũ pctm̃ in ſpm̃ ſanctũ:ita gr̃a ꝯfirma
ta dꝛ ſpũs principalis ⁊ nobilior.q̃ſi dicat Da.in to
ta iſta pte.O deus crea in me cor mundum a pctõ:
⁊ renoua in me gratiã rectã quam ꝑdidi:⁊ ne proij
cias me a facie tua nec auferas a me ſpm̃ ꝓphetie
quẽ prius habebaꝫ:per quẽ multa myſteria ſacre
ſcripture de Chriſto futuro intelligebã ⁊ preuide
bam tanq̃ in ſpeculo:⁊ multa mihi nouiter reuela
bas.Sed redde mihi letitiã ⁊ gaudium ſalutaris
tui:quam de gratia p̄nti ⁊ de Chriſto ſalutari tuo
prius habebam:que gratia letificabat animã meã
⁊ confirma me in tali duplici gratia.

**Docebo iniquos vias tuas:⁊ impij ad te
conuertentur.**

¶ Hic Dauid vt deũ inclinet ad ſuas preces ⁊ ipe
tret remiſſionẽ culpe ⁊ ſñie/⁊ recuperationem gr̃e
amiſſe/pſuadet q̃druplici rõne adducẽdo i mediũ
q̃tuor vtilitates ꝑderenꝰ niſi talis remiſſio fieret.
Vñ nota ꝙ q̃tuor vtilitates ſecute ſunt toti gñi hu
mano ex remiſſiõe pcti ipſius Dauid ⁊ reuocatiõe
ſñie dei.Nã p̄io multi vidẽtes pniam eẽ tante per
fectiõis ⁊ virtutis ꝙ per ipſam deꝰ remiſit ipſi Da

uid tria tã nefãda ſcelera.ſ.adulteriũ ⁊ furtũ ⁊ ho ne pctĩ q̃tuor vtilitates.
micidiũ:iõ exẽplo ipſiꝰ Dauid ꝯ fiducia currũt ad
pniaꝫ et ꝯuertũꝰ a ſua via mala.Et iõ ſubdit Da
uid.O dñe ſi tu remiſeris culpã ⁊ reſtitueris mihi
gr̃aꝫ ꝑ hãc pniaꝫ:tunc ego docebo iniq̃s ⁊ pctõres
vias tuas.i.publice in p̄nti p̄dicabo eis multitudi
nẽ mĩe tue q̃ñ es piꝰ ⁊ miſericors:⁊ miſertꝰ es mei
⁊ ſic multi ipij et pctõres ꝯuertẽꝰ ad te.et nõ ſolũ
docebo pctõres i p̄nti ſꝫ ẽt i futurũ dupl'r.Primo qꝛ
hãc remiſſionẽ ego ſcribã in hᷣ pſal.Scḋo qꝛ Na
thã ⁊ Gad et ceteri ſcribẽt eã in li.ij.Reg.⁊ ſic erit
memoria ꝑpetua i futurũ.Vñ oẽs pctõres legen
tes ⁊ audiẽtes ꝯuertẽꝰ ad te pniam agẽtes cũ fidu
cia venie/exẽplo mei.Scḋa vtilitas fuit:qꝛ poſtq̃
ſnia dei fuit reuocata ⁊ Dauid non ẽ mortuꝰ ⁊ recu
perauit ſpm̃ ꝓphetie/nõ ſolũ ſemꝑ egit deo gr̃as
ſed etiã ꝯdidit plures pſal.ad laudẽ dei i q̃bꝰ cõti
nenꝰ myſteria ꝓfundiſſima de xp̄o ⁊ eccl'ia q̃s ho
die cantat ⁊ frequentat eccleſia in diuinis officijs
ad laudem dei magis q̃ ſcripta aliorum propheta
rum/q̃ omnia deficerent in eccleſia.Ideo ſubdit. xxv.di c.q̃lis.

**Libera me de ſanguinibus deꝰ deꝰ ſalutis
mee:⁊ exultabit lingua mea iuſtitiam tuã.**

¶ O deꝰ meꝰ libera me de his tribꝰ ſanguinibꝰ.i.
tribus pctis ꝓ q̃bꝰ mereor mortẽ.ſ.a culpa adulte
rij:furti:⁊ homicidij:ꝓ q̃bꝰ pctis effudi ſanguineꝫ
Vrie:⁊ ſi hᷣ feceris lingua mea exaltabit ⁊ magnifi
cabit et ludabit iuſtitiã tuã.¶ Nota ꝙ oẽ pctm̃ dꝛ
ſanguines in plurali.Primo qꝛ ꝓcedit ex ꝯcupiſcẽ Pctm̃ dꝛ ſanguine.
tia carnis ⁊ ſanguinis:qꝛ ex cõcupiſcẽtia oĩa mala
oriunꝰ.Scḋo qꝛ oẽ pctm̃ mereꝰ duplicẽ mortem.ſ.
corporalem ⁊ eternã.Tertio maxime odiũ ⁊ homi
cidiũ dicũtur ſanguines.Nã ira eſt accenſus.i.ebul
litio ſanguinis circa cor:⁊ in homicidio effunditur
ſanguis.⁊ ſic maliuoli dicunꝰ viri ſanguinis ⁊ do
loſi.⁊ ſic etiã adulteriũ dꝛ pctm̃ ſanguinis eo ꝙ ꝓ
cedit ex cõcupiſcẽtia carnis ⁊ ſanguis.Vñ Dauid
a cl'pa horũ triũ pctõꝝ petit liberari.Itẽ ꝑ iuſtitiã
intelligit diuinã miaꝫ.nã mĩa dei nihil aliud ẽ niſi
iuſtitia per pietatẽ ⁊ bõitatẽ tẽperata.Itẽ cũ deus
parcit pctõri:iuſte agit:qꝛ iuſtificaꝰ in ſermonibꝰ
⁊ ꝓmiſſiõibꝰ ſuis:eo ꝙ ꝓmiſit veniã penitẽtibꝰ:et
etiã vincit cũ iudicaꝰ.Et ſic oĩs remiſſio culpe per
pniam dꝛ myſtica:vt magis patebit in ſcḋa expoſi
tiõe huiꝰ pſal.Et nota ꝙ hec litera in pleriſq; locis
eſt corrupta vitio ſcriptorꝝ:qꝛ nõ dꝫ ſcribi nec dici
exultabit ſꝫ exaltabit.i.magnificabit ligua mea iu
ſtitiã tuã:tũ qꝛ eẽt falſa gr̃amatica.tũ qꝛ hebreus ⁊
lr̃a Hieronymi hꝫ:laudabit lingua mea iuſtitiam
tuã.Sꝫ qꝛ Dauid nõ ſolũ itẽdebat ſi viueret lau
dare ⁊ magnificare deũ ꝓpꝰ remiſſionẽ peccati:ſꝫ
ẽt ſi recuperaret ſpm̃ ꝓphetie:intẽdebat pl'es pſ.
in eternã memoriã ad laudẽ dei ⁊ prenũciãdũ futu
ra ⁊ profunda myſteria conficere/ideo ſubdit. di.v.c. vl:et d pe.diſ. ij.c.q rendus

**Dñe labia mea aperies:⁊ os meum an
nunciabit laudem tuam.**

¶ Domine labia mea aperies.i.ſi reſtitueris mihi
ſpm̃ ꝓphetie/⁊ aperueris labia intelligentie mee
que per pctm̃ erãt clauſa/⁊ ſic os meũ annũciabit
laudẽ tuã/ et p̄nũciabo futura myſteria faciendo
pſal.in quibꝰ reſerabo ⁊ memorabo oĩa mirabilia
que feciſti a creatione mũdi:⁊ que facturus es in
futurum vſq; ad finem.¶ Nota qḋ hic explicatu rV

Nota myſterii trinitatis

totū myſteriū trinitatis. Nā p̄mo geminatur hoc nomē deus dū dr: Deus deus ſalutis mee: qꝛ perſonal'r intelligit̄. Nā per primū intelligit̄ pſona pr̄is cū dr: Libera me deꝰ. per ſcōm intelligit̄ perſona filij cū dr: Deꝰ ſalutis mee. Nā ſicut pr̄ dicit̄ deus potentie ſiue deꝰ ſimpl'r/ita filius vt redēptor dr deꝰ et actor nr̄e ſalutis. Et ſic memorat̄ pſona patris ⁊ filij ſed rurſus memorat̄ perſona ſpūs ſancti cū dicit̄. Dn̄e labia mea aperies: qꝛ ad ſpm̄ ſctm̄ pertinet appropriate aperire labia ignorātiū ⁊ infūdere dona grāꝝ. Uerūtamē lꝫ iſta opera attribuant̄ diſtincte iſtis perſonis appropriate: tn̄ real'r ſunt indiuiſa ad extra. Nā ſicut pr̄ ⁊ filius ⁊ ſpūs ſctūs ſunt vnꝰ deꝰ eſſential'r ⁊ vnꝰ dn̄s: ita iſte opatiōes eſſentiales ſunt īdiuiſe ad extra. ſed explicat̄ hic pluralitas ⁊ diſtinctio diuinaꝝ pſonaꝝ in vna ſubſtātia ⁊ eſſe. Tertia vtilitas q̄ ſecuta fuit ex remiſſione illiꝰ pctī fuit acceptatio ſacrificioꝝ ⁊ bonaꝝ opationū ⁊ orōnū ⁊ laudū. Nā certū eſt ꝙ deus nō acceptat ſacrificiū nec laudē pctōris: qꝛ laus nō ē ſpecioſa ī ore pctōris. Tūc manifeſtū eſt ꝙ deꝰ per totū illū annū nō acceptauit ſacrificiū nec oblationē ipſius Dauid eo ꝙ erat in pctō. Uñ eſt aduertēdū: ꝙ hec eſt differētia inter ſacrificia vete. ⁊ no. legis ſicut dictū eſt pſal. p̄cedenti. Nā illa de ſe non erāt bona nec acceptabilia nec recōciliatiua: quia erāt parui p̄tij ex aīalibus brutis. Et iō nō erāt bona niſi ex deuotiōe ⁊ puritate ⁊ bonitate offerent̄. Et ſic deꝰ p̄io acceptabat deuotionē ⁊ puritatem offerētis: ⁊ exīde illa ſacrificia. Sꝫ ſi offerētes erāt in pctō/nec acceptabat deꝰ offerētes nec ſacrificia. Nā per priꝰ reſpexit deꝰ ad Abel deinde ad munera eiꝰ rōne puritatis eiꝰ. Ad Caim aūt nō reſpexit ꝓpter imunditiā ⁊ prauā intētionē: nec p. ꝯn̄s ad munera eiꝰ: qꝛ tota bonitas ſacrificij erat ab offerēte. Per oppoſitū eſt ⁊ ſic in lege grē inquātū nō offert̄ niſi vnū ſacrificiū. ſ. Chriſtꝰ in euchariſtia. ⁊ illud ē de ſe bonū de ope opato ⁊ acceptabile apd̄ patrē. Et iō perpriꝰ ⁊ ſemp̄ acceptat̄ apud prēz: ⁊ ex cōſequēti acceptat̄ offerēs ipſuz ⁊ ꝓ quo offert̄ ſi eſt ī grā. ¶ Et iō duo ſacrificia offerunt̄ in nouo teſtamēto. ſ. ſacrificiū opis bonū de ope opato. ſ. Chriſtꝰ ī euchariſtia: ⁊ hoc dr de ſe iuſtū ⁊ acceptū ſemp̄. Aliud eſt ſacrificiū cordis. ſ. bonitatis ⁊ puritatis. Primū de ſe ſemp̄ eſt acceptū apud deum: ſed nō eſt ſemp̄ acceptū ꝓ offerēte: niſi offerēs offerat ſimul puritatē ⁊ bonitatē cordis. Ex quo ptꝫ ꝙ oportet ꝙ illud ſacrificiū offerat̄ cū puritate offerētis ad hoc ꝙ ſibi ꝓſit. Sed illud ſacrificiū ſemper acceptat̄ ꝓ oībꝰ viuis ⁊ defūctis exiſtētibꝰ in gratia: ⁊ ſic nūꝗ̄ eſt vacuū nec fruſtra. Sed ſacrificia veteris legis nullo modo de ſe niſi rōne offerētis erāt accepta ⁊ placabilia. Ideo ſubdit Dauid.

X duo ſacrificia offerūt̄ i no. teſta.

**Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium dediſſem: vtiqꝫ holocauſtis non delectaberis. Sacrificium deo ſpiritus contribulatus: cor contritum ⁊ humiliatum deus non deſpicies.**

¶ O domine ſi tu voluiſſes. i. acceptaſſes: ego ſacrificiū dediſſem ⁊ obtuliſſem tibi: ſed nō feci. qm̄ vtiqꝫ. i. certe ſcio qm̄ tu nō delectaberis nec delectaris in holocauſtis ve. le. rōne eoꝝ niſi ex bonitate offerētis. Dum ergo fui in peccato nō tibi obtuli ſacrificiū acceptabile: qm̄ ſcio ſupple ꝙ ſacrificium acceptabile tibi deo eſt ſpiritus contribulatus per pn̄iam. Et ſcio ꝙ tu deꝰ nō deſpicies cor cōtritū ⁊ hūiliatū per pn̄iam: al'r nūꝗ̄ acceptabis ipm̄ nec reſpicies/imo deſpicies ipm̄. Et hec fuit cā q̄re in toto tp̄e pctī nō obtuli nec dedi tibi ſacrificiū: qꝛ ſcio ꝙ non voluiſſes nec acceptaſſes illud q. d. tertiū bonū qđ ſeq̄t̄ ſi tu remiſeris mihi cl'pā: ⁊ reſtitueris gratiā/erit qꝛ offerā tibi cor cōtritū ⁊ humiliatū ⁊ ſpm̄ cōtribulatū: qđ eſt ſacrificiū tibi placitū ⁊ acceptabile: ⁊ ſic nō deſpicies: imo acceptabis ipm̄. Litera Hieronymi habet. Qm̄ nō vult ſacrificiū deꝰ nec holocauſtū tibi placet. Sacrificiū dei ſpūs cōfractus: cor cōfractum ⁊ cōtritū deꝰ non deſpicies. ⁊ tunc litera eſt magis clara.

**Benigne fac domine in bona volūtate tua Sion: vt edificentur muri Hieruſalem.**

¶ Quarta vtilitas ēt pōt eſſe vltia pars p̄ncipalis huiꝰ pſal. Nā Dauid ꝑ pctm̄ ꝑdidit grāz/⁊ icidit in cl'pā ⁊ mortē tpalē ⁊ etnā. ⁊ ſic ipediebat̄ tota ꝓmiſſio d̄ tēplo edificādo per ſucceſſorē filiū: ⁊ ſic ēt ipediebat̄ etnitas regni xp̄i. cōtꝫ ſi deꝰ reuocaret ſn̄iam ⁊ remitteret culpā ⁊ reduceret ipm̄ ī priſtinū ſtatū ⁊ grām: tūc ſeq̄ret̄ hoc q̄rtū bonū ⁊ vtilitas: ꝙ ipe dimiſit ⁊ preparauit oīa neceſſaria ꝓ tēplo edificādo ⁊ ciuitate āpliāda ⁊ cultu diuino magnificādo: qđ totū fuit ipletū ꝑ Salomonē. ⁊ ſic ꝑ ꝯn̄s fuit ipletū qđ figurabat̄ d̄ xp̄o ⁊ eccl'ia. iō ait. O dn̄e fac qđ peto nō ꝓpter me ſolū/ſꝫ ꝓpter Siō/⁊ totū ppl'z Iſrael. Uñ fac benigne ī volūtate tua ſiō i. ſit benigna tua volūtas toti Siō vt muri Hierl'z ⁊ tēplū poſſint edificari: ſicut ꝓpoſuiſti ⁊ ꝓmiſiſti.

**Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitie oblationes ⁊ holocauſta tunc imponent ſuper altare tuum vitulos.**

¶ Tūc in illo tēplo magnifico acceptabis ab oībꝰ ſacrificiū iuſtitie. i. corde cōtrito/⁊ hūiliato. Et tūc ſacerdotes imponēt vitulos/⁊ tauros/⁊ alia holocauſta/⁊ ſacrificia ſup altare tuū. Et nō ſolū intendo ꝙ facias benigne huic Siō materiali: ſed toti ſion ſpūali. ſ. eccl'ie per iſtā Siō figurate/vt muri noue/⁊ ſpūalis hierl'm edificent̄ per xp̄m ⁊ aplos/⁊ ipleat̄ tua ꝓmiſſio: ⁊ tūc in eccl'ia Chriſti ſacerdotes imponēt ⁊ offerēt/⁊ ſacrificabūt veros vitulos ſ. martyres ⁊ apoſtolos ꝑ vitulos ve. le. figuratos ſuper altare tuū/⁊ tūc acceptabis ſacrificiū iuſtitie. ſ. ſacrificiū euchariſtie: qđ de ſe eſt bonū ⁊ acceptabile/vt patebit magis in ſcđa expoſitione.

¶ Sequitur Secunda Expoſitio.

SEd/qꝛ vt in p̄ncipio dictū eſt: Dauid nō ſolū fecit hunc pſal. in pſona ſui/ſꝫ etiaꝫ ꝓphetice ī pſona totiꝰ corporis ſiue hoīs myſtici/ꝓut peccauit in Adā: ⁊ habet fidem Chriſti: qui homo peregrinatꝰ eſt vſqꝫ ad chriſtum: ⁊ exinde peregrinatur vſqꝫ ad iudiciū: q̄ alio modo dr ciuitas dei: aut ppl's ſiue eccleſia dei: ad quē ſenſuz legit̄ in officijs ferialibꝰ ad oēs horas: ideo ad hūc ſenſum eſt ſcđo modo exponēdus iſte pſal. Ad cuiꝰ intelligētiā eſt aduertēdū ſicut dictū eſt frequēter: ꝙ Dauid ī multis eſt figura Chriſti maxime quo ad primā ꝑſecutionē: qꝛ inocēter paſſus eſt: ſꝫ poſt ꝑſecutionem. fuit exaltatꝰ in regnū ſuū ſicut Chriſtꝰ. Sed in multis fuit figura ipſius Adā. ſ. inquātū pctōr ⁊ ingratus poſt exaltationeꝫ marie in adulterio ⁊ raptu Berſabee. ¶ Uñ pctm̄ ipſiꝰ Da. in mltis fuit ſile pctō primi parētis ⁊ ecō uerſo. Nā ſicut pctm̄ Dauid fuit ſupbia ⁊ furtū et luxuria/ita ⁊ pctm̄ ipſiꝰ Ade. Fuit eīm primo ſupbia: qꝛ nō paruit diuino p̄cepto. Scđo fuit furtū: qꝛ rapuit fructū vetitū. Tertio fuit luxuria: qꝛ voluit magis cōplacere vxori q̄ deo ꝓpter delicias ſuas ne deſtitueret̄ ſolatio ꝯſortis: vt ait Aug. Itē nō ſolū pctm̄ ipſiꝰ Da. fuit ſimile pctō Ade: ſꝫ etiā punitio ⁊ ſn̄ia. Nā ſicut ꝓpter pctm̄ Ade fuit corrupta tota ſua gn̄atio ⁊ natura humana: q̄ trahit concupiſcētiā in carne ab Adā: q̄ inclinat̄ gn̄aliter ad illa tria pctā. ſ. ad ſupbiā/auaritiā/⁊ luxuriā/q̄ dicunt̄ pctā hereditaria: qꝛ ex morbo nature cōtracto ab Adā: ita pariter fuit corrupta domus Da. ex ſn̄ia dn̄i ꝓpter pctm̄ eiꝰ cū dixit dn̄s ꝑ Nathā: non recedet gladius de domo tua. ⁊c. Et ſic taliter fuit corrupta tota domꝰ Da. ꝙ pctm̄ eius relictū eſt hereditariū filijs. Primo fuit relictū pctm̄ luxurie: qꝛ Amō corrupit ⁊ rapuit Thamar ſororē ſuā: ⁊ Abſalon ingreſſus eſt ad vxores patris ſui. Itē gladius homicidij nō receſſit de domo Dauid: nā Abſalon interfecit Amon fratrē ſuuz: ſicut Caim interfecit Abel. Itē relictū eſt pctm̄ ſupbie: qꝛ Abſalō rebellauit cōtra patrē ⁊c. Itē ſicut totū genus humanū fuit cōdēnatū ad mortē ꝓpter pctm̄ Ade: ita filius genitus ex adulterio Berſabee fuit ꝑcuſſus morte ꝓpter pctm̄ Dauid vt patet. ij. Reg. xij. Ex qbꝰ ptꝫ ꝙ nō ſolū pctm̄ ſed etiā ſentētia ⁊ punitio domus Dauid fuit ſil'is punitioni filioꝝ Adā: nā totū genus humanū fuit punituz in Adā/⁊ laborat in illo triplici pctō. ſ. ſupbia/luxuria/⁊ auaritia: tāꝗ̄ morbo hereditario relicto ex pctō p̄mi parentis. Hoc ergo p̄uidēs Dauid in ſpū non ſolū in pſona ſui ſicut dictū eſt ſed etiam in pſona hoīs myſtici ꝑcuſſi ⁊ vulnerati in Adā fecit hūc pſalmū in quo introducit ipm̄ loquētē. Uñ iſte hō miſticus q̄ loquitur in hoc pſal. habet duplicē reſpectū. Uno modo reſpicit primū Adā in quo peccauit ⁊ a q̄ trahit naturā corruptā tanꝗ̄ morbū hereditariū. Scđo reſpicit ſcōm Adā. i. Chriſtum ꝑ quē expectat liberari a morbo ⁊ ſn̄ia data in Adā. Et ſic dr hō myſticꝰ ratiōe Chriſti capitis ſui. q̄ q̄dē hō ꝑegrinatꝰ eſt ab Adā vſqꝫ ad Abrahā in quo recepit circūciſionē: ⁊ exinde ꝑegrinatꝰ ē vſqꝫ ad Moyſen: ī quo accepit legē/⁊ exinde vſqꝫ ad Chriſtuz a q̄ accepit ꝑfectionē ⁊ grām ⁊ veritatē legis: ⁊ exinde nūc ꝑegrinat̄ vſqꝫ ad ſcōm aduētū xp̄i: vbi accipiet vltimā ꝑfectionē. ſ. immortalitatē ⁊ vitā ſempiternā ī patria vbi ceſſabit tota ſua ꝑegrinatio. q̄ q̄dē homo/q̄ eſt eccl'ia/ſemp̄ ꝑegrinādo cantauit iſtū pſalmū vſqꝫ ad primū aduētū: petēdo redēptionē: ſꝫ nūc cātat ⁊ cātabit vſqꝫ ad iudiciū petēdo ſanari a predicto morbo ꝑ eccleſiaſtica ſacramēta. ¶ Scđo eſt notādū: ꝙ ſicut Dauid ꝓpter pctm̄ icurrit tria dāna. ſ. qꝛ icidit ī culpā/⁊ ꝑdidit grāz ⁊ ꝑdidit ꝓmiſſioneꝫ ſibi factā: ita pariter Adā ⁊ totū genꝰ humanū primo incurrit culpā. Scđo ꝑdidit gratiā ⁊ originalē iuſtitiā. Tertio ꝑdidit ꝓmiſſionē ſibi factā de eterna felicitate. Tria ergo facit iſte hō myſticꝰ ſiue tota eccl'ia in hoc pſal. Nā p̄io petit: liberari ⁊ ſanari a culpa horū triū pctōꝝ. Scđo petit ſibi gratiā amiſſam reſtitui. Tertio petit ꝓmiſſionē ſibi factā de celeſti felicitate adimpleri. Scōm ibi. Cor mūdū crea ⁊c. tertiū ibi. Benigne fac. ¶ Quātū ergo ad primū iſte hō myſticꝰ ſauciatꝰ in Adā gemens dicit. O deꝰ miſerere mei. i. releua me ab hac miſeria/ſcōm magnā miam tuā/et non reſpicias pctm̄ patris mei Ade. quaſi dicat: mitte filiū tuū ⁊ oſtēde miſericordiā tuā: vt liberet me de hac miſeria: quā traxi ab Adā. Et primo ſcđꝫ multitudinē miſerationū tuarū dele iniq̄tatē meā. ſ. primum pctm̄/qđ eſt ſupbia. ⁊ amplius. i. vlteriꝰ laua me ab alia iniq̄tate mea. ſ. ab auaritia. Tertio mūda me a peccato meo. ſ. luxurie: qꝛ iſta tria pctā traxi ab Adaꝫ quaſi morbo hereditario: ⁊ in his cōtinue laboro: vnde conueniunt mihi alia vitia ⁊ pctā. ſ. inuidia/gula/ira. ⁊c. Et ideo cōfiteor pctā mea: qm̄ ego cognoſco iniq̄tatē meā: ⁊ ſic cōfiteor me reū: qꝛ pctm̄ meū ſemp̄ eſt ꝯ̄ me. ſ. accuſando/cōterēdo/⁊ mordēdo cōſciētiā meā. ⁊ etiā qꝛ cōcupiſcentia ⁊ caro ſemp̄ inſurgit ⁊ impugnat aduerſus ſpm̄ ⁊ rationē: ⁊ ſic cōfiteor ꝙ tibi ſoli peccaui: ⁊ te ſolū offendi in Adā. nam ſicut ego fui tibi rebellis: ita in me eſt rebellis ſenſualitas ⁊ caro. ⁊ hoc accidit: qꝛ tibi ſoli peccaui ⁊ nō tibi obediui: ſed preceptū tuū ſuꝫ trāſgreſſus: ⁊ malū corā te feci obediēdo ꝑſuaſioni diaboli: ⁊ nō voci tue. ⁊ ſic illa pena ⁊ morbꝰ manet in carne mea ī punitionē ⁊ penā pctī: qꝛ qđ nolo hoc facio/⁊ ſic ſuꝫ ī ꝯtinua pugna incidēdo de pctō in pctm̄. Ideo veni in carnē ad ſanandū ⁊ redimendū me: ⁊ veni ꝑ gratiā ad remittēdū pctā q̄ cōmitto quotidie: ⁊ veni ꝑ gloriā ad liberandum me ab oī miſeria ⁊ penalitate corporali et ſpūali. ¶ Ut iuſtificeris. Hic iſte hō ꝑſuadet deo duplici ratione ꝙ debet ſibi culpā remittere: ⁊ a predictis peccatis liberare. Primo allegādo dei ꝓmiſſionē. Scđo allegādo hoīs fragilitatem ⁊ nature corruptionē. ¶ Ad cuiꝰ itelligētiā eſt aduertēdū: ꝙ diabolꝰ poſſet cōqueri de deo/dicēs. Quare tu feciſti pctm̄ hoīs remiſſibile: ⁊ meum irremiſſibile: qꝛ tu vis ipm̄ redimere ⁊ non me: qꝛ ita creaſti me ſicut hoīez ⁊ ī nobiliori natura creaſti me q̄ ipm̄: iō habeo ius q̄rele ꝯ̄ te: ⁊ poſſum te arguere de iīuſtitia. Huic obiectiōi rn̄det ꝓpheta in pſona totiꝰ hoīs myſtici dicēs. Dn̄e tu debes me redimere ⁊ nō diabolū. Primo vt iuſtificeris in ſermonibꝰ ⁊ ꝓmiſſis tuis: qꝛ primo ipſi Adā ꝓmiſiſti in paradiſo ꝙ mitteres filiū in carnē ad liberādū ipꝫ cū tota poſteritate. hoc idē ꝓmiſiſti oībꝰ patriarchis ⁊ ꝓphetis iō miſerere mei vt iuſtificeris in ſermonibꝰ tuis. Et q̄ñ vt iuſtificeris in ſermonibꝰ tuis: qꝛ ecce. i. reſpice. i. manifeſtū ē qꝛ veritatē dilexiſti ⁊ non mēdaciū. Iō debes adiplere ꝙ ꝓmiſiſti. Sꝫ tu manifeſtaſti multa icerta ⁊ obſcura et occulta myſteria de aduētu Chriſti in carnē: ⁊ de vniuerſali redēptiōe: ⁊ hoc manifeſtaſti ⁊ ꝓmiſiſti mihi ꝑ patriarchas ⁊ ꝓphetas. ergo imple ꝓmiſſum vt iuſtificeris in ſermonibꝰ tuis. ſed rurſus poſſet dicere deꝰ. Q̄ñ faciam hoc: qꝛ arguor ⁊ iudicor a diabolo. et murmurat cōtra me dicēs quare nō redimo ipſuꝫ ſicut redimo hoīem: ⁊ quare nō remitto ſibi culpā. Huic rn̄det hō miſticꝰ dicēs. Dn̄e tu potes hoc facere abſqꝫ iniuria: immo vinces diabolū dū iudicaris ⁊ argueris ab illo. Ecce eīm. i. certe ꝓ q̄ ego cōceptus ſum in iniquitatibꝰ: ⁊ mater mea ꝯcepit me ī pctis ⁊ in libidine: ⁊ vñ traxi naturā corruptā/⁊ fragilē ⁊ ꝓnā ad peccādū. ⁊ ſic habeo excuſationē: ⁊ pctm̄ meū ē remiſſibile: ⁊ magis meret̄ veniā

y pctm̄ dauid cōpat pctō ade.

hō repñtat adā ⁊ xp̄m.

nota mala ex pctō dauid ſecute.

quare pctm̄ hoīs fuit remiſſibile.

quare ꝯ̄ deus debuit facere

ſed pctm̄ diaboli eſt irremiſſibile: eo ꝙ nō incitat a carne ſed a ſola malitia ⁊ iniquitate ſua. Et ideo potes rn̄dere diabolo: ꝙ cū quare redimis me et nō ipm̄ te eſt: qꝛ ego pecco ex infirmitate ⁊ fragilitate: ⁊ ipſe peccauit. ⁊ peccat ſemꝑ ex malitia: cuꝫ ſit ipſe nobilioris ⁊ fortioris nature. ⁊ ſic vinces ⁊ cōfundes eū dū iudicaris ⁊ argueris ab illo. Ex qbꝰ ptꝫ ꝙ ſn̄ia eſt trāſpoſita in lr̄a: nam ly Ecce enī in iniquitatibꝰ cōceptus ſum/refert immediate ad ly vincas cū iudicaris. ⁊ ly ecce enim veritatē/refert ad ly iuſtificeris vt ſit ſenſus: Miſerere mei vt iuſtificeris in ſermonibꝰ. Ecce enī veritatē dilexiſti: qꝛ multa icerta ⁊ occulta manifeſtaſti mihi. Itē miſerere mei vt vincas cū iudicaris: qꝛ ecce enī in iniqtatibus cōceptꝰ ſum ⁊c. Et iſta trāſpoſitio reddit ſenſum huiꝰ litere difficilē. Sed eſt etiā aduertēdū ꝙ dupliciter pōt deꝰ iuſtificari in ſermonibꝰ ſuis: ⁊ vincere diabolū cū iudicat ab eo ⁊ arguitur de remiſſiōe hominis. Primo allegādo fragilitatē ⁊ infirmitatē hoīs: nā vt ſic/deꝰ iuſtificat ſeipſuꝫ: ⁊ ſimul vincit diabolū demōſtrando ꝙ miſeretur hūane infirmitati ⁊ fragilitati. Scdo ſimul iuſtificat ſeipſum ⁊ vincit cū iudicat: qn̄ implet qd̄ ꝓmiſit. ⁊ ſic nō eſſet trāſpoſitio: ſed ꝯſecutio ſnie: vt ordinetur ſic. Miſerere mei deꝰ: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis ⁊ vincas cū iudicaris. Primo fragilitati mee cōpatiendo: qꝛ in iniquitatibꝰ conceptꝰ ſum. Secūdo ꝓmiſſa tua adimplēdo: qꝛ veritatem dilexiſti. ſed qꝛ multa occulta manifeſtaſti mihi et promiſiſti: ergo imple ꝓmiſſum: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis: ⁊ vincas cuꝫ iudicaris.

Deꝰ in ſermonibꝰ iuſtificatur.

¶ Aſperges me dn̄e hyſſopo ⁊ mūdabor. Hic adducit modū cōuenientē quō debebat ipm̄ redimere ⁊ a pctō mundare: qꝛ ꝑ mortē ⁊ paſſioneꝫ. Uel poſſumꝰ dicere ꝙ hic interponit paſſionem futurā vt faciliꝰ ⁊ iuſtius impetret remiſſioneꝫ/dicens. O dn̄e aſperge me hyſſopo humanitatis intinco ſanguine tue paſſiōis: ⁊ mūdabor a pctō. ⁊ cū ſanguie tuo lauabis me ꝯferēdo mihi gr̄aꝫ: ⁊ ſic dealbabor ſuꝑ oēꝫ niuē: ⁊ dabis gaudiū auditui meo: cum dixeris/remittunt tibi pctā tua: ⁊ tūc oſſa humiliata ⁊ ꝯtrita ⁊ vexata in iſta lōga ꝑegrinatiōe exultabūt ⁊ qeſſcent. quaſi dicat: ꝙ aīa mea diu a pctō vexata qeſcet ⁊ exultabit dū fuerit ꝑ te redēpta: ⁊ receperit baptiſmū ⁊ oīa eccl'iaſtica ſacr̄a. Auerte ergo faciē a pctis meis nō reſpiciēdo delicta mea: ſed miām ⁊ paſſionē tuā: ⁊ dele oēs iniqtates meas: eas nec ad culpā nec ad penā iputādo: vt ſupra expoſitū ē

modꝰ redemptiōis

¶ Cor mūdū. In hac ſcda pte qrit iſte hō ꝑditā in Adam ſibi gratiam per paſſionem Chriſti reſtitui.

¶ Unde nota ꝙ duplicē grām ꝑdidit Adā ꝓpter pctm̄. Priō originalē iuſtitiā cuꝫ gratia gratifica. Scdo ſciam oim diuinoꝝ quā habebat/⁊ ſpm̄ prophetie: qꝛ multa ꝓuidit de futuris in illo ſopore: ⁊ ꝑdidit colloquiū angeloꝝ q de multis ipm̄ inſtruebāt. Un̄ ꝑ aduētū Chriſti hec duo recuperauimꝰ: nā loco originalis iuſtitie recuperauimꝰ charitatē ⁊ fidē: ſed loco illiꝰ ſcientie ꝑdite in Adā recuperauimꝰ intelligētiā ſacre ſcripture legis ⁊ ꝓphetaꝝ ꝑ dona ſpūs ſcti. Dicit ergo iſte hō/O dn̄e crea in me cor mūdū ab omni culpa: ⁊ renoua ī me ſpm̄ rectū. i. illā iuſtitiā ⁊ grām quaꝫ ꝑdidit in adā. ⁊ ne ꝓijcias me a facie ſapiētie: ⁊ ſciētie tue. ⁊ ne auferas a me ſpm̄ ſctm̄ tuū. ſed da mihi dona ſpūs ſcti ad recuperandū ſciam ſiue loco illius ſcie quā perdidi ī Adā/vt intelligā legē tuā. ⁊ redde mihi letitiā ſalutaris. i. illā ſciētiā ⁊ cognitionē vt contēplado ſcripturas poſſim letari ī myſterio incarnationis ⁊ ſalutis. Et dum gratiā ⁊ ſapientiā ꝑditā mihi reddideris nō auferas ampliꝰ: ſꝫ cōfirma me ī ſpū principali. i. gr̄a cōfirmata vt ſupradictū eſt. Quaſi dicat Adā cuꝫ ſua poſteritate. tu dn̄e creaſti me mundū ⁊ puruꝫ ī illo paradiſo/⁊ ornaſti me bonis nature ⁊ bonis gr̄e: ſed cū incidi ī latrones fui ſpoliatus oībus illis bonis ꝓpter ingratitudinem ⁊ pctm̄: ⁊ vltra hoc fui ſauciatꝰ ⁊ vlneratꝰ in oībus potentijs aīe ⁊ corruptꝰ in appetitu ⁊ ꝓiectꝰ a facie tua in hac valle lachrymarū. Rogo ergo vt venias in carnē: ⁊ reſtaures deperditū. Nā priō aſpges hyſſopo tue paſſiōis. ⁊ ſic mūdabis ⁊ lauabis me a pctō: ⁊ ſic auertes faciē tuā a pctis meis. Secūdo creabis cor mūdū in me/⁊ renouabis ſpm̄ rectū me iuſtificādo ⁊ ī gratiā reducēdo ⁊ in ea cōfirmādo. ⁊ iō ne ꝓijcias me a facie tua grām negādo ſꝫ reduc me ad faciē ⁊ amorē tuū ſpm̄ gratie cōferēdo ꝑ tuā paſſionē: ⁊ eccl'iaſtica ſacr̄a: in qbꝰ cōtinet p̄tiū ⁊ merita tue paſſionis: ⁊ ſic ero in te iuſtificatꝰ. Et nota ꝙ iſte hō myſticꝰ ⁊ vl'is petit vt deꝰ creet in eo cor mūdū ꝑ legē euāgelicā: eo ꝙ lex vetꝰ nō expſſe ꝓhibebat animū: ſed manū tm̄. vt nō occides: ſed lex euāgelica ꝓhibet vtrūqꝫ: vt qcūqꝫ dixerit fratri ſuo fatue: aut iraſcitur reꝰ erit gehēne Matth. v. Et quicūqꝫ viderit mulierē ad ꝯcupiſcēdū eā: iā mecharꝰ eſt ī corde ſuo. Ex quo ptꝫ/ꝙ lex euāgeliga eſt perfecta: qꝛ nō ſolū iuſtificat manū/ſꝫ animū: ⁊ hāc ꝑfectionē ⁊ grām legis euangelice petebat hō miſticꝰ an̄ aduētū Chriſti: cū dicebat. cor mūdū crea in me deꝰ. Itē petebat itelligētiā ſacre ſcripture legis ⁊ ꝓphetaꝝ ⁊ dona grāꝝ/q non habuerūt antiq in tāto gradu ſicut apl'i. Iō ſubdit Spm̄ ſanctū tuū ne auferas a me. Itē petit ī vtraqꝫ grā ꝯfirmari: quā ꝯfirmationē nō habuerūt patres ver. teſt. in tāto gradu ſicut habuit vgo Maria ⁊ Io. baptiſta ⁊ apl'i/que oīa iſta fuerūt collata ꝑ xp̄m in no. teſt. Iō ſubdit. Redde mihi letitiā ſalutaris tui/⁊ ſpū principali ꝯfirma me. Hec aūt data ſunt ꝑ aſperſionē ſanguinis Chriſti.

A grām duplicē perdidit Adā ꝓpter pctm̄.

Nota

¶ Docebo iniquos. Hic aūt ꝓpheta Dauid p̄dicit vtilitateſq ſecute ſunt toti eccl'ie per aſpſionē ſanguinis Chriſti ⁊ eccl'iaſtica ſacr̄a: maxie ꝑ virtutē ſacramēti pn̄ie. Un̄ dicit iſte hō myſticꝰ. O dn̄e Ieſu Chriſte ſi tu aſperſeris me hyſſopo ſpū ſcti ꝑ grāꝝ īfuſionē: ſequent iſta quatuor bona. nā p̄mo docebo iniquos ⁊ peccatores vias tuas: ⁊ viā pn̄ie ⁊ virtutem ſacroꝝ. ſ. baptiſmi ⁊ pn̄ie/⁊ confirmatiōis ⁊c. ⁊ tunc impij ad te conuertent. Item libera me de ſanguinibus. i. de oībus pctis mortalibus: nā oīa pctā volūtate ⁊ cū deliberatione cōmiſſa dicuntur mortalia/vel dicunt ſanguines/eo ꝙ merent mortē ⁊ ſanguinē: nā oīs pctōr reꝰ eſt mortis ⁊ ſanguinis ꝑ tranſgreſſionē legis ⁊ offenſionē factā deo ⁊ proximo. ⁊ ideo in toto tp̄e ⁊ ſtatu peccati laudes ſue nō ſunt ſpecioſe apud deū: ſed poſt actā pn̄iam laus eſt ſpecioſa apud deū: ſed hoc magis declarabit in ſeqnti expoſitiōe. In hac aūt ſcda expoſitione nō declaratur niſi qm̄o per aduentū Chriſti oīa ſacramenta habuerūt ꝑfectionē: ⁊ ſcriptura recepit ſuā veritatē: qꝛ ipſe Chriſtꝰ aperuit ſenſum ſcripturarū: qꝛ lex per Moyſeꝫ data: ſed gratia ⁊ veritas per Chriſtū patefacta eſt Ioā. i. Et ideo poſtqꝫ

Nota bene hec.



veritas fuit reperta. per dona gratiaꝝ ſpūs ſancti tūc aperta ſunt labia apoſtoloꝝ ⁊ doctorū: ⁊ annūciauerūt laudes deo ⁊ cōdiderūt officia canonica q ꝑ feſtiuitates cātant ad laudē dei. In qbus memorant oīa myſteria incarnatiōis natiuitatis paſſionis reſurrectionis ⁊ aſcēſionis Chriſti. Iō dicit libera me de ſanguinibus. i. poſtqꝫ liberaueris me de oībus pctis ꝑ paſſionē ⁊ eccl'iaſtica ſacramēta: tūc lingua mea exaltabit ⁊ magnificabit iuſtitiā ⁊ miam tuā. Et cū tu dn̄e aperies labia mea ꝑ infuſionē grārū ſpūſſancti/tūc os meū annūciabit laudē tuā. i. p̄dicabit oīa beneficia nr̄e redēptionis facta ꝑ Chriſtū: q erāt clauſa ī ve. le. ⁊ ſunt apta ⁊ reſerata ꝑ Chriſtuꝫ ⁊ ſuggeſta ꝑ ſpm̄ ſctm̄. Un̄ dicit iſte hō myſticꝰ. nō ſolū annūciabo laudē ꝑ vniuerſuꝫ orbē p̄dicādo: ſed etiā ī diuinis officijs nocturnis pariterqꝫ diurnis cātādo ⁊ memorādo. Un̄ nota ꝙ tunc apuit xp̄s labia ſacre ſcripture/qn̄ apl'is apuit ſenſuꝫ ⁊ ſcripturas: ⁊ interp̄tabāt eis qcūqꝫ ſcripta erant in lege ⁊ ꝓphetis ⁊ pſalmis de eo. vt habet Luc. xxiiij. Sed tūc apuit labia apl'orū ⁊ totiꝰ eccl'ie: qn̄ miſit ſpm̄ ſctm̄ in diſcipulos/q repleti ſunt ſpū ſancto: ⁊ ceperūt loq q ante erant muti.

¶ Qm̄ ſi voluiſſes. Hic ꝓpheta p̄dicit tertiā vtilitatē ⁊ effectū legis euāgelice ⁊ paſſionis Chriſti ⁊ eccl'iaſticorū ſacroꝝ. qꝛ nō ſolū mūdāt exteriꝰ: ſed etiā iuſtificāt interius aīam: vt dictū eſt in pſalmo p̄cedēti ⁊ etiā in iſto/ꝙ ſacrificia ve. le. nō erant de ſe bona nec acceptabilia apud deū: nec alicuiꝰ p̄tij: eo ꝙ ibi Chriſtꝰ hō ꝯtinebat realiter: ſed in ſigno tm̄. iō ſi cor offerentis nō erat mundū: deus nō acceptabat offerētē nec ſacrificiū: qꝛ ſola bonitate offerentis acceptabat ſacrificiū. Et ſic nō delectabāt nec placebāt deo ſacrificia: nec deꝰ delectabat in eis: ſed in ſola deuotione offerentiū. ſed illi erāt pauci. qꝛ lex nō ꝓhibebat explicite animū: ſꝫ manū. Iō pauca ſacrificia erāt deo accepta ī le. ve. niſi ſanctorū principaliū q offerebāt ſub ꝓteſtatione ⁊ fide xp̄i futuri. Sed lex euāgelica expreſſe p̄cipit nō ſolū manū ſed principaliter animū iuſtificari. Et docet offerri deo fidē formatā de corde bono ⁊ cōſciētia pura ⁊ purificata ꝑ penitētiā. Et ſic verū ſacrificiū ex parte nr̄i/⁊ prima oblatio eſt ſpūs cōtribulatꝰ ⁊ cor cōtritū ⁊ humiliatū ꝑ penitētiaꝫ. Et hoc deſiderabat ⁊ petebat iſte hō myſticꝰ ꝑ paſſionē Chriſti ⁊ legē euāgelicā. Iō ait. O dn̄e qm̄ ſi tu acceptaſſes et voluiſſes acceptare ſacrificiū veteris legis/ego bene dediſſeꝫ et obtuliſſem tibi in magno numero. Sed qꝛ vtiqꝫ ſcio ꝙ tu nō delectaberis in holacauſtis. qꝛ de ſe nō ſunt acceptabilia iō ſupple nō offeram tibi talia ſacificia bruta poſt paſſionē tuā. Sꝫ ſcio ꝙ ſacrificiū tibi acceptabile ī quo delectaris ex parte nr̄i/eſt ſpūs cōtribulatꝰ ⁊ cor cōtritū ⁊ humiliatū. qd̄ nō deſpicies: imo ſemꝑ aſpies ⁊ acceptabis. Iō hoc ſacrificiū offeram tibi ī lege euāgelica: qd̄ pauci in lege veteri offerebāt.

Lex euāgelica iuſtificat

¶ Benigne fac dn̄e. Hic ꝓpheta Dauid p̄dicit edificationē noue Hierl'm ⁊ dilatationeꝫ. ſ. eccl'ie toto orbe diffuſe/⁊ p̄dicit iſtitutionē ſacrificij ꝑ ſe acceptabilis qd̄ ī tota eccl'ia offert: qd̄ eſt euchariſtia.

¶ Ad cuiꝰ intelligētiā eſt primo notādū: ꝙ qn̄ Dauid fecit hūc pſalmū: iā ipſe edificauerat arcē ⁊ fortalitiū in mōte Sion: ⁊ ſepiuerat muro ciuitatem Hieruſalē. ⁊ ſic iā muri Hieruſalē erant edificati. Sed in exēplari ⁊ deſcriptiōe quam acceperat a ſpiritu ſancto de ciuitate amplianda. ⁊ tēplo edificando: quā deſcriptionē trādidit Salomōi vt edificaret tēplū in monte Moria ſiue area Iebuzei/⁊ per cōſequēs ampliaret ciuitatē nouo muro/vt tēplum eſſet intra ciuitatē/qd̄ totū impleuit Salomon in illa inquā edificatione ſiue exemplari ⁊ deſcriptione ꝓuidit Dauid in ſpū edificationē ⁊ ampliationē noueꝫ Hieruſalē a ſolis ortu vſqꝫ ad occaſum. Un̄ ipſemet Dauid dicit primo paralypomenō. xxviij. ꝙ illud exēplar fuit a deo ſoli traditū. ⁊ intellexit ea q erāt in illo exēplari ⁊ deſcriptione: nā primo intellexit ⁊ ꝓuidit ꝙ ſicut illud tēplū edificabat extra illā ciuitatē veterē: ita eccleſia Chriſti futura erat edificanda ꝑ Chriſtū extra illā Hieruſalē terrenā. Itē ꝓuidit ꝙ ſicut illa ciuitas ampliabat per alios muros/ita ciuitas dei ⁊ eccl'ia debebat incipere a Hieruſalē ⁊ dilatari ꝑ alios muros ſpirituales vſqꝫ ad fines terre. Itē ꝓuidit qd̄ ſicut illud tēplū edificabat ī p̄dio ⁊ area Iebuzei hoīs gentilis: ⁊ ꝑ ꝓſelytos cōuerſos de populo gentili: ita eccl'ia Chriſti erat edificanda in toto pp̄lo gentili ⁊ ampliāda ꝑ cōuerſos ad fidē de populo gentili: vt dictum eſt pſalmo. xxviij. Itē p̄euidit ꝙ ſicut Dauid p̄parauit lapides ⁊ ligna ⁊ aurū et argentū ⁊ cetera neceſſaria: ⁊ iſta exierunt de ciuitate antiqua parua ⁊ prima q dicebat ciuitas Dauid ē mōte ſiō: ⁊ ex iſtis a p̄re relictis ⁊ p̄paratis Salomon edificauit tēplū ⁊ ampliauit ciuitatē in p̄dio hoīs gētilis: ita Chriſtꝰ in illa ciuitate Hieruſaleꝫ p̄paraturꝰ erat oīa neceſſaria ſpūalia: ex qbus apl'i filij Chriſti edificauerūt eccl'iam ꝑ totū orbē. Nā ibi Chriſtꝰ p̄dicauit. ibi paſſus ē ⁊ reſurrexit. Ibi i mōte ſiō inſtituit verū ſacrificiū euchariſtie: ⁊ dedit legē euāgelicā in die pētec. ⁊ exinde exierūt diſcipuli ꝑ totū orbē: ⁊ ex illis lapidibꝰ ⁊ lignis euangelicis cōſtruxerūt eccleſiaꝫ vniuerſalē in pp̄lo gētili. Ex qbus patet ꝙ eccl'ia Chriſti incepit in mōte ſiō in illis. c. xx. cōgregatis: ſuꝑ quos venit ſpūs ſctꝰ in die pētec. ⁊ ibidē incepit ſacrificiū euchariſtie. ⁊ ex illa ſiō ⁊ Hierl'm exiuit illa eccl'ia ſiue cōgregatio ⁊ ſacrificiū: ⁊ dilatata eſt ꝑ totum orbē. Ideo ait: Eſa. ij. De ſion exiuit lex ⁊c. Ex qbus patet ꝙ eccleſia Chriſti vere dicit ſiō ⁊ Hieruſalē: qꝛ inde orta eſt ⁊ incepit. vnde eccl'ia Chriſti nil aliud eſt niſi ſion aut Hieruſalē inde orta: ⁊ toto orbe diffuſa: ⁊ ſic retinet nomē vnde orta eſt: ſicut flumina ſemper retinent nomē fontis a quo oriunt. ſicut Araxes ab Armenia: ⁊ Iberꝰ ab ibero ortogorra ab oppido ortogorea ſito in mōte Caucaſo. Itē dr̄ eccleſia Hieruſalē: qꝛ ipſa eſt viſio pacis ſcdꝫ interpretationē. Unde etiā eſt notādū ꝙ Hieruſalē primo fuit in mōte Sion vbi Dauid edificauit domū ſuā ⁊ arcem. Ideo dicebat Hieruſalē ciuitas Dauid: q parua erat in ambitu: ſed poſtea Salomon ex p̄cepto Dauid edificauit tēplū extra illā veterē ciuitatē: ⁊ vt poneret tēplū intra ciuitatē fecit murū ⁊ ampliauit ciuitatē in triplū/vt apparēt hodie veſtigia: ⁊ ſic ſub vno muro nouo iclūſit duas ciuitates. ſ. antiquā ⁊ nouā: quā ꝓ maiori pte populauit ex ꝓſelytis q tēplū edificauerāt. ⁊ iō ī hebreo dr̄. Hierl'ꝫ in pl'i declinatū: ſicut dicūt Athene/Uenetie ⁊ Sene ⁊ Piſe. qꝛ ex multi ciuitatibꝰ facta ē vna ſub vno muro. iō dn̄r Hieroſolymeiꝫ pl'i vt facta ſunt encenia hieroſolymis. Io. x. eo ꝙ erat due ciuitates vnico muro ſepte. Ultio ꝑ ꝓuidit. Dauid.

Figura eccleſie.

qualiter Chriſtꝰ ex duobꝰ ppl'is. ſ. iudaico ⁊ gentili ſub vno muro euangelico/vel ſub triplici muro/ ſcʒ fidei ſpei ⁊ charitatis erat vnā eccleſiā conditurus ⁊ clauſurꝰ. Itē ciuitas Dauid antiqua erat ſita in tribu Iuda: ſed tēplū ⁊ ciuitas noua fuit ędita in termino tribꝰ ⁊ ſortis Beniamin. ꝑ qđ figurabať ꝙ eccleſia Chriſti nō in vno ſolo ppl'o ⁊ natione erat edificanda nouiter. Hoc ergo petit iſte hō myſticus cū dicit. Benigne fac in bona voluntate tua ſion. i. o dñe oſtēde tuā bonā volūtatē ⁊ ꝓpoſitum ipſi ſion ſiue eccl'ie tue ſicut ꝓmiſiſti: ⁊ veni in carnē/vt muri Hieruſalē ſpūalis ⁊ noue edificenť per te: ⁊ per apl'os qui quidē muri ſunt fides ſpes ⁊ charitas. Ergo edifica ⁊ circūda tuam ciuitatem Hierl'm triplici muro. aduerſus quos muros porte inferi nō ꝑualebunt: quos venti aq̄lonares/aut ꝑſecutiões ⁊ tormēta tyrannorū nō mouebunt ⁊c. Et tūc i iſta Hieruſalē noua acceptabis ſacrificiū iuſtitie/ſcʒ euchariſtie: quod ꝑ ſe eſt acceptabile. Unde eſt iterū aduertēdum/ſicut dictū eſt/qđ eſt dr̃ia inter ſacrificia ⁊ ſacr̃a ve. ⁊ no. le. nam in illis non erat Chriſtꝰ realiter/ſed in ſigno tm̄ ⁊ figura. Ideo de ſe nō poterāt iuſtificare/nec gr̃am ꝯferre ſʒ in euchariſtia eſt realiter Chriſtꝰ deus ⁊ hō: q̄ ꝑ ſe eſt bonꝰ ⁊ iuſtꝰ pr̄i dilectiſſimꝰ ⁊ obediens: ideo exiſtēs i illo ſacr̄o pōt nos de ſe reconciliare patri ⁊ nos iuſtificare: ⁊ gr̃aʒ cōferre.

B Obiectio. ❡ Sʒ forſan dicereſ ꝙ in illis ſacrificijs animalium etiā erat deus quia vbiq̄ʒ realiter eſt ꝑ ſubſtātiā ⁊ virtutē ⁊ operationē.

Rñſio. Ad hoc rñdetur/ꝙ deus erat in illis aīalibus realiter ⁊ in lapide ⁊ vbiq̄ʒ per ſubſtātiā ⁊c. ſʒ nō eſt i illis vt illa iuſtificet/⁊ gratificet: nec vt exinde gr̃am influat: ſed vt illa cōſeruet in eſſe ⁊ operari: ⁊ illis naturalē ꝟtutē influat. Sed in euchariſtia eſt deꝰ cū hūanitate/vt ꝑ illā hūanitatē deo pr̄i nos recōciliet: ⁊ oībꝰ ſuis mēbris exide gr̃am ⁊ merita influat. ⁊ ſic illa hūanitas ⁊ ſarificiuʒ eſt ꝑ ſe bonū de opere opatoꝝ iuſtū iuſtificans: ⁊ ꝑ ſe deo acceptū. ideo dicit ſacrificiuʒ iuſtitie: q̄ꝛ de ſe eſt iuſtū ſemꝑ ⁊ acceptū apđ deū/⁊ ſemꝑ facit effectū recōciliatiōis ⁊ gr̃e. vñ licet qñq̄ʒ nō ꝓſit offerenti ꝓpter pctm̄ eius ⁊ malitiā: tm̄ ſemꝑ ꝓdeſt oībus viuis exiſtētibꝰ in charitate ad augmētū gl'ie ⁊ gr̃e/⁊ exiſtētibus in purgatorio ad remiſſionem pene: ⁊ ꝓdeſt ēt peccatoribꝰ vt cōuertanť ⁊ veniāt ad pn̄iaʒ. Et ſic ſemꝑ illud ſacrificiū ē acceptū apđ patrē/⁊ cōfert gratiā. Ideo dicit euchariſtiē grece qđ latine interꝑtatur bona gratia. ⁊ ſicut hoc ſacrificiū ꝑ ſe acceptabile ⁊ iuſtū in quo Chriſtꝰ realiter continetur nunq̄ fuit niſi in le. no. ita pariter virtus paſſiōis Chriſti eſt realiter in ſacramētis ⁊ attingit eccleſiaſtica ſacr̃a ſicut faber attingit iſtrumentū cū quo attingit materiā ⁊ p̄bet figurā ⁊ formā. Ideo baptiſmus ⁊ pn̄ia p̄bēt realiter gr̃am gratificā meritoriā vite eterne vltra hoc ꝙ purgāt a pctō: ⁊ iō vltra hoc ꝙ ſignificāt efficiūt qđ ſignificant qđ nō faciebāt ſacr̃a ve. le. cū ibi nec Chriſtꝰ nec ſua virtus contineret niſi in figura. Et ideo in ſola fide offerētis de Chriſto futuro iuſtificabāt a pctō: ſed ſi vltra hoc ꝙ iuſtificabant a pctō darent gr̃am gratificā meritoriā vite eterne/alibi videbitur: nā cōiter dicit ꝙ illa ſacramēta nō ꝓcedebāt realiter a paſſiōe Chriſti: ſed tēdebāt ⁊ dirigebantur ad paſſionē Chriſti: ⁊ ideo nō habebāt tātā virtutē ſicut ſacramēta no. le. q̄ realiter ⁊ actual'r emanant a paſſiōe Chriſti: ſicut aq̄ q̄ tendunt ad mare nō habēt tātā virtutē ⁊ ꝑfectionē ⁊ ſanitatē ſicut q̄ fluūt a mari. Unñ hāc ꝯcl'onē intēdit ꝓbare/aut vt probare apl's ꝑ totā epl'am ad Ro. ⁊ Ga. ⁊ He. ſ. qđ lex de ſe nō poterat iuſtificare niſi ſola lex euāgelica ⁊ eiꝰ ſacra. Ideo ait ꝓpheta. Tūc acceptabis in hac eccleſia ſacrificiū iuſtitie ⁊ alias oblatiões ⁊ ſacramēta. Et ſequiť. Tūc iponēt ſuꝑ altare tuuʒ vitulos. ❡ Unñ eſt aduertendū ꝙ oīa aīalia q̄ imolabanť in le. ve. erāt figura huiꝰ ſacrificij. ſ. agnus matutinꝰ ⁊ veſpertinus. vt Nūe xxviij. ⁊ Exo. xxix. agnꝰ ſignificabat iſtū agnū immaculatū. Et illi vituli q̄ imolabanť: q̄ꝛ erāt ſine iugo ſignificabāt Chriſtuʒ imolādū in cruce ſine pctō/⁊ quotidie offerēdū in altari huiꝰ eccleſie. Et etiā illi tituli figurabāt martyres q̄ ſeipſos ꝓ fide Chriſti in altari eccl'ie erant oblaturi ad mortē ⁊ martyriū. Ideo ait: qñ iſta noua Hierl'm erit edificata tūc i ea acceptabis ſacrificiū iuſtitie euchariſtie qđ fuit in le. ve. per agnū figuratū ⁊ acceptabis alias oblatiões eccl'ie. ⁊ tūc etiā apl'i ⁊ martyres imponenť vitulos ſuꝑ altare tuū in lege figuratos/cū ſeipſos ꝓ fide chriſti ſua ſponte offerent ad mortē. Et ſic Laurētꝰ ⁊ Uincētius ⁊ Lucia ⁊ Catharina ſe morte cōſecrabāt: ⁊ tales vitulos ⁊ tauros ⁊ agnos imponēt ſuꝑ altare tuū. Unñ nota ꝙ nos etiā quotidie imponimꝰ vitulos ſuꝑ altare dn̄i nr̄i: nō ſolū cū euchariſtiā offerimus/ſʒ etiā cū feſtiuitates martyrū celebramꝰ/⁊ eoꝝ triūphos ⁊ paſſiões cātamus/⁊ in tabulis ſuper altaria depingimꝰ in memoriā ad excitādam deuotionē populoꝝ ⁊ ad gloriam ⁊ honoreʒ ipſorū ſanctoꝝ. Ex q̇bꝰ pʒ ꝙ Dauid nō petit vt edificarenť muri Hierl'm materialis/q̄ꝛ iā erāt edificati: nec petit ꝙ accepteť ⁊ offeranť ibi vota ⁊ ſacrificia aīaliū brutoꝝ/q̄ꝛ quotidie offerebanť ibi: ſʒ q̄ꝛ ꝑuidit in ſpū ꝙ illa Hierl'm materialis debebat cū xp̄o mori ⁊ crucifigi ſimul cū ſacerdotio ⁊ oībꝰ legalibꝰ: iō petit edificari nouā Hierl'm ꝑ xp̄m toto orbe diffuſaʒ/⁊ petit offerri ſacrificiū no. le. i ea acceptabile apud patrē: ⁊ petit trāſferri ſacerdotiū: legē i euāgeliū ⁊ eccl'iaʒ xp̄i. ❡ Ex dictis in h' pſalmo eliciunť. xj. ꝯcl'ones corollarie. ❡ Prima ꝯcl'o ꝙ Adā per gn̄ationē reliq̄t nobis ſeminaliter ſuum pctm̄. ꝓbať. nā ꝑ generationē libidinoſam impſſit in carnē filioꝝ vitiū cōcupie ſiue fomitē ex cuiꝰ cōtactu aīa maculať pctō originali: qđ pctm̄ Ade imputať nobis ad penā dāni: ⁊ eiuſdē cōſenſu voluntas trahit pctm̄ actuale qđ iputať ad penā ſenſus. ❡ Scđa concl'o/ꝙ lʒ illa cōcupia aut fomes ſit ſemē oīs pctī: tm̄ ꝑncipal'r incitat voluntatē ad tria gn̄alia pctā. ſ. ad ſuꝑbiā/auaritiā/⁊ luxuriā: q̄ꝛ q̄cq̄d eſt i mūdo/aut ē ꝯcupia oc'loꝝ/aut cōcupia carnis/aut ſuꝑbia vite. ſ. Ioā. ij. Ex his tribꝰ oriunť oīa alia vitia: nā ex ſuꝑbia oriť ira/⁊ inuidia: ⁊ ex carne oriť gula/accidia/⁊ luxuria/⁊ ecōuerſo: ſed oīa vitia ex cōcupia oriunť. ſuꝑbia eñ nil aliđ eſt niſi concupia honoris ⁊c. ❡ Tertia cōcl'o/ꝙ ſupradicta pctā nō poterant remitti niſi ex dei mīa per aſꝑſioneʒ ſanguinis xp̄i ⁊ eccl'iaſtica ſacramenta. Quarta concluſio ꝙ paſſio Chriſti ⁊ eccleſiaſtica ſacr̃a nō ſolū nobis remiſit culpā/ſʒ etiā reſtituit gr̃am ꝑditā i Adā: hoc eſt q̄ꝛ i ſupplemētū iuſtitie originalis reſtituit nobis iuſtitiā fidei: ⁊ loco gr̃e dedit nobis dona ſpūs ſcti. ❡ Quinta cōcl'o/ꝙ ſacramēta ⁊ ſacrificia ve. le. de ſe nō poterāt iuſtificare hominē: q̄ꝛ de ſe nō erāt bona niſi ex ſola fide et bonitate offerētis. Unñ ſola fides Chriſti futuri iuſtificabat antiq̄s a pctō. ❡ Sexta concl'o/ꝙ ſacrificiū nr̄m ꝓpriū deo acceptū in vtraq̄ʒ lege eſt ſpūs cōtribulatꝰ ⁊ coꝛ cōtritū ⁊ humiliatū. ❡ Septima cōcl'o ꝙ ſacrificiū ſemꝑ de ſe bonū ⁊ acceptū ē euchariſtia: in qua real'r eſt Chriſtꝰ iuſtificās ⁊ recōcilias oēs. ❡ Octaua ꝯcl'o ꝙ vera Hierl'm ⁊ vera ſiō ē eccl'ia xp̄i toto orbe diffuſa exorta ex hierl'm iudee ichoata ibidē ꝑ xp̄m: ⁊ ꝑ apl'os ſuos poſtea ꝑ totū mūdū dilatata: i q̄ ſola offerť veꝝ ſacrificiū iuſtitie. ❡ Nona concl'o ꝙ Hierl'm iude nunq̄ fuit vera hierl'ʒ vſq̄ʒ quo venit xp̄s i eā ⁊ cōpleuit oīa myſteria nr̄e redēptiōis i ea. ꝓbať: q̄ꝛ tūc fuit vere viſio pacis ⁊ viſio oīm q̄ fuerūt figurata ꝑ pr̄iarchas ⁊ ꝓcā ꝑ ꝓphetas de ipa ⁊ meſſia futuro. ex q̄ pʒ ꝙ añ nō fuit hierl'ʒ i re ſʒ i figura ſicut cetera legalia. ❡ Decima cōcl'o ꝙ recedēte xp̄o ⁊ apl'is a hierl'm iudee nō ampliꝰ fuit hierl'm. ꝓbať: q̄ꝛ nō māſit viſio ⁊ ciuitas pacis ſʒ diſcordie ⁊ cōfuſiōis: q̄ꝛ repulit oēm pacē ⁊ viſionem fidei ⁊ veritatis. ⁊ ſic dicta eſt babylonia. ❡ Undecia cōcl'o ꝙ cū xp̄o fuit mortua tota lex Moyſi: ⁊ ꝑ ꝯñs oīa legalia ꝑdiderūt ꝟtutē: ⁊ ſic ceſſauit tota lex vetꝰ ⁊ ſucceſſit euāgelica: ⁊ ꝑ ꝯñs mortua fuit Hierl'm materialis cuʒ ſuo ſacerdotio ⁊ ſucceſſit vera hierl'm ſpūalis q̄ eſt eccleſia xp̄i toto orbe diffuſa. qđ pʒ per hoc qđ dicit Ut edificenť muri hierl'ʒ/q̄ꝛ illa hierl'ʒ materialis iā erat edificata: ſʒ deſiderabat edificari per Chriſtum aliā Hierl'm ſpūalē toto orbe diffuſam.

❡ Tertia expoſitio.

Miſerere mei deꝰ. Dictū eſt ſuꝑius qđ Dauid ad triplicē ſenſum fecit hūc pſalmū Primo l'raliter in perſona ſui ꝓut cōmiſit adulteriū cū Berſabee/⁊ homicidium contra Uriam. Scđo ꝓphetice in perſona totius hoīs ⁊ corꝑis myſtici ꝓut peccauit in Adā. Tertio in ꝑſona cuiuſlibet penitētis prout peccauit in ſe cōtra deū ⁊ ꝓximū. Et iō fuit p̄mo l'raliter expoſitus de ipſo Dauid. Scđo myſtice ⁊ ꝓphetice de toto corꝑe myſtico ſiue eccl'iaſtico/q̄ dicta eſt myſtica ⁊ ꝓphetica expoſitio. Opʒ ergo in tertio loco vt exponať ſpūaliter et mora'r ꝓ q̄libet pctōre penitēte: nā iō iſte pſalmꝰ collocatꝰ eſt q̇nquageſimꝰ in ordine vt ait Caſſiodo. eo qđ ſignat iubileū. nā ſicut in iubileo. l. annoꝝ oīa debita remittebanť: et vnuſq̄ſq̄ʒ a labore q̇ſcebat ⁊ liberabať a quocūq̄ʒ debito: ita penitēs cū deuotiōe ⁊ feruore ⁊ affectu ⁊ cōtritiōe dicēs hūc pſal. nō ſolū liberať a culpa/ ſʒ ēt a debita pena quācūq̄ʒ. ❡ Ad cuiꝰ intelligētiā eſt notādū ꝙ pctōꝛ in peccādo tria dāna incurrit. nā p̄mo ꝑdit gr̃am gratificā/quā receꝑat in baptiſmo. Scđo incidit in culpā ꝑ quā ē in ira dei ⁊ debitoꝛ pene eterne. Tertio q̄ꝛ cū nō ſit in gr̃a dei nulla bona q̄ agit: dū ē in pctō ſunt deo grata nec accepta ad vitā eternā. Tria ȷ̇ facit Dauid in hoc pſalmo in ꝑſona cuiuſlʒ penitētꝭ. nā p̄mo petit ſibi culpā remitti. ſcđo gr̃am ꝑditā reſtitui. tertio bona q̄ facturꝰ eſt a deo acceptari. ij. ibi Coꝛ mūdū. iij. ibi Docebo iniquos. poſſumꝰ etiā dicere ꝙ Dauid in hoc pſalmo ſuat totū ordinem pn̄ie/⁊ explicat oēs eiꝰ ptes. nā cū tres ſint ptes perfecte pn̄ie. ſ. cordis cōtritio ⁊ oris cōfeſſio ⁊ oꝑis ſatiſfactio/iō p̄mo petit ſibi culpā remitti ⁊ gr̃am reſtitui ꝑ cordis cōtritionē ⁊ oris cōfeſſionē. Scđo ꝓmittit ꝓ reatu ſatiſfacere cū dicit Docebo iniquos ⁊c. Iterū eſt ēt aduertēdū ꝙ Dauid nō ſolū ſuat ordinē pn̄ie in hoc pſalmo: ſʒ ēt ſeruat ordinē ⁊ modū boni oratoris et rhetoris in ꝑſuadēdo: nā in omni bona orōne premittiť exordiū in quo captať beniuolētia auditoris: ⁊ exinde fit petitio ⁊ narratio rei intētę: in q̄ narratiōe diſputať cā ⁊ poſſibilitas eiꝰ ⁊ fiūt obiectiones ⁊ cōfutatiōes: ⁊ tādē dať cōcl'o. Iō Dauid i hac p̄ma pte duo facit. nā p̄mo p̄mittit exordiū ⁊ petitionē cū cordis cōtritiōe ⁊ oris cōfeſſiōe. ſcđo ꝓbat poſſibilitatē petitiōis cōfutādo obiectiões/ibi. Ut iuſtificeris. Quantū ad primū cōmendādo deū de mīa vt reddat ip̄m ſibi beniuolū/dicit. O deus miſerere mei nō ſm̄ ſolā iuſtitiā/ſed ſm̄ miam tuā. i. ſm̄ bonitatē ⁊ pietatem releua me a miſeria peccati i qua poſitus ſum ⁊ nō ſolū ſm̄ miam tuā habitualē/ſʒ ſm̄ multitudinē miſerationū tuarū actualiū: q̄ꝛ ſemꝑ ſolitus es ⁊ cōſueuiſti peccatoribꝰ ⁊ afflictis miſereri: ⁊ liberaſti eos a miſeria: nā tu ſʒ multitudinē miſerationū tuarū liberaſti. Noe de diluuio ⁊ Abra. de hur Chaldeorum. ⁊ Jacob de manu Eſau/⁊ Iſrael de afflictione ⁊ captiuitate egypti. Et poſt incarnationē Magdalene multa pctā remiſiſti: ⁊ Chananee filiā ſanaſti/⁊ a demonijs liberaſti. ⁊ latroni in cruce veniā ⁊ remiſſionē plenariā tribuiſti. ⁊ finaliter oēs ſctōs pr̄es de limbo liberaſti. ergo ſm̄ multitudinē iſtarū miſerationum tuaꝝ dele iniq̄tatē meā.

Queſtio notāda. Sʒ q̄riť q̄re Dauid nō dicit miſerere mei ſm̄ omnipotētiā tuā aut ſapiētiā: Ad hoc rñdeť ſm̄ Ariſto. iiij. Et hic. ꝙ p̄nceps magnificꝰ aut magnanimꝰ magis inclinať ad petitionē cū narrāť ⁊ memoranť ſibi bñficia q̄ fecit: ⁊ magis ſʒ ēt delectať vt cōmēdeť eiꝰ largitas ⁊ magnificētia q̄ eiꝰ potētia. Cū ergo Dauid intēdat hic inclinare deū ad petitionē ſuā: ideo potiꝰ memorat miam ⁊ clemētiā q̄ ꝑtinet ad largitatē ⁊ magnanimitatē q̄ eiꝰ potētiā narrādo ⁊ cōmemorādo p̄terita bñficia. Itē magis explicať bonitas ⁊ ēt potētia diuina in mīa q̄ in potētia ⁊ ſapia. nā ſm̄ Aug. Plus ē ex impio facere piū q̄ creare celū ⁊ terrā: vt infra ꝓbabiť: vñ cātat eccl'ia. Deꝰ q̄ oīpotentiā tuā maxie pcēdo ⁊ miſerēdo manifeſtas ⁊c. Et ſic magis deꝰ delectať ⁊ citiꝰ inclinať ad implendam petitionē cū inuocať ꝑ miam q̄ ꝑ potētiā. ideo ait Dauid: miſerere mei deꝰ ſm̄ magnā miam tuā. Itē notāter dicit magnā: q̄ꝛ lʒ vna ⁊ eādē ſit mīa dei ex pte ſui: tm̄ reſpectu nr̄i mīa q̄ deꝰ liberat ⁊ releuat peccatorē a miſeria ⁊ pena eterna/ē magna ⁊ maxima ⁊ maioꝛ q̄ mīa qua releuat a pena tꝑali. q. d. O deꝰ miſerere mei nō ſolū ſʒ miam q̄ liberas hoīes a ꝑiculis tꝑalibꝰ: q̄ꝛ vt ſic ēt m'los multos liberas ⁊ das eis bona tꝑalia: ⁊ ſupples eoꝝ petitiões in hac vita: ſʒ miſerere mei ſm̄ magnā ⁊ maximā miam tuā: q̄ ex pctōribꝰ iuſtos facis. ſicut miſertꝰ es Magdalene ⁊ latroni ⁊ Mat. ⁊ Aug. iō ſm̄ multitudinē tuaꝝ taliū miaꝝ dele iniquitatē ⁊ culpā meā: nc ampliꝰ imputes ad penā eternā. Et ſeq̄ť. Amplius laua me ab iniq̄tate mea: ꝑ hāc cōtritionē ⁊ lachrymas quas effundo/⁊ per eas mūda me a pctō meo.

Queſtio. Sʒ hic dubitať q̄re hic ponit tria ꝟba. ſ. dele laua ⁊ mūda: q̄ idē videnť importare: cū dicit dele iniq̄tatē ⁊ laua me ab iniq̄tate ⁊ munda me a pctō qđ idē eſt qđ iniq̄tas: ⁊ ꝑ ꝯñs ter nominat pctm̄.

Rñſio. Ad hoc rñdeť ꝙ nihil poniť ſuꝑfluū. ꝓpter qđ eſt notādū. ꝙ ſicut pctm̄ Dđ. fuit triplex. ſ. adulteriū: fur



Nota q̄ in orōne exordiū eſt p̄mittēdū.

E Peccādo tria dāna incurrit pctōꝛ.

F
Nota q̄ñ oẽ pctm̃ nrꝫ eſt triplex. ſ. adulteriuz/ furtũ/ ⁊ homicidiũ.

tũ ⁊ homicidiũ vt dictũ eſt: ita oẽ pctm̃ nr̃m eſt tri
plex ſimile illi. ¶ Nã nũq̃ peccamus q̄n cõmitta-
mus adulteriũ furtũ ⁊ homicidiũ. nam primo aĩa
noſtra fuit deſponſata Chriſto in baptiſmo/⁊ renũ
ciauit diabolo ⁊ mũdo ⁊ põpis eiꝰ/⁊ ꝓmiſit Chri-
ſto fidẽ ſpẽ et charitatẽ ⁊ in oĩbus ſequi ipſum: er
go quãtũcũq̃ peccat adulterat̃: q: auertitur a bo-
no incõmutabili ⁊ cõuertit̃ ad bonũ cõmutabile:
et cõtẽnit Chriſtũ ſpõſum/⁊ ſequit̃ ſuggeſtionem
diaboli: q: nemo põt duobus dñis ſeruire. neceſſe
eſt eñ̃ vt vnũ cõtẽnat ⁊ alterũ diligat: vt ait ſalua-
tor Mat. vj. Et ſic fornicat̃ peccator cũ diabolo.
Apo. xviij. Scđo cõmittit ſemper furtum: q: rapit
ꝓhibitũ. Nã peccatũ ſm̃ Auguſti. nil aliud eſt niſi
omne cõcupitũ vel factũ ꝯtra illud qđ lex ꝓhibet
Tertio cõmittit homicidiũ q: occidit ⁊ odit̃ aĩam
ſuã in mortẽ eternã q̄ diligit iniq̃tatẽ. Itẽ in omni
pctõ fuit triplex offenſio. Primo ꝯ deũ: cuius p̄ce-
ptũ violat̃. et hoc dr̃ adulteriũ ⁊ iniquitas. Scđo
peccator offendit ꝓximũ iniuria vel dãno. Hoc ẽt
dicit̃ iniq̃tas ⁊ furtũ. Tertio hõ offendit ſeipſuz: et
hoc dr̃ homicidiũ: cũ ſe in mortẽ eternã p̄cipitet: ⁊
hoc dicit̃ pctm̃ inquãtũ deuiat ⁊ errat a via veri-
tatis. Itẽ cõiter omne pctm̃ hꝫ tres gradus. ſ. cor
de/ore/⁊ opere ſiue proſecutiõe. ⁊ ſic Dauid oĩa ſu
pradicta tria pctã cum ſuis gradibus petit ſibi in
hac parte remitti. Itẽ oĩa pctã reducunt̃ ad tria
vt dictuz eſt in ſuperiori expõe. nã quicquid eſt in
mũdo vt ait Joã. in canonica/aut eſt cõcupia car-
nis aut cõcupiſcẽtia oculoꝝ/aut ſupbia vite: ꝑ cõ
cupiſcẽtiã carnis ĩtelligit gulã, ⁊ luxuriã ⁊ acidiã
q̄ ſe habent cãliter ⁊ correlatiue. ꝑ ſupbiã ĩtelligit
elationẽ ⁊ iram ⁊ inuidiam: q: ſupbus nõ patitur
parẽ nec equalẽ. ꝑ cõcupiſcẽtiam oculoꝝ intelli
git auaritiã et furtũ ⁊ rapinã ⁊c. Ex quo ptꝫ/ꝙ ad
iſta tria pctã reducuntur oĩa alia. Un̄ ſupbia ⁊ aua
ritia dicunt̃ iniq̃tates/q: nõ cõmittunt̃ ſine iniqui
tate ⁊ malitia ⁊ iniuria. luxuria aũt ⁊ oĩs carnali-
tas dr̃ hic tm̃ pctm̃: eo ꝙ cõiter cõmittit̃ ex fragili
tate. Ab his ergo tribꝰ cõmiſſis petit penitẽs/hic
liberari ꝑ miam dei. ¶ Sed rurſus reſtat vidẽdũ
qđ intelligit ꝑ illa tria ꝟba. ſ. delere/lauare/⁊ mun
dare. Ad cuius intelligẽtiã eſt notandũ ꝙ iſta tria
ꝟba ad diuerſa referunt̃. nã pctm̃ tria facit. nã pri
mo infligit culpam in aĩa. q̄ pctõr dr̃ eẽ in ira dei et
debitor pene eterne ĩquãtũ deꝰ imputat ipſi illud
pctm̃ ad penã eternã. Scđo deturpat aĩam: nã que
ante per gratiã erat deo ſil'is poſt pctm̃ eſt diffor-
mis. ⁊ ſic illa difformitas dr̃ q̄dã macula. Tertio in
ꝓſpectu diuino manet quidã reſpectꝰ mouẽs deũ
ad vindictã pctĩ ⁊ forſã eſt idẽ cũ culpa ſiue funda
tur in ipſa culpa ſubiectiue/ſꝫ obiectiue in deo vñ
deꝰ ex ſola mia ⁊ bonitate reſpiciẽs in paſſionẽ et
ſanguinẽ Chriſti delet ipſtũ reſpectũ a ꝓſpectu me
morie ſue ſiue ire: hoc eſt nõ amplius imputat pec
catũ ad penã eternã: q: ſoli deo facta eſt iniuria ex
preuaricatiõe legis: ideo ſolus deus põt tale debi
tũ remittere Eſa. xxxiiij. Solꝰ ego deleo iniq̃tates
⁊ pctã populi. Ex quo ptꝫ ꝙ ly delere refert̃ ad di-
uinã memoriã ſiue ꝓſpectũ. Un̄ dicit Aug. ꝙ deum
pctã delere nil aliud eſt niſi pctõꝝ nõ recordari. i.
nõ ad penã imputare. Petit ergo penitẽs vt deus
deleat pctm̃ ⁊ iniquitatẽ de memoria ſua ne am-
plius imputet ad penã eternã. Scđo petit lauari
ꝑ [illegible] a culpa quã cõmiſit. Scđa q:

H
Quid intelligat ꝑ delere ⁊c.
Nota q̄ñ peccatũ tria facit.

fuit deturpatꝰ ⁊ maculatꝰ ⁊ difformis factꝰ ꝑ ab-
ſentiã grẽ: ideo petit mundari ꝑ ſanguinẽ Chriſti
qui dat̃ virtute ſacrĩ pniẽ/vt mũdet illam macula.
¶ Ex quo ptꝫ ꝙ tria facit pnia. nã prio delet pctm̃
ſiue iniquitatẽ a ꝓſpectu diuino ne ampliꝰ recor-
det̃ nec imputet ad penã eternã: nã ſicut penitens
dolens ꝓponit ampliꝰ nõ peccare: ita deꝰ ꝓponit
ampliꝰ nõ recordari nec ad penã imputare. Un̄ ſi-
cut penitẽs delet pctm̃ a ꝓpoſito/ita deꝰ delet ipꝫ
a memoria ⁊ ſnia ſua ⁊ ira ⁊c. Et hoc fit ꝑ cõtritio-
nẽ. Nã cõtritio eſt pctã p̄terita plãgere ⁊ plãgenda
iterũ nõ cõmittere. Scđo lauat per cõfeſſionẽ ⁊ la
chrymas ſuas in ꝯfeſſiõe. Tertio mũdat ꝑ virtutem
paſſiõis xp̃i ſiue ꝑ ſatiſfactionẽ vt magis patebit.
Penitẽtia ergo delet lauat ⁊ mundat. Uel poſſu-
mus ẽt dicere ꝙ pnia delet ſupbiã/lauat luxuriã/
mũdat ab auaritia. Itẽ pnia delet iniq̃tatem a dei
memoria lauat ſenſualitatẽ a turpitudine ꝯcupiẽ
⁊ naturalis habitus/⁊ mũdat cor ⁊ cõſciam a ma-
cula. Itẽ delet a ꝓpoſito: lauat a locutione: ⁊ mun
dat ab opere. ¶ Qm̃ iniq̃tatẽ meã. Hic explicat ꝑ
mã ptẽ pniẽ q̄ eſt cordis ꝯtritio: inquãtũ peccator
cognoſcit in ſe pctm̃ ſuũ ⁊ reatũ: dolet ⁊ cõterit̃: ꝑ
quã cõtritionẽ meret̃ vt deus deleat pctm̃ ſuũ ne
ampliꝰ imputet ad penã eternam. Ideo dicit peni
tẽs. miſerere mei ⁊ dele iniq̃tatẽ ⁊c. qm̃ ego cogno
ſco iniquitatẽ ⁊ culpã meã. i. cognoſco me eſſe reũ
⁊ peccatorẽ: ⁊ pctm̃ meũ cõmiſſum eſt, ſemꝑ cõtra
me cõterẽdo ⁊ accuſando ⁊ mordẽdo cõſcientiam
meã. vñ infligit ſemꝑ mihi dolorẽ ⁊ cõtritionem ⁊
ꝓpoſitũ nunq̃ ampliꝰ cõmittẽdi: in quibꝰ cõſiſtit
vera cõtritio/Ergo poſtq̃ me tibi oſtẽdo verũ ꝯtri
tũ/dele iniquitatẽ meã. ¶ Tibi ſoli peccaui ⁊c. Hic
explicat ſcđam partẽ penitẽtie q̄ eſt cõfeſſio oris.
quaſi dicat: amplius laua me a macula peccati et
carne: ⁊ a ſorde cordis ⁊ aĩe munda me: q: tibi ſoli
peccaui: ⁊ malũ corã te feci. Quaſi dicat: ꝙ ſicut ꝑ
virtutẽ cõtritionis deles iniq̃tatẽ meã a memoria
tua: ita per virtutẽ ꝯfeſſionis laua me ⁊ mũda me:
nã ꝯfiteor tibi ⁊ tuo ſacerdoti ꝯfiteri, ꝓmitto qua-
liter tibi ſoli peccaui et malũ actum vel propoſitũ
corã te feci. ⁊ ſic cõfiteor tibi ⁊ ſacerdoti pctm̃ meũ
coram quo feci illud quantũcũq̃, fecerim occulte.
¶ Sed hic dubitatur: q: homicida ⁊ latro ⁊ adul-
ter ⁊ inuidus nõ ſolũ videtur peccare deo/ſꝫ etiaꝫ
ꝓximo cui fit dãnũ ⁊ iniuria. ergo nõ ſoli deo pec-
cat pctõr. Ad hoc rñdetur: ꝙ peccare vno mõ idem
eſt qđ offendere vel ledere. ⁊ ſic peccator nõ ſolum
peccat cõtra deũ/ſꝫ etiã cõtra ꝓximũ quẽ ledit/et
cui infert dãnũ vel iniuriã. Alio modo peccare idẽ
eſt qđ ab aliqua lege deuiare: ex qua meret̃ puni-
ri. ⁊ ſic ꝑſona priuata nõ ſolũ peccat cõtra deuꝫ/ſꝫ
etiã cõtra regẽ ⁊ p̄ncipẽ: aut magiſtratũ cuꝰ legẽ
violat. ⁊ ſic meret̃ mortẽ corꝑalẽ iuxta merita de-
licti. Et iſto mõ rex vel p̄nceps ſoli deo peccat: q:
nõ hꝫ ſupra ſe aliũ principẽ q̄ poſſit corrigere ipm̃
niſi deũ: cuiꝰ ſolã legẽ trãſgredit̃: ſicut dictũ eſt de
Dauid in prima expoſitiõe. Tertio mõ peccare idẽ
eſt qđ illã legẽ violare q̄ nõ ſolũ obligat hoiem ad
mortẽ tpalẽ corporis/ſꝫ etiã ad mortẽ eternã aĩe.
⁊ ꝑ cõſeq̄nẽs offendere illũ q̄ põt occidere corpꝰ ⁊
aĩam: ⁊ põt culpã ⁊ penã eternã etiã dimittere. de
quo dicit ſaluator. Nolite timere eos q̄ occidũt cor-
pus: aĩam aũt nõ p̄nt occidere: ſed illũ potiꝰ time
te/q̄ cũ occiderit põt mittere in gehẽnã. Et iſto mõ



ſoli deo peccamꝰ q̄ñcũq̃ peccamꝰ ſiue in publico
ſiue in occulto: nã illiꝰ legẽ violamꝰ/cuꝰ trãſgreſ
ſio infligit culpã ĩ aĩa ⁊ obligat ad mortẽ eternã.
⁊ ſicut põt punire ita põt miſereri ⁊ retinere. iõ di
cit penitẽs in cõfeſſiõe Tibi ſoli ⁊c. ¶ Ut iuſtifice
ris. Nota ꝙ hic incipit verſiculꝰ ⁊ ſnia. Nã dictũ ẽ
in p̄ncipio ꝙ in vno verſu magno continent̃ duo
veteres ꝟſiculi parui lyrici ⁊ pindarici cuiuſmõi
fuerũt facti ꝟſiculi pſalmorũ pꝫ Dauid. Hic etiã in
cipit ſcđa particula huiꝰ prime partis p̄ncipalis
in qua penitẽs ꝓbat poſſibilitatẽ ſue remiſſionis
⁊ ꝯpetitionis: ⁊ cõfutat obiectiones ꝯtrariorũ ⁊ impu
gnantiũ remiſſionẽ pctõꝝ. ¶ Ad cuiꝰ intelligẽtiã
eſt diligẽter notãdũ ꝙ tria gñã obtrectatorũ ſiue
emulatorũ cõſueuerũt impugnare pniam ſiue re-
miſſionẽ: ⁊ arguere ⁊ iudicare deũ ⁊ murmurare ꝯ
eũ in remiſſione pctõꝝ. In primis murmurat dia
bolꝰ cõtra deũ ⁊ iudicat ⁊ arguit ipm̃ quare nõ re
mittit ſibi culpã ſicut remittit hoĩ/cũ ipſe ſit nobi
lior quocũq̃ hoĩe. ⁊ iſte mouet̃ ex inuidia q: videt
hoiem ꝑ grãm ⁊ penitẽtiã cõſeq̄ felicitatẽ quã ipẽ
ꝑdidit ꝑ ſupbiã. Scđo arguũt ⁊ murmurãt contra
deũ illi q̄ fuerũt leſi ⁊ paſſi ſunt iniuriã cũ vidẽt vi
uere ⁊ etiã ꝓſperari illos q̄ eis iniurias ⁊ dãna in-
tulerũt: imo blaſphemãt ꝯ deũ dicẽtes deũ eſſe in-
iuſtũ ⁊ acceptorẽ ꝑſonarũ: et quõ põt eos ſuſtine-
re in mũdo/⁊ parcere eis ꝑ penitẽtiã? rogãtes deũ
vt nunq̃ eis donet locũ penitẽtie: ſꝫ moriant̃ mor
te ſubitanea ⁊c. et ipſi non cõſiderãt ꝙ ipſi magis
offenderũt deũ. et ꝙ ſic deꝰ deberet eos punire ſe-
cũdũ merita eorũ vt illos. Tertio volũt deũ argue
re et temere iudicare/et iugiter murmurat gñatio
peſſima hipocritaꝝ: q̄ reputãtes ſe iuſtos aut vo-
lẽtes iuſti apparere iugit̃ mordẽt ⁊ rodũt publice
pctõres ⁊ blaſphemãt ⁊ murmurant cõtra deũ: di-
cẽtes quare deꝰ ꝑmittit eos ⁊ talia ſcelera ſuſtinet
ſup terrã? immo diſplicet eis q̄ñ pctõres veniunt
ad pniam/licet q̄nq̃ fingant̃ ſe pro eis orare. Sed
iſta tria genera obtrectatorũ et murmuratorũ mo
uentur diuerſis finibꝰ. nã diabolus mouet̃ ex inui
dia: nã q: ipſe eſt condẽnatꝰ ad penã eternã ꝓpter
obſtinationẽ vellet ſemꝑ ſocios habere penarũ. et
ne hõ poſſideret locuz quẽ ipſe ꝑdidit ꝑ ſupbiã et
obſtinatiõem/iõ ſibi diſplicet pnia peccatoris. Sꝫ
iſte nõ habet ius querele cõtra deũ ſi miſeret̃ pec
catoribꝰ et nõ ſibi. Primo q: ipẽ nõ peccauit ex fra
gilitate ſicut peccãt modo pctõres ꝓ ſtatu iſto ꝓ-
pter naturã corruptã in adã. Scđo q: deus ꝓmit-
tit veniã penitẽtibꝰ. ergo ſi homo agit pniam ⁊ nõ
diabolus nõ eſt culpa dei quare nõ remittit culpã
diabolo ſicut hoĩ penitẽti. Sed hõ leſus et paſſus
iniuriã cõtra deũ murmurat ex ira. nã ira ẽ appeti
tus vindicte ex accẽſione ſanguinis circa cor pro-
pter ꝑpẽſionẽ aut iniuriã illatã. ⁊ iõ tales appe
tentes vindictã de ſuis leſoribꝰ/murmurãt ꝯ deũ.
Cõtra quos inuehit̃ Chriſtꝰ Mat. xxv. adducens
parabolã de illo cui dñs remiſerat debitũ. x. M. ta
lentorũ: ⁊ ipẽ ſuffocabat cõſeruũ ⁊ ꝓximũ q̄ debe-
bat ſibi tm̃. C. denarios. ⁊ iõ tales non habẽt ius q̄
rele cõtra deũ: nã ſi volũt vt dimittat eis pctã q̄ cõ
tra deũ ꝯmiſerũt: a fortiori debẽt ipĩ remittere in-
iuriã ꝓximo penitẽti. nec debẽt mirari quare deꝰ
ꝑmittit eos ĩ pctõ viuere ⁊ ꝓſperari: q: expectat eos
ad penitẽtiã. Hypocrite aũt ex peiore intẽtione et
malitia mouent̃ ꝙ diabolus ⁊ hõ leſus. ¶ Ad cuiꝰ

Nota de diabolo.
Homo etiã mur-murat ⁊c.
Duo genera hypocritarũ.
K

ĩtelligẽtiã ẽ aduertẽdũ ꝙ duo ſũt gñã hypocritarũ
nam q̄dã ſciunt ſꝫ eſſe malos: ſꝫ ſingũt virtutẽ vt
appareãt boni ⁊ decipiãt ppl'm: ⁊ extorqueãt bona
tẽporalia ⁊ honorẽtur ab omĩbꝰ. de q̄bꝰ ſaluator
Mat. v. Cuꝫ ieiunatis nolite fieri ſicut hypocrite
triſtes: exterminãt eñ̃ facies ſuas vt appareãt hoĩ
nibus ieiunantes. Itẽ veniunt in veſtimẽtis ouiũ
intrinſecꝰ aũt ſunt lupi rapaces. ⁊ hoc faciũt duo
bꝰ reſpectibꝰ. Primo vt comedãt domos viduarũ
⁊c. ⁊ hoc ꝓpter auaritiã. Scđo ꝓpter ſupbiam vo
lunt primos accubitus in mẽſa: ⁊ ſic volũt ab oĩbꝰ
vocari rabi. Et ſic iſti vt videãt̃ boni ſemꝑ de vir-
tute locuti volunt alios publice increpare. ⁊ lꝫ in
occulto nõ murmurẽt ꝯ deũ eo ꝙ agnoſcũt ſeipos
prauos ⁊ occultos pctõres/tñ in cõſpectu ppl'i fin
gũt admirari ⁊ dicũt: q̄ñ põt deus ſuſtinere pctõ
res ⁊ tãta ſcelera ſup terrã. ⁊ ſic publice arguũt et
iudicãt temere diuinã miam. Scđm genꝰ hypocri-
tarũ ẽ peius priori q̄ putãt ſe eſſe bonos ⁊ iuſtos/⁊
potiꝰ abſtinẽt a pctõ ex ſupbia: vt poſſint alios ar
guere ⁊ mordere: q̄ ex deuotione. ⁊ iſti non ceſſant
inueſtigare in publico ⁊ occulto vitas ⁊ facta alio
rũ vt oẽs poſſint carpere ⁊ mordere vt iuſtificet ſe
ipos: de quorũ grege erat ille phariſeꝰ q̄ arguebat
publicanũ dicẽs. Grãs ago tibi dñe q: nõ ſuꝫ ſicut
ceteri hoĩs ⁊c. Lu. xviij. Itẽ eiuſdẽ gñis erat Simõ
phariſeꝰ q̄ arguebat xp̃m Luc. vij. q: ꝑmittebat ſe
tãgi a mlĩere peccatrice. Et iſti ſũt ita ſupbi ꝙ pu
tãt ſolis ſibi deberi honorẽ/⁊ intãtũ ſunt obcecati
ꝙ nõ cognoſcũt pctã grauiora in q̄bꝰ laborãt. Naꝫ
prio ſunt ſuſurrões: voraces ambitioſi: diffamato
res: ⁊ blaſphemi: nã dicũt ꝙ deꝰ nõ ẽ deꝰ niſi ilico
puniat pctõres: ⁊ ſic inuidẽt mie dei q̄ expectat pctõ
res ad penitẽtiã. Itẽ inuidi. q: in nullo alio patiũ-
tur honorẽ: nec volũt ꝯſortẽ in honoribꝰ ⁊ inuidẽt
diuine mie. Itẽ ſunt heretici ⁊ Pelagiani: q: putãt
ſe ex ꝓpriis viribꝰ ⁊ nõ ex dei grã abſtinere a pctõ
aliquo cũ ſint maioribꝰ ⁊ grauioribꝰ ſceleribꝰ ſau
ciati. cõtra quos inuehit̃ xp̃s Mat. vij. hypocrita
vides feſtucaꝫ in oculo fr̃is tui: trabã aũt in oculo
tuo nõ cõſideras. De his dicit Aug. ꝙ eſt ĩpoſſibile
ꝙ agãt pniam ⁊ nõ eſt. Nã nõ putãt ſe pctõres ſꝫ iu
ſtos: ⁊ ſic cõtẽnũt pniam in ſeipis/et odiũt pniam
in ꝓximo. ¶ Ex q̄bꝰ patꝫ ꝙ tria gñã arguũt ⁊ iudi
cant Chriſtũ ⁊ murmurãt iugiter ꝯ eius miam: eo
ꝙ eſt ita ꝓnus ad miſerẽdũ penitẽtibꝰ. Nã arguũt
cõtra deũ afflicti ⁊ leſi ⁊ hypocrite ſimul ⁊ q̄dã cu
rioſi dicẽtes: ꝙ ſi deꝰ eſt ſumma iuſtitia ⁊ tribuit
vnicuiq̃ qđ ſuũ eſt/⁊ nemini facit iniuriã: quomõ
ergo ꝑcit pctõribꝰ q̄ ex inopia nõ potuerunt reſti-
tuere ea q̄ paupibus abſtulerũt/aut ex impotẽtia
⁊ iportunitate nõ potuerũt ſatiſfacere iniuriã pa-
tiẽtibꝰ? Uidet̃ ergo illis iniuriã facere/⁊ cũ iniuria
illorũ parcere penitẽtibꝰ. Itẽ arguũt rurſꝰ curioſi
ſi deꝰ ẽ ſũme miſericors: q̄ñ ẽ ſũme iuſtꝰ? Nã ſi
vtit̃ ſũma mia nõ põt vti ſũma iuſtitia nec ecõuer
ſo: q: nõ videt̃ poſſe eẽ ĩ eodẽ: ⁊ ꝑ cõſequẽs ſi deus
vult vti ſũma mia manet iniuſtꝰ ⁊c. Et ſic deꝰ cõti-
nue iudicat̃ iniuſtꝰ ab his tribꝰ gñibꝰ. ¶ Alterĩ ẽ
aduertẽdũ ꝙ ſicut deꝰ tripl'r arguit̃ ⁊ iudicat̃ iniu
ſtꝰ ẽ ſupradictis tribꝰ gñatiõibꝰ/ita tripl'r iuſtificat̃
⁊ cõuincit eos. Prio hũane fragilitati cõpatiẽdo.
Scđo ꝓmiſſiõnẽ q̄ veniã ꝓmiſit penitẽtibꝰ/adi
plẽdo. Tertio ſanguinẽ filij ſui in recõpẽſationẽ ⁊
ptiũ ꝓ oibꝰ iniuriis tã ſibi q̃ hoibꝰ factis acceptã

M
Iſta ergo tria genera contra chriſtũ mur-murãt.
Deꝰ tripl'r iuſtificat̃

Quare deus ē ꝓnus ad parcēdum

do. Unde eſt primo aduertēdū/ ꝙ cauſa quare deꝰ
eſt pronus ad ꝑcendū hominibꝰ penitētibꝰ/ eſt q̄꞉
cōpatit̄ eoꝝ fragilitati. Nā oēs homines hn̄t natu
rā fragilē ⁊ corruptā in adā ⁊ ꝓnā ad cadēdū: ⁊ ſic
habēt tres incitatores. ſ. carnē mūdū ⁊ diabolū in
trinſecꝰ ⁊ extrinſecus. Diabolus aūt nullū aliū ha
bet incitatorē niſi ſemetipm ⁊ malitiā ſuā: ⁊ ſic pec
catū hominis ē magis remiſſibile ꝙ pctm̄ diaboli
Et ſic deꝰ iuſte agit ꝑcēdo peccatoribus ⁊ nō diabo
lo: ⁊ ꝑ ꝯñs diabolus nō hꝫ ius q̄rele cōtra deū. Et
ſic deus pōt ſe iuſtificare cōtra diabolū ⁊ quēlbet
aliū allegādo humanā fragilitatē qn̄ arguit̄ ⁊ iu
dicat̄ de remiſſiōe ⁊ venia data penitētibus: ⁊ ſic
vincit diabolū ceteros cū iudicat̄ ab eis. Hoc ē er
go qd̄ dicit hic Da. rn̄dēdo huic obiectiōi. Nā deus
poſſet dicere ipi Da. ⁊ cuilꝫ pctōri. Quō poſſuꝫ ego
de iuſtitia ꝑcere tibi ⁊ delere iniq̄tatē tuā: q꞉ non
ſolū mihi peccaſti immo ꝯ ꝓximū / ipm opprimē
do ⁊ diffamādo ⁊c. Idō tā diabolus ꝙ ꝓximus tuus
quē leſiſti: ⁊ oēs hypocrite clamāt ꝯ me: vt puniā
te in eternū: ⁊ ſic iudicor ꝯtinue ⁊ arguor ab eis: idō
opꝫ me ipm iuſtificare ⁊ iuſtitiā ſuare. Huic obie
ctiōi ſatiſfacit dicēs. Dn̄e miſerere mei ⁊ laua me:
⁊ dele iniq̄tatē meā vt iuſtificeris in ſermonibus
tuis ⁊ vincas eos cū iudicaris ab eis. Quaſi dicat
ꝑ rōnes potes iuſtificari: ⁊ vincere eos. Primo cō
patiēdo fragilitati mee quā traxi a parētibꝰ meis
in cōceptiōe ⁊ natiuitate. Ecce eī in iniq̄tatibus
cōceptus ſum. Reſpice ergo cōpatiendo fragilitati
mee: q꞉ in iniq̄tatibus ꝯceptus ſum: ⁊ in pctis cō
cepit me mr̄ mea. Et exinde traxit fomitē ⁊ ꝯcupi
ſcētiā ⁊ infirmitatē in carne ⁊ ꝓnitatē ad peccādū
⁊ ſic inuenio legē in mēbris meis repugnātē legi
mētis mee. vn̄ qd̄ nollē hoc facio qn̄qꝫ: ⁊ qd̄ vellē
nō facio: ⁊ ſic nō ſolū habeo excitatorē extrinſecū
ſꝫ cōtinuū impugnatorē intrinſecū: quē diabolus
nō hꝫ: ⁊ idō ipe nullā pōt hr̄e excuſatiōem: ⁊ ſic po
teris iuſtificari in ſmōibus tuis ꝯ diabolū ⁊ vince
**Et dixi: quis dabit mihi pēnas ſicut colūbe: ⁊ volabo et requieſcam.**

℄ Cū me vidi in tāta exercitatiōe ⁊ afflictione ⁊ ꝑſecutione multotiēs dixi q̄s dabit mihi pennas vt colūbe: ⁊ volabo ⁊ requieſcā. i. volaui ſicut colūba habēs alas: cū me vellēt lapidare ⁊ apprehendere exiui ab eis ⁊ abij trās Jordanē/ ⁊ elōgaui fugiens ⁊ māſi in ſolitudine/ vt patet Joā. x. Sed meliꝰ eſt vt hoc referat' ad reſurrectioneꝫ. vñ dicit Chriſtus Intantū timor mortis ⁊ tremor venerūt ſup me ꝙ oraui ⁊ petij reſurrectionē ⁊ liberationem ab afflictionibus ⁊ morte tā terribili: ⁊ dixi. quis dabit mihi pēnas ſicut colūbe. i. dotes reſurrectiōis ⁊ gl'ie que ſunt agilitas claritas ⁊ impaſſibilitas/ q̄ ſunt ale corporis glorioſi: ⁊ volabo in celū ⁊ requieſcam a laboribus ⁊ tribulationibus paſſionis.

**Ecce elōgaui fugiēs: ⁊ manſi in ſolitudine.**

**Expectabam eū qui ſaluum me fecit a puſillanimitate ſpiritus ⁊ tempeſtate.**

℄ Exauditꝰ a patre fui ⁊ reſurrexi ⁊ elōgaui me fugiēs in celū: ⁊ māſi in ſolitudine celeſti. vbi nō ē ſocietas cū malis: ſed eſt illa patria q̄daꝫ ſolitudo libera ab oībꝰ malis ⁊ oī miſeria. Et ſubdit Chriſtus iſtā petitionē feci: q̄m expectabā eū. ſ. patrē meū q̄ ſaluū me fecit a puſillanimitate ⁊ vexatiōe ⁊ tribulatione ſpūs ⁊ tēpeſtate crucifixorū. Nā licet caro in principio fuerit infirma ⁊ timuit mori: tñ ſpūs ſemꝑ fuit ꝓmptus obedire pr̄i ⁊ non puſillanimus īmo fuit ſemꝑ liber ab oī puſillanimitate et quolibet alio vitio. ℄ Ex hoc ptꝫ/ ꝙ in his tribꝰ ꝟſiculis Chriſtꝰ petit liberari ꝑ reſurrectionē glorioſaꝫ ⁊ aſcēſionē. in qua orōne fuit exauditꝰ ꝓ ſua reuerētia. Vñ pēne quas pater dedit filio Chriſto ſunt oīa gr̄a gratiarū ⁊ donorū. ſ. ſapiētie ⁊ intellectus/ conſilij ⁊ fortitudinis ⁊c. Jſtis pēnis ⁊ alis volauit Chriſtꝰ: ⁊ fuit liber ſemꝑ ab inſtāti cōceptionis ab oī puſillanimitate ſpūs: ſꝫ volūtarie aſſumpſit humanas infirmitates ad inſtrumētū patiendi. Sꝫ ē aduertēdū ꝙ xp̄s hic nō ſolū loquit' in ꝑſona priuata: ſꝫ i ꝑſōa cōmuni ꝓut ē caput eccl'ie/ ⁊ petit liberari a ꝑſecutiōibꝰ quas eccl'ia paſſa eſt. primo a Judeis tp̄e apl'orū. ſcḋo a tyrannis tp̄e martyrum. Jō ait in ꝑſona eccl'ie. O deꝰ pr̄ exaudi orationeꝫ ⁊c. q̄ꝛ cōtriſtatꝰ ſum ⁊ vexatꝰ a principio ilico poſt aſcenſionē in ꝑſecutiōe facta apl'is ⁊ lapidatione Stephani. Et q̄ꝛ Paulus ꝑſequebat' eccleſiam ⁊ accuſabat chriſtianos ꝑ oēs ſynagogas. vt ptꝫ Actuum. vij. et ſic etiā cōtriſtatꝰ ſum a voce inimici ppl'i iudeoꝝ q̄ fecerūt edictū ꝯ chriſtianos vt oēs ducerent' vincti in Hierl'm. Et etiā iperatores Romani fecerūt edictū vt ſi q̄s coleret nomē xp̄i capitali ſentētia puniret': ⁊ bona ſua fiſco addicerent'/ vt ptꝫ in eccl'iaſtica hiſtoria. Ab iſta voce ego fui cōtriſtatus: q̄m declinauerūt i me iniquitates ⁊ impoſuerūt falſa crimina: ⁊ in tali ira ⁊ odio erāt mihi moleſti. Vñ tot milia martyrū iterfecti ſūt: vñ tātꝰ timor ⁊ tremor inuaſit me: ꝙ deſideraui habere pennas ⁊ alas ad fugiēdas tot diras ꝑſecutiōes. vñ papa Marcellinus factꝰ puſillanimꝰ adoleuit incēſuꝫ idolis ex timore ⁊ tremore: lꝫ nō corde. ⁊ iō elongaui fugiens a pplis: ⁊ māſi i ſolitudine ⁊ deſerto. Nā xp̄iani fugiētes ꝑſecutōes iꝑatoꝝ ⁊ tyrānoꝝ latebāt i cryptis ⁊ ſpelūcis ⁊ vagabāt' ꝑ deſertū. Nā Urbanꝰ papa latebat i ſepulcris mortuoꝝ: vt pꝫ in hiſtoria ſctē Cecilie. Et Sylueſter q̄ſitꝰ ē in mōte Serapino vocatꝰ a Cōſtātino in mōtibꝰ vbi latebat cū alijs xp̄ianis rogādo vt deꝰ liberaret eccl'iam ſuā: ⁊ ſaluaret eā a puſillanimitate ſpūs ⁊ tēpeſtate ꝑſecutōis ⁊ daret xp̄ianis fortitudinē in tormētis ⁊ ꝑſecutiōibꝰ. Sꝫ iſte ꝑſecutiōes ⁊ tēpeſtates ceſſarūt ꝑ cōuerſioneꝫ magni Cōſtātini. Jtē lꝫ Quis dabit mihi pēnas ⁊c. pōt referri ad reprobationē iudeorū ⁊ conuerſionē ppl'i gētilis. Nā poſtꝗ̄ apl'i viderūt obſtinatiōem ⁊ duritiā ⁊ iniq̄tatē iudeoꝝ/ dixit Paulꝰ. Uobis oportebat ꝑ̄dicari verbū dei: ſꝫ q̄ꝛ indignos vos feciſtis iō conuertimur ad gētes. Actuū. xiij. Dicit ergo eccleſia ſiue Chriſtꝰ in ꝑſona eccl'ie. poſtꝗ̄ Judei perſequunt' me: ⁊ ſe indignos fecerūt guſtatione ꝟbi dei/ Quis dabit mihi pēnas ſicut colūbe: ⁊ volabo ab iſto ppl'o reprobato: ⁊ q̄eſcā in ppl'o gētili: quaſi dicat eccl'ia: nō niſi ſolꝰ pater ⁊ filiꝰ ⁊ ſpūs ſanctus. Vñ pēne colūbe deargētate q̄ eſt eccl'ia/ ſūt fides/ ſpes/ ⁊ charitas: ⁊ oīa dona gratiarū q̄ apl'i receperūt in die pēteco. q̄bꝰ alis apl'i volauerūt ꝑ mundū vniuerſum ꝑ̄dicātes euāgelium oī creature ⁊ ppl'o gētili. Et ſic reprobata ſynagoga xp̄s volauit ⁊ receſſit ab ea: ⁊ req̄euit in ſolitudine ppl'i gentilis cōuerſi ad fidē xp̄i: q̄ q̄dē ppl's añ erat deſertꝰ a deo: q̄ꝛ nūꝗ̄ habuerat legē nec ꝓphetas. Et ſic in deſerto vbi añ habitabāt ſerpētes ⁊ dracones: ortꝰ ē viror iunci fidei ⁊ charitatis. Eſai. xxxv. ⁊ ibi habitauit xp̄s. Et ſic dicit eccl'ia. Ego expectabā deuꝫ qui ſaluū me fecit per cōuerſionē magni Conſtantini a puſillanimitate ſpūs ⁊ tempeſtate: q̄ꝛ tunc fui libe

pēnas dedit pater filio.

Quō fūt chriſtiani pſecuti.

Penne de argētate q̄d ſunt.

rata ab omni timore ⁊ tremore perſecutionis.

xc. diſ. platuȝ.

**Precipita domine diuide linguas eoruȝ: quoniam vidi iniquitatem ⁊ contradictionem in ciuitate.**

¶ Hic petit Chriſtꝰ vltionē de pſecutoribꝰ. ¶ Ad cuiꝰ intellectū eſt notādū ſicut dictū eſt pſal. xlviij. ⁊ l. ꝙ ciuitas Hieruſalē intātū dicta eſt Hierl'ȝ inquātū in ea expectabat Chriſtꝰ q̄ nos cū p̄re ꝑ ſanguinē ſuū pacificauit: ⁊ inquātū in ea fuit Chriſtus ⁊ collegiū aplor̄: qꝛ ſocietas illa erat vera Hieruſalem ⁊ pacifica ⁊ viſio pacis. Sed poſtꝗ illa ciuitas ꝑdidit fidē Chriſti ꝑ obſtinationeȝ: ⁊ illa ſocietas fideliū receſſit ab ea: tūc illa iā ampliꝰ nō fuit Hieruſalē: ſed Babylonia ⁊ multitudo cōfuſiōis ⁊ diuiſiōis. Et iō dicit Chriſtꝰ per os Dauid. ꝙ poſtꝗ aſſumpſit pēnas ſicut colūbe ⁊ volauit ⁊ elōgauit ſe fugiēs ⁊ recedēs ab ea: ⁊ manſit in ſolitudine et requieuit in pplo gētili: ibi fuit vera Hierl'm. i. tota eccl'ia fideliū a ſolis ortu vſq; ad occaſum: ⁊ illa terrena q̄ ante dicebat Hierl'm/ ꝑ receſſum Chriſti ⁊ fidei facta eſt Babylonia cōfuſa. Iō ait Chriſtus. O dn̄e pater poſtꝗ ego elōgaui fugiēs ab illa ciuitate: precipita eam: ⁊ deſtrue per Titū ⁊ Romanos ⁊ diuide linguas eorū ꝑ contrarias opiniones: qm̄ vidi cōtradictionē in ciuitate. Nā quidā dicebant: qm̄ in Beelzebub eijcit demonia: ⁊ q̄dā/ qm̄ vorax eſt: ⁊ quidā qm̄ bonus eſt: ⁊ q̄dā/ nō ſed ſeducit turbas. Et ſic ſchiſma erat inter eos. Ioā. viij. Et etiaȝ vidi aliā ꝯtradictionē ⁊ diuiſionem in illa ciuitate. Nam per totos illos. xl. annos a morte Chriſti vſq; ad excidiū ciuitatis ſemꝑ vidi cōtradictionē inter ciues ⁊ iniquitatē: qꝛ nulla erat iuſtitia: ſed iniuſtitia ⁊ cedes ⁊ furta ⁊ latrocinia et homicidia ⁊ ſeditiōes ciuiū adinuicē: vt ait Joſephꝰ de bello iudaico. Vn̄ ſurrexit quedā ſocietas latronū q̄ dicebant ſicarij. q̄ cū paruis gladijs īterficiebāt hoīes: ītantū ꝙ pauci audebāt exire domos ſuas nō ſolum in nocte: ſed etiā in die. Et ſic primo fuit bellum inteſtinum: ⁊ ſeditio inter eos/ Deinde bellum externū per Romanos. Ideo ſubdit.

xc. diſ. oblato. iiij. q. vij. gra nibꝰ. et lxxxvij di. oēs.

**Die ac nocte circundabit eam ſuper muros eius iniquitas: ⁊ labor in medio eius ⁊ iniuſtitia.**

**Et non defecit de plateis eiꝰ vſura ⁊ dolꝰ.**

¶ Die ac nocte iniquitas ⁊ labor circundabit eā ſuper muros eius intus ⁊ extra: ⁊ in medio eius erat iniuſtitia: qꝛ ꝑ totos illos. xl. annos nulla fuit iuſtitia: ſed ſeditio ⁊ tyrannides: nec defecit vſura ⁊ dolus in plateis eiꝰ publica. Et vſura/ ⁊ dolꝰ/ ⁊ fraus manet in illo ppl'o diſpſo tanꝗ morbus hereditarius. Itē vbicūq; eſt ille ppl's diſpſus dicit Babylonia ⁊ cōfuſio ꝓpter diuiſionē linguarū ⁊ opiniōnū. Nā poſtꝗ cū veritate nō poſſunt defendere ꝑfidiā ſuam: oportet vt ſint inter eos diuerſe ſalſe opiniones: ⁊ ſic vnuſq̄ſq; ſuo modo gloſſat ſacram ſcripturā/ vt attrahat eā ad ſuā ꝑfidiā ⁊ auertat a veritate. Et ſic ꝯfingūt Thalmudiſte diuerſas hereſes manifeſtas cōtra ſacrā ſcripturā: puta ꝙ aīe Eſaie ⁊ aliorū ꝓphetarū fuerūt in mōte Sinai. et ibi acceperūt ſuas ꝓphetias. Et ꝙ aīe ipſorū Thalmudiſtarum fuerunt in eodē mōte Sinai ⁊ ſicut deꝰ dedit legē Moyſi: ita dedit eis verū intellectū legis. Et ſic dicūt ꝙ magis eſt credēdū eis ꝗ litere legis. Et dicūt multa alia enormia ⁊ varia cōtraria inter ſe. Et ſic duplex bellū eſt īter Judeos. ſ. inteſtinū et eternū Qn̄o aūt iſte maledictiōes trāſierūt in poſteros videbitur pſal. lxviij. ⁊ cviij. ⁊ lxxxj.

**Quoniam ſi inimicus meus maledixiſſet mihi: ſuſtinuiſſem vtiq;.**

**Et ſi is qui oderat me ſuꝑ me magna locutus fuiſſet: abſcondiſſem me forſitā ab eo.**

¶ Hic ꝓbat ꝙ iuſto dei iudicio iudei paſſi ſunt bellum inteſtinū ⁊ diuiſionē ⁊ confuſionē: ⁊ inter eos nulla eſt fides: nec vnus confidit de altero. ⁊ rō eſt. Nā iſte eſt morbus hereditariꝰ eis: eo qm̄ tradiderūt Chriſtū Meſſiā ⁊ regē ſuū/ ⁊ familiarem/ ⁊ fratrē de ſua tribu. Dicit ḡ Chriſtꝰ. Juſtū eſt ꝙ patiatur talē peſtē inteſtinā: qꝛ ſic cū dolo ꝓdiderūt me Pilato: qm̄ ſi aliq̄s inimicꝰ ⁊ extraneꝰ gētilis maledixiſſet mihi imponēdo crimina: ⁊ īferēdo opprobria: vtiq; ego ſuſtinuiſſem. i. eſſet magis tolerabile: eo ꝙ gētiles nō habebāt legē nec ꝓphetas: ⁊ habebāt odio Iſraelitas ⁊ Judeos: ⁊ iō ſi is gentilis vel aliꝰ q̄ oderat me fuiſſet locutꝰ magna crimina ⁊ falſa teſtimonia ſuꝑ me/ abſcōdiſſeȝ me forſitā ab eo. i. habuiſſem cām fugiēdi ab eo ⁊ cuſtodiēdi me.

**Tu vero homo vnanimis: dux meus ⁊ notus meus.**

**Qui ſimul mecum dulces capiebas cibos: in domo dei ambulauimus cum conſenſu.**

¶ Vero pro ſed: ſed tu homo iudeus vnanimis. i. eiuſdē legis ⁊ nature ⁊ tribꝰ/ notus meus: qꝛ quotidie erā in tēplo docēs: ⁊ cognoſcebas matrē meaȝ de tribu Juda: ⁊ multotiēs fuiſti dux meꝰ quantuȝ ad ſacerdotiū: qꝛ fungebaris ſacerdotio in quo cōſiſtit ducatus pplī; qꝛ ſacerdotes ſunt duces: et ſic eras dux meus: ⁊ notus meus ꝑ opera q̄ feci tibi: q̄ mecum ſimul capiebas cibos. i. eras mihi familiaris ⁊ cōmēſalis qꝛ multotiēs īuitatꝰ in domo tua: puta in domo Simonis leproſi ⁊c. ⁊ ābo ſimul ambulauimus in ꝯſenſu ⁊ ſocietate in tēplo ⁊c. ⁊ ego cū cōſenſu ⁊ familiaritate ⁊ colloquio eram tecuȝ: maxime cū eram inuitatus tecū ad cenā aut prandium. Quaſi dicat: ſicut familiariter ⁊ ꝓditorie et ſub zelo amicitie ꝓdidiſti me ⁊ tradidiſti: ita familiari ⁊ inteſtino ⁊ externo bello intus ⁊ extra peribis. hoc dicit. Nā dū Titus ⁊ Romani tenebāt ciuitatē Hieruſalē obſeſſam cōtinue erant ſeditiones ⁊ latrocīa publica in ciuitate. Et nota ꝙ etiā iſti quatuor verſus ab illo loco: Qm̄ ſi inimicus meꝰ. ⁊c. poſſunt referri ad Judam proditorem qui erat diſcipulꝰ ⁊ familiaris ⁊ cōmenſalis Chriſti: ⁊ tradidit eū. Ideo Judei moderni non dicuntur Judei a Juda filio Jacob patriarcha: ſȝ dicunt Judei a Juda ꝓditore: cuius ſunt imitatores ⁊ ſucceſſores in maledictione ⁊ moribus. Et ideo ſubdit.

**Veniat mors ſuper illos: ⁊ deſcendant in infernum viuentes.**

¶ Poſtꝗ iſte ppl's eſt imitator Jude: ideo veniat mors ſuꝑ illos non ſolū corporalis ſed etiā ſpūalis aīe. Et ſic deſcēdāt viuētes in infernū: ſicut Judas q̄ mortuus eſt in corpore et anima: quia laqueo ſe ſuſpendit tanꝗ cecus ⁊ obſtinatꝰ: et ipſemet ſe ad mortē iudicauit. ⁊ abſtulit ſibi locū pnie. Et qm̄ ēt ſunt ſucceſſores in moribꝰ ⁊ nequitia/ ideo ſequit.

**Quoniam nequitie in habitaculis eorum in medio eorum.**

xiij. diſt. ca. quātuȝ libet.

¶ Nequitie erunt ſemꝑ in habitaculis eor̄ in medio eor̄. i. nō ſolū erūt doloſi cōtra extraneos: ſed etiā inter eos. Vn̄ eſt notandum ꝙ iſte ppl's maledictꝰ in oibus eſt imitator ⁊ ſucceſſor ⁊ heres Jude ꝓditoris. Primo qꝛ inquātū poſſunt conant ſemꝑ maledicere xp̄o: ⁊ prodere chriſtianos ⁊ decipere cū dolo ⁊ fraude: ⁊ etiā inter eos. Secūdo qꝛ quotidie ſeipſos condemnāt ad mortē corporis ⁊ anime probat. Nam in hoc pſal. liiij. ⁊ cviij. ⁊ in multis alijs manifeſte legit ſn̄ia dānatiōis omniū Judeorum crucifixorū xp̄i ⁊ omniū ſucceſſorū: et hoc per modū orōnis vt patet hic cum dicit. Veniat mors ſuper illos ⁊c. Ex quo ptȝ/ ꝙ quotidie orāt pro dānatione eorūdem: ⁊ dānant ſeipſos dū viuūt: ſicut Judas qui viuus ſeipm condēnauit ad morteȝ. Et ideo dicit. Deſcendant in infernū viuentes: qꝛ viuētes condēnant ſeipſos ad infernū. Et etiaȝ qꝛ licet corpus moriat in eis et putrefiat in terra: tn̄ anima viuēs ⁊ immortalis deſcēdit in īfernū: vbi erit fletus ⁊ ſtridor dentiū. Et deſiderat mortē ⁊ nō veniet ei. Et nota ꝙ totū hoc qḋ dictuȝ eſt de populo iudeorū perſequēte Chriſtū in capite: intelligēdū eſt etiā de ppl'o gentili ⁊ cetu tyrānor̄ perſequēte ipm in mēbris: ⁊ maxime de cetu hereticor̄ q̄ dicūtur notī ⁊ familiares xp̄o: inquātū dicebantur chriſtiani: ⁊ ideo conſimili pena ſunt puniti.

xi. q. iij. ad meſam

**Ego autem ad deum clamaui: ⁊ dominus ſaluauit me.**

¶ In hac tertia parte agit gratias de beneficio reſurrectiōis recepto: ⁊ de vltione facta de perſecutoribꝰ ſuis ſimul iterādo eorū punitionem ⁊ maliciā. Ideo ait/ ipſi ſunt puniti vel punient ſicut ſupra dictū eſt: ſed ego quia ad dn̄m clamaui ⁊ dn̄s ſaluauit me: ideo agendo gratias de reſurrectiōe ⁊ liberatione mea ⁊ punitione eorum.

de ꝯſe. diſti. j. aun̄.

**Veſpere ⁊ mane ⁊ meridie narrabo ⁊ annunciabo: ⁊ exaudiet vocem meam.**

¶ Veſpere ⁊ mane ⁊ ſemper annunciabo miſericordiam ⁊ iuſtitiam ſuam et: ipſe exaudiet vocem meam. Vel poteſt eſſe iſta particula cōſecutiua cū ſuperiori: qꝛ videt ſemꝑ petere iuſtitiā ⁊ vltioneȝ de perſecutoribꝰ: vt dicat. Ego ad dn̄m clamaui et ſaluauit me: ⁊ veſpere ⁊ mane narrabo ⁊ annūciabo iniurias mihi illatas: ⁊ dominus exaudiet me.

de ꝯſe. di. iiij. ⁊ non in nobis

**Redimet in pace aīam meam ab his qui appropinquant mihi: quoniam inter multos erant mecum.**

¶ Redimet in pace. i. in gloria ⁊ liberabit animaȝ meam. ſ. vitam meā per reſurrectionē ab his Judeis qui mihi appropinquant ficta amicitia ⁊ ſanguine: quia omnes eramus de tribu Juda: qm̄ inter multos. i. multi erant mecum. i. ſe amicos mihi fingebant: ⁊ ſic ſub zelo amicitie prodiderunt me: ſicut fecit Judas ⁊ multi Phariſei q̄ inuitabāt me ad prādiū: ⁊ obſeruabāt vt caperent me in ſermone: ⁊ poſtea cōſpirauerunt in mortem meam. Sed

**Exaudiet deus ⁊ humiliabit illos: qui eſt ante ſecula.**

j. q. j. c. ipſi. ⁊ xxvj. diſti. ſi q̄s vult

**Non enim eſt illis cōmutatio ⁊ non timuerunt deum: extendit manum ſuam in retribuendo.**

¶ Deus qui eſt ante ſecula exaudiet me oranteȝ ⁊ clamantē/ ⁊ humiliabit ⁊ deijciet illos auferēdo ſacerdotium ⁊ ciuitatem ⁊ bona temporalia: ⁊ iugo perpetue captiuitatis ſubijciēdo: ⁊ animas in perpetuū ignē condēnādo ⁊ corda eorum obdurando ⁊ obcecando ne cognoſcāt ſacramēta dei: nec peccata ſua: intantū ꝙ non eſt nec erit eis cōmutatio ⁊ redēptio: nec conuerſio de peccato ad gratiaȝ qꝛ nunꝗ agent penitentiā: ſed ceci ⁊ obſtinati in ſua perfidia permanebunt. quare? quia nō timuerunt deum condēnando ſanguinem iuſti/ Ideo deus extendit manum ſuam cōtra eos/ in retribuēdo vindictam pro homicidio: eo ꝙ contaminauerūt teſtamentum dei perpetrando homicidiū: ⁊ occidendo innocentem contra legem dei.

j. q. iij. iudei. xxviij. q. j. ca. nec. ⁊ c. ſi quis iudaice.

**Contaminauerunt teſtamentū eius: diuiſi ſunt ab ira vultus eius: ⁊ appropinquauit cor illius.**

¶ Contaminauerūt etiā teſtamētū dei nō recipiēdo Chriſtū/ de quo loquunt oēs ſcripture teſtamēti dei. Ideo negādo xp̄m negarūt teſtamētum dei. Et ſic fecerūt deū mēdacē/ ⁊ ſic manent ſacrilegi et blaſphemi ⁊ heretici: qꝛ tota ſcriptura clamat xp̄ȝ eſſe deum ⁊ Meſſiā ⁊c. Et ſic vt defendāt perfidiaȝ ſuā ex certa ſciētia faciūt deū mendacē falſo interpretādo legē/ ⁊ prophetas. Et ſic cōtaminauerūt ⁊ dilacerauerūt teſtamētum dei. Vnde iſti reddiderunt xp̄o malū pro bono: quia xp̄s ſemper fuit eis benignus/ ⁊ ipſi fuerunt xp̄o crudeles. qḋ ꝓbatur. Nā vultus eius. ſ. xp̄i fuerunt diuiſi et ſeparati ab ira: qꝛ ſemper eis locutus eſt ſine ira: immo cū maxima benignitate. ⁊ ſemꝑ cor eiꝰ appropinquauit illis. i. bona voluntas xp̄i ſemꝑ fuit eis ꝓpitia: qꝛ cum magna benignitate corrigebat ⁊ docebat cuȝ charitate ⁊ filios eorum ſanabat.

xiiij. q. ij. ſex.

**Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum: ⁊ ipſi ſunt iacula.**

¶ Multa beneficia cōferebat in quibus poterāt agnoſcere xp̄i charitatē ⁊ benignitatē: ⁊ ſermones eiꝰ. ſ. xp̄i fuerūt molliti ⁊ ſuaues ⁊ blandi erga eos ſuꝑ oleū. i. magis ꝗ oleuȝ: ſed ipſi. i. Judei fuerunt iacula ⁊ lācee ꝯ xp̄ȝ: qꝛ acuerūt vt gladiū linguas ſuas: dicentes crucifige crucifige. Lr̄a Hieronymi hȝ Nitidiꝰ butyro os eiꝰ ⁊ pugnat cor eius: molles ſermones eius ſuper oleū: ⁊ ipſi ſunt lācee. Vnde iſta particula eſt valde intricata: ⁊ iō ſunt diuerſi modi dicēdi inter doctores: ſed iſte videt mihi magis cōformis lr̄e Hieronymi: qꝛ nil aliud ſonat niſi ꝙ xp̄s fuit Judeis benignus ⁊ blādus in ſermonibꝰ ⁊ factis: ⁊ ipſi Judei fuerūt ipſi lācee ⁊ iacula. Poteſt etiā dici ꝙ ſermōes xp̄i licet eſſent molles ſicut oleum: tamē fuerūt iacula ⁊ ſagitte penetrātes corda fideliū ⁊ conuerſorum ad fidem: ⁊ fuerunt iacula ad cōfundēdū ⁊ conuincendū Judeos et tyrānos ⁊ hereticos: quia ſermo dei eſt gladius anceps: ⁊ gladius ignitus.

xſ.q.iij. ad menſam. in gloſ. **Jacta ſuper dominũ curam tuam: ⁊ ipſe te enutriet ⁊ non dabit ineternũ fluctuationē iuſto.**

¶ Hic propheta in perſona xp̄i exhortat̃ iuſtos ⁊ fideles ad patiētiā in aduerſis: vt committāt ſe diuine miſericordie ⁊ prouidentie in oibus perſecutionibus ⁊ periculis ⁊ inopia: quia deus nunq̄ deficiet eis. Dicit ergo. O fidelis iuſte iacta in dño curam tuam. i. cōmitte ei curam: ⁊ habeas bonā ſpē: quia ipſe te enutriet in bonis temporalibus ⁊ ſpiritualibus: ⁊ ſis humilis in aduerſis: q2 deus nunq̄ dabit ineternũ fluctuationē iuſto. i. nũq̄ ꝑmittet eum perire in fluctuatione ⁊ perſecutione: et ſemper dabit finē afflictionibus eius. immo tandē ⁊ in breui liberabit eum: licet ad tempus permittat affligi. Et conuerſus ad deum dicit.

xxiij.q. viij. preterea. **Tu vero deus deduces eos in puteum interitus.**

**Uiri ſanguinum ⁊ doloſi non dimidiabũt dies ſuos: ego autē ſperabo in te domine.**

¶ Deduces eos. ſ. Judeos ⁊ tyrannos et oēs alios perſecutores xp̄i ⁊ eccl'ie ī puteũ interitꝰ ⁊ mortis inferni: q2 viri ſanguinũ ⁊ doloſi. ſ. homicide ⁊ ꝑſecutores iuſtorũ: ⁊ doloſi ⁊ fraudulēti ⁊ iniqui non dimidiabũt dies ſuos: q2 intēpeſtiua morte morient̃ ante dimidiũ dierũ ſuoꝝ. ego aũt cũ patientia ⁊ humilitate ſperabo in te dñe: ⁊ non erit fruſtra ſpes mea: quoniā ſcio ꝙ liberabis me. Sed cōtra q2 videmus malos qñq̄ vltra dimidium dierum. i. vltra xl. annos viuere: ⁊ ſic dimidiāt dies ſuos. Reſpondetur ꝙ nunq̄ pctõr ⁊ prauus ⁊ mundanus dimidiat dies ſuos: quia nũq̄ credit nec putat ſe moriturũ. Et ſic parũ videt̃ ſibi viuere. lxx. annos immo videtur ſibi nõ dimidiare dies ſuos: ⁊ cā eſt q2 nõ putat nec credit aliā vitā: immo dolet recedere ab hoc ſeculo. Et ſic ſcd̃m opinionē ſuā nunq̄ dimidiat dies ſuos: q2 nunq̄ tantũ viuit quin plus putet ⁊ expectet viuere. Sʒ iuſtꝰ cupit diſſolui ⁊ eſſe cũ xp̄o: ⁊ iõ vita huiꝰ mũdi ſemꝑ videt̃ ſibi longa et odioſa. ⁊ hoc accidit q2 ſperat ⁊ cupit aliā vitam in dño. ¶ Ex quibꝰ ptʒ ꝙ iſte pſal. nõ cõuenienter exponit̃ ꝯ ciues ⁊ habitatores Ceile: q2 maledictiones q̄ hic ꝓgnoſticabant̃ nõ poſſunt ꝓprie applicari illi ciuitati. Scd̃o q2 iſte pſal. eſt eruditio ſpũs ſcti f̃cā ipſi Dauid. q̄ eſt ſacrũ ꝓfundũ de rebꝰ magnis ⁊ ꝓfundis xp̄i ⁊ eccl'ie. Itē nec iſte pſal. poteſt nec dʒ exponi moral'r ꝓ aliquo afflicto. Nā omnis afflictus dʒ ⁊ tenet̃ orare ꝓ perſequētibꝰ ⁊ iactare in dño ſpem ⁊ curā ſuā ⁊ non petere vindictā: cuiꝰ oppoſitũ fit ī hoc pſal. Et iõ eſt dicēdũ ꝙ iſte pſal. eſt ꝓphetia in qua ꝑ modũ orõnis p̄dicitur punitio crucifixorũ xp̄i: ⁊ ꝑſecutorum eccleſie: vt moris eſt in pſal. Dauid. Nā deus q2 preuidit Judeos ab eterno obdurādos/ ⁊ etiā quoſdā tyrannos/ ⁊ hereticos ſimul cũ Antichriſto/ iõ in h' pſal. pronunciat eos reprobatos. Et hoc dicit xp̄s ꝑ modũ orõnis ⁊ petitionis ꝑ os Dauid. vt ptʒ pſal. xxxiiij. et in hoc pſal. ⁊. lxviij. ⁊ cviij. Uerũtamē vnus homo particularis nõ debet dicere aliquē iſtoꝝ pſal. ꝯ ꝑſecutores ſuos: q2 ageret cõtra ꝯſiliũ euāgelicũ ⁊ contra charitatē. Et iõ eccl'ia orat vt deus cõterat ꝑfidiam ⁊ potentiā infidelium ⁊ hereticorum: et conuertat eos ad viā veritatis ⁊ ſalutis. ⁊ ſic iſte pſal. nõ põt moral'r exponi ꝓ aliquo afflicto: ſʒ eſt prophetia in qua Chriſtꝰ p̄dicit per modũ orõnis obſtinationē ⁊ finalē dānationē crucifixorũ ⁊ iudeorũ/ ⁊ tyrānoꝝ/ ⁊ hereticoꝝ/ ⁊ ipſiꝰ Antixp̄i cũ ſeq̄cibus ſuis. Et ideo ſicut iſte pſal. eſt expoſitꝰ de ſinis ⁊ punitiõe Judeoꝝ ꝑſecutoꝝ Chriſti: ita ex conſequēti poteſt exponi de tyrānis/ ⁊ hereticis/ ⁊ Antichriſto/ ⁊ ſequacibꝰ ſuis ꝑſecutoribꝰ eccl'ie. ¶ Uñ nota ꝙ quatuor cõditiões hoim cõſpirarũt in mortē xp̄i. ſ. p̄mo ſynagoga ſacerdotũ. Scd̃o hypocrite qui erāt phariſei. Tertio heretici q̄ erāt Saducei. Quarto tyrāni ⁊ gētiles. ſ. Pilatus cũ ſuis. Sʒ q̄cq̄d xp̄s paſſus eſt ī capite: paſſus ē poſtea in mēbris ⁊ eccl'ia: vt inq̄t Augu. ideo ab eiſdē paſſa eſt eccl'ia ſucceſſiue. Nā p̄mo paſſa eſt ꝑſecutionē Judeoꝝ in p̄ncipio qñ lapidatꝰ eſt Stephanꝰ. ⁊ occiſus Jacobus. Scd̃o tyrānoꝝ vſq̄ ad Conſtantinũ. Tertio hereticorũ vſq̄ ad Juſtinianũ q̄ exterminauit vuādalos Arrianos de Africa ꝑ Beliſariuʒ: de q̄bꝰ dicit hic ſm̄ Aug. Tu vero notus ⁊ familiaris meꝰ ⁊c. Ultimo etiā patiet̃ ab hypocriſis tp̄e Antixp̄i: q̄ ſimul erit circũciſus ⁊ tyrānus/ ⁊ hereticꝰ ⁊ fictꝰ hypocrita: quoꝝ oim̄ finalē punitionē ⁊ dānationē ⁊ reprobationē p̄dicit ⁊ p̄nunciat etiā xp̄s in hoc pſal. ſicut ab eterno p̄ſciuit. Et ſic prudens lector poterit literā huiꝰ pſal. ſingulis applicare.

**Miſerere mei deus quoniam conculcauit me homo: tota die impugnans tribulauit me.**

¶ Titulus in hebreo Ad victoriā ſiue victori ſuꝑ colũbā mutā elongationũ Dauid: qñ tenuerũt eũ Philiſtei in Geth. ſm̄ Hieronymũ x̄o Uictori ſiue Uincēti ꝓ colũba muta: eo ꝙ ꝓcul abierit Dauid humilis ⁊ ſimplex/ qñ tenuerũt eũ Allophyli in Geth. ¶ Ad cuiꝰ intelligētiā eſt notādũ vt legit̃. ſ. Reg. xxij. ꝙ Dauid fugiēs a facie Saul: eo ꝙ occiderat Abimelech ⁊ oēs ſacerdotes Nobe noluit reſiſtere ipſi Saul: ſʒ tanq̄ colũba muta ⁊ tacēs elongauit ſe a terris Saul: ⁊ fugit ad reges Geth: q̄ q̄dē Geth erat vna de ciuitatibꝰ Philiſtinorũ. Sʒ cũ Philiſtei cognouiſſent eũ: ꝙ interfeciſſet Goliad ⁊ triumphaſſet de philiſteis: iõ perſuadebāt regi vt occideret ipm̄ Dauid quod p̄ſentiēs Dauid finxit ſe inſanũ ⁊ ſtultum. Et ſic rex Achis proiecit eum a facie ſua: et ſic dauid euaſit periculũ mortis. De qua fuga ⁊ elõgatiõe ⁊ periculo fecit hũc pſalmũ. ⁊. xxxiij. Et ideo dicit̃ in titulo/ ſuꝑ colũbā mutā elongationũ: vel ꝓ colũba muta: eo ꝙ ꝓcul abierit Dauid qñ Philiſtei tenuerũt eũ in Geth. ſ. in p̄tāte ſua. Jdeo dicũt hebrei ꝙ Dauid ſe vocat colũbā mutā. Nā ſicut colũba ſimplex nõ reſiſtit: nec r̃ndet volentibus eā occidere: ſed fugit ad domos extraneas: ſiue ad montes: ita Dauid humilis ⁊ ſimplex ſicut colũba noluit reſiſtere Sauli: ſʒ elongauit ſe a gētibus ſui ꝑpl'i ⁊ tribubus: ⁊ fugit ad alienos idololatras. Et ſic p̄ciſe l'raliter exponũt hũc pſalmũ. Sed in x̄itate talis expoſitio nõ eēt ſufficiens ⁊ catholica: ſʒ hebreaꝝ ſola l'ra cõtentet̃: nec iſta materia l'ralis eſt p̄ciſe ⁊ principaliter intēta in hoc pſal. ſʒ eſt materia et ꝗ ⁊ exēplaris ⁊ figuratiua/ cõtinēs vel p̄dicēs aliq̄d myſteriũ in eccl'ia. Materia aũt in hoc pſal. p̄ncipal'r intenta: eſt illud myſteriũ q̄d ꝑ fugam Dauid in Geth figurabat̃. ¶ Ad cuiꝰ intellectũ ē notādũ ꝙ colũba eſt aial ⁊ auis ſimpliciſſima ⁊ pacifica ſine amaritudine: ⁊ ꝓ maiori parte domeſtica: ⁊ hʒ hāc naturā ꝙ ſi male tractat̃ neſcit reſiſtere ſʒ fugit ad aliā domũ. Et iõ xp̄s totā ſuā ſocietatē ⁊ eccleſiā aſſimilauit colũbe dicēs. Eſtote prudētes ſicut ſerpētes ⁊ ſimplices ſicut colũbe. In q̄cũq̄ domũ intraueritꝭ p̄mũ dicite. Pax vobis ⁊c. Et ſi vos ꝑſecuti fuerint in vna ciuitate fugite ī aliā. Matt. x. Luce. x. Ex q̄bꝰ ptʒ/ ꝙ xp̄s ꝯſtituit eccleſiā ſuā in ſimplicitate colũbina ⁊ pacifica. Et p̄cepit apoſtolis/ vt p̄dicarēt ī Judea ⁊ ppl'o Jſrael: vt ptʒ in eodē cap. Sʒ ſi nõ reciperēt̃: fugerēt ad ciuitates gētiliũ. ⁊ ita dixerũt apl'i iudeis. Uobis oportebat p̄mo p̄dicari x̄bũ dei: ſed q2 indignos vos feciſtis iõ cõuertimur ad gētes. Sed neq̄ in ppl'o gentili defuit ꝑſecutio ipſi eccl'ie: ⁊ ſic p̄dixit xp̄s apl'is dicēs. Ante reges ⁊ p̄ſides ducemini. ⁊c. Ex quo ptʒ ꝙ eccleſia bñ aſſimilat̃ ⁊ dicta eſt colũba: q2 fugit pacifice a domo in qua male tractat̃ ad aliā domũ. Jta eccl'ia vexata a ppl'o iudeoꝝ in p̄ncipio fugit ad gētes. Et iõ dictũ eſt pſal. p̄cedēte in pſona eccleſie. Quis dabit mihi pēnas ſicut colũbe ⁊ volabo ⁊ requieſcā: elongaui fugiens a ppl'o Judaico: et māſi in ſolitudine ppl'i gētilis. Sʒ q2 etiā in ppl'o gētili nõ ꝯfuit iſti colũbe ꝑſecutio vſq̄ ad magnũ Cõſtātinũ: iõ ſubdit. Expectabā eũ q̄ ſaluũ me fecit a puſillanimitate ſpũs ⁊ tēpeſtate. q̄ quidē tēpeſtas tyrānorũ ceſſauit tp̄e Cõſtātini. Que quidē eccl'ia ēt in canticis dr̃ colũba. Et infra pſal. lxvij. dr̃ colũba pēne deargētate ⁊c. Ex quibꝰ ptʒ/ ꝙ per fugā Dauid ad regē Geth bene figurat̃ myſteriuʒ eccl'ie xp̄i. Nā ſicut Dauid male tractatꝰ ī ſuo ppl'o fugit ad regē Geth: ⁊ elõgauit ſe ſicut colũba muta ⁊ pacifica nõ reddēs malũ ꝓ malo: ita ēt cõgregatio diſcipuloꝝ male vexata a ppl'o iudeorũ: cui p̄mo iuſſa erat p̄dicare fugit ⁊ diuertit ad ppl'ʒ gētilem/ reprobata ſynagoga. Et ſicut ipſi Dauid fugiēti ⁊ elõgato nõ defuit ꝑſecutio iter Philiſteos ciuitat̃ Geth: q2 querebāt ipm̄ occidere niſi fugiſſet in aliũ locũ. Jta pariter eccleſie nõ defuit ꝑſecutio in ppl'o gētili: īmo fugiebāt apl'i de vna ciuitate in aliā: ſicut Dauid fugiebat a facie Saul de vno deſerto in aliud: vt ptʒ primi Reg. xxij. ⁊. xxiij. Hoc q̄ p̄uidēs Dauid in ſpũ fecit hunc pſalmũ: q̄d p̄uidit per ſua fugā in Geth. Jõ Eſdras q̄ p̄poſuit hos titulos/ dicit ꝙ Dauid fecit hũc pſalmũ ꝓ colũba muta. i. ꝓ eccl'ia xp̄i ſimplici/ et pacifica: eo ꝙ ꝓcul abierit a ppl'o Judaico in populũ gētilē ſuꝑplex: ſicut Dauid qñ tenuerũt eũ Philiſtei in Geth. lxx. aũt dicũt/ ꝓ ppl'o q̄ a ſāctis lõge factꝰ eſt. i. Dauid fecit hũc pſalmũ cõtra ppl'm iudaicũ q̄ longe factus eſt a ſanctis apl'is ⁊ diſcipulis. i. qui longe a fide māſit obſtinatꝰ in ſua perfidia: ⁊ etiā ꝯ gētiles obſtinatos a quibꝰ fugiebāt apl'i: ſicut colũba fugit perſecutores de domo in domũ. Q̄d aũt additur in tituli deſcriptione: nõ puto ꝙ ſit de eſſentia tituli: ſʒ additũ eſt a. lxx. q. d. in deſcriptionē tituli huiꝰ pſal. p̄ponit̃ talis titulus. ſ. in finē/ ꝓ populo qui a ſanctis lõge factus eſt/ ipſi Dauid: cuʒ tenuerunt ipſum allophyli. i. alienigene in Geth.

Diuiſio pſalmi. ¶ Totus ergo iſte pſal. eſt vox eccl'ie in quo quaſi colũba ſimplex ⁊ humilis ⁊ pacifica tria facit. Nā primo explicādo ſuas ꝑſecutões ⁊ afflictiões petit liberari. Scd̃o p̄dicit punitionē perſecutorum. Tertio agit gr̃as iā liberata. Scd̃m ibi. Sicut ſuſtinuerũt. Tertiũ ibi. Jn quacũq̄ die. ¶ Quātũ ad primũ eſt aduertendũ/ ꝙ iſta colũba ſimplex ⁊ humilis primo vexata a ppl'o Judaico elõgauit ſe/ ⁊ fugit ad ppl'm gentilē: vbi fuit valde tribulata per tyrānos. Sʒ cũ ceſſauit tribulatio tyrānoꝝ: ⁊ cepit heretica prauitas vexare colũbā: tũc tribulata ab hereticis elongauit ſe ⁊ fugit ad fideles. Sed poſt hereticos incidit īter hypocritas/ ⁊ ſimulatos p̄curſores ātichriſti. Et ſic tribulabit̃ vſq̄ in finē mũdi. Et ſic ꝑ totā diē q̄ cõputat̃ a reſurrectiõe xp̄i vſq̄ ad cõſũmationē ſeculi/ fuit tribulata iſta colũba. Cõuerſa q̄ ad ſuũ ſpõſum xp̄m dicit. O deꝰ miſerere mei/ ⁊ releua me a multitudine miſeriaruʒ: q̄m homo. i. oīs hõ terrenus ſiue diabolus cũ ſuis mēbris. ſ. iudeis/ tyrānis ⁊ hr̃ticis/ ⁊ ātichriſto terrenis ⁊ prauis cõculcauit me: q2 iſte inimicꝰ hõ tribulauit me tota die. i. per totā diē a reſurrectione tua vſq̄ ad iudicium ſeminando zizaniam/ p̄mo in Judeis/ ſecundo in tyrannis / tertio in hereticis/ quarto in Antichriſto contra me. Et ſic ꝑ oēs iſtos tribulauit me. Unde ſubditur.

**Conculcauerunt me inimici mei tota diei quoniam multi bellantes aduerſum me.** iij.q.ſ. c.nulli dubiũ.

¶ Inimici mei. i. iſta q̄tuor genera inimicorũ ꝯculcauerũt me/ ⁊ vexarũt me tota die. Et multi fuerũt bellātes aduerſuʒ me. Nā in p̄mitiua eccl'ia Judei bellarũt aduerſuʒ me: qñ lapidauerũt Stephanũ ⁊ occiderũt Jacobũ ⁊c. Jn ſcd̃a pte huiꝰ diei bellarũt ꝯ me tyrāni/ q̄ occiderũt infinita milia martyrũ. Jn tertia pte bellarũt hr̃tici aduerſuʒ me/ q̄rũ ꝑſecutio nõ ſeuijt minꝰ ī catholicos in Alexādria/ ⁊ Affrica ꝑ vuādalos/ q̄ ꝑſecutio tyrānoꝝ. Jn quarta pte diei īcepit bellare ſecta Sarracenoꝝ/ q̄ cõtinue tribulat me/ ⁊ poſtea bellabit cõtra me ātichriſtus: cuiꝰ ꝑſecutio erit ſeuior cunctis alijs. Et ſic.

**Ab altitudine diei timebo: ego vero in te ſperabo.** xxij.q. cap. cum potiꝰ deꝰ cu.

¶ Ab altitudie. i. a p̄ncipio huiꝰ diei vſq̄ ad veſperā timebo fugiēdo ab vna ꝑſecutiõe/ et incidendo in aliā. Nota ꝙ totꝰ ſtatus/ ⁊ vita huiꝰ eccl'ie dicit̃ vna dies alta. i. lõga non ſolũ longitudine durationis: ſʒ lõgitudine laborũ ⁊ tribulationũ: ſicut dies artificialis videt̃ lõgiſſima laborātibꝰ ⁊ febricitātibꝰ. ꝓ ſil'e dicit iſta colũba: ab altitudine. i. lõgitudine huius diei ego ſemꝑ timebo. i. viuo cũ timore et anguſtia: q2 nunq̄ defecerũt mihi tribulatiões noue. Et ſic ſemꝑ vado volando de vna ꝑſecutione ⁊ tribulatiõe in aliā: q2 finis vnius mali/ gradꝰ eſt alteriꝰ. Ego vero in te ſperabo. ¶ Hic incipit verſiculus ⁊ ſnia. Uñ dicit colũba. Si ita eſt ꝙ ꝑ totā diē volādo de vno malo/ ⁊ de vna ꝑſecutiõe ī aliā: nũq̄ potui requiē inuenire: ſʒ ſemper fui cũ timore ab altitudie diei: ego vero. i. certe in te ſolo ſperabo: ⁊ ponam ſpem meā/ et nunq̄ perdā fidē licet multa milia martyrum moriantur.

**Jn deo laudabo ſermones meos: in deo ſperaui: non timebo quid faciat mihi caro.** xxiij.q. ſ.c.quod debet.

¶ Jn deo laudabo ſermones/ ⁊ dirigaʒ orationes meas: ⁊ ipſʒ īuocabo/ ⁊ in eo ſperabo: et nõ timebo q̄d faciat mihi iſte prauꝰ hõ. ſ. diabolus cũ mēbris ſuis. i. ex aliq̄ timore nõ ceſſabo laudare/ ⁊ p̄dicare legē euāgelicā ⁊ ñ timebo q̄d faciat mihi caro. i. hõ

carnalis ⁊ malus: nec deſiſtā p̄dicare euangeliū oī creature: ⁊ cōfiteri Chriſtū: ⁊ p̄dicare contra vitia eorum / ⁊ deteſtari peccata eorum ⁊ ſcelera.

xxiij. q. iiij. q̄ ſi vis: et vj. q. j. q̄ neſcire

**Tota die verba mea execrabantur aduerſum me: omnes cogitatiōes eorū ī malum.**

**Inhabitabunt ⁊ abſcondent: ipſi calcaneū meum obſeruabunt.**

Ideo q2 v̄ba mea execrabant̄ / ⁊ deteſtabant̄ cogitatiōes eorū / ⁊ pctā in malū. i. q2 dicebā eorū vitā tēdere in malū finē / ⁊ per ꝯñs eſſe malā ⁊ deteſtabilez: inde eſt ꝙ inhabitabūt ſemꝑ / et perſiſtent in ſua obſtinatione ⁊ malitia cōtra me: et abſcōdet mihi laqueum ⁊ inſidias: ⁊ obſeruabūt calcaneū meum imponēdo falſa crimina: vt incidā in laqueū ⁊ captionē eorū: vt poſſint me tribulare. Et ſic interfecerunt apoſtolos ⁊ martyres: ⁊ ꝑſecuti ſunt Athanaſium / ⁊ Ambroſium / ⁊ Hilarium ⁊c.

j. q. xiiij

**Sicut ſuſtinuerunt aīam meam pro nihilo ſaluos facies illos: in ira ꝑplos cōfringes.**

Hic petit vltionē de perſecutoribꝰ dicēs. Sicut iſti inimici / ⁊ ꝑſecutores ſuſtinuerūt. i. expectarūt aīam meā ꝑdere ſupplēt: ita ꝓ nihilo. i. nūꝗ̄ ſaluabis illos: imo in ira / ⁊ indignatiōe cōfringes ꝑplos eorū. Lr̄a hebraica ⁊ Hieronymi eſt aliquātulum diſcors a nr̄a. Naz ibi d̄r. Ipſi calcanea mea cuſtodient: ſicut q̄ expectāt aīaz meā ꝑdere ſupplē: ⁊ tūc illa ꝑticula / Sicut ſuſtinuerūt aīam meā: cōtinuat̄ cū verſu ſuperiori. ⁊ icipit aliꝰ verſus. De prauitate eripies eos: in furore ꝑplos depone deꝰ. Et cā huius diuerſitatꝭ eſt. Nā dictio poſita in Hebreo ē equiuoca ad prauitatē ⁊ vacuitatē ⁊ nihilum. Et iō vbi lxx. poſuerūt ꝓ nihilo ſaluabis eos Hiero. tranſtulit De prauitate eripes eos. Et tūc pōt legi iterrogatiue ſic Pro nihilo. i. ꝓ nullo bono merito / immo ꝓ prauitate / ⁊ iniuſtis ꝑſecutiōibꝰ mihi factꝭ ſaluabis eos: q. d. minime: immo in ira ⁊ punitiōe ꝑplos eorū confringes ⁊ deſtrues. qđ impletū fuit in excidio Hierl'z facto per Romanos: ⁊ in ſtrage populorū gentiliū tēpore Diocletiani: ⁊ etiā in deſtructione vandalorum per Beliſarium: ⁊ implebit̄ in miſerabili interitu / ⁊ exitu Antichriſti.

**Deus vitam meam annūciaui tibi: poſuiſti lachrymas meas in conſpectu tuo.**

De pe. diſt. j. c. tacitu r nitas

**Sicut ⁊ in promiſſione tua: tūc conuertentur inimici mei retrorſum.**

de pe. e. diſ. j. §. hoc idē ⁊. xxvj. q̄. vj. cognouimꝰ.

**In quacūꝗ̄ die inuocauero te: ecce cognoui quoniam deus meus es.**

O deꝰ ego annūciaui / ⁊ manifeſtaui tibi vitā / et ꝑſecutiōes meas: vt me liberares: ſ3 tu poſuiſti lachrymas meas in ꝯſpectu tuo me exaudiēdo: ⁊ tūc i. final'r cōuertēt̄ retrorſuz. i. cōterent̄ inimici mei ſicut in ꝓmiſſiōe tua fuiſti pollicitꝰ qñ dixiſti ciuitati Hieruſalem / non relinquent in te lapidē ſuper lapidē / et relinquetur domꝰ veſtra deſerta. Matt. xxij. Et ſic cognoui ꝙ tu deus meus es mihi propitius in quacūꝗ̄ die inuocaui te.

de pe. d. ſt. ij. ) a ceſſerunt.

**In deo laudabo verbum: in dño laudabo ſermonez: in deo ſperaui: non timebo quid faciat mihi homo.**

Hic agit gratias de beneficijs receptis / ⁊ de vltione perſecutorū dicēs. In deo laudabo verbū tuū i. ꝓmiſſionē quā ipleuiſti: ⁊ in deo laudabo ſermonē. i. ad laudē ſuī p̄dicabo eiꝰ mirabilia: ⁊ nō timebo qđ faciat mihi hō eo q2 in eo ſperaui. Et ideo.

**In me ſunt deus vota tua: que reddam laudationes tibi.**

**Quoniam eripuiſti animā meā de morte: ⁊ pedes meos de lapſu: vt placeam coram deo in lumine viuentium.**

Deus in me ſunt ⁊ erunt vota / ⁊ gr̄arum actiones que vota reddā tibi tanꝗ̄ laudationes / gratias agendo de beneficijs receptis: q2 eripuiſti animam meā de morte / ⁊ totali interitu: q2 nec tyranni / nec heretici totaliter potuerunt extinguere eccleſiā: ⁊ eripuiſti pedes meos a lapſu: ne laberentur in aliquam hereſim: q2 nūꝗ̄ perdidi fidē inter tot perſecutiones ⁊ labores: nec porte inferi potuerunt aduerſum me preualere. Et dediſti mihi gratiā / nō ſolum reſiſtendi perſecutionibus ⁊ tentatiōibꝰ / ſed etiā in bonis operibus / vt placeam coraz deo in lumine / ⁊ gloria viuentium beatoruz: q2 poſt tot perſecutiones ⁊ labores: velut colūba humilis / et ſimplex / ⁊ pacifica volaui in celum / ⁊ fui elōgata a miſeria multiplici huius mundi.

**M Iſerere mei deus miſerere mei: qm̄ in te confidit anima mea.**

Titulus / Pro victoria ſiue in finez / ne diſperdas David ſimplicem et humilē qñ fugit a facie Saul in ſpeluncā. Ad cuius intelligētiā eſt aduertendū: vt legitur j. Reg. xxiiij. ꝙ poſtꝗ̄ David euaſerat vnū periculū. ſ. cum Saul ⁊ ſui tenerēt eū obſeſſum / ⁊ circūdatū in modū corone: tunc David fugit inde / ⁊ latuit in locis tutiſſimis Engaddi in preruptis mōtiū ⁊ rupibus: qđ cū nūciatū eſſet ipſi Saul / venit ◦ cum cū tribꝰ milibus hoīm ad querendū eum. David aūt cū ſuis ingreſſus eſt in ſpeluncā magnam rupe cauatā / ⁊ ibi latebat neſciente Saul. Accidit aūt ꝙ Saul intraret eandē ſpeluncā ad purgādū ventrē / quē videntes ſocij David dixerunt ei. Ecce dies id qua tradidit dñs inimicum tuum in manu tua. Tunc David acceſſit clam ad Saul / ⁊ abſcidit orā chlamydis / ⁊ noluit ipm occidere cū poſſet: et cū Saul exiſſet a ſpelunca ſurrexit David poſt eū oſtēdēs particulā chlamydis abſciſſam in ſignum ꝙ poterat ipm occidere ſi voluiſſet / ⁊ clamabat dicens. Quare audis verba hominū loquentium ⁊c. Ecce viderunt oculi tui / ꝙ tradidit te dñs in manu mea in ſpelunca / et pepercit tibi oculus meus ⁊c. Et tūc Saul egit ſibi gr̄as promittēs nō amplius ipſum perſequi. Sed cuz ſocij David increpaſſent eū quare nō occidiſſet qñ in tanta opportunitate: r̄ndit eis David: quia niſi dñs percuſſerit eum: aut deſcendēs in ꝑliū perierit / ꝓpitius ſit mihi dñs ꝙ non mittaz manū meā in Chriſtum dñi. qđ impletum fuit in montibus Gelboe: vbi perijt Saul cū cōplicibꝰ ſuis. Et de hoc fecit David hūc pſalmū: ⁊ ſic Hebrei exponūt ipm l'raliter dicentes / ꝙ David exiſtēs i ſpelūca petebat liberari dicēs. O dñe ne diſperdas David ſimplicē ⁊ humilē: ſed miſerere mei ⁊c. Sed talis expoſitio non eſſet catholica / nec ſacralis / nec digna ſacra ſcriptura. Et ideo eſt dicendū ꝙ l3 illud myſterium in ſpelunca ſit materia occaſionalis ⁊ figuratiua / quare David fuit motus ad faciendū hunc pſalmū / tamen non eſt materia principalis / de qua eſt iſte pſal. Nā David iam euaſerat illud periculū qñ fecit hunc pſalmū: ergo iam nō erat orandū vt euaderet. Et ſic etiā non erat neceſſaria ſpiritualis illuſtratio ſpūs ſancti ad narrandū pericula preterita: ⁊ tamē dicūt Hebrei in hoc pſal. ꝙ David habuit ſpecialē ſpiritum ꝓphetie ad cōdendum pſal. pre ceteris: vt patebit infra. Et ideo ad intelligēdū hoc ſacramētū eſt notandū: ꝙ per hoc myſteriū ſpelunce David ꝑuidit in ſpiritu totū myſteriū reſurrectiōis / ⁊ aſcēſionis Chriſti: ⁊ totū excidiū ⁊ deſtructionē populi iudaici. Nā preuidit ꝙ ſicut ipſe latuit in ſpelūca / ⁊ deinde ſurrexit illeſus: immo abſtulit particulā chlamydis Saulis / ⁊ noluit ipm occidere: ſed expectauit correctionē eius / vſqueꝗ̄ interijt obſtinatꝰ: ⁊ ita Chriſtus poſt longas ꝑſecutiones: ⁊ mortem: ⁊ paſſionē erat in ſpelūca ſepulchri. ſepeliēdꝰ: ⁊ qualiter inde debebat reſurgere in corpus glorioſum ⁊ qualiter ſua reſurrectio erat futura cā noſtre reſurrectiōis: ⁊ quomodo Chriſtus illico poterat deſtruere illū populū: ſed debebat abſcindere particulā veſtis. i. cōuertere ad ſe vnā partē paruam illius populi: quia in die Pente. conuerſi ſunt tria milia ad p̄dicationez Petri ⁊ aliorum: ⁊ quomodo Chriſtus debebat expectare reſiduū illius populi per. xl. annos ad penitentiā: ſed in fine erant perituri in ſua obſtinatiōe ſicut Saul. Hoc ꝑuidens David in ſpiritu fecit hunc pſalmū: ⁊ dedit ipſum cantoribꝰ cantādū cū pſalterio ⁊ cithera ad victoriā cū toto conatu vocū: ad denotādū: ꝙ David cū tota eccl'ia ſecūdū ſtatū illū cū pſalterio: ⁊ cithara ⁊ clamore vocū vocabat Chriſtum: vt reſurgeret a mortuis de ſpelunca ſepulchri: vt eſſet cā reſurrectiōis noſtre: ſicut Orpheus reuocauit Eurydicez ſuā ab inferis treuarā ⁊ citharā pulſitādo. q. d. David in titulo huiꝰ pſalmi cū clamore. O Chriſte ne diſperdas. i. ne diſperdi ꝑmittas David ſimplicem ⁊ humilē. i. totū hominē myſticū qui expectat aduentū tuū ⁊ reſurrectionē: ſed ſurge a mortuis: vt reſuſcites nos: ⁊ ſic miſerere mei ⁊c. q2 oēs ſumus ſepulti in ſpelūca peccati ⁊ miſerie. ergo exurge tu a ſpelūca ſepulchri: vt reſuſcites nos a ſpelūca miſerie. Et hec eſt intētio: ⁊ materia ꝑncipalis huius pſal. ⁊ ad hūc intellectū cātat ipſuz eccl'a. In quo pſal. David tria facit. Nā ꝑmo in ꝑſona eccl'ie: et totius corporis myſtici petit liberari ꝑ Chriſtū. Secūdo enarrat beneficia q̄ recepit ꝑ paſſionē Chriſti. Tertio agit gratias vocādo Chriſtum vt reſurgat. Uel poſſumꝰ dicere ꝙ ꝑmo David petit liberari in ꝑſona totiꝰ corporis myſtici ꝑ aduētū xp̄i. Scđo gaudet ſe exauditū: narrādo bñficia q̄ recepit per paſſionē xp̄i. Tertio excitat xp̄m vt reſurgat a mortuis: ꝓmittēs ſe gratias acturū. Scđm ibi. Clamabo ad deū. Tertiū ibi. Paratū cor. Quātū ad ꝑmū3 dicit. O xp̄e deꝰ miſerere mei inquātū deꝰ: cui proprīū eſt miſereri ſemꝑ: ⁊ parcere: ⁊ culpā remittere. Et iterū miſerere mei inquātū hō: cui ſoli proprīū eſt ꝓ nobis pati: ⁊ nos pr̄i ꝑ tuā paſſionem: ⁊ reſurrectionē recōciliare: ⁊ nos ab oī miſeria liberare. Qm̄ in te cōfidit aīa mea: cū nō ſit alius ſufficiēs mediator q̄ poſſit hanc recōciliationē facere niſi tu Chriſte: tū q2 iuſtus ⁊ innocēs ⁊ obediēs patri: tū q2 filius ⁊ heres: tum q2 deus ⁊ homo.

Pſal. nullo

**Et in vmbra alarum tuarū ſperabo: donec tranſeat iniquitas.**

xj. q. j. c. nemo ſam.

Per talē ſufficiētiā ex parte tui ⁊ fidem ⁊ ſpē ex parte mei ſperabo ſemꝑ ꝓtegi in vmbra ⁊ virtute alarū tuarū. Unde ale tue ſub quibꝰ expecto protegi: ſūt paſſio ⁊ reſurrectio: ⁊ iudiciaria poteſtas quā accipies in aſcēſione. ⁊ ſic ꝑ paſſionē me liberabis a peccato: ⁊ per reſurrectionē ab oī corꝑali miſeria: ⁊ penalitate: ⁊ per iudiciariā poteſtatem a perſecutione tyrannorū ⁊ inimicorū. Et ſic in vmbra iſtarū alarum tuarū ſperabo: donec trāſeat iniquitas: ⁊ deſtruat̄ omne peccatū: ⁊ miſeria in me.

de pe. di. j. acceſſerunt. decōſe. di. ij. c iterat

**Clamabo ad deum altiſſimum: deum qui benefecit mihi.**

**Miſit de celo ⁊ liberauit me: dedit in opprobrium conculcantes me.**

Hic corpus myſticū gaudet ſe eē liberatū ꝑ paſſionē ⁊ aduētū: ⁊ enumerat ꝑicula de quibꝰ fuit liberatū in capite ⁊ mēbris. Dicit ḡ iſte homo myſticus. Ego clamabo: laudes fūdēdo ad deū patrem altiſſimum: ad deū dico qui benefecit mihi: eo qđ miſit auxilium: ſcilicet filium ſuum de celo: ⁊ liberauit me a peccato: ⁊ dedit conculcantes me. ſ. Iudeos: ⁊ gentiles: ⁊ diabolum in opprobrium. Et explicat modū ſue liberationis dicens /

de pe. di iij. nec quēꝗ̄. xl. di. c. quē libet.

**Miſit deus miam ſuam ⁊ veritatē ſuam: ⁊ eripuit animam meam de medio catulorū leonum: dormiui conturbatus.**

Deus pater miſit ſuā miam ⁊ veritatē ſuā: ⁊ liberauit me. Iam dictum eſt ꝙ xp̄s d̄r mīa patris: inquantū ꝑ ipſ3 releuauit miſerias nr̄as. Et d̄r veritas inquātū ꝑ ipſ3 locutꝰ eſt nobis: ⁊ notificauit voluntatē ſuā: ⁊ impleuit oēs ſcripturas: et ꝑ ipſum veritas vete. legis patefacta eſt. Et ideo liberauit aīam meā de medio catulorū leonū. ſ. de medio demonū: q̄ rugiētes me deuorare volebāt. Et etiā tēporal'r me liberauit de medio iudeorū ⁊ gentiliū / q̄ ad modū catulorū leonū me deuorare cupiebāt: ⁊ ū per magna tēpora dormiui cōturbatus ⁊ vexatus.

de pe. diſ. j. c. ꝑiculoſe. ⁊. c nobis.

**Filij hominum dētes eorum arma ⁊ ſagitte: ⁊ lingua eorum gladius acutus.**

**Exaltare ſuper celos deus: ⁊ in omnē terrā gloria tua.**

Filij hominū. ſ. carnales ⁊ pctōres vexabant me ſuppleꝑ multas ꝑſecutiones: vt pt3 in ꝑmitiua eccleſia: ⁊ dentes eorū. i. ira: ⁊ indignatio: ⁊ poteſtas erat ſicut gladius acutꝰ ꝯ̄ me. Exaltare ergo o xp̄e deus ſuper celos ad dexterā patris: ⁊ gloria tua: ⁊ fama: ⁊ poteſtas / ⁊ lex euāgelica effundetur ſupple in omnē terrā. Nota ꝙ de triplici ſpelūca et fouea liberauit nos xp̄s. Primo nos liberauit: et ſuſcitauit de ſpelūca: et fouea peccati: in qua eramus ſepulti: et hoc per ſuam paſſionem. Secūdo nos ſuſcitauit de mortalitate: ⁊ ſpelunca miſerie et penalitatum. ⁊ hoc per ſuam reſurrectionē. Tertio nos ſuſcitauit de ſpelunca / et fouea perſecutionum infidelium ⁊ hoc per ſuam aſcenſionē: ⁊ vniuerſalem iuriſdictionem. De primo dicit. Miſit dominus miſericordiā ſuam: ⁊ veritatem ſuā: et eri◦

puit animã meã de medio catulorũ leonũ.ſ.de medio demonũ/quibus datus eram in eſcã. De ſecundo dicit. Filij hominũ dentes eorũ ⁊c. De tertio dicit. Laqueũ parauerũt pedibus meis. Iſta eſt vox ipſius Ade in perſona totius generis humani: cui diabol⁹ parauit laqueũ ⁊ retiaculũ in arbore ſcientie boni ⁊ mali/cui dixit diabolus. Nequaq̃ moriemini: ſed qua hora comederitĩ/eritis ſicut dij ſcientes bonũ ⁊ malũ. Iſte fuit laqueus in quo incidit Adam. Nã ilico poſtq̃ comedit/pedes eius fuerũt illaqueati/id eſt caro et ſenſualitas fuit circundata retiaculo concupiſcentie: ⁊ ſauciata/⁊ corrupta feditate libidinis: ⁊ vulnerate ſunt omnes ei⁹ potentie/⁊ ſic incuruata fuit anima eius/⁊ debilitata/et prona ad omne vitium ⁊ peccatum. Et ideo dicit homo myſticus.

xvi .q. ij.c.vi ſis. **Laqueum parauerunt pedibus meis: ⁊ incuruauerunt animam meam.**

¶ Laqueũ parauerũt demones pedibus meis/ſcʒ carni ⁊ ſenſualitati/que ſunt pedes aĩe quib⁹ graditur: vt dictũ eſt pſalmo. xlviij. ⁊ ſic incuruauerũt et declinauerunt/⁊ debilitauerunt animã meã ꝓnam ad peccandum. Et ſequitur.

ibidẽ. **Foderunt ante faciem meam foueam: ⁊ inciderunt in eam.**

¶ Foderũt diaboli foueã ante faciẽ meã vt caderẽt: ſed ipſi inciderũt in eam foueã inferni: ⁊ ego fui liberat⁹ p xp̃m. Et nõ ſolũ diaboli parauerunt laqueũ pedib⁹ meis: et foderunt foueã añ faciẽ meã: ſed etiã iudei ⁊ gẽtiles parauerũt mihi laqueũ inſidiarũ. Sʒ ego fui liberat⁹ per xp̃m: ⁊ ipſi inciderũt in laqueũ/⁊ foueã mortis. Eſt aũt aduertendũ ꝙ tota iſta litera ab illo loco. Miſit de⁹ miãʒ ſuã/ põt eſſe vox xp̃i qui gaudet ſe eſſe liberatũ in capite/⁊ mẽbris ab inimicis. vnde dicit xp̃s. Deus pater miſit ſuam miſericordiã.i. auxiliũ de celo. ⁊ eripuit animã ⁊ vitam meam: ⁊ membrorum meorum de medio catulorum leonum.

Infra c.vij.a **Paratum cor meum deus: paratum cor meum: cantabo ⁊ pſalmum dicam.**

¶ Hic ꝓpheta vocat Chriſtũ de ſpelũca ſepulcri: ⁊ excitat ipm ab inferis: vt extrahat aĩas ſctõꝝ patrũ de limbo: ⁊ reſurgat in gloriã ſuã: vt ſit cã nr̃e
xp̃s dr̃ gl'ia noſtra. reſurrectionis/⁊ primitie dormiẽtiũ. ¶ Ad cui⁹ intelligentiã eſt notãdũ: ꝙ Chriſtus dicit̃ gloria noſtra: inquantũ ipſe mortuus eſt propter iuſtificationẽ noſtrã: nos a peccato liberãdo per paſſionẽ ſuã: ⁊ reſurrexit ꝓpter gloriã noſtrã.i. vt nos glorificaret et reſuſcitaret ad gloriã: vt ait ap̃l'us. Et iõ ſua reſurrectio fuit cõſummatio: et perfectio toti⁹ redẽptionis noſtre. nam per paſſionẽ fuimus liberati quo ad aĩam a peccato: ⁊ per reſurrectionem fuimus liberati a miſeria corporis: ⁊ a mortalitate: et recuperauimus perfectã immortalitatem: et gloriã corporis ⁊ anime. Et ſic in die reſurrectionis quieuit xp̃s ab omni opere noſtre redẽptiõis qd̃ patrarat. Et iõ nos celebram⁹ diẽ dominicam ceſſando ab omni opere ſeruili: ⁊ vacam⁹ dei laudibus: agẽdo gratias deo de bñficio noſtre redemptionis: ⁊ glorificationis/et cõſũmatiõis. ¶ Scdo eſt notandũ: ꝙ tota lex euãgelica dr̃ pſalteriũ decẽ
Lex euã gelica chordarũ: cũ quo pſalterio cantãt continue eccl'ie laudes deo. Prima Chorda hui⁹ pſalterij eſt myſteriũ trinitatis. Scd̃a eſt myſterium incarnationis Chriſti. Tertia eſt eius natiuitas. Quarta eſt eius bapti m⁹ ⁊ vita. Quĩta eſt ei⁹ doctrina. Sexta ei⁹ paſſio. Septĩa ei⁹ reſurrectio: ⁊ limbi expoliatio. Octaua ei⁹ aſcẽſio. Nona ei⁹ ſpũs ſancti miſſio: in qua totã eccleſiã perfecit ⁊ ornauit. Decima chorda eſt vniuerſalis ſibi tradita iuriſdictio: per quã nunc iudicat in occulto: ⁊ in nouiſſimo die iudicabit oĩa in manifeſto. Iſte ſunt decẽ chorde huius pſalterij euãgelici: qd̃ cõtinue pulſat̃ ꝑ totũ circulũ anni. Hoc pſalteriũ erat ſepultum in ſpelũca/et monumẽto legis veteris: vt ait Orige. ſup Matt. ⁊ erat occultũ ſub lr̃a veteris legis. Hoc pſalteriũ reſurrexit ſimul cũ Chriſto: nã tunc velũ tẽpli ſacre ſcripture qd̃ velabat miſteria ſciſſum eſt: ⁊ monumẽta ſcripture ve.leg. apta ſunt: ⁊ apparuerũt et ſurrexerũt oĩa myſteria euãgelica: q̃ erãt ſepulta ⁊ oculta. Et tũc hoc pſalteriũ incepit ſonare per apl'oꝝ predicationẽ a ſolis ortu vſq; ad occaſum: ⁊ inceperunt oẽs decẽ chorde pulſari. ¶ Nota etiã ꝙ tota lex euãgelica dicit̃ cithara rõne forme: naʒ cithara eſt inſtrumentũ muſicũ triangulare. cuius quidem linea tangit aliã. Ita pariter lex euangelica eſt triangularis: q: nil aliud ꝑcipit niſi qd̃ credẽdũ: quid ſperandum: ⁊ q̃d amandũ ⁊ agendum. Unde non amam⁹ niſi qd̃ credim⁹: nõ ſperamus: niſi qd̃ credim⁹ et amamus: ⁊ ſic iſte tres ỽtutes theologice ſunt inter ſe connexe: ſicut linee in cithara. Iſta aũt cithara pariter erat etiã ſepulta in monumẽto ve.leg. ⁊ etiã ſurrexit ſimul cũ Chriſto q: poſt reſurrectionẽ Chriſti apparuerũt: ⁊ manifeſtata fuerunt oĩa q̃ patres credebãt: ⁊ ſperabant futura de Chriſto ⁊ eccleſia q̃ eſt finis legis. q̃ nos iam credim⁹ eſſe cõſummata per Chriſtũ. Uñ ipſi nõ ſine nobis acceperũt repromiſſiões: ⁊ bñficium redẽptionis/⁊ reſurrectiõis: vt ait ap̃ls ad Hebr. xi. Ex quib⁹ ptʒ: ꝙ tria ſurrexerũt ſimul: ſcʒ Chriſtus qui eſt gloria noſtra: ⁊ pſalterium euãgelicũ: et cithara euãgelica. vnde nullus poterat cantare canticũ nouũ: niſi iſta tria ſurrexiſſent: nã cum iſto pſalterio euãgelico: ⁊ cithara erat de⁹ vere laudandus et glorificandus. Ideo ait Dauid propheta in pſona totius hominis myſtici deſiderantis deum laudare: ⁊ gratias agere. Paratum eſt cor meũ o deus: paratum eſt cor meum: cantabo.

**Exurge gloria mea: exurge pſalterium et cithara: exurgam diluculo.**

¶ Hic incipit cõſtructio. O Chriſte gl'ia mea exurge a mortis ſepulcro et expolia limbũ. Et o tu pſalteriũ decẽ chordaꝝ: ⁊ o tu cithara euãgelica fidei: ſpei: ⁊ charitatis/ſurge ⁊ appareãt et manifeſtentur oĩa que erant ſepulta ⁊ occultata in monumento ve.leg. ⁊ tũc ego exurgã diluculo: ⁊ de mane: nã ego nõ poſſum reſurgere a pctõ: nec ad gloriã: niſi tu pri⁹ reſurgas qui es cauſa mee reſurrectiõis: ⁊ primitie dormientiũ. Et tũc poſtq̃ habuero pſalteriũ et citharã cãtabo/⁊ pſalmũ dicã euãgelicũ: nã cor meum paratũ eſt in mẽte ⁊ in volũtate ad cãtandum: q: cor meũ et caro mea exultabũt: ſed nõ poſſum cantare: niſi tu prius reſurgas/q: non habeo pſalteriũ ⁊ citharam ad cantandũ niſi tu ſurgas: et pſalterium: ⁊ cithara tecum. Et tunc poſtq̃ reſurrexeris cum pſalterio ⁊ cithara euãgelica: ego ſurgam diluculo. ⁊ tunc



**Confitebor tibi in populis domine: ⁊ pſalmũ dicam tibi in gentibus.**

¶ Confitebor tibi in populis iudeorum: ⁊ pſalmũ euangelicum dicam/⁊ predicabo in gentibus: quia tũc predicabo ſupradictas decẽ chordas myſteriorum Chriſti in populo gentili.

**Qm̃ magnificata eſt vſq; ad celos miã tua: ⁊ vſq; ad nubes veritas tua.**

¶ Predicabo etiã qm̃ ⁊ quomodo magnificata eſt miã/⁊ veritas tua vſq; ad nubes. Et ideo.

**Exaltare ſuper celos deus: ⁊ ſup omnem terram gloria tua.**

¶ O tu chriſte de⁹ exaltare in die aſcẽſiõis/⁊ ſede ad dexterã patris: ⁊ aſſume vniuerſalẽ poteſtatẽ ⁊ iuriſdictionẽ: ⁊ erit ſup terraʒ gl'ia tua: quia oẽs apoſtoli ⁊ fideles ꝑdicabũt legẽ euãgelicã ꝑ totuʒ orbẽ terrarũ: ⁊ ſic erit manifeſta oĩbus gloria ⁊ poteſtas tua ſignis cõfirmãtibus ſimul cũ doctrina.
¶ Titulꝰ pſalmꝰ Dauid cū eſſet in deſerto Judee. Legit pmi Reg. xxij. ꝙ Dauid fugiēs a facie Saul diuertit ī terrā Moab: ⁊ cōmiſit regi Moab parētes ⁊ cōſanguineos ⁊ ſequaces ſuos maxime mulieres ⁊ pueros: intantū ꝙ. CCCC. viri cōgregati ſunt ad eū/⁊ factꝰ eſt princeps eoꝝ. Et ſic Dauid cum illis erat in preſidio regis Moab/ſꝫ Gad ꝓpheta dixit ipſi Dauid noli manere in ꝑſidio: ſꝫ reuertere in terrā Juda: ⁊ ſic ex ꝯſilio Gad reuerſus eſt in Juda ⁊ māſit in deſerto apud ſaltū arietis cū maxima afflictiōe ⁊ inopia ⁊ penuria victualiū: ſed ibi fuit multipliciter cōſolatꝰ ex reuelatiōe ſpūs ſancti vt haberet patiētiā: qꝛ poſt illas perſecutiones debebat regnare in maxima ꝓſperitate ⁊ abūdātia diuitiarum ⁊ copia victualium: ⁊ quō Saul cū ſuis q̄ eum pſequebant erant perituri in mōtibus Gelboe: ⁊ partim debebāt latere ꝑ ſpeluncas in inferioribus terre: ⁊ partim mori in ore gladij: ⁊ partim duci captiui in predā vulpiū/ſcꝫ Philiſtinoꝝ. Et ſic dicūt Hebrei ꝙ Dō fecit hunc pſalmū dū eſſet in deſerto Judee in tali penuria. In q̄ pſalmo pmo explicat deſideriū ſuū veniēdi in proſperitatē regni ⁊ copiā bonoꝝ tēporaliū ſibi ꝓmiſſam. Et in ſcdā parte pſalmi/ſcꝫ Ipſi vero in vanū queſierūt ⁊c. ꝓdicit miſerabilē exitū ipſius Saul ⁊ ſuoꝝ in montibꝰ Gelboe/prout ſibi fuerat reuelatū. Et ſic literal'r exponūt Hebrei moderni iſtuꝫ pſalmū. Sed lꝫ iſta fuerit materia occaſionalis et figuratiua/vñ motus eſt Dauid ad faciēdū iſtum pſalmū: tñ non eſt iſta materia precīſa nec eſt ſiſtēdū in ea: qꝛ aliter nō ꝑtineret ad ſacrā ſcripturam. nec iſte pſalmus cantaret in eccleſia in laudibus diuinoꝝ officiorum poſt matutinas quotidie niſi cōtineret aliqđ ſacrū de Chriſto ⁊ eccleſia vt ſuperius dictū eſt. Et ideo eſt dicēdū ꝙ verū eſt ꝙ Dauid paſſus eſt illam inopiā ⁊ penuriā in deſerto Judee/et facta fuit ſibi illa ſupradicta reuelatio de ꝓſperitate ⁊ abundantia ſui regni ⁊ de miſerabili exitu ipſiꝰ Saul et ſuorū. Sed pro tunc non fecit pſalmū iſtū: ſed poſtea dū fuit in ꝓſperitate et quiete in domo ſua et regno/et ꝓpoſuit ampliare diuinum cultū: tūc eñ frequēter memorabat et in mēte voluebat pſecutiones quas paſſus fuerat: et etiā aliquas reuelationes quas non totaliter intellexerat: et tunc in illa quiete et meditatiōe illuminabatur ⁊ erudiebatur a ſpiritu ſctō de futuris ſacramentis Chriſti et eccl'ie: et ſic cōdebat pſalmos ꝓut in illis geſtis preteritis: ſcꝫ aduerſitatibus et ꝓſperitatibꝰ preuidebat in ſpū pſecutiones Chriſti futuras et eccleſie: et exaltationē regni eiuſdē: et ſic cōdebat pſalmos de Chriſto ⁊ eccleſia. Et ſic ergo eſt dicendū ꝙ Dauid dū eſſet iam in ſua q̄ete et cōtēplatione meditādo illā penuriā quā paſſus fuerat in deſerto Judee: ⁊ meditando reuelationē ſibi factā de regno ſuo/et ꝓſperitate futura: et de miſerabili exitu Saul ⁊ ſuorū: et cū vidiſſet totuꝫ illud iam fuiſſe impletū in eo: tūc ī tali meditatiōe fuit multipliciter illuminatꝰ et erudītꝰ a ſpū ſctō: qualiter totū genꝰ humanū erat in maxima penuria bonoꝝ ſpūaliū poſtq̄ fuerat eiectū ab illa abūdantia et felicitate paradiſi terreſtris: et quō per Chriſtum debebamus recuperare maiorē abūdantiā bonorū ſpiritualiū in hac eccleſia ꝑ gratiam ſacr̄orum et donorū: et in alia per gloriam: ⁊ preuidit etiaꝫ pſecutiones eccleſie in capite et mēbris: et miſerabilē exitū Judeoꝝ Chriſti perſecutorum: et etiā tyrannoꝝ ⁊ aliorum eccleſie perſecutoꝝ. Et de his fecit hunc pſalmū: in quo tria facit. Nā pmo explicat deſideriū eccleſie bonoꝝ ſpūaliū et gratie ante Chriſti aduētū. Scdō explicat reuelationē ⁊ ꝓmiſſionē ſibi factā de copia et refectione bonorum ſpūaliū per aduētum Chriſti. Tertio predicit miſerabilē exitū ⁊ interitū pſecutoꝝ Chriſti et eccleſie: Secundū ibi. Sic in ſancto apparui tibi. Tertiū ibi. Ipſi vero in vanū. ¶ Quātū ad pmū dicit Rabi Macados et multi hebreorum ꝙ vētus aquilonaris intrabat ꝑ feneſtrā et mouebat chordas pſalterij/⁊ ad ſonū chordarū excitabatur Dauid ante aurorā: et ſpūs ſanctus replebat mētē eius: et erudiebat ipm de his que cōtemplatus et meditatus fuerat in lecto et ſtrato ſuo ex ꝑtēſis. Et ſic condebat pſalmos de futuris myſterijs ꝓfundiſſimis. Et ſic ante lucē diei ſurgebat ad conficiendos pſalmos ad laudē dei. Dicit ergo Dauid in perſona totius eccleſie. O deus oīm per creationē: et deus meus ꝑ ſpūalem cultū: ego excitatus a ſpū ſancto vigilo de luce. i. de diluculo et aurora ad laudandū te. Et cauſa ⁊ rō quare ego de mane ſurgo et vigilo ad laudādū te: eſt: quia aīa mea et caro mea exiſtēs ſupple in hac terra deſerta ⁊ inuia ⁊ inaquoſa ⁊ ſterili oīm bonorum ſpiritualiū ſitiuit in te ꝙ multipliciter. i. valde et multipliciter deſiderauit peruenire ad te Chriſte. In quo expectat multipl'r refici et recōciliari et reſtaurari ꝑ paſſionē et reſurrectionē tuā ⁊ multiplicia eccl'iaſtica ſacr̄a. Unū notāter dicit/in terra deſerta ⁊ inuia et inaquoſa. Nā iſta vallis lachrymarū in qua fuimus exules et relegati a facie dñi erat priuata et deſerta cōſortio angelorū/et erat inuia ante Chriſti aduentū: qꝛ lex Moyſi nō deducebat ad perfectū de ſe: nec poterat nos in gloriā introducere: ⁊ erat

Nota mar tirum pſalm

Dauid ſic pſal

Dauid de mane ſurgebat



inaquoſa: quia erat ſterilis ex inopia gratie ſacramētorū: quia de ſe non poterat iuſtificare. vt patet per totum diſcurſum epiſtole ad Romans/⁊ Galatas/⁊ Hebreos. Et ſic aīa exiſtēs in hac terra deſerta ⁊ inuia/inaquoſa ⁊ ſterili bonorum ſpiritualiuꝫ ſitiebat ⁊ deſiderabat peruenire ad Chriſtuꝫ/ vt in eo reficeret. Scdō notanter dicit/ſitiuit ꝙ multipliciter aīa: ⁊ caro mea: qꝛ genus hūanum nō ſoluꝫ expectabat refici ꝑ Chriſtū quātū ad aīam: ſꝫ etiā quātū ad corpus. Nā quātū ad animam primo expectabat refici multiplicibus bonis ſpūalibus et liberari a multiplicibus miſerijs. Nā ꝑ baptiſmuꝫ expectabat liberari ab originali ⁊ refici grā/⁊ fide/⁊ ſpe/⁊ charitate. Et per cōfirmationem ſeptem donis ſpūs ſancti repleri. Et per pniam a mortali liberari: ⁊ in gratiā reduci: ⁊ per euchariſtiam multipliciter refocillari ⁊ deo vniri ⁊ viuere ⁊c. Quantū vero ad corpus expectabat ꝑ reſurrectionem Chriſti ab cibus miſerijs ⁊ penalitatibus corporalibus liberari/⁊ immortale ⁊ glorioſum corpus recuperare: et ſic anima ⁊ caro nr̄a ſitiebat multipliciter venire ad Chriſtum: qꝛ oībus iſtis bonis carebat exiſtens in illo ſtatu: ⁊ in illa terra deſerta ⁊ inuia ⁊ inaquoſa. Uñ illi in illa oīa iſta deſiderabant quantuꝫ ad grātiā per aduentū Chriſti: ⁊ etiam quantuꝫ ad gloriā. Et ſic oīa iſta adepti ſunt ſancti patres per aduentū Chriſti. Nā forſan Dauid ⁊ multi ſanctorū patrum ſimul ſurrexerūt cū Chriſto/vt dictum eſt pſalmo. lvj. Nos autē qꝛ iam recepimus iſta bona ſpiritualia quantū ad aīam/quo ad gratiaꝫ tamen adhuc ſitimus ⁊ deſideramus oīa iſta quo ad corpus ⁊ animā per gloriā futurā: qꝛ bona gratie huius ſtatus ſignificāt ⁊ pariunt bona glorie in futuro: ⁊ ſicut bona temporalia legis veteris ſignificabāt bona gratie huius ſtatus: ita bona gratie huiꝰ ſtatus/ſignificant bona glorie in patria ſupna nobis per iſta bona gratie promiſſa: ⁊ dictū eſt pſalmo. xxij. Sic in ſancto apparui tibi. ¶ Hic incipit verſus et ſententia in hebreo ⁊ trāſlatione Hieronymi: et eſt ſecūda pars in qua explicat ꝓmiſſionem ⁊ reuelationē ſibi factā de copia bonorum ſpiritualium in hac eccleſia per gratiam ⁊ in ſuperna ꝑ gloriam. Unde nota ꝙ Dauid excitatus a ſpū ſancto frequenter ſurgebat a lecto ⁊ intrabat tabernaculum dei: qđ tetenderat iuxta domū ſuā: ⁊ ibi in illo ſanctuario orabat/⁊ cōtēplabat diuina myſteria ⁊ beneficia ſibi collata/⁊ ibi apparebat ſibi ſpiritus ſctūs ⁊ videbat deū in ſpū: ⁊ ſic erudiebat de futuris myſterijs: ⁊ ſic condebat pſalmos. Et ideo dicit Dauid. O dñe ſic ⁊ taliter apparui tibi in ſancto. i. in ſanctuario ⁊ ſctō tabernaculo vt viderē gloriam tuā. Litera Hieronymi eſt magis clara/q̄ dicit ſic. In ſanctuario vidi te/vt viderē virtutē tuā ⁊ gloriā tuā. Ex quo ꝑꝫ/ꝙ Dauid vidit deū in ſpū ⁊ per reuelationē factā in tabernaculo ⁊ ſanctuario dei intātū vt ꝑ illā viſionē ⁊ reuelationem Dauid videret in ſpiritu virtutē Chriſti futurā: ⁊ gloriam ⁊ copiam bonorum quā Chriſtus nobis erat daturus.

Nota ꝙ Dauid ſurgebat a lecto

Quoniam melior eſt mīa tua ſuper vitas: labia mea laudabunt te.

¶ Dicit Dauid: ego vidi in illa viſione/ quoniam miſericordia tua O Chriſte eſt melior ſuper omnes vitas huius mundi: id eſt ꝙ vita vegetatiua et ſenſitiua. Sed hic ponitur vitas in plurali: quia per vitas intelligit omnes cibos ⁊ potus ⁊ refectiones corporales que faciunt ad vitam corporalem corporis. quaſi dicat ego noui in ſpiritu: ꝙ meliores ſunt cibi ⁊ potus ſpirituales quos nobis debes dare ꝑ miſericordiā ⁊ paſſionem ⁊ reſurrectionem tuā: q̄ omnes cibi ⁊ potus ⁊ refectiones corporales huiꝰ mundi: quia illi ſunt cibi gratie ⁊ glorie quibus totus homo quo ad corpus et animam viuet ineternum: ſicut dixit Chriſtus Samaritane. Qui biberit hanc aquā nō ſitiet ineternum. Joannis. iiij. Item Joannis. vj. Qui mādūcat hunc panē viuet ineternum. Ideo ſequitur. Quia tu dabis mihi iſtos cibos ſpirituales meliores ſuper omnes vitas et cibos corporales: ideo labia mea laudabunt te.

Sic benedicā te in vita mea: ⁊ in nomine tuo leuabo manus meas. — xcij. di. c. ſ. in glo.

¶ Semper bñdicā te in hac vita mea agendo gratias: ⁊ leuabo manus meas in noīe tuo. i. inuocabo nomē tuū quod eſt Jeſus: in quo expecto ſaluari ⁊ cōſequi omnia bona ſpiritualia ſupradicta.

Sicut adipe ⁊ pinguedine repleatur anima mea: et labijs exultationis laudabit os meum. — xv. diſ. ſctā ro. m. a.

¶ Anima mea replebitur omnibus illis bonis ſpiritualibus: ſicut corpus repletur adipe et pinguedine corporali ⁊ cibis pinguibus corporalibus. Nā iſta bona ſpiritualia pinguefaciunt animam ⁊ corpus pinguedine gratie ⁊ glorie. Et ſic os meuꝫ tūc laudabit te labijs ⁊ cantibus exultatiōis ⁊ gratiarum actionis hic per gratiam ⁊ in futuro ineternū per cantum glorie.

Sic memor fui tui ſuper ſtratum meum: in matutinis meditabor ī te: qꝛ fuiſti adiutor meus. — vij. q. j. c. denique.

¶ Sic etiaꝫ memor fui tui: id eſt memor ero tui O deus in hac eccleſia militāti: ⁊ memoriam agam ſuper ſtratum/id eſt lectum meum meditando ⁊ contēplando beneficia recepta ⁊ etiam in ſtratu genibus flexis orādo. Etiā meditabor in te in matutinis: qꝛ ſurgā ante lucē ad cōfitendū nomini tuo et laudes tuas decantandū/agēdo gratias/qꝛ in omnibus fuiſti adiutor meus: qꝛ non ſolū me a peccato redemiſti: ⁊ a fame ⁊ miſeria liberaſti: ſed etiam ſupradictos cibos gratie ⁊ glorie tribuiſti. Et ſic.

Et in velamēto alarum tuarum exultabo: adheſit anima mea poſt te: me ſuſcepit dextera tua. — xſ. q. iij ad menſam.

¶ Ego exultabo me eſſe protectū in velamēto alaruꝫ tuarū ⁊ ſub protectione mīe tua: ⁊ exultabo qꝛ anima mea relictis cerimonijs legalibus et relictis idolis adheſit ⁊ ambulauit poſt te: ⁊ tue legi ⁊ preceptis ſe ſubiecit: et qꝛ dextera tua ⁊ miſericordia me ſuſcepit ⁊ vocauit ad fidem ⁊ eccleſiam ⁊ ad veniam ⁊ etiam ad gloriam in futuro.

Ipſi vero in vanū queſierūt aīam meaꝫ introibunt in inferiora terre: tradētur in manus gladij: partes vulpium erunt. — xxiij. c. v. ſ. v. ultimo.

¶ Hic predicit miſerabilē exitū pſecutorū Chriſti et eccl'ie. Nā primo de Judeis q̄ occiderūt xp̄m fuerunt facte tres partes: nam quidam abſcondebant

per ſpeluncas vt ait Joſephus: de quoꝝ numero fuit ipſe vnus cū. CCCC. ſecunda pars fuerūt mortui. alia pars fuit ducta ⁊ diſperſa in captiuitatem per mundum. Ideo ait Dauid in pſona xp̄i et eccleſie. Ego ago gratias q: me ſuſcepit dextera tua me in capite a mortuis ſuſcitando/ ⁊ in membris a pſecutorib⁹ liberādo. Uero ꝓ ſed ipſi. ſ. Judei xp̄i crucifixores in vanū q̄ſierūt aīam ⁊ vitā meā delere ⁊ annihilare: q: reſurrexi in capite/ et liberatus ſum in mēbris: ⁊ ſic ipſi māſerūt cōfuſi. Sed punitio eoꝝ erit tripertita: nā quidā eoꝝ introibunt in inferiora terre per ſpelūcas ſubterraneas latendo ⁊ fugiēdo diuinā vindictā factam per Romanos/ ⁊ quidaꝫ erunt in manu ⁊ poteſtate gladij: q: decies

No. q̄t mortui ſunt in obſidione hieruſalez

centena milia mortui ſunt/ vt ait Joſephus in illa ſtrage ⁊ obſidione Hierl'm/ ⁊ Galilee/ et Judee: ⁊ q̄dam erūt partes/ ⁊ ſortes/ ⁊ portiōes in p̄dā vulpiū .i. Romanoꝝ. gentes enim armoꝝ dicūtur vulpes: quia oīa deuorāt. Eadē perſecutio fuit facta de tyrannis gentilibus/ vt legitur in eccleſiaſtica hiſtoria: quia miſerabiliter moriebātur: ⁊ ſic introierūt in inferiora terre id eſt ad infernū quo ad animaꝫ/ ceciderunt in manu gladij per bella inteſtina: et ſic cadauera eorum fuerunt partes ⁊ cibi vulpiū/ ⁊ luporum/ ⁊ canum/ ⁊ aliarum ferarum. Etiā iſta pars Judeorum dicuntur: vulpes: quia fallaces ex vſura rapinaqꝫ viuentes ⁊ doloſi. Iſti ergo perſecutores Chriſti ſic punientur vt dictum eſt.

xxxv. diſti. c. ebrietas dio.

**Rex vero letabitur in deo: laudabuntur omnes qui iurant in eo: quia obſtructum eſt os loquentium iniqua.**

¶ Uero pro. ſed/ Rex Chriſtus letabit̄ in deo p̄reſedēdo a dextris eius in gloria: et oēs chriſtiani fideles qui iurāt in eo: id eſt qui promiſerunt in baptiſmo fidē/ ſpem/ ⁊ charitatē ipſi xp̄o ⁊ ꝓfitentur legē euangelicā ⁊ Chriſtū eſſe verū deū ⁊ Meſſiā/ laudabūtur ⁊ a deo acceptabunt̄ hic per gratiam ⁊ in futuro per gloriā: ⁊ non ſolum laudabuntur a deo: ſed etiam ab hominibus. Judei vero ꝑ oppoſitum ⁊ ceteri infideles vituperabuntur ⁊ confundētur cū viderint Chriſtū reſurrexiſſe ⁊ vniuerſal'r regnare/ ⁊ fideles laudabūtur ⁊ gloriabuntur: q: os gētiliū ⁊ iudeoꝝ loquētiū iniqua cōtra Chriſtuꝫ et eccleſiam eſt obſtructū ⁊ obtuſum pre cōfuſiōe cū viderint proſperitatem Chriſti ⁊ eccleſie. Uñ nota q̄ non dicit/ omnes qui iurāt per eū: quia vt ſic nō ſemper eſt laudabile: ſed dicit oēs qui iurāt in eo: quia in baptiſmo ⁊ ꝓfeſſione fidei Chriſti nō iuramus per eum ſed in eo: q: in eo ponimus ſpem noſtrā ⁊ fidē/ ⁊ renunciamus mūdo ⁊ diabolo. Et nota q̄ iſte pſalmus ſemꝑ cantat̄ in laudib⁹ matutinis: eo q̄ Dauid ꝓphetice promittit in hoc pſalmo in perſona eccl'ie ſurgere ante lucē: ⁊ in matutinis laudare deū pro gratiarū actiōe de beneficijs gratie ⁊ glorie per Chriſtum nobis collatis.

xv. diſ. Sancta rom. ecc.

**Exaudi deus orationem meā cū deprecor: a timore inimici eripe animam meam.**

¶ Titulus/ In finē pſalm⁹ Dauid. Ex titulo apparet q̄ Dauid fecit hūc pſalmum dirigens nos in Chriſtuꝫ qui eſt finis legis. Sed de materia hui⁹ pſalmi dicit Rabi Salomō: q̄ Dauid ꝓuidēs in ſpiritu preſſurā Danielis quādo poſitus eſt in lacu leonū fecit hunc pſalmum in perſona Danielis deprecātis deū vt ipſum liberaret de lacu leonū. Et ſic non ſolum Rabi Salo. ſed etiā quidā catholici ſequentes eū exponunt hunc pſalmū ad literam de illa liberatione Danielis de lacu leonū. Sed q̄ bene vult cōtemplari diſcurſuꝫ hui⁹ pſalmi poterit videre qualiter talis literalis expoſitio eſt inepta ⁊ extorta ⁊ valde diſſona litere huius pſalmi. Itē talis expoſitio facit iniuriā prophete Dauid/ abſcōdēdo ⁊ cōtēnendo theſaurū abſconditū: imo explicatū in hoc pſalmo: in quo prophetice predicit̄ cōfuſio ⁊ cecitas populi Judaici in cōiuratione facta cōtra necē Chriſti: predicitur etiā ſublimitas ſciētie apoſtoloꝝ. ¶ Ad cui⁹ intelligentiā eſt aduertendū q̄ Dauid cōtemplādo coniurationē quā fecit Saul cum Abner/ ⁊ doech/ ⁊ ceteris emulis contra Dauid/ ꝓuidit in ſpū qualiter cōſiliū ſacerdotū ⁊ ſcribarū ⁊ phariſeoꝝ debebat cōſpirare cōtra Chriſtū/ vt ipſum morti traderent putātes totaliter ipm̄ delere de terra: ne perderēt regnū ⁊ ſacerdotiū. Sed cōtrariū eis euenit: nam Chriſtus reſurrexit ⁊ regnauit gn̄aliter ꝑ vniuerſum orbē: ⁊ ipſi ꝑdiderūt ſceptrū ⁊ ſacerdotiū ⁊ ciuitatē: ⁊ fuerūt diſſipati ⁊ diſꝑſi. Et māſerūt confuſi ⁊ ceci in intelligētia ſacre ſcripture/ vt dictū eſt pſalmo. lij. Hoc ergo ꝓuidēs Dauid in ſpū fecit hūc pſalmū. In quo duo pricipal'r facit. Nam pmo predicit in pſona Chriſti per modū oratiōis ꝯfuſionē ⁊ cecitatē Judeoꝝ q̄ accidit eis in cōiuratione facta contra chriſtū ex malitia ⁊ ſupbia. Scd̄o predicit ⁊ explicat altitudinē ſciētie apl'oꝝ ī ſacris ſcripturis intelligēdis: quā adepti ſunt ex humilitate ⁊ obediētia. ibi Sagitte paruuloꝝ. ¶ Quantū ad primū/ q: Chriſtus introducit̄ ad loquēdū/ tria facit. Primo petit liberari ab iniquo conſilio ⁊ malipolio Judeoꝝ facto cōtra Chriſtū. Scd̄o explicat iniquū cōſiliū ⁊ cōiurationē factā contra ipm̄. Tertio p̄dicit cōfuſionē ⁊ cecitatē Judeoꝝ ex eoꝝ malitia ꝑpetratā. ij. ibi. Quia exacuerunt. iij. ibi. Scrutati ſunt iniqtates. ¶ Quātū ad primū dicit Chriſtus ad patrē. O pr̄ deus Exaudi orationeꝫ meam cuꝫ deprecor in horto ⁊ in cruce. Et primo rogo vt paſſio mea ſortiat̄ effectū ſuum. ſ. vt recipias eam in pretiū ꝓ toto genere humano redimendo a perpetua captiuitate ⁊ morte. Et eripe animā meā .i. vitā meam a timore inimici populi iudeoꝝ/ me reſuſcitando de morte ad vitā: ⁊ etiā eripe aīam meā .i. eccleſiam. Primo a timore inimici diaboli. Scd̄o a timore inimici cetus Judeorum ⁊ tyrannorum.

**Protexiſti me a conuentu malignātium: a multitudine operantium iniquitatem.**

¶ Protexiſti .i. protege me a conuentu Judeorum malignantium .i. a coniuratione et malipolio eorum: ⁊ a multitudine Judeorum ⁊ tyrannoruꝫ operantium .i. machinantium iniquitatem contra me: ⁊ ponitur preteritum pro futuro ſiue imperatiuo vt frequenter fit in hoc lib. ¶ Deinde cum dicit.

**Quia exacuerūt vt gladium linguas ſuas intenderunt arcum rem amaram: vt ſagittent in occultis immaculatum.**

**Subito ſagittabunt eū non timebunt: firmauerunt ſibi ſermonem nequam.**

¶ Explicat iniquū ꝯſiliū ⁊ cōiurationē factā ꝯtra eum dicens. Dn̄e ꝓtege me a cōſilio Judeoꝝ malignantium: q: oēs fuerūt cōgregati contra me: et exacuerūt vt gladium linguas ſuas cōtra me: ⁊ intenderunt arcū rem amaram .i. mortē ⁊ falſum teſtimoniū cogitarūt. quaſi dicat: q̄ ſicut ſagittari⁹ intēdit arcū ⁊ mittit ſagittā cōtra inimicū aut cōtra feram: ita Judei intenderūt arcū iniquitatis ⁊ malitie cōtra me/ rem amarā .i. falſuꝫ teſtimoniū: vt ſagittēt .i. vt ſagittarēt me immaculatū ⁊ purū ⁊ innocentē. has ſagittas falſi teſtimonij ⁊ mortis miſerunt contra me in occultis ⁊ in abſcondito: q: me abſente tractabant meā morteꝫ. Et ſicut mors huius iuſti fuit perpetrata in occultis: ita etiaꝫ in breui tēpore: q: in die mercurij fuerant cōgregati in occulto ⁊ ſecreto ante diem paſche ne forte tumultus fieret in ppl'o: ſed in die iouis fuit captus/ et in die veneris crucifixus. Et quo ꝑ3 q̄ ſubito ⁊ repente ſagittabāt iſtū immaculatū ⁊ iuſtū: ⁊ non timebāt deū nec mūdū in tā ſcelerata ⁊ iniqua ſententia data ꝯ hoīem iuſtū ſine pctō. ⁊ ſic abſqꝫ dei timore iſti iniqui firmarūt ſibi adinuicē ſermonē et cōſiliū ⁊ ſententiā nequam ⁊ iniquā. Et iſti iniqui.

el. aſ. Lucte noꝛes.

**Narrauerunt vt abſconderent laqueos: dixerunt quis videbit eos.**

¶ Narrauerūt .i. cogitauerūt vt abſconderēt ⁊ pararēt laqueos cōtra Chriſtū/ vt caperent ipſum et dixerūt inter ſe/ quis videbit eos. quaſi dicāt: nullus poterit ſcire nec videre laqueos quos param⁹ cōtra iſtum hominē. Et ſic inopinate capiemus eū nec poterit euadere manus noſtras: nec etiā aliq̄s poterit videre intentionē noſtrā: q: putabit ppl's q̄ ex zelo legis occidimus iſtum hoīem q̄ agit contra legē. Tunc ergo Judei acuerunt vt gladiū linguas ſuas cōtra Jeſum: qn̄ cōgregati ſunt in cōſilio ⁊ dixerunt. hic homo multa ſigna facit: ſi dimittimus eū venient Romani ⁊ tollent locū noſtrū et gentē: melius eſt vt vnus homo moriat̄ ꝓ populo. Itē tunc etiā acuerūt linguas cōtra Jeſum qn̄ dixerūt ipſum eſſe voracē ⁊ potatoreꝫ. Et qn̄ dixerūt Pilato crucifige crucifige eum/ dicentes eū inimicum Ceſaris ⁊ ſeditioſum ⁊ legis violatorem. Iteꝫ tunc intenderunt arcum in rem amarā quādo coniurauerunt in necem eius: ⁊ tunc in occultis ſagittarunt eum qn̄ cōgregati ſunt in atrio principis ſacerdotū vbi vocarūt eum blaſphemū: ⁊ alapis ceciderūt ⁊ opprobrijs affecerūt ⁊ irriſerūt. Sed tūc in occulto ⁊ ſecreto ſatigarūt eū qn̄ ī die mercurij de ei⁹ nece tractarūt/ ⁊ Jude pecunias ſe daturos ꝓmiſerunt. ⁊ tūc firmarūt ſibi ſermonē nequā qn̄ falſa teſtimonia confinxerūt ⁊ corā Pilato dignuꝫ morte accuſarūt. ⁊ tūc narrauerūt vt abſcōderēt laqueos qn̄ occaſiōes mortis xp̄o parauerūt: ⁊ ipm̄ capere in ſermone cogitauerūt dicētes. Si lꝫ dari cēſum ceſari an nō. Matt. xxij. Deinde cū dicit.

**Scrutati ſunt iniquitates: defecerunt ſcrutantes ſcrutinio.**

¶ Predicit confuſionem ⁊ cecitatē Judeorū quaꝫ ex malitia et ſuperbia ſibiipſis perpetrarunt. Ad cuius intelligentiam eſt notandum q̄ Judei ſicut ex triplici iniquitate conſpirauerunt in necē Chriſti. ſ. ex inuidia/ ⁊ odio/ ⁊ preſumptione: Ita pariter incurrerunt triplicem penam. ſ. cōfuſionē/ ⁊ captiuitatē: ⁊ cecitatē mentis. Unde Judei ſi depoſuiſſent inuidiā et odiuꝫ ante oculos: bene potuiſſent cognoſcere ꝑ bona opera ⁊ miracula Chriſtū eſſe Meſſiā in lege ꝓmiſſuꝫ. Itē hoc idē potuiſſent cognoſcere ſi cum charitate ⁊ humiliate inſpexiſſent ſcripturas: ſed malitia obcecati nō pſcrutat̄ ſunt ſcripturas niſi eas q̄ ꝓ eis faciebāt/ falſo interpretando: ⁊ trahēdo eas ad ſuū malū ꝓpoſitum. ſ. q̄d violator ſabbati debet morte puniri: ſed noluere intelligere q̄d ſanare infirmos nō eſt violare immo ſanctificare ſabbatum/ cum ſit opus miſericordie. Et ſic iudei in ſcriptura non ſcrutabant̄ iuſtitiam ⁊ veritatē ſed iniquitatē. ⁊ ideo ſcrutātes cū tali iniq̄tate defecerunt in ſcrutinio. Itē ſi inueſtigaſſent ⁊ ſcrutati fuiſſent ſcripturas cū charitate ⁊ humilitate: reperiſſent qualiter Chriſt⁹ erat ille ꝓpheta quē de⁹ ꝓmiſerat Moyſi Deutero. xviij. Prophetā ſuſcitabo de medio fratrū tuoꝝ ponaꝫ verba in ore ei⁹/ loqueturqꝫ ad eos quecunqꝫ dixero ei. Et ſic poterāt cognoſcere q̄ ex parte dei loq̄batur/ ⁊ q̄ Moyſes de Chriſto locut⁹ fuerat. Iteꝫ ſi cum humilitate ſcrutati fuiſſent ſcripturas: repeririſſent qualiter Chriſt⁹ nō ſolū debebat eſſe filius dei: ſed q̄ ipſe eſt deus: vt patet ꝑ per oēs ꝓphetas ⁊ ꝑ miracula q̄b⁹ poterāt cognoſcere Chriſtuꝫ eſſe Meſſiā in lege ꝓmiſſum. Ideo dixit eis Chriſtus Joan. v. Scrutamini ſcripturas q: ille teſtimoniū perhibēt de me: ⁊ Moyſes de me locut⁹ eſt. Et iō q: Judei noluerūt accedere ad ſcripturas cū charitate ⁊ humiliate: ſed cū malitia ⁊ preſumptione. ⁊ noluerūt ſcrutari veritatē ſed iniquitatē contra Chriſtū: ideo defecerūt in ſcrutinio ſcripturarum facti ceci. Itē q: acceſſerunt ad cor altum ⁊ ſupbū. cum ad ſcripturas ſine humilitate ⁊ charitate acceſſerūt immo cū p̄ſumptione eas pſcrutari voluerunt: iō de⁹ fuit ab eis exaltat⁹ ⁊ abſcōſus tollēdo ⁊ offuſcādo eis veritatē ⁊ verā intelligētiā ſacrarū ſcripturarū: ⁊ ſic māſerūt ceci vſqꝫ in finē mundi. Et ideo dicit ꝓpheta in hoc loco/ q̄ q: Judei ī ſcriptura ſcrutati ſunt iniquitates cōtra Chriſtū ⁊ nō veritatē/ ideo defecerūt in ſcrutinio: q: nunq̄ amplius videbūt veritatē/ ſed in ſua cecitate ꝑmanebunt nō intelligētes ſacramēta dei q̄ latent ſub velamine litere. Et dat eis rationem quare ineſt eis iſta cecitas: dicēs q̄ q: homo ſupple p̄ſumptuoſ⁹ accedet ad cor altū .i. cū corde alto ⁊ ſupbo ⁊ p̄ſumptuoſo nō cauſa vidēdi veritatē ſed cauſa ꝓueniēdi ⁊ excuſandi ſuā malitiā: tūc de⁹ exaltabit̄ ne ab eis attingat̄ .i. abſcōdet veritatē ab eis ne intelligāt ſcripturā. Uñ eſt iterū aduertēdū q̄ multipliciter Judei ſcrutati ſunt iniq̄tates/ ⁊ multipliciter defecerūt in ſcrutinio ⁊ manſerūt cōfuſi. Pmo ſcrutati ſunt iniq̄tates qn̄ queſierunt falſa teſtimonia cōtra Chriſtū: ſed defecerūt ſcrutinio cū illa teſtimonia nō fuerint cōuenientia cōtra eū/ vt ait euangeliſta. Itē ſcrutati ſunt iniquitates cū tradiderūt ipꝫ morti ⁊ crucifixerūt eū: ⁊ cuſtodes ſepulchro appoſuerūt: ſed defecerūt ſcrutinio cū Chriſt⁹ reſurrexit: ⁊ ſic māſerunt cōfuſi ⁊ fruſtrati in cōſilio ⁊ deſiderio ſuo: immo oppoſitū euenit: q: putātes xp̄m delere ipſi fuerūt deleti/ ⁊ diſſipati/ captiui: ⁊ diſꝑſi. Itē defecerūt in ſcrutinio ſcripturarū qn̄ in diē penteco. Petrus ⁊ ceteri apoſtoli hoīes ſimplices ⁊ plebei cōuicerūt principes ſacerdotū ſcribas et phariſeos/ ꝓbantes per ſcripturas Chriſtū fuiſſe

Not. de iudeis nō bene de chriſto diiudicantibus.

Judei ſunt ſcrutati iniq̄tates.

verum Meſſiam ⁊ ſaluatorē in lege ꝓmiſſum: vbi fuerūt cōuerſi ⁊ baptiʒati de pplo numero tria milia/ vt pꝫ Actuū. ij. ⁊ ſic Judei māſerunt confuſi.

De ſigna triu. ⁊ fide catho. in prin.

**Accedet homo ad cor altum: et exaltabitur deus.**

¶ Judei tunc acceſſerunt ad cor altum quando ex malitia ⁊ ꝓpria preſumptiōe ⁊ non cū humilitate ⁊ charitate conati ſunt ſcrutari intelligentiam legis: ſed tunc deus fuit exaltatus qñ eis abſcondit veritatē ſcripture ⁊ obcecauit eos ne intelligant ſacra dei in ſcriptura latentia. Item tunc accedit homo ad cor altū/ qñ non ſpūaliter/ ſed carnaliter ⁊ tanꝙ homo carnalis vult ſapere in ſcriptura/ et nō querit q̄ ſpūalia ſunt: ſed carnalia: ſicut faciūt Judei q̄ oia ſacrificia ⁊ ceteraſq; cerimonias legis carnaliter ⁊ literaliter conanť ſapere. ⁊ ideo deus exaltabiť ab eis ne poſſint veritatē euāgelicā q̄ in illis legalibus latet intelligere. vnde in eadē ſcriptura litera occidit eos/ ſed ſpūs ſanct⁹ viuificat nos. ij. ad Corin. iij. Vñ in eadem ſcriptura nos ſumus boni ⁊ Judei mali/ vt inq̄t Auguſ. ⁊ de⁹ obcecauit mētes eoꝝ ne luceat in eis euangēliū/ poſtꝗ malitia obcecauit eos. Ex quib⁹ pꝫ/ ꝙ ex illo iniquo cōſilio ⁊ cōiuratiōe facta cōtra Chriſtū Judei incurrunt cōfuſionē ⁊ captiuitatē ⁊ cecitateꝫ.

rſ. qđ. iij. c. in ter.

**Sagitte paruulorum facte ſunt plage eorum: et infirmitate ſunt contra eos lingue eorum.**

¶ Quia ſuperius dixit ꝙ ſcribe ⁊ phariſei defecerunt in ſcrutinio ſcripturarū: eo ꝙ tanꝙ hoies et ſuperbe ⁊ carnaliter ſapiētes voluerunt accedere ad cor altū ⁊ profunda myſteria ſacre ſcripture: iō de⁹ fuit exaltat⁹ ⁊ elōgat⁹ ab eis ne poſſent attingere ꝓfundā intelligētiā veritatis ſacre ſcripture nec ſacra Meſſie. Ideo hic oſtēdit ꝑ oppoſituꝫ qđ apl'i ⁊ fideles: q2 nō tanꝙ hoies ⁊ carnales voluerūt ſuperbe ſapere: ſꝫ tanꝙ ſpūales ⁊ humiles voluerūt effici paruuli ⁊ Chriſtū ſequi: iō eis datum eſt noſſe myſteriū regni dei ⁊ ſecreta ſacra: ⁊ ſic vicerunt tumidā ⁊ inflatā ſcientiā ſcribarū ⁊ phariſeorū: marie petr⁹ in die pēteco. cōuicit ⁊ ꝯfundit eos/ ⁊ ꝓbauit per ſacras ſcripturas qualiter Chriſtus erat verus Meſſias in lege promiſſus: ⁊ qñ oportebat Chriſtū pati ⁊ a mortuis reſurgere pro ſalute humani gñis: ⁊ ſic illa die ꝯuertit q̄tuor milia hoim: ⁊ abierunt ſcribe: ⁊ ꝑncipes confuſi ſunt. Etiā apl'i ⁊ diſcipuli poſtꝗ receperūt ſpm̄ ſanctuꝫ in die penteco. ꝓfecti ſunt ꝑ vniuerſum mundum p̄dicātes euāgeliū: ⁊ cū ſagittis euangelicis penetrarūt corda magnorū philoſophoꝝ ⁊ principū / et eos iugo fidei ſubiecerūt. Dicit ergo ꝓpheta ꝙ ſagitte. i. p̄dicatiōes paruuloꝝ. ſ. aplo̅ꝝ humilium ⁊ ſpiritualiū facte ſunt plage ⁊ vulnera coꝝ: ſcꝫ ſcribarū ⁊ phariſeorū ſcrutantiū iniq̄tates ⁊ volētiuꝫ cū ſuperbia ⁊ carnaliter vt hoies accedere ad cor altū ⁊ ꝓfundū ſacre ſcripture: ⁊ lingue eoꝝ. ſ. ſcribarum ⁊ phariſeoꝝ infirmate ⁊ debilitate ſunt cōtra eos. i. cōtra apl'os: q2 nō voluerunt eis reſpondere in die penteco. immo Petrus ⁊ ceteri confuderūt ⁊ cōuicerunt eos ꝑ auctoritates ſacre ſcripture/ vt pꝫ Actuū. ij. ⁊. iij. ⁊ ꝑ totū diſcurſum illi⁹ libri. Nā maxima cōfuſio ⁊ plaga fuit ſcribis ⁊ phariſeis doctis in lege ꝙ ipſi nō intellexerūt ſcripturas de Chriſto loquētes: ⁊ ꝙ apl'i q̄ fuerant ſimplices ⁊ idiote ꝑ eaſdem ſcripturas ꝓbarēt xp̄m eſſe Meſſiā ⁊ reſurrexiſſe. vñ lingue eoꝝ īfirmate ſunt cōtra apl'os p̄dicātes ⁊ ſacrā ſcripturā exponētes.

Apl'i p̄dicauerunt ꝑ mundum.

**Conturbati ſunt omnes qui videbant eos: et timuit omnis homo.**

**Et annunciauerunt opera dei: ⁊ facta eius intellexerunt.**

Exu. diſ. eccle. ſyru. diſcurrum

¶ Cōturbati ſunt ⁊ admirati vnde ineſſet eis tanta ſapia' ⁊ oīs hō timuit Chriſtū: cū manifeſte cognouerūt ipm eſſe deū ⁊ Meſſiaꝫ. Iō dixerūt oēs qui aderant ipſi Petro. quid faciem⁹? ⁊ Petrus et apl'i reſpōderūt: vt agatis pniam ⁊ baptiʒet vnuſquiſq; veſtrū in nomie Ieſu. Actuū. iij. Et ſic apl'i idiote ⁊ ſimplices: q2 humiliati ſunt ⁊ ſecuti ſunt Chriſtū, nolētes carnal'r: ſed ſpūaliter ſapere ideo annūciauerunt opera dei ⁊ mirabilia xp̄i in euangelio cōtēta ⁊ in veteri teſtō latētia ⁊ facta: ⁊ veritatē ei⁹ intellexerūt/ quā veritatē ⁊ ſacra ſcribe et phariſei intelligere nō valuerūt ꝓpter coꝝ ſuperbiā ⁊ malitiā ⁊ malas ⁊ carnales cupiditates. Ex q̄b⁹ pꝫ/ ꝙ q2 ſcribe ⁊ phariſei accedere voluerunt ad cor altū: iō de⁹ obcecauit mētes eorū ne intelligāt euāgeliū: ⁊ ne fulgeat eis illuminatio euāgelij. ij. ad Corin. iiij. Apl'i vō ⁊ chriſtiani q2 acceſſerunt ad cor humile: iō annūciauerūt opa dei ⁊ facta ei⁹ intellexerūt/ ⁊ ſagittis euāgelicis alios cōuicerūt. Et iō dicit Aug. libro de vnico baptiſmo: ꝙ in eadē lege ⁊ ſcriptura Judei ⁊ infideles efficiunť mali carnaliter ⁊ ꝑuerſe intelligēdo: Chriſtiani aūt efficiuntur boni ſpūaliter ⁊ catholice ſapientes.

**Letabitur iuſtus in dño et ſperabit in eo: et laudabuntur omnes recti corde.**

¶ Hic cōcludit ꝓmiū iuſtorū fideliū ⁊ ſimpliciū dicēs/ ꝙ oīs iuſtus ⁊ fidelis ⁊ humilis letabiť ī dño cū viderit ſe illuminatuꝫ ⁊ Judeos obcecatos. Et ſic ſperabit ⁊ ponet ſpē et fiduciā in eo. Et oēs recti corde laudabunť ab oibus nationib⁹ et marie a deo: q2 ille ꝓbat⁹ eſt quē deus cōmēdat/ ⁊ ſic letabiť hic iuſtus ꝑ grām ⁊ in futuro ꝑ gl'iam. Ex ſupradictis pꝫ/ ꝙ iſte pſalm⁹ inepte ⁊ improprie pōt applicari pſecutiōi Danielis/ cum in eo manifeſte prenūcieť iniqua cōiuratio Judeorū ꝯ Chriſtū: ⁊ cōfuſio ⁊ obcecatio eoꝝ: ⁊ mirabilis p̄dicatio apoſtoloruꝫ. ⁊ iō iſte pſalmus cantať in feſtiuitatibus apoſtoloꝝ/ ꝙ eis cōueniat. Tot⁹ etiā iſte pſalmus pōt exponi de pſecutiōe ⁊ vltima victoria eccleſie cōtra tyrannos. Sepe enī dictū eſt ꝙ q̄cq̄d paſſus eſt Chriſt⁹ in capite: paſſus eſt poſtea in mēbris ⁊ eccleſia ſua. Vñ ſicut ſcribe ⁊ phariſei machinati ſunt falſa crimina ꝯ Ieſum: ita pariter ꝑncipes ⁊ tyrāni ppl'i gētilis cōgregati ſunt cōtra eccl'iaꝫ imponēdo nefanda crimina chriſtianis. De quo fecit Juſtinus martyr apologiā in defenſionē xp̄ianoꝝ vt ait Euſebi⁹ in eccl'iaſtica hyſtoria. Sꝫ poſt lōgā pſecutionē eccl'ia triūphauit de tyrānis et toto populo gētili: q2 oīs ptās ſubiugata eſt iugo Chriſti. Et ſic ſagitte ⁊ p̄dicatiōes paruulorū/ ⁊ martyrū/ ⁊ oīm chriſtianorū facte ſunt plage regū ⁊ tyrannorū: intm̄ ꝙ ſtupebant oēs q̄ videbāt eos: et timuit oīs homo cū videret conſtantiā martyrū: ⁊ inſuperabilē ſciētiam: ⁊ p̄dicationē eorū: q2 annunciauerūt opera dei et facta eius mirabilia intellexerūt ⁊ alios docuerūt ⁊ cōuicerūt. Et iō poſt conuerſionē Cōſtantini ⁊ toti⁹ populi gētilis reddita pace ⁊ proſperitate ipſi eccl'ie letatus fuit iuſtus ppl's chriſtian⁹ in dño/ ⁊ poſuit ſpem ſuā in eo: ⁊ laudati ⁊ honorati ſunt oēs recti corde q̄ ꝑ Chriſtū paſſi ſunt ⁊ qui recto corde in Chriſtū crediderunt.

Decẽ laudat in bono.

**Te decet hymnus deus in Syō: ⁊ tibi reddetur votum in Hieruſalem.**

¶ Titulus in hebreo. Victori canticū Dauid. In multis biblijs noſtris reperiť titul⁹ In finē pſalm⁹ Dauid canticū Aggei/ ⁊ Zacharie/ ⁊ Hieremie/ ⁊ Ezechielis de verbo peregrinationis ⁊ de pplo trāſmigrationis / cū inciperent ꝓficiſci. ſed hoc nō reperitur in hebreo nec in trāſlatione Hieronymi. Ideo creditur eſſe additum ab aliquo expoſitore: eo ꝙ videbať ſibi ꝙ iſte pſalm⁹ ſit fact⁹ in pſona Aggei ⁊ Zacharie. In quo explicarūt deſideriū redeūdi in Hieruſalē ad libere offerendū ſacrificiū ⁊ cantādū pſalmos qñ fuit eis data licentia ꝑ Cyrū. Et ad hunc ſenſum exponunt oēs hebrei moderni hunc pſalmū literaliter de copia ⁊ abundantia bonorū tēporaliuꝫ quā habuerūt Judei in Hieruſalē poſt reditū de captiuitate Babylonica. Et ſic redeuntes de captiuitate quaſi abhorrētes ſterilitatē Babylonie ⁊ deſiderātes vbertatē Hieruſalē ⁊ terre ꝓmiſſiōis dicebāt. O de⁹ hymnus ⁊ oratio decet ⁊ delectat te in Syō ⁊ ſi reduxeris nos tūc reddetur tibi votū in Hieruſalē: qđ ꝓmiſimus. Nā beatus erit qui habitabit in atrijs tēpli ſecūdi qđ ſumus edificaturi. Et ibi nos ſacerdotes replebimur in bonis. ſ. oblationibus ⁊ decimis domus ⁊ templi tui: q2 ſanctū eſt tēpluꝫ tuū ⁊ mirabile in equitate: q2 in eo erit ſedes iudicij vbi iudicabunt ſacerdotes. Viſitaſti. i. viſitabis terrā ꝓmiſſiōis fauore fertilitatis: ⁊ inebriabis imbribus ⁊ aquis: ⁊ ſic multiplicabis locupletare ⁊ ditare eā. Et ſic dicunt hebrei ꝙ Dauid preuidens in ſpū futurā adundātiā in Hierl'm ⁊ tota terra ꝓmiſſionis poſt reditū de captiuitate Babylonica/ fecit hūc pſalmū. Et ſic literaliter ꝓciſe exponunt ipſum. Sed talis expoſitio videť inſufficiens: q2 nō explicat ſacramētū latens in hoc pſalmo nec eſt cōſona veritati. Nā poſt reditū de Babylonia nunꝗ fuit tanta vbertas fructuū in Hieruſalē quanta hic memoratur. maxime q2 mōtana Judee in quib⁹ eſt ſita Hieruſalē eſt terra lapidoſa ⁊ ſterilis ⁊ miſerrima reſpectu Babylonie que eſt terra fecūdiſſima. Secūdo q2 tūc iſte pſalmus nō pertineret ad ſacrā ſcripturam niſi contineret aliqđ ſacramentū de Chriſto Meſſia: nā ſicut dicit Rabi Salo. ſuꝑ Zacha. oēs ꝓphete locuti ſunt ad tps Meſſie. Et ideo eſt dicendum ꝙ Dauid preuidit in ſpiritu per reditū illi⁹ captiuitatis Babylonice aduentum Meſſie ad tēplum ſcōm. ⁊ ſic non eſt ſiſtendū in litera: ſed ſemꝑ tendendū ad tēpus Meſſie iuxta intentionē prophete/ vt ſepius dictū eſt. ¶ Ideo eſt aduertēdū ſicut dictū ē: ꝙ ſicut lex ve. fuit figura ⁊ imago le. no. ita illa Hieruſalē materialis fuit figura ⁊ imago eccl'ie ⁊ noue Hieruſalem. Nā ſicut deus elegit ſibi illud tēpluū ⁊ ciuitatē vbi ſolum erat licituꝫ immolari ⁊ offerri ſacrificia legalia: ⁊ vbi ſolum erat arca teſta. ⁊ cantabantur hymni ⁊ pſalmi cum illis muſicis inſtrumentis: et vbi ſolū exaudiebantur orationes ⁊ deprecatiōes. vt patet. iij. Regum. viij. ⁊. ij. Paralypomenon. vj. Ita poſt paſſionem elegit ſibi eccleſiā a ſolis ortu vſq; ad occaſum: in qua offertur verū ſacrificium acceptabile ⁊ hymni ⁊ orationes/ vt patet Malachie primo. Itē ſicut lex Moyſi intantū fuit bona ⁊ obſeruanda inquātum Chriſtus fuit finis eius ⁊ cōpleta in eo: ita illa Hieruſalē materialis intātū fuit a ꝓphetis cōmendata / inquantū lex ⁊ ſacrificia ⁊ oia legalia in illa debebant finire curſum ſuū per aduentum Chriſti/ q2 in illa ciuitate ⁊ non alia Chriſtus erat immolādus ⁊ ſacrificandus ⁊ crucifigendus: qui fuerat per illa ſacrificia vere. le. figurat⁹. Et ideo ante nō erat alibi licitū ſacrificia immolari nec offerri niſi in Hieruſalē in qua Chriſt⁹ erat pro nobis immolandus. ⁊ ſic oblato Chriſto ⁊ immolato oia alia ſacrificia ceſſarūt. ¶ Item ſicut mortuo Chriſto tota lex Moyſi materialis fuit mortua ſimul cū Chriſto: ita ⁊ templū ⁊ Hieruſalē materialis fuit mortua cuꝫ Chriſto/ q2 nunꝗ amplius in ea fuerunt accepta ſacrificia ve. le. q2 iam impleuerant curſum ſuū in Chriſto ⁊ mortua fuerant. Et ſic dicit Aug. ꝙ cum honore mater noſtra lex. ⁊ ſynagoga ſepulta fuit cū Chriſto. Item ſicut Chriſtus ſurrexit in nouitate ſpiritus ⁊ immortalitatis: ita pariter cū Chriſto ſurrexit lex ī nouitate ſenſus ⁊ ſpūs: ⁊ iſta eſt lex euangelica. ⁊ ſic etiaꝫ ſimul cū Chriſto ſurrexit noua Hieruſaleꝫ que eſt eccl'ia. Itē ſicut cū Chriſto nō ſurrexerunt niſi ea q̄ erant de veritate humanitatis cū verbo: q2 nō ſurrexerunt cuꝫ eo penalitates /nec infirmitates/ nec defectus quos ſponte aſſumpſerat ad inſtrumentū patiendi: q2 oia illa fuerunt ſimpliciter mortua in cruce: nec illa erant nec ſunt de veritate humane nature: ſed ſunt penalitates peccato primi parentis inflicte/ vt demōſtrat Augu. cōtra Pelagianos: Ita pariter de lege Moyſi nō ſurrexit niſi illud qđ erat de veritate eius. ſ. veritas euāgelica q̄ in lege ſepulta latebat: ſed no ſurrexerunt cerimonialia/ nec criminalia/ nec onera legis importabilia/ nec penalitates legis/ q2 omnia ſimpliciter fuerūt mortua cū penalitatib⁹ ⁊ defectib⁹ ⁊ infirmitatibus corporis Chriſti/ ⁊ oia fuerunt in cruce affixa cū noſtro chirographo: qđ diabol⁹ ꝯ nos habebat. ad Coloſſenſes. ij. Ita pariter cum illa noua Hieruſalē q̄ ſurrexit cū Chriſto non ſurrexerūt defectus/ nec iniquitas/ nec homicidiuꝫ/ nec cecitas illius Hierl'm materialis: ſed ſurrexit illud qđ eſt de veritate Hieruſalē. Nā Hieruſalē īterpretatur pacifica ⁊ viſio pacis: q̄ per fidē manſit in illa ſancta ſocietate apoſtoloruꝫ ſimul cū virgine Maria ⁊ aliorū. cxx. qui manſerāt in illo cenaculo / in quo ſolis erat tota eccl'ia Chriſti/ ⁊ ideo ſoliū ſuper eos venit ſpiritus ſanctus cōgregatos in pace ⁊ charitate in mōte Syon. Et ſic mortua ⁊ reprobata Hieruſalē materiali: ſurrexit alia Hierl'm et alia Syō vera et ſpiritualis et noua. Ex quib⁹ ſequiť ꝙ illa materialis iam ampli⁹ poſt Chriſtū nō debuit dici Hierl'm: q2 ablatum eſt ſibi ſacrificiuꝫ et hoſtia: et ipſa non amplius dicitur pacifica ſed diſcors et confuſa: nec dicit viſio pacis ſed ceca. Sed eccleſia Chriſti que inde orta eſt et ſuſcitata et toto orbe diffuſa eſt vera Syon: q2 in ea verus deus contemplatur et ſpeculatur/ et eſt vera Hieruſalem/ q2 in ea perſeuerat. vna fides/ vnū baptiſma: ⁊ vna

No. ꝙ eccl'ia eſt in qua offerť verū ſacrificium.

No. ꝙ eccl'ia ſurrexit cum Chriſto

pax ⁊ charitas: ⁊ vna viſio pacis: ⁊ i ea offert vnũ ſacrificiũ qđ in lege fuerat figuratũ: ⁊ in ea cantat verꝰ hymnꝰ ⁊ laudes deo accepte: ⁊ oratiões exaudiunt: ⁊ ſic eſt verũ tẽplũ dei / in quo deus realiter habitat in ſacro euchariſtie / ⁊ in filijs eccl'ie habitat per grãm. Synagoga vero amplius non eſt domus orationis: ſ; blaſphemie: qꝛ Judei in ea negãt legẽ ⁊ ꝓphetas ⁊ faciunt deum mẽdacẽ. Immo qđ peius eſt ipi rogãt ꝯ ſeipſos. Nã qñ legũt pſalmũ cviij. ⁊ oẽs pſalmos in qbꝰ continent ⁊ predicunt punitiões crucifixorũ Chriſti: tũc ꝯ ſeipſos orãt / ⁊ ſn̄iam dãnatiõis eorũ legũt. Et ſic oratio eoꝝ vertitur in pctm̃ ⁊ cõdẽnationẽ ſibiipſis. Ex quo ptz / ꝙ ſola eccleſia toto orbe diffuſa eſt vera Hierl'm. Item ptz ꝙ Daniel ⁊ Aggeus zacha. ⁊ Malachi. nõ cõmẽdant Hieruſalẽ ⁊ ſecũdũ tẽplum per eos edificandũ rõne ſui niſi inquantũ Chriſtus erat in illud. ij. templũ venturus / ⁊ in eo erat / p̃ſentandus Simeoni: ⁊ ibi erat mira facturus ⁊ noſtrã redemptionẽ operaturus: ⁊ ideo dicit Aggei. ij. ꝙ maior erit gloria huius ſcđe domus q̃ p̃me. ⁊ Malachie. iij. dicit. Statim veniet ad tẽplum ſctm̃ ſuũ dominator. Et ſic Eſaias: et Hieremias: et Ezechiel: et oẽs ꝓphete non cõmẽdant Hierl'm materialẽ: nec tẽplum: ſ; eccleſiã: q̃ inde erat oritura ⁊ naſcitura. ⁊ ideo addit in huius titulo. Pſalmus cãtici Aggei. ⁊ zacharie. i. Dauid fecit hunc pſalmum in perſona Aggei ⁊ zacharie: ⁊ Hieremie: ⁊ Ezechielis: eo ꝙ p̃uiderunt in ſpũ Chriſtũ venturuz in ſcõm tẽplum ⁊ in eodez p̃ſentandũ ⁊ in illa ſcđa Hierl'm immolandũ / ⁊ inde nouã Hierl'm / ſcz eccleſiã orituram ⁊ naſcituraz / in qua oĩa bona ſpũalia in hoc pſalmo memorata erant futura. Tria ergo facit Dauid in hoc pſalmo: ſecundũ ꝙ in tribꝰ cõmendat eccleſiã dei ⁊ nouã Hierl'm / in quibꝰ preeminet Hieruſalẽ veteri. Primo in ſctitate loci quo ad diuinũ cultũ. Scđo in magnitudine ambitus ⁊ ptãte Tertio in abundãtia ciboꝝ ⁊ refectiõis ſpũalis q̃ ſunt eccleſiaſtica ſacramẽta: ⁊ dona gratiarũ. Secundũ ibi. Exaudi nos deꝰ ſalutaris. Tertiũ ibi. Viſitaſti terram. ¶ Quantũ ad primũ eſt aduertẽdũ / ꝙ cultus diuinus in tribus cõſiſtit. Primo i hymnis ⁊ pſalmis ⁊ cãticis in quibꝰ deꝰ laudat ⁊ magnificat in mirabilibꝰ ⁊ bñficijs ſuis cũ gratiarũ actionibus. Scđo in ſacrificijs ⁊ oblatiõibꝰ. Tertio in orationibus in quibus petunt beneficia: ⁊ in deprecationibꝰ in qbꝰ petunt remiſſiones pctõꝝ ⁊ penarum. In his ergo Dauid cõmendat eccleſiã Chriſti. Primo qꝛ i ea laudes diuĩe ⁊ hymni ⁊ pſalmi ſunt deo grati ⁊ accepti: cũ dicit. O deꝰ oĩs hymnus ⁊ laus decet ⁊ delectat te in Sion noua. ſ. in eccleſia. Naz ſi in ea noſtra carmina ⁊ laudes delectant ⁊ decẽt ⁊ decorãt te: ſignũ eſt ꝙ ſunt tibi grata ⁊ accepta. Itẽ ſcđo dicit ꝙ ſacrificiũ ⁊ oblatiões ſunt etiam grate ⁊ accepte / cũ ſubdit. Et tibi reddet votũ gratũ ſupple in Hierl'm. Unde p votũ intelligit ſacrificiũ euchariſtie inquãtũ fuit in lege votũ ⁊ ꝓmiſſum ⁊ expectatũ. Dicit etiã votũ: qꝛ cũ voto ⁊ charitate de corde bono ⁊ fide non ficta offertur. Tertio dicit orationes ⁊ petitiones in hac eccleſia eſſe deo gratas ⁊ acceptas ⁊ exaudibiles / cũ ſubdit.

Synagoga ẽ domꝰ blaſphemie

Diuiſio pſalmi.

℟ Cultꝰ diuinꝰ cõſiſtit in tribꝰ.

**Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet.**

xv. di. c. ſctã romana.

¶ Exaudi. i. tanta eſt ſanctitas huiꝰ noue Hierl'm ꝙ non ſolũ in ea laudes erũt tibi grate ⁊ ſacrificiũ acceptũ: ſed etiã oratiões erũt tibi accepte / ⁊ in ea exaudies orationẽ meã: ⁊ oĩs caro veniet ad te ad adorandũ / ⁊ orandũ / ⁊ laudandũ / ⁊ ſacrificandum in hac noua Hieruſalem. Ideo beatus erit oĩs ille quem elegiſti ⁊ aſſumpſiſti per grãm ad iſtam et in iſta Hierl'm / ⁊ habitabit i atrijs tuis ⁊ palatijs huius hieruſalẽ p gratiã: qñ poſtea habitabit in ſuperna per gloriam. Nota qđ ly beatus quẽ elegiſti prius intelligitur ⁊ verificatur de Chriſto capite: poſtea de quolibet membro. Nam verbuz priꝰ elegit ⁊ aſſumpſit illũ hominẽ in hũanitate ⁊ in vnitate ſuppoſiti. Scđo totus Chriſtus elegit ⁊ aſſumpſit eccleſiam in vnitate corporis myſtici. ⁊ ſic iſte homo myſticus habitat i atrijs huiꝰ Hieruſalez p grãm: ⁊ in ſupna Hieruſalẽ p gloriã. Sz ꝙ tu exaudies orationẽ meã in hac eccleſia / probo. Nam

**Verba iniquorum p̃ualuerunt ſup nos: ⁊ impietatibus noſtris tu propitiaberis.**

¶ Verba iniquorum: id eſt tentationes demoniorum ab Adam hucuſq; preualuerunt ſuper nos: ſ; tu propitiaberis peccatis noſtris in virtute ſacrificij / qđ in eccleſia offertur / ⁊ orationum que in ea funduntur. Et ſic ergo.

**Beatus quem elegiſti ⁊ aſſumpſiſti: habitabit in atrijs tuis.**

**Replebimur in bonis domꝰ tue: ſanctum eſt templum tuum mirabile in equitate.**

¶ Beatus quez elegiſti ⁊ aſſumpſiſti ad hãc eccleſiã: ⁊ oĩs q̃ habitabit in atrijs tuis eiuſdẽ. Nã oẽs habitantes in ea replebuntur bonis ſpũalibus domus tue: eo ꝙ templũ huiꝰ noue Hieruſalẽ eſt ſanctum / et ſanguine tuo conſecratũ / ⁊ ſanctificatũ: et eſt mirabile in equitate iuſtitie. Nã ſicut eccl'ia eſt ſancta p ſacratita eſt mirabilis per doctrinã legis euãgelice: q̃ p̃cepit oẽm equitatẽ ⁊ iuſtitiã: ⁊ iubet oẽm virtutem / ⁊ prohibet omne vitiũ. Et nota ꝙ totũ hoc ſupradictũ primo fuit impletuz in illa Hieruſalẽ ⁊ tẽplo ſcđo materiali. Nã ibi fuit Chriſtus Simeoni p̃ſentatus / ⁊ per Simeonem decẽs hymnus cãtatꝰ / cuz dixit in pſona oĩm patriarcharũ ⁊ ꝓphetarũ gratias agẽdo. Nũc dimittis ſeruũ tuum dñe / ſecundum verbũ tuum in pace. Itẽ ibi fuit hymnus decens cantatus qñ pueri hebreorũ colligentes ramos oliuarũ ⁊ ſternẽtes in via / cantabant ⁊ clamabant ſimul cum apl'is ⁊ ceteris qui preibant ⁊ ſequebantur / dicentes: Benedictus q̃ venit in nomine domini oſanna filio Dauid. Qui quidẽ hymnus valde decuit ⁊ delectauit nõ ſolũ filiũ / ſed etiaz patrẽ in cuius noĩe filius veniebat. Itẽ votũ patribus ꝓmiſſum fuit redditũ ⁊ oblatũ in Hierl'm: qñ Chriſtus primo fuit Simeoni p̃ſentatus in tẽplo / ⁊ qñ Chriſtus ingreſſus eſt cũ tanto honore in die palmarũ. Et vltimo qñ oblatꝰ eſt patri in cruce. Itẽ tunc exaudita fuit oratio noſtra ⁊ totiꝰ corporis myſtici / qñ Chriſtus orauit vt caput noſtrũ pro nobis in horto ⁊ in cruce: ⁊ tũc fuit exauditus ꝓ ſua reuerentia: qꝛ pater ꝓpitiatꝰ eſt pctĩs noſtris / ⁊ debito ipſius Adaz / ⁊ ibi in cruce Chriſtus ſctificauit: et iuſtificauit tẽplũ ſuuz: ſcz eccleſiã ſanguine ſuo: et reddidit ipſaz ſine macula ⁊ ruga. Ex cõſequenti autem nũc in noua Hieruſalẽ inde exorta et ſacrificata quotidie cantat hymnꝰ



decẽs in matutinis. Benedictus dñs deus Iſrael. ⁊ hymnꝰ v̾ginis Marie. Magnificat aĩa mea dominũ. ⁊ hymnꝰ Simeonis. Nunc dimittis. ⁊ omnes hymni Dauid ⁊ a lioꝝ ꝓphetarũ ⁊ ſanctorũ noui teſtamenti: qui valde decẽt ⁊ decorãt deũ. ⁊ redditur ⁊ offert ſacrificiũ euchariſtie deo gratũ ⁊ p ſe acceptũ: ⁊ offeruntur vota ⁊ orationes quibꝰ deus ꝓpitiat pctĩs noſtris. Que oĩa ſupradicta: ſcilicet hymni ⁊ ſacrificiũ ⁊ orationes ſunt accepta in hac eccleſia ⁊ grata deo. Omnia autẽ q̃ fiũt in ſynagoga ſunt offerẽtibꝰ mortifera ⁊ deo abominabilia. Et nota ꝙ notãter dicitur Reddet votũ in Hieruſalẽ: qꝛ qñ aliquod promiſſum datur: reddi dicit. Sed quia Chriſtus promiſſus eſt dari in Hieruſalẽ per Aggeum: ⁊ zachariam: ⁊ Malachiam: ideo quando venit: redditus eſt. Item non ſolum illud votum ⁊ ꝓmiſſum redditum eſt nobis: ſed etiã deo patri. Nam ſicut Adã furto ⁊ cõtra voluntatẽ dei abſtulit fructum prohibitum ⁊ rapuit de ligno: ita Chriſtus qui fuit fructus prouenienis ab Adã ſm carnem: licet non per propagationem: redditus eſt in ligno crucis patri a quo fuit ablatus.

**Exaudi nos deus ſalutaris noſter: ſpes omniũ finium terre ⁊ in mari longe.**

xv. diſ. c. ſctã romana.

**Preparans montes in virtute tua accinctus potentia qui conturbas profundum maris ſonum fluctuum eius.**

pe pe. diſt. ij. circa finem.

¶ Hic cõmẽdat eccleſiam et ieruſalẽ nouã quantum ad magnitudinẽ ambitus ⁊ ptãtem a ſolis ortu vſq; ad occaſum. Ad cuius intelligẽtiam eſt notãdũ ꝙ ciuitas nõ eſt cõgeries lapidũ materialiũ: ſed ciuiũ multitudo vnius iuris cõſenſu ⁊ legis ſociata. vt inquit Plato ⁊ Cicero. ⁊ ſic eccleſia toto orbe diffuſa maxime ⁊ ꝓprie meretur dici ciuitas: eo ꝙ eſt cõgregatio oĩm fideliũ ſub vna fide ⁊ charitate ⁊ lege euãgelica ſociata / ⁊ in vna petra q̃ eſt chriſtus fundata ⁊ radicata / ⁊ vno muro fidei ſepta / et ſic nõ dicit ciuitas materialis: ſed ſpũalis. Sz Dauid p iſta materialia ducit nos ad cognitionẽ ſpũalium: et ſic ponit quatuor noĩa partiuz terre: p que intelligit quatuor ꝯditiões ciuiũ ⁊ fideliũ eccleſie: ſcz mõtes / colles / valles / campi. Un̄ ſicut ipſa ciuitas eſt ſpiritualis: ita partes eiꝰ ſunt ſpũales. Unde p montes intellit apl'os et martyres q̃ tenent altiorem gradũ in eccleſia: ⁊ p colles intelligit doctores ⁊ predicatores: et per valles inteligit eremitas ſimplices ⁊ cõtinentes: ⁊ p campos intelligit cõem et planum ſtatũ coniugatoꝝ cõem ⁊ planã vitam agentiũ. Que quidez quatuor cõditiones ſtatus fideliũ repleuerũt et conſtituerunt eccleſiã: et ampliarunt a Judea et Hierl'z paleſtine vſq; ad fines terre vndiq;. Hos ergo montes. ſ. apl'os primo Chriſtus preparauit in Hieruſalẽ qñ eis miſit ſpm̃ ſanctũ: et armauit et induit eos virtute ex alto. ſ. ſeptẽ donis ſpiritus ſancti: et miſit eos ad predicandum per vniuerſum mũdũ: et ſic armati ⁊ ſublimati egreſſi ſunt a Hieruſalez terrena / ⁊ peragrarũt mũdũ: ⁊ ſignis ⁊ miraculis cõturbauerũt profundũ maris huiꝰ mũdi: cũ oẽs reges ⁊ principes ⁊ oĩa regna mundi ſubiecerunt iugo Chriſti. Ideo ait Dauid. O Chriſte deus et ſalutaris noſter. i. Jeſus ſaluator exaudi nos et veni in carnem: qꝛ tu es ſpes: nõ ſolum Judeorũ ⁊ illiꝰ Hieruſalẽ terrene: ſed oĩm finium terre: ⁊ lõge in mari: ⁊ in inſulis longinquis: ⁊ exinde ipſius maris: qꝛ nõ ſolũ ſaluabis aliquos de iudeis: ſ; etiam ſaluabis oẽs gẽtiles habitãtes vſq; ad fines terre ⁊ longinquas inſulas maris: ⁊ ſic tu es ſpes oĩm finium terre ⁊ in mari longe ſicut dicit patriarcha Jacob. Ipſe erit expectatio gẽtiũ. Geneſis. xlviij. Nam tu Chriſte eris preparans ⁊ p̃parabis / ⁊ diſpones mõtes. i. apl'os in fortitudine tua in die penteco. ⁊ armabis eos ſeptez donis ſpũs ſcti: ⁊ ſic accinctus potentia ⁊ tali virtute mittes eos in mundum vniuerſum ad predicandũ euangeliũ oĩ creature: et accinctꝰ tali potentia ⁊ virtute cõturbas / id eſt conturbabis profundũ ⁊ altitudinẽ ⁊ ſupbiã maris huius mundi / ſcilicet principum ⁊ regum: et cõturbabis ⁊ ſuperabis et ſilere facies ſonum ⁊ minas fluctuũ ⁊ perſecutionum eiꝰ: quia poſt minas tormenta ⁊ perſecutionem tyrannorũ vinces eos et ſubijcies iugo fidei. Et nunc

℟ Ciuitas qđ ſit.

No. de cõſtructiõe eccl'ie.

**Turbabuntur gentes ⁊ timebunt qui habitãt terminos a ſignis tuis: exitus matutini ⁊ veſpere delectabis.**

xx. qđ. iij. ca. ita ſepe.

¶ Omnes gentes ⁊ oẽs qui habitãt terminos mũdi: ſcz Indi ab oriẽte / ⁊ ethiopes ab auſtro: ⁊ Scythe ab aquilone ⁊ hiſpani et Mauritani ab occaſu turbabunt et timebunt a ſignis tuis: et miraculis q̃ faciẽt apoſtoli et diſcipuli in noĩe tuo. Nam in noĩe tuo demonia eijciẽt: linguis loquentur nouis: ſerpentes tollẽt. vnde ſic turbati et admirati oẽs cõuertent ad fidẽ: et ſic exitus matutini et veſpere delectabis. Unde eſt aduertendũ ꝙ hoc poteſt dupliciter intelligi: ſcz temporaliter et localiter. Nã exitus matutini tpalis eſt progreſſus diei ab aurora vſq; ad veſperam: et exitꝰ veſpere eſt ꝓgreſſus noctis a veſpera vſq; ad aurorã: et ſic comprehendit totũ diẽ naturalẽ. xxiiij. horarũ: qꝛ in toto iſto ſpatio ſemper laudatur deus per vniuerſuz orbem. Nã in die ab aurora vſq; ad ſero dicuntur hore canonice: ſcz Prima / Tertia / Sexta / Nona / Veſpere / et cõpletoriũ. Et poſtea in nocte celebrantur hore nocturne vſq; ad laudes: intm̃ ꝙ non eſt aliqđ momentũ tpis quin in eo dicantur hymni ⁊ laudes deo: et reddant vota in hac noua Sion et Hieruſalẽ. Nã qñ in noſtro hemiſpherio eſt nox: in alio dies et ecõuerſo: ⁊ ſic qñ hic celebrantur hore diurne / ⁊ in alio celebrant nocturne: ⁊ qñ in hoc celebrantur nocturne: in alio celebrant diurne: et ecõuerſo. ⁊ ſic in hac Hieruſalẽ nunq̃ vacatur a diuinis laudibꝰ in quibꝰ valde delectat deus. Ideo dicit Exitus matutini / ⁊ veſpere delectabis. i. delectabiles tibi facies acceptãdo in hac Hierl'm laudes / et hymnos: ⁊ vota tibi reddita. Litera Hieronymi dicit Exitꝰ matutinos et veſpertinos laudãtes facies: ⁊ tunc litera eſt magis clara. Aliter poteſt hoc intelligi localiter. Nã per exitum matutinũ põt intelligi tota terra ſita ab ortu ſolis: et per veſpertinũ tota terra occidua. quaſi dicat: omnes terras ab exitu et ortu ſolis vſq; ad occaſum ⁊ heſperiã tibi delectabiles et laudãtes facies: et ſic in oĩbus terris mũdi et in oĩbus horis temporis iugiter cantabunt tibi hymni et laudes in eccleſia ⁊ Hierl'm noua toto orbe diffuſa. Ex qbus ptz ꝙ iſta Sion et Hierl'm noua erit longe et ſine ꝓportiõe nobilior ⁊ maior et perfectior q̃ illa terrena ⁊ ma

Nota hãc expoſitionẽ.

¶ Ad cuiꝰ intellectũ ẽ aduertẽdũ: vt ptʒ Act. xiij. ꝙ obſtinatio populi Judaici fuit cauſa cõuerſiõis populi gentilis. Nã videntes apl'i cecitatem ⁊ obſtinationem Judeorũ dixerunt. Uobis oportebat predicari verbuʒ dei: ſed q2 indignos vos feciſtis: ideo cõuertimur ad gentes. Hoc ergo preuidens Dauid in ſpiritu/ poſtq̄ ſupius meminit reprobationem ⁊ deſtructionẽ iudeoꝝ factã in vindictam mortis chriſti: ideo in hac. vij. parte ꝓdicit conuerſionẽ gẽtiliũ ⁊ dilatationẽ ⁊ ampliationẽ eccleſie factã in populo gentili per totum orbẽ. Nã reprobatis Judeis/ tunc apoſtoli ingreſſi ſunt ad populũ gentilem quẽ totũ ſubiecerunt iugo Chriſti/ ſicut Joſue cũ filijs Iſrael ingreſſi ſunt terrã ꝓmiſſam: ⁊ ſubiecerunt eã cultui diuino. Nã ille ingreſſus fuit figura huius. Unde legitur Joſue. iiij. qđ Joſue ex precepto dei elegit. xij. principes ſuꝑ. xij. tribus qui precederent arcã domini. Ad cuius preſentiã aque Jordanis cõuerſe ſunt retrorſum. Unde illi. xij. principes abſtraxerunt. xij. lapides: ⁊ poſuerunt in caſtris in memoriam illius miraculi. Et tulerũt alios. xij. lapides de terra: quos poſuerũt in medio fluminis: ſupra quos tranſierũt filij Iſrael ꝑ mediũ fluminis pede ſicco: ⁊ ſic ingreſſi ſunt terram ꝓmiſſionis iſto ordine. Nã primo ꝓcedebant illi. xij. principes. Secundo Leuite pſallẽtes in tubis ⁊ organis ⁊ ceteris muſicis inſtrumentis. Tertio ſacerdotes portãtes arcã dñi. Ultimo ſeq̄bant arcã puelle cũ tympanis tympanizantes ⁊ cantãtes laudes dñi ⁊ victorias ⁊ triũphos ⁊ miracula ⁊ ſigna que deus fecerat ꝑ eis. Et poſtea ſeq̄batur totum reſiduũ populi. Arca aũt portabatur: in medio Leuitarũ ꝑ ſacerdotes. Et ſic Leuitis clãgẽtibus tubis ⁊ ppl'is vociferãtibus luſtrarũt ſeptem diebꝰ ciuitatẽ Hierico: intñi ꝙ finaliter ceciderũt muri: ⁊ capta fuit ciuitas ⁊ diſſipata. Et ſic iſto ordine poſtea illi. xij. principes cũ arca ꝓceſſerunt ꝑ totã terrã: ⁊ ſubiecerũt ſibi eã: q2 nullus potuit reſiſtere/ imo oẽs reges ⁊ ppl'i Chananeorũ fuerunt victi ⁊ ꝓſtrati a facie dñi exiſtẽtis ĩ arca. Et ſic Joſue cũ illis. xij. principibꝰ oẽs illos ppl'os deleuit: ⁊ aut tributarios fecit: ⁊ oĩa idola eorũ confregit: et arcã ibi colocauit. Cõſiderãs ergo Dauid: ⁊ contẽplando oĩa iſta ſupradicta myſteria ꝓuidit in ſpũ ꝑ reuelationẽ qualiter Chriſtus debebat eligere xij. apl'os quos cõſtituit principes ſuꝑ oẽm terrã. Et qual'r reprobatiſ Judeis/ iſti. xij. ꝓncipes debebãt ingredi ad ppl'm gẽtilẽ portãtes hoc nomẽ Jeſum in arca euãgelica ꝑ aq̄s baptiſmales ſuꝑ. xij. lapides articuloꝝ fidei. Et qual'r oẽs reges ⁊ ꝓncipes terre: ⁊ populi gentiliũ debebãt cadere a facie huiꝰ noĩs Jeſu. Et clãgentibꝰ ⁊ vociferãtibus apl'is tubis ⁊ predicatiõibus euãgelicis debebãt rũpi ⁊ frãgi: ⁊ ruere oĩa idola ⁊ tẽpla gẽtiliũ: et ſic tota Egyptus ⁊ Ethiopia ⁊ oĩa regna mundi debebãt ſubijci iugo Chriſti. Itẽ ꝑ hoc ꝙ puelle cantantes cũ tympanis precedebãt arcã cũ Leuitis ⁊ alijs de populo Iſrael: ꝓuidit Dauid in ſpũ qual'r nõ ſolũ illi. xij. apl'i debebant ꝓdicare: ſed etiã multi martyres/ ⁊ puelle/ ⁊ virgines/ debebãt ꝓdicare euãgeliũ: ⁊ mori ꝑ cõfeſſiõe noĩs Jeſu: ⁊ cõuertere alias gẽtes. Unẽ etiã ptʒ/ ꝙ. xij. apl'i nõ ſolũ fuerũt figurati per illos. xij. principes quos elegit Joſue vt ꝓcederẽt arcã ⁊ exercitũ dñi ad ſubijciẽdos populos: ſʒ etiã fuerunt figurati ꝑ. xij. patriarchas filios Jacob. Nã ſicut Jacob genuit carnaliter. xij. filios/ qui poſtea carnaliter generarũt vnuſquiſq; multos filios/ ex q̄bꝰ fuit multiplicatꝰ totꝰ ille numeroſus ppl's ꝑ. xij. tribꝰ diſtinctꝰ qui poſſedit totã illã terrã: Ita pariter Chriſtus regenerauit. xij. filios ſpũales per regñationẽ baptiſmalẽ: q̄ poſtea diuiſi ꝑ. xij. partes mundi regenerarũt totũ populũ Chriſtianũ ꝑ baptiſmuʒ. ex q̄bus. xij. deſcendit tota eccleſia fideliũ. q̄ quidẽ. xij. apl'i introduxerunt ppl'm gentilẽ in eccleſiã per flumẽ baptiſmi ſupra. xij. articulos fidei: ſicut Joſue/ ⁊ illi. xij. principes ꝓcedentes introduxerunt oẽs filios Iſrael ꝑ aquã Jordanis ſupra illos. xij. lapides in terraʒ ꝓmiſſionis. Hoc eſt ergo qđ intẽdit dicere Dauid in hac ꝑte. vnde ait Dauid. O Chriſte deꝰ/ ſicut populi Chananeoꝝ tũc viderũt ingreſſus tuos in terrã Chanaã: ita pariter totꝰ ppl's gẽtilis viderunt ingreſſus Jeſu Chriſti dei mei ⁊ regis mei q̄ eſt in ſctõ. i. qui habitat in tẽplo humanitatis ꝑ vnitatẽ ꝑſonalẽ. quaſi dicat: ꝙ ſicut Chananei viderũt ingreſſus dei exiſtẽtis in arca: ⁊ a cuiꝰ facie oẽs ceciderũt: ita pariter oẽs ppl'i gẽtiliũ viderũt igreſſꝰ dei mei Jeſu Chriſti q̄ eſt ⁊ habitat ĩ ſanctuario humanitatis: ⁊ in ſanctuario legis euãgelice/ ⁊ ĩ ſanctuario ſacroꝝ. Nã in euchariſtia Chriſtꝰ habitat realiter ⁊ ꝑſonaliter: ⁊ in oĩbus ſacramẽtis ſacramẽtaliter. Nã cetera ſacra realiter cõtinẽt virtutẽ paſſionis Chriſti vt dictum eſt. Et notãter dicunť ingreſſus in plurali. Nã ſicut illi. xij. ꝓncipes cũ ſuis tribus intrarũt per. xij. alueos Jordanis: ita pariter. xij. apl'i intrarũt totũ orbẽ per duodecim ꝑtes. Nam vnuſquiſq; accepit ſuã prouinciam in ſortẽ. Et ſicut illi duodecim principes tribuũ ꝓcedebãt cũ leuitis canẽtibus: ⁊ cũ puellis tympanizantibꝰ ante arcã: ita pariter duodecim apl'i ꝓncipes exercitus dñi Jeſu Chriſti regis noſtri preceſſerunt cõiuncti martyribꝰ ⁊ doctoribus pſallentibus ⁊ ꝓdicantibꝰ nomẽ Chriſti ⁊ euãgeliũ in medio iuuẽcularũ tympaniſtriaꝝ. ſ. in medio ꝟginũ publice ꝯfitentiũ Chriſtũ. Naʒ ſicut apl'i dicunť tibicines ſeu tubicines canẽtes ante arcã Chriſti ĩ iſto ingreſſu: eo ꝙ ꝓdicabãt ⁊ ꝓconizabãt euãgeliũ: ita martyres dicunť pſallẽtes: q2 ad ſonũ ⁊ ꝓdicationẽ apoſtoloꝝ ipſi cõfitẽtes pſallebãt chriſtũ. Et ita ẽt ꝟgines dicuntur tympaniſtrie/ eo ꝙ cũ audacia ⁊ fiducia cõfitebantur publice fidẽ Chriſti ante reges ⁊ ꝓſides: ad quarũ cõfeſſionẽ multi populi cõuertebanť: q2 ipſe etiam predicabãt euãgeliũ. Nã beata Magdalena ꝓdicauit in Marſilia: ⁊ cõuertit regẽ ⁊ reginã cũ toto ppl'o. Item Beata Lucia cõuertit matrẽ ſuã: ⁊ fuit cauſa vt cõuerteret tota ĩſula Sicilie poſt mortẽ ſuaʒ. Nã ante diſputauerat fidem Chriſti corã Paſcaſio. Item beata Cecilia cantãdibus organis in die ſuarum nuptiarum ipſa dño decãtabat dicẽs. Fiat dñe cor meũ ⁊ corpus meũ immaculatũ vt nõ cõfundar. Et ita pariter beata Catharina diſputauit de fide Chriſti coram Maxẽtio cũ doctoribꝰ: ⁊ vicit ⁊ cõfudit oẽs. Et ideo oẽs ꝟgines fideles dicunť tympaniſtrie Chriſti. ſed inter oẽs virgo Maria ꝑ excellentiã fuit tympaniſtria Chriſti: que cantauit illud cãticũ nouũ ſuꝑ omnia cãtica. ſ. Magnificat aĩa mea dñm ⁊c. Et ſic ptʒ ꝙ tres conditiones fideliũ ſubiecerunt mundũ iugo chriſti: ſcʒ apl'i tubicinantes euãgeliũ: ⁊ martyres ⁊ doctores pſallentes ⁊ publice cõfitentes chriſtũ: ⁊ virgines tympanizantes. Sed quia apoſtoli et martyres et virgines non intrarũt nec introduxerunt alios in eccleſiam: niſi per aquas baptiſmales/ ⁊ per confeſſionem duodecim articulorum fidei/ ideo Dauid inuitat omnes chriſtianos ad baptiſmum et confeſſionem. Unde ait/

**In eccleſijs benedicite deo domino de fontibus Iſrael.**

xxiiij. q. ſ. alienꝰ. ⁊.c. quicunq;.

¶ O vos chriſtiani regenerati de fontibus baptiſmalibus Iſrael. ſ. eccleſie: benedicite dño deo ⁊ homini Jeſu chriſto in eccleſijs ⁊ congregationibus fidelium. quaſi dicat. Uos gentiles in illo ingreſſu apoſtolorũ regenerati de fontibus baptiſmi cõfitemini fidẽ articulorũ dño deo noſtro Jeſu chriſto relictis idolis. Et ſic eritis effecti filij Iſrael ſecundum ſpiritum per apoſtolos regenerati qui erant filij Iſrael non ſolum ſecundũ ſpiritum: ſed etiaʒ ſecundũ carnem. ¶ Deinde cum dicit

**Ibi Beniamin adoleſcentulus in mentis exceſſu.**

diſ. xſ. c. eccleſiarum ⁊.c. catholica

¶ Explicat qui fuerũt illi principes ⁊ duces q̄ ingreſſi ſunt ad ſubijciendum populum gentilem. et dicit ꝙ oẽs illi apoſtoli ⁊ duces: ⁊ licet potuerint eſſe ex oĩbus. xij. tribubus ſm carnem: tñ principaliter fuerũt de quatuor tribubus. ſ. de tribu Beniamin/ ⁊ Juda/ ⁊ Zabulon/ ⁊ Neptalim. Et hoc dicit Dauid prout preuidit in ſpũ ꝓphetico per ea verba que dicit Jacob. Geñ. xlviij. Unde qñ Jacob venit ad Beniamin dixit ſuper eũ. Beniamin lupus

x

rapax mane comedet/aut rapiet predã/⁊ veſpere diuidet ſpolia. Hoc quippe fuit impletũ in beato Paulo q̃ fuit de tribu Beniamin. ad Phil. iij. Ipſe enĩ primo fuit lupus rapax quando pſequebatur eccleſiã dei. j. ad Corin. xv. Sed poſtea raptus vſq; ad tertiũ celũ vidit arcana dei: que non licet homini loqui. ij. ad Corin. xij. ⁊ Act. ix. Vñ in illo raptu vidit diuinã eſſentiã: vnde rapuit ⁊ comedit predã ſpiritualiũ myſteriorũ in illo mane ⁊ luce ſue conuerſiõis. ibi enim comedit ⁊ cibatus fuit illo pane vite/⁊ doctrie: ⁊ intellect⁹: ⁊ aqua ſapiẽtie fuit potatus/vt ceteris poſſet diuidere ſpolia ſapientie. Nam in diuina eſſentia quaſi viſione matutina vidit illa arcana que nõ licet homini loq̃: ſed veſpere diuiſit ſpolia myſteriorũ q̃ ibi viderat. Nam doctrina Pauli quã toti mundo diuiſit fuit quaſi cognitio veſpertina reſpectu viſiõis quã habuit de diuina eſſentia eoꝝ que fuerunt ſibi oſtenſa in ea. Et ideo dicit ꝙ mane comedet predã: ⁊ veſpere diuidet ſpolia. i. viſiõe matutina videbit diuina myſteria in diuina eſſentia: ſ; doctrina veſpertina diuidet ⁊ annũciabit mũdo diuina arcana q̃ fuerant ſibi reuelata i illo raptu per viſionẽ matutinã. Itẽ beatus Paulus in veſpere. i. vſq; ad finẽ mundi diuidet ſpolia diuinorum arcanorũ q̃ rapuit ⁊ vidit in diuina eſſentia: q: cõtinue legũtur ep̃le eius in omnib⁹ eccleſijs mundi: quã doctrinã habuit Paulus in illo raptu ⁊ mẽtis exceſſu. Nã cognitio rerũ in deo dicitur matutina: ſ; cognitio rerũ in ſeipſis dicit̃ veſpertina: vt ait augu. xj. de ciuitate. c. xij. ſup Gene. Hoc eſt ergo qd̃ intendit dicere Dauid in hac pte. Vñ dicit ꝙ ibi in illo ingreſſu ad p̃dicãdũ ⁊ cõuertendũ ⁊ ſubijciendũ populũ gentilẽ erit dux ⁊ princeps Bẽiamin adoleſcẽtulus in mentis exceſſu. i. ibi erit Paulus de tribu Bẽiamin i mẽtis exceſſu. i. ille q̃ raptus fuit vſq; ad tertiũ celũ: q̃ vidit arcana dei. q̃ quidem arcana de chriſto ⁊ eccleſia p̃dicabit in populo gentili principaliter.

Paul⁹ rapt⁹.

Cognitio matutina q̃d ſit.

xj. diſ. c. eccleſiaſticarũ.

**Principes Juda duces eorũ: principes zabulon: principes Neptalim.**

¶ Item ibi erunt principes Juda. ſ. Joãnes ⁊ Jacobus ⁊ Simeon ⁊ Thadeus ⁊ Jacobus de tribu Juda erunt duces eorũ: ſc; populi gentilis. Itẽ ibi erunt duces eorum principes zabulon: ſc; Petrus ⁊ Andreas ⁊ Philippus q̃ fuerunt de tribu zabulõ habitantes in Bethſaida. Item ibi erunt duces in illa expeditione ⁊ ſacro exercitu principes Neptalim. ſ. Mattheus ⁊ Bartholomeus ⁊ Thomas qui fuerunt de tribu Neptalim ſm quoſdam. Quidam etiã dicunt ꝙ Mathias ⁊ Lucas fuerũt de iſta tribu. Et ſic etiã eſt dicẽdũ ꝙ de omnibus decẽ tribubus fuerũt ap̃li ⁊ diſcipuli: ſed principaliter ex ſupradictis quatuor tribubus fuerũt quaſi oẽs apoſtoli q̃ totũ orbẽ peragrarũt ad p̃dicãdũ euãgeliũ Chriſti: ideo hos principaliter nomiat hic Dauid.

Dauid not. de paulo.

¶ Sed hic dubitat̃: puta quare ppheta Dauid in hac parte p̃ferat ipm̃ Paulũ ceteris ap̃lis ⁊ principibus eccl̃ie. Prĩo q: explicat mẽtis exceſſum quẽ habuit Paulus in illo raptu: ⁊ non explicat mẽtis exceſſum quẽ habuerunt ceteri ap̃li in die pentec. quando receperunt ſpm̃ ſctm̃. Itẽ ſecundo: q: pri⁹ memorat Paulum ſub noie Beniamin: ꝙ ceteros apoſtolos: ⁊ ſic videtur ꝙ preferat eum ceteris in dignitate: cum fuerit poſterior tpe ceteris in apoſtolatu. maxime q: idem Dauid dixit de apoſtolis. pſal. xlvj. Principes populorũ cõgregati ſunt cum deo Abrahã: q̃m dij fortes terre vehemẽter eleuati ſunt. Ex quo pt; ꝙ non minus eleuati ſunt vſq; ad tertiũ celũ: ꝙ Paulus. Ad hoc rñdetur: ꝙ cauſa quare Dauid facit ſpecialem mẽtionẽ de raptu Pauli in hoc loco: eſt vt oſtendat ꝙ Paulus non fuit expers a receptione ſpũs ſancti. Nã ſicut apoſtoli receperunt ſpm̃ ſanctũ in die pentec. ita pariter Paulus recepit ipm̃ in illo raptu ⁊ mentis exceſſu: vt poſſet eſſe doctor gentiũ ⁊c. Nec eſt negandum tñ beatũ Joãnẽ attigiſſe hunc tertiũ gradum raptus qñ ſupra pectus dñi in cena recubuit: vbi potauit fluẽta illius fontis p̃fundiſſimi: q: aliter nõ ita altius intonuiſſet: cũ dixit. In p̃ncipio erat verbũ ⁊c. Item nec eſt negãdum oẽs alios ap̃los ſimul cũ virgine Maria cõſecutos fuiſſe ⁊ aſcẽdiſſe vſq; ad illud. iij. celũ in die Pẽteco. p raptũ ſpũs ſancti ⁊ p eleuationẽ intellectus ad ſuperna. In q̃ raptu ⁊ viſione fuit impreſſa in mẽtibus ap̃loꝝ tota ſacra ſcriptura cũ eius vera intelligẽtia. Vñ Petrus ilico poſt receptionẽ ſpũs ſcti ⁊ poſt illum raptum incepit diſputare cũ Scribis ⁊ phariſeis: ⁊ principibus ſacerdotũ allegando ſcripturas quas nunq̃ nouerat: dãdo veram intelligẽtiam. vñ abierunt conuicti ⁊ cõfuſi Phariſei/⁊ cõuerſa fuẽt tria milia in illa die: vt pt; Act. iij. ⁊ p totũ diſcurſum actuũ ap̃loꝝ/⁊ per hiſtorias eorũ. Unde nuſq̃ legitur ꝙ apoſtoli legerẽt in libris: q: quod ſemel legerunt in illo ſacro libro ſpiritus ſancti in illo raptu: nunq̃ poſtea ſunt obliti. Que quidẽ viſio fuit multo altior ⁊ perfectior/ꝙ illa quã habuit Moyſes. Quod autẽ talis viſio altiſſima fuerit neceſſaria oibus apoſtolis ſecũdum exigentiam ſue legationis/probat̃. Nã ſi fuit neceſſarium Moyſi habere talẽ viſionẽ diuine eſſentie ſaltẽ inquãtũ deꝰ eſt vnus ⁊ principiũ oim̃ creaturarum: eo ꝙ deus mittebat ipſum ad predicandũ vnũ ſolũ deum creatorem et gubernatorem oim̃: prout dictum eſt in prologo: ergo a fortiori erat neceſſaria oibus apoſtolis talis viſio: eo ꝙ debebant predicare ⁊ explicare toti pp̃lo gentili ⁊ toti mũdo articulũ trinitatis ⁊ icarnatiõis et nr̃e redẽptiõis ⁊ glorificatiõis ⁊c. Nã Augu. non propter aliud p̃bat Moyſem et Paulum vidiſſe diuinam eſſentiam/niſi quia ille fuit primus doctor Judeorum: et Paulus primus doctor gentium. Sed manifeſtũ eſt ꝙ oẽs apoſtoli fuerunt primi doctores gentium et totius mundi. Nã Bartholomeus ⁊ Thomas predicarunt apud Indos: ⁊ Mattheus in Ethiopia: et Andreas in Syria/quo nunq̃ profect⁹ eſt beatus Paulus. Sed cauſa quare Dauid preponit Paulũ ceteris ap̃lis in hac parte: ⁊ explicat ei⁹ raptũ: et nõ aliorum eſt iſta. Nã iam ſuperius aſſeruit ap̃los oẽs conſecutos fuiſſe ſimilẽ viſionem/cũ dixit. Aſcendit in altum ⁊ dedit dona hominibus: ⁊ qñ dixit. Pluuiam voluntariam ſegregabis hereditati tue ⁊c. vt dictum eſt. Sed quia dubitaret aliquis an Paul⁹ receperit ſpm̃ ſanctum: ideo explicat raptum ſuum: vt oſtẽdat eũ recepiſſe ſpiritum ſanctum cum donis ſuis in illo raptu ſicut ceteri ap̃li receperunt in die Pente. Ideo dicit ibi Beniamin adoleſcẽtulus in mentis exceſſu. i. i illo raptu qui factus fuit cum mentis exceſſu ⁊ quadam extaſi ⁊ eleuatione vſq; ad diuinã eſſentiam per modum tranſeuntis.

Nota Joannis raptũ ⁊ ap̃loꝝ.

Illud ego idẽ ⁊ eadẽ arcana que vidit Paulus in illo raptu/potuerunt videre oẽs apoſtoli quando factus eſt de celo ſonus tanq̃ aduenientis ſpiritus vehemẽtis. q: tunc tanq̃ dij fortes terre vehementer ſupra humanã facultatem eleuati ſunt vſq; ad tertium celũ multo magis ꝙ Moyſes: vbi Chriſt⁹ nõ tanq̃ ſeruis ſed tãq̃ amicis nota fecit eis que cunq; audiuit a patre: prout promiſerat eis. Joan. xv. Et ſic patet qualiter oẽs apoſtoli mane comederunt predam ſicut Paulus. Nam quaſi quadam viſione matutina fuerunt cibati pane vite ⁊ intellectus in illa receptione ſpiritus ſancti. ſed poſtea veſpere diuiſerunt ſpolia toti mundo. Nam cognitio quam tota eccleſia habuit de rebus diuinis ab apoſtolis/fuit quaſi veſptina reſpectu notitie quã ipſi habuerunt a Chriſto per ſpiritũ ſanctũ in illa die. Et ideo Dauid vt oſtenderet ꝙ non ſolũ apoſtoli receperunt ſpiritum ſanctum cũ donis ſuis quãdo Chriſtus aſcendit in altum/⁊ dedit dona hominibus in die penteco. ſed ꝙ etiam apoſtolus Paulus recepit eadem dona in illo raptu: ait ꝙ ibi fuit aggregatus in illa ſocietate Paul⁹ in mẽtis exceſſu ad predicandũ populo gẽtili cũ ceteris ⁊c. Item vt Dauid oſtenderet ꝙ illud idez qd̃ operatus eſt Chriſtus ipſi Paulo in illo raptu/operatus eſt ⁊ ceteris apoſtolis in die penteco. ideo ſubdit. Manda deus virtuti tue/confirma deus hoc qd̃ operat⁹ es in nobis ⁊c. Ideo ait Paulus. Qui operatus eſt Petro in apoſtolatũ: operatus eſt ⁊ mihi. ad Gala. ij. Et ſic patet ꝙ id quod operat⁹ eſt Chriſt⁹ ap̃lis in die pentec. operat⁹ eſt etiã Paulo in illo raptu: ⁊ cõuerſo. Si autẽ oẽs apoſtoli receperint dona ſpũs ſancti ſcd̃m magis aut minus hoc nõ eſt nobis diſputandũ/ ſed relinquendũ determinationi ſacroſctẽ romane eccleſie. Nã ego nõ reperio aliquã rationẽ nec ſcripturã cõtradicentẽ ſupradicte poſitioni. dignitas enĩ apoſtolica eſt taz grandis ⁊ ſuprema in eccleſia: ꝙ poſt dignitatẽ virginis Marie nulla eſt ſibi cõferenda. Et ideo dicti ſunt principes ⁊ duces eccleſie: ⁊ triũphatores de diabolo ⁊ toto mundo. Sed cauſa quare Dauid in hoc loco preponit Paulum ante alios apoſtolos/eſt non ratione dignitatis: ſed quia primus cũ Barnaba fuit miſſus ad p̃dicandũ populo gẽtili. vt patet Actu. xiij. Sed cauſa quare Paulus magis fuit miſſus ad gẽtiles ꝙ ad Judeos: fuit ne diceret̃ ꝙ Paulus cõuiciſſet Judeos ppter peritiam quam habebat de lege ⁊ pphetis. Sed Petrus qui nunq̃ nouerat literas miſſus eſt ad Judeos/qui eos conuicit per ſcripturam legis ⁊ prophetarũ in die pentec. p qd̃ viſum eſt ꝙ illa ſcientia non erat humanitus acq̃ſita. Deinde cum dicit.

Apoſtoli mane predam comederunt.

**Manda deus virtuti tue: confirma deus hoc quod operatus es in nobis.**

**A templo tuo in Hieruſalem: tibi offerẽt reges munera.**

¶ Eſt aduertendũ ꝙ q: Dauid p̃uidit in ſpũ qualiter primo Judei/deinde reges ⁊ imperatores ⁊ p̃ncipes populi gentilis/⁊ etiã tyranni ⁊ heretici debebant multipliciter impedire iſtã expeditionem: et predicationi apoſtolorũ reſiſtere: ⁊ eccleſiã pſequi: ⁊ multos martyrio coronare: quales fuerunt Nero ⁊ Domitian⁹/⁊ Galien⁹/⁊ Deci⁹/⁊ Diocletianus/et ceteri tyranni: quia p̃uidit etiã in ſpiritu qualiter finaliter eccleſia debebat primo de populo Judeoꝝ deinde de toto populo Gentili triũphare: ⁊ ipſum iugo Chriſti ſubijcere p cõuerſionẽ magni Conſtantini: ⁊ hoc in v̾tute nominis Chriſti Jeſu: ⁊ in virtute ſpiritus ſancti quẽ ap̃li receperunt in Hieruſalem in die pẽtec. quẽ etiã receperũt poſtea inuiſibiliter martyres ⁊ doctores. Hoc ergo preuidens Dauid in ſpũ apoſtrophat ad Chriſtũ dicẽs. O Chriſte deus manda ⁊ p̃cipe virtuti tue: i. excita virtutem nominis tui Jeſu qd̃ nomẽ apoſtoli ⁊ fideles portabunt in candelabro euangelico ante reges ⁊ preſides: ⁊ pfice ⁊ cõfirma hoc qd̃ operat⁹ es in nobis a templo tuo in Hieruſalẽ. Nã ibi creaſti templũ ⁊ eccleſiã tuã in mõte Sion in illa ſancta ſocietate vbi erant. xij. apoſtoli cũ Maria matre tua: ⁊ turba virorũ ⁊ mulierũ. cxx. cõgregatũ: ſup quos miſiſti ſpiritũ ſanctũ: ⁊ diſtribuiſti eis dona gratiarũ ad predicandũ euãgelium: ⁊ intelligẽdas ſcripturas: ⁊ ad reſiſtendũ tyrannis ⁊ hereticis: ⁊ ad pferẽdas perſecutiones ⁊ tormenta. ergo confirma iſta dona et opera in apoſtolis ⁊ martyribus et doctoribus: vt vincãt ⁊ conuertant tyrannos: ⁊ imperatores ⁊ reges terre qui ante perſequebant̃ nomen tuuz ⁊ eccleſiã tuã: poſtea cõuerſi offerãt tibi munera in eccleſia tua. Poſt cõuerſionẽ aũt magni Cõſtantini/ oĩa iſta fuerunt completa. Nã cõſtantinus conuerſus ⁊ baptizatus per Syluestrum publicauit edictum per totuz imperium: vt oẽs Chriſtiani libere poſſent edificare eccleſias. ⁊ primo dedicauit eccleſiam Saluatoris in palatio ſuo in laterano: quam multis donis ⁊ muneribus dotauit: immo Romaz cũ tota Jtalia pontifici Romano ⁊ eccleſie Chriſti donauit. Et ipſe ſedẽ ſuam impialẽ in Grecia apud Bizantiũ dedicauit: vbi eccleſiã ⁊ tẽplũ miro artificio edificauit: quã ſanctã ſophiã. i. ſapientiã in honorẽ Chriſti appellauit. Et exinde oẽs reges terre ad exẽplũ imperatoris baptizati cõfractis idolis oĩa tẽpla in eccleſias fecerũt cõſecrari: i q̃bus magna munera cõtinue offerebãt. Hoc ergo preuidẽs Dauid in ſpiritu dicit. tibi offerent reges munera. quaſi dicat. O chriſte cõfirma eccleſiã quã operatu es/⁊ edificaſti in nobis a tẽplo tuo in Hieruſalem. ſ. ab illa congregatione ibi congregata: a quo tẽplo ⁊ cõgregatione eccleſia fuit diffuſa per totũ orbem/Ideo eccleſia dicta eſt Hieruſalem: q: inde fuit orta. Cõfirma ergo eam: ⁊ in ea offerent reges munera tanq̃ ſubiecti ⁊ deuoti. Et vt hoc poſſit fieri ⁊ in effectum deduci/

Nota.

**Increpa feras arundinis: cõgregatio taurorum in vaccis populorum: vt excludant eos qui probati ſunt argento.**

iij. q. v. vij. q. fine. et c. iudicet. ⁊. c. poſtulaſtis.

¶ Increpa/inquit/feras arundinis ⁊ ſyluarũ/qui ſunt imperatores ⁊ tyranni dicti fere ⁊ leones ſyluarum a ferocitate ⁊ crudelitate: qui volunt nomẽ tuum extinguere: ⁊ tuam eccleſiam extirpare. ſicut fuit Nero ⁊ Diocletian⁹ ⁊c. Iſti dicti ſunt fere arundinis: quia licet eſſent feroces vt leones et vrſi/tamen eorum poteſtas erat arundinea et vana/quia tantum ſupra corpus: animam autem nõ poterant occidere. ⁊ tandẽ male finierũt vitã eorum: ⁊ eorum poteſtas euanuit tanq̃ arundo vento agitata: vt patet de Nerone et Domitiano / Seuero et Diocletiano in eccleſiaſtica hiſtoria. Et ſubdit. Con⸗

gregatio taurorũ .i. increpa iſtas feras: quia facta
eſt cõgregatio taurorũ .i. imperatorum ⁊ tyrãnorũ
in vaccis pplorũ .i. minoribus de populo. Nam po-
pulares ſequebantur imperatores ⁊ reges ⁊ tyran-
nos ad pſequẽdũ eccleſiã: ſicut vacce ſequunt tau-
ros: ⁊ oues ſequunt arietes. Ita ꝙ iſti tyrãni fero-
ces ſicut leones ⁊ tauri ſimul cũ popularibꝰ pſeq̃-
bãt xpianos: q̃ pbati ſunt argẽto fidei .i. purificati
in fide ſicut argẽtũ in igne. Et hoc faciebãt tyranni
vſ. q. ſ. vt excluderẽt eos a fide xpi. Et ideo dicit propheta.
ſi oia. **Diſſipa gentes que bella volunt: venient**
τ. l. di. **legati ex Egypto: Ethiopia preueniet**
c. abſit **manus eius Deo.**

¶ O Chriſte icrepa iſtas feroces beſtias ⁊ tauros
⁊ cõprime ferocitatẽ ⁊ infidelitatẽ eorũ: ⁊ diſſipa gẽ
tes que bella volunt cõmittere cõtra eccleſiam: et
deſtruere eã: quibus diſſipatis ⁊ infidelitate eorũ
deſtructa: ⁊ fide in eis conſtructa ⁊ inſerta / tunc ve
nient legati ex Egypto ad eccleſiã: vt recipiãt fidẽ
⁊ faciant ſibi obedientiã. Et tota Ethiopia / que eſt
maxima regio inter Tropicos preueniet ⁊ premit-
tet manus eius .i. eleuabit manus eius deo ad obe
diendũ Chriſto ⁊ recipiendũ fidẽ eius. Vñ p Ethio
piam ⁊ Egyptũ ſubintelligit ⁊ cõprehendit totũ po
pulũ gentilẽ ⁊ oia regna mundi p nouam regulam
de ſpecie ⁊ genere poſitã in prologo: ſed ſpecialiter
Eccl'ta memorat Egyptũ ⁊ Ethiopiam: eo ꝙ eccleſia prius
priꝰ in floruit in Egypto p Marcũ. vbi maxima multitu-
ehypto do Chriſtianorũ incepit viuere ſm euangeliũ in ſi-
floruit de Chriſti in cõtinuo ſtudio ſacrarũ ſcripturarum
p mar- in hymnis ⁊ orationibꝰ: in qua eccl'ia Alexandrina
cum. multi poſtea floruerũt doctores ſucceſſores Marci
intantum ꝙ illa eccleſia mittebat epiſcopos p par
tes mundi ad inſtruendos fideles: vt ait Euſebius
in eccleſiaſtica hiſtoria. Et ideo dicit propheta ꝙ
ex Egypto veniẽt legati ⁊ doctores per omnes par
tes mũdi ad cõuertẽdos ⁊ inſtruẽdos populos ad
fidem. Item dicit ꝙ Ethiopia p̃ueniet manus deo:
q2 citius cõuerſa eſt p Mattheũ. Et q2 continue ex
Ethiopia veniũt multe manus ⁊ ſocietates ad vi-
ſitãdum ſepulcrum Chriſti in Hieruſalẽ: per quas
duas prouincias ſubintelligit omnia regna mun-
di: ideo ſubdit agendo gratias.
xciij. di **Regna terre cãtate deo: pſallite domino.**
ſtin. c. **Pſallite Deo qui aſcendit ſuper celũ celi**
ſ. in gl. **ad orientem.**

¶ O cetera oia regna terra cantate deo / ⁊ pſallite
dño Jeſu Chriſto: q2 relicta ſpurcitia ⁊ ſuperſtitio
ne idolorũ perueniſtis ad agnitionẽ veritatis: ⁊ re
cepiſtis fide Chriſti. Ideo pſallite Chriſto deo ⁊ ho
mini q̃ tanq̃ victor ⁊ triumphator aſcendit ſup ce-
lũ celi .i. ſup celũ empyreũ / qđ dr celũ celi / ad orien
tẽ .i. reuerſus ẽ ad patrẽ vñ ortꝰ eſt: ⁊ exiuit ⁊ venit
in mũdũ qñ incarnatꝰ eſt: ſicut ipſe dixit Jo. xv. Exi-
ui a patre ⁊ veni in mũdũ. Et iterũ relinquo mun-
dũ: ⁊ vado ad patrẽ vnde exiui. Ideo litera Hiero-
nymi habet. Qui aſcẽdit ad principiũ: eo ꝙ pater
eſt principiũ nõ de principio: ⁊ eſt principium pdu-
ctiuũ filij. Ideo ait Dauid. O vos fideles in Chriſto
regenerati pſallite Chriſto qui habita victoria de
mundo ⁊ diabolo aſcẽdit ſuper oẽs celos immo ſu
per celũ empyreum vſq3 ad patrẽ: ⁊ ſedet a dextris
eius a quo accepit omnem poteſtatem in celo et in
terra: ⁊ in inferno. Et ideo ſubdit.
**Ecce dabit voci ſue vocem virtutis: date**
**gloriam Deo ſuper Iſrael: magnificentia**
**eius ⁊ virtus eius in nubibus.**

¶ Mittet ſpiritũ ſanctũ in apoſtolos: ⁊ dabit vo-
ci ſue vocẽ virtutis .i. dabit virtutẽ ⁊ dona gratia
rũ ⁊ genera linguarum apl'is: vt predicẽt vocẽ euã
gelicã q̃ eſt vox Chriſti: vt p̃dicẽt euãgeliũ oi crea-
ture. Et Dauid conuerſus ad apoſtolos ⁊ oẽs fide-
les dicit. O apl'i date gloriã Deo ſup Iſrael .i. predi-
dicate euangeliã ⁊ oia mirabilia opa Chriſti ſup
totã eccleſiã: ⁊ magnificꝰtia eius: ⁊ virtus eius et
in nubibꝰ .i. vſq3 ad nubes: vel in nubibꝰ .i. in aplis
q̃ dicunt nubes. Eſai. lx. Qui ſunt hi qui vt nubes
volãt ⁊c. Itẽ hoc põt referri ad angelos qui rece-
perunt Chriſtũ in nube in die aſcenſionis: ⁊ annun
ciantes vniuerſalẽ poteſtatẽ Chriſti dixerunt. Vi-
ri Galilei quid admiramini aſpicientes in celũ: q2
hic Jeſus qui aſſumptus eſt a vobis ſic veniet i po
teſtate magna ad iudicandum mundum: quẽadmo
dum vidiſtis eum euntem ⁊c. Et ideo concludit.
**Mirabilis Deus in ſanctis ſuis: Deus**
**Iſrael ipſe dabit virtutẽ ⁊ fortitudinẽ ple**
**bi ſue: benedictus Deus.**

¶ Mirabilis erit Chriſtꝰ deꝰ in ſanctis ſuis aplis
⁊ martyribꝰ ⁊ doctoribus: q2 ad predicationẽ eorũ
dabit fortititudinẽ fidei ⁊ virtutẽ ſpei charitatis ⁊
aliarũ gratiarũ plebi ſue fideli: q2 oẽs gẽtiles con-
uertent ad fidẽ: ⁊ eccleſia Chriſti dilatabit p oẽs
partes mũdi vſq3 ad terminos terre. qđ non fiet for
titudine armorũ nec viribus humanis: nec p prin-
cipes ⁊ imperatores: ſed p hoies ſimplices et ple-
beios ⁊ piſcatores vincet Chriſtꝰ reges ⁊ philoſo-
phos ⁊ imperatores in ſola virtute nominis Jeſu
quam receperunt cum ſpiritu ſancto: ergo benedi
ctus deus qui p tales ſimplices voluit ſuã omnipo
tentiam demonſtrare et eccleſiam magnificare.
¶ Ex toto iſto pſalmo recolliguntur. xxiiij. prophe
tice concluſiones. ¶ Prima concluſio / ꝙ reſurgen
te dño ⁊ deſcendẽte ad inferos infernus fugit tur
batus a facie eius: eo ꝙ expoliauit eũ ⁊ iudicauit
diabolum ad penã eternã. ¶ Secunda concluſio /
ꝙ Chriſtus aſcendit ſup occaſum mortis: q2 trium
phauit de morte in ſua reſurrectione: ita meruit
aſcendere ſup occaſum celi .i. ſup celũ aqueũ quod
eſt primũ mobile ob oriente ad occaſum. ¶ Tertia
cõcluſio / ꝙ Chriſtus tres conditiones hoim eduxit
ab inferno .ſ. vinctos / ⁊ latronẽ exaſperãtẽ: ⁊ quoſ-
dã de ſepulcro qui cum eo ſurrexerunt: ita pariter
tres cõditiones eduxit de tenebris peccatorũ. Naз
Judeos abſoluit a vinculis legis: ⁊ gentiles exaſpe
rantes duxit ad fidẽ: ⁊ oẽs eduxit de ſepulcris pec-
catorum. ¶ Quarta concluſio / ꝙ eccleſia Chriſti di-
citur domus vnius moris: eo ꝙ oẽs fideles viuunt
in ea vnanimiter ſub vna fide ⁊ vna lege euangeli-
ca ſociati. ¶ Quinta cõcluſio / ꝙ ſola eccleſia dici-
tur vere populus dei: eo ꝙ eſt concors multitudo
hoim vna lege ſociata. ¶ Sexta concluſio / ꝙ ſola
eccleſia Chriſti dicit hereditas dei: eo ꝙ eius ciues
pertinẽt ad celeſtẽ hereditatẽ / ⁊ a deo poſſidentur
per gratiã. ¶ Septima cõcluſio / ꝙ ſola eccleſia di-
cit ouile Chriſti: eo ꝙ in ea habitant aialia ⁊ oues
Chriſti paſcentes paſcua eccleſiaſticorũ ſacramen
torũ. ¶ Octaua cõcluſio / ꝙ Chriſtꝰ rector ⁊ diſpen
ſator virtutũ ⁊ donorũ dilecti patris ſui dedit ver-
bũ apoſtolis euãgelizãtibꝰ cũ multa virtute mira
culorũ. ¶ Nona cõcluſio / ꝙ Chriſtꝰ diſpẽſator bo-
norũ dilecti patris ſui diuiſit ſpolia virtutũ ⁊ grã
rũ domui ſpecioſe pris ſui .ſ. eccl'ie ſpõſe ſue. ¶ De
cima cõcluſio / ꝙ eccleſia eſt colũba habẽs pennas
deargẽtatas / ⁊ dorſuз in pallore auri per diuerſos
gradus virtutũ ⁊ ſanctitatis / ⁊ ſcdm diuerſos gra
dus ſanctorũ qui figurant per diuerſitatẽ pẽnarũ
colũbe. ¶ Undecima concluſio / ꝙ Chriſtꝰ ornauit
eccleſiã ſpõſam ſuã diuerſis gradibus ordinum et
prelatorũ ⁊ rectorũ et officiorum ad purgandos ⁊
dealbandos peccatores. ¶ Duodecima concluſio /
ꝙ ſola eccleſia eſt mõs pinguis pinguedine ſacra-
mentorũ in qua paſcuntur oues Chriſti in paſcuis
vberrimis ſacramẽtorũ. ¶ Decimatertia cõcluſio
ꝙ deꝰ in ſola iſta eccl'ia habitat per grãm / ⁊ in ſu-
perna p gl'iam. ¶ Quartadecima concuſio / ꝙ xps
in ſua aſcẽſione accepit oia dona a patre oibus di
ſtribuẽda. ¶ Quintadecima ꝯcluſio / ꝙ Chriſtꝰ mo
riẽdo deſtruxit mortẽ: ⁊ reſurgendo fecit eã nobis
peruiã: vt eſſet nobis per eã iter ad vitã: ⁊ aſcẽden
do fecit nobis iter pſperũ per celum ad gloriam.
¶ Sextadecima ꝯcluſio / ꝙ exitꝰ Chriſti ab hac vi
ta fuit per mortẽ. Ideo meruit oia ſupradicta do-
na a patre recipere ⁊ totũ genꝰ humanũ liberare
⁊ ſaluare. ¶ Decimaſeptima ꝯcluſio / ꝙ deſtructio
et punitio Judeorũ facta eſt in vindictã mortis xpi:
vnde perdiderũt regnũ ⁊ ſacerdotiuз. ¶ Decima-
octaua cõcluſio / ꝙ ſicut exercitꝰ filiorũ Iſrael cir-
cuiuit terrã pmiſſionis per deſertũ ⁊ mõteз Seir
et intrauit per Baſan et Jordanem: ⁊ vaſtauit oẽs
ciuitates Chanaan cũ regibus ⁊ habitatoribꝰ ſuis
ita pariter per eandẽ partẽ introierũt copie Ro-
manorũ et deſtruxerũt oẽs ciuitates a baſan vſq3
ad mare occidẽtale: ⁊ vltimo cõbuſſerunt ⁊ euerte
runt Hierl'm / ⁊ trucidauerũt vnã partẽ habitatorũ
⁊ alterã captiuauerũt: ⁊ tinxerunt pedes ſuos ſan-
guine occiſorũ: ⁊ canes linxerũt ⁊ ſatiati ſunt ſan-
guine Judeorũ. qđ totuз factũ eſt in vindictã mor
tis Chriſti. Ex quo pз / ꝙ vaſtatio Chananeorũ fuit
figura vaſtationis Judeorũ. ¶ Decimanona cõclu
ſio / ꝙ ingreſſus filiorũ Iſrael fuit figura ingreſſus
apoſtolorũ ad ppl'm gentileз. Nam ſicut in illo in-
greſſu Joſue elegit. xij. principes .ſ. vnuз de quali-
bet tribu qui precederent arcam cũ leuitis tubici
nantibꝰ ⁊ pſallẽtibꝰ ⁊ puellis tympanizantibus: ⁊
ſic tranſierũt Jordanẽ cũ Arca / ⁊ ſubiecerũt totaз
terrã cũ regibꝰ ſuis: ita pariter Chriſtus elegit. xij.
apoſtolos ex eiſdẽ. xij. tribubus: qui portãtes hoc
nomẽ Jeſus in Arca euãgelica intrauerũt p popu
deus i luз gentilẽ: ⁊ ſubiecerũt oia regna mũdi iugo xpi.
ſctis ſu ¶ Uigeſima concluſio / ꝙ ſicut ex illis. xij. patriar
e mira chis filijs Jacob multiplicatus fuit totꝰ populus
bilis. Iſrael per generationeз carnalẽ: ita ex. xij. apoſto
lis regeneratis a Chriſto multiplicatꝰ eſt totꝰ po-
pulus xpianus per regenerationẽ ſpũalẽ ⁊ baptiſ
malẽ. ¶ Uigeſimaprima ꝯcluſio / ꝙ oẽs chriſtiani
ſunt ſemen Abrahe et filij Iſrael ſecundũ pmiſſio
nẽ ⁊ ſpiritũ. ⁊ ſic tota eccleſia Chriſti eſt verꝰ Iſl'r
Judeis reprobatis. ¶ Uigeſimaſecũda ꝯcluſio eſt
ꝙ virtus huius nois Jeſu et virtus ſpũs ſcti quaз
diſcipuli receperunt in mõte Sion in Hieruſalem
in die pẽteco. cõfregit ⁊ repreſſit ferocitatẽ ⁊ cru-
delitatẽ imperatorũ et tyrannorũ eccleſiã pſequen
tiũ: intãtũ ꝙ apoſtoli ⁊ martyres et doctores triũ-
pharunt de eis ⁊ de toto populo gentili: et ſubiece
runt omnia regna terre iugo Chriſti. ⁊ egyptus et
ethiopia ⁊ totus ppl's gentilis receperũt fidẽ xpi
per conuerſionem Conſtantini: intantum ꝙ reges
terre qui ante perſequebantur eccleſiam / poſtea
obtulerunt munera Chriſto in eccleſijs quas con-
ſtruxerunt. ¶ Uigeſimatertia concluſio / ꝙ Chriſtꝰ
fuit mirabilis in ſanctis ſuis apoſtolis. Nam per
hoies ſimplices ⁊ piſcatores vicit ⁊ lucratꝰ eſt phi
loſophos et imperatores. Unde maioris virtutis
fuit fides et gratia apoſtolorum: q̃ ſcientia philo-
ſophorũ ⁊ fortitudo et potentia regum ⁊ imperato
rum. ¶ Uigeſimaquarta concluſio eſt / ꝙ iſte pſal-
mus non poteſt preciſe intelligi de illo egreſſu Iſ-
rael de egypto ⁊ peregrinatione per deſertũ: ſicut
ceci Judei exponunt. Nã ſi Dauid non loqueretur
prophetice in hoc pſalmo: tunc non eſſet propheta
ſed hiſtoriographus narrans ſolam hyſtoriã. Item
multa interceſſerunt in hoc pſalmo / que nullo mo
do conueniunt illi hiſtorie. Nam hic propheta lo-
quitur de futuro dicens. Pluuiã voluntariã ſegre
gabis deus hereditati tue: ergo non loquit de plu-
uia manne facta in deſerto. Item deus non dedit
illi populo verbũ euangelizantibus virtute mul-
ta: ſicut hic dicitur: nec deus accepit ab alio dona
in monte Sinai hominibus diſtribuẽda: nec exitꝰ
mortis ſicut hic dicitur: nec egyptus miſit legatos
ad illum ppl'm / nec ethiopia preuenit. tunc manus
deo / nec regna terre cantarũt deo Iſrl' laudes / nec
crediderũt deo / nec fuerũt ſubiecta illi pplo: ſicut
in hoc pſalmo memorat. ꝙ ſequit ꝙ Dauid ad lite-
ram loquitur de Chriſto ⁊ eccleſia ſponſa prout ex
poſitum eſt. Sed quia Dauid in hoc pſalmo ⁊ cete-
ris aliquãdo vtitur figura pro figurato in vocabu
lis: ideo decipiuntur miſeri ⁊ ceci Judei / nõ perci-
pientes ſacramenta dei quomodo oia illa myſte-
ria facta ſunt in figura Chriſti: ⁊ eccl'ie. Et quomo-
do illa domus ſpecioſa ⁊ columba deargentata / et
mõs pinguis eſt eccl'ia ſponſa Chriſti / ⁊ quomodo
Dauid preuidẽs in ſpiritu oia myſteria euãgelica
per illa myſteria ve. te. fecit hunc pſalmum ⁊ alios
prophetice de Chriſto ⁊ eccleſia. Ex toto diſcurſu
huius pſalmi patet / ꝙ Salomon ex hoc pſalmo et
xliiij. ſumpſit materiam ad cõdendum librũ canti
corũ. Eadem eſt enim materia in magna parte / ni-
ſi ꝙ mutauit ſtilum. Nã in illo libello nil aliud fa-
cit niſi ꝙ ſub metaphora ſponſi ⁊ ſponſe deſcribit
totum diſcurſum eccleſie ab incarnatione vſq3 ad
eius pſperitatẽ poſt cõuerſionẽ Cõſtãtini. In hoc
autẽ Dauid idẽ facit: niſi ꝙ incipit a reſurrectione
Chriſti: quando lex euangelica incepit promulga-
ri: ⁊ quando eccleſia fuit per Chriſtum dotata. Et
ideo Salomon quandoq3 vtitur eiſdem vocabu-
lis: quia eccleſiã appellat columbã ⁊ ſpecioſam et
ornatam diuerſis ornamentis: ⁊ quandoq3 ponit
vocabula illis correſpondentia. Nam hortus irri-
guus idem eſt qđ mons pinguis ⁊c. Ideo nemo mi
retur ſi tantuз volui immorari in expoſitione hu-
ius pſalmi / eo ꝙ eſt durus ⁊ ſcabroſus pp̃ter voca
bula metaphorica: et figuras grammaticales. Et
ideo potius volui ſatiſfacere ſimplicibus ſacerdo
tibus et fidelibus ſingula pluries iterando q̃ cuз
peritis profunda diſputando.

de pſe. diſ. ij. c. cū omne. ſu pra. xſ. a.

Alluū me fac deus: qm̄ intrauerunt aque vſq ad animā meā. Infixus ſum in limo profundi: ⁊ non eſt ſubſtantia.

Veni in altitudinem maris: ⁊ tēpeſtas demerſit me.

¶ Titulus ſcd̄m Hiero. Victori ſuper roſis ſiue lilijs Dauid. Dicit Rābi ꝙ Dauid fecit hūc pſalmū in perſona tolius populi exiſtentis in hac captiuitate: eo ꝙ habitauit inter infideles ſicut roſa inter ſpinas: ⁊ allegat illud canticorū. Sicut roſa inter ſpinas ſic amica mea inter filias. ⁊ dicit ꝙ loquitur totus populus iudaicus tanꝗ vna pſona. Sed iſte cecus manifeſte mētitur: quia ea que dicunt in hoc pſalmo nō poſſunt cōuenire illi populo obſtinato propter iam ſupradicta. maxime quia nullibi paſſio Chriſti eſt magis manifeſta ꝗ in hoc pſalmo. ⁊ ratio eſt: quia hic propheta magis videt euangeliſta ꝗ propheta: ⁊ magis videt texere hiſtoriam paſſionis Chriſti ꝗ prophetiam. Itē magis eſt credendum beato Petro qui Actuum primo allegat ſcripturā huius pſalmi contra crucifixores Chriſti di. Fiat habitatio eorū deſerta: et in tabernaculo eorū nō ſit qui inhabitet. Item magis eſt credēdū beato Joāni euāgeliſte qui aſſerit hūc pſalmū eſſe factum in perſona Chriſti / allegādo illum verſum. Zelus domus tue comedit me. Joan. ij. Ideo eſt dicendū ꝙ vbicunq ponitur roſa ſiue lilium in ſcriptura ſemꝑ primo intelligitur Chriſtꝰ qui fuit ſpecioſus ſine labe peccati inter filios hominum. vt dictū eſt pſalmo. xliiij. ⁊ fuit pulcher inter peccatores: ſicut roſa inter ſpinas: quia ſolus ipſe ſecundū naturā nō fuit punctus ſpinis peccatorum Ade: et aliorū hominū. Et ideo ſicut roſa qui eſt pulcherrimus florum naſcitur inter ſpinas in ſe nō habens ſpinas ſed pulchrū odorem ⁊ colorē: ita Chriſtꝰ inter ſpinas peccatorū hominū ⁊c. Ex cōſequēti intelligitur eccleſia. Naz qd̄ Chriſtus habet ꝑ naturā eccleſia habet per gratiam deriuatam a capite ſuo Chriſto. Nā cū ipſa eſſet ſpinoſa in filijs: tamen Chriſtus per paſſionem ſuam ⁊ ſacramenta amouit ſpinas peccatorum / ⁊ reddidit ipſam pulchraz ſine macula ⁊ ruga: et fecit ipſam roſam. que quidem eccleſia hodie eſt inter ceteros populos infideles ſicut roſa inter ſpinas: vt patet canticorum ij. Secundū vero. lxx. titulus huius pſalmi eſt iſte. In finem pro his qui commutabuntur ipſi Dauid.

Ro. j. ex 10 in vel li. liū ꝑz intelli gi.

¶ Ad cuius intellectum eſt aduertendū ꝙ cōmutatio idē eſt quod cambiū ſiue venditio: ⁊ emptio. vt puta quando vna res ex vna qualitate ſiue conditione mutatur in aliam: ſiue quando pro vna re cōmutatur ⁊ datur alia. Et ſic dicimus ꝙ oēs chriſtiani ⁊ fideles ſunt commutati. Nam primo erant peccatores et in poteſtate diaboli: ſed per paſſionem Chriſti ſunt cōmutati de peccato ad gratiam et de captiuitate in libertatem. Item ſunt commutati pro paſſione. Nam Chriſtus dedit vitam ſuam in cruce pro eis: ⁊ ſic ꝑ paſſionem ſuā redemit oēs nos. Et ſic dicit Augu. qd̄ in baptiſmo nil aliud facit eccleſia niſi ꝙ emit illum paruulum baptizatū precio paſſionis Chriſti: ⁊ liberat ipſum a captiuitate. Et ſic paſſio Chriſti fuit quedam cōmutatio: et ſic omnes redēpti ſunt commutati pro paſſione

fideles dicunt cōmutati.

paſſio xp̄i dr cōmutatio.

Chriſti / quia Chriſtꝰ dedit paſſionē ſuam patri vt nos a captiuitate redimeret. Et ideo qꝛ Dauid deſcribit totā paſſionē Chriſti i hoc pſalmo: quā paſſionez Chriſtus dedit patri ꝓ nobis in cruce: ideo Eſdras prepoſuit in titulo ꝓ roſis ſiue ꝓ his Chriſtianis qui ꝯmutabunt. i. Dauid fecit hūc pſalmū in pſona Chriſti: ⁊ dirigit ipm̄ in Chriſtuz qui eſt finis legis: qui dedit ⁊ obtulit paſſionē ſuam in hoc pſalmo memoratā ꝓ his fidelibꝰ qui redimētur: q̄ dicunt roſe ⁊ lilia inter ſpinas infideliuz. Vnde eſt etiā aduertendū ſicut ſepius dictum eſt: ꝙ quicq̄d paſſus eſt Chriſtꝰ in capite / paſſus eſt poſtea i mēbris. ⁊ ideo iſte pſalmꝰ primo cōpetit chriſto et ex cōſequēti toti eccleſie. Sed qꝛ tam in Chriſto ꝗ in eccleſia iſta quatuor fuerūt per ordinē: primo pſecutio ⁊ paſſio: ſecūdo liberatio: tertio punitio pſecutorū: quarto proſperitas Chriſti ⁊ regni ⁊ eccleſie / vbi diuinus cultus fuit ampliatus: Ideo quatuor facit Chriſtus in hoc pſalmo per ordinē. Nam primo exponit querelā ſuā narrādo totā ſuā perſecutionem ⁊ paſſionez. Scd̄o petit liberari. Tertio petit vltionē de perſecutoribꝰ. Quarto promittit gratiarū actiões per diuinū cultū. ij. ibi. Ego vero orationem. iij. ibi. Fiat menſa eorū. iiij. ibi. Laudabo nomē dei. Quātū ad primū duo facit Chriſtus. Nam primo exponit querelā ſiue querimoniaz ante patrē. Secundo petit fructū ſiue noſtrā redemptionem pro meritis ſue paſſionis. Quātū ad primū eſt aduertendū ꝙ vehemēs perſecutio cōparatur periculo aquarū cōiter in ſacra ſcriptura. Nā ſicut excedens aqua ſubmergit hominem ſine defenſione: ⁊ ita vehemens perſecutio. Sed triplex eſt periculū aquarū: vnum in torrente ſiue flumine tēpore magnarum pluuiarū. Scd̄o poteſt quis periclitari in aliquo lacu profundo ⁊ limoſo ſiue cenoſo. Tertio in tēpeſtate maris. Ita reperit triplex pſecutio. ſ. populi ⁊ hypocritarum ⁊ regum. Nam pſecutio ⁊ furia populi comparatur furie torrentis. nam ſicut torrēs tempore pluuiaruz trahit arbores et oīa que ſunt in ripa / ⁊ exit extra alueū: ſꝫ in breui ceſſat eius furia: ita furia populi ꝯtra aliquem inuehitur vſq ad mortem: ſed completa furia penitet eum feciſſe. vnde incipiente vno in populo omnes ſequuntur. Item perſecutio hypocritarum cōparatur lacui profundo et limoſo: qui licet non mittat fluctus manifeſtos: ⁊ tamen ſi abſorbet hoīem nō poteſt inde exire. Perſecutio aūt regis comparatur fluctibus maris: qꝛ rex ⁊ princeps manifeſte perſequitur ⁊ cū magno impetu. Oia ergo iſta tria genera perſecutionum paſſus eſt Chriſtus. Nā primo paſſus eſt pſecutionem hypocritarum. ſ. ſcribarū ⁊ phariſeorū: quorū malitia fuit ꝓfunda ⁊ limoſa: quia ſub zelo eius ꝓceſſerunt contra iuſtum occulte: ne forte tumultus fieret in populo. Scd̄o paſſus eſt a populo. Nam populus videns intentionem ſcribaruz ⁊ phariſeorū / furioſe ⁊ abſq deliberatione moti ſunt contra Chriſtum dicētes: Crucifige crucifige eum: ſed in breui penituit eos poſtꝗ fuit crucifixus. Nā videntes ſigna facta. ſ. tenebras ſuper terram ⁊c. reuerſi ſunt in ciuitatē percutientes pectora ſua. Luce. xxiij. Tertio Chriſtus paſſus eſt a Pilato: qui manifeſte ipſum flagellauit ⁊ ſniam mortis executiōi mādauit. Sic ergo Dauid iſtas tres pſecutiōes cōparat tribꝰ periculis aquarum. Dicit ergo Chriſtus ꝑ os Dauid.

in tꝑe tēpeſtas ſiue fluctus

poꝑ cuius cōparatio perſecutionum



O pater ſaluum me fac in hac paſſione: qm̄ aque perſecutionum intrauerunt vſq ad animā meam. Nam quedā perſecutiones non attingūt niſi vſq ad bona tēporalia: quedā vero vſq ad corpus / vt cum quis patitur infirmitates et dolores: ſed iſte mee perſecutiones intrauerūt vſq ad animā meā quia realiter mortuus ſum: ⁊ ſeparata eſt anima a corpore in cruce. Intrauerunt ergo aque vſq ad animaz meā. i. vſq ad ſeparationē anime a corpore: qꝛ paſſus ſum tres terribiles perſecutiões. Nā primo intrauerunt aque torrentis furioſi vſq ad animā meā / quādo totus pplꝰs fuit cōmotus dicēs crucifige ⁊c. ſed ſecūda pſecutio ſiue periculū fuit peius. Nā infixꝰ ſum in limbo ꝓfundi ſcribarū et phariſeoruz ⁊ ſacerdotuz: qꝛ in malitia inueterata eorū infixus eſt pes meꝰ: ⁊ exinde nō potui exire ſine morte vſq quo in me non fuit ſubſtantia. i. vita. qꝛ nūꝗ ceſſauit eorū limoſa ⁊ occulta malitia vſq ad mortē meā. Dicuntur eñi hypocrite / ⁊ ſcribe / ⁊ pharifei lacus limoſus ⁊ ꝓfundus ꝓpter ꝓfundā iniquitatem ⁊ malitiā ⁊ auaritiā. Itē nō ſolū infixus in limo ꝓfundi phariſeorū ⁊ ſcribarū: ſed etiā tempeſtas maris furie et poteſtatis ipſius Pilati ꝓcuratoris īperatoris demerſit me ad mortē crucis iudicādo ⁊ deſtinādo. Et ſic incidi triplex periculū aquarū pſecutionū. ſ. furioſi torrētis / ppl'i clamantis crucifige: ⁊ limoſi ꝓfundi lacus ſacerdotū et ſcribarum ⁊ phariſeoruz machinantiuz in mortem meam et conſpirādo / improperādo mihi peccata legis: ⁊ incidi etiam in tēpeſtatem maris furioſi Pilati ferentis ⁊ ꝓmulgantis in me ſentētiā mortis. ⁊ iſte demerſit me in ſepulcro ⁊ morte.

ppꝫ vita ſacer limoſꝰ

Jo. ix. mat. xxvij. mar. xv. luc. xxiij.

Laboraui clamās: rauce facte ſunt fauces mee: defecerunt oculi mei dum ſpero i deū meum.

¶ Nota ꝙ ſupradicta ꝑicula fuerūt ita magna ꝙ xp̄s nullū habuit adiutorē niſi deū patrē. Ideo ad ipſum clamauit vt eū liberaret. Sꝫ qūo fuit exauditus ſemꝑ pro ſua reuerētia: ⁊ qūo illa verba orationis ſunt intelligēda ad ſenſum in quo fiūt: ⁊ nō ad ſenſum quē faciūt: dictū eſt pſalmo. ij. ⁊. xxſ. Iō dicit Chriſtꝰ. Laboraui in tēplo ⁊ ꝑ ſynagogas vocādo eos ad fidē. Scd̄o in captione qn̄ dixi tanꝗ ad latronē ⁊c. Tertio in horto qn̄ ter oraui. Quarto in cruce qn̄ ꝓ pſecutoribꝰ exoraui. ⁊ clamās ſic pre nimio labore fauces mee rauce facte ſūt. i. oīa mēbra mea debilitata ſunt ⁊ viribus euacuata vſq ad mortē: ⁊ oculi mei defecerūt / id eſt laſſati ſūt ⁊ clauſi per mortem: dum ſpero ⁊ ſperabam in deū meū patrē. ſpero dico vt mea mēbra liberaret: ⁊ calix meus ad eos tranſiret. eodē modo quo dictum eſt pſalmo. xxſ. ⁊ ſperabam etiam qd̄ Judei cōuincerentur ⁊ cognoſcerent veritatem.

Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei: qui oderunt me gratis.

Confortati ſunt qui perſecuti ſunt me inimici mei iniuſte: q̄ non rapui tunc exoluebā.

¶ Ipſi iudei qui oderūt me gratis ſine demeritis meis multiplicati ſunt ꝯ me ſuꝑ capillos capitis mei: qꝛ plures fuerūt perſecutores ꝗ capilli capitis mei: ⁊ iſti fuerūt populares decepti a ſacerdotibꝰ: ⁊ oēs iſti tā phariſei ꝗ populares q̄ perſecuti ſunt me iniuſte ſine cā ⁊ demeritꝭ meis / cōfortati ⁊ multiplicati ⁊ fortificati ſūt ꝯ me falſa crimina imponēdo. Que nō rapui. Hic ꝓbat qd̄ iniuſte paſſus eſt. Nā nullus punitur iuſte niſi ex ꝓprijs demeritis ſed xp̄s nunꝗ demeruit nec peccauit. ſꝫ paſſus eſt ꝓ pctō p̄mi parētis ⁊ ꝓ peccatis noſtris p̄teritis ⁊ futuris. Nā Adā rapuit fructū a ligno vetito: ſed xp̄s paſſus eſt vt nos liberaret: ⁊ iō ait. Qd̄ nō rapui: tunc. ſ. in cruce exoluebāt pro omnibꝰ ſupple.

Roma. xviij. c. Jo. xix. Mat. xxvij. Jo. xiiij. Mar. xv.

¶ Sꝫ eſt aduertēdū ꝙ duplicē rapinā ꝯmiſit Adā. Nā p̄mo rapuit fructū ꝓhibitū. Scd̄o voluit rapere diuinitatē volendo ſe eſſe ſimilē deo: ⁊ iō perdidit felicitatē. vt inquit Aug. ⁊ iō deus factꝰ eſt hō. vt hominē redimeret. Sꝫ eſt aduertēdū qd̄ paſſio xp̄i vno modo pōt dici iuſta / alio mō iniuſta. dicit enim iniuſta rōne actorū: qꝛ mala volūtate Judeorū ꝑpetrata fuit ſine cauſa ⁊ demerito xp̄i. Iō dicit / qui oderūt me gratis ⁊ iniuſte. Scd̄o dicit iniuſta rōne perſone xp̄i: quia talē mortē non merebat: cū eſſet iuſtus: ideo ait: qd̄ non rapui tūc exoluebam patiēdo penā latronis cum nō eſſem latro. Sed illa paſſio fuit iuſtiſſima rōne delicti p̄mi parētis qd̄ talē punitionē merebat. Sꝫ qꝛ Chriſtꝰ voluit effici caput fideliuz: ⁊ pati pro mēbris: vt nos oēs liberaret: tūc rōne noſtri illa paſſio fuit iuſtiſſima: ⁊ modus redimēdi debitꝰ ⁊ ꝯgruꝰ. vt inquit Aug. xſ. de tri. ca. xiij. Et ideo in illa paſſione / nr̄a iuſtitia facta eſt: ⁊ nos ibi fuimus iuſtificati ⁊ noſtrū debitū perſolutum: quia penas quas nos pēdere ⁊ perſoluere tenebamur de iure / pſoluit xp̄s pro nobis: licet hoc fuerit factum mala voluntate Judeorum. Ideo ſubdit Chriſtus.

3 Adam ꝯmiſit duplicē rapinam.

Deus tu ſcis inſipientiā meam: ⁊ delicta mea a te non ſunt abſcondita.

de pc ꝯ di. ꝑ c ꝯſide. et. ꝫ. erer.

¶ In tranſlatione Hieronymi dicit. Tu ſcis ſtultitiā meā / ⁊ pctā mea a te non ſunt abſcondita. Que quidē litera dupliciter pōt intelligi. Vno mō ironice per antiphraſim: vt filius dicat. O pr̄ tu ſcis inſipientiā meā: qꝛ nulla eſt: ⁊ delicta mea q̄ nūꝗ feci. quaſi dicat: tu ſcis qd̄ nunꝗ peccaui. Alio modo hoc pōt intelligi aſſertiue retorquēdo ſtultitiā ⁊ peccatū in Adam qui putauit rapere diuinitatē ei perdidit felicitatē. vt inquit Aug. Sed hoc pōt adhuc dupliciter ītelligi. Vno modo ꝓut xp̄s peccata ipſius Adam ⁊ noſtra dicit eſſe ſua: non quo ad culpā: ſed quo ad penā: ⁊ hoc tanꝗ aduocatus ⁊ ꝓcurator / ⁊ fideiuſſor / ⁊ paſtor / ⁊ dn̄s / ⁊ ſponſus / ⁊ caput / ſicut dictū eſt pſalmo. xp̄ vij. xxſ. Alio modo iſta locutio poteſt intelligi per metonymiā: inquantū effectus nominatur nomine cauſe. ſicut dicitur primo de aīa qd̄ ira eſt accēſus ſanguinis circa cor: ⁊ i ſcd̄o eiuſdē qd̄ guſtus eſt quidā tactꝰ. i. fit ex quodam tactu ⁊c. que quidem locutiones et ꝑdicationes dicunt cauſales. q̄ frequēter fiunt in ſacra ſcripturas. Ita ergo xp̄s oēs penalitates q̄s ꝓ nobis aſſumpſit: et penas quas ꝓ peccatis noſtris ꝑtulit / appellat pctā inquantū fuerunt cauſata i eo ex peccatis nr̄is. Et ſic famē / et ſitim / et flagella / et crucē / et mortē ſuā: quā ꝓ ſtultitia et pctō Ade et oīm noſtrū ſuſtinuit / dicit peccata ſua noīe cauſe. Ita etiā per oppoſitū cauſa nominatur nomine effectus ī ſcriptura: et ſic Paulus cōcupiſcētiaz appellat peccatuz ad Ro. vij. cū dicit. Nō operor ego: ſed qd̄ habitat in me peccatum: eo qd̄ illa

Nota.

Nota qūo ſepe cā appellat nomie effectus vt ꝯcupiſcentia peccatū.

concupiſcentia ⁊ lex mēbrorū efficit peccatū per
cōſenſum: quia ipſa nō eſt peccatū formaliter: ſed
efficiēter inquantū efficit peccatū in anima: vt ait
beatus Jacobus cap. j. ꝙ vnuſquiſq; tentat a cō-
cupiſcētia ſua abſtractus ⁊ illectus. Cōcupiſcētia
autē cū conceperit parit peccatū. peccatū aūt cū
cōſummatū fuerit generat mortē. Et ſic peccatum
etiā dicitur mors inquātū efficit mortē. Ita etiam
ſacra ſcriptura per eandē rōnē ⁊ modū nō ſolum
penalitates ⁊ penas Chriſti appellat peccata: ſed
etiam ipm Chriſtū dicit factū peccatū. ij. ad Cor. v.
Unde ait apoſtolus ꝙ deus pater eum. ſ. Chriſtū
qui nō nouerat peccatū pro nobis peccatum fecit.
¶ Ad cuius intellectū eſt aduertēdū ꝙ qñ ſuſpē-
Bona iductō. ditur latro aut punit aliqs reus nō intēdit lex na
turam hominis delere: ſed furtū aut quodlibet cri
mē in eo: ⁊ ideo furtū aut crimē eſt illud qd ſuſpē
ditur in illo: ⁊ ſic illa punitio et ſuſpenſio dicit pec
catū inquantū eſt effectus peccati ⁊ criminis com-
miſſi. Cū ergo Chriſtus fuit crucifixus ⁊ punit᷒ ꝓ
peccat̄ noſtris: nō ſcelera ⁊ peccata noſtra fuerunt
in illo crucifixa ⁊ punita. ſicut ait apl's ad Ro. vj.
ꝙ in Chriſto vetus hō crucifixus eſt / ⁊ oēs fuimus
Nota. crucifixi ⁊ cōſepulti in eo. ⁊ ad Colo. ij. dicit ꝙ chi
rographū qd cōtra nos erat fuit affixū cruci cum
eo. Item Eſa. liij. dicitur ꝙ deus poſuit in eo iniqui
tates oīm noſtrum: ⁊ languores noſtros ipſe tulit
⁊c. quaſi dicat: ꝙ in eo crucifixit iniqtates ⁊ pctā.
⁊ per ꝯſequēs illa crucifixio effectiue pōt dici pec
catū noſtrū. i. ſacrificiū pro pctō noſtro: ⁊ hoc per
figurā que dicitur metonymia. Ita ergo eſt intel-
Pr̄ fecit ſiū ſuum pctm̄. ligendū qñ apoſtolus dicit ꝙ pater fecit Chriſtum
filiū ſuū peccatū. i. crucifixū ⁊ punitū ⁊ paſſum pro
peccato: inquantū in eo crucifixit ⁊ puniuit pctm̄
noſtrū. Itē fecit ipm peccatū. i. mortalē ⁊ paſſibi-
lē pro peccato: inquātū mors ⁊ paſſio ⁊ pena eius
fuit effectus noſtri peccati. Itē de᷒ pr̄ fecit Chri-
ſtū pro nobis pctm̄ / id eſt ſacrificiū ꝓ noſtro pctō
inquātū fuit factus ſacrificiū ⁊ oblato pro noſtro
pctō / ſicut dictū eſt pſalmo. xxxix. Et ſic etiā dicit
Oſee. iiij. ꝙ ſacerdotes comedebant pctā populi. i.
ſacrificia ⁊ oblationes que fiebant ꝓ peccatis po
puli. Et ſic Chriſtus in hoc loco ⁊ pſalmo peccata
nr̄a dicit ſua non quo ad culpā: ſ; quo ad penā / in-
quātū ſua mors ⁊ paſſio fuit effect᷒ cauſat᷒ ex pec
catis nr̄is in ipo. Et iō ait. O pr̄ tu ſcis inſipiētiā
meā. i. penā quā patior ꝓpter inſipientiā ipſorū pri-
morū parētū. Et pctā mea. i. penalitates qs aſſum-
pſi: ⁊ pene quas patior / a te non ſunt abſcōdite: qr
nō patior ꝓ me ſed ꝓ peccatis filiorū Adā / qui ra-
puit fructū ꝓhibitū. Et iō qd nō rapui in Adam
tūc exoluebā in cruce: qr obtuli me in ſacrificiū ꝓ
peccato ipſius Adā ⁊ omniū filiorum ſuorum.

de pſe. di. iiij. oēs. et cāris. a me. ⁊ xxviij. ⁊ i. ca. ⁊ ibi. et a dīo. Ro.

**Non erubeſcant in me qui expectant te domine: domine virtutum.**

**Non confundantur ſuper me qui querunt te deus Iſrael.**

¶ In hac ſecūda pte petit Chriſt᷒ fructū ſue paſ
ſionis. ſ. per ſuā paſſionē mēbra ſua liberari. Nam
ſicut per ſuā reſurrectionē nos glorificauit: ita per
paſſionē nos a morte perpetua ⁊ captiuitate libe-
rauit. Ideo prius petit captiuos redimi ꝑ paſſio-
nem dicens. O pater deus Iſrael poſtꝗ tu ſcis / et
¶ Pedes mei. i. affectus ⁊ cōcupiſcētia mea moti ſūt pene. i. fere ⁊ quaſi: ⁊ greſſus. i. cogitatio ⁊ intētio fuerūt moti a rectitudine: ⁊ effuſi huc ⁊ illuc dubitando ⁊ titubando de diuina ꝓuidētia. Iō ſunt moti ⁊ effuſi ad ſequēdū malos ⁊ ꝑuerſos. ¶ Nota ꝙ pedes aīe dicunť cogitatiōes q̄b⁹ aīa diſcurrit ⁊ gradiť huc ⁊ illuc. ⁊ hoc ꝑtinet ad cogitatiuā potentiā: q̄ negotiať circa particularia/tā ſenſata q̄ non ſenſata. ⁊ q2 dū ĩ dubio eſt anim⁹ huc ⁊ illuc impelliť/iō q̄ñq̄ deuiat ⁊ moueť a rōne ⁊ ſeq̄ť ſenſualitatē eligendo partē peiorē. ⁊ hoc eſt qđ dicit. mei aūt pene moti ſunt pedes ⁊c. Et hoc accidit/

Ab pedes aīe co gitatiōes.

Eccl'ie figura

Quia zelaui ſuper iniquos: pacē peccatorum videns.

xxiiij. q. i. q. q̄ſis. vel qđ ꝑ teſt

¶ Id eſt cū indignatione ⁊ inuidia emulatus ſum ſuper iniquos volendo eos ſequi/videns pacem ⁊ quietem ⁊ felicitatem peccatoruꝫ. quaſi dicat: tētatus fui ſequi peccatores ⁊ iniquos/videns paceꝫ ⁊ quietem ⁊ proſperitatē eorum.

Quia non eſt reſpectus morti eorum: ⁊ firmamentum in plaga eorum.

De pe. di. [illegible]

¶ Id eſt q2 diu viuunt: ⁊ ſi aliq̄ñ habēt aliquā aduerſitatē aut plagā tñ nō eſt firmamētū nec duratio in plaga eorū q2 cito liberanť a quacunq̄ aduerſitate. Vñ ratio quare diuites diu viuunt/ eſt q2 nō ſe exponūt tot periculis ſicut paupes ꝓpter neceſſitatē ad querendū victū ⁊ veſtitū: ⁊ habent modū cuſtodiēdi ſe a periculis et ſeruādi et ꝑſeruandi. Et cauſa quare nō eſt firmamētū ⁊ duratio in plaga et infirmitate ſeu aduerſitate eorū/ eſt: q2 habent diuitias et bona tp̄alia cū q̄bus pñt remediū adhibere et liberari: qđ minime obtinēt pauperes. Et ſic ex neceſſitate ſe exponūt multis periculis. Vñ multipl'r mors pauperū ꝓperat et accelerať: et cū difficultate et raro a plaga et infirmitate liberať. Et ſic eſt firmamētū et duratio in plaga pauperū Per oppoſitum autē diuites mali.

In labore hominum nō ſunt: ⁊ cū hominibus non flagellabuntur.

De pe. di. ſ. c. ſerpēs

¶ Quia nō ſunt ĩ cōmuni labore hominū. Et ideo nō flagellabuntur ita frequenter cū hoīb⁹: immo videnť excepti ⁊ exempti a cōmuni vita ⁊ labore ⁊ miſeria ⁊ aduerſitate hominum.

Ideo tenuit eos ſuperbia: operti ſunt iniquitate ⁊ impietate ſua.

xxiij. q. ſ. paratus. in fine.

Prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum: tranſierunt in affectuꝫ cordis.

¶ Hec eſt cauſa quare tenuit eos ſupbia/q2 putāt nō hr̄e deū ſupra ſe: ⁊ ſic ex tali ſupbia operti ⁊ repleti ⁊ vallati ſunt iniq̄tate ⁊ iniuſtitia ⁊ impietate cōtra paupes ⁊ iuſtos eos vexādo ⁊ affligēdo ⁊ expoliādo. q̄ q̄dem ſupbia ⁊ iniq̄tas ꝓdijt ⁊ emanauit ex diuitijs ⁊ ꝓſperitate lōga. quaſi dicat ex adipe ⁊ pinguedine. Nā ſicut magna pinguedo ⁊ q̄es ⁊ otium ꝓuocat equū ad ſupbiā ⁊ petulantiā ⁊ laſciuiā/ita diuine et longa ꝓſperitas ꝓuocāt hoīeꝫ ad ſupbiā ⁊ cōtemptū dei ⁊ aliorū. Et ſic ſupbia ⁊ iniquitas iuſtorū diuitū malorū ꝓdijt in eis ex longa ꝓſperitate ⁊ abundātia. Et ideo tranſierūt ⁊ ꝓceſſerūt in affectū cordis/q2 q̄cq̄d deſiderarūt/obtinuerūt q̄cq̄d voluerūt facere fecerunt/et ad effectū deduxerūt cōtra pauperes ⁊ iuſtos ⁊ ſimplices. Et cōpleuerūt ⁊ expleuerunt deſideria ſua in voluptatibus ⁊ flagitijs ⁊ ſceleribus ⁊c. Et ſic etiā ex continuo otio

Cogitauerunt ⁊ locuti ſunt nequitiā: iniquitatem in excelſo locuti ſunt.

xxſ. di. c. intrātem.

Poſuerunt in celum os ſuū: ⁊ lingua eorum tranſiuit in terra.

¶ Cogitauerūt ⁊ locuti ſunt omnem nequitiā cōtra deum ⁊ proximum. Et locuti ſunt iniquitatē in loco excelſo: dicētes ꝙ deus nō eſt: aut ſi eſt/nō curat iſta inferiora: nec pōt eis reſiſtere nec liberare iuſtos ⁊ pauperes de manibus eorū. ſicut dicebat Pharao: ⁊ Sennacherib: ⁊ Nabuchodonoſor: ⁊ Iulianus apoſtata: ⁊ Diocletianus. Et iſti blaſphemi poſuerūt os ſuū in celū cōtra deum. Et lingua eorum tranſiuit ⁊ durauit in hac terra per aliqđ tp̄s ſiue punitiōe. Nota ꝙ multipliciter tyrāni loquūtur in celū: et lingua eorū trāſit in terra. Primo q2 penetrant celū blaſphemādo ſicut Sennacherib: qui dicebat deū Iſrael nō poſſe liberare Ezechiaꝫ de manu ſua. quarti Reg. xix. Et Julian⁹ apoſtata qui vocabat Ieſum irridēdo Galileū. Scdo q̄ñ lingua eorū tranſit metas rōnis Tertio q̄ñ tranſit

per longa tpa ſine punitione. Quarto tranſit lin-
gua eorū in terra: qn̄ oīa mala q̄ precipiunt adim
plētur per ſatellites eoꝝ. Tunc hec eſt cauſa qua-
re pauperes ⁊ ſimplices vidētes iſtos iniquos tot
ſceleribus impune tranſire: titubant ⁊ titubarunt
xxviij. de diuina prouidentia ⁊ iuſtitia. Et ſic ſequitur.

q. ſ. c. **Ideo conuertetur populus meus hic: et**
ſepe. i **dies pleni inuenientur in eis.**
gloſ. ¶ Ideo. i. ꝓpter iſta ſupradicta ppl'ſ meꝰ. i. gētes
ſimplices ⁊ populares ppl'i mei / ſiue populares
mei ⁊ paupes cōuertenť. i. cōuerſi ad ſe ⁊ i ſe dubi
tabūt ⁊ titubabūt / ⁊ heſitabūt hic. i. ī iſto paſſu co
gitādo ſupradicta: ⁊ dies pleni. i. dies multi inue-
nienť in eis in tali cogitatiōe. Quaſi dicat: ꝑ dies
plenos ⁊ multos ⁊ per totaꝫ diē cogitabunt inq̄rē
do huiuſmodi myſteriū ⁊ querendo de hoc dubio.
Unde qn̄ quis videt talia ſcelera ipunita dicit cō
uerti in ſe ⁊ nō vltra ire: ſed ſcādalizari / ⁊ ibi cogi-
tationem figere per totā diem. Ideo ſequitur.

vi. q. ſ. **Et dixerunt: quomodo ſcit deus: ⁊ ſi eſt**
ſi oīa. **ſcientia in excelſo?**

¶ In tali cogitatiōe dixerūt iſti ſimplices populares. i. dubitauerūt inter ſe: ſi ſcit ⁊ curat iſta: ⁊ ſi. i. vtrū ſit ſcia ⁊ ꝓuidētia in deo excelſo de iſtis inferiorib' ⁊ de actibꝰ humanis. vn̄ dubitādo dixerūt: quō ſcit deꝰ iſta: cū ita trāſeāt ipunita: q̄ſi dicāt. dubiū ē an ſciat deꝰ: ⁊ an ſit ſcia iſtoꝝ in deo excelſo. Nā ſi ſciret, nō pmitteret. Et ſic quaſi deſperati dubitarūt an iſta fierēt a caſu ⁊ fortuna. ⁊ hoc ꝓbāt ſimul de ꝓſperitate malorū ⁊ aduerſitate bonorū. Et ideo dicebāt iſti ſimplices iuſti dubitātes. Non eſt mirū ſi dubitamus an deus ſciat ⁊ curet iſta: et an ſit ſcientia ⁊ preuidētia de iſtis in excelſo.

xxiij. q̄ **Ecce ipſi peccatores ⁊ abundantes i ſecu-**
ſti. j. c. **lo: obtinuerunt diuitias.**
para-
tus. ¶ Quia ecce ipſi peccatores ⁊ ſcelarati abundantes in hoc ſeculo obtinuerunt diuitias ⁊ bona temporalia: et dignitates ⁊c. Et nos per oppoſitū continue ſumus in afflictione / ⁊ paupertate / ⁊ aduer-
ſupra ſitate / et perſecutione.

xxxv. b **Et dixi: ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meū**
**⁊ laui inter innocentes manꝰ meas.**

¶ Dixit vnuſquiſq3 iuſtꝰ. ergo ſine cauſa ⁊ fruſtra ⁊ ſine premio iuſtificaui cor meū / diuina precepta ſeruando / ⁊ opera miſericordie adimplēdo: ⁊ laui manus meas inter innocentes: ab oī rapina ⁊ mala opatione eas prohibendo. Nam ille iuſtificatur qui nō ꝓponit malū agere. Et ille lauat manꝰ inter innocentes qui ꝓhibet eas a mala opatione: ⁊ licet aliqn̄ ꝓponat: tamen non progreditur in effectum: ⁊ ſic ſe ſeruat innocentem in opere.

vij. q. **Et fui flagellatꝰ tota die: ⁊ caſtigatio mea**
j. c. per **in matutinis.**
cuſſio. ¶ Fruſtra etiā ⁊ ſine cā fui flagellatꝰ tota die. i. toto tpe vite mee flagella ⁊ aduerſitates patienter ſuſtuli. ⁊ caſtigatio ⁊ flagellatio mea fuit in matutinis an̄ aurorā ſurgendo ad oratione ⁊ pniam ⁊c. quaſi dicat. Si oīa iſta fruſtra feci ⁊ ſine p̄mio: ergo meliꝰ fuiſſet mihi cōmittere oīa ſcelera ⁊ vitaꝫ duxiſſe in flagitijs ⁊ voluptatibꝰ: ⁊ eueniſſent mi-
C bi oīa ꝓſpera ſicut ipſis ſceleratꝫ. ¶ Et nota ꝙ ca

ſtigatio iuſtorū dicit matutina. i. velox. Nā qn̄ iu-
ſti delinquunt in aliquo / cito et velociter caſtigat Caſti-
eos deꝰ. Per oppoſitū caſtigatio ſceleratoꝝ eſt cō gatio
muniter veſptina ⁊ ſera ⁊ tarda: qꝛ deus nō caſti- iuſtorum
gat eos vſq3 ad morteꝫ: qꝛ moriunť quo ad corpus diurna
⁊ aiam ad penā eternā. Un̄ tales mala capiunt in
iteritu: vt patebit pſal. cxxxix. Un̄ dicit Ambro. ꝙ
ilico ſi qs poſt pctm̄ flagellať: hoc cedit ipſi in bo
nū. Nā ſignū eſt ꝙ deus nō ſeruat ipſi punitionem
poſt mortē. Per oppoſitū malū ſignū eſt qn̄ ſcele-
rati nō flagellanť in hac vita: qꝛ ſignū eſt ꝙ deus
ſeruat penā in aliā. Ideo ait Aug. Hic vre dn̄e: hic
ſeca vt ineternū parcas. Et nota ꝙ totꝰ iſte diſcur
ſus heſitatiōis de diuina ꝓuidētia maxime fuit in Nota.
primitiua eccleſia. Nam multi ſimplices chriſtiani
videntes dirā ⁊ atrocē perſecutioneꝫ tēpore Decij
⁊ Diocletiani inceperunt dubitare de fide catholi-
ca: et ore negabant Chriſtū / licet nō corde: in tantū
ꝙ Marcellinus papa adoleuit idolis incenſum:
licet poſtea fuerit correctus ⁊ recōciliatꝰ. ⁊ ſic mul
ti fugiebāt per montes ⁊ ſpeluncas: vt ſepe dictuꝫ
eſt. Et ideo eccl'ia in pſona infirmoꝝ dicit iſta v̄ba
ſ. pene moti ſunt pedes mei. i. fides mea q̄ eſt fundamentū ⁊ pes quo gradior in hac vita ⁊c. Un̄ ſicut cogitatio ⁊ affectio q̄ ſunt pedes aīe dicuntur moueri a medio v̄tutis moralis: cū effunduntur ⁊ egrediunť extra metas rōnis: ⁊ ita dicit vitioſus homo: ita pariter cū quis egreditur ad credendū / ⁊ eligēdū / ⁊ ſequendū ea que ſunt extra limites fidei / et cōtra fidē ex timore aut ſponte: tūc dicit infidelis ſiue hereticꝰ. Ideo iſte hō ⁊ Chriſtianꝰ infirmꝰ deceptꝰ ex ſupradictis dicit. Mei pedes pene moti ſunt: ⁊ greſſus mei pene effuſi ⁊ egreſſi ſūt extra limites fidei ſupple: dubitando an deus curaret actus humanos: ⁊ an eſſet iuſtus talia tolerādo. Ex quo patet ꝙ dubitare et titubare eſt quaſi a fide ⁊ eiꝰ limitibꝰ moueri ⁊ effundi.

**Sic dicebam narrabo ſic: ecce nationem** dixe-
**filiorum tuorum reprobaui.** ri.
¶ In hac ſcd̄a pte reuocat falſaꝫ opinionē ſeu du cer-
bitationē quā habuit dubitādo de diuina ꝓuidē dam
tia: et iuſtitia. Un̄ nota ꝙ ſupradicta ſimul fuit q̄ō igitur
⁊ dubitatio. Nā q̄ſtio fuit quare deus pmittit prauos ꝓſperari: ⁊ iuſtos flagellari: ⁊ a malis cōculcari. Sꝫ ex hac q̄ōne ſiue ignorātia huiꝰ q̄ōis ſequiť dubitatio: an deꝰ curet ⁊ regat actꝰ hūanos: nā ſi regit eos: videť iniuſtus talia tolerādo: qꝛ ſi eſt iuſtus nullū bonū debet relinq̄re irremuneratū / ⁊ nullū malū impunitū. Ideo in hac ſcd̄a parte ſoluit dubitationē: oſtendēdo deū curare ⁊ regere actꝰ humanos: ⁊ ꝙ licet toleret iſta ad tpꝰ: tn̄ finaliter relinq̄t nullū malū impunituꝫ: nec bonū irremuneratū. ex quo ptꝫ ꝙ eſt iuſtus iudex. ⁊ ſic reuocat falſam opinionē: quā ignorādo ⁊ etiā cū zelo ⁊ ira tenuit dicēdo ſupradicta. Unde licet nō affirmatiue tenuit iſtā falſam opinionē: tn̄ dubitauit: et pene adheſit / motꝰ a limitibꝰ fidei. ideo dicit q̄ſi correctꝰ. Si dicebā narrabo ſic: ecce nationem ⁊c. Lr̄a Hieronymi habet. Si narrauero ſic ecce nationē filiorū tuoꝝ reliqui. ⁊ ſic litera eſt plana. Dicit ḡ trāſlatio nr̄a: ſi dicebā. i. ſi ſic dicendo narrauero ſerioſe ⁊ affirmauero. i. ſi ſic affirmarē vt dcm̄ ſupra eſt: approbādo ⁊ laudādo vitā et ꝓſperitatē maloꝝ ſicut ſupra dixi ex paſſiōe ⁊ īfirmitate dece

ptus: ecce. i. manifeſte patet ꝙ reprobaui: ⁊ reprobarē nationem filiorū tuorū. ſ. Abel / ⁊ Noe / ⁊ Abrahā / Iſaac / ⁊ Iacob: ⁊ Iob: ⁊ oīm apoſtolorum ⁊ martyrū / ⁊ iuſtorū noui teſtamenti: qui ſemper fuerūt flagellati ⁊ vexati a malis tyrānis. Nā deus quos amat corrigit ⁊ flagellat. Prouerb. xxv. Et ptꝫ ꝑ totum diſcurſum ſacre ſcripture. Quaſi dicat. ſi eſſet vera iſta opinio: omnes viri iuſti vet. ⁊ noui teſtamenti eſſent reprobati ⁊ decepti: q̄ ſemp paſſi ſunt patienter flagella ⁊ perſecutiones propter deum. Sed hoc nemo poteſt ſcire ex humana inueſtigatione: niſi reuoluat ⁊ perſcrutetur ſacrā ſcripturā: et ibi videbit ſolutionē huius q̄ōnis. ſ. qualiter deus eſt iuſtus iudex: ⁊ nullū maluꝫ relinquit impunitum. Ideo ſequitur ⁊ ſubdit.

**Eriſtimabaꝫ vt cognoſcerem: hoc labor**
**eſt ante me.**

¶ Exiſtimabā vt cognoſcerē iſta per humanā inueſtigationem: ſed hoc labor eſt ante me. i. valde laborioſum: quia nunq̄ potui videre veritatem: donec adhibui ſtudium ſacre ſcripture. Ideo dicit.

**Donec intrem in ſanctuarium dei: ⁊ intelli**
**gam in nouiſſimis eorum.**

¶ Sanctuariū dei. i. ſacrā ſcripturā: que dicitur ſacrariū ⁊ ſanctuariū dei: in quo recōdunť oīa ſacra geſta ſanctorū patrū: in quibꝰ latent ſacramenta Chriſti ⁊ eccleſie. Et ideo ſacra ſcriptura dicit ſanctuariū dei: qui ⁊ ibi literaliter ſcribunť geſta ⁊ dicta ſanctorum patriarcharum ⁊ ꝓphetarū / ⁊ virorum iuſtoꝝ: ſꝫ myſtice figuranť oīa myſteris Chriſti ⁊ eccleſie. Et intelligā in nouiſſimis eorum. Un̄ nota q̄ō Dauid ſiue iſte homo infirmus anteq̄ videret ⁊ cōtemplareť ſcripturā: ex ignorātia dubitauit: et zelauit zelo ire ⁊ īuidie ſuper iniquos: ſed poſtq̄ igreſſus eſt ſāctuariū ſcripture: ibi itellexit in nouiſſimis illorum maloꝝ. Nam ibi vidit ⁊ legit qualr̄ oēs tyrāni ⁊ iniq̄ licet ad tēpus fuerūt proſperati: tamē miſerabiliter diēs finierunt ⁊ vitam. Tunc cognouit nullum impium impunitū abire: ⁊ ſic cognouit deum mundū regere ex ſapiētī ꝓuidētia ⁊ iuſtitia. ⁊ ideo dicit. nō itellexi donec introiui in ſanctuariū dei: id eſt ſecretū ſacre ſcripture: ⁊ intellexerit iſtā materiā in nouiſſimis ⁊ in finibus eorum prauorum. quaſi dicat: qꝛ ibi vidi malum finē ⁊ exitū maloꝝ. i. qualiter male finierunt oēs pſecutores iuſtoꝝ: puta Chain / pharao / zeb / zebee / Salmana / Nero / Domitianus ⁊ ceteri: q̄ſi dicat: poſtq̄ inueſtigatiōe humana iſta non potui reperire: conuerti me ad ſtudiū ſacre ſcripture: ⁊ reperi veritatem huiuſmodi queſtionis per punitiones malorū: ⁊ premia iuſtorum. Ideo ſequitur.

**Ueruntamen propter dolos poſuiſti eis:**
**deieciſti eos dum alleuarentur.**

¶ Id eſt ego nouiī ſanctuario ſacre ſcripture quomodo propter dolos iniquitates iſtorum prauorum poſuiſti eis finem felicitatis ſue ⁊ ꝓſperitatis: delendo eos a facie terre: qꝛ nō permiſiſti eos in perpetuū proſperari: immo deieciſti eos a ꝓſperitate: dū alleuarentur ⁊ exāltarētur: ⁊ etiam permiſiſti eos proſperari ꝓpter dolos: vt deciperentur in ꝓſperitate: qꝛ dum fuerunt in culmine ꝓſperitatis / tunc deieciſti eos ad terram. ⁊ ſic proſperitas eorum fuit eis in dolum / ⁊ ſcandalum ⁊ perni

ciem / ⁊ in cauſam interius ⁊ dānatiōis. Nā vt ait Plato. ⁊ Auguſtinꝰ: Diuitie mūdane ⁊ dignitates ſunt bonis bone ⁊ ſalubres: ⁊ malis male ⁊ pnicioſe. Nā boni bene vtendo adipiſcuntur gloriaꝫ ⁊ felicitatem per eas: ⁊ mali male vtendo ꝓpter eas pereūt hic ⁊ in futuro: vt ait Iuuenalis. Iō ſeq̄tur.

**Quomodo facti ſunt in deſolationem: ſu-** xxiij. q̄
**bito defecerunt: perierunt propter iniqui-** ſti. j. c.
**tatem ſuam.** paratꝰ.

¶ Sicut Amā: ⁊ Seianus: ⁊ Nero: qꝛ ſubito defecerunt ⁊ ceciderunt a dignitate ⁊ diuitijs: ⁊ perierunt corporaliter ⁊ eternaliter ꝓpter iniquitatem ſuam. defecerūt dico ſicut ſomniū. Nā vita ⁊ ꝓſperitas mundi eſt ſicut ſomniū cito euaneſcēs ⁊ annihilabile. Nā ſicut qs ſomniat ꝙ eſt rex ⁊ diues: ſꝫ qn̄ excitať a ſomno nihil reperit: ⁊ viſa eſt ei illa felicitas / ⁊ letitia breuis / ⁊ deceptoria: ita hō licet per longam vitam vixerit in ꝓſperitate: tn̄ in morte videtur ſibi ſuā vitam ⁊ ꝓſperitatem fuiſſe breuiſſimam: ⁊ quaſi ſomnium ⁊ vmbram: ⁊ nō veram
felicitatem: ſed quaſi imaginem felicitatis. Iō ait. de pe.

**Uelut ſomnium ſurgentium: domine in** diſ. iij.
**ciuitate tua imaginem ipſorum ad nihilū** q̄d ergo
**rediges.** turbamur

¶ O tu dn̄e rediges imaginem coꝝ. i. proſperitatē eorū / que fuit quaſi quedam imago proſperitatis rediges ad nihilum a ciuitate ⁊ regno tuo: qꝛ nūq̄ intrabūt in ciuitatē celeſtē. rediges dico ſicut ſomnium ſurgentiū. i. eorum qui ſurgūt a ſomno. Uel pōt ſic ordinari. Iſti praui ſubito defecerunt ⁊ perierunt a ciuitate tua: ſicut ſomnium ſurgētiū deficit ⁊ annihilať. ⁊ ſic imaginem eorū ad nihilū rediges. i. proſperitatem fallacē. ⁊ etiam pōt hoc literaliter referri ad plures: qui in hac vita fuerūt in tāta dignitate: qꝛ imagines eorū erigebanť in plateis ⁊ in foro. Sed fuerunt turpiter eiecti a dignitatibꝰ ⁊ interfecti. Ideo poſtea imagines eorū fuerunt cōminute: ⁊ ad nihilū redacte: vt dicit Iuuenalis de Seiano: ⁊ de Nerone: ⁊ Domitiano. Nam Ima-
imago Seiani trahebať ꝑ ciuitatē: vſq3 quo fuit gines
lacerata. Nā iſta erat cōſuetudo tyrannoꝝ / q̄ dum tyrāno-
erāt ꝓſperitate faciebāt fieri ſibi imagines ex ere rum.
⁊ metallo: ⁊ poni in foro ⁊ locis publicis ad perpetuā memoriā eoꝝ: vt ita venerarenť in abſentia ſicut in p̄ſentia. Sed qn̄ deijciebanť a ſtatu ⁊ dignitate: aut interficiebanť / tūc etiā imagines eoꝝ cōterebanť: ſicut factū eſt de Seiano q̄ erat Neroni dilectꝰ: in tantū ꝙ erat ſecūdus poſt eū: ſed tandē venit in irā Neronis: q̄ fecit ipm̄ iterfici: ⁊ ad ripā tyberis iactari: vbi inimici eū calcabant dicētes. Calcemꝰ Ceſaris hoſtē. ⁊ trahebāt imaginē eius ꝑ terrā / ⁊ cōminuerunt eā. Unde ad hūc intellectum forſan dicit. Et imaginē eoꝝ ad nihilū rediges ⁊c.

**Quia inflammatum eſt cor meum: ⁊ renes** xxxvij.
**mei commutati ſunt: ⁊ ego ad nihilum re-** di. c. re
**dactus ſum te neſciui.** latum.

¶ Hic dauid in perſona cuiuſlibet iuſti confitetur errorem ſuū: ⁊ ignorātiā: ⁊ impoſſibilitatē ad ſoluēdam iſtam q̄ōnem. In qua tria facit. Nā primo facit q̄ō dictū eſt. Scd̄o agit gr̄as: qꝛ nō māſit in illo errore. Tertio dat ſalubre conſilium ⁊ doctrinam. ſecūdū ibi. Et ego ſemper tecuꝫ. tertium ibi. Quid

enim mihi eſt. ¶ Quantū aſit ad primū iam dictū eſt ꝙ duo ſunt conſideranda in predicta q̄ōne. Primo ipſa queſtio ſiue dubiū in ſe. ſ. quare deꝰ ꝑmittit malos ꝓſperari: ⁊ iuſtos deprimi ⁊ affligi. Secūdo cōſiderandus eſt error/ quē ignorātes ⁊ fragiles inferebant ex ſupradicto dubio. ſ. ꝙ vel deus nō curabat nec gubernabat actꝰ hūanos: vel ipſe erat iniuſtus talia tolerādo. Sed iam hunc errorē remouit Dauid in particula ꝓcedēte: oſtēdendo ꝙ deus gubernat actus humanos: ⁊ ſemꝑ in ſupradictis manet iuſtus iudex: q: licet ꝑmittat malos ad tp̄s ꝓſperari: tn̄ finaľr punit eos ⁊ annihilat eorū proſperitatē: ⁊ deijcit eos dū eleuant̄ ⁊ exaltantur ⁊c. Et ſic pctm̄ eorū nō abijt impunitū. Sed q̄d dicendū de q̄ōne in ſe. ſ. quare deus iſta permittit ad tp̄s fieri: q: interim patit̄ iuſtus? Ad hoc dicit Dauid ꝙ licet ipſe inflamatus deſiderio ſciēdi: vel zelo ⁊ inuidia ꝓſperitatis malorum/ per lōga tp̄a inueſtigauerit ſolutionē huiꝰ q̄ōnis: intantū ꝙ cogitatiōes eius fuerunt cōmutate ad ſupradictū errorē hēſitādo ⁊ dubitādo de diuina ꝓuidētia ⁊ iuſtitia: tn̄ finaliter nunq̄ potuit ꝑuenire ad eius ſolutione: imo tanq̄ iumentū factꝰ eſt ignorās/ ⁊ quaſi ad nihilū redacta eſt ſciētia ſua in hac ꝑſcrutatione: eo ꝙ iſta queſtio eſt inſolubilis ⁊ inueſtigabilis ꝑ ſciētiā humanā. Tn̄ in tm̄ factus fuit ignorans ⁊ quaſi iumentū ⁊ beſtia in hac inueſtigatione: q̄ incidit in errorē ⁊ dubiū de diuina iuſtitia ⁊ prouidētia. Ideo dicit Aug. ꝙ q̄ querit ſolutionem huiꝰ q̄ōnis ⁊ cām/ vł̄ q̄rere cām diuine volūtatis: cuiꝰ nulla eſt cā: cū ipſa volūtas diuina ſit cā oīm. Ideo ait ꝙ de hmōi arcanis diuinis melior eſt fidelis ignorātia: q̄ temeraria ſciētia. Nā multi volentes inquirere de hoc ꝓfundo: verſi ſunt in profundū multorū errorū: ſicut fecerat iſte afflictꝰ fragilis. Et hoc eſt q̄ȯ intēdit dicere Dauid dicēs. Ecce cor meū inflāmatū eſt inueſtigādo hanc q̄ōnem: ⁊ etiā cor meū. i. affectꝰ ⁊ ſenſualitas inflāmata eſt ardeſcēs zelo ire ⁊ inuidie: vidēdo ꝓſperitatē malorum: ⁊ renes mei. i. cogitationes mee interiores cōmutate ſunt ad incidendū in ſupradictū errorē dubitādo de diuina prouidentia ⁊ iuſtitia. ideo ad nihilū redactꝰ ſum ⁊ neſciui. i. tota ſciētia mea ⁊ labor ſtudij mei ad nihillū redactꝰ eſt: ⁊ neſciui ſoluere ſupradictā q̄ōnem: imo vt iumētū ⁊ beſtia ignorans factꝰ ſum apud te: volendo q̄rere cām tue voluntatis. Uñ nota ꝙ renes q̄ñq; ſumunt̄ pro interiori cogitatione in ſcriptura: vt ibi. Scrutās corda ⁊ renes deus. Unde litera Hieronymi habet. Quia contractum eſt cor meum: ⁊ lumbi mei velut ignis fumigans/ et ego incipiens ⁊ neſcius.

Quare deꝰ permittit malos ꝓſperari.

**Ut iumentū factus ſum apud te: ⁊ ego ſemper tecum.**

**Tenuiſti manu m dexteram meam: ⁊ in voluntate tua deduxiſti me: et cum gloria ſuſcepiſti me.**

xxxviij di. c. ſedulo. et c. nullus. et xl. diſt. c. nulluſ.

¶ Quaſi dicat: nā iſta proueniūt ex ꝓfunditate et altitudine diuitiarū ſapiētie ⁊ ſciētie tue: cuiꝰ iudicia ⁊ vie ſunt inueſtigabiles: ideo quilibet intellectus humanus volēs iſta inueſtigare: eſt quaſi iumentū ⁊ beſtia apud te nō valens iſta inueſtigare: ⁊ inmo incidet in diuerſos et nefandos errores. Ex quibus ptz/ ꝙ melius eſt talia fideliter ignorare: ⁊ altitudini diuine ſapiētie dimittere ⁊ relinquere: ⁊ cū timore et tremore deum magnificare: q̄ temere velle inueſtigare. ⁊ hec videtur intentio ipſius Dauid: lꝫ aliter alij exponāt hūc paſſum. ¶ Et ego ſemper tecū. Hic icipit ꝟſiculus ⁊ ſnīa in hebreo ⁊ trāſlatiōe Hieronymi: vbi Dauid in perſona iuſti agit gr̄as: ꝙ lꝫ aliq̄n ex dolore ⁊ afflictiōe heſitauerit: q: ira impedit animū ne poſſit cernere verū: tamen deꝰ nō ꝑmiſit ipſum ꝑmanere i illo errore: imo cognouit ignorātiā ſuā/ ⁊ talia ꝓuenire ex illis occultiſſimis ⁊ arcanis iudicijs ſapie diuine. Nam deus ſemꝑ tenuit manū dexterā eiꝰ. ¶ Ad cuiꝰ itellectū eſt notādū: ꝙ ſicut ſenſualitas ⁊ caro dicit̄ ſiniſtra hoīs: eo ꝙ ſemꝑ ipellit hoīem ad partē deteriorē: ita ratio dr̄ dextera: eo ꝙ ipellit hoīem ad p̄tē meliorē ⁊ iuſtā: ⁊ ad obediēdū deo ⁊ ꝓceptis eius. Et licet Dauid ⁊ aliq̄s iuſtus aliq̄n fuerit impulſus a ſiniſtra. i. a ſenſualitate ad dubitādū de diuina iuſtitia: tn̄ deus ſemꝑ tenuit manū dexterā. i. ꝑtē rōnalē ipſiꝰ: ne maneret in tali errore/ imo ſm volūtatē deliberatiuā ⁊ fidelē intelligētiā cōformatus fuit diuine volūtati: tribuēdo talia occultiſſimo ⁊ iuſtiſſimo dei iudicio. Ex quo patet/ ꝙ in tali turbatione deꝰ nunq̄ dimiſit illū: imo ſemꝑ fuit ſecū/ quo ad ꝑtē rōnalē. Ideo dicit. gr̄as tibi ago ſuꝑple: q: ego ſemꝑ fui tecū: ⁊ nō fui ſeparatꝰ a te per fidē in tali meditatione: imo ſemꝑ tenuiſti dexterā manū meā. i. ꝑtē rōnalē ⁊ volūtatē deliberatiuā: in qua ꝑte rōnali cōſiſtit vera fides: ⁊ ſpes/ ⁊ charitas. ⁊ ſic tenuiſti dexterā meā ꝑ fidē in preſenti: cū qua fide ⁊ ſpe toleraui patiēter ꝑſecutiōes ⁊ afflictiōes tꝑales. ideo cum gloria ſuſcepiſti me poſt hanc vitā in premiū laborū ⁊ ꝑſecutionū. Uñ dextera in ſcriptura nō ſolum ponitur pro ꝑte rōnali: ſed etiam pro recta voluntate ⁊ operatione: et ideo dicit. Tenuiſti manū dexterā meā. i. rectā/ et piā intelligentiā ⁊ fidelē ad credēdū: ⁊ rectā voluntatē ad bona operādū ne caderem in hereſes: aut blaſphemias. ⁊ deduxiſti me in tua voluntate. i. per regulā mādatorū: ⁊ ſic cū gloria ⁊ victoria ſuſcepiſti me. quaſi dicat. Tu tenuiſti intelligentiā meā ne caderem in errores contra fidem: ⁊ tenuiſti voluntatem meam ne cōmitterem opera illicita ⁊ nefanda contra tua precepta. Et ſic ſemper fui tecū: te tenente dexteram meam ⁊c.

Nota dextera ⁊ ſiniſtra

dextera ⁊ tas.

**Quid enim mihi eſt in celo: et a te quid volui ſuper terram?**

**Defecit caro mea et cor meum: deus cordis mei et pars mea deus in eternum.**

Ded ſeꝯ ... eccle ... ſe. ... p. ... nium

¶ Hic dat ſalubrē doctrinā ⁊ conſiliū oībus fidelibus ſuꝑ hac q̄ōne. Unde dicit ꝙ ſi nos videmꝰ q̄ȯ deus ſemper punit malos: ⁊ agentes cōtra legem diuinā: ⁊ dat premium bonis ⁊ iuſtis: ergo vanum ⁊ inane eſt terere tp̄s inueſtigando de ſupradicta q̄ōne/ niſi declinare a malo: ⁊ facere bonum: ⁊ iſta eſt ſalubris doctrina ⁊ conciliū bonum. Dicit ergo Quid eſt mihi in celo amplius querendū: niſi gloriā quā das iuſtis? Et quid amplius volui a te ſuper terram: niſi gr̄am ſupple ad bene operandū quā das adherentibꝰ tibi: ⁊ inuocantibus te: ergo vanum eſt aliud querere: et tempus in curioſitatibus terre: quia in talibus curioſitatibus defecit cor meū: ⁊ caro mea: id eſt ſenſualitas mea inquirendo ⁊ inueſtigādo. ideo dimiſſis illis tu es deus cordis ⁊ deſiderij mei: ⁊ tu deꝰ eſt pars hereditaria. i. hereditas mea in eternū. ⁊ iō aliud nolo querere nec inueſtigare. Et in hoc premio etiā defecit. i. determinauit deſideriū cor meū ⁊ caro mea. ideo nihil aliud volo. Et declarat ſeipſum/ dicens.

**Quia ecce qui elongant ſe a te peribūt: perdidiſti oēs qui fornicantur abs te.**

**Mihi autē adherere deo bonum eſt: ponere in domino deo ſpem meam.**

**Ut annunciem oēs predicationes tuas in portis filie Sion.**

K. q. ſ. c. beatus ...

¶ Quia ecce. i. manifeſte videt̄ ꝙ oēs q̄ elōgāt ſe a te trāſgrediēdo ꝓcepta: peribūt in inferno: ⁊ tu ꝑdidiſti in dānationē ꝑpetuā oēs q̄ fornicant̄ abs te. i. qui a te recedēdo fornicant̄ cū diabolo eius ſuggeſtiones ſequēdo ⁊ operādo. Ex quo patet ꝙ bonū ⁊ melius eſt mihi adherere deo ⁊ ponere ſpem meā in eo: q̄ ſeq̄ diabolū/ ⁊ elōgari a deo: ⁊ vt poſſim annunciare oēs laudationes ⁊ opa tua in portis ecclesie: q̄ dicit̄ filia Sion: vt frequenter dictū eſt. Et etiā aures fideliū dicuntur porte quibus audiunt̄ laudes dei ⁊c. ¶ Ex his ptꝫ ꝙ Dauid in hoc pſal. cōiungit finē cū principio. Nā ibi dixit. Quā bonꝰ Iſrael deus his qui recto ſunt corde: in fine vero concludit. Mihi adherere deo bonū eſt. Nā q̄dā fragiles putabant: ꝙ deꝰ erat melior ⁊ magis fauorabilis prauis ⁊ tyrānis ⁊ etiā infidelibꝰ: q̄ iuſtis ⁊ fidelibus: eo ꝙ illos permittit ꝓſperari: hos aūt affligi. Ad hoc rñdet Dauid ī hoc ī pſalmo dicēs. ꝙ hoc eſt falſum: imo per oppoſitum deus eſt bonus: immo melior ⁊ fauorabilior iuſtis ⁊ rectis corde: q̄ prauis ⁊ tyrānis. q̄ȯ ꝓbat̄. Nā licet ad tēpus deus permittat proſperari malos: tn̄ hoc cedit eis ī malū ⁊ in ſcandalū ⁊ in perniciē: q: in feliciori ⁊ altiori proſperitate deijcit eos a ꝓſperitate mūdana et gloria celeſti: ⁊ deſtinat eos ad penā eternā. Per oppoſitū autē lꝫ permittat iuſtos aliq̄n flagellari: tn̄ totaliter nō relinq̄t eos immo tenet manū eorū dexterā: cōferendo gratiā: vt patienter tolerēt flagella ⁊ aduerſitates: ⁊ etiā cedit eis in augmentū meritorū: ⁊ finaliter cōſequunt̄ glīaꝫ ⁊ vitā eternam. Ex quo ptꝫ ꝙ deꝰ Iſrael melior ⁊ magis fauorabilis iuſtis ⁊ rectis corde: q̄ prauis ⁊ tyrānis. Nam ꝓſperitas illorū cedit eis in dānationē perpetuā: ⁊ aduerſitas iſtorū cedit iſtis ad felicitatē ⁊ gloriam eternā: maxime q: nō deſerit eos per gratiā in tali aduerſitate. ⁊ cōcludit ꝙ melius eſt adherere deo ꝑ fidē ⁊ charitatē ⁊ ſpem: q̄ elōgari ab eo/ cū tales pereāt finaliter. Et hec eſt tota intētio huius pſal. ⁊ ſalubris doctrina quā dat nobis propheta: licet ꝑncipalis queſtio maneat inſoluta vt dictum eſt. Sꝫ Aug. videt̄ ſoluere iſtā queſtionē ſuꝑ pſalmo. liiij. dicens ꝙ deꝰ ꝑmittit ꝓſperari ⁊ regnare malos: vt bonos exerceāt. Itē in ſermone de innocētibus/ dicit ꝙ nō eſſet meritū nec corona martyrū: niſi fuiſſet iniquitas tyrānorū ⁊c. Itē de iuſtis dicit Auguſ. ꝙ ideo flagellant̄ in hoc mūdo: ne patiant̄ in alio. Itē apl's ad Corinth. dicit: ꝙ ne magnitudo reuelationū extolleret eū datꝰ ē ſibi ſtimulꝰ ⁊c. Ex quo patet ꝙ flagella ꝑmittunt̄ iuſtis ad cuſtodiā virtutum etiam ad augmentū meritorū: vt ibidē dicit̄. ꝙ virtus in infirmitate ꝑficit̄. ⁊ ſic fuit flagellatus Iob ⁊ Thobias. Sꝫ in veritate Auguſtinus ⁊ Paulus propter hoc nō ſoluūt totaliter q̄ōnē: q: nihil aliud probāt/ niſi ꝙ talia flagella cedunt iuſtis ad meritū ⁊ gloriā. Sed nos videmꝰ ꝙ q̄dā iuſti flagellantur: ⁊ quidā nō: ideo ſemꝑ manet queſtio inſoluta. ſ. quare magis deus ꝑmittit flagellari vnū iuſtū q̄ aliū. Iō Boetiꝰ. v. de cōſolatiōe: pſa vltima/ putat hoc ſoluere dicēs: ꝙ ideo deꝰ magis ꝑmittit flagellari vnū q̄ aliū: q: ſcit ꝙ iſte patiēter tolerabit: ⁊ iſte forſan deficeret. Sꝫ parcat mihi reuerentia tāti viri: q: adhuc manet q̄ō inſoluta. Nā iſte iuſtꝰ nō poſſet talia flagella patiēter tolerare: niſi deus teneret manū eius dexterā ꝑ gratiā: vt dictū eſt in hoc pſal. ergo adhuc reſtat ſcire quare deꝰ dat iſti talē gratiā ⁊ nō illi. Et ideo dicit Auguſtinus libro ſuꝑ Malachiā: ꝙ iſta q̄ſtio eſt inſolubilis ⁊ inſcrutabilis nobis: immo de tali q̄ſtione melior eſt fidelis ignorātia: q̄ temeraria ſciētia. Et hoc idē dicit hic Dauid: Ad nihilū redactus ſum ⁊ neſciui: vt iumētū factꝰ ſum apud te. ad ſoluēdū ſupple iſtā queſtionē. Sed agit gratias q: deꝰ ſemꝑ tenuit manū eius per gratiā in perſecutionibꝰ. Ideo dat ſalubrē doctrinā: vt deo hereamꝰ ⁊c. Hoc idē videtur ſentire ⁊ referre Macrobius in Saturnalibus dicens. De Epicteto philoſopho nobili: q: is quoq; ſeruus fuit/ recētior eſt memoria: q̄ vt poſſit inter oblita neſciri: cuiꝰ etiā de ſe ſcripti duo verſus, referunt̄: ⁊ ea q̄bus illud latenter intelligas: nō oī modo dijs exoſos eſſe q̄ ī hac vita cū erumnarū varietate luctant̄: ſed eſſe arcanas cauſas: ad quas paucorum potuit curioſitas ꝑuenire. ¶ Prima ergo cōcluſio ſiue doctrina huiꝰ pſalmi eſt: ꝙ deꝰ licet permittat iuſtos ad tēpus flagellari: tn̄ bonus ⁊ fauorabilis eſt eis finaliter. ¶ Secūda: ꝙ licet deꝰ ꝑmittat malos ad tēpus proſperari: tn̄ finaliter punit eos: ⁊ ꝓſperitas cedit eis in dānum. Ex quo patet ꝙ deus eſt iuſtus iudex. ¶ Tertia: ꝙ oīs homo eſt ignorās vt iumentū ad inueſtigādā ⁊ ſoluendā ſupradictā queſtionē. ſ. quare deꝰ ꝑmittit bonos affligi a malis. ¶ Quarta ꝙ deꝰ nūq̄ deſerit iuſtū in ꝑſecutionibꝰ per gratiā: ſed ſemꝑ tenet manū eiꝰ dexterā ⁊c. ¶ Quinta ꝙ homo iuſtus nō debet amplius querere de iſta q̄ſtione: poſtq̄ deꝰ dat ſibi gratiā ī preſenti ad tolerāda flagella: et dat gloriaꝫ in futuro. vnde dictum eſt Paulo. Sufficit tibi gratia mea. ¶ Sexta q̄ poſtq̄ oēs q̄ elongāt ſe a deo pereunt ⁊ ꝑdunt̄ eternaliter: ergo melius eſt adherere deo ꝑ fidē ⁊ charitatē: ⁊ ponere ſpē in eo. Et in hac vltima cōcluſione cōſiſtit tota ſentētia huiꝰ pſal. ⁊ tota intelligentia eius ⁊ finalis intentio prophete.

Quare vnꝰ flagellat̄ ⁊ aliꝰ nō.

Nota.

**V**T quid deus repulisti in finem: iratus eſt furor tuus ſuꝑ oues paſcue tue?

Depen. d. j. c. taciturnitas. verſi. deus enim.

¶ Huic pſal. preponitur titulus Eruditio ſiue intellectus ipſi Aſaph. Uñ licet quidam dicant ꝙ Aſaph fecit hunc pſalmum: tamen beatus Hieronymus in epiſtola ad Fabiolam de māſionibus aſſerit Dauid feciſſe ipſum: cū allegando verſiculum huius pſalmi ait? Et dauid canit. tu ſiccaſti fluuios Ethan. et ideo eſt dicendum ꝙ Dauid fecit hunc pſalmum: et dedit ipſum cantandū choro ipſius Aſaph/ inquantum dirigitur vel loquitur de tota eccleſia. Qui quidē pſal. licet videat̄ facilis: eo ꝙ eſt totus hiſtoricus: tamen

Materia huius pſ.

ipſe eſt bene difficilis quātū ad determinatā mate
riā aſſignandā: ⁊ idō eſt maximū ſchiſma inter Hebreos de materia huiꝰ pſal. Nā qdā exponūt ipm̄
de vaſtatiōe Hieruſalē facta ꝑ Chaldeos/quā preuidit ꝓpheta in ſpū: ⁊ quidā de vaſtatiōe facta tem
pore Maccabeorū: quidā aūt de vaſtatione facta
ꝑ Romanos: ⁊ de captiuitate in qua modo ſunt: de
qua petunt liberari ꝑ meſſiam: quē falſo expectāt:
⁊ ſic non ſolū vnus contradicit alteri: ſed et vnuſquiſqꝫ contradicit ſibiipſi in proceſſu expoſitiōis
huius pſal. Et ideo ſpretis ineptijs eorū preſuppo
nēdo quīntā regulā de ſpū ⁊ litera/⁊ de duplici ſpi
ritu ꝓphetarū: prout fuit aſſignata in prologo: eſt
dicendū ꝙ Dauid q̄ fuit principiū ⁊ ampliator illiꝰ
regni ⁊ cultꝰ diuini et tēpli: deſiderās ſcire diſcurſum ⁊ durationē illius regni ⁊ ciuitatis ⁊ tēpli pre
uidit in ſpiritu ꝑ reuelationē qualiter ꝓpter peccata illius populi ciuitas illa cū tēplo primo erat
deſtruenda ꝑ Chaldeos: ⁊ poſtea reedificāda cū ſecūdo tēplo. Sed iterū ciuitas erat vaſtanda ⁊ affli
genda cū toto regno: ⁊ tēplū prophanādū ꝑ Antiochū de genere Grecorū: tēpore Maccabeorū. Sed
qꝛ preuidit in ſpiritu ꝙ Chriſtus in ſuo aduētu nō
ſolū erat liberaturus illū populū ⁊ totū mundū a
miſerabili ſeruitute pcti̅/ſed etiā de perſecutione
populi gētilis: inquātū iugo ſuo debebat ſubiuga
re totū populū gētilē: q̄ ſicut aūt pſequebaꝫ nomen
dei Abrahā/Iſaac/⁊ Jacob/⁊ legē Moyſi: poſtea il
le populus debebat ſubijci deo Abrahā ⁊ Iſrael: ⁊
defendere nomen dei Jacob: Ideo Dauid petit in
hoc pſalmo liberari de pplo gētili ꝑ aduētū Chriſti. Sed poſtea qꝛ ꝓuidit qualiter illa ꝑſecutio facta tpe Maccabeorū erat figura future ꝑſecutionis eccl'ie faciende ꝑ Mahometū ⁊ Antichriſtum:
ideo pariter petit liberationē eccl'ie Chriſti. et ſic
iſte pſalmꝰ currit ⁊ procedit in duplici ſpū ſcd̄m ꝙ
Dauid in perſona eccleſie petit liberari de duplici
perſecutione eccl'ie quā ꝓuidit in ſpū. Nā ipē petit
eccleſiā liberari ſcd̄m ſtatum veteris teſtamen. ab
vtraqꝫ afflictione tā ſpirituali q̄ tpali per primum
aduentū Chriſti: ⁊ etiā petit liberari ſcd̄m ſtatū noui teſta. de perſecutione Mahometi ⁊ Antichriſti.
Et idō ne cōfundanꝫ intellectus ſimpliciū lectorū
fiet duplex ⁊ diſtincta expoſitio huiꝰ pſal. ſ. vna de
vaſtatiōe illius ciuitatis ⁊ tēpli facta ꝑ Antiochū:
⁊ altera de vaſtatione eccl'ie noui teſt. facta ꝑ Mahometū: ⁊ faciēda ꝑ Antichriſtū: prout fuit figurata ꝑ primā. ¶ Quantū ergo ad primā expoſitionē
duo facit. Nā primo exponit ſuā vaſtationē et afflictionē. ſecūdo petit liberari ꝑ Chriſtū: ibi. Uſqꝫ q̄
dn̄e. ¶ Conqueritur ergo Dauid ⁊ dicit in perſona
illius populi fidelis afflicti tempore Maccabeorum. O deus vt quid repuliſti ⁊ oblitus es nos in
finē. i. totaliter: ⁊ iratus eſt furor tuus ſuper nos: q̄
ſumus oues paſcue tue? Ex hoc patet ꝙ iſta nō eſt
vox ppl'i exiſtētis in captiuitate babylonica ſicut
Judeorū quidā dicunt: qꝛ Dauid iam ꝓuidit ꝙ propter ſcelera ſua ⁊ peccatū idololatrie ille populꝰ
erat captiuandus: ⁊ ſic nō ignorabat cauſā illius
captiuitatis, ſed loquiꝫ in pſona Maccabeorū/et
aliorū fideliū qui affligebanꝫ. Et etiā hic propheta
nō querit cauſā quare deꝰ ꝑmittebat eos affligi:
qꝛ nunqꝫ defuerūt eis pctā ꝓpter q̄ merebanꝫ affli
gi. Sed cōqueriꝫ quare tanto tpe durabat illa afflictio: ⁊ quare meſſias tantum differebat aduētū

Expo-nit du-plici-ter.

ſuū ad liberādū eos: qꝛ videbaꝫ eos finaliter ⁊ totaliter repuliſſe: ⁊ obliuiōi tradidiſſe: ⁊ oues ſuas
refelliſſe: ⁊ abdicaſſe. Ideo Dauid vt moueat deū
ad miſericordiā: ⁊ vt mittat meſſiam ad liberādū
eos: cōmemorat bn̄ficia p̄terita. Nā delectaꝫ magnanimus in audiendo beneficia q̄ fecit: ⁊ magis
moueꝫ ad maiora: vt patet. iiij. Ethicorū. Et idō memoranꝫ maiora beneficia: ⁊ illa que erant figura future redemptionis. Ideo dicit.

**Memor eſto cōgregationis tue: quam poſ
ſediſti ab initio.**

**Redemiſti virgam hereditatis tue: mons
Sion in quo habitaſti in eo.**

¶ O dn̄e memēto ꝯgregatiōis tue. ſ. filiorū Iſrael:
quā cōgregaſti ⁊ poſſediſti ab initio. ſ. ab Abrabam
quē eduxiſti de Hur Chaldeorū: ⁊ poſtea de Meſo
potamia: ⁊ eduxiſti in terrā Chanaam: a quo iſta cō
gregatio habet originem. Et poſtea cōgregaſti iſtū
populū ex egypto in Ramaſſe. ⁊ ſic duxiſti ipſum ꝑ
deſertū: ⁊ multotiēs redemiſti virgam hereditatis
tue. ſ. ſceptrū ⁊ regnū Iſrael. Nā primo redemiſti ipſum de Egypriaca captiuitate. Secundo in mari
rubro. Tertio introduxiſti ipſū in terrā promiſſionis: ⁊ ibi redemiſti ⁊ liberaſti ipſū per multos iudices: ⁊ finaliter tēpore Samuelis dediſti ipſi virgam: ⁊ ſceptrum regale. Que virga ⁊ regnum multotiens fuit infeſtatū a regibus Aſſyriorum: ⁊ babylonioꝝ/⁊ egyptiorū: ſed finaliter ſemper redemiſti
⁊ liberaſti iſtā virgā ⁊ regnū hereditatis tue qui ē
mons Sion. ſ. Hieruſalē caput ⁊ ſceptrum regni in
quo habitaſti ꝑ ſpecialē cultū. Et nota ꝙ dicitur in
quo ⁊ in eo: qꝛ ad diuerſa referuntur. quaſi dicat: in
quo mōte ⁊ ciuitate habitaſti ⁊ habuiſti ſceptrum
tanqꝫ in capite regni: ⁊ habitaſti in eo. i. in tēplo ꝑ
ſpecialem cultū. Nā ciuitas erat ſedes ⁊ ſceptrum
regni: ⁊ tēplū ſedes ſacerdotalis: in quo tēplo erat
arca dn̄i ſedentis ſuꝑ cherubin. quaſi dicat. Tu donaſti liberā hereditatē iſti pplo. ſ. terrā ꝓmiſſiōis:
⁊ tēplū/⁊ regnū/⁊ oēs dignitates ſuꝑ ceteras nationes. Et notanter ſcd̄m Auguſtinū/ppl'm Iſrael vocat virgā hereditatis dei: eo ꝙ fuit figuratus per
illam virgā qua Moyſes fecit oīa miracula ⁊ ꝓdigia in Egypto/⁊ in mari rubro: ⁊ per totū deſertū.
Tranſlatio Hieronymi habet. Redemiſti ſceptrū
hereditatis tue: montem Sion in quo habitaſti: et
ſic eſt litera plana.

**Leua manus tuas in ſuperbias eorum in
finem: quanta malignatus eſt inimicus in
ſancto.**

**Et gloriati ſunt qui oderūt te: in medio ſolennitatis tue.**

¶ Hic petit liberari memorās inſtātes afflictiōes
⁊ dicēs. Leua manus tuas. i. potentiā tuā in finē. i.
finaliter: in. i. cōtra ſuꝑbias eorū. inimicorū infideliū. Et vide ſupple: quāta malignatꝰ eſt iſte Antiochus inimicꝰ ī ſancto. ſ. tēplo ⁊ pplo tuo ⁊ ſanctuario/vaſtādo/cedendo/polluendo ⁊c. Et qn̄o illi infideles qui oderunt te: gloriati ſunt ſe habuiſſe victorias in medio ſolennitatis. i. in medio tēpli ⁊ ciuitatis vbi celebrabanꝫ tue ſolēnes feſtiuitates. quaſi
dicat. in odium tui ⁊ vituperiū ⁊ cōtemptū iſta q̄
ſequuntur fecerunt. Nam primo.

Poſuerunt



**Poſuerunt ſigna ſua ſigna: ⁊ non cognouerunt ſicut in exitu ſuper ſummum.**

¶ Poſuerūt ſigna ſua: qꝛ Antiochus poſuit imaginē ſuā: ⁊ idolū Jouis olympij in medio tēpli vbi
celebrabātur ſolēnitates: ⁊ offerebanꝫ deo ſacrificia: etiam in ſignū captiōis. Et interponiꝫ nō cognouerūt. i. gētiles in oībus his deū non cognouerunt: nec timuerūt/nec cognouerūt ꝙ deꝰ ꝑmitteret iſta ex peccatis Judeorū: imo īputabāt ⁊ attribuebant victorie ſue. ⁊ debet ſic ordinari litera. Poſuerunt ſigna ſua in medio templo ſolēnitatis tue.
ſigna dico poſuerunt ſuper ſummum ⁊ turrim: et
arcē: ⁊ tēpli: ſicut in exitu: qꝛ bonus exitꝰ belli dicitꝫ victoria: ⁊ econuerſo. i. ſicut ſolet fieri in victoria: ſicut in exitu. i. tanqꝫ in victoriā: ſiue ad ſignū
⁊ in ſignū victorie. et in hoc non cognouerunt iſta
propter peccata populi permitti: imo proprie victorie et viribus attribuerunt.

**Quaſi in ſylua lignorum ſecuribus exciderunt ianuas eius in idipſum: in ſecuri ⁊ aſcia deiecerunt eam.**

**Incenderunt igni ſanctuariū tuū in terra:
polluerūt tabernaculum nominis tui.**

¶ Non ſolū poſuerūt ſigna ſua in tēplo ⁊ preſidio
ciuitatis: ſed etiā exciderūt ianuas eius. ſ. templi
et ciuitatis in ſecuribus: ſicut ſolēt excidi arbores
in ſylua lignorū ⁊ arborū: et in idipſum. i. ſimiliter
deiecerūt eā. ſ. ciuitatē in ſecuri ⁊ aſcia. vnde ſicut
ſecuris diciꝫ a ſecando: ita aſcia dicitur quaſi acuta et bene ſcindens ab acuendo. Et eſt inſtrumentum quo dolant fabri lignarij. ⁊ etiam incenderūt
ſanctuarium tuum ⁊ templum: ⁊ polluerunt in terra tabernaculum nominis tui. ideſt vbi nomē tuū
venerabatur et colebaꝫ polluerūt: qꝛ ibi poſuerūt
idolū Jouis olympij: ⁊ ibidē ſacrificarūt dijs ſuis

**Dixerunt in corde ſuo cognatio eorū ſimul
quieſcere faciamus omnes dies feſtos dei a
terra.**

**Signa noſtra nō vidimꝰ: iam nō eſt ꝓpheta: ⁊ nos non cognoſcet amplius.**

¶ Tota illa cognatio. i. generatio et concio infidelium dixerūt ⁊ ſimul in cōſilio ſtatuerunt: faciamꝰ
quieſcere et ceſſare a terra. i. de tota terra dies feſtos. i. ſolennitates ⁊ feſtiuitates quas deus in lege precepit. quaſi dicant. Prohibeamus ne Judei
ſeruent feſtiuitates ⁊ cetera legalia et precepta: ſꝫ
ſeruent ritus gentiliū. ſicut patet primo Maccabeorum per totū: et etiā. ij. Maccabeorum. vij. Sꝫ
iſta etiam verba ſunt verba illorū Judeorū q̄ apoſtatarunt tēpore Maccabeorum: qui dicebant: ꝙ
poſtqꝫ dimiſerāt legalia ⁊ ſeruabāt ritus gentiū:
euenerat eis proſperitas. Ideo ſequitur: ſigna noſtra antiqua non vidimus: ⁊ iam non eſt propheta
in Iſrael: nec deus cognoſcet nos amplius. quaſi
dicāt. Jam deus dimiſit illum populum et legem:
et prebet fauorem gentilibus. Ideo melius eſt eis
adherere.

**Uſquequo deꝰ improperabit inimicꝰ: irritat aduerſariꝰ nomen tuum in finem?**

**Ut quid auertis manū tuam: ⁊ dexteram
tuam de medio ſinu tuo in finem?**

**Deus autem rex noſter ante ſecula operatus eſt ſalutem in medio terre.**

¶ Hic petit non ſolū reſtaurationē ciuitatis: ⁊ tēpli ꝓphanati ⁊ polluti ꝑ Antiochū: ſꝫ etiā pricipaliter petit reſtaurationē: ⁊ liberationē totiꝰ generis humani vexati ꝑ diabolū: ⁊ ꝑ idololatriā. et idō
ſemꝑ currit duplex intelligētia in hac ſcd̄a parte.
Dicit ergo. O deꝰ vſquequo inimicꝰ diabolꝰ ⁊ populꝰ gētilis iproperabit nobis cōtēnēdo legē tuā: ⁊ aduerſariꝰ. i. ꝑ pl's gētilis irritabit nomē tuū dicēdo: ꝙ deꝰ Iſrael nō eſt potēs ad liberandū nos
de manibꝰ eorū: ⁊ proferēdo tibi deos ſuos? vt q̄d
auertis manū tuā. i. potētiā tuam ab eis? quaſi dicat. cur ceſſas eos punire: ⁊ adhibere manū et potentiā tuā ſuper eos: ⁊ auertis. i. nō mittis dexterā
tuā ⁊ potētiā de ſinu tuo in finem. i. finaliter et totaliter ꝯtra eos: vt punias totaliter eos? Et eſt modus locutiōis ꝯtra deſides: ⁊ ignauos: ⁊ ſecordes:
et inertes: q̄ nō curāt vindicare iniurias: q̄ dicunꝫ
habere manus in ſinu: nō mittentes eas cōtra hoſtes. quaſi dicat. Quare nō trahis manum de ſinu
tuo: vt mittas in hoſtes q̄ irritāt nomē tuū. ¶ Sꝫ
ego credo ꝙ hic lateat maiꝰ ſacramētū. Ad cuius
intelligētiā eſt aduertēdū: ꝙ Chriſtus diciꝫ manꝰ
dextera ipſiꝰ patris: vt dictū eſt ī prologo: qua pater exercet ſuā virtutē: ⁊ qua creauit mundū: ⁊ recreauit humanū genꝰ: ⁊ vicit diabolum. qui quidē
filius eſt deus ante ſecula: ⁊ verbū in ſinu patris.
Quare pater dicitur miſiſſe manum ſuam de ſinu
ſuo: quando miſit verbum in carnem: ꝑ quod liberauit genus humanū: ⁊ vicit diabolum: ⁊ ſubiecit
populū gentilem iugo fidei. Dicit ergo Dauid in
perſona totius corporis myſtici pro illo ſtatu. O
deus pater quid id eſt quare auertis a nobis manum tuam/non mittendo filium? ⁊ quarē auertis
dexterā tuā de ſinu tuo. i. quare nō mittis filiū tuū
de ſinu tuo: vt ſumat carnem ⁊ liberet nos? qꝛ ipſe
Chriſtus rex noſter qui eſt aū ſecula: qꝛ anteqꝫ mūdus fieret ipē erat v̄bū in principio: et verbū erat
apud deū: ⁊ deus erat verbū: per quem ex tempore
mūdꝰ ⁊ oīa facta ſunt. Itē inquātū rex noſter operatus eſt ſalutē in medio terre? Et ponitur p̄teritū pro futuro: ꝓpter certitudinē ꝓphetie: ⁊ ꝓpter
reuelationē iam ipi factā. Quaſi dicat. tu mihi reuelaſti in ſpiritu: ⁊ ꝑ figuras ſcripturarū ī ſpiritu
ꝓuidi qualiter iſte rex noſter Chriſtus/q̄ diciꝫ tua
manus dextera/eſt operaturꝰ ſalutem generis humani in Hieruſalem: que eſt in medio terre habitabilis. In medio dico ſecūdum latitudinē: qꝛ eſt
ſita quaſi in fine ſiue in medio quarti climatis: et
ſic dicitur eſſe in medio mundi. dico ſecūdū latitudinē: qꝛ diſtat ab equinoctiali quaſi triginta duobus gradibus: vbi Chriſtus crucifixꝰ eſt. quaſi dicat: poſtqꝫ hoc mihi reuelaſti/fac vt impleatur.

**Tu confirmaſti in virtute tua mare: contribulaſti capita draconum in aquis.**

**Tu confregiſti capita draconis: dediſti eū
eſcam populis Ethiopum.**

¶ Hic explicat myſteria in q̄bꝰ figuraliter Dauid
ꝓuidit redēptionē ⁊ liberationē nr̄am/⁊ excidium

diſt. ſ. c medic: na. ō cō ſe. di. ij. iterat.

E Chriſtꝰ dr manꝰ pris dextera.

Exodi. xiiij. ⁊. c. ſequentibus.

diaboli: ex qb⁹ aſſumit parabolā τ ꝓpoſitionē noſtrā τ excidiū diaboli. ¶ Ad cui⁹ intellectū eſt notandū: ꝙ illa virga cū qua Moyſes fecit miracula ī Egypto: τ diuiſit mare rubꝛū/ de qua ſupꝛa dictū eſt fuit figura ipſi⁹ xp̄i: τ xp̄s fuit figurat⁹ peā. Vn̄ ſicut illa virga fuit inſtꝛm̄ ꝑ qd̄ Moyſes fecit illa miracula in terris: vt ait Leo papa. Vn̄ qſi ꝑ oīa illa virga fuit figura xp̄i ī cūctis myſterijs: vn̄ per hāc Moyſes ꝑcuſſit aquas maris rubꝛi: et aq̄ fuerūt diuiſe ad modū muri firmi: ex vtraq̧ parte pꝛebētes viā ſecurā filijs Iſrael: vn̄ euaſerūt et liberati ſunt de Egyptijs. q̄ quidē virtus nō erat in virga ꝑncipal'r: ſed in virtute diuina exiſtēte in angelo: qui erat incluſus in nube. Ita pariter xp̄s ꝑ ꝯtactū carnis ꝓbuit virtutē regeneratiuā aq̄s ad baptiſmū nr̄m: per quā aquā baptiſmalem liberamur de captiuitate diaboli: τ trāſim⁹ ꝑ vndas huius mūdi: τ tēdim⁹ ī terrā viuentiū nobis ꝓmiſſaꝫ. Et ſic xp̄s nos ducit in patriā ꝑ aquas baptiſmales. Et ſic ſicut illemet aq̄ venerūt ſuꝑ pharaoneꝫ: τ Egyptios: τ ſuffocarūt eos: ita aq̄ pctōꝝ huius mūdi ſuffocāt hoīes in peccato oꝛiginali τ actuali niſi ſint ſanate τ fugate ꝑ virgā τ poteſtatem xp̄i.

H Egypcij dicuntur dracones.

¶ Unde nota ꝙ rex Egypti: τ oēs Egypcij dicunt̄ dꝛacones: eo ꝙ habitant inter aquas τ ꝓfuſiones aquarū ipſi⁹ nili. τ ſic Ezechi. xxix. appellat dꝛaconē regē Egypti/ dicēs. Dꝛaco magne q̄ excubabas in medio fluminū. Et ēt tota Egyptus dr̄ dꝛaco. Et magnates Egypti dicuntur capita dꝛaconis. Et iō qn̄ de⁹ ſubmerſit Pharaonē τ exercitū ei⁹ ī mari rubꝛo: dr̄ ꝯfregiſſe capita dꝛaconis ī aquis. quod fuit figura: ꝙ eodem modo xp̄s debebat confringere et ſubmergere diabolꝫ qui dr̄ dꝛaco: τ etiam ſubmergere capita dꝛaconis/ q̄ ſunt duo vitia capitalia/ ī aq̄s baptiſmalib⁹. Et ſic de⁹ dedit Pharaonē τ Egyptios coꝛuis nigris comedendos: q̄ coꝛui dicunt̄ ppl's τ multitudo Ethiopum .i. nigroꝝ. Illud fuit figura: ꝙ poſtq̄ xp̄s liberaſſet fideles per aquas baptiſmales: τ ꝯfregiſſet diabolū: τ ſepteꝫ vitia capitalia: tūc debebat cōgregare fideles ī eccleſiā ſuā: τ relinq̄re infideles diabolis comedendos. Et hoc eſt qd̄ dicit hic ꝓpheta: adducēs illud myſteriū in figura. Vn̄ ait. O deus tu confirmaſti in virtute tua mare. i. ad modū parietꝭ firmū ſtare feciſti: qn̄ Moyſes percuſſit aquas eum virga. Et poſtq̄ ppl's tu⁹ illeſus trāſiuit: tunc cōtribulaſti τ contriuiſti capita dꝛaconū. i. Egyptioꝝ in aquis. Et tu cōfregiſti capita dꝛaconis. i. magnates Pharaonis: τ dediſti ipm̄ dꝛaconē. ſ. regē Egypti cum magnatib⁹ ſuis/ in eſcā populis Ethiopū. i. coꝛuoꝝ nigroꝝ. Sꝫ q2 hoc fuit figura tui aduētus: ergo veni ī carnē: τ percute mare baptiſmale virga tue hūanitatis: τ libera nos: τ cōtribula τ cōfringe capita. i. vitia capitalia dꝛaconis. i. diaboli. quaſi dicat. Sicut tu ꝯtriuiſti τ cōfregiſti capita Egyptioꝝ in mari rubꝛo: ita cōfringe diabolū τ capita ei⁹ in baptiſmo ꝑ cōtactū tue carnis in Joꝛdane τ in tota eccleſia.

Pctm̄ oꝛiginale dr̄ caput dꝛaconis.

¶ Vn̄ nota ꝙ peccatū oꝛiginale dicitur caput dꝛaconis. i. diaboli: quo ꝑmo moꝛdet in noſtra libidinoſa generatione. Septem autē vitia capitalia ſunt capita in cauda dꝛaconis: qb⁹ moꝛdet hoīeꝫ ꝑ ꝓceſſū tꝑis: τ ī adulta etate. Et ſic baptiſm⁹ nō ſolū extinguit pctm̄ oꝛiginale qd̄ dr̄ caput: ſꝫ etiā actualia pctā: q̄ ſunt ſeptē capita ī cauda dꝛaconis. τ hoc eſt qd̄ ꝓphetice dicit Dauid de Chriſto ꝑ figurā interit⁹ Pharaonis τ ſuoꝝ in mari τc. Unde iſte dꝛaco magn⁹ diabol⁹ hꝫ ꝑmo tria capita. i. tria genera pctōꝝ. ſ. oꝛginale/ actuale/ et veniale/ quib⁹ moꝛdet genus humanū. Sed actuale diuidit̄ in ſepteꝫ vitia capitalia: ſiue ſeptē ſpūs nequioꝛes ſe: q̄ pꝛeſunt tanq̄ pꝛincipes ſeptē vitijs capitalib⁹/ τ oēs cōfregit Chꝛiſtus. Pꝛimo ꝑ virgā baptiſmi. Scd̄o per virgā pꝯſe. Ideo dicit tu confregiſti. τc. τ ſic ponit̄ figura ꝓ figurato in hac litera: τ pꝛeteritū ꝓ futuro: ſicut eſt mos Dauid in hoc pſalmo τ ceteris. Item ſequitur/

Exod. xvij.

**Tu dirupiſti fontes et toꝛrentes: tu ſiccaſti fluuios Ethan.**

¶ Quaſi dicat. tu de⁹ per Moyſen ꝑcutiēte rupē Oreb cuꝫ eadē v̄ga dirupiſti τ aperuiſti fontes et toꝛrētes emanātes de petra/ pꝛio ī Oreb. Exo. xvij. τ ſcd̄o ad aquas contradictionis. Numeri. xx. per qd̄ figuratū fuit ꝙ latus Chꝛiſti debebat percuti: τ lancea aperiri: τ ſanguis τ aqua ex eo emanare in remiſſionē pctōꝝ τ virtutē ſacramentoꝝ eccleſie. quaſi dicat. Sicut tu dirupiſti rupē in fontes τ toꝛrētes aquarū ad potādos et refrigerandos populos pereuntes: ita aperiat̄ lat⁹ tuū lancea: vt inde emanet ꝓtiū τ refrigeriū noſtrū τc. ¶ Tu ſiccaſti fluuios Ethā. Ad cui⁹ intellectū eſt aduertēdū: qd̄ ppl's Iſrael erat in Ethan qn̄ Pharao ꝑſequabat̄ eū: τ ꝑ littus Ethan intrauit Iſrael ꝑ ſiccū ad aliā partem deſerti ipſi⁹ Ethan vt ꝑꝫ in Exodo. Et ſic Dauid hic intelligit ꝑ fluuios Ethan: vndas τ fluctus marinos ipſi⁹ Ethan: quos ſiccauit Moyſes qn̄ ꝑcuſſit mare: τ apparuit via τ terra ſicca ī medio maris. Et ideo dicit: ſiccaſti fluuios. i. fluct⁹ et vndas fluētes maris τ littoꝛis Ethā. Qd̄ ad oſtendendū duo cōtraria fecit deus cū eadē virga. Nam ꝑcutiēdo rupē eduxit aquā de ſicco: τ ꝑcutiēdo mare ſiccauit ipm̄: faciēdo viā ſiccā in medio ei⁹. per qd̄ oſtēdit ꝙ Chꝛiſt⁹ per eandē virtutē τ potentiā pꝛebet gratiā: τ deſtruit pctm̄: τ refrigerat fideles: τ cōuertit diabolū τ obſtinatos: τ ideo vult dicere hic Dauid. Sicut tu dirupiſti fontes τ toꝛrētes de petra ꝑ eadē v̄gā ꝑcutiēdo: τ ſiccaſti mare τ fluctꝰ Ethan: ita pariter cū veneris in carnē/ ꝑ eandē virtutē paſſiōis ſaluabis fideles: τ domabis diabolū τ infideles: τ ꝓbebis grām: τ deſtrues pctm̄. Ethā etiā pōt eſſe nomē appellatiuū: τ interpꝛetat̄ foꝛtitudo. iō litera Hieronymi habet. Tu ſiccaſti flumina foꝛtia. ſ. in Egypto: τ etiā flumen Joꝛdanis: qn̄ introiuit Iſrael terrā ꝓmiſſiōis. Joſue. iij. τ nūc eſt eadem ſn̄ia myſtica τ ꝓphetica. quaſi dicat. Tu Chꝛiſte qui feciſti illa myſteria mirabilia figuraliter in teſtamēto veteri/ veni in carnem: τ fac ea q̄ per illa figurabant̄ ad noſtrā redēptionem τc.

**Tuus eſt dies: tua eſt nox: tu fabricatus es auroꝛam et ſolem.**

**Tu feciſti omnes terminos terre: eſtatem et ver tu plaſmaſti ea.**

¶ Quaſi dicat. tu feciſti diem τ noctē: τ fabricatus es auroꝛā τ ſolē. Et tu feciſti terminos terre. Nam terrā littoꝛib⁹ maris terminaſti: immo mare littoꝛib⁹ terre terminaſti: τ tu plaſmaſti eſtatē τ ver. Et ſic ptꝫ/ ꝙ tu feciſti celū quātū ad ambitū τ aſtra et ſolē τc. Et tu feciſti et diſpoſuiſti terram diuidendo aquā ab aq̄s. Et apparuit arida ad habitatōem hoīm terminata littoꝛib⁹ maris. Et ēt creaſti tēpus: τ diuiſiſti ipm̄ per eſtatē: τ ver/ τ hyemē/ τ autūnū/ vt ſuccēderēt τ durarent gn̄ationes τ coꝛruptiones: τ tolleret̄ faſtidiū hoīm: ne ſemper eſſent in eſtate aut hyeme. Iō plaſmaſti ver ad tēꝑandū hyemē: vt herbas τ fruct⁹ germinaret terra. Et formaſti eſtatē vt in ea oēs fruct⁹ maturarent̄. Nō aūt nominat autūnū nec hyemē: q2 potius faciūt ad coꝛruptionē. Sed tota illa creatio τ diſpoſitio vniuerſi: q̄ facta τ creata fuit in ꝑncipio ꝑ verbum: fuit figura noſtre regeneratiōis τ recreationis: vt patebit pſalmo. cōteſimo tertio. Ideo hoc adducit Dauid in figura. Quaſi dicat: ſicut tu creaſti totuꝫ vniuerſum in pꝛincipio/ τ diſtinxiſti/ τ diſpoſuiſti per partes τ per ſpecies et loca et tꝑa ſignificando noſtrā regenerationeꝫ: ita veni et imple opus noſtre regenerationis τ nr̄e redēptionis: pꝛout ibi figuratur.

Eccle. tria.

Unde ſicut in toto vniuerſo ſignant̄ tres partes. ſ. celū/ τ elemēta/ τ elementata: ita pariter in eccleſia aſſignātur tres partes. ſ. ſancti viri qui ſunt celū: τ ſapientes/ et doctoꝛes qui ſunt elementa: τ oēs ſimplices fideles qui ſunt elementata. Et ſicut in mūdo aſſignātur quatuoꝛ tēpoꝛa: ita pariter in eccleſia. Nā pꝛimum tēpus fuit hyems poſt peccatū Ade. Secundū fuit ver in lege Moyſi in quo tanq̄ in arboꝛe inceperūt myſteria generari. Sed tēpus gratie in aduētu xp̄i fuit eſtas: in qua fructus legis fuerūt maturi ad colligēdū. ſed tempus Antichꝛiſti erit autūn⁹: in quo folia eccl'ie cadent τc. Et iō pꝛopheta hic tacet hyemē τ autūnū: q2 ꝑ hyemē interp̄tat̄ pctm̄ Ade/ τ per autūnū tēpus filij ꝑditiōis: Sed noīat ver ꝑ qd̄ interpꝛetat̄ tꝑs vete. teſt. Et eſtatē: ꝑ quam ſignificat̄ tꝑs gr̄e. quaſi dicat. Tu de⁹ pſalmaſti τ creaſti legē veterē τ nouā: τ tꝑs legis τ tꝑs gr̄e. Et ſic etiā creaſti diē et noctē id eſt legē veterē τ nouā. Ideo ſicut tuus eſt dies. i. lex euāgelica τ tēpus gr̄e: ita tua eſt nox. i. lex vetus et tempus eius. Et hoc dicit cōtra Manichcos qui dicūt legem veterem non eſſe datam a bono deo. Et etiam dicūt ꝙ deus ſolum creauit creaturas incoꝛpoꝛeas et inuiſibiles. Et etiaꝫ per auroꝛā intelligit tempus legis ꝓpinquū Chꝛiſto: quādo ſol mittebat ſuos radios inter vmbꝛas noctis per Joānē Baptiſtā. Et per ſolē intelligit humanitatē xp̄i qui eſt ſol iuſtitie: per cuius ꝓſentiā factus eſt dies gratie. Ex ſupꝛadictis patet ꝙ Dauid omnia ſupꝛadictas adducit in figurā aduētus Chꝛiſti τ noſtre redemptionis: τ ſic ponit figuram pꝛo figurato. Nam oīa illa q̄ erant in Chꝛiſto implēda: fuerūt de facto in eo impleta. τ hoc petit Dauid in hoc pſalmo. Et ideo ſubdit/

**Memoꝛ eſto huius: inimicus impꝛoperauit dn̄o: τ populus inſipiens incitauit nomen tuum.**

**Ne tradas beſtijs animas cōfitentes tibi: τ aīas pauperum tuoꝛum ne obliuiſcaris in finem.**

**Reſpice in teſtamentuꝫ tuum: quia repleti ſunt qui obſcurati ſunt terre domibus iniquitatum.**

**Ne auertatur hūilis factus confuſus: pauper τ inops laudabunt nomen tuum.**

¶ Dn̄e Jeſu memoꝛ eſto hui⁹ figure. τ myſterij ſupꝛadicti: τ memoꝛ eſto huius ppl'i tui ad cōplendas figuras memoꝛatas: τ libera nos de manu: et īpꝛoperijs īſipeliū. Erit ne verū aut ſuſtinebis/ qd̄ inimic⁹ ppl's īfidelis īpꝛoperabit τ īpꝛoperia dicet dn̄o: τ ppl's infideliū īſipiēs īcitabit ad cōtumeliā τ vituperabit nomē tuū: h̄ dicit ꝓpheta cū īdignatiōe. Et ergo ne tradas. i. ne tradi ꝑmittas beſtijs. i. diabolo τ mēbꝛis ei⁹ beſtial'r viuētib⁹ aīas ꝯfitētiū tibi. Et appellat beſtias Antiochū τ Nicanoꝛē τ ſequaces eoꝝ: q̄ vaſtarūt τ deuoꝛarūt illā ciuitatē τ ppl'ꝫ tāq̄ beſtie: Sꝫ q2 de⁹ h̄ ꝑmittebat: iō ſubdit. Et ne in finē nec total'r obliuiſcaris aīas pauperū fideliū tuoꝝ: q2 īfideles expoliauerūt eos: et ne cōtēnas: ſed reſpice in teſtm̄ tuū ꝓbēdo fauoꝛē legi tue τ fidelib⁹ tuis expoliatis: qm̄ inimici tui q̄ obſtinati τ denigrati τ obcecati ſunt ꝑ auaritiā et infidelitatē τ cetera pctā/ repleti ſunt domib⁹ τ ceteris tꝑalibus bonis iniquitatū terre. i. bonis terrenis ꝑ iniq̄tatē τ rapinā τ violentiā acq̄ſitis. Lra Hieronymi hꝫ. Reſpice ad pactuꝫ: q2 repleti ſunt tenebꝛis terre habitatiōes iniq̄. τ tūc litera eſt plana. Rogo ergo ne fidelis populus tuus humilis auertat̄ τ pellatur a te factus cōfuſus: τ inaudit⁹/ τ deſolatus. Nā diuites huius mūdi nō laudabūt te: ſed iſte ppl's fidelis pauper τ inops laudabunt nomen tuū: τ colent te ſeruādo legem tuam.

**Exurge deus: iudica cauſam tuaꝫ: memoꝛ eſto impꝛoperioꝛum tuoꝛum: eoꝝ que ab inſipiente ſunt tota die.**

**Ne obliuiſcaris voces inimicoꝝ tuoꝛum: ſuꝑbia eoꝝ q te oderunt aſcendit ſemꝑ.**

xiij. q. vſ. c. h. q̄. τ. xx. q. v. ſi quis ē pe. diſ. iij. c. talis.

¶ Ergo Chꝛiſte exurge et veni in carnem: τ iudica cām tuā in nobis: τ defende eā contra inimicos: τ eſto memoꝛ īpꝛoperioꝝ tuoꝝ q̄ ab illo pplo inſipiente ſunt τ dicunt̄ τ ſiunt tota die cōtra te. Et ne obliuiſcaris punire voces τ blaſphemias inimicoꝝ tuoꝝ: qm̄ ſuꝑbia eoꝝ īſideliū q̄ te oderūt aſcēdit et creſcit ſemper. Nā q2 differs aduentū tuum τ punitionē ipſoꝝ: ideo blaſphemant dicētes deū Iſrael eſſe īpotētē: τ dicūt legē tuā eſſe vanam: in qua pꝛomittitur meſſias redēptoꝛ et liberatoꝛ. Et etiā ſuꝑbia et blaſphemia eoꝛum aſcendit ſemꝑ in celū cōtra te/ et creſcis in eis. ¶ Hec aūt expoſitio ſupꝛadicta licet ſit catholica et vera: inquantū Dauid inuocat Chꝛiſtū ex parte eccleſie ꝓ ſtatu veteris teſtamēti: vt veniat in carnē ad liberandū eos ſpiritualiter: et tempoꝛaliter: tamē allegat figuraꝫ ꝓ figurato: quia idē Jeſus qui liberauit gen⁹ humanū de poteſtate diaboli per moꝛtē τ paſſionē τ aquas baptiſmi ꝑoſt incarnationem: idēmet Jeſ⁹ eduxit populum de Egypto/ et traduxit per mare rubꝛū in figura noſtre redemptionis et regenerationis/ vt ait beatus Judas in ſua canonica. et ſic bene merito Dauid allegat figuram pꝛo figurato.

vaſtatio tēpli fuit figura vaſtationis eccl'ie.

Sed quia Dauid habuit multiplicē ſpiritū ꝓphetie: et plura ſimul videbat in ſpiritu de xp̄o τ eccleſia: quia pꝛophanatio et vaſtatio tēpli τ ciuitatis facta ꝑ Antiochum tꝑe Maccabeoꝝ fuit figura pꝛophanationis et vaſtationis eccleſie: q̄ facta eſt per ſectam Mahometicā: et fiet per Antichꝛiſtuꝫ: Ideo Dauid in ſpiritu pꝛophetico ꝓuidit omnes

ꝑſecutiones eccleſie vſq ad Antichriſtū in figura ꝑ captiuitatem Babylonie: ⁊ ꝑſecutione Machabeorū: ſicut etiā ꝓuidit Daniel. Et ideo eſt dicēdū: ꝙ Dauid ī hoc pſal. nō ſolū inuocat Chriſtū vt veniat in carnē ad liberādū illū populū de perſecutiōe infideliū: et totū gen⁹ humanū de poteſtate diaboli: ſicut Iſrael de Egypto: vt dictum eſt in ſupradicta expoſitiōe: ſed etiā inuocat Chriſtuȝ vt veniat in ſecūdo aduētu ad liberādū eccleſiā ſuaȝ iā ꝓſtratā de poteſtate Mahometi: ⁊ Antichriſti. Nā ipſi Dauid fuit reuelatus tot⁹ diſcurſus eccl'ie vſ. ad diē iudicij: vt frequēter dictū eſt. ⁊ ideo exponēd⁹ eſt iterū ſpecial'r iſte pſalm⁹ de ꝑſecutiōe Mahometi ⁊ Antichriſti: vt diſtincti⁹ intelligat̄. Duo ergo facit. Nā primo exponendo q̄relā / predicit ſtragē quā facturus eſt Antichriſt⁹ in eccl'ia: et ei⁹ p̄curſores de ſecta ſarracenica. Secūdo inuocat Chriſtū: vt veniat ad liberādā eccl'iaȝ de poteſtate Mahometi ⁊ Antichriſti: allegādo Chriſti oīpotentiā ibi. Uſquequo de⁹ īproperabit inimic⁹.

I. Quatuor cōditiones ad ꝯſtruēdum ⁊ deſtruēdū eccleſiā.

℃ Quātū ad primū: eſt p̄mo notādū ꝙ ſicut eccleſia Chriſti habuit quatuor cōditiones ſctōrum ad cōſtruendū: Ita habuit ⁊ habet quatuor ꝯditiōes inimicorū ad deſtruēdum. Nā primo cōgregarunt eā apl'i ꝑ ſuā predicationem et miracula. Secūdo martyres rigarunt eā ſanguine ſuo. Tertio doctores roborarunt eam declarādo ſacras ſcripturas. Quarto roborarūt eā ſancti viri cōfeſſores ⁊ religioſi ꝑ totā Egyptum / ⁊ Syriā / ⁊ Armeniā / ⁊ Meſopotamiā / et Perſiā / ⁊ Indiā / ex quorū exēplo et ſanctitate multi cōuerſi ſunt ad fidē: intantū ꝙ ab aſcēſione Chriſti vſq ad annū quaſi ſeptingēteſimū oēs natiōes mūdi ab India vſq Hiſpaniā / et ab Ethiopia vſq ī Scythiā / venerūt ad fidē Chriſti: ⁊ cōgregate ſunt in eccl'ia ſub iugo fidei ꝓ maiori pte. Ita pari modo ſurrexerūt quatuor conditiones inimicoruȝ quos ꝓuidit Daniel. vij. ca. ſ. figurā quatuor beſtiarū in mari magno cōtra eccleſiā Chriſti ad deſtruendā eā.

No. de q̄tuor beſtijs in mari.

Prima aūt beſtia fuit quaſi leena. Scda quaſi vrſus. Tertia q̄ſi pardus. Quarta terribilis ſine noīe / que oēs alias deuorauit. Per leenā intelligit̄ ꝑſecutio tyrannorū. Et ꝑ vrſum ꝑſecutio hereticorū. ꝑ pardū autē ꝑſecutio Sarracenorū: q̄ incepit poſt Heracliū imperatorē circa annos dñi. d. cc. q̄ ſecta ideo dicit̄ quaſi pardus / ꝓpter varietatē nationū beſtialiū: q̄ eā receperunt. Nā tres nationes magis viles ⁊ beſtiales q̄ erant in mūdo receperūt ſectā Mahometicā. ſ. Arabes: Turci / et Tartari / ⁊ vna pars Ethiopum. Scdo dicit̄ ſilis pardo ꝓpter diuerſitatē hereſiuȝ: quas cōtinet in ſe illa ſecta: q2 fuit conficta ex multis ⁊ diuerſis hereſibus q̄ tūc laborabāt ī Arabia. puta ex hereſi virili q̄ dicebat Chriſtū eſſe purum hoiem: ſȝ in eo habitare diuinitatē patris: et cōcedebat ipſuȝ eſſe genitū ex ſpiritu ſctō ipſi⁹ patris. Et etiā ex hereſi Jacobitarū qui ſeruāt circūciſionē. Et ex hereſi Manicheoruȝ q̄ dicebāt Chriſtum nō vere mortuū ⁊ paſſum realiter: ſed in apparentia. Et ex hereſi Montanorū q̄ dicebant Chriſtum poſt Antichriſtum et reſurrectionē generalem regnaturum mille annis in libertate: ⁊ felicitate carnali cum ſuis. Unū dicūt Sarraceni ꝙ de⁹ ad hoc creauit ⁊ genuit Chriſtum ex ſpū ſuo: vt debellet ⁊ interficiat Antichriſtū in fine dierū: ⁊ iudicet mūdū / et regnet in hoc mūdo per mille annos. poſtea cū ſuis ⁊c.

℃ Unde ex his quatuor falſis aſſertiōibus ⁊ hereſibus eſt cōficta lex mahometica: vt ptȝ in ſuo Alcorano. Et ideo deſignat̄ ꝑ tertiam beſtiā que dr̄ pardus ꝓpter diuerſitatē colorum. Iſta tertia beſtia conata eſt deſtruere totā eccleſiā: intātū ꝙ ſub ſuo dñio ſubiugauit totā Scythiā: ⁊ maiorē partē indorū / ⁊ totā Parthiā / et Aſiā / ⁊ Perſiā / et Syriā / ⁊ Chaldeā / ⁊ Medeam / ⁊ oēs Armenias / et minorē Aſiā / ⁊ Greciā / ⁊ Syriā / ⁊ Arabiā / et Egyptū / et quaſi totā Ethiopiā / et Aphricā. Et reduxit eccleſiā Chriſti ad vnū angulū mūdi in parte ipſi⁹ Europe.

R. Tercia beſtia ſarracenorum.

Quarta beſtia terribilis expectat̄: ꝑ quā deſignat̄ Antichriſtus. Iſta quarta beſtia dicitur ceteras tres deuoraſſe: eo ꝙ oēs alias debet trahere ad ſe: et ſequētur eū. Nā ipſe Antichriſt⁹ erit circūciſus: vt trahat ad ſe Judeos ⁊ ſarracenos: ⁊ finget ſe ſeruare vetus teſtamētū ⁊ etiā legē Mahometicā in pte: niſi ꝙ totaliter negabit Chriſtuȝ: eo ꝙ dicet ſe eſſe meſſiam in lege ꝓmiſſuȝ. Et erit hypocrita ⁊ heretic⁹. Et cū armis oīm ſupradictarū beſtiarū impugnabit eccleſi. Unū q̄cq̄d ab alijs relictū eſt: iſte vaſtabit. Et ſic dicunt cōiter doctores: ꝙ oēs tres beſtie priores. ſ. tyrāni ⁊ heretici ⁊ ſarraceni ſunt ⁊ fuerūt p̄curſores ātichriſti. Et ſic ꝑſecutio illorū aſcribit̄ antichriſto i ſacra ſcriptura. Sed ipſe cōſummabit̄ vaſtationē ⁊ ꝑſecutionē eccl'ie. Et hāc ꝑſecutionē. ſ. antichriſti ⁊ ſuorū precurſorū q̄ ſunt ſarraceni / p̄dicit et deflet propheta Dauid in hoc pſal. put ꝓuidit in ſpū: et fuit erudītus a ſpū ſctō: et ſic pro maiori parte p̄dicit̄ ꝑſecutio Mahometi precurſoris antichriſti in hoc pſal. Dicit ergo Dauid in pſona eccl'ie Chriſti. O deus. thō Chriſte / vt quid. i. quare repuliſti eccleſiā tuā in finē. i. total'r ſiue a principio vſq in finē ꝑmiſiſti eccl'iā vexari ꝑ has quatuor beſtias ſucceſſiue: et iratus eſt furor tu⁹ ſup nos q̄ ſum⁹ oues paſcue tue: quos in ppl'm et ꝓprias oues elegiſti: et q̄bus in ſancta eccl'ia legē euāgelicā ⁊ eccl'iaſtica ſacramēta in paſcuā et paſtū p̄ paraſti: Ideo ne derelinquas eas: ſȝ memor eſto ꝯgregatiōis. i. eccl'ie tue: quā cōgregaſti ab initio tui aduētus: p̄rio ex duodecim apl'is: et ſeptuaginta duobus diſcipulis: et ſic paulatim eam ex Judeis et gētilib⁹ adunaſti: ⁊ poſſediſti / et magnā feciſti.

Eccl'ie cōgregatio.

Et redemiſti virgā. i. ſceptrū hereditatis tue. i. totā eccleſiā ex fidelib⁹ congregatā: q̄ dicit̄ ſceptrū ⁊ regnum hereditatis tue: et dicit̄ mons Sion per diuinā cōtemplationē: in quo mōte et hereditate tua habitaſti ab initio tui aduentus. Leua ergo manus et potentiā tuā in ſuperbias eorū inimicorū infideliū / Judeorū / ⁊ tyrānorū et hereticorū / et Sarracenorū / et ſequaciū antichriſti qui eā perſequunt̄. Nā quāta malignatus eſt. i. quāta mala fecit: et cōmiſit cuȝ malitia ppl's infideliū inimicus in ſancto. i. in ſanctuario et eccleſia tua: q2 infideles tyranni ⁊ Sarraceni: q̄ tuo oderunt ⁊ gloriati ſunt in medio ſolēnitat̄ tue. i. in medio eccleſiarū: vbi celebrant̄ ſolennitates ⁊ feſtiuitates tue: q2 eas ꝓphanarūt cōmittēdo turpitudines et abominatiōes ī eccleſijs: ⁊ faciēdo eas meſquitas vbi laudat̄ ſcrilegus et inmūd⁹ Mahometus. Et poſuerūt ſigna. i. vexilla ſup ſummū et ſummitates eccl'iarū in exitus. i. ī ſignū victorie et ꝓſperitatis. Signa dico poſuerūt et nō cognouerūt deū et dñm: ſed inuocabāt nomen ſacrilegi Mahometi in ſignū victorie. Hoc p̄dicit ꝓpheta



pſal. fact⁹ eſt in pſona ppl'i Judeorū exiſtētis ī hac captiuitate expectātis liberari ꝑ meſſiā: quē falſo ⁊ fruſtra expectāt: q̄ eſt factur⁹ vltionē de xp̄ianis ⁊ ceteris gentib⁹ / q̄ affligūt eos in hac captiuitate. Ideo dicit iſte popul⁹. O deus qn̄ tu miſeris meſſiā ⁊ liberauerit nos de hac captiuitate: tūc ꝯfitebimur tibi ⁊c. Sȝ q2 ſcda expoſitio eſt erronea / inquātū tollit tps aduētus meſſie: ⁊ prima eſt inutilis inquātū illud qd̄ eſt ſpūale expectat tpale: Id dicēdū ſcdȝ catholicā / ⁊ verā intelligētiā ꝓphete et eccleſie: ꝙ Dauid p̄uidēs in ſpū gaudiū fideliū de aduētu meſſie / ⁊ bñficio nr̄e redēptiōis: ⁊ preuidēs futurū iudiciū / ⁊ punitionē faciēdā per xp̄ȝ de perſecutorib⁹ eccleſie / ⁊ de tranſgreſſoribus legis euāgelice. fecit hunc pſalmū / orās ne deus ꝑmittat diſperdi populū ſuū: ſed faciat vltionē de ꝑſecutoribus eius / in qua oratione forſan habuit certitudinē de aduētu meſſie / ⁊ punitione faciēda de iniq̄s. Ideo introducit ppl'm fideliū dicens. O xp̄e deus nos cōfitebimur tibi. i. laudes dabimus tibi. Primo ꝓpter bñficiū incarnationis / ⁊ noſtre redēptiōis: quia nos a peccato et perpetua captiuitate liberabis. Secūdo confitebimur tibi quia de diabolo et inimicis eccleſie facies vindictā / ⁊ vltionē / ⁊ inuocabimus nomen tuum quod eſt Jeſus.

Cum acc. tē. i. c. tps. fr̄. ꝑ pen. pſal. ij. ſ. nō ē pſonā.

**Narrabimus mirabilia tua: cū accepero tēpus ego iuſtitias iudicabo.**

℃ Et tūc etiā cōfitēdo narrabim⁹ mirabilia tua: et p̄dicabimus myſteriū incarnatiōis / ⁊ natiuitatis ⁊ predicatiōis / ⁊ miraculorū operatiōis / et mortis ⁊ paſſionis / et reſurrectionis / ⁊ aſcenſionis ⁊c. q. d. tūc agemus gratias / ⁊ celebrabimus feſtiuitates in memoriā horū bñficiorū ⁊c. Cū accepero tēpus. ℃ Hec eſt ſcda pars huius pſal. in qua loquit̄ xp̄s in lege ꝓmiſſus / q̄ locutio pōt cōtinuari cū ſupradictis verbis. Primo ꝙ Dauid dicat. O xp̄e deus nos cōfitebimur tibi ⁊c. eo ꝙ ꝑ reuelationē dixiſti mihi oīa verba ſequētia. ſ. cū accepero tp̄s ego iuſtitias iudicabo ⁊c. Uel pōt dici ꝙ iſte pſal. eſt quidā dialogus / in quo Dauid dicit in pſona totius eccleſie / cōfitebimur tibi de⁹ ⁊c. Sed poſtea xp̄s rn̄dēs dicit verba ſequētia. ſ. cū accepero ⁊c. q̄nocūq intelligat̄: xp̄s eſt ille qui loquitur in hac ſecunda parte / vbi xp̄s tria facit. Nā primo ꝓmittit venire in carnē ad iudiciū diſcretiōis. Scdo ꝓmittit dare legē iuſtificantē ꝓhibētē oēm violentiā ⁊ iniuſtitiā. Tertio ꝓmittit facere vltionē de ſupbis ⁊ tranſgreſſorib⁹ / ⁊ ꝑſecutorib⁹ legis euāgelice. Scdȝ ibi Dixi iniq̄s. Tertiū ibi. Q2 neq ab oriente.

Xp̄s accepit tē pus q2 fact⁹ ē homo.

℃ Quantū ad p̄mū eſt aduertēdū ꝙ xp̄s q̄ eſt verbū p̄ris / ⁊ de⁹ ab eterno cōſubſtātialis patri / cū ſit eternus ⁊ ſupra oē tp̄s fact⁹ eſt tpalis / et mortalis formaȝ ſerui accipiens. Et ſic accipiendo carneȝ accepit mortalitatē: ⁊ accepit tp̄s: q2 fact⁹ ē hō tpalis ⁊ mortalis: ī qua forma dedit nobis legē euāgelicam. Et in eadē forma dȝ mūdū iudicare / ī qua iudicatus eſt a Pilato. Et hoc eſt qd̄ dicit hic xp̄s rn̄dēdo voto eccl'ie dicēs: Tu Dauid ⁊ vos oēs fideles dicitis ꝙ nō ꝑmittā eccleſiā diſpdi: et ꝙ confitebimini mihi ⁊c. Et ego dico vobis / ⁊ ꝓmitto ꝙ cū accepo tp̄s. i. cuȝ aſſumpſero carnē hūanā / et effect⁹ fuero tpalis et carnalis ⁊ mortalis: et venero in carnē: ego tūc iuſtitias q̄s petitis iudicabo. Primo ꝑ iudiciū diſcretionis. Scdo ꝑ iudiciū examinatiōis / ⁊ retributiōis / ⁊ punitiōis: q2 puniā veſtros ꝑſecutores: ⁊ liberabo et reſtaurabo eccleſiam meam: et fideles meos.

**Liquefacta eſt terra ⁊ oēs qui habitāt ī ea: ego confirmaui colūnas eius.**

xliij. di. ſi. i. c. ſi rector.

℃ Hic explicat modū hui⁹ reſtauratiōis. Ad cuius itellectū eſt notādū / ꝙ corda hoīm añ xp̄i aduentū maxime corda gētiliū erāt dura et lapidea ꝑ ſuperbiā: ſȝ xp̄s fecit ea carnea / et liq̄fecit ea ꝑ hūilitatē ea doctrinā euāgelicā / et fidē / et charitatem. Itē ex alia pte caro hoīm erat liq̄facta et fragilis / ⁊ prona ad cadēdū ⁊ peccādū: ſȝ xp̄s firmauit colūnas eius. i. fortificauit vires aīe ꝑ fidē / ⁊ charitatē / ⁊ gratiaȝ ⁊ eccl'iaſtica ſacr̄a ⁊ per doctrinā legis euangelice. Itē tota eccl'ia fuit in p̄ncipio etiā fragilis. Nā in paſſiōe relicto xp̄o oēs fugerūt: et Petr⁹ ad voceȝ vni⁹ ancille ter negauit xp̄m: et in illis diebus oēs apl'i / et diſcipuli erāt in cenaculo abſcōſi / ⁊ congregati ꝓpter metū Judeorū. Sȝ xp̄s miſit ſpm̄ ſctm̄ in eos / qui erant columne eccl'ie fragiles: et ſic xp̄s cōfirmauit / et fortificauit colūnas eccl'ie. et ſic xp̄s in ſuo aduētu liquefecit / et mollificauit dura: et cōfirmauit / et fortificauit fragilia ꝑ fidē et eccleſiaſtica ſacr̄a. Dicit ergo xp̄s / qn̄ ego veni in carnem tota terra. i. oēs qui habitāt in ea / erat liq̄facta ⁊ fragilis: et oīa corda hoīm erant diſſoluta et corrupta in moribus: et hoc nō ſolū in ppl'o gentiliū: ſȝ etiam iudaico: ſed ego cōfirmaui colūnas eius: ne totaliter caderēt in ruinā. Nā cōſtitui. xij. apoſtolos / ⁊ ſeptuaginta diſcipulos: et eos in fide ſolidaui: ⁊ hos feci colūnas: ſup quos ſuſtētat̄ eccleſia.

hō fragilis ſolidatur ꝑ chriſtum.

Et iſti predicarunt legē euāgelicā: et cōuerterūt oēs gentes ad fidē / et liberarūt gen⁹ hūanū de magna ruina: ⁊ texerunt oēs fideles ſub vno tecto eccl'ie. Et ſic nūq̄ iſta eccleſia ruet: nec totaliter cadet: quia ego cōfirmaui colūnas eius per duodecim apl'os / et per duodecim articulos fidei / et per ſeptem eccleſiaſtica ſacramēta: ⁊ per legem et precepta euāgelica.

**Dixi iniquis nolite inique agere: ⁊ delinquētibus nolite exaltare cornu.**

xv. q. ſ. vlt. c. vlti. et xxiij. q. ſ. cap. ſi peccatus.

**Nolite extollere in altū cornu veſtrū: nolite loqui aduerſus deum iniquitatem.**

℃ Hic Chriſtus ſpecialiter ꝓmittit dare legē euāgelicam per quam firmatur eccleſia / et diſcernitur ppl's fidelis ab infideli. Et ponit preteritum ꝓ futuro ꝓpter certitudinem prophetie ſecundum morem ſuum. Unde dicit. Ego confirmaui columnas eccleſie / non ſolum per apoſtolos et diſcipulos: ſed etiam per legem euangelicam. Naȝ ego in lege euāgelica dixi et precepi iniquis et violentis et iniuſtis: ne perſequantur iuſtos et pauperes / et ſimplices: immo dixi: Nolite inique agere contra deum ⁊ proximum: et etiam dixi delinquentibus / et tranſgreſſoribus et ſuperbis / nolite exaltare cornu ⁊ faſtigium ſuperbie: quia dedi preceptum de iuſtitia ⁊ humilitate: vt patet Matth. v. ⁊ ſ. v. ⁊ vij. ⁊ per totum diſcurſum euangeliciū: q2 nil aliud precipitur / niſi charitas dei / ⁊ proximi: et humilitas: quia qui ſe humiliat exaltabitur: ⁊ qui ſe exaltat humiliabitur. Ideo dixi. Nolite extollere cornu. i. ſtatū ⁊ dñiū veſtrū in altū in dictis aut factis: et nolite loq̄ iniquitatem. i. blaſphemiā / aut dolū / aut mendacium aduerſus deū. Nam qui loquitur mēdaciū contra primū: etiam offendit deū: et ſic prohibetur omne

dictū aut factū contra deū ⁊ ꝓximū ſi: ⁊ in hoc conſi ſtit tota lex euangelica: ⁊ etiam lex ⁊ prophete. Bꝫ hoc magis explicatur in lege euāgelica Matth. v. ⁊. vj. ⁊c. Et iſta lex euangelica nō ſolum obligat Iudeos/ſed oēs nationes/⁊ conditiones hominum: ⁊ oēs regiones/⁊ terminos terre: ideo ſubdit comminando punitionē tranſgreſſoribus hic temporaliter/⁊ in futurum eternaliter/dicens.

arg. xij. q̃. ij. c. cum de notiſſimā. xxiij. q. v. §. vlti. Quia neqꝫ ab oriente neqꝫ ab occidente neqꝫ a deſertis montibus: quoniam deus iudex eſt.

Hūc humiliat ⁊ hūc exaltat: quia calix in manu dñi vini meri plenus mixto.

Et inclinauit ex hoc in hoc: verūtamē fex eius non eſt exinanita: bibent omnes peccatores terre.

¶ Nemo putet ſe excuſari ab hac lege / nec putet fugere punitionē: ſiue faciat ſecrete/ſiue palā: qꝛ deus nec deficit ab oriente/neqꝫ ab occidēte: neqꝫ a montibus Scythie/⁊ Ethiopie: qm̄ deus iuſtus iudex vbiqꝫ eſt preſens/⁊ nulli loco deeſt. Eſt notanter nominat orientē ⁊ occidentē/⁊ nō aquilonē nec auſtrum: qꝛ per deſertos montes intelligit aquilonem ⁊ auſtrum. Et ratio eſt: nā in parte aquilonari ſunt montes Sarmatici vltra ſeptimū clima: qui quidē montes ſunt deſerti propter frigus ⁊ perpetuū gelu. Et quia vltra ſexagīta quinqꝫ gradus ab equinoctiali/dū ſol eſt in ſcorpione/⁊ in capricorno ſemper eſt nox ſine luce: eo ꝙ per illos duos menſes ſol eſt ſub horizonte eorum: per oppoſitum in Ethiopie mōtibus eſt ſemper eſtus: ⁊ terra reddit inhabitabilis. Sed ſi aliqui habitāt tā in mōtibus deſertis Ethiopie/ꝙ̄ in montibus Sarmaticis: adhuc illi ſunt ſub dei iudicio: ⁊ omnes illos/⁊ iſtos qui habitant in media terra temperata. ſ. inter ſecūdū/⁊ ſeptimū clima deus iudicat ſecundum ſua demerita: hic tēporaliter ⁊ in futuro eternaliter. Ideo ſubdit: Hunc humiliat. ſ. ſuperbū/⁊ hunc. ſ. humilem exaltat: ſicut humiliauit Pharaonem/et Nabuchodonoſor. Et exaltauit Darium/et Cyrū/⁊ Dauid ⁊c. Et vnde proueniat hoc: ſubdit cauſā potentie dei dicens: quia calix in manu domini ⁊c.

N triplex calix in ſcriptura. ¶ Ad cuius intellectū eſt notandū/ꝙ triplex calix legitur in ſacra ſcriptura. Primus calix paſſionis Matth. xxvj. Tranſeat a me calix iſte. Et poteſtis bibere calicem ⁊c. Secundus eſt calix punitionis. pſal. x. Ignis ſulphur ſpūs ꝓcellarū pars calicis eorum. Itē Apo. xiiij. Hic bibet de vino ire dei / qḋ mixtū eſt mero in calice ire ipſius. Itē Apoc. xvij. Date illi calicem vini indignationis ire dei. Tertiꝰ calix eſt fruitionis ⁊ glorie. pſalmo. xv. Dominꝰ pars hereditatis mee et calicis mei. Item pſalmo. xxij. Calix meus inebrians. Item Eſa. lv. dicit de calice punitionis. Conſurge Hieruſalem que bibiſti de manu dñi calicē ire eius. Et ſic tot modis dicitur vinum. ſ. paſſionis/et punitionis/⁊ fruitionis. Et ſic ſecūdo modo ſumit hic calix ⁊ vinum. ſ. ire ⁊ punitiōis. cū dr̄ calix in manu dñi vini meri plenꝰ mixto. Vñ calix iſte quo deus potat pctōres eſt plenus mixto. i. quadā mixtura. Nā hꝫ in ſummo vinū proſperitatis/⁊ in fundo feces aduerſitatis ⁊ dānationis ⁊ pene eterne: iō pctōres ⁊ ſupbi bibunt in hac vita vinum proſperitatis de hoc calice: ſed in fundo reperiunt fecē/⁊ vinū damnationis eterne. Per oppoſitū iuſti: qꝛ bibunt in hac vita calicē paſſiōis et perſecutionis: ideo in fundo reperiunt vinū fruitionis et glorie. ideo dixit Chriſtus Mat. xx. Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum: vt ſedeatis ad dexteram in regno meo? Et ideo ait Luce. xxij. Vado vobis parare regnū: vt edatis et bibatis ſuper menſā ⁊c. De vtroqꝫ ergo calice poteſt intelligi iſte verſus. Primo de calice paſſionis/qui habet vinum aduerſitatis/⁊ amaritudinis in ſummo: ⁊ vinū glorie in fundo. vt ſit ſenſus: qꝛ calix paſſionis eſt in manu dñi. ſ. calix vini meri plenus mixto. i. mixtura paſſionis cū gloria fruitionis. Vel poteſt intelligi/⁊ manifeſtius calix retributionis: vt ſit ſenſus/in manu domini eſt calix retributionis plenus meri vini et mixto: cum quo deus retribuit bonis et malis. Nam merum purū eſt pro bonis: ſed mixtura que eſt in fundo eſt pro reprobis. Et ſic poteſt eſſe ille calix ratione dantis ⁊ iudicis. Et iſtum calicem ire et retributionis deus inclinauit ex hoc in illud. i. ex hoc peccatore in illum: quia omnibus peccatoribus dat potum de iſto calice punitionis. Verūtamen fex eius. ſ. fex punitionis nōdum eſt exinanita et vacuata: immo ex ipſa bibēt omnes peccatores terre. Nā ſicut gloria dei nunꝙ̄ euacuabitur pro iuſtis: ita ira dei nunꝙ̄ euacuabitur pro damnatis: qꝛ ſemper calix ire dei habet aliquid fecis ad puniendos iniuſtos.

Ego autem annunciabo in ſeculum: cantabo deo Jacob.

Et omnia cornua peccatorum confringā: et exaltabuntur cornua iuſti.

¶ Iſta poſſunt eſſe verba Chriſti in perſona corporis myſtici: vel ſunt verba ipſius eccleſie dicentis: oēs peccatores terre bibēt de iſto calice punitiōis ⁊ ire dei. autē pro ſed/ego annūciabo et predicabo iuſtitiā et iudicium dei in ſeculum: et cantabo deo Jacob/agendo gratias de punitione facta de perſecutoribus: cantabo dico/hoc eſt per membra et fideles meos. Et confringam omnia cornua/⁊ ſuperbias peccatorum: eis dñium/⁊ regna/et vitam auferendo/⁊ a dignitatibus eijciendo/et in infernum detrudendo/et cornua/et honores iuſti populi chriſtiani exaltabuntur hic per gratiam/⁊ in futuro ꝑ gloriā. Hoc fuit impletum. Nam poſt deiectionem Diocletiani ⁊ Maxētij/⁊ aliorum tyrannorū: eccleſia fuit exaltata etiam temporaliter: vt ptꝫ in eccleſiaſtica hyſtoria. Et Dauid coniungit finem cū principio: quia ibi dixit/confitebimur tibi deus/cōfitebimur. ⁊ hic dicit. Ego aūt in ſeculum cantabo ⁊c. Et dat rōnē quare: qꝛ oīa cornua peccatorū cōfringam: eos deijciendo ⁊ puniendo: eo quod perſecuti ſunt eccleſiā. Et cornua populi iuſti exaltabunt: eo ꝙ patienter perſecutiones propter fidem et iuſtitiam tolerarunt: et ſic ſuperbi humiliati ſunt: et humiles exaltati per chriſtum: eo ꝙ iſti ſeruarunt legem Chriſti ⁊ illi non. Unde nota ꝙ licet iſta confractio ⁊ depreſſio peccatorum: et exaltatio iuſtorum fiat continue in hoc mundo occulto dei iudicio: in nouiſſimo die fiet publice et in manifeſto: et ſic de vtroqꝫ iudicio poteſt intelligi iſte pſalmus/ſicut dictum eſt pſalmo nono.



Nota. Nā qñ Sarraceni capiebāt ciuitates Chriſtianorū ponebāt vexilla eorū ſup turres ⁊ cāpanilia eccleſiarū in ſignū victorie: ⁊ inuocabāt magnis vocibus pſeudo ꝓphetā Mahometū. Et ſic fecerunt ꝑ totā Egyptū ⁊ Aphricā: ⁊ etiā hoc fecit Turcus/in Cōſtātinopoli in tēplo ſctē Sophie. Et qñqꝫ ex eccleſijs nr̄is: vt plerūqꝫ faciebāt Meſqtas/ad adorandū ſcōm. nefandū ritū eorū. Et. qñqꝫ eccl'ias incēdebāt igni: ⁊ cū ſecuribꝰ frāgebāt ianuas earū. Ideo ſubdit. Quaſi in ſylua. i. ſicut ſolet fieri i ſyluā qñ fabri ⁊ carpētarij deijciūt ⁊ ſcindūt arbores ⁊ ſecuribꝰ: ita in idipm̄. i. ſimil'r exciderūt iſti ſacrilegi Sarraceni ⁊ Turci ianuas eiꝰ. ſ. eccl'ie ſecuribꝰ: ⁊ ſimiliter deiecerūt eā. ſ. eccleſiā in ſecuri et aſcia: qḋ eſt inſtr̄m ad ſcindēdū ⁊ dolādū ligna. Et nō ſolū nō ſufficiebat eis dꝫ ijcere ⁊ diruere eccl'ia: ſꝫ et incēderūt igni ſanctuariū tuū: ⁊ polluerūt tabernaculū noīs tui in terra. Hoc dicit qꝛ quaſdam eccleſias ꝓſternebāt: ⁊ quaſdā incēdebant igni: et quaſdā prophanabāt cōmittēdo in eis turpitudines: aut polluebant faciēdo ex eis Meſquitas eorum ad adorandū. Et notanter dicit in terra: qꝛ tabernaculum dei qḋ eſt in celo nemo poteſt polluere. Itē tabernaculum nois dei ꝓprie eſt hūanitas Chriſti/q̄ ſedet a dextris dei: qḋ tabernaculum nemo poteſt polluere. Et ideo licet infideles ꝓphanent ⁊ polluāt eccleſias materiales in terra: tñ in hoc nō ledit Chriſtꝰ in celo. Vñ qꝛ ſarraceni ⁊ turci ſatagūt et conant total'r auferre verū cultū dei a terra: cū ꝓhibēt cāpanas ſonare: imo total'r auferunt: ⁊ ex eis faciūt machinas et tormēta q̄s vulgariter bōbardas vocāt/ad muros ciuitatū diruēdos: ⁊ nō ꝑmittūt feſtiuitates Chriſti publice celebrari. Et hoc crudeliꝰ ⁊ vehemētiꝰ faciet Antichriſtus. Iō ſubdit ꝓpheta/cognatio eorū. ſ. Antichriſtus/⁊ ſarraceni/⁊ turci ꝑcurſores eiꝰ dixerūt/⁊ decreuerūt ſimul in corde ſuo: faciamus quieſcere a terra dies feſtos dei: ne ampliꝰ celebrent in honorē Chriſti. ſ. diē natiuitatis/⁊ feſtū reſurrectionis/et aſcēſionis ⁊c. imo cogūt chriſtianos laborare in die dñico ⁊c. ſicut manifeſte videmꝰ facere iſtū turcū in ciuitatibꝰ/quas cepit a xp̄ianis. ¶ Signa noſtra. Ad cuius intellectū eſt notādū ꝙ multi mali xp̄iani: ⁊ ſimplices vidētes ꝓſperitatē ſarracenorū/et victorias eorū/et vidētes ꝑ oppoſitum deiectionē xp̄ianorū/nō cōſiderātes ꝙ iſta eueniunt ex nr̄is demeritis ⁊ pctis/qꝛ deus punit chriſtianos malos tēporaliter cū inimicis infidelibꝰ: putāt ꝙ deꝰ totaliter dimiſit eccleſiā/⁊ ppl'm chriſtianorū/tanꝙ̄ reprobatum: ⁊ diligit infideles: ⁊ ita multi facti ſunt ſarraceni negātes nomē xp̄i: ⁊ ita tp̄e Antichriſti ꝓ maiori parte oēs auari ⁊ voluptuoſi ſequent eū. Hoc ꝓuidēs Dauid dicit in ꝑſona illorū apoſtatarū: Iā nō vidimus ſigna nr̄a. i. miracula q̄ deus ſiue xp̄s ſolebat facere in fauorem fideliū in primitiua eccl'ia. Et iā non eſt in mūdo aliquis ꝓpheta/⁊ ſanctꝰ homo miſſus a deo ſicut ſolebat fieri/qui ꝑdicet nobis: imo oēs eccl'iaſtici ſunt dediti ſupbie/⁊ ambitioni/⁊ auaritie/⁊ voluptatibus. Et ſic nō eſt q̄ nos rephēdat. Hoc ergo eſt ſignū ꝙ deꝰ iā nō cognoſcit ampliꝰ/nec curat de ſua eccl'ia ſequamur ergo ſectā ſarracenicā aut Antichriſtū. Et hoc videmus manifeſte. Nā maior pars exercitus ipſiꝰ turci/vel ſunt chriſtiani/ vel apoſtate ex chriſtianis facti mahometani propter fauorem.

Vſquequo deus. In hac ſecunda parte cōquerit cetus fideliū remanētiū apud Chriſtum allegādo eiꝰ oīpotētiā dicēs. O Chriſte deꝰ vſquequo iſte inimicꝰ. ſ. Mahometꝰ ⁊ Antichriſtꝰ improperabit tibi ⁊ eccl'ie tue: ⁊ iſte aduerſariꝰ Antichriſtus irritat ⁊ cōtēnit nomē tuū qḋ totaliter conat de terra delere? vt quid. i. quare O xp̄e auertis manū tuā/quin punias eū/et auertis dexterā tuā in finē. i. totaliter de medio ſinu tuo. i. q̄re nō abſtrahis manū tuā de ſinu tuo: ⁊ excitas potētiā tuā ꝯ eū? quare ꝑmittis regnare tantū iſtū ſacrilegium Mahometū/⁊ iſtū Antixp̄m filiū ꝑditiōis? ⁊ quare nō punis eos/⁊ das finē perſecutiōibus eccleſie tue? Et ad hoc allegat oīpotētiā xp̄i dicēs. Tu hoc potes facere ſupple ſicut feciſti maiora quodā. Nā tu rex noſter q̄ es deꝰ aū ſecl'a/opatꝰ es ſalutē nr̄e redētiōis in medio terre. ſ. Hierl'm: q̄ eſt ſita in medio terre habitabilis nr̄e: vt dictū eſt. Nā ibi fuiſti crucifixus/et ſepultus: ⁊ reſurrexiſti/ et oīa ſacra eccleſiaſtica inſtituiſti/⁊ ſpm̄ ſctm̄ in apl'os miſiſti. Itē tu cōfirmaſti mare aquarū baptiſmaliū in virtute tua. Primo per cōtactū tui corporis dādo aq̄s virtutē regeneratiuā. Scḋo dando virtutem eis ꝑ exitum ſanguinis ⁊ aque de latere tuo. Et ſic cōtribulaſti in aq̄s baptiſmalibꝰ/⁊ penitētialibus capita draconum. i. oīa ſeptē vitia capitalia. Nā oē pctm̄ delet baptiſmꝰ ⁊ pnīa. Itē tu cōfirmaſti etiā mare Galilee in virtute tua/qū ſiccis pedibꝰ ſuper aquas ambulaſti: ⁊ Petrū ſup aquas ad te venire iuſſiſti: ⁊ qū mare ⁊ vēti obediuerūt tibi. Itē tu cōfregiſti capita draconis. i. diaboli ꝑ legē euāgelicā et eccl'iaſtica ſacra: ⁊ dediſti ipſum draconē. i. diabolū i eſcā populis Ethiopū. i. peccatoribꝰ. ¶ Ad cuius intelligentiā eſt notādū/ꝙ reges ⁊ ꝑncipes gentiū/⁊ tyranni ꝑſecutores eccl'ie dicebant capita draconis. i. diaboli/in quibꝰ diabolꝰ dñabat toti mūdo ꝑ idololatriā: ⁊ ꝑ quos diabolus ꝑſeq̄bat ⁊ cruciabat martyres: ſed iſta capita cōfregit xp̄s in aquis baptiſmalibꝰ tp̄e magni Conſtātini/⁊ eiectis idolis omnes reges ſubiecit iugo fidei/⁊ dedit ipm̄ diabolū comedēdū popl'is Ethiopū. i. iudeis/⁊ ceteris infidelibꝰ ꝑ infidelitatem ⁊ pctā denigratis. Vñ pctā/⁊ diabolus ſunt eſce ipſis infidelibus ⁊ pctōribus. Nam honores ⁊ dignitates ſunt eſca ſupborū/et pecunie/⁊ diuitie ſunt cibꝰ ⁊ eſca auarorū: ⁊ voluptates eſca luxurioſorū. ⁊ ſic de ſingulis. oīa iſta cōtēpſerūt xp̄iani/qū abrenūciauerūt diabolo: ⁊ pōpis eiꝰ: ⁊ reliquerūt ea popl'is iudeorū: qui ꝓpter iſta mundana noluerunt xp̄m recipere: ⁊ iō iſta ſunt in eſcā Judeis: ⁊ ſarracenis: ⁊ ceteris infidelibꝰ: et ingratis ꝑ pctm̄: nobis aūt relict in eſcā eccl'iaſtica ſacra: qꝛ ſumꝰ oues paſcue eiꝰ. Et nota ꝙ ſicut diabolus/cū ſuis ſeptē vitijs eſt eſca hoīm terrenorū: ita pariter hoīes terreni ſūt eſca diaboli. vñ ſicut ſupbi comedūt honores: et auari bona tpalia: ⁊ pecūias male acq̄ſitas: ⁊ luxurioſi comedūt voluptates carnales: q̄s diabolꝰ eis ꝑſuadet: ita poſt mortē diaboli cōmedūt terrenos et auaros ⁊ luxurioſos in inferno: qꝛ oēs iſti ſicut oues in iferno poſiti ſunt: ⁊ mors depaſcet eos pſal. xlviij. Et ideo dixit deꝰ ſerpenti antiquo. Geñ. iij. Terrā comedes oībꝰ diebꝰ vite tue. i. hoīes terrenos et peccatores. q. d. ſicut homines terreni comedūt terrena in hac vita: ita tu comedes eos poſt mortē in iferno

xxiij. q. j. noli.

Eccl'ie ꝑſecutores dicebātur capita draconis.

hoīes terreni ſūt eſca diaboli.

no. Et ſic ptꝫ qualr̄ diabolꝰ eſt eſca hoīm terreno-
rū ⁊ ecōuerſo. Itē Job. xl. Ecce. Behemoth quē feci
fenū q̄ſi bos comedet ⁊c. Et h̄ eſt qđ ait hic ꝓpha
dicēs. Tu cōfregiſti capita draconū: ⁊ dediſti eum
eſcā ppl'is Ethiopū ⁊c. Et ſeq̄tur. Tu dirupiſti fon-
tes ⁊ torrētes. q. d. ſicut quōdā dirupiſti/ et abſtra-
xiſti fōtes ⁊ torrētes aq̄rū q̄n ꝑcuſſiſti petrā Oreb
⁊c. ita tu ꝑcuſſiſti corpꝰ ⁊ latus tuū in paſſione: vn̄
fluxerūt aq̄/ ⁊ fontes/ ⁊ torrētes eccl'iaſticoꝝ ſacra-
mētorū ad nr̄am redēptionē ⁊ ſalutē. Et ſicut ſicca-
ſti flumina in Egypto: ita ſiccaſti fluuios Ethā. i.
fluuios fortes aquarū. i. ꝑſecutionum tyrannoꝝ/ et
imperatorū: q̄n eoꝝ potentiā exſiccaſti/ ⁊ extīxiſti.
Et ſiccaſti etiā oīa flumina cerimonialia legis ve-
teris: ⁊ totū pſalmū ppl'i iudaici: q̄n eiꝰ hoſtiam/ et
ſacrificiū/ ⁊ regnū/ ⁊ ſacerdotiū abſtuliſti. Item tu
xp̄e licet appareas nunc in humanitate: tn̄ tu idē
es ille qui tūc feciſti in figura oīa illa ſigna ⁊ ꝓdi-
gia: q̄ fecit Moyſes in Egypto. ⁊ in mari rubro/ ⁊
in deſerto. Sed poſtea poſt incarnationē ipleuiſti
oīa ſupradicta/ q̄ tūc fuerunt figura: quia lꝫ nūc rex
noſter apparēs in humanitate: tn̄ tu es deꝰ an̄ ſe-
cula: q: in principio erat verbū: ⁊ deꝰ erat verbum
⁊c. ⁊ oīa ꝑ te facta ſunt tanq̄ ꝑ verbū. Ideo tuꝰ eſt
dies: ⁊ tua eſt nox: ⁊ tu Chriſte fabricatus es auro-
rā ⁊ ſolem: ⁊ tu feciſti terminos terre ⁊c. Et nota ꝙ
hoc verbū fabrico cū ſimilibꝰ pōt eē cōmune in ſe-
cūdis/ ⁊ tertijs ꝑſonis: ꝑut ptꝫ hic: q̄n dicit Tu fa-
bricatus es aurorā ⁊c. Si ergo tu xp̄e es ita oīpo-
tens: q: oīa ꝑ te creata ſunt/ ⁊ feciſti oīa illa ſigna
⁊ ꝓdigia in veteri teſta. ⁊ poſtea in no. teſta. feciſti
maiora. ſ. oīa myſteria nr̄e redemptionis ⁊c. ergo
memor eſto huius gregis/ ⁊ eccl'ie tue/ ⁊ non ꝑmit-
tas eā perire: q: inimicꝰ tuꝰ Mahometꝰ imꝓpe-
rauit. i. iꝓperia multa fecit dn̄o: ⁊ ppl's incipiēs
ipſius Antichriſti incitauit nomē tuū: q: totaliter
conatꝰ eſt delere nomē tuū de terra/ ⁊ blaſphema-
re ipſum: incitauit etiā totū mūdū ꝯ nomē tuū: et
fideles tuos diuerſis tormētis afflixit. Rogo ergo
ne tradas aīas pauperū xp̄ianorū cōfitentes tibi
iſtis beſtijs. ſ. Mathometo. ⁊ Turco/ ⁊ Tartaro/ et
Antixp̄o deuorandas: et ne obliuiſcaris finalr̄/ et
totaliter aīas pauperū tuoꝝ/ q: ſatis ꝑmiſiſti eos
affligi. ¶ Et dicunt̄ beſtie Mathometꝰ cum ſuis ⁊
Antixp̄s: p̄mo ꝓpter vitā beſtialē ⁊ voluptuoſam.
Scđo ꝓpter imanitatē ⁊ crudelitatē quā exercent
et exercebūt in xp̄ianos/ et maxime Antichriſtus
q̄ ſimul erit tyrānus/ ⁊ hypocrita/ ⁊ hereticus: ⁊ ſic
habebit oēs ꝓprietates aliarū beſtiarū eccleſiam
ꝑſequētiū. Et ideo dr̄ ſilis Pardo. i. Mahometo:
⁊ habere pedes Urſi: ⁊ ſic erit hypocrita ⁊ draco.
Et dicit̄ habere os Leonis: ⁊ ſic erit tyrannus. Et
etiā ꝑ iſtā beſtiā pōt intelligi ſpecialr̄ iſte Maho-
metus ꝑcurſor Antichriſti. Chriſtiani vero dicunt̄
pauperes: eo ꝙ ꝓpter bona ſpūalia/ ⁊ tp̄alia reliq̄-
runt. Et dicunt̄ etiā pauperes: q: Antixp̄s/ ⁊ Ma-
hometꝰ xp̄ianos bonis tēporalibus expoliabūt/ ⁊
ſuos ditabūt. et iđ ſubdit. O Chriſte reſpice in te-
ſtamētū tuū/ ⁊ legē tuā euāgelicā: q̄m ſarraceni et
ſeq̄ces Antixp̄i q̄ obſcurati ſunt/ ⁊ denigrati ſunt
in ſecta mahometica/ ⁊ Antixp̄i: repleti ſunt/ ⁊ di-
tati domibꝰ iniq̄tatū terre. i. domibꝰ/ ⁊ bonis tp̄ali-
bus ſeu diuitijs terrenis/ q̄s cū iniquitate ⁊ rapina
acq̄ſiuerūt/ ⁊ nobis abſtulerūt iniuſte ⁊ iniq̄. Bona
tp̄alia ⁊ rapinā ablata dn̄r domꝰ/ ⁊ bona iniquita-

Mahometꝰ ⁊ ſui dicunt̄ beſtie.

tū. i. ꝑ iniq̄tatē/ ⁊ iniuſtitiam ablata. Bona ēt tp̄alia
dicunt̄ domꝰ ⁊ vaſa iniq̄tatū: q: i eis includit̄ oīs
iniq̄tas. ſ. iniuſtitia/ ⁊ rapīa/ ⁊ fraus/ ⁊ dolꝰ: iđ dn̄r
māmona iniq̄tatum. Subdit ergo. O Chriſte rogo
ne pl's xp̄ianꝰ factꝰ ꝯfuſus auertat̄/ ⁊ deijciatur ⁊
cōtēnat̄ factus ꝯfuſus. Et nō ꝑmittas iſtm ꝯfundi:
ſꝫ libera eū de ore beſtiaꝝ ſupradictarū: vt hono-
ret te. Nā ſupradicti diuites ⁊ raptores nō lauda-
būt te: imo blaſphebabūt: ſꝫ ſolꝰ ppl's chriſtianus
pauꝑ ſine bonis tp̄alibꝰ/ ⁊ inops ſine hūane auxi-
lio laudabūt nomē tuū: ⁊ ꝯfitebunt̄ fidē catholicā.
Sꝫ hoc nō poterūt facere/ niſi adiuueris eos. Er-
go exurge/ ⁊ veni ne videaris dormire/ ⁊ iudica cāꝫ
tuā/ ⁊ iniuriā ꝯ te factā. Et eſto memor iꝓperio-
rū tuorū/ q̄ facta ſunt tota die/ ⁊ ꝑ totū tp̄s ꝑſecu-
tiōis ab incipiēte Antixp̄o: ⁊ interfice ipꝫ ſpū oris
tui: ꝑut dicit Apl's. ij. ad Theſſa. ij. Et moriat iſta
beſtia: ⁊ ne obliuiſcaris voces blaſphemie inimi-
coꝝ tuoꝝ: tam Mahometi q̄ Antixp̄i: q̄rū ſupbia
eoꝝ q̄ te oderūt/ ⁊ blaſphemarunt ſemꝑ: aſcēdit in
celū ad aures dei pr̄is/ ⁊ ēt ſemꝑ aſcēdit. i. creſcit.
q. d. veni ⁊ deſtrue. P̄mo ſectā mahometicā. Deinde
ſectā Antichriſti cū ſuo auctore: q̄ eccl'iam tuā afflixe-
rūt/ ⁊ nomē tuū blaſphemarūt. Et ēt tota iſta vl-
tima ꝑicula pōt referri ad vltimū iudiciū/ ad qđ
Chriſtꝰ veniet cum ptāte magna/ ⁊ maieſtate/ ⁊ iu-
dicabit ſupradictas beſtias. ſ. Mahometū ⁊ Anti-
chriſtū/ cū oībꝰ ſequacibꝰ ſuis/ ⁊ cū oībꝰ īfidelibꝰ/
⁊ īpenitētibꝰ. Et mittet eos in ſtagnū ignis īferni:
vt ptꝫ Apoca. xix. Paupes aūt xp̄ianos q̄ perſecu-
tionē paſſi ſunt ꝓpt̄ iuſtitiam fidei ducet xp̄s in re-
gnū pr̄is: vt ptꝫ Apoca. xx. ⁊ Matt. xxv. Et iđ dicit
Dauid. Exurge deꝰ ⁊ iudica cām tuā ⁊c. ¶ Tota er-
go ſnīa huiꝰ pſal. ſm ſcđam expoſitionem eſt ꝙ Da-
uid ꝓuidit in ſpū imanē ꝑſecutionē eccl'ie xp̄i per
mahometū/ ⁊ Antichriſtū finalr̄ faciēdā. Et iđ inuo-
cat xp̄m: vt veniat ad liberādum oues ſuas de ore
iſtaꝝ beſtiaꝝ duaꝝ. Un̄ i ꝑſona eccl'ie dicit. O dn̄e
Jeſu xp̄e poſtq̄ tu creaſti iſtas oues/ ⁊ ab īitio tui
aduētꝰ iſtū gregē ꝯgregaſti/ ⁊ multiplr̄ redemiſti/
⁊ de ore draconis ꝑ baptiſmū liberaſti: libera ergo
ipm ppl'm finalr̄ de manu iſtarū duarū beſtiarū. ſ.
Mahometi ⁊ Antichriſti: ⁊ in finali iudicio puni
perſecutores eccl'ie in cruciatū eternū: ⁊ glorifica
pauperes tuos in vitā eternā. que quidem petitio
implebitur per interitum ipſius Antichriſti.

## Confitebimur tibi deus: confitebimur et inuocabimus nomen tuum.

¶ Titulus/ Victori ſiue ad victoriam/
ſiue i finē ne diſꝑdas/ pſal. ipſi Aſaph.
Ex titulo ptꝫ/ ꝙ Dauid fecit hūc pſal. dirigēs nos
in xp̄m q̄ eſt finis legis. Et cantabat̄ cū oī conatu
ꝑ chorū ipſiꝰ Aſaph: eo ꝙ dirigit̄ toti eccl'ie: vt fre-
quēter eſt declaratū. Et addit̄ ne diſꝑdas: eo ꝙ ꝓ-
pheta in ꝑſona totiꝰ eccleſie rogat deū: ne ꝑmittat
eccleſiā diſꝑdi ꝑ infideles. Iſte pſal. ab aliq̄bꝰ He-
breis/ ⁊ ēt catholicis exponit̄ de ppl'o Iſrael redeū-
te de captiuitate Babylonica/ ⁊ dicēte. Confitebi-
mur tibi deꝰ ꝯfitebimur: q̄n egreſſi fuerimꝰ ab hac
captiuiate. Et narrabimus mirabilia tua: eo q̄ fa-
cies iudiciū/ ⁊ punitionem: ⁊ vltionem de inimicis
nr̄is: vt ptꝫ ꝑ totū diſcurſum pſal. inq̄tū deꝰ ꝓmit-
tit facere vīdictā ⁊c. Sed Rabi Chābi dicit: ꝙ iſte

## De celo auditum feciſti iudicium: terra tremuit ⁊ quieuit.

## Cum exurgeret in iudicium deꝰ: vt ſaluos faceret omnes manſuetos terre.

¶ Tu chriſte terribilis es/ ⁊ quis reſiſtet tibi: q. d.
nullus poſſet tibi reſiſtere. Nā tūc ex ira tua audi-
tū feciſti iudiciū de celo: ⁊ terra tremuit: ⁊ poſt q̄
q̄n Chriſtꝰ deus ⁊ homo reſurgeret in iudicio:
ſaluos faceret oēs māſuetos terre. Nā ecce ter-
remotꝰ factus eſt magnus q̄n ſurrexit: ⁊ ſurrexit
ad iudiciū damnatorū/ ⁊ ſupborū/ ⁊ mundanoruꝫ/
⁊ ad ſalutē manſuetorū. Et ideo dicit vt ſaluos fa-
ceret oēs manſuetos terre ⁊c. q: reſurrectio Chri-
ſti fuit ſalus ⁊ reſurrectio māſuetorū. Sed eſt ad-
uertendū: ꝙ hic nō ſolum loquit̄ de reſurrectione
Chriſti tūc facta: ſed etiā de reſurrectione vniuer-
ſali futura: ⁊ de vltimo iudicio. Nā nō ſolū mors ⁊
reſurrectio Chriſti facta eſt in Hieruſalē: ſed etiaꝫ
vltimū iudiciū ⁊ vniuerſale fiet ī valle Joſaphat.
Nā Chriſtꝰ veniet cū poteſtate magna ⁊ maieſta-
te/ ⁊ erit in aere ſupra montē Oliueti/ vbi erat q̄n
aſcendit in celū/ ⁊ oēs apoſtoli qui dicunt̄ mōtes
eterni erunt ſedentes ſup ſedes duodecim circum-
quaq;: ⁊ oēs ſancti erunt in aere cū eo ſupra mōtē
Oliueti/ ⁊ oēs iudicādi erunt in terra in valle Jo-
ſaphat/ q̄ eſt inter ciuitatē Hierl'm ⁊ mōtē Oliueti.
Nā Chriſtꝰ mittet primo angelos ſuos cuꝫ ſonitu
tube/ ⁊ vocabunt oēs mortuos ad iudiciū. Et ſic cū
magno terremotu infernus/ ⁊ mare/ ⁊ terra dabūt
mortuos ſuos. Et ſic recuperatis corporibus oēs
erunt ante tribunal iudicis. Et ideo dicit ꝓpheta.
O Chriſte tu terribilis ⁊ potēs es: nā q̄s reſiſtet ti-
bi: q. d. nullus. Nā tūc in nouiſſimo die ex ira tua
cōcitata cōtra malos auditū feciſti. i. facies iudi-
ciū: ⁊ tota terra tremuit: primo ꝓcedentibꝰ illis
quindecim ſignis terribilibꝰ ante aduentuꝫ Chri-
ſti ad iudiciū/ q: erūt ſigna in ſole/ ⁊ luna/ ⁊ in ma-
ri: ⁊ in terra ⁊c. Luc. xxi. Sꝫ poſtea terra quieſcet
cū exurget deꝰ in iudiciū/ vt ſaluet oēs māſuetos
terre: ⁊ damnet ſupbos ⁊ obſtinatos. ⁊ ad hoc ideꝫ
poſſunt referri oīa q̄ ꝓcedunt. ſ. illuminās tu mira-
biliter a montibꝰ eternis turbati ſunt oēs inſipiē-
tes corde. q: tūc oēs viri diuitiarū nihil inuenient
in manibꝰ ſuis ⁊c. Bene ergo illa ciuitas vocata ē
Hierl'm. i. viſio pacis: q: ibi Chriſtꝰ deꝰ in carne vi-
ſus: ⁊ notus/ ⁊ mōſtratꝰ eſt. Primo ꝑ p̄dicationem
⁊ miracula. Scđo ibi viſus eſt pati ⁊ mori: ⁊ ſic ibi
pacificauit nos cum patre in ſanguine ſuo. Tertio:
q: ibi reſurrexit ⁊ aſcendit in celū/ ⁊ miſit ſpirituꝫ
ſanctum in diſcipulos. Quarto ⁊ vltimo: q: ibi fiet
vniuerſale iudicium/ ⁊ videbit̄ in poteſtate magna
⁊ maieſtate. ⁊ ſic notus eſt in Judea/ ⁊ terra Hieru-
ſalem: ⁊ in monte Sion realiter ⁊c.

## Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: ⁊ reliquie cogitationis diēꝫ feſtuꝫ agent tibi.

¶ In hac ſcđa ꝑte p̄dicit diuinū cultū latrie debi-
tum Chriſto a fidelibꝰ ꝓ beneficio redēptionis/ et
oīm ſupradictorū: q̄ ſoli deo cōueniūt. ¶ Ad cuius
intellectū eſt primo aduertēduꝫ: ꝙ cogitatio hoīs
⁊ interna cōſcientia/ ⁊ deuotio cōtēplando miracu-
la ⁊ myſteria q̄ fecit Chriſtꝰ/ credit ipſum eſſe deuꝫ
⁊ hoīem mediatorē ⁊ meſſiam in lege ꝓmiſſum. Et
ſic cōfitetur Chriſto dādo cultū latrie. Et ex tali fi-
de ipſa eccl'ia mota eſt ad ordinandas feſtiuitates
de myſterio incarnationis/ ⁊ natiuitatis/ ⁊ paſſio-
nis/ ⁊ reſurrectionis/ ⁊ aſcenſionis ⁊c. in q̄bus fe-
ſtiuitatibus damus latriam Chriſto. ſ. hymnos ſi-
ue carmina/ ⁊ offerimus munera. Tertio adoramꝰ
ipſum adoratione latrie: ⁊ ſic colimus Chriſtū tri-
plici honore. Etiā ordinauit eccl'ia feſtiuitates per
ſucceſſionē tēporis. Ex quo ptꝫ/ ꝙ prima cogitatio
hoīs dicit̄ fides interna/ q̄ precedit oēm bonā opa-
tionē: ⁊ ꝑ quā mouemur ad colēduꝫ Chriſtū. ſed re-
liquie cogitationis ſunt effectus fidei. ſ. cultus di-
uinus. Et hoc eſt quod dicit propheta. vnde ait.
quoniā. i. propter cauſas ſupradictas et beneficia/
que tu Chriſte operatus es in Judea et Hieruſa-
leꝫ: que myſteria nullus poteſt operari niſi deus:
ideo propter hanc cauſam cogitatio hominis fide-
lis. i. fides interna confitebitur tibi dando diuinos
honores: et confitebitur te eſſe deum dignum cul-
tu latrie. Et reliquie cogitationis: ſcꝫ effectus fi-
dei/ ⁊ oēs fideles ſequentes fidē/ ⁊ doctores. eccl'ie
qui ſunt reliquie cogitationis interne fidei: agent
tibi/ ⁊ ordinabūt dies feſtos ad cultū diuinū dedi-
catos. ſ. feſtū incarnatiōis/ ⁊ natiuitatis/ ⁊ infan-
tie ⁊ reſurrectionis ⁊c. in q̄bꝰ feſtiuitatibꝰ exerce-
bit eccl'ia diuinū cultū in memoriā ſupradictorum
myſteriorū ⁊ b̄nficiorū. Litera aūt Hieronymi ha-
bet. Meror hoīs cōfitebit̄ tibi. ⁊ tūc ideꝫ eſt qđ cō-
tritio hoīs cōfitebit̄ peccata ⁊c. Sed q: cōfeſſio eſt
triplex. ſ. peccatorū/ ⁊ fidei/ ⁊ laudis: ideo pōt intel-
ligi de qualibet cōfeſſione. Nā interna cogitatio/
⁊ fides confitet̄ Chriſto/ primo fidem que precedit
omnem actum virtutis. Secūdo cōfitetur dando
laudes ⁊ gratias agendo. Tertio confitetur pecca-
ta cōmiſſa. Et ſic omnes iſte tres confeſſiones de-
bentur Chriſto. Et ideo pro cōfeſſione fidei/ ⁊ lau-
dis pro beneficijs/ ſequitur.

P̄ia cogitatio hominis dicit̄ fides.

## Vouete et reddite dn̄o deo veſtro: oēs qui in circuitu eius offertis munera.

¶ Unde propheta excitat omnes fideles ad cele-
brandas feſtiuitates: et offerenda munera Chri-
ſto: et exhibendam latriam dicens. O fideles voue-
te domino Jeſu Chriſto in baptiſmo fidei ⁊c. ⁊ red-
dite ipſi latriam ſibi debitam ſcilicet confeſſioneꝫ
laudis/ ⁊ offerte munera. Et vos fideles oēs qui
offertis munera Chriſto: ⁊ tenemini munera offer-
re: vouete: ⁊ reddite. i. reddite que in baptiſmo vo-
uiſtis: ⁊ reddite ipſi latriam: ⁊ honores diuinos ſi-
bi debitos tanq̄ vero deo: ⁊ tanq̄ redemptori pro
gratiarum actione pro beneficijs receptis. Reddi-
te deo veſtro dico.

xxvij. q̄ſt. j. c. ſi q̄s et. xxxiij. q. v. c. manifeſtuꝫ. ⁊ ext̄ de voto. ca. magne. et c. nō ē. xxiij. q. ſ. c. q̄d culpatur.

## Terribili ⁊ ei qui aufert ſpiritum principum: terribili apud reges terre.

¶ Quaſi dicat/ reddite ei vota/ promiſſa: quia eſt
deus omnipotens ⁊ terribilis: q: intantum eſt ter-
ribilis: ꝙ aufert ſpiritum: et animaꝫ principū. i. q:
interfecit principes ⁊ magnos: ideo eſt terribilis
apud oēs reges terre. Ex his ptꝫ ꝙ rationabilior
eſt tranſlatio ipſoruꝫ ſeptuaginta/ q̄ Hieronymi:
q: hic loquit̄ de confeſſione fidei ⁊ laudis: ꝓ īd qđ
ſequitur: vouete ⁊ reddite. Nā exhortatur fideles
ad cultū latrie: que conſiſtit in tribus. ſ. adoratio-

ne/muniere/ꝛ laude: vt dictū eſt pſalmo.lxſ. Ex iſta vltima pte huius pſalmi pꝫ/ꝙ propheta Dauid in hoc pſalmo non ſolū intēdit cōmendare Judeā/ et Hieruſalē materialē: que cōtinet̄ i arcto loco pa leſtine/in qua Chriſtus fuit notus p̄ſentialiter per natiuitatē/ꝛ paſſionē/ꝛ mortē/ꝛ reſurrectionē /et aſcēſionē: nec ꝑ Jſrael ſolū itelligit illā terrā duo decim tribuū/in qua Chriſt⁹ fuit not⁹ ꝑ p̄dicatio nē: ꝛ miraculoꝝ opationē: ſꝫ eccl'iam in qua eſt no tus ꝑ fidē ꝛ cultū latrie. Uñ qꝛ Dauid p̄uidit i ſpū Chriſtū fore cognoſcēdū ꝑ fidē/ ꝛ adorandū: ꝛ colē dū in pp'lo gētili ad fidē cōuerſo: ꝛ p̄uidit ꝙ pp'ls gētilis erat futurus vera Hierl'm ꝛ Jſrael/ deū per fidē vidēdo/ꝛ vera Judea Chriſtū cognoſcendo et cōfitēdo: iō fecit hūc pſalmū: in quo nō ſolū cōmē dat/et beatificat illā materialē Hierl'm/ꝛ Judeā/ que Chriſtū vidit ꝛ nouit/et audiuit preſentialiter in carne: ſꝫ etiā magis cōmēdat eccleſiā toto orbe diffuſam/ꝗ chriſtū per fidē ſpūaliter cognoſcit / et colit/ꝛ veneratꝛ: ꝛ cōfiteꝛ. ¶ Ex ſupradictis in iſto pſalmo poſſunt recolligi quinꝗ ɔcl'ones. Quarū prima eſt. ¶ Prima cōcluſio/ꝛ ꝙ Chriſt⁹ in lege ꝓ miſſus deus ꝛ hō erat cognoſcēdus ꝛ manifeſtan dus in Judea ꝛ Hierl'm/ꝛ per totū Jſrael. probaꝛ. Nā ibi fuit natus ꝛ adorat⁹: ꝛ p̄dicauit: ꝛ miracu la fecit: et fuit paſſus: ꝛ ſepult⁹: ꝛ reſurrexit: et ibi cōfregit gladiū ꝛ ſcutū ꝛ arcū diaboli: qñ ꝑ paſſio nē et reſurrectionē de ipſo triumphauit/et diſci polos illuminauit. ¶ Scđa ɔcl'o: ꝙ Chriſtus relin quēs corpus i ſepulcro deſcēdit ad inferos: ꝛ oēs demones cōturbauit: ꝛ infernū expoliauit. ¶ Ter tia cōcl'o: ꝙ qñ Chriſt⁹ reſurrexit ꝛ terra tremuit: tunc omnes milites ꝗ aſcenderūt equos dormita uerunt. Et ideo turbati ſunt Judei ꝛ cōfuſi: viden tes Chriſtū reſurrexiſſe. Et nihil inuenerūt in ma nibus ſuis de his ꝗ cogitabāt ꝯ Chriſtū. ¶ Quar ta cōcluſio: ꝙ in finali iudicio omnes diuites ꝛ p̄n cipes reputabant ſe deluſos et deceptos: et quaſi ſomniaſſe: cum videbunt diuitias nihil ꝓdeſſe ad liberandū eos. ¶ Quinta ɔcluſio: ꝛ ꝙ ſoli Chriſto terribili ꝛ omnipotenti debetur oblatio: et latria/ ꝛ confeſſio fidei: ꝛ laudis/et confeſſio peccatorum: eo ꝙ eſt iuſtus et terribilis iudex: et omnipotēs/ꝗ poteſt occidere ꝛ viuificare.

latria i trib⁹ ɔſiſtit.

Voce mea ad dominuꝫ clamaui voce mea ad deum: et intendit mihi.

¶ Titulus: Uictori ſiue in finē ſuper Jdithum ipſi Aſaph pſalm⁹. Preter miſſa omni deliratione Judeoꝝ: et etiā friuola: et deuia expoſitiōe quorūdā catholicoruꝫ qui magis videnꝛ in hoc pſalmo iudaizare eſt dicēdū: ꝙ Da uid fecit hūc pſalmū: in quo deſcribit deſideriū pa trū antiquorū de aduentu xp̄i. ꝛ dedit ipm cantā dū ipſi Aſaph: eo ꝙ repreſentabat et figurabat to tam eccleſiam. Sed qꝛ maxime tale deſiderium cō ueniebat viris cōtemplatiuis eccleſie ꝓ illo ſtatu voluit ꝙ chorus Jdithū reſponderet. Jdithū eñ interpretaꝛ tranſiliēs: ꝛ tranſcendens iſta mūda na: ꝛ contēplans celeſtia: et altiſſima ſupra huma nam facultatē: cuiuſmodi memoranꝛ in hoc pſal. Et ideo voluit Dauid ꝙ cātareꝛ cū toto conatu vo cum ad victoriā: ad denotanduꝫ: ꝙ iſte pſal. vocat de lōge: cū magno deſiderio meſſiam ꝗ eſt finis le

Jnfra clſ. de cō ſe. diſ. ſ.c.qñ aūt ſta mus.

gis. Et ideo i titulo poniꝛ: ad victoriā ſiue in finē: eo ꝙ nos dirigit in chriſtum ꝗ eſt finis legis. ꝛ hoc denotat titulus. ſ. ꝙ iſte pſal nos dirigit in finem dat⁹ ad cantādū ipſi Aſaph ad victoriā ſup choruꝫ Jdithū. Sed de materia hui⁹ pſal. eſt notandū/ qđ cū Dauid contēplareꝛ aduentū miſſie: deuenit ad cōſiderādū longū deſideriuꝫ ipſi⁹ Adā: ꝛ oīm alio rū patriarcharū ꝛ ꝓphetarū de aduētu Chriſti: et morā: ꝛ longā dilationē eiuſdē. Jn qua cōtempla tione fuit ipi reuelatum: ꝙ debebāt tranſire dies multi; ſed final'r erat Chriſtus ventur⁹ abſꝗ oī de fectu. Hoc ergo p̄uidēs Dauid in ſpū: maxime per ſcripturas p̄teritorū: ꝛ reuelationē conſolat⁹: fecit hūc pſalmū: in quo itroducit Adā loquētē cū tota poſteritate fideliū. Nā; vt ſic dr̄ Adā miſticus ſiue corp⁹ myſticū. Jn quo pſal. duo facit. Nā p̄io po nit quādā exclamationē ꝓpter dilationē aduētus xp̄i. Scđo explicat cām ſiue cōſolatiōis ibi. Et dixi nunc. ¶ Quātū ad p̄mū eſt aduertēdū: ꝙ ꝓmiſſio aduētus Chriſti in carnē ad liberādū gen⁹ hūanū: fuit cā fidei. et charitatis/et ſpei oīb⁹ p̄riarchis ꝛ ꝓphetis ve. teſt. ꝗ ꝗdē ꝓmiſſio p̄io facta fuit ipſi Ade: ſm ꝙ ait Augu. lib. Cur de⁹ homo. Uñ dicit/ ꝙ primo hoī ꝓmiſſus eſt aduētus dñi ex v̄gine: vt ſi de iuſtāri miſeria doleret: tñ de ſuo ſueꝗ poſteri tatis remedio iā de lōginquo gauderet. Uñ Adam licet eſſet expulſus ab illa felicitate: tñ ex ꝓmiſſio ne ſibi facta de Chriſto redēptore futuro icepit ha bere fidē. Et ex fide mot⁹ ē ad charitatē xp̄i. Et ex tali firma fide reſultauit in eo firma ſpes aduētus Chriſti. ꝛ hanc fideꝫ ꝛ ſpē ſecut⁹ eſt Abel: et Seth: et Enos: ꝛ Enoch: et Noe: ꝛ Abraham ꝛc. Et ſic eſt dicendū: ꝙ fides: ꝛ ſpes incepit ab Adā ex ꝓmiſſio ne ipſi facta. Et ſic deſcēdit in totā ei⁹ poſteritatē fideliū. Sed creuit in vnoquoꝗ ipſorum patriar charū ꝛ ꝓphetarū: ſcđm ꝙ vnuſquiſꝗ habuit ſpe cialē reuelationē de Chriſti aduētu. Nā ſpecialem reuelationē habuit Abel: ꝛ Enos incepit iuocare nomē dñi: ꝛ Noe: ꝛ Abrahā cui facta eſt ſpālis pro miſſio. Et eſt dicēdū de Jſaac: et Jacob: et ceteris patriarchis ꝛ ꝓphetis: in ꝗb⁹ ſemꝑ creuit fides: ꝛ ſpes: ꝓpter nouas reuelatiōes ꝛ ꝓmiſſiōes. Et ſic oēs iſti ſunt corp⁹ myſticū chriſti: eo ꝙ vixerūt in ſpe: et fide Chriſti futuri. Et iō diffiniꝛ corp⁹ myſti cū eccleſiaſticū: ꝙ eſt multitudo fideliū Chriſtū ex pectātiū: ſiue in fide: et ſpe xp̄i viuētiū: incipiēs ab Adā: vſꝗ ad vltimū electum. Et eadē eſt diffinitio ipſi⁹ eccleſie. Nā corp⁹ myſticū ꝛ eccl'ia ɔuertunꝛ ſicut dictū eſt in ꝓlogo. ꝛ ſic Adā cū tota poſterita te ſua fideliū: diciꝛ corp⁹ myſticū ſiue Adā myſti cus: ſiue homo myſtic⁹: ſiue eccl'ia: ſiue ciuitas dei ſiue pp'ls dei ſm Auguſt. xv. de ciui. Et ideo in hoc pſal. et in multis alijs introduciꝛ iſte Adā myſti cus ad loquēdū: in quātū deflet caſum ſuū ꝛ miſe riā. Et petit accelerari aduētū xp̄i: et cōqueriꝛ de lōga mora ꝛ dilatione. Nā in ſpe oīa iſta includun tur. Primo includiꝛ ꝛ ſupponiꝛ ꝓmiſſio alicuius boni: ex qua inſurgit ſpes et fides. Scđo includiꝛ afflictio ꝓpter longā morā ꝛ dilationē: vt ait Se neca i Thyeſte. Odit verus ꝛ nō patiꝛ moras. Ter tio patiētia i aduerſis: nā cū patiētia toleranꝛ ad uerſa: poſtꝗ quis expectat liberari ad aduerſis expectat bonū finē. Jō ait Ap'ls ad Ro. v. ꝙ ſpes patiētiā operaꝛ. Et ideo diffinitur ſpes: ꝙ eſt ꝗdā virtus theologica: qua eterna et ſpūalia promiſſa

Cauſa fidei charitatis ſpei in patriarchis fuit promiſſio aduent⁹.

Spei diffinitio.



Notus in Judea deus: in iſrael magnum nomen eius.

¶ Titulus: Uictori ſiue in fineꝫ in or ganis pſalm⁹ Aſaph cātici. Dr̄ pſalmꝰ cātici in organis: qꝛ ſimul cātabaꝛ cū organo muſico/ꝛ voce humana. dr̄ ipſi Aſaph: qꝛ datus eſt ad cātandū ipſi Aſaph: eo ꝙ dirigiꝛ toti eccl'ie ꝗ fuit finis legis. De materia hui⁹ pſal. dicit Rabi Salomon/ꝛ multi hebreoꝝ et catholicoꝝ/ ꝗ ipm ſequunꝛ/ꝙ iſte pſal. eſt factus de ſtrage Sen nacherib/ꝗ obſederat Hierl'ꝫ/ſꝫ venit angel⁹ dñi: ꝛ in vna nocte iterfecit cētū octogintaquinꝗ milia: ꝛ ſic miſerabil'r fugit Sennacherib. Uñ tunc deus fuit notus. i. ſuā oīpotentiā oſtēdit ꝛ notificauit in Judea/ꝛ Hierl'ꝫ ꝯ inimicos pp'li ſui. ꝛ ſic exponūt hunc pſal. Sꝫ de illo ceco obſtinato Ra. Salo. non miror: qꝛ ꝗtuꝫ potuit conat⁹ eſt occultare veritatē ſacre ſcripture: ſed miror de catholicis ꝗ ipm ſe quunꝛ: cū ꝑ fidē videāt ibi latere maxima ſacra de Chriſto ꝛ eccl'ia/ꝛ velint ea tacere. Jō Rabbi Bar chinonēſis dicit ꝙ iſte pſal. loquiꝛ de magno p̄lio qđ facturi ſunt Gog ꝛ Magog in Hierl'ꝫ ꝯ meſſiā/ quē fruſtra/ꝛ falſo expectāt Judei. Et qñō meſſias debet vincere Gog ꝛ Magog in Hierl'm. ꝛ de hoc gloſſat ipm pſal. dicēs. Tunc deus erit not⁹ in Ju dea. i. notificabit potētiā ſuā/ꝛ fauorē meſſie/ꝛ po puli Judaici/qñ meſſias vincet Gog ꝛ Magog in Hierl'm/de quo prelio ꝛ victoria loquiꝛ Exechiel. xxxviij. ꝛ. xxxix. ca. Uñ licet iſte alius obſtinatus di cat mēdacium/in ꝗtum gloſſat iſtū pſal. de prelio meſſie: quē falſo expectāt: tñ dicit veritatē in ꝗtuꝫ dicit ꝙ Dauid fecit hunc pſalmū de victoria regis meſſie in lege ꝓmiſſi. Jdeo eſt dicendū ſm intētio nē ſacrorū doctoꝝ ꝛ ſcōꝫ veritatē: ꝙ Dauid in hoc pſalmo p̄dicit victoriā quā Chriſtus meſſias in le ge ꝓmiſſus habuit in Hieruſalē ꝯ diabolū ꝑ mor tē/ꝛ paſſionē/ꝛ reſurrectionē ſuā/ꝛ p̄dicit oīa my ſteria nr̄e redēptiōis ꝗ cōpleta ſunt in Hieruſalē et Judea/ꝛ tota terra ꝓmiſſiōis: vbi Chriſtus fuit notus/ꝛ fuit cōuerſatus. Per Judeā/ꝛ Hieruſaleꝫ intelligitur etiā tota eccl'ia a ſolis ortu vſꝗ ad oc caſum: eo ꝙ ab illa terrena Hierl'ꝫ orta eſt: vbi ꝛ in qua ſola de⁹ eſt notus ꝑ fidē ꝛ opa mirabilia ꝗ fa cta ſunt: et fiūt quotidie ꝑ Chriſtū. ꝛ de hac eſt iſte pſalmus. ¶ Ad cuius intellectū eſt notandū/qđ ſi cut nos veneramur cū magna deuotione ciuitatē Hierl'm: eo ꝙ ibi Chriſtus p̄dicauit: ꝛ miracula fe cit: ꝛ fuit paſſus ꝛ ſepultus ꝛ reſurrexit/ꝛ aſcendit in celū ꝛc. ꝛ veneramur Bethleē: qꝛ ibi natus eſt/ꝛ cetera loca vbi fecit miracula: ꝛ dicimus illā terrā ſanctā ꝛ beatā: in qua Chriſtus fecit oīa illa myſte ria: ꝑ eādē rationē/ꝛ cauſaꝫ oēs patriarche ꝛ pro phete beatificarūt illā ciuitatē ꝛ terrā: eo ꝙ p̄uide runt in ſpū ꝛ reuelatione/ꝙ ibi myſteria ſupradi cta erant implēda ꝑ Chriſtū meſſiam in lege pro miſſum. Et iō hoc p̄uidēs Dauid/beatificauit illaꝫ ciuitatē/ꝛ totā terrā Judee/ꝛ Jſrael: eo ꝙ Chriſtus erat ibi naſciturus: ꝛ oīa ſupradicta operatur⁹. Jō dicit. Notus in Judea de⁹ ꝛc. Duo ergo facit in hoc pſalmo. Nā primo deſcribit/ꝛ p̄dicit multiplicē no titiā/qua deus in carne erat cognoſcendus in Ju dea: ꝛ Hierl'm ad noſtrā ſalutē. Scđo predicit diui num cultū Chriſto conferendū ex gratiaꝝ actione pro huiuſmodi beneficijs. ibi. Quoniam cogitatio

ꝑſal. d. ſi.ca.b. ꝛ de be immu. ꝛc.c.ij. lib.v ſ.

¶ Materia huius pſal.

Diuiſio pſal.

hois. ¶ Quantū ad primū eſt notandū/ꝙ hic me moranꝛ quatuor loca/ꝗ ſeſe habēt ſcđm cōtinens ꝛ cōtentū. ſ. Jſrael ꝛ/Judea/ꝛ Sion/ꝛ Hierl'm. Nā Sion cōtineꝛ in ciuitate Hierl'm/cū ſit altior ꝛ for tior pars eius: ꝛ Hierl'm contineꝛ in Judea ꝑ ma iori parte. Sed Judea cōtineꝛ in Jſrael. Nā terra Jſrael diciꝛ tota terra ꝓmiſſionis diuiſa ꝑ. xij. tri bus. Per totā aūt iſtā terrā Jſrael fuit Chriſt⁹ no tus: qꝛ ibi p̄dicauit: ꝛ miracula fecit/maxime i Ga lilea. ſ. in tribu zabulon ꝛ Neptalim ꝛc. Scđo fuit notus in Judea: qꝛ ibi nat⁹ eſt. ſ. in Bethleē: ꝛ i Ju dea fuit baptizat⁹. ſ. in illa parte Jordanis/ꝗ irri gat Judeā: ꝛ in Judea ieiunauit. xl. dieb⁹ ꝛc. qꝛ ibi iuxta Hierico ꝗ eſt i Judea. Et hoc eſt qđ intendit. dicere Dauid cū dicit. Notus in Judea de⁹. i. Chri ſtus de⁹ ꝛ homo erit notus/ꝛ manifeſt⁹ in Judea: qꝛ primo naſceꝛ in Bethleē Jude. Et ibi cantabūt angeli Gloria in excelſis deo. Et adorabiꝛ a paſto rib⁹/ꝛ a magis. Et ſic ibi p̄mo cognoſceꝛ. Jtē ibi dem p̄ſentabiꝛ in tēplo in Hierl'm: ꝛ cognoſceꝛ ꝑ Simeonē/ꝛ Annā ꝓphetiſſam. ꝛ ibideꝫ cognoſceꝛ diſputās in medio doctorū. Jtē in eadē Judea co gnoſceꝛ in baptiſmo a Joāne Baptiſta: qñ audieꝛ paterna vox dicēs. Hic eſt fili⁹ meus dilectus. Jtē in eadem. Judea cognoſceꝛ per ieiunium: quando tētabitur a diabolo: ꝛ cognoſcetur vt victor. et ſic in Jſrael/ꝛ Judea maxime erit notus.

Nota

Et factus eſt in pace locus eius: ꝛ habita tio eius in Sion.

xxiij. q. ſ.c. nūi bella.

¶ Locus ei⁹. Jn hebreo habeꝛ: Fact⁹ eſt in ſalē. i. Hierl'm tabernaculū ei⁹. Ex quo pꝫ/ꝙ hic oſtēdit qñō ſpecialiter Chriſt⁹ erat noſcēdus in Hierl'm ¶ Ad cui⁹ intelligentiā eſt notandū/ꝙ Hierl'm in terpretaꝛ viſio pacis: eo ꝙ cōponiꝛ ex duob⁹. ſ. ex hoc noīe ſalē qđ interꝑtaꝛ pax: ꝛ hiere/qđ interp̄ tatur videre ſiue videbiꝛ. Uñ dicūt Hebrei/ꝙ hoc nomē fuit cōpoſitū ꝑ duos ſanctos viros. Nā pri mo Melchiſedech quē dicunt eſſe Sem filiū Noe vocauit ipſam Salē: eo ꝙ fuit in ea rex ꝛ ſacerdos ꝛ ſeruabat in ea iuſtitiā ex qua ſequiꝛ pax. Et ideo vocauit eā ſalē. i. pacificā: in qua obtulit panem/ꝛ vinū ꝓ Abrahā: vt pꝫ Geñ. xiiij. Secūdā vero par tē hui⁹ noīs impoſuit ipſe Abrahā. dicūt eñ ꝛ eſt veriſimile ꝙ in eodē monte vbi nūc eſt Hierl'm vo luit Abrahā ſacrificare filiū ſuū Jſaac: ſꝫ qꝛ fuit ꝓ hibitus ab angelo/ꝛ apparuit ibi aries herēs ve pribus: ꝛ ſacrificauit/ꝛ immolauit ipm/loco ipſius Jſaac: ideo vocauit nomē loci illi⁹ adonai hiere. i. dñs videt. ꝛ ſic vſꝗ in hodiernū diē diciꝛ in monte dñs videbit: vt pꝫ Geñ. xxij. Jn Hebreo vero ha betur: dominus demōſtrabiꝛ ſiue videbiꝛ: ꝛ ſic ex hoc nomine hieru et hoc nomine ſalem cōponitur Hieruſalē: quod idem eſt quod viſio pacis/ſiue in qua dñs pacificus monſtrabiꝛ vel videbiꝛ. Quod quidē myſteriū vere cōpletū fuit in Hierl'ꝫ. Nā ibi dñs fuit viſus/ꝛ mōſtrat⁹ in carne/ꝛ fuit in tēplo p̄ſentat⁹/ꝛ ibi p̄dicauit/ꝛ miracula fecit/ꝛ ibi fuit ſepult⁹/ꝛ miſit ſpm̄ ſanctuꝫ in diſcipulos/ꝛ aſcen dit in celū. Et eſt credēdū/ꝙ in eodē loco crucifix⁹ eſt/ꝛ viſus ē in cruce/vbi Abrahā immolauit arie tē loco ipſius Jſaac. Et iō recte diciꝛ loc⁹/ dñs vi debiꝛ ſiue demōſtrabiꝛ. Uñ multa erat facturus meſſias in Hieruſalē inter cetera/ꝓpter que oēs patriarche/ꝛ ꝓphete ita ſepe celebrarūt/ꝛ memo

O Hierl'm vñ iter ꝑtaꝛ ꝛ a ꝗ cō poniꝛ.

Nota ꝗ facta i hierl'ꝫ.

rarūt illā ciuitatē Hierl'm. Nā primo fuit eiꝰ locꝰ: qꝛ ibi ꝓdicauit ⁊ miracula fecit: vel qꝛ ibi fuit ſepulchꝛū eiꝰ ꝙ dr locꝰ ⁊ tabernaculū eiꝰ. Jdeo vbi Hierony. poſuit Factꝰ eſt in ſalē locꝰ eiꝰ: Septuaginta poſuerūt factꝰ eſt in pace locꝰ. i. ſepulchꝛum eiꝰ: qꝛ i illo loco ⁊ ſepulchꝛo dormiuit Chriſtꝰ ī pace/⁊ cū ſpe reſurrectionis: vt pꝫ pſal. xv. Scdo in Sion q̄ eſt altioꝛ pars Hierl'm hoſpitabat xp̄s/et ibi comedit paſcha cū diſcipulis. Et ibidē inſtitiut ſacr'm altaris. Et ideo ſequitur/ Et facta eſt habitatio eius in Sion. ⁊ ibi fuerunt diſcipuli congregati propter metum Judeoꝝ per aliquot dies.

De con ſe. diſt. iiij. ca. ꝓprie. Jbi confregit potentias: arcum ſcutum et gladium ⁊ bellum.

¶ Scdo ibi in eadē Hierl'm Chriſtus debellauit diabolū in cruce/⁊ cōfregit arma eius/⁊ potētias ⁊ vires. Nā cōfregit aram. ſ. arcū tentationū/cum quo mittebat ſagittas ſuas. Itē cōfregit ſcutū chirographi vēditionis humane quo oēs fuimus venundati pctō. ad Ro. x. qd chirographū affixit cruci. ad Col. ij. Scdo ibi cōfregit gladiū peccati originalis: quo oēs vulnerauerat. Et confregit arma vij. vitioꝝ capitaliū q̄bꝰ oēs inficiebat: ⁊ ſic cōfregit bellū qd nobis diabolus faciebat. Et ſupauit ipſum per mortē ⁊ paſſionē. Hāc victoriā ꝑfecit in cruce. Ex quo pꝫ ꝙ recte vocata eſt Hierl'm: qꝛ in ea multipl'r viſus eſt Chriſtus deus ⁊ hō in carne/ ⁊ in ea pacificauit nos deo pr̄i per ſanguinē ſuū.

vij. q. j. c. ſuggeſtū. Hiere. ij. q. Jlluminans tu mirabiliter a mōtibꝰ eternis: turbati ſunt oēs inſipientes corde.

Dormierunt ſomnū ſuū: ⁊ nihil inuenerūt oēs viri diuitiarū in manibus ſuis.

¶ Tertio Chriſtꝰ notus eſt in Hierl'm ⁊ in Sion: qꝛ in ea miſit ſpm̄ ſctm̄ in ap'los/⁊ illumiauit eos; vnde intellexerūt legē euāgelicā ⁊ ſcripturas: ⁊ in illa die dedit eis legē quo ad intelligētiā: ⁊ ſic ex paruis ⁊ infimis fecit eos mōtes magnos: ꝑ quos poſtea illuminauit totū mundum. Et ideo ſubdit Dauid. Bene dico ꝙ notus eſt deꝰ in Hierl'm/⁊ in Sion: qm̄ tu eris ſiue fuiſti ibidē illumināns mūdū a mōtibꝰ eternis. i. ex apoſtolis quos primo ibi illuminaſti: poſtea ab eis/⁊ ꝑ eos illuminaſti totū orbē: qñ in eos ſpm̄ ſanctū miſiſti terribiliter in die Pente. qꝛ factꝰ eſt de celo ſonꝰ. Vñ oēs Judei inſipiētes corde/⁊ ſcribe/⁊ phariſei turbati ſunt/⁊ admirati audiētes ſonum/⁊ vidētes linguas igneas ſupra mōtē Sion/⁊ ap'los/⁊ audiētes eos loquentes oībus linguis/⁊ allegantes ⁊ exponentes oēs ſcripturas/⁊ cōuincentes eos. Unde conuerſi ſunt in illa die de popularibꝰ quaſi q̄tuoꝛ milia: vt pꝫ Act. ij. ⁊ iij. ſed Scribe ⁊ phariſei manſerūt obſtinati in ſua malitia ſequentes auaritiā ⁊ diuitias ſuas. Jō ſubdit: ꝙ iſti inſipiētes corde dormierunt ſomnū ſuū in pctō mortificari ꝑ auaritiā nolentes ſequi Chriſtū/q̄ ꝑdicauerat paupertatē. Et iō oēs iſti viri nihil diuitiarū īuenerūt poſt mortē i manibus ſuis. Et dicit Dormierūt ſomnū ſuū: qꝛ vita hominū mūdanoꝝ/⁊ auaroꝝ ⁊ ſuperboꝝ non eſt niſi quoddā ſomniū. Nā ſicut ſomniatoꝛ cum excitat a ſomno: licet ſomniet ſe eſſe diuitē ⁊ regē: tñ nil reperit in manibus poſt ſomniū: ita homo auarus ⁊ mūdanus licet multa poſſideat: tñ cū moritur tota vita ſua viſa eſt ipſi breuis quaſi ſomniū: ⁊ nihil pōt ſecū portare ꝑut dictū eſt pſal. xxxviij. ⁊ xlviij. Et iō dixit quidā philoſophus. Uotis decipimur/⁊ tpe fallimur oēs/ Mors ridet curas/anxia vita nihil. q. d. ꝙ breue tp̄s ⁊ inopinata mors decipiūt ⁊ fallūt deſideria/⁊ curas hoīm: ⁊ annihilant/⁊ fruſtrant oīa bona tpalia multo laboꝛe cōparata: eo qd auferunt nobis tp̄s/⁊ ſpatiū vite ꝑ mortē: ⁊ ſic manemus deluſi ⁊ decepti in noſtris votis ⁊ curis: ⁊ ſic tota anxia vita/⁊ laborioſa hoīm diuitū/⁊ mundanoꝝ vertitur in nihil. et ſic fuerūt decepti iudei/q̄ vt nō ꝑderēt diuitias noluerūt ſeq̄ Chriſtū. Et ſic eſt dicēdum de ceteris mundanis. Jdeo ſubdit.

Ab increpatione tua deus Jacob dormitauerunt qui aſcenderunt equos. xxiij. q. iij. c. in ecclia.

¶ O deus dormitauerunt. i. mortui ſunt in ſua obſtinatione oēs milites/⁊ reges: ⁊ principes/q̄ aſcēderunt equos. i. oēs viri bellicoſi/et magnates qꝛ iſti tales cōſueuerūt aſcēdere equos/⁊ equeſtres incedere. Vñ iſti tales mundani noluerunt recipere lumē euāgelicū a mōtibꝰ eternis. i. ab ap'lis/et doctoribꝰ in pōpa mundana. ideo orbati oibꝰ bonis tpalibus ſepulti ſunt in inferno. Sed eſt aduertendū/ꝙ vbi noſtra trāſlatio habet a mōtibus eternis/l'ra Hebrea habet a montibꝰ rapine: ⁊ l'ra Hieronymi a mōtibꝰ captiuitatis. Et tūc tota iſta ſnīa quatuoꝛ verſuum poteſt referri ad deſcenſum Chriſti ad infernū/⁊ expoliationē limbi: vt ſit ſenſus: Bene tu Chriſte fuiſti notꝰ in Hierl'm. Nā quꝫ corpus tuū erat cōditū in pace ⁊ ſepulchꝛo: tu deſcēdiſti ad inferos/⁊ ad montes rapine ⁊ captiuitat: vbi diabolꝰ tenebat genus humanū captiuū. Vñ videntes lumē tuum oēs demones/⁊ dānati inſipientes corde turbati ſunt/⁊ fugati a montibus rapine ⁊ captiuitat. i. a libo iferni q̄ dicūt mōtes rapine ⁊ captiuitatis. Jntrans ergo infernū ſiue limbū/⁊ illuminans tartareū limbū ⁊ mōtes rapine: tunc oēs inſipientes corde/ſcꝫ demones/⁊ damnati turbati/⁊ fugati ſunt ab illis mōtibus captiuitatis: ⁊ ſic Chriſtus confregit vectes ferreos ⁊c. ⁊ ſedit ī inferno per quadraginta horas tanq̄ iudex: ⁊ cōdēnauit diabolū: ⁊ cūctos obſtinatos/⁊ dānatos ad penam eternam. Et abſtraxit ſecū omnes ſanctos patres: et eos ſolū q̄ ab hac vita diſceſſerunt in fide: ⁊ ſpe Chriſti futuri: ceteros aūt ad carcerem ꝑpetuum cū diabolo deſtinauit. Et ideo ſequitur. Turbati ſunt omnes inſipientes corde: eo ꝙ relinquētes verā fidē/⁊ ſapiētiā ſecuti ſunt mundanas diuitias. Et ideo oēs iſti viri diuitiarū nihil vtilitatis inuenerūt in manibꝰ ſuis: qꝛ nullum opus bonū fecerūt. ſe viuerent ⁊ ſic o deus Jacob oēs qui aſcēderunt equos. ſ. reges/⁊ principes/ et milites/⁊ diuites huius mundi dormitauerunt: et morte puniti ſunt ab increpatiōe/⁊ ſnīa tua. Et nō ſolum dormitauerunt morte corporali: ſed etiam eterna ⁊ ſpirituali. Jſti etiam duo verſus poſſunt referri ad milites cuſtodes ſepulchꝛi Chriſti. Nam dū milites armati cuſtodierunt ſepulchꝛū reſurrexit Chriſtus: et ſic nihil inuenerūt in manibꝰ ſuis: qꝛ ab increpatiōe ⁊ voluntate Chriſti dormierūt/ nec potuerunt Chriſtum in ſepulchꝛo detinere cū reſurgeret. Jdeo ſequitur.

Tu terribilis es: et quis reſiſtet tibi: ex tunc ira tua.



firma fide/⁊ charitate expectantur: ⁊ aduerſa cum patiētia tolerant: cōtemnens terrena bona/⁊ ꝯſtitutos finē in celeſtibꝰ. Ex q̄bꝰ pꝫ ꝙ ſpes ſimul icludit afflictionem ⁊ gaudium. Jncludit enim duplicem afflictionē: ⁊ vnā de malis q̄ patit. ⁊ aliā de lōga mora ⁊ dilatiōe finis ꝓmiſſi. Et i hac ſcda afflictio laborauit cetꝰ fideliū ab Adā vſq̄ ad aduētum Chriſti. Nā ꝑmo ſe videbat exulem ab illa felicitate terreſtris paradiſi: ⁊ priuatū illa futura beatitudine celeſti. Scdo ſe videbat in captiuitate diaboli. tertio ab ipſa carne/⁊ mundo/⁊ diabolo multipl'r afflictū ⁊ vexatū. Quarto: qꝛ videbat aduentū Chriſti nimiū morari: qꝛ parua mora videt afflictis lōga: ideo erat cōfractꝰ ex lōga ſpe/⁊ dilatiōe finis. Ex qua longa mora multi nō poterāt habere ꝑfectā patientiā. Et ſic affligebat totū corpus myſticū ex longa mora: licet firmiter crederet aduentū Chriſti futurū: in qua fide aliqualiter cōſolabat. ⁊ de hac afflictione loquitur ꝑma pars huiꝰ pſal. in qua Adā myſticꝰ per ipm̄ Aſaph/⁊ Idithū magnis vocibus vocat Chriſtū vt veniat/⁊ acceleret aduentū ſuū: ⁊ tollat cām ſue afflictionis ꝑ crucē/⁊ paſſionē/⁊ reſurrectionē: vt patebit in l'ra: in quo explicant cauſe afflictionis/⁊ letitie: ⁊ cōſolationis. Et ſic a tribuit ipſi Aſaph/⁊ Idithū. Vñ cantat Aſaph/⁊ eleuat vocē ſuper Idithum in ꝑſona totius eccleſie tam actiuoꝝ/q̄ ꝯtemplatiuoꝝ. Vñ dicit Adā miſticꝰ. Uoce mea ad dñm clamaui ab Adam vſq̄ ad Dauid: ⁊ voce mea clamaui a Dauid vſq̄ ad Chriſtū: ⁊ tunc intendit mihi cōplendo deſiderium meum per aduentum ſuum. Jtem

In die tribulationis mee deum exquiſiui manibus meis nocte contra eum: ⁊ non ſū deceptus.

deum exquiſiui manibꝰ meis/eas eleuando contra eum. i. verſus deum manus eleuando in celum in die tribulationis mee: qui dies tribulationis durauit ab Adam vſq̄ ad Chriſtū. Et etiam exquiſiui eū nocte. i. per totā noctem legis cōtra eū. i. manꝰ eleuando verſus eum: petendo eius aduentum: ⁊ tamen nō ſum deceptus: qꝛ venit ſicut ipſe promiſit. Oēs ſupradicte locutiones ſunt de preterito ꝓ futuro ꝓpter certitudinem ꝓphetie/⁊ firmitatem fidei/⁊ ſpei in toto die tribulatiōis ⁊ nocte: qꝛ totū genus humanū erat in tribulatione ⁊ captiuitate diaboli/⁊ in nocte tenebꝛarum peccati ⁊ ignorātie. Et ſic clamabat manibus verſus deum. Sed iſte myſticus nō fuit deceptus/nec fuit fruſtratꝰ in ſua fide/⁊ ſpe: qꝛ tempore ſtatuto venit Chriſtus. Unde ꝑma locutio. ſ. Uoce mea ad dñm clamaui: vox eſt totius cetus patriarcharū ⁊ prophetarum ab Adam vſq̄ ad zachariam/⁊ Joānē baptiſtam: ſed hꝫ ⁊ intēdit mihi/eſt vox iſtiꝰ hoīs pro tempore zacharie/⁊ Simeonis/⁊ Joſeph: qꝛ potuit dicere iſte homo/⁊ intēdit mihi: ⁊ nō ſum deceptꝰ: qꝛ vidit ipꝫ oculis ꝓpꝛiis per zachariā/⁊ Simeonem. Jdeo dixit zacharias. Benedictus dñs deꝰ Jſrael: qꝛ viſitauit ⁊ fecit redēptionē plebis ſue. Et Elizabeth dixit Uirgini Marie. Benedicta tu in mulieribus: ⁊ benedictus fructus vētris tui. Et Virgo Maria dixit. Suſcepit Jſrael puerum ſuū: recordatus miſericordie ſue. Et Simeon dixit: Nūc dimittis ſeruū tuū dñe ſm verbū tuum in pace: Quia viderūt oculi mei ſalutare tuū. Et ſic in perſona iſtorum dicit propheta: non ſum deceptus/⁊ intendit mihi ⁊c. Totam etiam iſtam locutionem poteſt facere nūc eccl'ia ꝓ ſtatu iſto gratias agēdo. Nā in toto vete. teſt. patriarchas/⁊ ꝓphetas clamauit magna voce Chriſtū inuocādo vt veniret: ſed tandē intendit mihi Chriſtus in no. teſt. qꝛ patres ve. teſt. nō receperunt promiſſionē ſine nobis. ad Hebꝛeos. xj.

Renuit conſolari aīa mea: memoꝛ fui dei ⁊ delectatus ſum ⁊ exercitatus ſum: ⁊ defecit ſpiritus meus. De con ſe. diſ. iiij. ca. ꝓprie.

Anticipauerunt vigilias oculi mei: turbatus ſum et non ſum locutus. De pe. di. j. c. menſuram

Cogitaui dies antiquos: ⁊ annos eternos in mente habui. de pe. di. j. c.

Et meditatus ſum nocte cum corde meo: ⁊ exercitabar ⁊ ſcopebā ſpiritum meum. ſi cui §. porro.

¶ Hic explicat cauſā ſue afflictiōis ⁊ anxietatis: que fuit lōga mora/⁊ dilatio aduentus Chriſti. Vñ dicit. Anima mea renuit ꝯſolari in toto illo tpe ab Adā vſq̄ ad Chriſtū: imo abſtinebā a carnalibus delectationibꝰ/in ieiuniis ⁊ orationibꝰ meſſiam expectando/⁊ eram ſemꝑ in cōtemplatione ⁊ meditatione. Et ſic memoꝛ fui dei/⁊ delectatꝰ ſum. q. d. nō habebā aliā ꝯſolationē/niſi cōtemplari ſanctā ſcripturā/⁊ diuina myſteria in ea ſcripta/⁊ ꝓmiſſiōes mihi factas de meſſia. Et ſic exercitatꝰ ⁊ occupatꝰ ſum in tali ſtudio/⁊ laboꝛe/⁊ cōtemplatione. Et defecit/⁊ feſſus eſt ſpiritꝰ meus/⁊ ꝯtabuit/ ⁊ ſtupuit nō valēs attingere hoc ſecretū pre nimio laboꝛe ⁊ infirmitate mētis ⁊ coꝛpis. Sed quia non ſufficiebat mihi iſta in die meditari: ſꝫ etiā de nocte nō poteram doꝛmire: ideo oculi mei anticipauerunt vigilias ſurgendo ante euroꝛā: ⁊ lucē/ ⁊ tēpus qñ ſolent alii doꝛmire/ad conſiderandum ſtatum/⁊ peccata humani generis ⁊ miſerias: ⁊ ad cōtemplandū iudicia dei rectiſſima. Et ſic cognoſcēs culpam primi parētis/⁊ iniquitates nr̄as/⁊ ingratitudines ꝯtra deū ꝓmiſſas/cognoui nos iuſto dei iudicio merito fuiſſe punitos: ⁊ ſic nō ſum locutus: immo tacui pre cōfuſione culpā in meipſum retorquendo. ⁊ ſic non locutꝰ ſum/nec aliq̄d dixi/ſꝫ cogitaui dies antiquos: reuoluendo/⁊ perlegēdo hiſtorias/⁊ annales antiquorum patrū: querēdo vñ hoc malū ꝓueniebat generi humano: qꝛ ſic fuerat vulneratū i carne ꝑ concupiſcentiā ⁊ infirmitatē/ ⁊ in aīa ꝑ peccatū. Et habui annos eternos in mente: cōſideraui oīa tēpoꝛa incipiendo a mūdi creatione/⁊ ab inobediētia primoꝝ parētū/ ⁊ ſentētia merito inflicta. Nā cōſideraui qūo deus crauerat hominem ad imaginem et ſimilitudinem ſuam. Et qūo cōſtituit ipſum dñm ſuper totā terram/⁊ ſup oīa animalia tam volatilia q̄ piſces/⁊ reptilia/ et quadrupedia ⁊c. Et cōſideraui felicitatem ipſi promiſſam: ſi ſtetiſſet in diuino p̄cepto ⁊ volūtate: qꝛ poſt longam vitā tranſlatꝰ eſſet in vitā melioꝛem in celis: ſed ꝓpter inobedientiā pulſus fuit ab iſta terrena paradiſo: et priuatꝰ fuit illa futura/et ſuperioꝛi beatitudine: ⁊ factus exul in hac lachꝛymarū valle: et ꝑcuſſus in corpoꝛe ⁊ aīa: ⁊ ſubiectꝰ tot miſeriis ītrinſecis ⁊ extrinſecis. ſ. bellis ⁊ ſeruituti ⁊c. Et cognoui omnia iſta mala prouenire hoī ex illius primi iuſtiſſima cōdemnatiōe pcti. Et ſic etiā

Nota meditanda ſeu cōtēplanda.

in tota illa nocte vet. teſt. meditatus ſum in corde meo/cōſiderando q̄n̄o Chriſtus erat nobis in lege per multos/īmo per oēs ꝓphetas/⁊ patriarchas ad liberandū genus humanū de ſupradictis miſerijs ꝓmiſſus. Et in tali meditatiōe exercitabar mirādo cū anxietate quare tm̄ tardabat noſtra redēptio/⁊ differebat Chriſti aduentus. Et ſic ſcopebā ſpiritū meū. i. ſcrutabar/⁊ inueſtigabā/⁊ diſcutiebam/⁊ examinabā/⁊ purgabam per pn̄iam que in eo erat. Et erumpebam in talem clamorem/quaſi anxius de longa mora ⁊ dilatione/dicens.

De pe. di. j. c. q̄ diui nitatis natura. ⁊ c. multiplex. ⁊ di. xxx. ix. ca. diaconi.

**Nunquid ineternum proijciet deus: aut nō apponet vt complacitior ſit adhuc?**

**Aut in finem miſericordiam ſuā abſcindet a generatione in generationem?**

**Aut obliuiſcetur miſereri deus: ⁊ continebit in ira ſua miſericordias ſuas?**

¶ Nunq̄d de⁹ ꝓijciet humanū gen⁹ a ſe ineternū: ꝙ non recipiat ipm̄ ad veniā ⁊ miam? aut de⁹ non apponet/⁊ non proponet adhuc. i. deinde vt ſit nobis cōplacitior. i. magis placabilis q̄ fuit huc uſq̄? Quaſi dicat: ſemp erit nobis irat⁹/⁊ nō benignus/nec placabilis? Aut abſcindet. i. auferet ī finē. i. totaliter et finaliter miſericordiā ſuā a generatione in generationem. i. per omnes gn̄ationes durabit ira eius: ⁊ non erit miſericordia: aut obliuiſcet de⁹ miſereri nobis: et nunq̄ recordabit noſtri/aut continebit miſericordias ſuas in ira ſua? quaſi dicat: erit ne tante crudelitatis/⁊ efficatie ira dei: q̄ contineat ⁊ claudat/⁊ liget miſericordias ſuas: ⁊ alliget deū ne faciat miam? q. d. non eſt credibile: nec eſt tollēda deo tanta perfectio: īmo hoc eſt nefas de deo credere/cuius miſericordie nō eſt finis nec numerus. Unde nota ꝙ dicit Dauid ſcopebam ſpiritum meum. i. mundanas/⁊ falſas cogitationes a ſpiritu meo pellebā. Nam ſpiritus longa anxietate/⁊ cogitatione tribulatus/⁊ obnubilatus nō pōt cernere verū: q̄ nubibus atris cōdita nullū fundere poſſunt ſydera lumen ⁊c. vt ait Boetius. Sed ſi quis ſcopit ſpm̄ ⁊ ſe purgat ⁊ mūdat pellendo mūdanas cogitationes/⁊ nubes ignorantie per ſtudium ſapientie: tunc cernit et cognoſcit veritatem ⁊ ita fecit iſte hō myſticus. Nā perſcrutādo ſacras ſcripturas pepulit nubes ignorantie/⁊ anxias cogitationes. Et cognouit ꝙ deus nunq̄ oblitus eſt facere miam: ſicut didicit ꝑ geſta antiquorū. Ideo dixit: Nunquid ineternum ꝓijciet deus ⁊c. q̄ ſcopere idem eſt qḋ ſcopa domum verrere ⁊ mundare. Et ſicut domus materialis ſcopitur/⁊ mundatur ſcopa materiali: ita domus ſpiritus ⁊ mentis interior ſcopitur ⁊ verritur ſtudio ſapientie ab omni ignorantia/⁊ malis cogitationibus ⁊ anxietatib⁹: q̄ intelligentia ſacre ſcripture fugat omnes anxietates: et ſcopit ſpiritum et mentem/et facit eā cernere verum: vt patet hic de Dauid.

Scopere ſpiritum

**Et dixi nunc cepi: hec mutatio dextere excelſi.**

ſ. q. ſ. c. ſi pec. au rit.

¶ In ſcd̄a parte explicat ſuam cōſolationem poſt ſuperiorē anguſtiam. Ad cuius intellectū eſt ſciendum/ꝙ poſtq̄ iſte homo anxius de longa miſeria et mora aduētus Chriſti diſcurrit per oēs ſcripturas ⁊ oia geſta patrum antiquorū: et vidit ꝙ deus multipliciter liberauerat patres antiquos tpaliter. puta Noe de diluuio/⁊ Abrahā de Hur Caldeorum/⁊ Iſaac de ſacrificio/⁊ Jacob de manu Eſau/⁊ totū Iſrael de egypto ⁊c. tūc in ſe dixit ſupradicta verba. ſ. nunq̄d ineternū ꝓiciet deus ⁊c. Quaſi dicat: ſemp cōſueuit miſereri patrib⁹ antiq̄s/⁊ liberauit eos de periculis tpalib⁹. ergo poterit eſſe q̄ nō liberet nos de hac longa captiuitate pcti: ⁊ de ptāte diaboli/⁊ miſeria nobis illata ex ſn̄ia data primis parētibus? Quaſi dicat: incredibile eſt qḋ nō faciat. Sed q̄ dum iſta cum quadā pia indignatione diceret/quaſi illuminat⁹ incepit reſipiſcere ⁊ cognoſcere in ſpiritu: ꝙ oēs ille liberationes temporales patrū antiquorū ſignificabāt futurā ⁊ generalē redēptionē: ⁊ ꝙ tota ira dei erat mutanda ī miam per aduentum Chriſti: Ideo ſubdit. Et dixi oia ſupradicta ſupple. Et nūc cepi reſipiſcere et cognoſcere ſupple veritatē ⁊ ſecretū ſcripturarum/⁊ ſupradictorū myſteriorū: q̄ erāt figura de nr̄a redēptiōe. Et oia erāt implēda in Chriſto ⁊c. In hebreo aūt habet. Et dixi imbellicitas mea. ⁊ tūc eſt ſenſus. Et dixi i meipſo quod ex imbecillitate ⁊ fragilitate ⁊ ignorātia dixeram oia ſupradicta. ſ. nunquid ineternū proijciet deus ⁊c. Sed magis rōnabilis videt noſtra trāſlatio que dicit. Et dixi nunc cepi/intelligere ſupple: ꝙ hec eſt mutatio dextere excelſi. ¶ Ad cuius intellectū eſt valde aduertendum/ꝙ eccl'ia dei hꝫ tres ſtatus. ſ. duos in pn̄ti: et vnum in futuro qui dicitur ſtatus glorie. Primus ſtatus dicit ſtatus legis ⁊ vmbre/⁊ figure/⁊ captiuitatis/et ire/et iuſtitie/⁊ ignorātie/et noctis. Secūdus ſtat⁹ dicit ſtatus veritatis et luminis euangelici/⁊ libertatꝭ/⁊ gr̄e: ⁊ mie/⁊ ſapīe/et diei. Tertius autem dicit ſtatus glorie et premij. In primo ſtatu oēs patres antiqui deſiderabāt ſtatum ſecundum. Et nos qui iam ſumus in ſtatu ſcd̄o/deſideramus tertium. ſ. diſſolui ⁊ eſſe cū Chriſto in gl'ia. Et ideo ſicut ꝑ primū aduētū Chriſti prim⁹ ſtatus mutat⁹ eſt in ſcd̄m: ita ꝑ ſcd̄m aduētū Chriſti ſcd̄s ſtat⁹ eccl'ie mutabit in tertiū. Nā ꝑ primū aduētū Chriſti. ſ. in carnē tota lex vet⁹ mutata eſt in veritatē euāgelcā: ⁊ vmbra ⁊ nox mutata eſt in diem ⁊ lucē. ⁊ figura in veritatē/⁊ ſn̄ia ⁊ iuſtitia et ira dei in miam. ⁊ culpa ſiue pctm̄ in gratiā. ⁊ captiuitas in libertatē: ⁊ ignorantia in ſapiētiā: quia repleta eſt terra ſapientia dn̄i. Eſaie. x. Ita pariter totus iſte ſtat⁹ mutabit in tertiū. Nā gr̄a cōuertet in gloriā: ⁊ fides in viſionē: ⁊ ſpes in poſſeſſionem: ⁊ charitas in fruitionē ⁊c. Scd̄o eſt notādū ꝙ Chriſtus dr̄ dextera dei excelſi in tota ſcriptura: eo ꝙ pater per ipm̄ operat. Sed dextera dicit ꝑ relationē ad ſiniſtrā: et ſic punitio et ira dei dicit ſiniſtra. mia autē dicit dextera dei. Cū ergo tota lex vetus erat ſub punitiōe ⁊ ſn̄ia: ⁊ quaſi ira dei ⁊ iuſtitia ⁊ exilio: iō poteſt dici ſiniſtra dei: q̄ de⁹ habebat ſuā ſiniſtrā ſupra genus humanū ante aduentum Chriſti. Sed nūc habet dexterā in ſuā. i. miam ſuā ſuper nos. Ex quo pōt dici ꝙ ꝑ Chriſtum facta eſt mutatio a ſiniſtra i dexterā. Et ſic eſt dicēdū ꝙ Chriſtus q̄ eſt dextera dei patris excelſi mutauit ſiniſtrā dei in dexterā. i. irā ⁊ iuſtitiā in miam: ⁊ captiuitatē in libertatē: ⁊ culpā in gr̄am/⁊ noctē in diē/⁊ vmbrā in veritatē ⁊ lucē: ⁊ ſp̄l'r totā legē veterē in euāgeliū: vt circūciſionē in baptiſmū: ⁊ eſum agni paſchalis in eucharistiam. ⁊ ſic de ſingulis ſacris. Et talis mutatio fuit mutatio dextere excelſi: quā ꝓuidit Dauid in figura ꝑ geſta ⁊ myſteria vetera: vt patebit ꝑ ſingula. Iō dicit. Et dixi nunc cepi cognoſcere ſup. ꝙ hec erat mutatio dextere excelſi. i. ꝑ Chriſtū futura q̄ eſt dextera dei excelſi q̄ oia debet mutare: quia talis mutatio a nullo pōt fieri niſi a Chriſto qui eſt dextera excelſi. Nā ſicut de⁹ ꝑ ſiniſtrā miſit iram ⁊ ſn̄iam in totū gen⁹ humanū in ve. te. ita in nouo te. miſit miam ⁊ veniā ⁊ gr̄aꝫ ꝑ Chriſtū q̄ eſt ei⁹ dextera. Et iō q̄ Dauid ꝓuidit in ſpū cōtēplando myſteria ſacre ſcripture: ꝙ ꝑ ſolū Chriſtū erāt oia illa myſteria/vel in ſolo ipſo implēda: Ideo dicit hec mutatio dextere excelſi.



**Memor fui operum dn̄i: q̄ memor ero ab initio mirabilium tuorum.**

**Et meditabor in oibus operibus tuis: ⁊ in adinuentionibus tuis exercebor.**

**Deus in ſancto via tua: quis deus magn⁹ ſicut deus noſter? tu es deus qui facis mirabilia.**

**Notam feciſti in populis virtutem tuam: redemiſti in brachio tuo populum tuum filios Jacob ⁊ Joſeph.**

¶ Hic explicat myſteria ſacre ſcripture ve. te. vbi Dauid ſiue homo myſtic⁹ ꝓuidit iſtā mutationē dextere excelſi ⁊ noſtrā redēptionē figural'r. A quib⁹ myſterijs ſumit parabolā ⁊ ꝓpoſitionē ad petēdū intentū. Unde tria myſteria principaliter adducit in quib⁹ ꝓuidit in figura noſtrā redēptionē. Nam p̄mo adducit liberationē filiorū Iſrael de egypto. Nā ꝑ hoc ꝙ Moyſes fuit a deo miſſus in egyptū/⁊ cū ſignis ⁊ portentis liberauit ⁊ eduxit totū illū ppl'm de egypto ⁊ poteſtate Pharaonis/ꝓuidit ꝙ Chriſt⁹ fili⁹ ⁊ dextera dei patris a patre miſſus debebat liberare totū gen⁹ humanū de tenebris pctōrū/⁊ poteſtate diaboli. ⁊ iō dicit. Ideo cepi cognoſcere q̄ hec erat mutatio dextere excelſi. i. per Chriſtū faciēda: q̄ m̄ memor fui operū dn̄i. i. mirarū quas fecit de⁹ patrib⁹ antiq̄s. Et memor ero mirabiliū tuorū q̄ feciſti ab initio: incipiēdo a Noe: quē liberaſti de diluuio. Et ſic diſcurrēdo ꝑ Abrahā quē liberaſti multipl'r: ⁊ ꝑ Iſaac quē liberaſti de gladio ſacrificij/⁊ Jacob quē liberaſti de Eſau. Et meditabor in oibus opibus tuis q̄ feciſti patrib⁹ noſtris: ⁊ exercebor in adinuētionib⁹ tuis. i. in ſecretis myſterijs clauſis in illis operibus. puta q̄n̄o apparuiſti Moyſi in rubo ardēti: ⁊ q̄n̄o vocaſti eū: et precepiſti vt remoueret calciamēta. Et q̄n̄o ꝯuerſa ē virga in colubrū ⁊ ecōuerſo. ⁊ q̄n̄o traxit manū leproſam de ſinu. Et cōſideraui ꝙ oia iſta ſignificabant miſſionē Chriſti ī mūdū ⁊c. Itē cōſideraui duritiaꝫ Pharaonis: ⁊ plagas egyptijs illatas: in q̄b⁹ plagis ⁊ portētis ꝓuidi totū myſteriū noſtre redēptionis. Et q̄n̄o via tua erat in ſctō. Quaſi dicat: ſicut ille ſanct⁹ angel⁹ erat ductor illi⁹ ppl'i: ⁊ fecit illa ſigna terribilia: ita Chriſt⁹ debebat eſſe ductor toti⁹ generis humani: ⁊ debebat ipꝫ liberare de poteſtate diaboli. Nā q̄s magn⁹ ſicut de⁹ noſter? Et cōuerſus apoſtrophat ad xp̄m futurū dicēs. Tu es de⁹ q̄ facis mirabilia maiora q̄ facta ſint tūc ꝑ Moyſen. Nā ſicut tūc notā feciſti virtutē tuā ppl'is egyptiorū ⁊ aliorū ī mari rubro: ita notā facies virtutē tuā in humanitate ꝑ totū orbē. Et ſicut tu redemiſti ī brachio ⁊ potētia tua ppl'm tuū. ſ. Jacob ⁊ Joſeph: ita redimes totū gen⁹ humanū: ⁊ totā eccl'iaꝫ intellectā ꝑ Jacob ⁊ Joſeph. Et notāter dicit filios Jacob ⁊ Joſeph. Nā licet inter filios Jacob intelligātur ⁊ cōprehendant filij Joſeph: tn̄ q̄ filij Joſeph oēs ſunt nati in egypto/⁊ reputabant nobiliores apud egyptios: eo ꝙ deſcendebāt a Joſeph qui fuerat princeps ⁊ rector ⁊ ꝑfect⁹ toti⁹ egypti: ideo ſpecialiter nominat eos: ⁊ q̄ eccl'ia maxime figurat ꝑ filios Jacob: ⁊ Chriſt⁹ maxie figurat ꝑ Joſeph: q̄ ꝑ fratres ſuos vēdit⁹: ⁊ poſt afflictionē exaltatus ⁊c. ſicut dictū eſt pſal. ij. Iterū eſt aduertendū ꝙ in illis operib⁹ mirabilib⁹ due ſubſtātie ſunt cōſiderāde. Primo angelus dn̄i inuiſibilis q̄ faciebat illa miracula. Scd̄o Moyſes viſibilis q̄ percutiebat aq̄s cū virga. ⁊ ſic fiebāt illa opa mirabilia. per hoc ꝓuidit Moyſes ⁊ Dauid ꝙ in xp̄o redēptore debebāt eſſe due nature: vna diuina inuiſibilis q̄ principaliter ⁊ latēter opat: ⁊ altera humana ⁊ viſibilis q̄ inſtrumētaliter ⁊ viſibiliter videbat opari. Et iō dicit. de⁹ in ſctō via tua. i. ſicut via tua ⁊ virt⁹ ⁊ ducat⁹ erat in ſctō angelo inuiſibili ⁊ in ſctō Moyſe viſibili: ita pariter via noſtre redēptiōis fuit ī xp̄o ſancto tuo/q̄ eſt ſanct⁹ ſanctorū: i quo ē duplex natura. ſ. diuina ⁊ humana. Per hec ergo myſteria ꝓuidit Dauid totū myſteriū icarnatiōis ⁊ nr̄e redēptiōis facte ꝑ mortē ⁊ paſſionē Chriſti in ſignis ⁊c.

figura noſtre redemptionis.

**Uiderūt te aque deus: viderūt te aque ⁊ timuerunt: ⁊ turbate ſunt abyſſi.**

**Multitudo ſonitus aquarū: vocem dederunt nubes.**

**Etenim ſagitte tue tranſeunt: vox tonitrui tui in rota.**

**Alluxerunt coruſcationes tue orbi terre: commota eſt ⁊ contremuit terra.**

Exod. xvij. et c. x. et a ca. vij. vſq̄ ad ca. xij.

¶ In ſecūdo loco adducit miraculū ⁊ myſteriū factū in tranſitu maris rubri. vnde ſicut tot⁹ popul⁹ erat ī periculo ne caperet ⁊ trucidaret ꝑ Pharaonē ⁊ egyptios: niſi q̄ Moyſes cum virga percuſſit aquas: ⁊ diuiſe ſunt aque: ⁊ trāſiuit ppl's ad aliam partē littoris: ⁊ ſic per trāſitū aquarū ſaluatus ⁊ liberatus eſt ppl's: ita pariter Chriſt⁹ ꝑ cōtactū ſui corporis prebuit virtutē regeneratiuā aquis baptiſmalib⁹. ⁊ ꝑ aquas baptiſmales liberauit fideles de poteſtate diaboli: vt fuit ibi figuratū. Hoc ergo ꝓuidēs Dauid in figura dicit. O deus Chriſte ſicut tūc viderūt te aque maris rubri/⁊ viderunt te aque Jordanis: ⁊ timuerunt. i. quaſi timentes ſunt diuiſe et cōuerſe ſunt retrorſum: et liberati ſunt filij Iſrael: ⁊ abyſſi aquarū turbate ſunt: ita pariter q̄n̄ aque baptiſmales viderūt te: timuerūt diaboli ⁊ abyſſi infernales turbate ſunt: q̄ ꝑ baptiſmū deleſti peccatū: ⁊ fugaſti diabolicā poteſtatē. Itē aq̄ maris Galilee timuerūt te: q̄n̄ ſiccis pedibus ſuꝑ eas ambulaſti: et mari et fluctib⁹ et vētis imperaſti: et Petrū de ꝓfundo pelagi liberaſti. Iteꝫ ſicut poſt tranſituꝫ Iſrael fuit multitudo ſonitus aquarū: ⁊ nubes dederūt voces ⁊ tonitrua: ⁊ ſagitte tue tranſierūt. i. multa fulmina fuerūt de nubibus immiſſa: et vox tonitrui tui fuit quaſi tonitrus qui fit

Figura baptiſmi.

in rota ⁊ curru: ⁊ mouerūt aquas: ⁊ reduxerūt eas ſup Egyptios ⁊ ſubmerſerunt eos: ⁊ ſicut ibi coruſcationes tue alluxerunt: ⁊ igneos radios dederūt orbi terre: ⁊ tota terra tūc cōmota eſt: ita pariter O Chriſte multitudo ſonitus aquarum tue ſapiētie/ ⁊ nubes. ſ. apoſtoli tui dederunt vocē euangelicā: ⁊ ſagitte tue euangelice tranſierūt per totū mūdū: ⁊ vox tonitui tui. ſ. tue predicationis iuit per totū mūdū in rota euāgelica ⁊ curru euangelico: quem quatuor euāgeliſte duxerūt ⁊ duxerūt ꝑ totū orbē. Et ſic coruſcatiōes euangelice alluxerūt ex mōte Siō in die penteco. toti orbi terre: qr ibi apoſtoli receperunt coruſcationes et ſplendorē ſapientie: ⁊ donorum ⁊ gratiarū: ⁊ ſic predicauerūt toti orbi terre. Et ſic cōmota eſt ⁊ cōtremuit tota terra ad ꝑdicationē apoſtolorum/ ⁊ oīa idola corruerunt ſicut corruerunt egyptij in mari rubro.

Exod. xiiij. **In mari via tua ⁊ ſemite tue in aq̄s multis: ⁊ veſtigia tua non cognoſcentur.**

¶ Sicut ibi fuerūt vite tue in mari rubro/ ⁊ ſemite tue in aq̄s multis/ vt popul⁹ trāſiret/ ⁊ veſtigia tua nō fuerūt nota: ita qn̄ venies tu Chriſte in mūdū: via tua erit in mari: qr ſiccis pedibus per mare Galilee ambulabis: ⁊ etiā ꝑ mare hui⁹ mūdi: ⁊ ſemite tue erūt in aquis ⁊ ꝑſecutionib⁹ multis: qr apoſtoli tui nauigabūt in hoc mari ꝑſecutionū: ſed veſtigia tua nō cognoſcent̄ in mari Galilee: qr ſuper aquas ambulabis: ⁊ etiā nec veſtigia peccati cognoſcent̄ in te/ ſicut in nobis: qr eris inter oēs mortuos liber. Veſtigia tua nō cognoſcentur quādo intrabis mare hui⁹ mundi: qr myſteriū incarnationis erit ineffabile ⁊ inueſtigabile. Vn̄ dicit Salomon ꝓuerbiorū. xxx. Tria ſunt mihi difficilia: ⁊ q̄rtū penit⁹ ignoro. ſ. viam aquile in celo/ viā colubri ſup petrā/ viā nauis ī medio maris: ⁊ viā viri ī in adoleſcētia. i. viā filij dei/ qn̄ deſcēdit de celo in carnē: ⁊ viā Chriſti qn̄ exiuit de ſepulcro: et viam conuerſationis Chriſti ī mari hui⁹ mūdi: ⁊ viā Chriſti qn̄ exiuit de clauſtro vteri virginalis: qr nullū veſtigiū/ aut violentiā reliquit Chriſtus in his quatuor vijs: qr abſq̄ violētia fecit Chriſtus iſta quatuor occulta ⁊ ineffabilia myſteria. ſ. myſteriū incarnationis: ⁊ natiuitatis: ⁊ reſurrectiōis: ⁊ aſcēſiōis: ⁊ cōuerſationis huius vite: ⁊ veſtigia eius fuerunt mūdo ignota in iſto quadruplici itinere. Et ſic eſt dicendū de ceteris myſterijs Chriſti ⁊ miraculis que latenter diuinitas operabatur.

Exod. xiij. & cō ſe. diſt. ij. quid eſt. **Deduxiſti ſicut oues populum: tuum in manu Moyſi ⁊ Aaron.**

¶ Vltimo adducit ducatū ꝑ deſertū ⁊ introitū terre ꝓmiſſionis. Vnde dicit. ſicut deduxiſti ppl'm tuū ſicut oues in manu Moyſi ⁊ Aaron ex Egypto ꝑ totū deſertū: ita deduces ppl'm fidelē de tenebris peccatorū ⁊ poteſtate diaboli. Et deduces ipm ꝑ deſertū hui⁹ mūdi: ⁊ introduces in hāc ecclīam ꝑ gratiā ⁊ ī futurā ꝑ gloriā. Et dicit in manu Moyſi ⁊ Aaron: qr ꝑ hos fuit Chriſt⁹ figuratus/ qr dux et ſacerdos: qr inquātū dux ſiue rex dedit legē euāgelicā: ⁊ inquātū ſacerdos cōtulit ſacramēta. Ex q̄b⁹ pꝫ/ ꝙ Dauid non allegat ſupradicta myſteria gr̄a ſui: ſed aſſumit ea in parabolā ⁊ ꝓpoſitionē: inquātū erāt figura noſtre redēptiōis future ꝑ Chriſtū. ⁊ ſic allegat figurā ꝓ figurato: qr ſicut oīa illa non erāt gratia ſui: ſꝫ gr̄a Chriſti futuri: ita allegat ſpā gr̄a ⁊ rōne figurati: qr aliter Dauid nō fuiſſet ꝓpheta. Vn̄ dupliciter eſt nobis Chriſt⁹ in lege ꝓmiſſus: vno mō ꝑ myſteriū et figurā: alio mō ꝑ expreſſam ꝓmiſſionē. ⁊ ideo nō eſt minus certa veritas myſterij ⁊ figure ꝙ veritas expreſſe ꝓmiſſiōis: ideo ꝓpheta audacter allegat figurā tanꝙ verā et certā ꝓmiſſionē: ⁊ in q̄b⁹ figuris nouit mutationem dextere excelſi. Et ſic Dauid in ꝑſona totius eccl'ie fuit ꝯſolatus in ſua anguſtia. Jō nihil aliud eſt dicere: tu deduxiſti ſicut oues ppl'm tuū ⁊c. niſi dicere: tu deus nobis redēptiōem ꝑ illā figurā ꝓmiſiſti. Jō fac qđ tu ꝓmiſiſti in figura/ ſiue facias in veritate quod in figura ſignificaſti. ¶ Ex toto iſto pſal. pn̄t recolligi tres cōcluſiones principales. ¶ Prima ꝯcl'o/ ꝙ Dauid cōtēplando oēs ꝓmiſſiones factas patrib⁹ antiq̄s: ⁊ liberationē filiorū Jſrael de egypto ꝑuidit totū myſteriū noſtre redemptionis. ¶ Scđa ꝯcl'o/ ꝙ totū myſteriū noſtre redēptionis fuit mutatio dextere excelſi. ſ. a iuſtitia i miſericordiā/ ⁊ ab ira in benignitatē ⁊c. ¶ Tertia cōcl'o/ ꝙ diuinitas ꝗbi ita latēter operabat̄ in illa hūanitate: ꝙ veſtigia incarnatiōis ⁊ natiuitatis ⁊ cōuerſationis/ ⁊ miraculorū operationis/ ⁊ reſurrectiōis/ ⁊ aſcēſiōis fuerūt mūdo ineffabilia/ ⁊ ignota vſq̄ ad miſſionē ſpūs ſancti. q̄ q̄dē myſteria lꝫ ſint nobis nota per fidē quo ad effectum: tamen nobis ſunt incomprehenſibilia quo ad cauſam ⁊ modum.

**Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem veſtram in verba oris mei.**

¶ Titulus. Eruditio ſiue intellect⁹ ipſi Aſaph. In greco autē ly intellect⁹ ſiue eruditio ē genitiui caſus: vt ſit ſenſus ꝙ iſte eſt pſal. intelligētie ſiue eruditiōis ipſi Aſaph. Ex titulo apparet ꝙ Dauid fecit hunc pſal. ſcđꝫ ꝙ fuit eruditus a ſpū ſctō: ⁊ vt erudiret nos ī hoc pſal. de his que ipſe fuit eruditus. Et dedit ipſum cantandū ⁊ recēſendū ipi Aſaph/ ⁊ choro ei⁹. Vn̄ ſicut Terētius licet faciebat comedias: tn̄ dabat eas recenſandas ipſi Calliopio: vn̄ ipſe dicit in fine cuiuſlibet comedie. Valete ⁊ plaudite Calliopi⁹ recēſui. Jta pariter Dauid habebat tres cātores quos cōſtituit ad cantādū ⁊ recēſendū pſal. vt pꝫ primo paralyp. Et ſic Aſaph ⁊ Ethan ⁊ filij Chore: ⁊ ceteri nō ponunt̄ in titulo pſalmorū tāꝙ actores pſalmorū: ſꝫ tāꝙ recenſores ⁊ cantores: ⁊ etiā īterpretes pro ppl'o. Ex quo pꝫ/ ꝙ Dauid ē actor hui⁹ pſalmi: ⁊ Aſaph eſt cantor ſiue recēſor: ſed ꝑſona introducta ad loquēdū in hoc pſalmo/ in cui⁹ perſona fact⁹ eſt pſal. eſt ipſe Chriſtus/ vt pꝫ Matthei. xiij. vbi dicitur ꝙ cū locutus fuiſſet Jeſus in parabolis ⁊c. poſtea dicit. Hec oīa locutus eſt Jeſus in parabolis: vt impleret̄ qđ dictū erat ꝑ ꝓphetā. Aperiā in parabolis os meū: ⁊ eructabo abſcondita a cōſtitutione mundi. Ex quo patet/ ꝙ Chriſt⁹ loquit̄ in hoc pſal. Ad cuius intellectum oībus fabulationib⁹ Judeorū dimiſſis eſt aduertēdū ſcđm Auguſtinū. xvij. de ciuitate capitulo quarto ⁊. v. ꝙ Dauid cōtēplando ſacram ſcripturā: ⁊ maxime vt legit̄ primi Regū. qualiter filij Effraim: et totus populus Jſrael fuit victus in ꝓlio a Philiſteis: qui occiſis ſacerdotibus filijs Heli detulerūt ſeeū arcam dn̄i: ⁊ tenuerunt eam in Acharon ⁊ Azoto. Et tunc ſacerdotium



fuit trāſlatū a filijs Heli in Samuelē. Et arca dn̄i poſtea fuit trāſlata ꝑ Dauid in Hierl'm. Et ſic tribus Effraim ſimul perdidit arcam ⁊ regnū ſiue iudiciū. que quidē puniti ovenit tribui Effraim ⁊ toti Jſrael ꝓpter pctm̄ ingratitudinis et rebelliōis ⁊ infidelitatis. Naꝫ cū tot beneficia a deo recepiſſent fuerunt deo ingrati ⁊ rebelles: qr oēs mōtes Effraim erant pleni idolis Baalim. que quidē deſtrauit poſtea Samuel dn̄ fact⁹ fuit iudex ⁊ ſacerdos. Jtē conſiderabat poſtea Dauid qualiter ꝓpter ingratitudinē ⁊ inobedientiā trāſlatū fuerat regnū a Saule ad ipſum ⁊c. Per hanc ergo triplicē trāſlationē. ſ. tabernaculi ⁊ regni ⁊ ſacerdotij q̄ facta eſt propter peccatū ingratitudinis ⁊ rebellionis ⁊ infidelitatis/ ꝓuidit Dauid in ſpū qualiter populus iudaicus debebat eſſe ingrat⁹ ⁊ rebellis ⁊ incredulus xp̄o Meſſie in aduētu ſuo: ꝓpter qđ pctm̄ debebat perdere locū/ ſcꝫ tēplū ⁊ ſacerdotiū ⁊ regnū: ⁊ erat transferēdū ad eccleſiā ex gētibus cōgregandā. Et hec eſt ſentētia Auguſtini. xvij. đ ciuitate. capl'o. iiij. ⁊. v. Hoc ergo ꝓuidens Dauid in ſpiritu fecit hūc pſalmū: in quo introducit Chriſtū loquentē exhortātē ⁊ vocantē illū populum ad legē euāgelicā/ ſub cōminatione ꝑdendi tēplū ⁊ ſacerdotiū ⁊ regnū. Duo ergo in hoc pſalmo ꝓpheta principaliter facit. Nā primo premittit proemiū ſiue prefationē. Scđo exequit̄ de narratione. ibi. Filij. Effraim. ¶ Quantū ad primū qr proemiū eſt breuiloquiū quorūdam dicendorum/ ideo in prologo ſiue ꝓemio iſto aſſignat quatuor cauſas huius pſalmi. Nam cauſa efficiens eſt xp̄s loquēs: in cuius ꝑſona factus eſt pſal. Cauſa materialis ſunt oīa myſteria vete. teſta. que hic adducuntur. Cauſa formalis eſt modus ꝓcedendi: quia oīa ea myſteria. ⁊ geſta vete. teſt. que memorātur in hoc pſal. adducit per moduꝫ parabole ⁊ ꝓpoſitionis ad inferendū aliquā magnā cōcluſionem in nouo teſta. Cauſa autē finalis eſt vtilitas que ſeq̄tur. ſ. vt efficiāt auditores bonos/ ⁊ deo obedientes ⁊ credentes. Quatuor ergo facit in hoc proemio. Nam primo aſſignat cām efficientē. Scđo cauſam formalē. Tertio cauſam materialē. Quarto cauſaꝫ finalē. ſcđm ibi. Aperiaꝫ in parabolis. tertium ibi. Quanta audiuim⁹. quartū ibi. Ut cognoſcat generatio altera. Quantū ad primū propheta introducit xp̄m Meſſiā in lege ꝓmiſſum verū deū ⁊ hominem loquentē ad populū Judeorū in aduentu ſuo dicētē. O popule attēdite. i. attēte ⁊ attendendo audite ⁊ itelligite ⁊ ſuſcipite legē meā: quā vobis fero. Et etiā attendite legē meā veterē: ⁊ percipite eā aurib⁹ mētis ⁊ cordis: quia in ea reperietis totā legē euāgelicā. Ex his patet ꝙ iſte qui hic loquitur: eſt ipſe de⁹: qr dicit/ attēdite popule me⁹ legem meā: qr lex diuina eſt ſolius ipſius dei: et ille ppl's dicitur populus dei/ Jtē eſt aduertendū vt ſepius dictū eſt: ꝙ lex euāgelica quā xp̄s tulit nō eſt alia ſcđm eſſentiā a lege veteri: ſed eſt ſpūs et veritas illi⁹. Joā. primo. Lex ꝑ Moyſem data eſt: gratia aūt ⁊ veritas per Chriſtū facta eſt. Unde vetus teſtm̄ nihil aliud eſt niſi occultatio noui: ⁊ nouum teſtamētū nil aliud eſt niſi manifeſtatio veteris: vt inquit Aug. Jō q̄ vult bene attendere ad legē veterē ⁊ aurib⁹ eā ꝑcipere: ibi reperiet ꝟitatē euāgelicā ſub figurarā. Et iō dicit attēdite popule me⁹ legē meā ⁊c. Et dicit aurib⁹ ꝑcipite verba oris mei: ad

differētiā legis euangelice ad veterē. Nā illa data eſt ſcripta in tabulis lapideis ⁊ in charta mortua. Et iſta in cordib⁹ hoīm ꝑ ꝓpriū auditum. Jō dicit aurib⁹ percipite ⁊c. Jtē illa data eſt ꝑ os Moyſi: iſta vero per os ipſi⁹ dei. ſ. xp̄i. Jdeo dicit. Verba oris mei. Ad denotādū ꝙ de⁹ incarnat⁹ ꝑ os ſuum erat latur⁹ legē impreſſaꝫ in cordib⁹ hoīm. Dicit ergo xp̄s in aduētu ſuo. O popule me⁹ Jſrael attendite ad legē meā: ⁊ intelligite eā: qr hec lex quā vobis ꝑdico lex dei eſt: qr Moyſes de me ſcripſit. Tantū hoc dixit xp̄s Matthei. v. qn̄ aſcēdit in montē: ⁊ declarauit legē diuinā dicens. non veni ſoluere legē: ſꝫ adimplere. Et hoc idē pꝫ ꝑ totū diſcurſum euāgeliorum: in quo de⁹ nil aliud facit niſi vocare ppl'ꝫ ad legē itelligēdā: ⁊ ſuſcipiēdā veritatē legis

**Aperiam in parabolis os meū: loquar ꝓpoſitiones ab initio.** xxiij. q. ſ. c. non affera mus.

¶ Hic premittit modū procedendi in hoc pſalmo/ quē vult tenere. ſ. adducere myſteria vete. teſt. per modū parabolarū ⁊ ꝓpoſitionū. Quaſi dicat: ꝙ ea que intēdit adducere: nō adducit ꝑciſe gr̄a ſui: ſed per modū parabolarū ⁊ ꝓpoſitionū gr̄a alterius cōcluſionis inferēde de veritatib⁹ noui teſt. ¶ Ad cuius intellectū eſt notādū ſicut dictū eſt in ꝓlogo hui⁹ libri: ꝙ ꝓuerbiū ſiue parabola nō ponit̄ gr̄a ſui/ ſed alterius. Nā ꝓuerbiū đr quaſi ꝓ alio ꝟbū: ⁊ parabola dicit̄ a para qđ eſt iuxta: ⁊ bole ſententia/ quaſi iuxta ſniam alterius. Jtem parabola nil aliud eſt niſi ꝓpoſitio alicuius rei geſte: vel tanꝙ geſte ꝓ aliq̄ veritate ſimilitudinarie ⁊ exēplariter inferenda. Et ſic ſemꝑ ponitur ꝓ alio. Jtē propoſitio ſcđm Ariſtotelē ꝑmo poſterior/ et in priorib⁹ eſt enūciatio affirmatiua aut negatiua ad inferendā cōcluſionē intentā. Et iō ꝓpoſitio nō ꝓponitur gr̄a ſui: ſed gr̄a cōcluſionis inferēde. Et iō qr tota ſacra ſcriptura veteris teſt. nō poſita eſt gr̄a ſui/ ſꝫ inquantū figurabat myſteria noui teſta. ideo dicūtur parabole ⁊ ꝓpoſitiones que ꝑmiſſe ſunt in vete. teſta. ad inferendū myſtice ⁊ ꝓphetice ꝯcluſiones ⁊ veritates euāgelicas. Et ideo ſicut totū vet⁹ teſtamētū nil aliud eſt niſi quedā parabole ⁊ ꝓpoſitiones premiſſe ad inferēdū ⁊ figurādū legē euāgelicā: ita tota lex euāgelica nil aliud eſt niſi q̄daꝫ veritas ⁊ cōcluſiones illate ex myſterijs ⁊ ſcripturis legis veteris. Nā ſicut veritas cōcluſiōis cōtinetur virtualiter ⁊ confuſe in ꝓpoſitionib⁹ ꝑmiſſis: ſed poſt illationē patet veritas diſtincte in cōcluſione: vt pꝫ primo poſteriorū. Jta veritas euāgelica continebat̄ virtualiter ⁊ in cōfuſo in lege veteri: ſed poſt aduentū Chriſti patuit illa veritas diſtincte ꝑ Chriſtū in euāgelio. Et ſic tota lex vetus nil aliud eſt niſi parabole ⁊ ꝓpoſitiones reſpectu euāgelij. Et ſic eccl'ia catholica ⁊ quilibet fidelis/ quādo lege ſcripturā ve. te. non legit gratia ſui: ſed ad myſteriū ⁊ ꝓphetiā: prout figurat veritates legis euangelice. Aliter intelligentia veteris legis nō eſt vera nec catholica: qr veritas eius eſt euangeliū. Et ideo dicit Hieronym⁹ in epiſtola de manſionib⁹/ ꝙ oīa dicta in hoc pſal. ponūtur tāꝙ propoſitiones ⁊ parabole inquātū figurabant myſteria no. te. ⁊ ſic nō ꝓponunt̄ gr̄a ſui: ſed ad ſenſum ſpūalē. Et hoc eſt qđ ꝓmittit ꝓpheta in ꝑſona xp̄i/ ꝙ quicq̄d dicet̄ in h̄ pſal. de te. ve. nō intēdit adducere gr̄a ſui/ ſed ꝓut ſunt quedā parabole ⁊ ꝓpoſi

S q̄d ſit prouerbium ⁊ q̄d parabola

lex vetus eſt parabola reſpectu euangelij.

tiones. Vñ ait. Aperiā in parabolis os meū: ⁊ lo-
quar ꝓpoſitiones ab initio. i. adducā oīa myſteria
ſacre ſcripture incipiēdo ab initio exitꝰ Iſrael de
egypto: qꝛ tunc incepit iſte pplˢ: ⁊ etiā a ꝓmiſſio-
nibꝰ factis ab initio ipſi Abrahā Iſaac et Jacob.
Et ea que acciderūt toti pplo Iſrael ſucceſſiue vſ-
ꝗ ad Dauid. Et oīa iſta adducā tanꝗ parabolas et
ꝓpoſitiones: ex quibus inferam intētum meū. Nā
oīa illa nō ſunt gſta ſui: ſed parabole ⁊ ꝓpoſitiões
reſpectu legis euangelice ⁊ hec erit cauſa forma-
lis ⁊ modus procedēdi in hoc pſalmo.

x. diſti. q̄s ne- ſciat vt ptꝫ. vſ. exod. ꝑ torum. Quanta audiuimus ⁊ cognouimus: ea et
patres noſtri narrauerunt nobis.
Non ſunt occultata a filijs eorum: in gene-
ratione altera.
Narrantes laudes dñi ⁊ virtutes eius: et
mirabilia eius que fecit.
Exodi. xx. Et ſuſcitauit teſtimoniū in Jacob: ⁊ legē
poſuit in Iſrael.

¶ Hic explicat cauſā materialē huius pſal. id eſt
materiam quā intendit adducere ⁊ loqui: q̄ quidē
materia dicitur materia antecedēs. Et dicit ꝙ in-
tēdit adducere in hoc pſal. oīa iſta geſta quāta au
diuimꝰ ſcripta in Geneſi ⁊ Exodo/ ⁊ quinꝗ libris
legis ⁊ Joſue/ ⁊ in libro Judicū/ ⁊ in libris Regū.
i. tanta loquar quanta audiuimus ⁊c. que quidem
geſta antiquorū patres noſtri annūciauerunt no-
bis voce ⁊ ſcripto. que quidē geſta nō ſunt occulta
ta/ nec tacita a filijs eorū in generatiōe altera. im-
mo ipſi narrauerūt filijs ſuis narrātes laudes dñi
⁊ beneficia ⁊ virtutes eius ⁊ mirabilia q̄ fecit: que
pro magna parte explicabunt in hoc pſal. Omnes
ergo iſtas ꝓpoſitiōes loquar: ⁊ adducam: ⁊ loquar
etiā quomodo deꝰ ſuſcitauit ⁊ nouiter dedit illam
legē in teſtimoniū in Jacob: ⁊ legem poſuit ⁊ ordi-
nauit ⁊ cōſtituit in Iſrael. quaſi dicat: ꝙ illā legē
quā dedit pplo Iſrael in monte Sinai dedit in te-
ſtimoniū. ¶ Et nota ꝙ lex vetus dicit teſtimoniū
E lex ve- tus dr teſtio- niū. Primo quia fuit per angelos teſtificata. Scdō qꝛ
repoſita eſt in arca in teſtimoniū cōtra preuarica-
tores. Deutero. xxxi. Tertio quia tota lex vetꝰ facit
teſtimonium de Chriſto futuro. Ideo ait ſaluator
Joā. v. Scrutamini ſcripturas/ qꝛ ipſe teſtimoniū
¶ Titulus/canticū Aſaph. Ex titulo ptꝫ ꝙ pſalmꝰ iſte factus eſt a Dauid/⁊ datus ſibi Aſaph ad cantandū: ⁊ dirigitur toti eccleſie: eo ꝙ Aſaph interpretatur cōgregatio: inquantū ex literaꝰ ptꝫ ꝙ loquitur de ꝑſecutiōe eccleſie. Sed eſt dubiū ꝓ quo ſtatu eccleſie loquat̃: an ꝓ ſtatu ve. teſt. an no. Unde multi Judeorū dicūt ꝙ loquit̃ de deſtructiōe Hieruſalem facta per Nabuchodonoſor ⁊ Chaldeos. Sed alij arguūt cōtra: dicētes ꝙ hoc nō pōt ſtare: eo ꝙ in illa ſtrage nō fuerūt ſancti illi q̄ fuerūt trucidati: ſꝫ ſcelerati ⁊ idololatre: vt ptꝫ. iiij. Reg. vlt. Hic aūt dr̄/poſuerūt carnes ſanctoꝝ tuoꝝ beſtijs terre. Ideo dicūt alij ꝙ potiꝰ iſte pſalmꝰ loquit̃ de ſtrage ⁊ vaſtatiōe facta ꝑ Antiochū tēpore Maccabeorū/in qua multi ſancti trucidati ⁊ martyrizati ſunt pro lege dei: vt patet ꝑ totū diſcurſū primi ⁊ ſcdi Maccabeorū. Sed cōtra hoc arguūt alij dicentes hoc non poſſe ſtare per hoc qd̄ dicit̃ in hoc pſalmo. Poſuerūt Hieruſalē in pomorū cuſtodiā. *De materia huius pſ.* manifeſtū eſt ꝙ tūc Hieruſalē nō fuit totaliter deſtructa: ſicut hic videtur dicere: ⁊ ideo dicunt q̄dā Hebrei moderni ꝙ hic loquit̃ de deſtructione facta ꝑ Titū ⁊ Romanos. quā deſtructionem ſperāt reparari per Meſſiam quē expectant: vt hic videtur orare. Sed iſta intelligētia eſt falſa ⁊ erronea. Primo q2 Meſſias erat venturus in ſcdm templū: ꝓut dixerunt Aggeus/⁊ zacharias/⁊ Malachias. Ex quo patet/ꝙ anteꝗ̄ Titus ⁊ Romani deſtruxiſſent templū ſecundū/iam venerat Meſſias: ſicut in veritate impletū eſt. Ex quo ptꝫ ꝙ omnes Judei q̄ fuerunt trucidati ⁊ captiuati in illo excidio fuerunt ſcelerati et damnati ⁊ reprobati: ⁊ nō ſancti ⁊ iuſti: ſicut hic dicitur. Itē quia illa ruina ⁊ deſtructio nō debet ampliꝰ reparari/nec ipſi iudei liberari/prout dictū eſt ſupra pſal. lxxiij. vbi dicitur deſtrues illos: et non reedificabis eos. Et quidam catholici dicunt ꝙ iſte pſalmꝰ loquitur de Hieruſalē ſpirituali: ſcilicet de tota eccleſia Chriſti toto orbe diffuſa: ſcilicet pro iſto ſtatu a paſſione Chriſti vſqꝫ ad cōſtantinū/in quo tp̄e multa milia martyrum pro fide Chriſti occiſa ſunt. Sed huic contrariari videt̃ illud qd̄ ſequit̃ in pſalmo. ſ. ne memineris iniq̄tatū noſtraꝝ antiquarū ⁊c. q2 in illis ꝑſecutionibꝰ martyres non mortui ſunt ꝓ peccatis eorum: ſed pro fide Chriſti defendēda ⁊ confeſſione fidei. Et ideo videt̃ mihi dicendum ꝙ Dauid cui reuelatus eſt totus diſcurſus eccleſie vſqꝫ ad vltimum iudiciū in ſpiritu preuidit futurā deſtructionem Hieruſalem faciendā per Chaldeos: ⁊ eiꝰ reſurrectionem faciendam per Maccabeos. per quas vaſtationes ⁊ deſtructiones preuidit in ſpiritu futuras perſecutiones eccleſie Chriſti faciendas per ſectam Mahometicā ⁊ per Antichriſtum de quibus vaſtationibꝰ ⁊ perſecutiōibus fecit plures pſalmos. ſ. pſalmū. xliij. ⁊. lxiij. ⁊ hunc. lxxviij. et ſequentem. In quibꝰ pſal. quedam verificantur de deſtructiōe Hierl'm facta per Chaldeos: ⁊ quedā de vaſtatiōe facta per Antiochū: prout ſunt figure perſecutionū eccleſie Chriſti. Et quedam verificātur literaliter de ꝑſecutionibꝰ eccl'ie: puta de ꝑſecutione tyrannorum: ⁊ quedā de perſecutiōe Mahometica in qua nunc ſumus: ⁊ quedā de perſecutiōe Antichriſti q̄ futura expectat̃: de quibus eccleſia expectat liberari. prout videbitur. Naꝫ ſm̄ Auguſt. lib. de catechizandis rudibus per deſtructionem Hieruſalē et captiuitatem Babylonie ſignificabatur ⁊ figurabatur perſecutio ⁊ ſtrages eccl'ie Chriſti faciēda per tyrānos ⁊ hereticos. Et per reparationē illius Hieruſalē ⁊ tēpli materialis/prouidit Dauid renouationē ⁊ reparationē eccl'ie faciendā per Chriſtū. Et ſic intelligētia huius pſalmi ⁊ ꝓphetie eſt bipartita ⁊ ēt tripartita: ſicut itelligētia alioꝝ ꝓphetarū. vt inq̄t Aug. xvij. de ciui. c. iij.



Et ideo ſcdm hūc intellectū exponet̃ iſte pſalmꝰ ⁊ ſequēs. Dauid ḡ p̄uidit in ſpū nō ſolū modo tūc futurā deſtructionē Hierl'm ꝑ Chaldeos: ⁊ vaſtationē futurā ꝑ Antiochū: ſed etiā in illis p̄uidit perſecutionē Mahometichā ⁊ Antichriſti cōtra eccl'iam. Et ſic inter ceteros fecit hūc pſalmū: in quo pſalmo tria facit. Naꝫ p'o exponit ſuā declamationē ⁊ querelā. Scdo petit liberationem. Tertio ſubdit gratiarū actiōes. Scdꝫ ibi. Uſqꝫ q̄ dn̄e Tertiū ibi. Nos autē pp'ls. ¶ Quātū ad primū eſt primo notandū ꝙ gētes licet cōmuniter ſumant̃ ꝓ pp'lo gētili idolis quodā dedito: tn̄ ꝓprie gentes dicuntur oēs q̄ viuūt ſcdm carnē ponētes ſpē ſuā in rebꝰ tēporalibꝰ ⁊ carnalibꝰ/non viuētes ſcdm ſpm̄. Et ſic oēs generatiōes ⁊ cōditiones hoīm tam Judei ꝗ̄ Sarraceni ⁊ infideles dicunt̃ gētes: q2 viuūt ſcdm generationē carnalē Chriſtiani aūt q2 ꝓter generationē carnalē ſunt regenerati: ⁊ idō nō ꝓprie dicūt̃ gētes: ſed pp'ls dei in Chriſto regeneratus. Et ſic in iſto pſalmo ⁊ etiā in ceteris qñ dicit̃/Deus venerunt gētes/non ſolūmodo intelligunt̃ idololatre: ſed Sarraceni ⁊ ſequaces Antichriſti. Scdo ē notandū ꝙ Dauid ꝑ deſtructionē Babylonicā ⁊ vaſtationē Hierl'm futurā ⁊ Antiochū p̄uidit in ſpū qualiter gens Mahometana debebat ſurgere ex parte Arabie ꝯ eccl'iaꝫ Chriſti q̄ dicit̃ vere Hierl'ꝫ ⁊ vaſtare eā ⁊ plures ptes mūdi: et euertere eccleſias ⁊ ſanctuaria: ⁊ ꝓphanare res ſacras: ſicut vidēmus fuiſſe factū ꝑ totā Africā ⁊ Egyptū/⁊ magnā partē Ethiopie ⁊ ꝑ totaꝫ Syriā ⁊ Meſopotamiā/⁊ Chaldeā/⁊ Perſiā: et Parthiā/⁊ Indiam/ et Scythiā/⁊ Armeniā/⁊ Aſiā/⁊ Greciā: ⁊ q2 deduxerūt eccl'ias Chriſti quaſi ad tuguria ⁊ tabernacula armētorū tp̄e huiꝰ turci. Et hoc eſt qd̄ intēdit hic Dauid in hoc pſal. Uñ dicit conquerēdo ⁊ exclamādo. O deꝰ ſicut gētes Chaldeoꝝ ⁊ Grecoꝝ venerūt quōdā in hereditatē tuā. ſ. Hierl'm: ⁊ polluerūt tēplū ſanctū tuū ⁊ ꝓphanarūt: ⁊ poſuerūt. i. reddiderūt Hierl'ꝫ in pomorū cuſtodiā. i. ſicut tuguriū hortorū: ⁊ etiā ſicut gētes Antiochi poſuerūt morticina ſeruorū tuorū. i. cadauera ſanctorū volatilibus celi/⁊ dederūt carnes ſanctorū tuorū comedēdas beſtijs terre Et effuderunt ſanguinē ipſorū tanꝗ̄ aquā in circuitu Hierl'm: ⁊ q2 intātū iacebāt cadauera/ꝙ nō erat q̄ ſepeliret tp̄e Maccabeorū: Ita pariter gēs Sarracenorū inſurrexerūt tp̄e Chriſtianorū: ⁊ venerūt ꝯ hereditatē: q̄ eſt eccl'ia toto orbe diffuſa: ⁊ polluerūt ⁊ ꝓphanarūt tēplū ſanctū tuū. i. oēs ſacras eccl'ias: ⁊ poſuerūt Hierl'm. ſ. ſpūalē in pomorū cuſtodiā: q2 incēderūt oēs eccl'ias: ⁊ deſtruxerūt: ⁊ reduxerūt eas quaſi tuguria: q̄ ponūtur ad cuſtodiendas vineas ⁊ hortos ⁊ pomeria. *no. de eccl'ie ꝓphanatione.* Nā magnas ciuitates reduxerunt ad p̄uas villas: ⁊ magnas eccl'ias ⁊ tēpla/aut fecerunt meſquitas Sarracenorū: aut caulas ouiū ⁊ armentorū: q̄ hodie ſunt cooperte ramis ⁊ paleis ad modū tuguriorū: vbi ſpeculatores ſolē cuſtodire pomeria et hortos ⁊ vineas ⁊ fructꝰ. Et etiaꝫ ſupradicti Mahometani tot mil. martyrū ⁊ monachorū ſeruorum tuorū occiderūt in egypto/⁊ i ceteris patribꝰ mūdi: q̄ morticina. i. cadauera ſeruorū poſuerūt ⁊ tradiderūt volatibuꝰ celi. Et carnes ſanctorū tuorum tradiderūt comedēdas beſtijs terre. Et effuderūt ſanguinē ipſorū ſanctorū tuorū in magnā abūdātiā ꝗ̄ aquā in circuitu Hierl'ꝫ. i. eccl'ie toto orbe diffuſe: intantū ꝙ nō erat q̄ ſepeliret. ⁊ ſic facti ſumus opprobriū vicinis noſtris: ⁊ ſubſannatio. i. iriſio his q̄ in circuitu noſtro ſunt. i. oībus infidelibus q̄ circūquaqꝫ nos premunt. Oēs iſte preſſure fuerūt in eccl'ia cōplete. Primo tēpore tyrannorū: vbi mortua ſunt infinita milia martyrū. q̄ ꝑſecutio habuit finē tēpore magni Conſtantini: ſed poſtea fuit etiā impleta in ꝑſecutione Arrianorū maxime in Africa tp̄e vvandalorū. Fuit etiā impleta in ꝑſecutione Mahometica ꝑ oēs partes mūdi vſqꝫ in hodiernū diē. Nā gentes ſarracenorū interfecerūt in Egypto infinitā multitudinē ſanctorū patrum monachorū: ⁊ eorū eccl'ias deſtruxerūt. Hoc idē fecerunt in Syria: ⁊ Meſopotamia/⁊ Armenia/⁊ per oēs ptes mūdi: quas ſue ditioni ſubiecerūt. Ex his ptꝫ ꝙ ꝓpheta in hoc loco intelligit ꝑ gentes oēs ſarracenos: ⁊ ſequaces Antichriſti: q̄ peiora faciēt in ſuo tēpore/vt inquit Auguſtinꝰ. Et ꝑ Hierl'm intelligit vniuerſalē eccl'iam toto orbe diffuſā: q̄ vere dicit̃ hereditas dei. vt ſepe dictū eſt. Que q̄dem ꝑſecutio ⁊ ſtrages figurata fuit ꝑ ſtragem factam per Nabuchodonoſor in Hieruſalem.

**Uſquequo dn̄e iraſceris in finem: accendetur velut ignis zelus tuus?** *Hier. x. d. et xxiij. q. v. c. ſiña.*

**Effunde iram tuam in gentes que te non nouerunt: ⁊ in regna que nomen tuum nō innocauerunt**

**Quia comederūt Jacob: ⁊ locum eius deſolauerunt.**

¶ Hec eſt ſcda pars: in qua ꝓpheta ponit ſuā deꝓcationē. Nā primo petit vltionē de ſupradictis ꝑſecutoribꝰ. Scdo petit liberari. ibi Ne memineris. Dicit ergo. vſquequo dn̄e obliuiſceris nos in finē i. totaliter: ⁊ vſquequo accendet̃ zelus tuus. i. ira tua velut ignis: quaſi dicat: tēpus eſt vt ceſſet ira tua a nobis. ſꝫ effunde ira tuā ⁊ indignationē ſuꝑ gētes. ſ. Sarracenorū ⁊ aliorū infideliū ⁊ hereticorū: que te non nouerūt ꝑ fidē/nec charitatē. ⁊ in cetera regna infideliū/q̄ nomē tuū nō inuocauerūt: ſed inuocāt Mahometū ⁊ deos alienos: q2 comederūt Jacob. i. deuorauerūt totū pp'lm xp̄ianū: et locū eius. i. eccleſias ⁊ ciuitates deſolauerunt ⁊c. *Eſaie. lxiiij. d.*

**Ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum: cito anticipēt nos mīe tue: q2 pauperes facti ſumus nimis.** *xſ. q. d. iij. ca. ad mēſam.*

**Adiuua nos deus ſalutaris noſter: ⁊ propter gloriaꝫ noīs tui dn̄e libera nos: ⁊ propitius eſto pctīs nr̄is propter nomē tuū.**

**Ne forte dicant in gentibus vbi eſt deus eorum: ⁊ innoteſcat in nationibus coram oculis noſtris.**

**Ultio ſanguinis ſeruorum tuorū qui effuſus eſt: introeat in conſpectu tuo gemitus compeditorum.** *xv. diſ. c. ſancta romana.*

**Secundum magnitudinē brachij tui poſſide filios mortificatorum.**

**Et redde vicinis nr̄is ſeptuplum in ſinu**

eorum: improperium ipſorum quod ex-
probauerunt tibi domine.

xvi. q. ii. ſi quo nõ dicã. ¶ Sed q2 iſta ꝑſecutio Sarracenorũ ⁊ Turcorũ ꝓuenit ex demeritis ⁊ pctĩs chriſtianorũ: iõ petit liberari a ſupradictis preſſuris: inuocãdo diuinam miãm: dicẽs. O dñe rogo ne memineris iniq̃tatũ noſtrarũ antiquarũ. i. nõ punias nos ſm demerita ⁊ peccatã nr̃a: ſed cito ſanticipẽt nos miẽ tue: a ſupradictis malis liberãdo: q2 pauperes ⁊ deiecti facti ſumꝰ nimis. Et ideo adiuua nos deꝰ ſalutaris noſter. Et libera nos propter gl'iam nois tui: et ꝓpitius eſto pctĩs nr̃is ꝓpter nomẽ tuũ: qð eſt Jeſus: qð quidẽ nomẽ importat ſalutẽ ⁊ miam in ſe: qð nos colimꝰ: ⁊ in quo ſperamus liberari. Et hoc fac: ne gẽtes Sarracenoꝝ ⁊ Antichriſti ⁊ alioꝝ infideliũ forte deridẽtes dicãt: vbi eſt deꝰ eoꝝ. i. Jeſus deꝰ chriſtianoꝝ: q̃ſi dicãt: veniat ad liberãdũ chriſtianos de manibus noſtris. Et innoteſcat vltio ſanguinis ſeruoꝝ in nationibꝰ corã oculis noſtris. i. fiat manifeſta vindicta ſanguinis ſeruorũ tuorũ qui fuſus eſt. Et gemitꝰ compeditorũ. i. chriſtianorũ captiuoꝝ ĩtroeat ĩ ꝯſpectu tuo: vt facias vindictã de ꝑſecutoribus noſtris. Et ſm magnitudinẽ brachij. i. poteſtatis tue/ poſſide filios mortificatoꝝ. i. libera filios eorũ qui mortui ſunt pro te: poſtq̃ ꝓmiſit patres martyrio coronari: vt filij remanẽtes pacifice ſeruiãt tibi in regiõe chriſtiana. Et redde vicinis ꝑſecutoribus noſtris ſeptuplũ. i. punias eos ſeptupliciter: vel redde vicinis nr̃is improperiũ ipſoꝝ ſeptuplũ in ſinu eoꝝ: ⁊ in facie. qð improperiũ exprobauerũt tibi in templũ tuũ. quaſi dicat: multa improperia intulerũt nobis in cõtẽptũ tui. Jdeo redde eis punitionẽ in ſeptuplũ pro retributiõe. Ex ſupradictis ptʒ ꝙ eccleſia chriſti debet liberari a ꝑſecutiõe Mahometica/ ĩ qua modo eſt: quia tota illa gens ⁊ ſecta debet grauiter puniri: et multipliciter perire ante aduentum Chriſti/ vt multi autumãt. Nos aũt erimus victores. Iterũ ptʒ ꝙ finaliter eccleſia eſt liberanda de ꝑſecutiõe Antichriſti: ⁊ ipſe cũ ſuis miſerabil'r periturus: vt ꝓbat multipl'r ꝑ ſcripturas. Et ꝑ aliqð tp̃s eccleſia debet manere in ſua libertate deo ſeruitura. Et ideo ſequitur vltima pars/ in qua dicit.

xi. q. õ. iij. ad menſam. et xv. q. ſ. reuertimini. **Nos autem populus tuus et oues paſcue tue: confitebimur tibi in ſeculum.**
**In generatione et generationẽ annunciabimus laudem tuam.**
¶ Nos populus tuꝰ ⁊ oues paſcue tue. i. q̃ ſacr̃is tuis reficimur a ſupradictis ꝑſecutiõibꝰ liberati gr̃as agẽdo cõfitebimur tibi in ſeculũ: ⁊ annũciabimꝰ laudẽ tuã in gñatione ⁊ generationem. i. dũ durabit generatio humana vſq3 ad iudicium.

xxiiij. qõ. ſ. c. loq̃t. **Qui regis Iſrael intende: qui deducis velut ouem Joſeph.**
¶ Titulus ad victoriã ſiue in finẽ ſup roſas: aut lilia teſtimonium Aſaph. Tria ponunt in hoc titulo: per q̃ denotat/ ꝙ pſalmꝰ iſte loquitur de Chriſto ⁊ eccl'ia. Naʒ primo ponitur in finem ſiue ad victoriam: per qð denotat/ ꝙ loquit de Chriſto q̃ eſt finis legis: ⁊ victor contra diabolum ⁊ ꝑſecutores eccleſie. Scðo additur ſuper roſas ſiue ſuper lilia: per qð denotatur ꝙ eccleſia loquit ad Chriſtũ. Nã vbiq3 in ſacra ſcriptura ꝑ roſas ſiue ꝑ lilia intelligitur eccleſia Chriſti: q̃ eſt inter ceteras natiões ſicut roſa inter ſpinas. Cãticorũ primo. Tertio additur canticum Aſaph. qð interpretat cõgregatio. Et ſic repreſentat totã eccleſiã. Et ſic ptʒ/ ꝙ Dauid fecit hũc pſalmũ: dirigẽs nos in Chriſtũ: loquẽs in ꝑſona eccleſie. Et dedit ipʒ cãtãdũ ipſi Aſaph: eo ꝙ repſentat totã eccleſiã ſm ſui nois interpretationẽ. Jn quo pſal. Dauid explicat tres preſſuras eccl'ie: q̃s ꝓuidit ĩ ſpũ. Pr̃ia fuit aũ aduẽtũ Chriſti: ĩ q̃ erat totũ genꝰ humanũ in tenebris pctõꝝ ⁊ captiuitate diaboli: a qua captiuitate liberata eſt eccleſia per incarnationem ⁊ paſſionẽ Chriſti. Scða fuit in ꝑſecutiõe tyrãnoꝝ ⁊ hereticoꝝ ⁊ ſarracenorũ: de qua expectat liberari ꝑ virtutẽ Chriſti: cuiꝰ modꝰ ignoratur. Tertia p̃ſſura erit tp̃e Antichriſti: de qua liberabit per ipm̃ Chriſtũ finaliter per aduẽtũ ſuũ ad iudiciũ. ⁊ has tres liberatiões exprimit hic propheta: q2 ter dicit: Oſtẽde faciem tuã: ⁊ ſalui erimus. Tria ergo facit in hoc pſalmo. Nã p̃mo petit liberari ab vniuerſali pctõ ꝑ primũ aduentũ ⁊ paſſionẽ Chriſti. Scðo petit liberari a p̃ſſuris ⁊ ꝑſecutionibꝰ inimicoꝝ. Tertio petit liberari ſpecial'r de ꝑſecutiõe Antichriſti: ⁊ ab oĩ miſeria humana ꝑ ſcðm aduẽtum Chriſti. Scðm ibi. Vineã de egypto. Tertiũ ibi. Fiat manus tua. ¶ Quãtũ ad p̃mũ eſt notãdũ ꝙ genus humanum in duplici miſeria erat poſitũ ante aduẽtũ Chriſti. Pr̃io quo ad aiaʒ: q2 erat ĩ captiuitate diaboli: ⁊ ſepatũ a deo. Scðo quo ad corpꝰ: quia multiplici miſerie corpali ſubiectũ. Et iõ Chriſtꝰ ab hac multiplici miſeria nos liberauit. Nã primo ꝑ ſuã mortẽ ⁊ paſſionẽ nos a peccato liberauit: ⁊ ſaluauit: ⁊ deo pr̃i nos vniuit. per ſuã aũt reſurrectionẽ nos ab oĩ corpali miſeria liberauit: ⁊ nobis ĩmortalitatẽ recuperauit: lʒ nõdũ poſſideamꝰ: tñ eã ipe lucratꝰ eſt nobis pro nouiſſimo die: ⁊ ſic ꝓmiſit nos ĩ gl'iam reſurrecturos. Et ideo p̃mo hic eccleſia petit liberari a pctõ quo ad aĩam. Scðo a corpali miſeria q̃ ad corpus. ibi. Dñe deꝰ. ¶ Quãtũ ad p̃mũ eſt notãdũ/ ꝙ totũ myſteriũ tabernacl'i ſiue arce federis ve. te. ſignificabat myſteriũ incarnatiõis ipſiꝰ xp̃i: ſicut ſepiꝰ dictũ ẽ. Nã humanitas xp̃i eſt verũ tabernaculũ: vbi deit: in q̃ latebat v̄bũ ſiue diuinitas. Nã ſicut ĩ arca federis tria erant incluſa. ſ. tabule legis: ⁊ virga Aaron: et vrna mãne: ita in illa hũanitate tria erãt incluſa. ſ. v̄bũ/ ⁊ aĩa xp̃i/ ⁊ caro. Et ſic xp̃s erat deꝰ ⁊ rex: ⁊ ſacerdos: ⁊ hõ. Et ſicut in illa arca ſiue tabernaculo deꝰ icluſus dabat rñſa ſacerdotibꝰ: ⁊ ſctĩs viris: vt frequẽter legit ꝑ totũ diſcurſum libri Numerorũ/ ⁊ Joſue/ ⁊ Judicũ: q2 dabat deꝰ rñſa de tabernaculo: ita ſignificabat ꝙ deꝰ erat includẽdus in illa humanitate Chriſti: ⁊ exĩde vel ĩ illa debebat dare vera rñſa ⁊ legẽ euãgelicã ſuis apl'is ⁊ toti pplõ chriſtiano. Et ſicut deꝰ quõdã deduxit illũ ppl'ʒ Iſrael de egypto: ⁊ fecit ſibi ipm̃ ppl'm peculiarẽ: ⁊ exĩde duxit ipm̃ per deſertũ: ⁊ introduxit ipm̃ ĩ terrã ꝓmiſſionis: ita ſignificabat ꝙ Chriſtus dux noſter nos debebat deducere de tenebris pctõrum: ⁊ congregare eccleſiã ſuã ex Judeis ⁊ gẽtilibus: ⁊ facere eã ſibi ppl'm peculiarẽ/ ⁊ dirigere eã ꝑ legẽ euãgelicam: ⁊ introducere in patriã celeſtẽ: vel in iſtam eccleſiam per gratiã/ ⁊ in aliã per gloriã. Hoc preuidẽs Dauid in ſpiritu: dicit in perſona totiꝰ eccleſie



pro illo ſtatu. O Chariſſime Meſſia venture: q̃ ab initio legis regis ppl'm Iſrael: ⁊ educis Joſeph. i. totũ illũ ppl'm velut paſtor ducit ouẽ. Vnde nota ꝙ lʒ totꝰ ille ppl's denoiat Iſrael a pr̃e Jacob a q̃ deſcẽdebat: tñ in egypto totus ille ppl's dicebatur Joſeph propter dignitatem ipſius Joſeph: quia fuerat p̃fectꝰ in egypto per Pharaonẽ. Jdeo propheta dicit: qui educis Joſeph. i. ppl'm ductũ a Joſeph in egyptũ ⁊ ibi receptũ ⁊ fauoratũ. Sʒ tu feciſti poſtea tibi populum peculiarẽ: ⁊ oues paſcue ſicut voluiſti eſſe paſtor eiꝰ. Jõ tu tanq̃ paſtor deducis illũ velut ouẽ ꝑ deſertũ/ ⁊ introduxiſti in terra ꝓmiſſionis. Ergo tu Chriſte qui tũc illud feciſti in figura/ intende in nos: ⁊ fac modo in re. i. ſis paſtor ⁊ tanq̃ verus paſtor ⁊ verus Joſeph deduc genus humanũ de poteſtate diaboli ⁊ tenebris peccatorum. Et congrega eccleſiã tuam ⁊ populum tibi peculiarem: et introduc eum in terram viuẽtiũ ſicut oues paſcue eius.

**Qui ſedes ſuper cherubin manifeſtare coram Effraim: Beniamin ⁊ Manaſſe.**
**Excita potentiam tuam et veni: vt ſaluos facias nos.**
**Deus conuerte nos: et oſtẽde faciem tuam et ſalui erimus.**
¶ Nota ꝙ deꝰ fecit fieri cherubin in arca: ſup que cherubin deꝰ dicebat ſedere. Et ita Dauid p̃cepit Salomoni vt faceret duo cherubin ſup q̃ ſedebat arca dñi: ſicut deꝰ dicitur ſedere in celo ſup cherubin. Per qð denotabat ꝙ verbum debebat includi in arca humanitatiſ: ⁊ ibi ſedere ſup duo cherubin: id eſt ſup aĩam ⁊ carnẽ: ⁊ exinde dare rñſa ⁊ doctrinã euãgelicã. Scðo eſt notandũ ꝙ talia rñſa maxime dedit deus in Silo/ q̃ erat in terra Effraim iuxta mediã tribum Manaſſe: q2 ille due tribꝰ reputabant quaſi vna: eo ꝙ erant fratres. Sed quia poſtea arca fuit mutata de Effraim in Azotũ: ⁊ exinde reducta in Gabaa: que eſt in tribu Effraim: iõ ibi per multa tp̃a deꝰ dedit reſpõſa ex arca. per qð denotat ꝙ deus incarnatus daturus erat reſpõſa pplõ chriſtiano ſignificato per iſtos tres hic nominatos. Nam Effraim interpretat augmentũ: ad denotandũ ꝙ populus Chriſtianꝰ cui danda erat lex euangelica: erat augẽdus per totũ mundũ. Et per Beniamin: q̃ dicit filius dextre/ ſignificabat etiam populus chriſtianus: qui per Chriſtũ q̃ dicit dextera dei pr̃is/ eſt regeneratus. Et ꝑ Manaſſem intelligitur ppl's gẽtilis qui erat oblitus quõdã a deo: ſed poſtea vocatus per apl'os recepit reſpõſa euãgelica. Et ideo iſte tres tribꝰ collocabant in parte occidẽtali ipſiꝰ tabernaculi: verſus quas deus dabat rñſa. Et ſil'r ſunt collocate in ordine ĩ terra promiſſiõis ad partẽ occidẽtalẽ. qð totũ factũ fuerat in figura: put ſignificabãt ppl'm chriſtianũ: q̃ recepturus erat rñſa legis euãgelice. Hoc ergo preuidens Dauid in ſpũ dicit. O chriſte q̃ ſedes ſup duo cherubin ĩ celo ⁊ etiã in arca: qð ſignificabat myſterium incarnatiõis: ita veni in carnẽ: vt ſedeas ſuper duo cherubin. ſ. aĩe ⁊ corporis ĩ eadem humanitate: aut ſup duo teſtamẽta: ſcʒ nouũ ⁊ vetꝰ: ⁊ ſedeas etiã ſup duos populos ad fidem conuerſos. ſ. ex Judeis ⁊ gentilibꝰ. Veni ergo ⁊ manifeſtare. i. ſis manifeſtꝰ coram Effraim/ Beniamin/ ⁊ Manaſſe. i. veni ad populũ chriſtianũ ꝑ totũ orbẽ augmentatũ: ⁊ filiũ dextere. i. per Chriſtũ regeneratũ/ ⁊ dominũ patris ſui. i. gentilitatis: ⁊ idololatrie oblitũ. Manifeſta ergo te iſti pplõ chriſtiano. et da ipſi rñſa euãgelica: ſicut tunc dabas in deſerto: ⁊ in terra ꝓmiſſiõis rñſa corã Effraim/ Beniamin/ ⁊ Manaſſe. Et nota etiam vt legit Geñ. xlviij. ꝙ Joſeph obtulit duos filios: ſcʒ Effraim/ ⁊ Manaſſen pr̃i ſuo Jacob vt benediceret eos: ⁊ poſuit Manaſſen ad dexteram: vt imponeret ipſi manum dexteram ſuper caput ad benedicẽdũ. Et poſuit Effraim ad ſiniſtram: vt imponeret ei ſiniſtrã manũ ſup caput eo ꝙ erat iunior. Sʒ Jacob inſpiratus ſpũ ſancto cãcellatis manibꝰ poſuit dexteram ſup Effraim q̃ erat ad ſiniſtrã: ⁊ poſuit ſiniſtrã ſup caput manaſſe q̃ erat ad dexterã. Et iõ tribus Effraim multiplicata fuit ⁊ augmentata in magnũ numerum ſup oẽs alias tribus. Et ſic manaſſes dicit quaſi oblitus a pr̃e/ ⁊ poſtpoſitꝰ. ⁊ ideo illa tribꝰ fuit diuiſa. Nam media pars cepit ſortẽ vltra Jordanẽ ĩ parte orientali: et alia pars circa Jordanem in parte occidentali. Iſtud myſteriũ figurauit ꝙ deꝰ pater debebat ponere dexteram ſuã. i. filiũ ſuũ Chriſtũ ſup populũ chriſtianũ q̃ erat iunior: ⁊ illum multiplicare in magnũ numerũ ex populo gentili/ qui ſemꝑ fuerat ad ſiniſtrã ⁊ in minori dignitate: et ſic dedit ipſi benedictionẽ ſpũalẽ: et poſuit ſiniſtrã ſuam ſup populũ Judeorũ: ⁊ oblitꝰ eſt eũ: ⁊ nõ dedit ipſi benedictionẽ ſpũalẽ. Per hoc aũt ꝙ tribꝰ manaſſe fuit diuiſa in duas partes/ quarũ vna manſit vltra Jordanem inter idololatras: et altera citra Jordanem iuncta cum populo Effraim: ſignificatũ fuit quod ppl's Judeoꝝ erat in duas partes diuidẽdus: quarũ vna erat vẽtura ad fidẽ Chriſti: vt ſub eiꝰ dextera ꝓtegeret: ⁊ debebat trãſire Jordanẽ per equas baptiſmales. Sʒ altera erat in ſorde pctĩ ⁊ ꝑfidia mãſura: et illa dr̃ ꝓprie pars oblita. Et de hac particula dr̃ per ꝓphetam: manifeſtare coram Effraim/ Beniamin/ ⁊ Manaſſe. Vel poſſumus dicere ꝙ oĩbus iſtis tribubꝰ. ſ. gentibus intellectis ꝑ Manaſſen/ lex euãgelica fuit manifeſtata. Sʒ ſoli gẽtiles ⁊ apl'i cũ q̇buſdã bonis Judeis receperũt legẽ euãgelicã. Ceteri aũt mali Judei obliti ⁊ cõtẽnentes oracula ꝓphetarũ ⁊ myſteria ſacre ſcripture: legẽ euãgelicã recipere noluerũt. Propheta ergo Chriſtũ inuocat/ vt veniat ad manifeſtãdũ ſe oĩbus taʒ bonis q̃ malis: ⁊ vt ponat dexteram ſuã. i. benedictionẽ ſpũalẽ: ſup bonos: ſcʒ Judeos ⁊ apoſtolos ⁊ diſcipulos: ⁊ ſiniſtrã. ſ. maledictionẽ ſup malos. Et hoc eſt qð dicit: manifeſtare coram Effraim ⁊c. Sed q2 talis manifeſtatio ⁊ ſaluatio ⁊ redemptio habebat fieri per icarnationẽ ⁊ paſſionẽ veniẽdo in hunc mundũ: ideo ſubdit ꝓpheta dicens. O chriſte excita potentiam tuã: ⁊ deſcẽde de celo/ ⁊ veni in carnẽ: vt ſaluos facias nos ꝑ mortẽ ⁊ paſſionẽ. Sed q2 nõ ſufficit ꝙ tu venias in carnẽ/ ⁊ p̃dices legẽ euãgelicam: niſi diſponas nos ad eã recipiendam: ideo tu dñe deus virtutum conuerte nos gratiam ſpũs ſancti largiendo: vt fidem recipiamus: ⁊ oſtende faciẽ. i. humanitatẽ tuã: ꝑ quã tua diuinitas notificetur ⁊ tua voluntas: ⁊ ſic ſalui erimꝰ.

Jacob bñdixit filios Joſeph.

**Domine deus virtutum: quouſq3 iraſceris ſuper orationem ſerui tui?** vij. q. ſ. c. ad uerſi. tas. et
**Cibabis nos pane lachrymarũ: ⁊ potum**

xxiiij. q̄ ſi.iuſ. ad fa. ciet. et ca.ni. miſſ.ī. codē.

dabis nobis in lachrymis in menſura:
Poſuiſti nos in cōtradictionē vicinis noſtris: ⁊ inimici nr̄i ſubſannauerūt nos.
Deus virtutū conuerte nos: ⁊ oſtende faciem tuam: ⁊ ſalui erimus.

¶ Hic ſcd̄o petit liberari ab omni miſeria corporali ſicut liberatus fuit populus de Babylonia per Jeſum ſacerdotem zorobabel. Vn̄ ait. O dn̄e Chriſte deꝰ virtutū ⁊ angelorum quouſqꝫ iraſceris ſuper orōnem ſerui tui eā nō audiēdo: ⁊ cibabis nos in hoc mūdo pane lachrymarū: ⁊ potū dabis nobis in mēſura. i. ad magnā quātitatē: Quaſi dicat: non comedimꝰ nec bibimꝰ niſi cū lachrymis pre multitudine afflictionū: qꝛ poſuiſti nos ī cōtradictionē vicinis noſtris: qꝛ circūquaqꝫ nos affligunt: ⁊ inimici noſtri ſubſannauerūt nos ⁊ deriſerunt nos. Totū hoc fuit impletū ad literā in captiuitate Babylonica: a qua fuerūt liberati per Jeſum ſacerdotē ſiue ꝑ Cyrū. Que quidē captiuitas ſignificabat captiuitatē ſctōꝝ patrū exiſtētiū in limbo iferni faciē Chriſti expectātiū. Et ideo loquitur ī pſona eoꝝ. Dn̄e deꝰ xtutū cōuerte nos: ⁊ oſ̄de faciē tuā ⁊ ſalui erimꝰ. Vn̄ ſicut xp̄s oſtēdit faciē ſuā in terris ꝑ incarnationē ⁊ p̄dicationē ⁊ mortē ⁊ paſſionē: ⁊ liberauit oēs a pctō: ita in inferno oſtēdit faciē ſue oīpotētie: cū aīa eiꝰ xbo vnita deſcēdit ad inferos ⁊ cōfregit portas ereas ⁊ vectes ferreos: ⁊ inde traxit ſctōs pr̄es. E de hac oſtenſione faciei dicit hic ꝓpheta. Dn̄e deꝰ xtutū cōuerte nos ad te: ⁊ oſtende faciē tuā in iferno: ⁊ ſalui ⁊ liberati erimꝰ. Etiā hoc idem pōt intelligi de oſtenſione faciei Chriſti poſt reſurrectionē: in qua ſe oſtēdit diſcipulis in
Oſtendit xp̄s faciem. facie imortali ⁊ impaſſibili. Unde ſicut añ reſurrectionē ſe oſtēderat mundo in carne: ⁊ facie paſſibili ⁊ mortali: per quā nos liberauit a pctō ⁊ morte ſpūali: ita poſt reſurrectionē ſe oſtendit in facie ⁊ carne ipaſſibili ⁊ imortali: ꝑ quā nos liberauit ab oī miſia ⁊ morte corpali: quā imortalitatē poſſidebimꝰ ī nouiſſimo die: ⁊ ſic erimꝰ liberati a lachrymis ⁊ ab omni miſeria. Et ſic ptꝫ ꝙ iſta oſtenſio faciei Chriſti quā petit ꝓpheta ī ſcd̄o loco ī hoc xſiculo/ pōt itelligi de oſtēſiōe faciei xp̄i in inferno: ⁊ de oſ̄ſiōe faciei poſt reſurrectionē ī carne ipaſſibili ⁊ inmortali: q̄ quidē oſtēſio fuit nobis neceſſaria.

Exodi xij. Vineam de egypto tranſtuliſti: eieciſti gētes et plantaſti eam.
Dux itineris fuiſti in cōſpectu eius. ⁊ plātaſti radices eius: ⁊ impleuit terram.
Operuit mōtes vmbra eius: et arbuſta eiꝰ cedros dei.
Exodi xvij. Extendit palmites ſuos vſqꝫ ad mare: et vſqꝫ ad flumen propagines eius.

¶ Hic petit liberari eccl'ia ab oibꝰ pſecutiōibꝰ inimicorū. Vn̄ nota/ ꝙ eccl'ia ilico poſt aſcēſionē xp̄i incepit affligi ⁊ pati pſecutiones. Prio a Judeis. Scd̄o a tyrānis. Tertio ab hereticis ⁊ ſarracenis. Quarto patietur ab Antichriſto. a quibus pſecutionibꝰ liberabit eccl'ia total'r in ſcd̄o aduētu xp̄i ad iudiciū. Et hanc liberationē petit in hac vltia parte. Que quidē pſecutiōes fuerūt figurate per Antiochū tp̄e Maccabeoꝝ. Vn̄ dicit hic. O dn̄e Jeſu Chriſte trāſtuliſti quādā vineā. i. illū pplm̄ Iſrael de egypto: ⁊ eieciſti gētes de terra ꝓmiſſiōis: ⁊ plātaſti eā. ſ. vineā tuā/ ⁊ ibidē collocaſti. Ita pariter tu trāſtuliſti ⁊ traxiſti vineā tuā. i. religionem chriſtianā de tenebris pctōꝝ: ⁊ eieciſti idololatriam ⁊ plātaſti in populo gētili doctrinā euāgelicā. Et fuiſti dux itineris in cōſpectu illiꝰ ppl'i per lumen legis euāgelice. Et plātaſti radices huiꝰ vinee .i. articl'i fidei ꝑ totū mūdū: ⁊ ſic iſta vinea chriſtiane religiōis ipleuit totā terram a ſolis ortu vſqꝫ ad occaſum. Et vmbra eiꝰ operuit oēs mōtes: ⁊ arbuſta eiꝰ cooperuerūt oēs cedros dei. i. oēs reges ⁊ principes ⁊ philoſophos iugo fidei ſubiecit. Et ideo iſta religio Chriſtiana extēdit palmites ſuos. i. apl'os et martyres ſuos vſqꝫ ad mare occeanū tā orientale ꝙ occidētale. Et extendit ꝓpagines ſuas vſqꝫ ad flumina. i. vſqꝫ ad fontē Nili ⁊ Tanais Gangis ⁊c.

Ut quid deſtruxiſti maceriam eiꝰ: ⁊ vindemiāt eā oēs qui p̄tergrediuntur viam:
Exterminauit eam aper de ſylua: et ſingularis ferus depaſtus eſt eam.

¶ Quid. i. quare deſtruxiſti maceriā eiꝰ. i. murorum fortitudinē eius: ⁊ oēs qui pretergrediuntur viam. ſ. extranei ⁊ infideles vindemiant eam. i. deuorant ⁊ depredant: Nam aper de ſylua. ſ. Mahometus cū ſua ſecta exterminauit eā: ⁊ ſingularis ferus. ſ. Antichriſtꝰ depaſtus eſt eā. Vn̄ nota ꝙ tota ſecta Mahometica ſiue Mahometꝰ cū ſequacibꝰ ſuis. dicit aper de ſylua: eo ꝙ arabes ⁊ tartari ⁊ turci q̄ ceperunt ⁊ ſequunt illā ſectam omnes erant paſtores armentorū: ⁊ hoīes ſylueſtres ꝑ ſyluas vagantes. Et iſti exterminauerunt vineā Chriſti propter peccata noſtra: vt dictū eſt pſal. lxiij. ⁊ lxxix. Antichriſtus autē dicit ſingularis ferus: qꝛ pre cunctis ceteris oibꝰ erit ſeuior ⁊ crudelior. Et ideo propheta in perſona totiꝰ eccleſie inuocat Chriſtū/ vt veniat ad liberandum nos de ſupradictis beſtijs: q̄ totā eccleſiam debent deuorare. Et ideo dicit Chriſtum inuocando.

Deus virtutum cōuertere: reſpice de celo ⁊ vide ⁊ viſita vineam iſtam.
Et perfice eā quam plātauit dextera tua: ⁊ ſuper filium hoīs quem confirmaſti tibi.
Incenſa igni ⁊ ſuffoſſa: ab increpatiōe vultus tui peribunt.
Fiat manus tua ſuꝑ virum dextere tue: ⁊ ſuper filium hominis quem confirmaſti tibi.

¶ O deus virtutū ⁊ triūphoꝝ cōuertere ad nos: qꝛ qd̄ patimur peccata noſtra meruerūt. Et ne deſeras nos: ſed reſpice de celo oculo mie: ⁊ vide afflictionem noſtrā. Et viſita iſtam vineā tuā. Et perfice eā: quia in magnā partē apoſtatauit decepta ꝑ Sarracenos ⁊ Antichriſtū. Quā vineam plantauit filiꝰ tuus q̄ eſt dextera tua. Et ideo O deꝰ pater reſpice Jeſum Chriſtum filiū hoīs. i. filium virginis Marie: vel filiū Adā ſcd̄m carnem ⁊ deſcendentiam matris: quem tibi cōfirmaſti. i. verbo tuo vniſti et aſſumpſiſti. Nā tota iſta vinea ſuffoſſa eſt: ⁊ deſtructa igni ⁊ afflictione iſtarum beſtiarum. Ideo ab increpatione vultus tui peribunt: id eſt fac vt iſte beſtie pereant ab increpatione ⁊ indignatiōne ire tue. Et fiat manꝰ tua ⁊ oīpotētia ſuꝑ Chriſtū virum dextere. i. potētie tue: ⁊ ꝑ. i. ſuꝑ filiū hoīs. i. filiū virginis quē tibi cōfirmaſti ⁊ elegiſti: vt ipſe Chriſtus veniat ad liberandū nos de ſupradictis beſtijs et perſecutionibus in ſecundo aduentu ſuo.

Et non diſcedimus a te: viuificabis nos ⁊ nomen tuum inuocabimus.
Domine deus virtutū cōuerte nos: et oſtē faciem tuam: ⁊ ſalui erimus:

¶ Licet multi decepti diſceſſerint a te: ⁊ ſecuti fuerint Mahometū ⁊ Antichriſtū ꝓpter bona tēporalia: tñ nos in firma fide pſiſtētes nō diſcedimꝰ nec diſcedere intēdimus a te. Et iō tu viuificabis nos dando fortitudinē ad reſiſtendum. Et ſic inuocabimus nomen tuū: ⁊ etiā viuificabis. i. reſuſcitabis nos prebēdo corpora glorioſa in premium. Et ideo Chriſte dn̄e deꝰ virtutū cōuerte nos ad te ſemper ⁊ in nouiſſimo die: ⁊ oſtende faciē tuā glorioſā. i. veni ad iudicandū viuos ⁊ mortuos in poteſtate magna ⁊ maieſtate: ⁊ retribue nobis premiū eternū in celo: ⁊ perſecutoribꝰ noſtris penā eternā. ¶ Ex ſupradictis ptꝫ/ ꝙ licet iſte pſalmꝰ poſſit exponi literaliter de liberatione ppl'i Judaici a tribꝰ preſſuris. ſ. a captiuitate egyptiaca ⁊ a captiuitate Babylonica ⁊ ab afflictione Antiochica tēpore Machabeorū: tñ qꝛ ille tres liberationes ſignificabant alias tres liberationes futuras per Chriſtū in eccl'ia. ſ. liberationē a peccato ꝑ mortē ⁊ paſſionē: ⁊ liberationē patrū a limbo per deſcēſum ad inferos: ⁊ ab oībus perſecutionibꝰ infideliū ipſius eccl'ie: ideo melius eſt ꝙ iſte pſalmꝰ exponat vltra ſenſum literalem ſicut expoſitus eſt. ¶ Unde tota eccl'ia ter petit faciē Chriſti/ ⁊ preſentiā vt veniat ad liberandū ⁊ ſaluandū eā: ſicut ter dicit Dn̄e deꝰ virtutum. Unde primo petit ꝙ oſtendat faciē in carne mortali ⁊ paſſibili in hoc mūdo ad ſaluandū a peccato. Scd̄o petit vt oſtēdat faciē ſuā in inferno ad extrahendos ſanctos patres: ⁊ etiā oſtendat faciē ſuā ipaſſibilē et immortalē poſt reſurrectionē ad ſaluandū ab omni corporali miſeria. Tertio petit vt Chriſtꝰ oſtēdat faciē ſuā glorioſam cū poteſtate magna ⁊ maieſtate in finali iudicio/ vt pficiat ſuā vineā/ ⁊ imponat laborū finē ⁊ pſecutionū in ea: et tribuat bōis gl'iam ⁊ malis penā eternā. Et ſic prudens lector poterit ſupradicto modo exponere preſentem pſalmū pro eccl'ia poſita in quacunqꝫ afflictione: ⁊ etiā quilibet fidelis poſitꝰ in preſſura pōt cū pñti pſalmo orare vt deꝰ liberet eū. Et ſic etiā eccleſia dicit nūc hūc pſalmū/ vt liberet eā de manu triū beſtiarū. ſ. Sarracenorū/ Tartarorū/ ⁊ Turcorū: ⁊ oſtendat Chriſtꝰ faciē ⁊ potentiā ſuā contra eos. Vel poteſt dici ꝙ ſicut ille ppl's paſſus eſt quatuor pſecutiones in teſtamēto veteri. ſ. perſecutionē egyptiacā: ⁊ finitimorū tēpore Judicū: ⁊ Babylonicā: et Antiochicā tēpore Macabeorū: ita eccleſia poſt aſcēſionē Chriſti paſſa eſt quatuor/ pſecutiones. Prima fuit tyrannorū. Secunda hereticorū. Tertia Sarracenorū. Quarta Antichriſti. De prima fuit liberata ꝑ martyres tēpore Cōſtantini. Scd̄a ꝑ doctores tēpore Auguſtini. de tertia expectat liberari ⁊ de quarta. De oibꝰ ergo hiis quatuor perſecutionibꝰ petit eccleſia liberari in hoc pſalmo: petendo vt deus oſtendat ſibi faciē miſericordie ⁊ fauoris: ſcd̄m ꝙ quater dicit: Oſtende faciem tuā ⁊c. Et ſic prudens lector poterit adaptare hunc pſalmū ſupradictis quatuor pſecutiōibꝰ ⁊ talibus: qꝛ in duplici ſpū loquitur Dauid in hoc pſalmo: eo ꝙ habuit duplicem ſpiritum prophetie in eo.

EXultate deo adiutori noſtro: iubilate deo Jacob. xcv. di. ſtinc. c eccc. et xiij. q̄. ſ. §. his ita.
Sumite pſalmū ⁊ date tympanū: pſalterium iucundum cum cithara.
Buccinate in neomenia tuba: ī inſigni die ſolennitatis veſtre.

¶ Huic pſalmo preponitur titulꝰ/ Victori ſiue in finē in torcularibꝰ Aſaph. Ex quo titulo apparet ꝙ Dauid fecit hūc pſalmū: ⁊ dedit ipſum cantandum ipſi Aſaph/ ad victoriā vocū tēpore torculariū. Et ſic in hoc titulo ptꝫ cantor ſiue modus cantandi et tēpus in quo cantabatur pſalmꝰ. Sed licet titulꝰ nō exprimat muſicalia inſtrumēta cū quibus cātabat: tñ in pſalmo exprimit qualiter cantabat cum quinqꝫ muſicis inſtrumētis. ſ. cum cornu et tuba et tympano ⁊ pſalterio ⁊ cithara. Prima ergo particula huiꝰ tituli iā eſt nobis nota ꝑ ea q̄ dicta ſunt in ceteris pſalmis. Nā ꝑ hoc ꝙ iſte pſalmus cantabatur in finē cum omni conatu vocū vſqꝫ ad vltimū punctum. denotatur ꝙ iſte pſalmus dirigit in Chriſtū qui eſt finis legis: ⁊ vocabat eum cū maximo conatu: ⁊ vt veniret in carnē. Sed ꝓ declaratione totius tituli et pſalmi: reſtant tria videnda: vt capiamꝰ intelligentiā pſalmi. Primo eſt videndū qd̄ eſt hoc tēpus torculariū: ⁊ in qbꝰ feſtiuitatibus precepit Dauid cantari hūc pſalmū. Secūdo quare ⁊ ad quem finē p̄cepit ipſum cantari tali tēpore. Tertio quare p̄cepit ipſum cātari cū talibus inſtrumētis muſicis. ¶ Quātū ad primū eſt dicēdū ꝙ tēpus torculariū eſt mēſis ſeptēbris: qui dicit ſeptimus menſis anni incipiendo a Martio qui eſt primus mēſis anni. qui quidē mēſis ſeptimꝰ dicit tempus torculariū: eo ꝙ in tali menſe vindemie iā mature colligebant: ⁊ in torcularibꝰ ex eis vinū extorquebat: ⁊ in cellarijs reponebat. In quo menſe ſeptimo deꝰ p̄cepit tria feſta ſolēnia celebrari/ vt ptꝫ
Tempꝰ torcularium eſt menſis ſeptembris.
Leuit. xxiij. ⁊ Numeri. xxix. ſ. feſtū tubarū in prima die mēſis in memoriā liberationis Yſaac de ſacrificio/ pro quo aries fuit immolatus. Gen̄. xxij. Secūdo precepit deus celebrari feſtum propitiationis decimo die eiuſdem mēſis in memoriā ꝓpitiatiōis filiorū Iſrael: qn̄ deus propitiatus eſt eis pro peccato vituli cōflatilis. Exo. xxxij. Tertio precepit deus celebrari feſtum tabernaculoꝝ decimaquinta eiuſdē menſis in memoriā peregrinationis deſerti: in qua habitabāt in tabernaculis: ⁊ etiā potiꝰ in memoriā quietis ⁊ poſſeſſionis terre ꝓmiſſionis in qua quieuerunt a peregrinatione ⁊ habitatione tabernaculoꝝ mobiliū. Hoc feſtū celebrabatur per octo dies: ⁊ octauus erat ſolēnis: q̄ dicebat feſtū cetus ſiue collecte. Et ſic totus ille menſis ſeptimꝰ erat illi ppl'o feſtiuꝰ. Dicebat ergo ille mēſis ſeptimus/ menſis ſiue tēpus vindemiarū ⁊ collectarū ⁊ torcularium: liberationis ⁊ propitiationis ⁊ tabernaculorum ſiue quietis ratione illarum feſtiuitatū.
Tria feſta ſolēnia celebrāda.

Et in hoc mēſe toto feſtiuo Dauid precepit cantari iſtũ pſalmũ. Sed reſtat ſcdm ſciendũ quare et ad quem finē precepit de⁹ iſta feſta celebrari: ⁊ Dauid ipſum pſalmũ cantari in tali tēpore torculariũ ⁊ i talibus feſtiuitatib⁹. Ad hoc reſpōdēt Iudei dicentes/ ꝙ cauſa quare de⁹ ꝑcepit iſta feſta celebrari in ſeptimo mēſe/ fuit: qꝛ in tali tp̄e ⁊ mēſe deus creauit mundũ. Et ideo voluit ꝙ totus ille menſis eſſet feſtiuus: Et hoc probāt ſic. Nam deus oīa creauit in ſua perfectione: qꝛ ꝑfecta ſunt dei opera. Deut. xxxij. Igit̄ in illo mēſe creauit de⁹ mundũ. Qđ cōfirmat̄. Nam ilico poſt creationē Adaꝫ comedit de fructibus paradiſi. Sed oppoſitũ dicit̄ Exod. xij. Ꝺ Martio: Mēſis iſte prim⁹ erit vobis in menſibus anni. Unde tota eccl'ia tenet ꝙ mund⁹ fuit creatus in equinoctio vernali: ⁊ per ꝯſequēs in mēſe Martij: ⁊ ſic fuit ille prim⁹ menſis anni: et per cōſequēs Septēbris fuit ſeptim⁹/ ⁊ ſic ſacra ſcriptura ſemꝑ ſeptembrē appellat̄ ſeptimũ mēſem. vt p̄ꝫ Leuiti. xxiij. Nec valet cōfirmatio ⁊ ratio eorum: immo mi nor eſt falſa/ qꝛ in menſe ſeptimo arbores non ſunt oēs in ſua ꝑfectione: immo in ſua deiectione: qꝛ ꝓ maiori parte oēs fruct⁹ ſunt collecti: ⁊ folia cadūt ab arborib⁹ ꝓpter autũnum iminentē. Et qꝛ oēs fruct⁹ erāt collecti/ de⁹ ꝑcipiebat tūc feſta celebrari. Qđ vero dicunt ꝙ oēs arbores fuerunt create cũ ſuis fructib⁹: maxime qꝛ Adā ilico comedit: Reſpondetur ꝙ verum eſt maxime/ in illo hemiſpherio auſtrali: vbi Adā fuit poſit⁹: vbi nunꝙ deficiūt fructus nec cadunt folia propter fauorē celi ⁊ aſtrorum in illa paradiſo. ſed in iſta noſtra parte aquilonari defecit poſtea propter peccatũ illa fecūditas ꝑut dictũ eſt pſalmo. lxxj. Et ideo catholice reſpodendo ad queſitũ/ eſt dicendũ ſcdm regulas ⁊ principia ꝑpoſita in ꝓlogo: ꝙ cũ Chriſt⁹ fuit finis totius legis veteris: ⁊ tota lex tēdebat ad Chriſtuꝫ: tanꝙ via in ꝓpriũ terminũ ⁊ finē: ideo ſicut oīa cōtingebant illis in figurā: ita oīa ꝑcepta legis data ſunt illis in ſignũ ⁊ figurā futurorũ myſteriorũ Chriſti ⁊ eccl'ie ſue. Et ſic ſicut illud tabernaculũ ⁊ tēplũ ⁊ illa ciuitas Hieruſalē fuit dedicata ⁊ cōſecrata ad cultũ diuinuꝫ in figurā totius eccl'ie Chriſti toto orbe diffuſe: Ita pariter oīa illa feſta tēporalia q̄ celebrabant̄ in ſeptimo mēſe cũ ceteris fuerunt a deo dedicata ⁊ ꝑcepta in ſignũ ⁊ figuraꝫ totius tēporis Chriſti Meſſie. Nā ſicut Chriſt⁹ fuit finis toti⁹ legis: ita totũ tēpus gratie fuit finis totius tēporis legis ⁊ omniũ feſtiuitatũ ei⁹. Et ideo oīa illa figurabant tempus Chriſti Meſſie cuius erant figure. ¶ Ad cuius maiorē declarationē eſt iterũ aduertendũ: ꝙ oīa feſta veteris legis fuerūt ꝑcepta celebrari in fine alicui⁹ ſeptenarij. Nā ſabbatũ [illegible] fuit preceptũ celebrari in quolibet ſeptimo die hebdomale. Et feſtũ pētecoſtes in ſeptima ſeptimana poſt paſcha in memoriā datiōis legis. ⁊ feſtum tubarum ⁊ expiationis ⁊ tabernaculorũ ⁊ collectarũ in ſeptimo menſe. Et ſabbatũ terre in ſeptimo anno vt oīa iſta patēt Leuit. xxiij. et Numeri. xxix. Ideo ſicut oīa alia erant figuratiua ⁊ ſignificatiua: ita iſte numerus ſeptenarius erat figuratiuus totius tēporis eccl'ie. Nā ſicut vna eſt eccl'ia ab Adā vſꝫ ad iudiciũ/ habēs diſtincta mēbra ſucceſſiue: ita fuit vnũ tēpus habēs diſtinctas etates/ ⁊ dies/ ⁊ menſes/ ⁊ annos. Et ſi ſicut ſunt ⁊ cōputant̄ ſeptē etates mūdi: ita computant̄ ſeptē dies/ ſiue menſes/ ſiue anni mundi/ nō ſolũ/ ſecūdũ nos ſed etiā ſcdm Hebreos. Et ſic prima dies mundi fuit ab Adā vſꝫ ad Noe. Et ſcđa dies ſiue menſis aut annus mūdi fuit a Noe vſꝫ ad Abraham. Tertia vero ab Abraham vſꝫ ad Moyſen. Exinde quarta vſꝫ ad Dauid. Exinde quinta vſꝫ ad captiuitatē Babylonis. Et exinde ſexta vſꝫ ad Chriſtũ. Et exinde ſeptima vſꝫ ad iudiciũ. Et ideo Hebrei totũ tp̄s ab Adā vſꝫ ad diluuiũ appellant tēpus ⁊ diē primi mūdi/ ⁊ a diluuio vſꝫ ad Abrahaꝫ appellāt tēpus ⁊ diē ſcđi mūdi. Et ab Abraham vſꝫ ad Moyſen appellant tēpus ⁊ diē circūciſionis: eo ꝙ ſola circūciſio currebat in populo dei. A Moyſe autē vſꝫ ad Dauid appellāt tēpus ⁊ diē tabernaculi: eo ꝙ in ſolo tabernaculo fiebant legalia. A Dauid autē vſꝫ ad captiuitatē appellāt tp̄s ⁊ diē primi tēpli. A reditu captiuitatis Babylonice vſꝫ ad Veſpaſianũ/ appellāt tēpus/ et diē ſecūdi tēpli. Totuꝫ vero reſiduũ poſt deſtructionē ſecūdi tēpli appellant tempus regis Meſſie: eo ꝙ ſcdm omnes prophetas rex Meſſias erat venturus in fine ſecundi tēpli: ⁊ ſic oēs Rabini Iudeorũ totā iſtā ſeptimam etatē poſt ſcdm tēplũ aſſerūt eē tp̄s ⁊ diē regis Meſſie: ⁊ ſic cōtinue expectant eũ fruſtra: vt patebit in fine hui⁹ libri. Ex oībus ſupradictis p̄ꝫ ꝙ iſta tota vltima etas poſt aduētũ xp̄i eſt ſeptim⁹ dies/ ⁊ ſeptim⁹ mēſis/ ⁊ annus mundi/ ⁊ vniuerſalis eccl'ie figuratus/ ⁊ ſignificat⁹ ꝑ illũ diē ſeptimũ ⁊ mēſem ⁊ annũ quē deus ꝑcepit celebrari in lege. Et per cōſequens totũ iſtud tēpus gratie ⁊ tēpus euangelicũ in quo ſumus/ eſt illud ſabbatũ in lege figuratũ: ⁊ qđ deus in figura precepit liberari in fine cuiuſlibet ſeptimane: ⁊ eſt ille ſeptimus mēſis in quo precepit illa quatuor feſta in figura celebrari: ⁊ eſt ille ſeptimus annus figuratus ꝑ ſabbatũ terre. Et per cōſequens totũ iſtud tēpus dicit̄ verũ ſabbatũ in quo precipimur ceſſare ab operib⁹ legis Moyſaice/ ⁊ ab omni opere ſeruilis peccati. Et totum hoc tēpus eſt ſeptim⁹ mēſis/ in quo precepimur celebrare oīa illa quatuor feſta in re ⁊ veritate/ q̄ illi celebrabant ⁊ obſeruabant in figura. Nā totũ hoc tp̄s eſt dies liberationis/ ⁊ expiationis/ ⁊ ſalutis/ et humane redēptionis. de quo dicit̄ Eſaie. xlviij. Tēpore accepto exaudiui te/ ⁊ in die ſalutis auxiliatus ſum tibi. Itē eſt annus placabilis/ ⁊ dies medele ⁊ indulgētie/ ⁊ redēptionis. Eſa. lxj. Spiritus domini ſuꝑ me: eo ꝙ vnxit me: ad annunciādũ māſuetis miſit me: vt mederer cōtritis corde/ ⁊ predicarē captiuis indulgentiā/ ⁊ clauſis apertionē: ⁊ predicarē annum placabilē dn̄o ⁊c. Cũ ergo queritur/ quare deus precepit celebrari illa quatuor feſta in ſeptimo menſe/ ⁊ tēpore vindemiarũ ⁊ torcularium: Reſpondet̄ ꝙ illud precepit in figura/ eo ꝙ ille ſeptimus mēſis figurabat iſtũ ſeptimũ mēſem gratie et euangelicum in quo ſumus/ in quo illa myſteria illarũ quatuor feſtiuitatũ erant implenda. ſ. myſteriuꝫ ſacrificij Abrahe/ ⁊ myſteriũ ꝓpitiationis vniuerſalis: ⁊ myſteriũ tabernaculorũ ⁊ torcularium. Nā ſacrificiũ Abrahe fuit impletũ ꝑ Chriſtũ in cruce: ⁊ myſteriũ ꝓpitiationis ⁊ expiatiōis noſtre ab oīm pctōrũ: ⁊ myſteriũ tabernaculorũ in quibꝰ habitamus ꝑ gratiā in hac militanti eccleſia: [illegible] tum eſt myſteriũ torculariũ/ ⁊ collecte aliorũ fructuũ. Nā xp̄s expreſſit vinũ euāgelicũ ⁊ eccleſiaſticorum ſacramentorũ ex vindemia legis veteris: ⁊ ſeparauit vinũ a vinaceo: ⁊ oleũ ab amurca/ ⁊ granũ euangelicũ ex paleis cerimonialiũ legis. Oleũ autem ⁊ vinũ euangelicum repoſuit in cellario: et granum in horreo eccleſie: quibus nos fruimur in hac eccl'ia per gratiam. Et ſic illa feſta que illi ſemel in ſeptimana/ ⁊ ſemel in anno celebrabāt in figura: nos ſemꝑ ⁊ iugiter ⁊ cōtinue obſeruamus ⁊ celebramus in veritate/ ꝑut latius videbit̄ in queſtione finali deo cōcedente. Et ideo Dauid ꝑcepit cantari iſtũ pſalmũ in ſeptimo mēſe tēpore torculariũ/ qđ primo querebat. Sed nūc reſtat vidēduꝫ quare ꝑcepit ip̄m cātari cũ tympano/ ⁊ pſalterio. ⁊ cithara ⁊c. Ad qđ rūdet ſicut dictũ eſt in ꝓlogo tractatu quinto: ⁊ latius dicet̄ pſalmo vltimo/ qđ oīa illa inſtrumēta muſicalia: cũ quib⁹ Dauid precepit cantari pſalmos/ figurabāt futura myſteria Chriſti ⁊ eccleſie. Nā tympanũ ſignificabat paſſionē Chriſti: qui erat percutiēdus ⁊ flagellādus ⁊c. ⁊ cornu figurabat imperiũ ⁊ crucē Chriſti: cũ qua debebat diabolũ debellare: ⁊ pſalteriuꝫ figurabat decē articulos fidei euāgelice: ⁊ decē precepta. Cithara aũt triāgularis figurabat fidē articulorũ: ⁊ obſeruantiā preceptorũ: ⁊ gratiam ſacramētorũ: in quibus tota conſiſtit chriſtiana religio. Tuba vero figurabat euāgelicā ꝑdicationē ⁊ vocationē fideliũ ad fidē Chriſti/ ⁊ ad recipiēdā ſalutē/ q̄ oīa figurabant̄ in lege/ ⁊ ꝑnūciant̄ prophetice in hoc pſalmo. Que oīa ꝑuidēs Dauid in ſp̄ũ fecit hunc pſalmũ: ⁊ dedit ip̄ũ cantanduꝫ choro ipſius Aſaph: eo ꝙ dirigit̄ ton eccl'ie: ⁊ precepit ipꝫ cātari ad victoriam vocũ cũ toto conatu ⁊ cũ ſupradictis inſtrumētis: eo ꝙ lex vocabat Chriſtũ vt veniret ad liberandũ ⁊ redimēdũ genus humanũ: ꝑut per oīa illa feſta legis figurabat̄. In quo quidē pſalmo Dauid excitat oēs fideles veteris teſt. ⁊ illi⁹ ſtat⁹ vt celebrēt illa feſta in figura ſub fide Chriſti futuri: vocando ipſum vt veniat in carnē ad cōplendum oīa iſta myſteria ꝑ illũ menſem ſeptimũ ⁊ illa feſta figurata/ ⁊ vt recipiāt Chriſtũ in ſuo aduētu cũ ſumma exultatiōe. Et ex ꝯſequēti apoſtrophat ad fideles no. teſta. exhortādo: vt cũ receperint Chriſtũ celebrēt illũ ſeptimũ mēſem/ ⁊ illa ſabbata ⁊ feſta in re ⁊ veritate in hoc menſe ⁊ ſabbato grē ꝑ illa ſabbata vete. leg. figurato/ ⁊ celebrēt iſta feſta cũ tympano ⁊ pſalterio/ ⁊ cithara euāgelica. Et ſic ſemper iſte pſalmus eſt legēdus ⁊ cantādus fidelib⁹ cũ duplici ſp̄ũ. In quo quideꝫ pſalmo duo facit Dauid. Nā primo excitat ſynagogā ꝓ illo ſtatu ad celebrādũ figuraliter illa quatuor feſta cũ illis muſicis inſtrumentis/ vocādo Chriſtũ in carnē/ vt veniat ad implendũ oīa illa myſteria in veritate. Secundo introducit Chriſtũ venientē in carnē vocantē populũ Iudeorũ: vt audiat eius legē euāgelicā/ ⁊ recipiat ipſum: ibi. In tribulatione inuocaſti me.

¶ Quantuꝫ ergo ad primum dicit propheta. O ſynagoga/ o popule Iſrael exultate ī his feſtiuitatibus deo noſtro: ⁊ iubilate non dijs gentiũ: ſed deo Iacob qui eſt verus deus. Et in hac celebratione ⁊ cantu ſumite pſalmũ. i. cantate hunc pſalmum/ ⁊ date. i. percutite tympanũ in ſignũ paſſionis Chriſti futuri: ⁊ pulſate pſalteriũ iucundũ. i. libenter adimplete decem precepta cum cithara. i. cũ hymnis ⁊ laudibus. Buccinate cum buccina ⁊ cornu in memoriam ſacrificij Abrahe: ⁊ cuꝫ tuba neomenia ⁊ gratiarum actione de collectione nouarũ frugum ⁊ vindemiarum in hoc feſto neomenie/ ⁊ inſigni die ſolēnitatis veſtre/ ſcꝫ in feſto ſolēni ſcenophegie ī memoriā fixiōis tabernaculi. quaſi dicat: celebrate cum exultatione omnes has quatuor feſtiuitates cum his quinꝫ inſtrumentis ⁊c. Et reddit cauſam quare/ dicens.

**Quia preceptum in Iſrael eſt: ⁊ iudicium deo Iacob.** [illegible]

¶ Preceptũ eſt in Iſrael a dn̄o. Leui. xxiij. ⁊ Numeri. xxviij. qui ꝑcepit huiuſmodi quatuor feſta cũ ſacrificio celebrari: ⁊ iudiciũ eſt deo Iacob. Itaꝫ iudicio ⁊ cōminatiōe maledictionis ⁊ punitionis hoc ꝑcepit de⁹ ipſi Iacob. i. ꝑp'o Iſr'l filio Iacob. Et reddit cām quare deus inſtituit iſta feſta: dicēs.

**Teſtimonium in Ioſeph poſuit illud cũ exiret de terra Egypti: linguam quaꝫ non nouerat audiuit.** Exo. [illegible]

**Diuertit ab oneribus dorſuꝫ eius: manus eius in cophino ſeruierunt.** Exo. [illegible]

¶ Deus poſuit ⁊ inſtituit illud ꝑceptũ/ ⁊ legem in teſtimoniũ/ ⁊ fedus/ ⁊ memoriaꝫ ipſi Ioſeph. i. populo Iſrael qui ī Egypto Ioſeph ab Egyptijs nominabat̄: quaſi a nobiliori: vt dictuꝫ eſt. Et dicit ꝙ toti Iſrael poſuit hāc legē de feſtis celebrādis ī teſtimoniũ ⁊ memoriā: cũ exiret de terra Egypti: qꝛ tūc audiuit ille pp'ls linguam quā nunꝙ nouerat. Nā neſciebat loqui niſi Egyptiace: in qua lingua nutriti fuerāt in Egypto. Sed cuꝫ fuerūt ī deſerto ⁊ in terra ꝓmiſſiōis. cōmunicādo cũ ceteris gētibus/ didicerūt idiomata/ ⁊ linguas ignotas. Et etiā dicit ꝙ Moyſes cogebat eos loq̄ lingua Hebraica/ q̄ fuerat ab eis obliuiōi tradita. Et etiā ille populus audiuit linguā ignotā: cũ legē ꝑ os Moyſi a deo datā accepit/ in qua ſūt ⁊ erāt cerimonie: et ꝑcepta/ et myſteria eis ignota. q. d. ꝙ de⁹ inſtituit hoc ꝑceptũ/ qñ eduxit Iſrael de Egypto/ ⁊ docuit nouā legē. Et etiā qꝛ de Egypto liberatus ille populus diuertit/ ⁊ remouit dorſum ſuũ ab onerib⁹: qꝛ ibi ſeruiebat/ ⁊ opa vilia exercebat portādo onera ſupra dorſum ſuũ: qꝛ oēs erāt portitores onerũ per domos ꝓ vili pretio. Et iđ ſequit̄. Et man⁹ ei⁹ in cophino ſeruierūt: qꝛ in cophinis ⁊ ſportis portabāt terrā ad faciēdos lateres: vt p̄ꝫ Exo. ij. ſꝫ ab oib⁹ his fuerūt diuerſi: ⁊ ſubtracti/ ⁊ liberari tunc. Cũ ergo eſſent in mōte Sinai/ deus ꝑcepit huiuſmodi feſta īter cetera ꝑcepta cerimonialia: in memoriā ⁊ ꝓ grārum actione tātorũ beneficiorũ receptorũ: ⁊ in figurā futurorũ: vt dictũ eſt. Ergo bene merito debēt filij Iſrael tales feſtiuitates celebrare cũ oībus cerimonijs ſupradictis. q. d. O filij Iſrael celebrate huiuſmodi feſtiuitates nō ſolũ literaliter cũ cerimonijs: ſed cum intelligētia allegorica ⁊ ſp̄ũali. i. deſiderate ⁊ petite accelerari aduētũ meſſie per huiuſmodi myſteria figuratũ. Et cũ venerit/ recipite eũ: q̄ nos debet a iugo legis ⁊ a peccato liberare/ ⁊ ſeruate eius legem et precepta: qꝛ iſta lex vere ibi eſt finienda: qꝛ ibi eſt finis ⁊ ꝑfectio ⁊ veritas. ¶ Eſt tamen aduertendum/ ꝙ Dauid non ſolum excitauit ſynagogam ad celebrandum illa quatuor feſta in figura/ ⁊ myſterio ⁊ prophetia: ſed etiam excitat populum chriſtianum ad celebrādum predicta feſta iaꝫ per gratiā. Nā ſicut

Chriſti: tamē Scribe ⁊ phariſei cõſiliũ dei ſpreuerunt nõ baptizati: vt dicit' Luce ſeptimo. Et ſic pꝫ qualiter Chriſtus voluit Judeos ex hoībus deos inmortales facere: ⁊ peccatũ ipſius Adã cum ſuis penis/⁊ penalitatibus ab eis auferre: ⁊ imaginem gratie/⁊ glorie/et diuinitatis eis imprimere ꝑ baptiſmũ: et filios adoptiuos dei facere: ſed ipſi voluerũt in ſuo peccato tanꝗ̃ hoīes et filij hominũ manere: ſupra qḋ peccatũ addiderũt homicidiũ Chriſti: et ſic facti ſunt filij diaboli/eius deſideria adimplendo: vt pꝫ Joãnis ſeptimo. Et ideo qꝛ Scribe ⁊ phariſei cũ ſuis ſequacibus noluerũt a Chriſto illuminari/nec a peccato liberari: ſed ſub obligatione ipſius Adã manere mortales: ⁊ ꝑ homicidiũ ⁊ obſtinationē voluerunt diaboli fieri: inde eſt qḋ Chriſtus puniuit eos pena ipſi Adam cõminata et inflicta: qꝛ duplici morte eos puniuit: ſcʒ tēporali et eterna/et puniuit eos pena diaboli. Nam ſicut eiecit diabolũ de celo: ⁊ ſubſtituit homines ſucceſſores hereditat' celeſtis: ita pariter eiecit Judeos a ſedibus ſuis et a regno et ſacerdotio: et redegit eos in perpetuaꝫ ſeruitutē per mundum diſꝑſos et priuauit eos celeſti hereditate: ⁊ tradidit eã populo gentili ad fidem cõuerſo. Et hoc eſt qḋ intendit dicere Dauid in hac tertia parte in ꝑſona Chriſti ſub paucis verbis. Unde ait Chriſtus. O miſeri Judei ego dixi dij eſtis/et filij excelſi oēs. i. ego deliberaui de celo in mundũ venire/⁊ carnē aſſumere/et me hominē mortalē fieri: vt vos oēs eſſetis/et efficeremini dij: ⁊ filij dei excelſi: ideſt vt vos deos facerē per participationē ⁊ gratiam: ⁊ filios dei ꝑ adoptionem/⁊ noluiſtis. Unde ergo veni lux in mũduꝫ/declarando legem ⁊ prophetas: ſed neſciuiſtis nec intellexiſtis ex cecitate affectatã ⁊ ꝑpetrata ꝓpter veſtra mala opera. Et ſic dilexiſtis magis tenebras ꝗ̃ luceꝫ: ⁊ decreuiſtis tanꝗ̃ obſtinati in tenebris ambulare. Item ego volui vos liberare a ſeruitute peccati et diaboli: quando dixi: Si filiꝰ dei vos liberauerit/vere liberi eritis. ſʒ noluiſtis liberari ab obligatiõe/et penis pctĩ ipſius Adam: nec a ſeruitute diaboli/nec a iugo legis: immo reſpõdiſtis: Nos ſemen Abrahe ⁊ liberi ſumꝰ: et nemini ſeruiuimꝰ vnꝗ̃. Joan. viij. ⁊ ſic noluiſtis eē vere liberi/nec fieri mecũ filij dei: ſʒ filij diaboli ꝓponēdo me occidere: ⁊ fuiſtis fcĩ filij diaboli deſideria eiꝰ adimplēdo. Nã ſicut ille fuit ab initio homicida: ita voluiſtis me occidere/ne ſuꝑ ipꝫ regnarē ꝓponēdo: ⁊ etiã primos parētes in vtrãqꝫ mortē ꝑcipitãdo: ita vos fuiſtis homicide me interficiēdo/⁊ illũ imitando. Nã diabolus ab initio ꝓpoſuit ⁊ deſiderauit me occidere: ſed vos tanꝗ̃ filij ⁊ imitatores ꝑ effectũ/deſideriũ eiꝰ cõſummaſtis: ⁊ impleſtis. Et ideo penas vtriuſqꝫ. ſ. ipſius Adã ⁊ diaboli pendetis et luetis ⁊ patiemini. Nam primo ſicut hoīes et filij Adaꝫ moriemini in corpore ⁊ aīa/ poſtꝗ̃ in eius peccato ⁊ in obligatione permanere vultis ⁊ nõ liberari. Scḋo ſicut Lucifer vnꝰ. i. primus de principibꝰ paradiſi cadetis: ⁊ nõ ſolũ a dignitate ſacerdotali ⁊ veſtra terrena ciuitate Hieruſalē: ſed etiã a celeſti hereditate cadētes in eternã penã inferni deſtinabimini cũ diabolo: cuiꝰ filij ⁊ imitatores eē voluiſtis: ⁊ in cuiꝰ obſtinatiõe ꝑmãſiſtis.

Not. de pena Judeorꝫ

¶ Et nota ꝙ ſupradictiꝰ verſiculus cũ ſua intelligētia allegat' a ſaluatore Joã. x. ꝯtra Judeos arguētes ipm̃ de blaſphemia: qꝛ ſeipm̃ filiũ dei dicebat. vñ ait. Nõne ſcriptũ eſt in lege veſtra: Ego dixi dij eſtis: ⁊ filij excelſi oēs? Si illos dixit deos ad quos ſermo dei factꝰ eſt: ⁊ nõ põt ſolui ſcriptura/quē pater ſanctificauit: ⁊ miſit in mũdũ: vos dicitis qꝛ blaſphemat: qꝛ dixi filiꝰ dei ſum? Si nõ facio opa patris mei nolite credere mihi. Si aũt facio ⁊ mihi nõ vultis credere: operibꝰ credite: vt cognoſcatis ⁊ credatis qꝛ pater in me eſt: ⁊ ego ĩ patre. Ex his verbis videt' Chriſtꝰ cõfirmare nõ ſolũ dictũ prophete: ſed oīa q̄ dicta ſunt in hac parte. ſ. quõ ipſe eſt filiꝰ dei naturalis miſſus in hũc mundum: vt nos deos faceret. Et quõ oēs illi ad quos ſermo dei ꝑ Chriſtũ factꝰ eſt ⁊ crediderũt in eum: ſunt dij ꝑ myſticã vnionē/⁊ filij ꝑ adoptionē ⁊ regenerationē. Et quõ illi qui nõ crediderũt manēt in obligatione ⁊ mortalitate ipſius Adam tanꝗ̃ homines/et in ſeruitute et tenebris diaboli tanꝗ̃

lij eius. Deinde cum dicit.

De priuile. c. ex ore. Apoc. xix.

**Surge deus iudica terram: quoniã tu hereditabis in omnibus gentibus.**

¶ Dauid petit vltionẽ de Judeis ꝛ ꝯuerſionẽ ppl'i gẽtilis. Unde oſtẽdit ꝙ ſicut pena iudeoꝝ fuit ſimilis pene hoĩs ꝛ diaboli quãtũ ad caſum: q2 vterq; cecidit ab hereditate: ita ſucceſſio hereditatis ꝛ reparatio ruine iudeoꝝ fuit ſimilis reparationi ruine diaboli. Nã ſicut Chriſtus reparauit ruinaz diaboli ꝑ iuſtificatos de filijs Adã: qui ꝑ gratiam ꝛ fidẽ Chriſti ꝛ humilitatẽ ſucceſſerũt in hereditatẽ celeſtẽ amiſſam ꝛ ꝑditã a diabolo per ſupbiã et rebellione ꝛ inuidiã: ita pariter chriſtus ꝑ conuerſos ad fidẽ de populo gẽtili ꝑparauit ruinaz ſynagoge. Nã populus gẽtilis ad fidẽ cõuerſus ſucceſſit et adeptus eſt hereditatẽ celeſtem: quas Judei perdiderunt per inuidiã ꝛ auaritiam ꝛ homicidiũ perpetratũ cõtra Chriſtũ: ꝛ per obſtinationẽ in qua perſeuerãt ſicut eis chriſtus predixit Matth. viij. Multi ab oriẽte ꝛ occidente venient: ꝛ recũbẽt cũ Abrahã: ꝛ Jſaac: ꝛ Jacob in regno celoꝝ. Filij autẽ regni ejcient in tenebras exteriores. Jtẽ Matth. xxj. Auferetur a vobis regnũ/ ꝛ dabitur genti facienti fructus eius ꝛc. Hoc eſt ergo qđ intendit dicere Dauid i hoc vltimo verſu. Unde ait. O chriſte de⁹ ꝛ homo ſurge a mortuis: ꝛ iudica terram. i. condẽna hoĩes iudeos terrenos qui celeſtia contempſerunt/ ꝛ terrena elegerunt: ꝛ ſicut hoĩes carnales viuere ꝛ manere voluerũt: ꝛ ab obligatiõe Adã nõ liberati ſz in ea manere ſtatuerũt. Et ideo ꝑiua eos nõ ſolũ terrena/ ſz etiam celeſti hereditate: de qua cecidit diabolus: q2 tu hereditabis in omnibus gentibus. i. eliges populum gentilẽ ad tuã hereditatem: a qua eieciſti Judeos propter ſuã iniquitatem ꝛ rebellionẽ ꝛ inobediẽtiaz ꝛ homicidiũ ꝛ obſtinationem. Sententia etiã hui⁹ vltimi verſus conuenit cum primo. Quaſi dicat: q2 ſcribe ꝛ phariſei iniuſte te ad mortẽ ꝯdẽnauerũt/ ꝛ fuerũt ꝑuerſi iudices/ pupillos ꝛ viduas ꝛ pauperes ꝛ egenos expoliando: ꝛ perſonas diuitum acceptando/ ꝛ abſoluendo/ ꝛ innocentes condemnando/ Jdeo ſurge ꝑmo a mortuis: ꝛ iudica eos ad eternam penam priuando eos tua hereditate: ꝛ conferendo eam omnibus te recipientibus.

O

¶ Ex toto iſto pſalmo poſſunt recolligi quinq; concluſiones. Quarum Prima eſt ꝙ Chriſtus dijudicauit Scribas ꝛ Phariſeos/ eorum falſam doctrinam ꝛ peruerſa iudicia exprobrando in primo aduentu. ¶ Scđa cõcluſio ꝙ Judei ante aduentũ Chriſti legem neſcierunt: ꝛ Chriſtum legẽ declarantẽ intelligere noluerunt: ꝛ poſt paſſionẽ chriſti in ſua obſtinatione ꝛ tenebris vſq; ad deſtructionẽ Hieruſalem ambulauerunt ꝛ ambulãt vſq; ad finẽ mundi. ¶ Tertia cõcluſio/ ꝙ Chriſtus venit vt Judeos deos ꝛ filios dei faceret: ſed ipſi recuſauerũt: ꝛ in ſuis pctis ꝛ penis manere maluerunt. ¶ Quarta cõcluſio/ ꝙ Judei ſunt puniti pena diaboli ꝛ ipſius Adam tanq; imitatores eorum. ¶ Quinta cõcluſio/ ꝙ gentiles ad fidẽ conuerſi repararunt ruinã iudeorũ/ ꝛ ſucceſſerunt in hereditatẽ eis.

Gentiles conuerſi reparant ruinã iudeorum.

Quia propheta Dauid in ꝑſona Chriſti videt̄ cõparare pctm̃ crucifixorũ Chriſti et ipſius ſynagoge pctõ diaboli ꝛ ipſius Adã quantũ ad penam/ cũ dicit: Uos autẽ ſicut Adã moriemini: ꝛ ſicut vn⁹ de principib⁹ cadetis: ideo videt̄ qđ hoc pctm̃ fuerit ſimile illis etiã quãtũ ad culpã et reatũ: q2 pena eſt effect⁹ reat⁹.

Petm̃ ſynagoge cõparat̄ pctõ diaboli et ade.

¶ Et primo eſt vidẽdũ qđ ꝛ quale fuit pctm̃ diaboli: ex quo videbitur quõ pctm̃ ſynagoge fuit ſil'e illi quo ad culpam et modũ. Scđo videbit̄ qđ ꝛ quale fuit primorum parẽtũ: ꝛ in quo differt a pctõ diaboli: ex quo videbitur quõ et in quo pctm̃ ſynagoge fuit ſimile pctõ ipſius Adam: ꝛ in quo differt a beo. Tertio videbitur quõ pena ſynagoge eſt ſimilis pene diaboli et ipſius Adã: ꝛ in quo differt ab vtraq;.

Nota differentiam.

¶ Quãtum ad primũ eſt notanduz ꝙ iſta queſtio ꝛ materia eſt valde difficilis. primo: q2 Moyſes nõ ſcripſit nec explicuit pctm̃ ꝛ caſum diaboli: eo ꝙ non ꝑtinebat ad eũ: eo ꝙ ſacra ſcriptura eſt via in Chriſtũ tanq; redemptorẽ hoĩs ꝛ finẽ legis ꝛ ꝓphetarũ: ſed q2 ſolus homo erat redimẽdus ꝑ Chriſtũ ꝛ nõ diabolus: ideo ſolũ deſcripſit pctm̃ ꝛ caſum hoĩs/ ꝛ nõ diaboli. Jdeo in paucis locis ſcripture vet. te. memorat pctm̃ diaboli ꝛ quaſi ꝑ accidẽs. ſ. Eſa. xiiij. inquantũ Eſaias aſſumit parabolã ex caſu luciferi cõtra regẽ Babylonis dicẽs/ quõ cecidiſti Lucifer ꝛc. Et Ezechiel. xxviij. cõtra regẽ Tyri. di. Tu ſignaculum ſimilitudinis ꝛc. vt patebit: ſed in no. teſt. hoc magis ꝛ clarius explicat ſaluator Joã. viij. dicens de diabolo. ꝙ ab initio homicida fuit/ ꝛ in veritate nõ ſtetit ꝛc. Jtẽ Luc. x. Uidebã Sathanã ſicut fulgur de celo cadẽtẽ. Jtem Apoca. xj. Factuz eſt prelium magnũ in celo. Et ideo beatus Augu. per coniecturas altiſſime pertractat hanc materiã ſuper Geñ. ꝛ lib. xj. ꝛ. xij. de ciuitate. Et magiſter in ſcđo diſtin. vij. Et ibi oẽs ſcholaſtici doctores medio altiſſimo ꝛ ſubtiliſſimo cũ verbis obſcuris ꝛ difficilib⁹ i eũ modũ ꝙ ſimplices capere non poſſunt. Sed q2 expoſitio huius libri ꝛ iſte labor non eſt per me aſſumptus pro peritis: ſed pro ſimplicibus/ vt dictũ eſt in principio: ideo opz me ꝓcedere per terminos planos ꝛ intelligibiles: vt ſimplices ſacerdotes et catholici capere valeãt. ꝛ ſemꝑ cũ correctiõe ꝛ ſub determinatiõe ſctẽ Romane eccleſie eſt dicẽdũ: ꝙ quaſi oẽs doctores cõueniũt in hoc ꝙ diabol⁹ peccauit per ſuperbiã/ q̃ eſt appetitus ꝓprie excellentie ꝛ peruerſe celſitudinis ſm Augu. xj. de ciui. dei. Et oẽs cõueniunt in hoc ꝙ appetiuit equalitatem dei: ꝓpter illud Eſa. xiiij. Statuam ſolium meum ſuper aſtra celi: ꝛ ero ſimilis altiſſimo. Jtem propter illud Auguſtini ſuper pſal. lxviij. qđ Adam et Eua vt diabolus volentes rapere diuinitatẽ perdiderunt felicitatem. Jtem in queſtionibus no. ac ve. teſta. ꝙ diabolus elatiõe inflatus voluit eſſe deus ꝛc. Jtem in hoc cõueniunt ꝙ diabolus peccauit ex electione: ꝛ per conſequens creatus in tanta perfectione non potuit eligere nec appetere aliqđ ſimpliciter ĩpoſſibile. Et ideo eſt vidẽdũ: ſi aliqua equalitas alicuius creature ad deum ſit poſſibilis quã diabolus potuerit appetere.

Duplex equalitas conſideratur.

Ad hoc eſt dicendum: ꝙ inter res duplex poteſt equalitas cõſiderari quantũ ad preſens ſpectat. Una dicitur equalitas equiparãtie ꝛ ꝯmenſuratiõis. Et altera equalitas cõmunicationis alicui⁹ proprietatis ꝛ perfectionis. Prima equalitas nullo modo poteſt eſſe: nec conſiderari: nec intelligi inter aliquam creaturam et deum: quia talis ſolum eſt inter diuinas perſonas: quia equalitate cõmenſurationis ſunt coeterne ꝛ coomnipotẽtes ꝛc. Et nũq; talẽ equalitatẽ potuit Lucifer appetere/ nec ẽt intelligere/ cũ



ſit ſimpliciter impoſſibilis. Scđa autez equalitas eſt poſſibilis. Nã poſſibile fuit vt verbũ aſſumeret humanitatẽ Chriſti in vnitate ꝑſone. Et per cõſequẽs ꝙ cõmunicaret ipſi ſuã ꝓprietatẽ ꝑſonalẽ: ꝛ per cõſequẽs eſſet fili⁹ dei naturalis: ꝛ ꝑ cõſequẽs ꝓdicaret ipſi idiomata eorũ q̃ ſunt dei. ſ. ꝙ ſimul cũ verbo illa humanitas adoret̄ ꝛ cõglorificet̄ et colatur/ ꝛ ꝙ dicat̄ creator ꝛc. Et ꝙ eſſet mediator inter deum ꝛ oẽs angelos ꝛ hoĩes: ꝛ ꝙ cõmunicaret ei nõ ſolũ iudiciariã poteſtatẽ ſuper angelos et hoĩes: ſed imperiũ ſuꝑ oẽs creaturas ꝛ ſuper totũ vniuerſum: ſicut videmus eſſe factũ ꝛ cõpletuz in Chriſto/ vt patet ꝑ totũ diſcurſum euãgelicũ. Unde talis equalitas nõ eſt ſimpliciter impoſſibilis: q2 ſemper importat aliquã minorationez: q2 Chriſtus ſemper manet minor patre/ ꝛ minor tota trinitate ſcđm humanitatez aſſumptam: ſed ſemꝑ dicit̄ ſimilis deo: eo modo quo dictũ eſt: q2 ſemꝑ illa humanitas cooperabat̄ cũ verbo circa iſta miracula facienda: vt ait Damaſcenus. Diabolus ergo licet in principio non potuerit appetere primam equalitatẽ ad deum: tñ potuit appetere ſcđaz: q2 potuit appetere imperiũ vniuerſi: ꝛ totũ illud qđ habuit Chriſtus in ſua incarnatione ꝛ aſcenſione. ſ. accipere imperiuz vniuerſi/ ꝛ ſedere a dextris dei ꝛ in potioribus bonis glorie.

Nota ſoli imperia.

Sed hoc diabolus nõ potuit appetere niſi peruerſe et cõtra voluntatẽ dei: qui ſolũ Chriſtũ ad hoc ꝑdeſtinauerat ab eterno: vt nõ ſolũ ꝑ ꝑſonalẽ vnionẽ: ſed etiã ꝑ mortẽ ꝛ paſſionem illam celſitudinẽ mereret̄. ſ. imperiũ mundi. ꝛ vt eſſet triumphator ꝛ redemptor ꝛ glorificator gñis humani. Sed ꝙ Lucifer appetiuit ſupradictã celſitudinẽ ꝛ imperiũ ꝓbat̄ ratione ꝛ auctoritate. Nã licet lucifer nõ fuerit ꝑſci⁹ ſui caſus añ lapſuz/ nec etiã caſus hoĩs: tñ fuit ꝑſcius myſterij incarnationis filij dei: q2 nõ min⁹ fuit reuelatũ ipi q̃ homini: q̃ in illo ſopore ꝑnouit incarnationẽ: vt inquit Aug. Et per cõſequẽs Lucifer vidit ſoliũ ꝛ ſedem preparatã ſupra totã naturã angelicã pro Chriſto hoĩe futuro: cui erat tradẽdũ imperiũ ſuꝑ totã naturã angelicã ꝛ ſuꝑ omnẽ creaturã: abſq; hoc ꝙ ſciuerit myſterium paſſionis ꝛ redemptionis humane: q2 diabolus ignorando caſum hominis ignorauit etiã myſteriũ paſſionis Chriſti ꝛ humane redemptiõis: ſed nõ ignorauit myſteriũ incarnationis: ꝛ exaltationis humanitatis Chriſti: et ſic habuit occaſionẽ peruerſe appetendi. Unde in hoc conueniunt omnes doctores ꝙ Lucifer appetijt ſummam celſitudinem ꝛ equalitatẽ que ſub deo põt eſſe ꝛ intelligi: ſed talis eſt celſitudo quaz Chriſtus poſſedit in vnitate perſone verbi: ſedens in potioribus bonis patris cum imperio totius vniuerſi: ergo illam appetiuit diabolus. ſed hanc non potuit appetere niſi contra voluntatem dei: ꝛ deuiando a diuina voluntate que eſt lex eterna in cuius conformitate conſiſtit omnis vera iuſtitia. ergo hoc non potuit facere diabolus ſine peccato. immo dicunt aliqui ꝙ omnibus angelis fuit poſita lex qualiter deus preparauerat illam ſedez pro Chriſto hoĩe a verbo perſonaliter aſſumendo: cui credẽdũ erat imperium vniuerſi: cui deus decernebat et volebat vt oẽs angeli ꝛ creature obedirẽt/ ſimul cũ verbo eũ adorarẽt ꝛc. Cui legi Lucifer cũ ſuis ſequacib⁹ noluit obedire: immo ſoliũ ſedẽ Chriſti attẽtauit ꝛ preſumpſit occupare et vſurpare: ꝛ ideo cecidit: angeli aũt ceteri diuine legi et voluntati obedientes manſerũt in gratia cõfirmati: et tũc ex viatorib⁹ facti ſunt cõprehẽſores et beati vidẽtes deũ ꝑ gloriã. Sed ꝙ Lucifer attẽtauerit vſurpare ſedẽ Chriſto ꝑparatã ſupra totã angelicã naturam: ꝓbat̄ ꝑ illud Eſa. xiiij. cũ ait. Quõ cecidiſti Lucifer qui mane oriebaris/ q̃ dicebas in corde tuo: Jn celo aſcendã: ſupra aſtra celi exaltabo ſoliũ meum: ꝛ in monte teſtamenti in lateribus aquilonis. Aſcendã ſuꝑ altitudinẽ nubiũ: et ſimilis ero altiſſimo ꝛc. Ex q̇bus pz ꝙ ſupra ſedes oĩm beatarũ creaturarum ſtatuit conſcendere vſq; ad equalitatẽ dei: vbi nulla eſt niſi ſedes Chriſti/ qua celſitudine ſub deo maior nequit intelligi ratione vnionis. poſt quã ſedem ꝛ celſitudinẽ ſedet virgo Maria ratione maternitatis ſuꝑ oĩa alia aſtra celi: ꝛ ſuꝑ totã angelicã naturã. Hanc ergo celſitudinẽ putauit diabolus occupare abſq; meritis ex ſola nobilitate proprie nature: qđ fuit oppoſitum de Chriſto hoĩe: q̃ ꝑ humilitatẽ ꝛ laborẽ paſſionis voluit illã ſedẽ adipiſci/ qđ vult explicare Paul⁹ ad Philippẽſes ſcđo: cum ait. Hoc enĩ ſentite in vobis: qđ ꝛ in Chriſto Jeſu: q̃ cũ in forma dei eſſet nõ rapinã arbitratus eſt: ſe eſſe equalẽ deo/ ſed ſeipſ3 exinaniuit formã ſerui accipiẽs: ꝛ habitu inuẽt⁹ vt homo. Quaſi dicat: ꝙ diabolus in principio per rapinã ſupra ſuã naturã ꝛ cõtra volũtatẽ dei voluit abſq; meritis rapere equalitatẽ dei ꝛ illam ſedem Chriſto preparatã: ſed oppoſituz fecit Chriſtus vt de⁹: q̃ cũ eſſet deus factus eſt homo. ꝛ ſic ſicut diabolus voluit temere exaltari: ita vt de⁹ voluit humiliari ꝛ fieri homo. ꝛ inquãtũ homo humiliauit ſemetipſũ obediens patri vſq; ad mortem crucis: ꝓpter qđ deus pater dedit illi nomẽ qđ eſt ſuꝑ oẽ nomẽ. ſ. Jeſus ſaluator: qđ ẽ nomẽ oĩpotẽtie ꝛ iuſtitie et glorie ꝛc. ſicut dictũ eſt pſal. viij. vt in noĩe Jeſu omne genu flectat̄ celeſtiũ terreſtriũ ꝛ infernorũ. q2 tradidit ipſi imperiũ toti⁹ vniuerſi: qđ diabolus abſq; meritis cõtra voluntatẽ dei ꝑſumpſerat cũ rapina occupare.

Petm̃ diaboli ex inuidia.

Ex ſupradictis pz ꝙ diabolus illud nõ fecit abſq; inuidia concepta cõtra Chriſtũ: poſtq; ꝑuiderat illã ſedẽ ꝑparatã pro hoc Chriſto hoĩe futuro ergo illico appetiuit mortẽ et annihilationẽ Chriſti/ q2 ꝑuidit Chriſtũ regnaturum: ꝛ inuidit: et ſic ꝯcepit homicidiũ/ ꝛ appetiuit mortẽ cõtra Chriſtũ. Hoc voluit etiã explicare ſaluator Jo. viij. q̃ñ dixit de diabolo: ꝙ ab initio ille homicida fuit/ q̃ñ in veritate non ſtetit: q2 non ſolum fuit homicida precipitando Adam in mortez ſed prius fuit homicida appetendo mortem ꝛ annihilationẽ Chriſti ne illã celſitudinẽ/ quã ipſe deſiderabat ꝯſcenderet ꝛ poſſideret. Et ideo Lucifer poſtq; fuit expulſus et deiect⁹: illico venit ad tentandum et decipiendum hominem: putans impedire myſteriũ incarnationis: ne Chriſtus ſcđm carnem ex Adam naſciturus illã celſitudinẽ cõſcenderet: et ne Adam cũ ſuis poſteris ſedes quas Lucifer cum ſuis ꝑdiderat/ poſſederet. Et ſic patet ꝙ diabolus preuidit Chriſtũ regnaturũ in celo et inuidit ipſi.

O Ordo peccati diaboli.

¶ Tenuit ergo diabolus Lucifer talem ordinem in ſuo peccato. Nam primo ipſe conſiderauit nobilitatem ſue nature ſuper oẽs alias creaturas. Et ſic amauit ſeipſum cuz ſua delectatione: ꝛ ſic appetiuit imperiũ vniuerſi. Exinde nouit ſedẽ preparatã pro Chriſto futuro dño totius vniuerſi; et

tūc ꝑuerſo appetitu contra dei volūtatē appetiuit
illā ſedē ⁊ celſitudinē chriſti. Et exinde ex tali ſup-
bia cōcepit odiū ⁊ inuidiā contra Chriſtū. Ultimo
vero facta coniuratione cū ſuis ſtatuit ⁊ ꝓſumpſit
cōſcēdere ſoliū chriſti in cōtēptū dei. preuidit ergo
Chriſtū incarnandū ⁊ regnaturū et inuidit ⁊ odi-
uit eū. Scđo decreuit ſedē eiꝰ vſurpare contra vo-
luntatem. Sed tūc Michael obediens deo deiecit

Nota.

draconē de celo cū magna pte ſtellarū: vt ptꝫ Apo
ca. xij. Et ſic ptꝫ ꝙ pctm̄ eius fuit cōſummatū: inci
piendo ab amore ſui vſq ad cōtēptū dei. Michael
autē cum ceteris inceperunt ab amore dei vſq ad
cōtemptū ſui: vel a cōtēptu ſui vſq ad amorē dei.
obedientes diuine volūtati. Et ſic māſerūt in grā
cōfirmati: ⁊ facti ſunt beati per glīam. Et ſic ptꝫ ꝙ
pctm̄ diaboli incepit a ſupbia q̄ eſt initiū oēs pctī:
⁊ finiuit in inuidiā ⁊ odiū ⁊ etiā homicidiū contra
chriſtū. Et ſic eſt dicendū ꝙ pctm̄ diaboli fuit inui
dia cōcepta cōtrā chriſtū: ex appetitu ꝑuerſe celſi-
tudinis cōtra volūtatē dei. Ex quo pctō manſerūt

Tria pctā i diabolo.

tria ſcelera perpetua in diabolo. Primo/ qꝛ manſit
obſtinatꝰ nō cognoſcēs reatū ſuū nec culpā. Scđo
manſit in indelebili inuidia ⁊ odio cōtra Chriſtū:
qui reſidet in illa ſede ⁊ celſitudine: ⁊ cōtra oēs ho
mines q̄ ſucceſſiue poſſidēt ſedes per humilitatē:
quas ipſi ꝑdiderūt ꝑ ſuperbiā ⁊ igratitudinē. ⁊ idō
ilico deſcēdit ad tentādū hoīem i paradiſo: ⁊ aſſi-
due tentat hoīes vt ſint deo rebelles: ⁊ faciat eos
ſibi ſocios eſſe penarū. Tertio: qꝛ diabolꝰ ſemꝑ mā
ſit in illo appetitu dominādi: ⁊ vt adoret ab hoībꝰ
ex inuidia Chriſti. Et ſic ſemper laborauit adorari.
Et ſic introduxit idololatriā: ⁊ deteſtabiles ritꝰ et
ſupſtitiōes in mundū: ⁊ ſemper nititur hoīes de-
ducere ad artes magicas/ ⁊ ſortilegia/ ⁊ ſacrilegia
nefanda. Et ſic diabolus quotidie ⁊ iugiter parit
iniquitatem quā in illo pctō cōcepit contra Chri-
ſtum: ⁊ hoc de pctō diaboli. ¶ Quantū ergo ad ſe-

S Not. ſi eodēꝫ peccato peccauerit adā ⁊ diabolus.

cundū Augu. ſuper illud pſalmi. lxviij. Quod nō ra
pui tunc exoluebam: videtur dicere ꝙ eodem pec-
cato peccauit Adam: ⁊ diabolus volendo rapere
⁊ vſurpare diuinitatē. Nā diabolꝰ q̄ ante voluerat
rapere diuinitatem: qn̄ dixit ſtatuam ſoliū meū et
aſcendam ſuper aſtra celi: ⁊ ſimilis ero altiſſimo
⁊c. ille idem ꝓpinauit de calice ſuperbie ſue ꝓmis
parentibus quando dixit: Qua hora comederitis:
eritis ſicut dij ⁊c. Et ſic diabolꝰ in foueam ⁊ in idē
genꝰ pcti ꝓcurauit ꝓcipitare primos parētes ſua
dendo vt preſumerēt rapere diuinitatē ſicut ipſe.
Et ideo dicit Auguſti. ꝙ Adam et Eua volentes ra
pere diuinitatem: amiſerūt felicitatem ⁊c. Sꝫ iſta
verba Auguſtini ſunt ad bonum ſenſum intelligē-
da: ſicut ipſe declarat ſe ſuper Geñ. Naꝫ diabolus
toto poſſe conatus eſt deducere iſtos primos pa-
rentes in peccatū ſuū ⁊ in ſacrilegiū: dicendo ꝙ ſi
comederet eſſent ſicut dij in equalitate. Sed hoc
forſan nō credidit Adam: ſed comedit vt gereret
morē vxori: ⁊ ne diſpliceret ipſi: ⁊ ne deſtitueret ſo
latio. Et ſic adam nō voluit directe rapere deita-
tem ſed indirecte: inquātū hoc ſequebat ex ꝟbis
diaboli: cuius votū ſecutus eſt Adam comedendo
cibum prohibitū: imo indirecte fecit deum menda
cem ⁊ inuidum: vt dictum eſt pſal. xiij. Et ideo ali-
qualiter idirecte peccatū hominis fuit ſimile pec-
cato diaboli. Sed fuit magna diſſimilitudo: quia
nō cum tā iniquo ꝓpoſito a mala volūtate fuit cō
miſſum: licet fuit graue ꝓpter inobedientiam ⁊ in
gratitudinem ⁊ ꝓpter effectū: qꝛ oēs poſteros in-
fecit ⁊c. ¶ His habitis ponit prima concluſio. ſ. ꝙ
pctm̄ ſynagoge fuit quaſi ꝑ oīa ſimile pctō diabo-
li: quo ad obiectum ⁊ inuidiam: ⁊ alia annexa. pro-
batur. Nam peccatū diaboli incepit a ſupbia ⁊ pre
ſumptione proprie excellentie ⁊ nature: ⁊ ꝓrupit
in inuidiā cōceptam cōtra Chriſtū: ⁊ exinde ſedu-
xit oēs alios ſequaces ad ꝓpoſitū ſui cum fraude
ſed in oībus his peccauit ſynagoga ſcribarum: et
phariſeorum/ ⁊ ſacerdotum. igitur per omnia fuit
ſimile. Maior fuit ſuperius deducta. minor pro-
batur. Nam qn̄ Chriſtus dixit iudeis Joā. viij. Si
filiꝰ vos liberauerit: vere liberi eritis ⁊c. Rñderūt
dicentes. nos ſemen Abrahe ſumus: ⁊ nulli ſeruiui
mus vnq̄. Ex quo ptꝫ ꝙ cōtēpſerunt gratiā dei:
preſumentes ⁊ gloriātes de ꝓpria carnali natura:
putantes meritis ⁊ viribus proprie nature poſſe
liberari ⁊ ſaluari/ ⁊ nulli pctō fuiſſe ſubiectos. ⁊ idō
reſpondit Chriſtus dicens. Amen dico vobis/ qui
facit pctm̄/ ſeruꝰ eſt pctī/ ⁊ ſic patet ꝙ peccauerūt
ex ſuperbia. Item. ij. pctm̄ Judeorū fuit ſimile pec
cato diaboli: quo ad obiectū ⁊ inuidiā conceptam
contra chriſtum: qđ patet Joā. xi. Nam qn̄ viderūt
ꝙ reſuſcitauerat Lazarū/ dixerūt/ nil facimus/ ec-
ce totus mundus vadit poſt eum. Ideo expedit vt
vnꝰ moriatur pro populo ⁊c. Et ſic Caiphas dete-
xit inuidiam: quā iam ante cōceperant cōtra Chri
ſtum: ⁊ cōſpirarunt omnes in necē Chriſti. Et hoc
improperauerat eis Chriſtus Joā. viij. dicēs. Uos
ex patre diabolo eſtis: ⁊ deſideria eius vultis face
re: ille homicida fuit ab initio ⁊c. q̄ſi diceret: ille
ab initio deſiderauit me occidere ne regnarem ſu-
per eum. Et ideo vos tanq̄ membra et filij diaboli
vultis cōplere deſiderium eius: me occidendo. Et
ſic patet qualiter peccatū iudeorū non ſolū fuit ſi-
mile peccato diaboli: immo fuit idem peccatum a
diabolo ab initio inceptū ⁊ deſideratū: ⁊ ꝑ iudeos
tanq̄ per membra ⁊ filios eius ꝯſummatū: quia
eundem Chriſtum iudei crucifixerunt quem dia-
bolus ab initio occidere deſiderauit: ne ſuper ipm
regnaret: et cuius ſedem aſcendere attentauit: vt
dictum eſt. Item tertio peccatū Judeorū fuit ſimi
le pctō diaboli quo ad mendaciū ⁊ ſacrilegiū. Nā
ſicut diabolis in veritate nō ſtetit: ſed cū mēdacio
ſeduxit ſuos complices: ⁊ cum mendacio ſeduxit
primos parentes faciendo deum mendacem ⁊ in-
uidum/ verba eius falſo gloſſando dicēs. nequaq̄
moriemini: ſcit enim deus ꝙ qua hora comederi-
tis/ eritis ſicut dij: ſciētes bonū ⁊ malū ⁊c. Ita pari-
ter ergo Scribe ⁊ Phariſei non ſteterunt in veri-
tate qn̄ nō crediderunt Chriſto qui eſt prima veri
tas. Et fecerunt deum mēdacem ⁊ legē ⁊ ꝓphetas
qn̄ negarunt chriſtum: quem deus promiſit in le-
ge ⁊ ꝓphetis: ⁊ fuerunt mendaces qn̄ populū ſim
plicem deceperunt ⁊ ad ſuā perfidiam deduxerūt.
⁊ ſic patet qualiter peccatū Judeoꝝ fuit quaſi per
omnia ſimile peccato diaboli/ quo ad culpā ⁊ ob-
iectum ⁊ modum. Et ideo dixit eis Chriſtus. Uos
ex patre diabolo eſtis: ⁊ cetera. ¶ Secunda cōclu-
ſio/ quod peccatum iudeorū non ſolum eſt ſimile
quo ad culpā: ſed etiam quo ad obſtinationē ⁊
malitiā inueteratam. probatur. Nam ſicut diabo-
lus poſt peccatum ⁊ caſum manſit obſtinatus in
eadem inuidia ⁊ malitia cōtra Chriſtum: non co-

g pctm̄ ſynag. ſimile pctō diabo.

pctm̄ iudeorū ſimile pctō diaboli q ad obſtinationē.



gnoſcēs reatū ſuū: intantū ꝙ ſemꝑ deſiderat ipm
occidere in ſe vel in ſuis fidelibus: ⁊ ſemꝑ affectat
diuinos honores ⁊ adorari ab hoībus: ⁊ ideo ſem-
per inducit hoīes. ad infidelitatē ⁊ artes magicas
⁊ blaſphemias ⁊ cetera ſcelera: vt deū offendāt: et
ne poſſideant illud regnū celoꝝ ꝑ gloriā ⁊ humili-
tatē: qđ ipſe perdidit per ſupbiā. Ita pariter Ju-
dei ſemꝑ manent in eodē odio contra Chriſtū ⁊ fi-
deles ſuos: intātū ꝙ Scribe ⁊ Phariſei nunq̄ vo-
luerūt cognoſcere reatū ſuū: imo quāto magis di-
uulgabat fama reſurrectiōis Jeſu xpī ⁊ eiꝰ diui-
nitatis: ⁊ maxime in die pēte. ꝑ receptionem ſpūs
ſancti in aplīs/ ⁊ ꝑ cetera miracula: magis occeca-
bant in ſua ꝑfidia/ ⁊ obſtinabant in irā ⁊ odiū con
tra Chriſtū ⁊ aplōs. Idō ꝑſequebant eos: vt ptꝫ per
totū diſcurſum Act. aplōꝝ. Unde intātū manent
obſtinati in odiū ⁊ irā ⁊ inuidiā cōtra Chriſtū: qđ
non ſolū placet eis ꝙ patres eorū occiderint Chri
ſtū: ſed oēs iſti ſucceſſores deſiderant ipſum occi-
dere. Et qꝛ ipꝫ nō poſſunt habere: ideo quaſi quo-
libet anno crucifigūt aliquē Chriſtianū in memo-
riā eius putātes occidere Chriſtū in illo Chriſtia-
no: prout pluries cōpertū eſt in diuerſis partibus
mūdi: ſicut dictū eſt pſalmo. lxvij. Ex quibꝰ patet
qualiter manet eadē iniq̄tas ⁊ odiū cōtra Chriſtū
tanq̄ morbus hereditarius in Judeis modernis
ſucceſſoribꝰ illoꝝ. Ex quo manifeſte cōcluditur ꝙ
pctm̄ iudeorū eſt ſimile pctō diaboli: quo ad obſti-
nationē ⁊ odiū inueteratū contra Chriſtū ⁊ ſuos fi
deles. ¶ Tertia cōcluſio: ꝙ pctm̄ Judeorū eſt ſile
pctō diaboli quo ad penā. probat. Nam triplex eſt
pena. ſ. damni: ⁊ vermis: ⁊ ignis. Pena dāni eiꝰ eſt
qꝛ ꝑdidit locū ⁊ btitudinē naturalē quā i illo ſtatu
vie poſſidebat: ⁊ btitudinē glīe ſibi ſupnaturalem
quā fuiſſet adeptus ſi ſtetiſſet ⁊ paruiſſet; quā bea
titudinē poſſident angeli boni. Pena aūt vermis
eos magis affligens eſt qn̄ vident hoīes iuſtos in-
feriores in natura poſſidere per grām ⁊ humilita-
tem: qđ ipſi perdiderūt per ſuperbiam. Pena aūt
ignis eorū eſt ille ignis inferni: q̄ paratus eſt dia-
bolo ⁊ angelis eius. Matth. xxv. Talis ergo fuit ⁊
eſt pena triplex Judeorū ex illo pctō. Nā prio per-
diderūt ciuitatē ⁊ locū ⁊ ſacerdotiū/ exules ⁊ diſꝑſi
et captiui ꝑ mūdū: ⁊ nō ſolū ꝑdiderūt iſta bona tē

triplex pena iudeorum ex pctō.

poralia: ſed etiā bona ſpiritualia ⁊ celeſtē beatitu-
dinem: quā fuiſſent cōſecuti ſi Chriſto paruiſſent ⁊
crediđiſſent. Scđo patiuntur penā vermis qn̄ vi-
dent ꝙ ipſis reprobatis ⁊ abdicatis populus gen
tilis ad Chriſtū cōuerſus poſſidet gratiā ⁊ gloriam
quam ipſi perdiderūt: ⁊ hoc eſt qđ magis eos affli
git: qꝛ vident ꝙ Chriſtiani conuerſi ex pplō gentili
adorant ⁊ colūt deum Abraham ⁊ Jſaac ⁊ Jacob:
⁊ nominant nomine Jſrael ⁊ ſemē Abrahe ⁊c. Ter-
tia eſt pena ignis quā Judei patiunt ſimul cū dia-
bolo et angelis eius: prout dixit eis Chriſtus Mat
thei. viij. ꝙ multi veniēt ab oriēte ⁊ occidēte: ⁊ re-
cumbent cū Abrahā Jſaac ⁊ Jacob in regno celo-
rū. Filij aūt regni eijciētur foras ⁊ mittentur in te
nebras exteriores ⁊ in caminū ignis. In quibꝰ ver
bis Chriſtus explicat triplicem penam illius po-
puli. ſ. dāni/ ⁊ ꝟmis/ ⁊ ignis. Ex quo patet ꝙ pctm̄
Judeorum eſt ſimile pctō diaboli: quo ad culpam
⁊ penam. ¶ Quarta cōcluſio. Qđ peccatū Judeoꝝ
fuit ſimile pctō Ade quātū ad trāſlationē in poſte-
ros ſucceſſores. probatur. Nā ſicut Adā peccādo

Pctm̄ iudeorum ſimile fuit

obligauit ſe ⁊ poſteros ſuos ad mortem corporis
⁊ anime: ⁊ perdidit originalē iuſtitiam cū ſuis pro
miſſis pro ſe ⁊ ſuis: ⁊ per generationē carnalē trāſ
miſit culpam in poſteros cū ſuo onere/ vt dictū eſt
pſalmo. xiij. ⁊ xlv. Ita pariter Judei crucifigentes
Chriſtū/ qn̄ dixerunt/ Sanguis eius ſuꝑ nos/ ⁊ ſuꝑ
filios noſtros: obligauerūt ſe ⁊ oēs poſteros ſuos
ad culpā ⁊ penā illiꝰ pctī: qđ manifeſte videmꝰ eſ-
ſe factū quo ad penas tpales in quibus iugiter la
borant/ ⁊ affligūtur ꝓut dictū eſt/ ⁊ etiā quo ad pe-
nas ſpūales: qꝛ in eadem obſtinatione ⁊ cecitate
perſeuerāt: ⁊ in eadē pena dāni ⁊ ꝟmis in preſen-
ti ⁊ ignis in futuro: niſi cōuertant. Ex quibꝰ ptꝫ/ ꝙ
Judei moderni duplici pctō ⁊ pene ⁊ ſeruituti ſūt
ſubditi ⁊ obnoxij. Primo pctō ipſius Ade cū oībus
ſuis penis ⁊ damnis: poſtq̄ per Chriſtū nolunt li-
berari. Scđo ſubijciunt pctō ſuorū ꝓgenitorū qui
Chriſtū crucifixerūt: ⁊ hoc cū oībus maledictioni-
bꝰ ſcriptis pſal. xxxiij. ⁊. lxviij. ⁊. cviij. Et ſic pctm̄
Judeorū icludit pctm̄ diaboli: ⁊ pctm̄ ipſius Adā:
ex quo nolunt liberari: ſed addiderūt homicidium
Chriſti ſuper illud: ⁊ vltra hoc addunt obſtinatio-
nem ⁊ proteruitatē: ⁊ ſic eſt grauiſſimum. ¶ Quin
ta concluſio. ꝙ pctm̄ Judeorū eſt diſſimile pctō
diaboli quantū ad remiſſionē. Ad cuius intellectū
eſt notandū ꝙ diabolus fuit viator a primo inſtan
ti creationis vſq ad ſuā eiectionem ⁊ caſum: ⁊ eie
ctio eius fuit terminus eius vie: ⁊ ſic eſt dicendū ꝙ
peccauit in termino: ⁊ per ꝯñs exinde poſt caſum
peccatū eiꝰ manſit irremiſſibile carens loco ⁊ ſpa-
tio penitēdi. Secꝰ fuit de hoīe: qꝛ ſemper fuit via-
tor in illo paradiſo: ⁊ māſit viator poſt lapſum vſq
ad mortē: ⁊ ſic non peccauit in termino/ ſed in via
cuius ſpatium penitendi non terminatur niſi per
mortem. Et ideo peccatum hoīs fuit remiſſibile/ ⁊
pctm̄ diaboli irremiſſibile. Ita pariter eſt dicēdū
de pctō Judeorū. Nā lꝫ tota ſynagoga in cōi nō cō
uertat vſq ad veſperā mūdi prout dictū eſt: tamē
quilibet Judeus eſt viator vſq ad mortē ſuam/ in
quo ſpatio pōt conuerti ⁊ baptizari ⁊ effici mem-
brū Chriſti. Unde Actuū. ij. dixit beatꝰ Petrus Ju-
deis crucifixoribꝰ. Penitentiam agite ⁊ baptizet
vnuſquiſq veſtrū in noīe Jeſu Chriſti in remiſſio-
nē pctōꝝ veſtroꝝ ⁊c. Et baptizati ſunt illa die tria
milia/ ⁊ poſtea multo plures. Ex quibꝰ ptꝫ ꝙ pctm̄
Judeorum remiſſibile eſt particulariter vnicuiq
per baptiſmum ⁊ penitentiā vſq ad mortem. Sūma
ergo ſnīa huius pſalmi eſt/ ꝙ Chriſtus filiꝰ dei
cū ab eterno eſſet deus venit in mūdū/ ⁊ factus eſt
homo: vt ex hominibus deos faceret per grām et
participationem ⁊ ex filijs Adam carnalibꝰ ⁊ pec-
catoribus ⁊ ſeruis faceret filios dei adoptiuos ⁊ li
bertinos ⁊ immortales ⁊ ſpūales. Sed Judei no-
luerunt Chriſtū intelligere/ nec lumē eiꝰ recipere:
ſed in primo pctō ipſius Adā tāq̄ hoīes carnales
manere. Et ſupra pctm̄ ipſius Ade addiderunt ho
micidiū iniuſtū Chriſtū occidendo. Et ſic facti ſūt
filij diaboli/ ⁊ mēbra eius adimplendo deſiderium
antiquum diaboli: qꝛ homicidiū Chriſti qđ ab ini-
tio diabolus deſiderauit/ Judei de facto adimple
uerunt ⁊ cōſummauerunt. Et puniti ſunt pena ho
minis ⁊ diaboli. Nā mortui ſunt duplici morte/ ſcꝫ
corporis ⁊ anime ſm ſnīam datā in Adam. Et pu-
niti ſunt pena diaboli tanq̄ filij ⁊ membra eius/ qꝛ
ceciderūt a bono temporali preſenti/ ⁊ a celeſti fu-

ſimile pecca to ade.

Nota.

Pctm̄ iudeorū eſt diſſile peccato diaboli quātū ad remiſſionem.

turo ipſi ꝓmiſſo. Et ppl's gētilis ſucceſſit in eiꝰ he reditatē per gratiā ⁊ gloriā Chriſtū recipiēdo. Uñ ſicut ſynagoga cecidit ab oībus ſupradictis bonis preſentibus ⁊ futuris: ⁊ incidit in oīa mala cōtraria: itē gentilitas per fidem ſurrexit ab oībus malis in quibus erat: ⁊ ſucceſſit in bonis / a quibꝰ cecidit diabolus ⁊ ſynagoga: q: gentilitas facta eſt hereditas dei per fidem: ⁊ cōſecuta eſt celeſtē hereditatem per gloriam. Et in hoc cōſiſtit tota ſnia ⁊ intelligentia huius pſalmi.

Depe. di. ſ. ſ. ecōtra rio.

Deus quis ſimilis erit tibi: ne taceas neq̄ compeſcaris deus.

Titulus: Pſalmus cantici ipſi Aſaph. per hoc qḋ dicit pſalmꝰ cātici oſtenditur ꝙ cantabatur voce humana ſimul cū iſtrumēto muſico. ꝑ hoc aūt ꝙ dicit ipſi Aſaph oſtendit ꝙ dirigit toti eccl'ie que petit vltionē de pſecutoribꝰ ſuis. Ad cuiꝰ intellectū eſt notādū qḋ Dauid q̄ ſemꝑ optauit ſcire diſcurſum illiꝰ ppl'i et templi qḋ p̄ceperat edificandū ꝑ Salomonē: ⁊ totius regni ⁊ ciuitatis Hierl'm: quā ipſe ampliauit: preuidit in ſpū qualiter ille ppl's erat multipliciter affligendus a Chaldeis ⁊ finitimis ꝑpter pctā eius. Et maxime preuidit obſeſſionē ⁊ vaſtationē futurā. Primo ꝑ Salmanaſar ⁊ Sennacherib. Et captiuitatē et deſtructionem ꝑ Nabuchodonoſor. Et vaſtationem per Antiochū. Et preuidit etiā eorū finales punitiones. In quibꝰ vaſtationibꝰ p̄uidit in duplici ſpū pſecutionem ⁊ vaſtationē eccl'ie faciēdā ꝑ Mahometū ⁊ Antichriſtū. Uñ preuidit in ſpū ꝙ ſicut iſte nationes Arabum / ſcʒ Agareni ⁊ Iſmaelite et Amalechite ⁊ Moabite ⁊ Amonite ⁊c. ſemper infeſtarūt ⁊ vexarūt illam Hierl'm ⁊ terram Iſrael terrenā: ita poſtea recipientes ſectam Mahometicā debebāt infeſtare et vexare et vaſtare Iſrael et Hierl'm ſpūalem. ſ. eccl'iam Chriſti. Uñ ſicut eccleſia Chriſti fuit inchoata in illa Hierl'm terrena: et exinde deriuata ⁊ diffuſa per totū orbē: ꝑpter qḋ dicit vera Hieruſalem et Iſrael: ita pariter illa maledicta ſecta Mahometi fuit inchoata in Arabia: ⁊ exinde deriuata ⁊ diffuſa quaſi per totū orbem ad affligendā eccleſiā noſtris demeritis exigētibus: quā ſectam receperūt omnes Turci ⁊ magna pars Tartarorū: qui ſimul cū Arabibꝰ modo perſequunt eccleſiā. Unde ille prime perſecutiōes fuerunt figure huiꝰ perſecutiōis eccleſie: que modo fit per Sarracenos. Et ſic etiā preuidit punitionem tpalem ⁊ eternaʒ eoꝝ. Et ideo Dauid ꝑpter has perſecutiones eccleſie principaliter fecit hūc pſalmū: in quo duo facit. Nā primo ꝑ modū querele explicat et predicit deſtructionē eccl'e faciendam per Mahometum ⁊ ſuos. Scḋo petit vltionem in vindictam. ibi. Fac illis ſicut Madian.

Figura pſecutionis eccleſie.

¶ Quantū aūt ad primū eſt notādum / ꝙ anno domini ſexcenteſimo vigeſimo imperante Conſtātino filio Heraclij Ormiſda Rex Perſarū filius Coſdroe Chriſtianꝰ rebellauit cōtra Cōſtantinū predictū ⁊ cōtra totum imperium Romanorum. Tūc imperator Conſtantinus miſit capitaneos et duces ſuos ⁊ copias contra regē perſarum: ⁊ poſuit conductores in Damaſco ⁊ Antiochia cum copia pecuniarum: qui conducerent milites / et armigeros contra perſas. Tunc venerunt multe nationes ex Arabia / ſcʒ Idumei ⁊ Sarraceni ⁊ Iſmaelite. Et multe alie natione Arabum que vagabant per Arabiam ⁊ Syriam ⁊ Egyptum / furto raptoq̄ viuentes. Iſti autem venerunt Damaſcum vt conducerentur ⁊ ſtipendium Romanorum acciperēt: quibus conductores Romanorum ⁊ Grecorum reſponderūt quod aurum Romanorū non erat dandum canibus ⁊ ſeruis: quales Arabes erant: ſed liberis ⁊ nobilibus grecoꝝ ⁊ latinorū: tunc Arabes indignati receſſerunt a Damaſco / et nunciauerunt hoc verbū oībus nationibus ⁊ ſocietatibꝰ Arabū: qui oēs congregati in finibꝰ Syrie ⁊ iuxta Iordanē: inceperunt rebellare contra Romanos / ⁊ fines Romanorū vaſtare ⁊ ſubiugare. Et vt hoc facilius poſſent adimplere: elegerūt ī principē Mahometum virum callidum ⁊ malitioſum ⁊ impurum. Et ſic ceperunt oēs terras quas Romani in Arabia petrea poſſidebant. Et intrarūt Syriā: ⁊ ceperunt Damaſcū Metropolim oīm ciuitatū Syrie. Et proceſſerunt per Syriā ⁊ Egyptū vaſtando ⁊ ſubijciēdo ciuitates imperij Romanorū. Accidit eodē tpe ꝙ in Arabia ⁊ Syria ⁊ Egypto laborabāt multe ſecte Hereticorū: maxime ſecta Neſtorij: q̄ ponit in Chriſto duas perſonas in ſe diuiſas: dicit enim ꝙ deus habitat in Chriſto non perſonaliter vnitus: ſed tanq̄ in viro perfecto. Laborabat etiam ſecta Berylli Boſtranee ciuitatis Arabie epi: qui dicebat Chriſtum ex ſpiritu dei eſſe genitū: ⁊ ū totaliter incepiſſe a Maria matre eius: ⁊ eſſe purum hominē: niſi inquantū paterna deitas habitabat in eo. Laborabat etiam tūc temporis Iacobitarū ſecta: qui ponūt vnam tantū naturā in chriſto. Et ſimul baptizantur ⁊ circūcidunt. Laborabat etiā ibi tūc tēporis ſecta Manicheoruʒ q̄ dicūt Chriſtū mortuum nō fuiſſe: niſi ex quadam apparētia. Sed q: papa Romanus ſimul cum patriarcha Gregorio excommunicauerat p̄dictas ſectas: q: predicte ſecte receſſerant a latinis ⁊ grecis: ideo adheſerūt libenter Arabibus ⁊ Sarracenis vt eos defenderēt ab imperio et papa Romano. Et ſic in breui Sarraceni occuparūt Hieruſalem: ⁊ totam Syriam: et oēs tres Arabias: ⁊ Egyptū / inquantū heretici dabant eis introitū per omnes ciuitates cōtra catholicos. Et ſic factus eſt fortis exercitus Sarracenorum. Tunc Mahometus excogitauit qualiter poſſet retrahere Arabes ſuos a ritu ⁊ cultu Romano ⁊ catholicorū. Unde excogitauit nouū modū colēdi deum. Et dixit ꝙ deus reuelauerat ſibi modum quomodo deus debebat adorari ⁊ coli. Et edificauit templum in Damaſco qḋ meſquitam vocant: Et ibi docuit omnes ſui exercitus adorare. Et precepit meſquitas edificari per totā Arabiam / ⁊ remoueri cruces ab eccleſijs / et oratoria / et auferri calices / et cetera vaſa argentea ⁊ aurea / et cetera iocalia eccleſiarum: et exinde proceſſit cōtra Perſas. Et occupauit totum regnum Perſarum: et totam Meſopotamiam: et Chaldeam. Mahometo autem mortuo eius exercitus fuit diuiſus in tres partes. Nam Abdalla Motalif cum magno exercitu venit verſus occidentem: et occupauit totam Africam: et etiam Hiſpaniam deſtruendo ⁊ vaſtādo omnes eccleſias. Et omnes ſubiectos cogebat ſeruare ſectam Mahometi. Que quidem ſecta fuit compoſita per Sergium qui erat de ſecta Neſtorij: ⁊ per alios. xij. qui ex quatuor ſectis: ſcilicet ex ſecta Neſtorij: et Berilli: et Manichei: ⁊ Iacobi

Tun de ma homero.



Alcoranum ſuum compoſuerūt. Et ſic dicūt Chriſtū eſſe filiū dei genitum ex ſpiritu dei: hoīem ⁊ nō deū. Et ꝙ in die paſſiōis nō fuit ipſe mortuus: ſed de medio iudeorū raptus eſt in celum. Et ꝙ alius ſimilis ipſi fuit captus ꝑ Iudeos ⁊ crucifixus. Et ſic etiam vt placerent Iacobitis preceperunt Sarracenis circūcidi. Et hāc ſectā Sarraceni cogunt obſeruare oēs ſibi ſubiectos. Unde ſicut multi ex quatuor ſupradictis ſectis adheſerūt Mahometo: ita compoſitores Alcorani qui erant de ſupradictis ſectis: vnuſquiſq̄ poſuit aliq̄d de ſua ſecta. Et apparuit illa beſtia multiformis ⁊ diuerſis ⁊ fedis depicta coloribus: quā beſtiam Daniel pardum appellat capit. vij. vt dictum eſt pſal. lxxiij. Sed q: Iacobite et Neſtorite libere ⁊ ſponte ſe Sarracenis ſubiecerūt ⁊ eis introitū ꝑ ciuitates prebuerunt: ideo Sarraceni permiſerūt eos libere viuere in ſuis ſectis et libertatibus vſq̄ ad preſentem diem per totā Egyptū ⁊ Syriā: ⁊ Meſopotamiā: ⁊ Armeniam: ⁊ perſiā: et Mediā: vbi reperiunt in maximo numero tam Neſtorite q̄ Iacobite. Ex alia aūt parte exercitus Sarracenorū cōſtituit ducē Homar generū Mahometi q̄ cepit oēs prouincias orientales vſq̄ ad Indum. Et ſic oēs ſubiectos coegit ſeruare ſectam Mahometi. Et deſtruxit oēs eccleſias catholicorum: vel ex eis meſquitas fecit. Poſtea anno dñi milleſimo. lxiij. venerunt Turci ⁊ receperūt ſectam Mahometicam. Et ſic ſub illo nomine occuparunt oēs Armenias: et Aſiam minorem / ⁊ totam Greciam. Anno autē milleſimo duceteſimo duodecimo ſurrexerunt Tartari: ⁊ ſubiecerunt ſibi oēs Indias: et totam Scythiam vſq̄ ad Tanaim ⁊ Boryſthenē ⁊ ad fines Rutenie: quorū Tartarorum maior pars ſuſcepit ſectam Mahometicam. Ex quo ptʒ ꝙ iſta maledicta ſecta q̄ incepit in Arabia ꝑ Idumeos ⁊ Iſmaelitas ⁊ Agarenos et Amonitas ⁊ Amalechitas ⁊ ceteros Arabes / ⁊ deſtruxit et vaſtauit quaſi totā religiōnē Chriſtianā: ⁊ eccleſiam catholicam vſq̄ ad preſentem diē. Et hoc eſt qḋ intendit dicere Dauid in hoc pſalmo. Unde dicit. O Chriſte deꝰ ⁊ homo: quis ſimilis erit tibi in potentia et virtute: q: non ſolūmodo eris homo: ſed etiam deus: et cognoſcetur omnipotentia tua cum veneris ad puniendos inimicos tuos ſcilicet. Mahometum et Antichriſtum.

Quoniam ecce inimici tui ſonuerunt: ⁊ qui oderunt te extulerunt caput.

Sup pplm tuū malignauerūt cōſiliū: ⁊ cogitauerunt aduerſus ſanctos tuos.

Dixerunt venite et diſperdamus eos de gente: et non memoretur nomen Iſrael vltra.

Quī cogitauerūt vnanimiter: ſimul aduerſum te teſtamentum diſpoſuerunt tabernacula Idumeorum ⁊ Iſmaelite.

Moab et Agareni Gebal et Amon et amalech: alieni gene cum habitantibus Tyrum.

Etenim Aſſur venit cum illis: facti ſunt in adiutorium filijs Loth.

¶ Quoniā ecce inimici tui. ſ. Mahometus et Antichriſtus extulerunt caput et ſuperbiam: et proſperati ſunt ⁊ multiplicati. Et extulerunt regnū ſuū ⁊ dominium ſuper totū orbem: et malignauerunt. i. malignū cōſilium fecerūt ſuper populū tuū Chriſtianū. Et cogitauerunt cōſilium malum aduerſus ſctōs tuos Chriſtianos. Uñ iſti inimici tui deliberauerunt: ⁊ dixerunt: venite et diſperdamus eos. ſ. Chriſtianos de gente. Et nomē Iſrael. ſ. Chriſtianitatis que per Iſrael intelligit: nō memoret vltra: ſed deſtruatur tota religio Chriſtiana. Unde dicit / inimici tui extulerūt caput: q: Idumei et Iſmaelite ⁊ ceteri Arabes infra nominati extulerūt caput q: Mahometum ⁊ Turcum: et etiam Tartarum: et Antichriſtū in principem ⁊ prelatum exaltauerunt ⁊ cōſtituerūt. Et ſic ſuper populum Chriſtianū malignauerunt: vt ex diuerſis ſectis et hereſibus ſectam Mahometicam conficerent. Et hoc eſt conſilium malum ⁊ falſum quod aduerſus ſanctos tuos cogitauerunt immania tormenta eis inferendo: et diuerſis penis eos afficiēdo. Hoc dicit: quia Sarraceni multa milia ſanctorū monachorum ⁊ eremitarū ⁊ ſacerdotū in Egypto: ⁊ Meſopotamia ⁊ Syria martyrio coronauerunt. Unde dicit Antichriſtꝰ ⁊ Mahometus: venite diſperdamus fideles de gēte. i. de mundo. Et iſrael. ſ. eccleſia catholica vltra non nominetur: ſed totaliter extinguatur ⁊ eradicetur. Quoniā oēs iſti infra ſcripti. ſ. tabernacula Idumeorū ⁊ Iſmaelite ⁊ Moabite ⁊ Amonite diſpoſuerunt ⁊ moti ſunt ad vaſtandum teſtamentū dei et totam eccleſiā. Unde eſt notandū ꝙ oēs iſte nationes q̄ hic nominate habitabāt in Arabia: et cōgregate ſunt cū Mahometo ad vaſtandū eccleſiā in principio illius ſecte. Et ſic ſubiecerunt maiorē partē mūdi. quibus adheſerunt Tartari ⁊ Turci. Unde nota / q̄ Idumei habitāt vltra Iordanē in principio Arabie petree: ⁊ iſti cōmuniter habitant in tabernaculis et tētorijs: q: iſti deſcēdūt ab Edon fratre Iacob: q̄ vagabat cum tentorijs cū ſuis gregibus ⁊ armentis. Iſmaelite ſunt filij Iſmaelis filij Abraham de ancilla. Amon et Moab ſunt filij Loth nepotis Abrahe a q̄bus denominant Moabite ⁊ Amonite. oēs iſti habitabāt ī Arabia petrea. Agareni ſunt etiam filij ipſius Agar. ⁊ oēs iſti tam Iſmaelite q̄ Agareni habitabāt in Arabia: q̄ poſtea nominati ſunt Sarraceni occupantes ſibi nomen ipſius Sarre / cū ſint filij agar ancille. Gebal ⁊ Amalech pariter habitabant in Arabia ꝑpe terrā ꝓmiſſionis. Itē Alienigene ſunt Philiſtei q̄ erant intra terram promiſſionis. Et habitantes Tyrum pariter ſunt congregati cum Mahometo. Itē Syrij ſiue Aſſyrij adheſerunt Mahometo: ideo ponūtur hic principales. Et ideo dicitur ꝙ venerunt in adiutorium filijs Loth. i. Amonitis et Moabitis. Unde licet omnes iſti nominati denominentur a nominibus primorum qui inhabitarunt Arabiaʒ. ſcilicet Iſmael Edon et Moab ⁊c. tamen tempore Mahometi omnes erant Chriſtiani licet laborarent in diuerſis hereſibus et ſectis. ſed indignati propter ſupradictam contumeliam eis dictam: q: vocati ſunt canes a conductoribus Grecorum et Latinorum: ideo rebellauerunt: et Mahometo et eius ſecte adheſerunt. Et ideo ponuntur primi perſecutores eccleſie in hoc pſal. vñ habuit ortum illa ſecta: et a quibus eſt propagata per totū orbē.

Nota.

Judic. iiij. ⁊ v. c. Fac illis ſicut Madian ⁊ Siſare: ſicut Jabin in torrente Cyſon.

Judi. v. et. vij. Diſpierũt in Endor: facti ſunt vt ſtercus terre.

Pone principes eorũ ſicut Oreb ⁊ zeb et zebee ⁊ Salmana.

¶ In hac ſecunda parte ꝓpheta implorat diuinaz vindictã petens vltionez in ſupradictis ꝑſecutoribus eccl'ie dicẽs. O dñe Jeſu fac illis .i. oĩbus Mahometanis qui vaſtauerunt eccleſiã tuã: ſicut feciſti Madian ⁊ Siſare in torrente Cyſon. Quaſi dicat. Fac vt ppl's Chriſtianus ſuperet eos ſicut Barach debellauit Siſaram ducẽ Jabin prope torrentem Cyſon: quẽ Siſarã Jabel interfecit in tẽtorio: vt patet Judicum .iiij. Qui quidẽ inimici diſperierunt in Endor .i. in illo loco prope Cyſon. Et facti ſunt vt ſtercus terre: quia cadauera eorum putrida traxit torrens Cyſon ⁊ mãſerũt in ſepulta putrida vt ſtercus terre. Judicum .v. Et fac etiam vt populus Chriſtianus ſuperet eos ſicut Gedeon vicit Madianitas: quorũ principes fuerunt Oreb ⁊ zeb et zebee et Salmana: qui fuerunt capti: et eorum capita ſciſſa: et Gedeoni oblata: vt patet Judicum ſeptimo.

xcv. diſtinc. c. ecce. et xciij. q. ſ. c. his ita. iiij. q. ſ. c. hoi. §. econtrario. de ꝑſe. diſ. ij. c. acceſſerunt.

Omnes principes eorũ qui dixerũt: hereditate poſſideamus ſanctuarium dei.

Deus me⁹ pone illos vt rotã: ⁊ ſicut ſtipulam ante faciem venti.

Sicut ignis qui cõburit ſyluam: ⁊ ſicut flãma comburens montes.

Jta perſequeris illos in tẽpeſtate tua: ⁊ in ira tua turbabis eos.

Jmple facies eorũ ignominia: ⁊ querẽt nomen tuum domine.

Erubeſcant ⁊ conturbentur in ſeculum ſeculi: ⁊ confundantur ⁊ pereant.

Et cognoſcant qꝛ nomen tibi dominus: tu ſolus altiſſimus in omni terra.

¶ O Chriſte de⁹ pone oẽs principes eorũ .ſ. Mahometanorũ .ſ. Arabes ⁊ Turcos ⁊ Tartaros: q̄ ſũt principales nationes in illa ſecta: q̄ dixerũt poſſideamus ſanctuariũ .i. totã eccl'iaz dei hereditate .i. qui ſtatuerunt ſubijcere ſibi totã Chriſtianam religionẽ: pone ergo eos vt rotam: q̄ quidẽ rota nõ eſt ſtabilis: ſed pars ſumma cadit et ſit infima rotando: ita iſti ruant a ꝑtãte ⁊ dñio. Et pone eos ſicut ſtipulam ante faciẽ venti .i. ꝙ vẽtus ⁊ ſnĩa furoris tui propellat eos: ⁊ remoueat a dñio. Et ſicut ignis cõburens ſyluas: ⁊ ſicut flamma cõburens montes: ita tu ꝑſequeris illos in tẽpeſtate ſnĩe tue: ⁊ cõturbabis eos in ira tua. Ũñ nota/ꝙ ꝓpter iſta ſupradicta dicũt multi: ꝙ ſecta Mahometica debet perire ante aduentum Antichriſti: ⁊ diuidi in tres partes. Quarũ due debent ſe mutuo gladio interimere ⁊ delere. Tertia aũt vidẽs cõfuſionẽ eorũ et cognoſcens veritatẽ ſe debet Chriſtiane fidei ſubijcere. Et ideo ſequit̄: imple facies eorũ ignominia. Et ſic cõfuſi querẽt nomẽ tuũ .i. fidẽ tuã recipiẽt. Sed alie due partes erubeſcãt ⁊ cõturbent̄ in ſeculũ ſeculi inter ſe. Et cõfundant̄ ⁊ pereant ſe adinuicem occidendo: vt cognoſcant tũc qꝛ dñs eſt tibi nomẽ item qꝛ tu es de⁹ oĩpotens: ⁊ qꝛ tu es deus altiſſimus ſup omnẽ terrã. Totum etiã hoc ſupradictum ⁊ prefata ſententia põt intelligi de ipſo Antichriſto ⁊ eius ſequacibus: quẽ dñs interficiet ſpiritu oris ſui .ij. ad Theſſalonicẽſes .ij. quem videntes ſequaces eius manebũt cõfuſi ⁊ erubeſcent/⁊ confundẽtur pre nimia cõfuſione: quorũ aliqua pars queret nomen dñi/maxime Judei. Et ſic cõuertent̄ ad dominũ in fine ſeculi: qꝛ cognoſcẽt ꝙ Jeſus Chriſtus eſt verus Meſſias: ⁊ verus de⁹: ⁊ dñs ⁊ altiſſimus ſup oẽs creaturas. Ceteri aũt obſtinati peribũt in flamma ignis: ⁊ ꝑ ceteras quindecim tribulatiões memoratas per doctores in fine ſeculi. Sed maxie Judei ⁊ ceteri infideles erubeſcent ⁊ conturbabuntur ⁊ cõfundent̄ cũ videbunt Jeſum Chriſtum venientẽ ad iudiciũ cũ poteſtate magna ⁊ maieſtate qꝛ tũc cognoſcẽt ipm eſſe verũ deũ ⁊ dñm ⁊ Meſſiã in lege promiſſum: ⁊ habentem omnem poteſtatez in celo ⁊ in terra ⁊ in inferno. Et ſic peribunt quando dicet eis. Jte maledicti in ignem eternũ. Ex quibus ptꝫ ꝙ iſte pſalm⁹ põt ꝓphetice ⁊ literaliter exponi de perſecutionib⁹ ppl'i iudaici aũ aduentum Chriſti: ſꝫ melius ⁊ magis ꝓprie de vaſtatiõe eccl'ie facta ꝑ Mahometũ ⁊ ſequaces eius: ⁊ etiã ꝑ Antichriſtũ. Sed etiã põt moraliter exponi de quacunq̄ perſecutione eccl'ie ⁊ cuiuſlibet viri iuſti facta ꝑ diabolũ: ⁊ eius mẽbra/que intelligunt̄ ꝑ illa noĩa ⁊ nationes ſupra memoratas. Naz Jdumea interpretatur ſanguinea. Et Jſmael obediens mundo. Moab ſine lege. Agareni aduene. Gebal vallis vana. Amon ppl's turbidus. Amalech auarus. Alienigene cõtra legẽ Chriſti. Tyri anguſtiantes ſiue tribulantes. Aſſur deprimens et delatus. Loth declinans et apoſtata. Per oẽs iſtos intelligunt perſecutores iuſtorũ ⁊ fautores Antichriſti. Nam antichriſto adherebunt ſanguinarij et homicide et obedientes mundo et pctõ: et hoĩes ſine lege: ⁊ Aduene .ſ. Gog ⁊ Magog: et cupidi ⁊ vani. et hypocrite ⁊ ſimulati: ⁊ raptores inimici legis Chriſti: ⁊ crudeles: ⁊ ſuperbi et elati: et apoſtate a fide Chriſti propter lucrum ⁊ voluptates: ⁊ oẽs iſti ſemꝑ fuerunt perſecutores iuſtorũ: ⁊ oẽs tales adheſerunt Mahometo: ⁊ obſeruant eius ſectã: ⁊ adherebũt Antichriſto. Et de oĩbus his cõditionibus hominũ conquerit̄ eccleſia: eo ꝙ ab eis cõtinue affligitur: ⁊ eſt affligenda vſq̄ ad Antichriſtum.

ſecta mahometica pereunda.

Quaz dilecta tabernacula tua domine virtutum: concupiſcit ⁊ deficit anima mea in atria domini.

Cor meum ⁊ caro mea exultauerunt in deũ viuum.

¶ Titulus Ad victoriam ſiue in finem pro torcularibus filijs Chore pſal. per hoc ꝙ dicitur ad victoriam ſiue in finem oſtenditur ꝙ iſte pſal. cantabatur cum toto conatu a filijs Chore in tempore torcularium .ſ. mẽſe ſeptembri. ¶ Ad cuius intelligẽtiam eſt prenotandum: vt ſupra dictũ eſt pſal. lxx. ꝙ quatuor feſta precepit deus celebrare in menſe ſeptembri .ſ. feſtum neomenie: qđ licet in principio cuiuſlibet



menſis celebrareт̄ ꝓ diuina gubernatione: tñ in illo mẽſe maxime celebrabat̄ ꝓ collectione vindemiarũ ⁊ oĩm fructuũ. Scdm feſtũ erat feſtũ tubarũ ꝓ ſacrificio ipſius Jſaac. Tertiũ feſtuz propitiationis: eo ꝙ deus propitiatus fuerat eis poſt cõflationẽ vituli. Quartũ feſtũ fuit tabernaculorum in memoriã illorũ .xl. annorũ quib⁹ habitabãt in tabernaculis per deſertũ: ſed hoc feſtũ non celebrarũt niſi poſtq̄ iam quieuerunt in domibus ſuis in terra ꝓmiſſionis ⁊ fixerũt tabernaculuz in Silo: ⁊ ideo tale feſtũ dicebat̄ feſtũ quietis in quã finierãt ſuam peregrinationẽ. Sꝫ licet iſta quatuor feſta deus p̄ceperit in memoriã illoꝝ myſte⁹ riorũ: tamẽ qꝛ illa myſteria non erãt grã ſui ſꝫ grã magnorũ myſteriorũ in nouo teſta. qđ quidem no. teſta. eſt finis totius legis veteris: ideo querenda ſunt myſteria figurata per ſupradictas figuras.

¶ Ad cuius intelligentiã eſt notãdũ ſcdm Aug. de catechizandis rudib⁹: ꝙ lex vetus ſiue teſt. vetus nihil aliud eſt niſi occultatio noui teſta. ⁊ nouum teſtamentũ nil eſt niſi manifeſtatio veteris. Et ſic totũ teſta. ve. ſe habebat vt ager frugũ: aut vinea: aut peregrinatio. Lex aũt euangelica ſe habet vt area in qua terunt̄ fruges/⁊ colligitur granum in horreũ ⁊ ſeparat̄ a paleis cerimoniarũ: vt dicebat Joãnes baptiſta de Chriſto: cui⁹ vẽtilabrũ in manu ei⁹: ⁊ purgabit areã ſuã ⁊ ꝯgregabit granum in horreũ ſuũ: paleas aũt cõburet igni inextinguibili. Matth. iij. ⁊ Luce. iij. Ex quib⁹ ptꝫ ꝙ Chriſtus ⁊ apl'i fuerunt trituratores hui⁹ aree: ⁊ dimiſerũt nobis fructũ ſacramẽtorũ cõbuſtis et annihilatis paleis ⁊ cermonijs legis. Jdeo dicit Chriſtus ipſis apl'is Joãnis .iiij. Alius eſt q̄ ſeminat ⁊ ali⁹ q̄ metit. Nã alij ſeminauerũt ⁊ vos in meſſes eorũ introiſtis. Hoc aũt dicebat: nã patriarche ⁊ ꝓphete laborauerunt in figuris ⁊ ſcripſerunt teſta. vetus: ſed Chriſtus ⁊ apl'i meſſuerũt granũ ⁊ fructum in illis figuratũ ⁊ ꝓphetatum: ⁊ declarauerũt ⁊ ꝓpinauerunt nobis. ⁊ ideo dicunt̄ meſſores ⁊ excuſſores et trituratores. Jta etiã lex euãgelica dicit̄ nõ ſolum area reſpectu frugũ legis veteris: ſed etiã dicitur torcular reſpectu vinee: in quo exꝓſſum eſt vinum vinee legis veteris. Nã primo Chriſtus exꝓſſit vinũ ex ſacra ſcriptura. Scdo expreſſit in cruce tãq̄ in torculari ex ſeipſo pretiũ noſtre redẽptiõis: vñ manauit nobis virtus ſacroꝝ/⁊ etiã poſtea ꝟ idez vinũ ſacramẽtoꝝ ipſi apl'i ex ſcriptura veteris teſta. nobis clarius expreſſerũt. Jtẽ lex euãgelica ſiue aduẽtus Chriſti dictus eſt terminus peregrinationis legis veteris. Nã lex ordinabat̄ ad Chriſtuz tanq̄ ad perfectũ ⁊ ad terminũ immediatuz: vt ait apl's ad Ro. x. Quia Chriſtus eſt finis legis. Et iõ deus precepit celebrari iſta feſta in mẽſe ſeptẽbri. ſ. feſtũ vindemiarũ ⁊ torculariũ/⁊ feſtũ tubaruz/et feſtũ ꝓpitiationis/⁊ feſtũ tabernaculoꝝ in memoriã peregrinationis filiorũ Jſrael: inquantũ quieuerunt ab illa peregrinatione in terra ꝓmiſſionis adepta: ⁊ fixerũt tabernaculũ federis in Silo. Adueniente ergo Chriſto ceſſarunt oẽs quatuor iſte feſtiuitates quantũ ad figurã: eo ꝙ veritas earuz venerat. vnde dictuz eſt pſal. xlix. ꝙ tota ſynagoga ſimul cũ oĩb⁹ cerimonialib⁹ mortua ⁊ ſepulta fuit cum Chriſto: ⁊ non ſurrexit cũ Chriſto niſi ſola veritas euangelica figurata per illa cerimonialia inquantũ oĩa fuerunt ĩpleta in Chriſto. Nã per Chriſtum facta eſt vniuerſalis ꝓpitiatio: ⁊ factũ eſt verum ſacrificiũ figuratuz per Jſaac: ⁊ expreſſum eſt verũ vinũ ſacramẽtorũ ⁊ verũ granum frumẽti eucharíſtie: ⁊ impleta eſt peregrinatio legis ⁊ tabernaculorũ: qꝛ iã eſt eccleſia per Chriſtũ ⁊ apl'os edificata ⁊ eorũ ſanguine firmata: in qua iam quieſcimus per grãm. iõ ſicut tũc celebrabamus iſtas feſtiuitates in figura: ita nunc celebram⁹ in veritate qꝛ iã fructũ ⁊ grãm colligimus. iõ dicit̄ Joã. ſ. Lex per Moyſen data eſt: grã autẽ ⁊ veritas per Chriſtum facta eſt. Jtẽ celebram⁹ feſtum torcularis: qꝛ cõtinue extorquemus veritates euãgelicas ex ſacra ſcriptura vete. te. ¶ Jtẽ vlterius eſt notandũ: ꝙ ſicut lex ve. fuit ager frugũ ſiue vinea ſiue peregrinatio reſpectu noue legis: et lex euangelica eſt area ⁊ torcular ⁊ terminus quietis illius: ita pari modo lex euãgelica eſt ager et arbor ⁊ vinea ⁊ peregrinatio reſpectu ſuperioris patrie. Naz ex hac vinea cõtinue colligunt̄ ⁊ extorquent̄ fruct⁹ meritorũ: ⁊ in die iudicij triturabit̄ meſſis: ⁊ ſeparabitur granũ a paleis ⁊ frumentũ a zizania: ⁊ vniuerſaliter mali de medio iuſtoruz: ⁊ ſic patria celeſtis erit finis euãgelice peregrinationis ⁊ laboris. Nam ſicut hic colligim⁹ fructus gratie: ita ibi colligemus fructus glorie: ⁊ ſicut hic celebram⁹ ſupradicta feſta per grãm: ita ibi celebrabimus feſta per gloriã. Unde ſicut nullus Judeorum potuit peruenire ad Chriſtũ niſi per legẽ veterẽ: ita nullus põt peruenire ad patriã niſi per legez euãgelicã. Et nullus poterit celebrare predictas feſtiuitates in celo ꝑ gloriam quin celebrauerit ipſas in hac eccl'ia ꝑ gratiam. Preuidens ergo Dauid in ſpiritu totuz hunc diſcurſum .ſ. qualiter lex vetus ducebat ad Chriſtũ et Chriſtus et lex euangelica nos debebat perducere ad patriã vbi vere ⁊ eternaliter celebratur feſtum tabernaculoꝝ ⁊ feliciuz ⁊ beatarũ mãſionũ: ⁊ torcular vltimate noſtre fruitionis: que quidem felicia tabernacula figurabant̄ per illa materialia tabernacula q̄ faciebãt in terra ꝓmiſſiõis in feſto tabernaculoruz iã in quiete poſiti: ideo fecit hunc pſalmuz ⁊ dedit ipm cantãdũ filijs Chore/q̄ dicuntur filij crucis: vt cantaret̄ in feſto tabernaculoꝝ: et etiã per totũ menſem vindemiarũ. Jn quo pſalmo duo facit. Nã primo exprimit deſideriũ ſuuz et totius eccleſie petendo quietẽ ⁊ mãſionẽ ⁊ fruitionẽ in celeſtibus tabernaculis. Sed qꝛ ad illa celeſtia tabernacula nemo põt ꝑuenire niſi ꝑ Chriſtuz et legez euangelicã: ⁊ niſi celebret ſupradicta feſta in lege euãgelica per gratiã: iõ in ſecũda parte petit accelerari aduentuz Chriſti ⁊ legis euangelice: ibi. Beatus vir cuius eſt auxilium. Quãtũ ergo ad primuz contẽplans ⁊ conſiderãs Dauid ꝙ illud feſtũ tabernaculoꝝ qđ tunc celebrabant in lege veteri/ſignificabat feſtum tabernaculoꝝ qđ beati celebrant in celo: vbi beati in felicib⁹ tabernaculis abſoluti ab hac peregrinatione iam ſempiterno ſuo fruunt̄: ⁊ deſiderãs ergo ſummo affectu cum illis in ſocietate commorari: et a iugo legis ⁊ ab huius mundi torcularibus tribulationũ ⁊ mũdanis miſerijs liberari/dicit. O q̄ dilecta ⁊ appetenda ſunt tabernacula tua et ſummopere deſideranda o dñe virtutum et princeps exercitus angelorum: intantum de ſe enim ſunt deſiderãda ꝙ contemptis omnibus tabernaculis ⁊ bonis terrenis iam aĩa mea concupiſcit ire in atria domini: ⁊ deficit in conſi-

lex euãgelica e ager ⁊ reſpectu ſuperioris patrie.

pſalmi diuiſio

feſtũ tabernaculorũ figura feſti beatitudis

deratione tante felicitatis: nec valet attingere pfunditatem tanti myſterij illarum felicium manſionum: quia nec oculus vidit/nec auris audiuit/nec in cor hominis aſcendit que preparaſti deus diligentibus te. Dupliciter enim deficit anima mea.

aīa dupl'r deficit.

Primo quo ad intellectum: quia nō poteſt altitudinem tanti myſterij cōprehendere nec attingere. Secūdo deficit quo ad voluntatē: quia aīa mea liquefacta eſt et in extaſim venit pre amore ⁊ dulcedine ⁊ deſiderio tante felicitatis. nā non ſolum cor meū/ideſt anima mea: ſed etiā caro mea per quandam redundantiā exultauerūt in deum viuum: qꝛ aīa magis eſt vbi amat ꝙ̄ vbi informat. Et ſic trahit carnem a mundanis totā ſecū: ⁊ quaſi cōuertit eam ad ſe. Et ſic tot⁹ homo in carne ⁊ corpore trāſformatur in deum amatū ⁊ illam felicitatē deſideratam: vnde totus homo in anima ⁊ corpore non ſolum obliuiſcit̄ alia: ſed etiam ſeipſum: ⁊ ſic euolat in contemplationem dei ⁊ deſideriū illi⁹ eterne felicitatis. quaſi dicat ergo Dauid in his duobus verſibus. O dn̄e poſtꝙ̄ celebrauit iſta tabernacula materialia in terris: fac me celebrare feſtū tabernaculorum in celis: qꝛ aīa mea iam cupit exire ab his tabernaculis mundanis: ⁊ habitare tecum in celeſtibus.

corpa dicunt̄ tabernacula aīarū.

¶ Nota etiā ꝙ iſta corpora corruptibilia in quibus nūc habitamus dicūtur tabernacula animarū noſtrarū: in quib⁹ tabernaculis aīe noſtre affigunt̄ propter corruptionē ⁊ cōcupiſcentiam ⁊ penalitatē: ex quo tabernaculo Paul⁹ apoſtolus cupiebat diſſolui ⁊ eſſe cum Chriſto: de quo etiam tabernaculo dicebat Petrus in. ij. epiſtola ca. j. Quādiu ſuȝ in hoc tabernaculo ſuſcitare vos in cōmunicatione certus ꝙ velox eſt depoſitio tabernaculi mei. Sed in finali reſurrectione iſta tabernacula corruptibilia mutabuntur in glorioſa ⁊ incorruptibilia: quia oportet hoc corruptibile induere incorruptelā. Et tūc in celo iſta noſtra erunt glorioſa: ⁊ ſic erunt animabus noſtris ad gloriam: que ante fuerāt ad ſarcinā: vt inquit Augu. xij. ſup Geñ. ad literaȝ. De iſtis etiam tabernaculis. ſ. corporibus glorioſis in quib⁹ habitabim⁹ in pr̄ia: dicit pphēta: Quā dilecta tabernacula tua dn̄e ⁊c.

xvij. q. iiij. qd cōſiſt⁹. xvj. diſ. licet. xxi. ij. q. j. c. omnibus.

**Etenim paſſer inuenit ſibi domum: ⁊ turtur nidum vbi reponat pullos ſuos.**

**Altaria tua domine virtutum: rex meus et deus meus.**

**Beati qui habitant in domo tua: in ſecula ſeculorum laudabunt te.**

¶ Hic contēplatur propheta quanta eſt et fuit diligentia et ſollicitudo diuine miſericordie ⁊ benignitatis erga nos. Nam ſicut paſſer fabricauit ſibi domum ⁊ locū in foraminibus parietū: ⁊ etiam turtur fabricauit nidum in arboribus ⁊ parietib⁹ vbi tute ⁊ ſecure reponat pullos ſuos: ⁊ cū tanta ſollicitudine alit ⁊ nutrit: ⁊ eis victum querit: Ita deus ab eterno nos predeſtinauit: ⁊ ex tēpore ab origine mundi celum empyreum ad noſtrā māſionem preparauit et creauit. Sed quia Adam propter ſuam ingratitudinem et inobedientiā ſupradictum locum pro ſe ⁊ pro nobis perdidit: idō deus cum venit plenitudo tēporis miſit filium ſuum volando de celo ad terrā in ſimilitudinē carnis peccati: ſed inter oēs homines ſolus per hūc mundū ſine peccato volauit: ⁊ poſt mortem ⁊ paſſionem a mortuis reſurgens velociter in celū volauit: et ibi nobis nidos ⁊ māſiōes ⁊ tabernacula felicia preparauit: ⁊ filios ſuos quos ex baptiſmo regenerauit/ibidem repoſuit ⁊ collocauit.

xp̄s volauit in celū p̄paratu⁹ tabernacula.

¶ Dicitur ergo Chriſtus paſſer inquantum ſine pondere pctī poſt reſurrectionem a terra vſqꝫ in celū velociter volauit. dicitur vero turtur a ſimplicitate et puritate. Eccleſia etiā paſſer dicitur inquantū per fidem et charitatē volat in celū/dicitur etiā turtur inquantum ſeruat veram caſtitatem/⁊ fidem ſuo ſponſo Chriſto: ⁊ ideo meretur inuenire domum in celo: ⁊ nidū. i. manſiōes vbi reponat pullos ſuos. i. filios quos ex baptiſmo generauit. Dicit ergo propheta. O rex meus per gubernationem ⁊ cōſeruationem ⁊ deus meus per creationem: ⁊ O domine virtutū ⁊ angelorū: Chriſtus filius tuus ſicut paſſer velociter volauit in celum: ⁊ inuenit ſibi domum: ⁊ ſicut turtur inuenit nidū in celo. i. illa tabernacula ⁊ felices manſiones in celo fabricauit ⁊ preparauit: ⁊ per merita ſue paſſionis acquiſiuit vbi reponat pullos ſuos. ſ. filios quos per mortem redemit et per baptiſmum regenerauit. Et nota ꝙ pphēta in hoc loco eterna tabernacula: ⁊ manſiones beatorum vocat altaria: ad denotandam excellentiā vite beatorū. Nam cum in hoc ſeculo vita noſtra ſit mixta ex actiua ⁊ contemplatiua propter miſerias huius mundi: ideo eſt neceſſe vt exerceamus opera actiue ⁊ releuemus proximū a miſeria. Ibi aūt qꝛ nulla erit miſeria: ſed perpetuum gaudiuȝ ⁊ libertas: ideo non ſunt neceſſaria opera mie: nec vita actiua: ⁊ ſic ibi eſt ſola vita cōtemplatiua. Ideoqꝫ in hac habemus duplicem domum. ſ. domos familiares ad vitam actiuam: ⁊ eccleſias et altaria ad contemplandū. Sed qꝛ in celo ſola vita cōtemplatiua exercetur: ideo illa tabernacula in quib⁹ manent beati: altaria nūcupantur. dicitur enim altare quaſi alta ara. dicuntur ergo altaria illa tabernacula: qꝛ alta ⁊ a mundanis eleuata ⁊ liberata: et ad ſolam cōtemplationem ⁊ laudeȝ dei deputata: ⁊ ideo cū dixit ꝙ Chriſtus preparauit nobis altaria: illico ſequitur/⁊ ſubdit. Beati q̄ habitant in domo tua dn̄e in ſecula ſeculorū laudabūt te. Ille ergo manſiones ſunt beatis tabernacula in quibus habitant: et ſunt altaria in quib⁹ eternaliter deuȝ laudant: et ſunt menſe quibus eternaliter fruuntur: de quib⁹ Chriſt⁹ dixit: Vado vobis parare locum: ⁊ ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pr̄ meus regnum vt edatis ⁊ bibatis ſuper menſam meam in regno meo: ⁊ ſedeatis ſuper thronos iudicantes. xij. tribus Iſrael. Luce. xxij.

**Beatus vir cui⁹ eſt auxiliū abs te: aſcenſiōes in corde ſuo diſpoſuit in valle lachrymarum: in loco quem poſuit.**

**Et enim benedictionem dabit legiſlator: ibunt de virtute in virtutem: videbitur deus deorum in Sion.**

¶ Sed qꝛ vt dictū ē nemo pōt celebrare p̄dictas feſtiuitates in patria per gloriā niſi prius celebrauerit in via p grām ⁊ legē euāgelicā/q̄ nō poterat haberi niſi per Chriſtū mediatorē dei ⁊ hoīm: ideo in hac. ij. pte Dauid deſiderās petit aduentū chriſti ⁊ legē euāgelicā: per quā ad illā patriā intendit perueníre. ¶ Vñ notādū/ꝙ Chriſt⁹ legiſlator duo dedit nobis quib⁹ poſſumus ad illaȝ patriā peruenire. ſ. gratiā ⁊ veritatē. Gratia eſt virt⁹ ſacramētorū qua purgamur a pctīs ⁊ adiuuamur et preſeruamur ⁊ pn̄iam agimus. Veritas aūt eſt fides articulorum ⁊ intelligētia legis diuine. Sed iſta grā cōtinet in ſe quoſdā gradus virtutum per quos fideles aſcendūt in ſtatuȝ perfectiōis in hac vita vſqꝫ in celuȝ. Nam primo in baptiſmo recepimus fidē per quā inheremus firmiter articulis fidei: ⁊ credimus deuȝ trinū ⁊ vnū ⁊ filium incarnatum. Et iſte eſt prim⁹ gradus. Secundo qꝛ cognoſcimus per fidē deū eſſe ſummū bonū ⁊ creatorē ⁊ redēptorē et nr̄m glorificatorē: idō ſuper oīa diligimus ipm̄. et iſte eſt ſecūdus gradus virtutis. Tertius qꝛ vidimus ꝙ nobis promiſit gloriaȝ in futuro ⁊c. ideo contēptis oībus rebus mundanis itaq totam ſpem noſtrā ⁊ deſideriuȝ ponimus in ipſo. ⁊ iſte eſt tertius gradus virtutū. Ex his ſequit̄ quartus. ſ. operatio bona. Nā tūc conamur operari nō niſi ppter celeſtia nobis pmiſſa: ⁊ ppter deū creditū amatū ⁊ deſideratū. Ex quo patet ꝙ charitas dupliciter poteſt cōſiderari. Vno modo in affectu ⁊ ſic p̄cedit ſpem: quia illico amamus creditū deū ⁊ pmiſſa nobis bona: ⁊ ex conſequēti ponimus noſtrā ſpē in deo. Et tunc ſequitur charitas in effectu que cōſiſtit in operādo: nam operat̄ per ſpē ⁊ charitatē effectiuā ⁊ fidem: quia vna preſupponit aliam: ⁊ ita charitas effectiua ſiue opatiua dicitur innocētia inquātū neminē ledit nec nocet: ſꝫ cuilibet prodeſt: ⁊ facit qđ ſibi vellet fieri cuilibet. Primo: tunc chriſtianus dicitur vere iuſtus ⁊ operatur ſecundū iuſtitiā fidei formate ſpe ⁊ charitate. ⁊ iſte dicitur aſcenſus de virtute in virtutē adept⁹ in baptiſmo. Secūdus aſcenſus eſt per dona ſpūs ſancti. primo eñ in cōfirmatione recipim⁹ donū ſapientie: per qđ adhibemus ſtudiū ad ſcientiam diuinorū/⁊ ſacre ſcripture. Secundo donū intellectus: p qđ aperit̄ nobis intelligētia eorū q̄ legim⁹ in ſacra ſcriptura. Tertio donū cōſilij: per qđ recte eligimus viuere ⁊ attingere regnū nobis pmiſſuȝ per Chriſtū legiferū noſtrū. Quarto dat̄ donuȝ fortitudinis: per qđ roboramur ad patiendū ⁊ tolerādū aduerſa ppter Chriſtū ⁊ iuſtitiā: vt ptȝ in martyribus. Quinto datur donū ſciētie: per quā diſcernimus noſtra bona opera: ⁊ viuim⁹ ſecundū precepta. Sexto dat̄ donū pietatis per qđ cultū verū ⁊ latriā deo tribuim⁹: ⁊ in rebus dubijs ſaniorē partē eligimus ⁊ ei inheremus. Septimo dat̄ donum timoris: per qđ amore quodā filiali diuina mandata ſeruiamus atqꝫ p̄cepta: ⁊ deū exacerbare et ipſi diſplicere omni conatu ⁊ affectu cauem⁹: ⁊ ſic aſcēdendo de virtute in virtutē gradualiter efficimur iuſti. Tertius dicit̄ aſcēſus p gradus gratiarū. Primo dat̄ nobis a deo gratia p̄ueniens vt bonū velimus: ⁊ ſic incipimus bonuȝ agere. Scđo dat̄ gratia cooperās: ⁊ ſic pficim⁹ in operando bonū. Tertio datur gratia perfecte perſeuerans in nobis: ⁊ ſic perficimus opationē quā incipimus. Primus gradus dicit̄ incipientiū. Secūdus pficientium. Terti⁹ perficientiū. ⁊ ſic eſt aſcēſus ad patriā et ad ſtatū pfectuȝ p gradus gratie. Quartus aſcenſus eſt ſecūdū gradus ſtatuū eccleſie ⁊ fideliū ſiue pfeſſionū. Nā p̄ma pfeſſio noſtra cōis eſt pfeſſio fidei formate p baptiſmū: ⁊ iſte ſtatus cōuenit oīb⁹ chriſtianis. Secundus gradus in eccleſia eſt religionis: in quo pfitentur religioſi obedientiā paupertatē et caſtitatem. Tertius eſt ſacerdotū: vnde aſſumunt poteſtatē miniſtrandi ſacramēta/⁊ promittunt horas ſeptē canonicas ⁊ ſepties in die per totam vitā orare. Quartus gradus eſt epiſcoporū: qui oēs alios p̄ſupponit ⁊ in ſummo cōſtituit̄/cū ceteros habeat regere ⁊ paſcere exēplo ⁊ doctrina et nō ſolū bona ſpūalia: ſed etiā tpalia ſecūdum facultatē diſtribuere: vt ptȝ per totā epiſtolā ad Titum. Et ſic per oīa iſta quatuor genera graduum ſunt aſcenſiones in cordibus chriſtianorum in hac vita: ⁊ ambulamus de virtute in virtutē: ⁊ de gradu in gradū: ⁊ ſic aſcēdimus in Sion ſuperiorem: vbi videbim⁹: ⁊ vident beati deū deorū. ⁊ iſte aſcēſus fit in hac lachrimarū valle: incipiendo primo a penitentia per gratiā p̄uenientem/⁊ proficiendo per opera pietatis ⁊ miſericordie: ⁊ perficiendo p cultū ⁊ latriā vſqꝫ in finē. Dicit ergo Dauid pphēta in pſona totius eccleſie. O deus btūs eſt ille vir cuius auxiliū eſt abs te. i. a te. i. cui tu das gratiaȝ auxiliantē: ſine qua nemo pōt aliquid boni agere: per quā ipſi a te collatā poſuit ⁊ ordinauit aſcenſiones per gradus virtutū predictarū in corde et anima ſua: ⁊ hoc in iſta valle lachrymarū: ⁊ in hoc mundo: ⁊ in hoc loco quē dn̄s poſuit/⁊ conſtituit ad penitentiam agendā: et ad bona opera exercēda. nā ſpatiū acquirēdi vitā eternā in hac vita tantum deus hoībus dedit: vbi voluit penitentiā eſſe fructuoſam: eo ꝙ hō poteſt hic mutata voluntate ſimul operaqꝫ mutare: vt ait Aug. in Enchiridio. Vult ergo hic innuere propheta ꝙ beatus eſt ille homo q̄ per auxiliū dei ⁊ gratiam ſibi collatā agit penitentiā in hac valle lachrymarū ⁊ penitentie: quē locum deus cōſtituit ad penitētiā ⁊ bona opa exercēda: et dum egerit penitētiam ponit in corde ſuo aſcēſiōes. i. aſcēdit de virtute i virtutē vſqꝫ ad ſtatū perfectū vſquequo p̄ueniat ad patriā. Sed qꝛ nemo pōt habere iſtā gratiā/nec peruenire ad patrem: niſi per Chriſtū q̄ eſt via veritas ⁊ vita: ideo ſequit̄. Etenim p quia vel certe Chriſtus legis lator ſiue lator legis euāgelice: dabit hoībus benedictionē: ⁊ gratiā ſacramētorū per ſuā mortē et paſſionē: et ſic hoīes ibunt de virtute in virtutē: vt dictum eſt: vſquequo per bona opa aſcēdant in celū et tunc videbitur ab eis deus deorū in Sion ſuperiori. Nam ibi oēs beati deū ſpeculant̄. Hoc etiam pōt referri ad Sion inferiorē: vbi Chriſtus viſus eſt et p̄dicauit: et ſpiritū ſanctum apl'is dedit/vbi adepti ſunt dona grārū ⁊ gradus virtutum. Quaſi dicat: ꝙ ppterea Chriſt⁹ legis lator et de⁹ deorū. ſ. de⁹ apl'orū et ſctōrū: de quib⁹ dictū eſt in pſalmo ſuperiori: videbit̄ in Sion in carne p̄dicando ⁊ miracula faciēdo. Et ibidē dabit ſpiritū ſanctū apl'is et oīa dona gratiarū et oēm bn̄dictionē. Et apl'i ibūt de virtute in virtutē: ⁊ ſic conuertet̄ tot⁹ mūdus: et ſic p̄ueniet ad Chriſtū/hic p grām: ⁊ ad celū per gloriā. Et inde fideles aſſumēt grām vt faciāt aſcēſiones p gradus virtutū: ⁊ cū lachrymis faciāt penitētiā per cōtritionē ⁊ pfeſſionē ſatiſfactionē in hac valle lachrymarū: ⁊ i hoc loco quē dn̄s poſuit ⁊ cōſtituit ad penitentiam: ⁊ bona opera faciēda. quaſi dicat ꝙ iuſti de virtute in virtutē ⁊ p grad⁹ virtutum aſcendunt ab hac Sion inferiori in Siō ſuperiorem: in qua vident deū deorū per gloriam

quare et aſc. fus.

Item aſcendunt ad videndũ deũ in Sion: quia ali ter nemo poteſt aſcendere ad videndũ deum.

xv. diſt. ca. ſctã romana. xſ. q. iij. ad mẽ ſam.

**Domine deus virtutum exaudi oratiõẽ meam: auribus percipe deus Jacob.**

**Protector noſter aſpice deus: ⁊ reſpice in faciem Chriſti tui.**

¶ Hic aſſignat mediũ per qḋ hmõi gr̃a eſt nobis acquirẽda: q: nõ niſi p Chriſtũ mediatorem dei et hoĩm: vt dictũ eſt. Jõ petit accelerari aduẽtuꝫ xp̃i ⁊ myſteriũ incarnationis ⁊ paſſiõis orãdo ad pa trẽ vt mittat filiũ ſuũ/ dicẽs. O dñe pater deus vir tutuꝫ: ⁊ o deus Jacob cui facta eſt repromiſſio de meſſia vẽturo: exaudi oratiõnẽ meã ⁊ oĩm patriar charũ ⁊ ,pphetarũ ⁊ toti⁹ eccl'ie: ⁊ aurib⁹ pcipe eã: id eſt inclina aures tue mĩe in me: ⁊ ſuſcipe depre cationẽ noſtrã. Et tu de⁹ ,ptector noſter q̃ ſemp li berasti patres noſtros a piculis ⁊ pſecutionibus tpalib⁹: aſpice hãc noſtrã miſeriã ⁊ captiuitatẽ et mortẽ ſpũaleꝫ in qua ſum⁹ in ptãte diaboli a qua nõ poſſumus liberari niſi p Jeſum Chriſtũ filium tuũ. ergo reſpice in faciẽ. i. hũanitatẽ xp̃i filij tui: ⁊ mitte eũ in carnẽ ⁊ reſpice in faciẽ eius. i. accepta mortẽ ⁊ paſſionẽ ,p nobis/ ⁊ libera nos p illã. Hãc eandẽ orõnẽ facit hodie eccl'ia ,p ſtatu iſto vt reſpi ciat in faciẽ xp̃i mediatoris: vt acceptet paſſioneꝫ ei⁹ in recõpẽſationẽ ⁊ ſatiſfactionẽ ,p peccatis no ſtris poſtq̃ merita nr̃a nõ ſufficiũt. ¶ Ũñ nota ꝙ facies xp̃i dicit̃ hũanitas: in qua ab hoĩb⁹ videba tur: in qua xp̃s paſſus eſt ⁊ meruit ,p nobis: in qua quidẽ hũanitate latebat diuinitas. q̃ quidẽ huma nitas erat inſtrumentũ diuinitatis: ⁊ notificabat eã. Dicit ergo propheta: o de⁹ pater poſtq̃ nos non ſufficim⁹ ad ſatiſfaciẽdũ ,p pctõ: nec aliq̃s patriar charũ aut ,pphetarũ nec aliq̃ creatura: reſpice ĝ in faciẽ ⁊ humanitatẽ xp̃i filij tui: ⁊ hũanitatẽ q̃ ,p no bis paſſa eſt ⁊ pcuſſa ⁊ flagellata ⁊ crucifixa: ⁊ ac cepta paſſionẽ ei⁹: q: ipſe eſt xp̃s tu⁹: ⁊ a te nobis miſſus de⁹ ⁊ hõ/ rex ⁊ ſacerdos: hoſtia ⁊ victima.

faciẽs xp̃i hu manitas.

de pſe. di. v. c. ieiuniũ. ſ. q. ſ. c. nõ ẽ. ⁊. i. re. in. diſ. c. valẽ tinianus.

**Quia melior eſt dies vna in atrijs tuis: ſuper milia.**

**Elegi abiectus eſſe in domo dei mei: ma gis q̃ habitare in tabernaculis peccato rum.**

¶ Hic aſſignat ,ppheta mediũ ex parte noſtri: per qḋ habem⁹ venire in ſupradicta deſiderata taber nacula. que quideꝫ media ſunt miſericordia/ ⁊ hu militas/ et veritas/ et iuſtitia: ſine q̃b⁹ ad illa eter na tabernacula nemo poterit puenire. i. q̃b⁹ taber naculis eſt vna perpetua dies ſine tenebris ⁊ ſine nocte. ¶ Ad cuius intellectũ eſt notandũ: ꝙ cauſa quare in hoc mundo inferiori numerantur dies ⁊ noctes: eſt latio ⁊ aſcenſio ſolis ſuper terrã. Nam ſol per ſuã lationẽ ⁊ preſentiã ſup noſtrum hemiſ pheriũ cauſat nobis diẽ: ⁊ per ſuã abſentiã dũ fer tur ſuper aliud hemiſpheriuꝫ cauſat nobis nox: ⁊ ſic aduentus eiuſdẽ ſolis ab oriente cauſat nobis aliam diẽ: ⁊ ſic numerant̃ dies ⁊ noctes. ⁊ ſic patet ꝙ iſte dies numeratur per ſucceſſionẽ noctis. ſed quia in inferno nũq̃ apparet ſol: iõ ſemp eſt nox ibi: ⁊ per ↄ̃ñs eſt vna nox cui nũq̃ ſuccedit dies. et ſic eſt nox eterna: vt ait Virgil. Sꝫ quia in glo ria paradiſi Chriſtus qui eſt ſol iuſtitie ſemper eſt

A Nota.

preſens ⁊ nunq̃ abſens: ideo ibi eſt dies cui nunq̃ ſuccedit dies. Ergo ſemp eſt vna dies ⁊ eterna: vt ptꝫ Apoca. vlti. Beati ergo videntes diuinã eſſen tiã ⁊ deũ incarnatũ/ nã ſemp vidẽt verũ ⁊ eternum ſolẽ: ⁊ per ↄ̃ñs ſemp eis eſt dies vna exiſtentib⁹ in tabernaculis ⁊ manſionibus celeſtib⁹. Et nõ ſolũ vidẽt lucẽ illã ſpũalẽ ⁊ inacceſſibilẽ/ ſed etiaꝫ cor poralẽ ipſi⁹ celi empyrei: in quo habitãt: q: lucidũ eſt ſine calore. ⁊ ſic ſemp ibi eſt vna dies ſine nocte ⁊ ſine tenebris. Sꝫ q: iſtã diẽ acq̃ſiuit nobis Chri ſtus p humilitatẽ/ ⁊ mortẽ/ ⁊ paſſioneꝫ ſuã: ⁊ vt ptꝫ ad Philip. ij. ſeipſum exinaniuit obediens vſq̃ ad mortẽ ⁊c. Ideo nõ vult ꝙ poſſideant iſta taberna cula ⁊ diẽ eternũ niſi humiles ⁊ abiecti ⁊ penitẽn tes: q̃ in mũdo ambulauerũt p viã humilitatis et pnĩe. Et q: cõtẽnentes mũdana poti⁹ voluerũt eſ ſe abiecti ⁊ parati mori ,pter chriſtũ: ideo dicit p pheta in pſona cuiuſlibet iuſti ⁊ toti⁹ eccl'ie. Quia ego vidi ꝙ melior eſt vna dies q̃ eſt in atrijs tuis ⁊ tabernaculis ⁊ mãſionib⁹ celeſtib⁹ ſup. M. i. q̃ M. miliũ hui⁹ mũdi. iõ magis elegit eſſe humilis ⁊ abiect⁹ ⁊ paup ⁊ afflict⁹ pſecutiõib⁹ i domo dei mei. ſ. in hac eccl'ia militãti q̃ habitare in taberna culis ⁊ magnis palatijs hoĩm peccatorũ ⁊ ſupbo rũ ⁊ mundanorũ. Ũñ tabernacula in q̃b⁹ pctõres habitãt ſunt ſupbia/ auaritia/ ĩpietas/ luxuria: in quib⁹ ſunt inuoluti in hac vita. Itẽ in tabernacu lis pctõꝝ. i. regũ ⁊ tyrannorũ nõ habitãt nec pſpe rant̃ niſi adulatores: ⁊ mendaces/ ⁊ doloſi/ ⁊ ma ligni/ ⁊ lenones/ ⁊ ſuſurrones: hos aũt fugit quili bet iuſtus: ideo illi tales poſt hãc vitã ⁊ mundanã felicitatẽ expectant habitare in inferno ĩ eternũ: vbi erit perpetua nox ſine luce ⁊ ſine die. Ego au tem habitabo i celeſti patria: vbi eſt vna dies eter na ſine nocte. Et ſubdit cauſam quare elegit i hoc mundo humilitatem: ⁊ dicit.

**Quia miſericordiam et veritatem diligit deus: gratiam et gloriam dabit domi nus.**

**Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia: domine virtutum beatus ho mo qui ſperat in te.**

¶ Quia mĩam ⁊ veritatem ſimul cũ humilitate di ligit deus. Et rõ eſt: q: ipſe fuit miſericors: ⁊ verꝰ: ⁊ iuſtus: ideo diligit mĩam ⁊ veritatẽ. Et intelligit p veritatẽ omnẽ iuſtitiã. ¶ Ex quo ptꝫ ꝙ tres vir tutes ſunt quibus acq̃rit̃ principaliter regnum ce leſte: et cõſequimur eterna tabernacula. Primo hu militas: q: oĩs qui ſe humiliat exaltabitur. Scḋo veritas: nam ex veritate naſcitur oĩs virtus: naꝫ ſi eſt verus/ de neceſſitate erit iuſtus: ⁊ per ↄ̃ñs ne mini vult nocere: nec fraudẽ inferre: ſꝫ cuilibet p ximo ,pdeſſe. quare ex veritate naſcitur iuſtitia: et ex iuſtitia innocẽtia: ex innocentia mĩa: ⁊ per cõ ſequẽs humilitas: ſine quib⁹ nemo põt cõſcende re in ſupna tabernacula: vt dictũ eſt pſal. xiiij. vbi dicit̃. Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requieſcet in monte ſancto tuo: Rñdet. Qui ingredit̃ ſine macula ⁊ opat̃ iuſtitiã ⁊c. Item pſal. xxiij. Quis aſcẽdet in mõte dñi: aut quis ſtabit in loco ſancto ei⁹: Reſpõdet ,ppheta. Innocẽs mani bus ⁊ mũdo corde ⁊c. Tertia virtus eſt miſericor dia: nã p opa mĩe recipimur in eterna taberna



cula: vt ait ſaluator Luce. xvſ. Facite vobis amicos de mãmona iniq̃tatis: vt cũ defeceritis recipiant vos in eterna tabernacula. Ex ſupradictis ptꝫ qḋ iſte tres virtutes ſunt media q̃b⁹ cõſeq̃mur eterna tabernacula: quas quidẽ ꝟtutes de⁹ diligit: ⁊ ha bẽtib⁹ has virtutes de⁹ dat gr̃am in p̃ſenti ⁊ glo riã in futuro. Jõ dicit ,ppheta. Ideo elegi eſſe abie ctus. i. hũilis in domo dei mei: ⁊ innocẽs in h' mun do: q: mĩam ⁊ veritatẽ diligit deus: ⁊ iõ ſolis iſtis humilib⁹ ⁊ miſericordibus dñs dabit gr̃am in pre ſenti ⁊ gl'iam in futuro: ⁊ exinde ſcio ꝙ de⁹ non pri uabit bonis celeſtib⁹ humiles ⁊ veros ⁊ miſericor des et iuſtos q̃ ambulãt in innocẽtia: ĩmo cõferet eis ſupradicta tabernacula. Quare dico ꝙ beatus eſt hõ q̃ contẽnit iſta mundana ⁊ ſperat in te dñe: q: talis lꝫ videat̃ abiect⁹ in hoc mũdo: tñ in futu ro habitabit in eternis tabernaculis in illa luce ſi ne nocte. Ex quib⁹ patet ꝙ ,ppheta Dauid ⁊ ppl's dei ante incarnationem ſimul petebat in h' pſalmo aduẽtũ xp̃i ⁊ futurã gl'iam: nos aũt iã nõ expecta mus niſi liberari a pctis p pniam: ⁊ bene opari p gr̃am: ⁊ diſſolui ab hoc mortali corpe/ ⁊ habitare in celeſtibus tabernaculis. ¶ Ex ſupradictis ĩ hoc pſalmo poſſunt recolligi octo cõcl'ones. ¶ Prima cõcluſio: ꝙ quilibet iuſt⁹ ⁊ ver⁹ xp̃ianus lꝫ habitet in hoc corpore mortali: tñ contẽptis reb⁹ munda nis toto mentis affectu deſiderat habitare in illis celeſtibus tabernaculis. ¶ Scḋa cõcluſio: ꝙ ſicut paſſer ⁊ turtur faciũt nidũ ad reponendum pullos ſuos/ ita Chriſtus fabricauit altaria ⁊ mãſiones in celo vbi fideles ſui quieſcãt ⁊ laudẽt deũ ĩ eternũ. ¶ Tertia cõcluſio: ꝙ nemo põt aſcẽdere in illa ta bernacula: niſi aſcẽderit per gradus virtutũ dũ vi uit in hoc mũdo. ¶ Quarta cõcluſio: ꝙ nemo põt videre deum deoꝝ in Sion ſuperiori/ niſi p exerci tiũ virtutũ acquirat merita in hac vita ⁊ in hoc lo co lachrymarũ vbi de⁹ voluit opera eſſe meritoria: ⁊ penitentiã fructuoſam. ¶ Quinta cõcluſio: ꝙ ne mo poteſt ambulare de virtute in virtutẽ nec age re penitẽtiam: nec opera meritoria: niſi per gr̃am ⁊ merita Chriſti. ¶ Sexta concluſio/ ꝙ melior eſt il la dies eterna ſine nocte/ q̃ multa. M. huius vite. ¶ Septima concluſio/ ꝙ melius eſt eſſe abiectũ ⁊ viuere cum humilitate ⁊ paupertate in hac vita: q̃ cum ſuperbia copia bonorum tẽporalium ⁊ fauo re in domibus regum. Nam deus non dat celeſtia tabernacula niſi humilibus et iuſtis ⁊ miſericordi bus. ¶ Octaua concluſio: ꝙ deus non priuabit bo nis celeſtibus innocẽtes ſimplices ⁊ contempto res huius mundi ſperantes in ſe: ĩmmo ditabit bo nis fruibilibus et eternis.

**Benedixiſti dñe terraꝫ tuã: auer tiſti captiuitatem Jacob.**

**Remiſiſti iniq̃tatem plebis tue: operuiſti oĩa peccata eorum.**

**Mitigaſti omnem iram tuam: auertiſti ab ira indignationis tue.**

**Cõuerte nos deus ſalutaris noſter: ⁊ auer te iram tuam a nobis.**

¶ Huic pſalmo p̃ponit̃ talis titulus. ſ. In finem fi lijs Chore canticũ pſalmi. Ex titulo apparet ꝙ Da uid fecit hũc pſalmũ: ⁊ dedit ipm cantandũ choro ipſi⁹ Heman qui erat de filijs Chore: vt cãtaret ipſꝫ cũ toto conatu vocũ: eo ꝙ vocabãt Chriſtũ in iſto pſalmo vt veniret in carnẽ ad ſaluãdũ gen⁹ huma nũ. ¶ Ad cui⁹ intellectũ eſt notandũ: ſicut dictum eſt in ,plogo tractatu tertio: ⁊ regula. x. ⁊ pſalmo. lxxvij. ꝙ Dauid in pſalmis vt plurimũ ,pcedit a fi gura ad figuratũ: ⁊ a parabola ad ꝟitatem ipſi cor reſpõdẽtẽ ĩ nouo teſtamẽto. Duo ĝ facit Dauid p̃n cipal'r in hoc pſalmo. Nã p̃mo ,pponit parabolas ⁊ figuras in quib⁹ p̃uidit myſteriũ incarnatiõis ⁊ noſtre redẽptionis. Scḋo petit Chriſtum vt veniat in carnẽ ad ſaluãdũ ⁊ liberãdũ gen⁹ hũanũ: ibi. Cõ uerte nos de⁹. ¶ Quãtũ ad primũ eſt notãdum ꝙ Chriſt⁹ cõiter in ſacra ſcriptura dr̃ fruct⁹: vt patet pſal. cxxvſ. Filij merces fruct⁹ vẽtris. Itẽ pſ. cxxxſ. De fructu vẽtris tui ponã ſup ſedẽ tuã. Ũñ xp̃s du pliciter dicit̃ fruct⁹. Uno mõ inquãtũ fuit nobis dat⁹ ſiue erat dãdus in ſupplemẽtũ fruct⁹ ligni vi te paradiſi quẽ pdidit Adã/ ,put dictũ ẽ pſal. pmo. Alio modo inquantũ erat dãdus in antidotũ ⁊ me delã cõtra morbũ ⁊ venenũ fruct⁹ ,phibiti quẽ co medit Adã: cuius veneno totũ gen⁹ hũanũ fuit in fectũ ⁊ vulneratũ ⁊ ſanciatũ. ⁊ ſic xp̃s fuit figura tus p fructũ ligni vite qḋ fuit plantatũ a p̃ncipio in paradiſo: qḋ germinauit illa bñdicta terra pa radiſi: ſicut dictũ fuit pſal. ſ. ¶ Itẽ ſicut Chriſt⁹ fu it figurat⁹ p lignũ fructiferũ vite/ ita pariter virgo Maria fuit figurata p illã terrã ⁊ hortũ delitiarũ paradiſi q̃ germinauit illud lignũ ⁊ fructum vite. Nã ſicut illud lignũ fuit germinatũ ⁊ ortum ex illa terra bñdicta: quã nullũ aratrũ aut raſtrũ violaue rat: ita xp̃s fuit germinat⁹ ſecũdũ carnẽ ex illo vte ro virginali ⁊ intemerato nullo maritali aut virili amplexu violato nec temerato. Itẽ ſicut Adã p̃m⁹ homo fuit format⁹ manu dei ex illa terra bñdicta ⁊ inuiolata nullo raſtro aut aratro rupta vel teme rata/ ita xp̃s fuit format⁹ ſolo ope ſpũs ſcti in illo vtero intemerato ⁊ inuiolato ex puris ſanguinib⁹ virginis matris. Et ſic virgo Maria iã fuit figura liter bñdicta ĩ illa terra q̃ in p̃ncipio ,pduxit lignũ vite: ⁊ ex qua format⁹ eſt Adã primus hõ. Itẽ my ſteriũ incarnationis xp̃i nõ ſolũ fuit figuratũ p ,p ductionẽ ligni vite: ⁊ p formationeꝫ corpis ipſius Adã ex terra virgine ⁊ inuiolãta ſicut dictũ eſt: ſed etiã fuit figuratũ ĩ bñdictiõe ipſi⁹ Jacob Geñ. xx vij. qñ bñdixit eũ Iſaac pater ei⁹. Unde ſicut Re becca induit Jacob veſtimẽtis ipſi⁹ Eſau: ⁊ coope ruit man⁹ ei⁹ pellibus hedi ad ſimilitudinẽ Eſau: Ita pariter virgo Maria induit verbũ eternũ ve ſtibus ⁊ pelle hũanitatis ⁊ carnis mortalis: quan do xp̃s ſeipſum exinaniuit formã ſerui accipiẽs in ſil'itudinẽ hoĩm fact⁹ et habitu inuẽtus vt hõ. ⁊ ſic ꝟgo Maria iã fuit figurata p Rebeccã: ⁊ bñdicta in Jacob in cui⁹ renibus virtual'r erat ⁊ ſeminal'r Item Iſaac iã tũc p̃uidit ⁊ ſenſit in ſpũ odorẽ ſvir tutũ ⁊ gratiarũ ⁊ veſtimẽtorũ hũanitatis Chriſti ⁊ virginis Marie qñ dixit. Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni quẽ bñdixit dñs ⁊c. Ex q̃b⁹ ptꝫ qḋ virgo Maria iã tũc fuit figurata ⁊ figural'r bñdi cta per illũ agrũ odoriferũ ⁊ floridum quẽ bñdixit Iſaac ⁊c. Ex quibus omnibus patet ꝙ virgo Ma ria que Chriſtum germinauit/ multipliciter fuit in veteri teſtamẽto figuraliter bñdicta. ſ. in illa terra ⁊ paradiſo delitiarũ q̃ germinauit lignum vite/ et inuiolata ex qua fuit formatus Adã/ ⁊ in illo agro

xp̃s dr̃ fruct⁹.

Maria dr̃ ter ra.

maria bñdi cta.

odorifero quẽ benedixit Iſaac. ¶ Secundo eſt notandũ ꝙ ſicut virgo Maria fuit multipliciter benedicta figuralr̃ per illã terrã que ꝓduxit lignum vite: ⁊ ex qua formatꝰ fuit Adã: ⁊ ꝑ agrũ odoriferũ quẽ benedixit Iſaac ꝑut dictũ eſt: ita ꝑ oppoſitũ tota nr̃a terra. i. generatio ex qua ſumus generati carnaliter fuit maledicta realiter in eua: ⁊ figuraliter in maledictiõe terre ꝓpter peccatum ꝑmorũ parẽtũ: qñ dixit ipſi Adã. Maledicta terra in ope tuo: tribulos ⁊ ſpinas germinabit tibi. i. maledicta erit ſenſualitas ⁊ caro tua ⁊ vitio cõcupiſcẽtie corrupta: qꝛ germinabit tibi tribulos ⁊ ſpinas peccatorũ/ ⁊ vitiorũ/ ⁊ tentationũ iugiter aĩam pungentiũ ⁊ vulnerantiũ: qꝛ iugiter ⁊ aſſidue caro luctabitur aduerſus ſpiritũ ⁊c. Mulieri aũt dixit. Multiplicabo erũnas tuas: ⁊ cõceptus tuos in dolore paries ⁊c. Et ſic pꝫ qualiter ille cibus ꝓhibitꝰ infecit ⁊ corrupit terrã noſtrã ex qua carnaliter oẽs ſumus germinati: ⁊ irritauit/ ⁊ cõcitauit iram ⁊ indignationẽ dei ꝯtra nos: ⁊ induxit oẽs infirmitates corporales ⁊ ſpũales: ⁊ finaliter mortẽ corporis et anime. Et taliter infecit ⁊ corrupit ⁊ maledixit terrã noſtrã ꝙ nõ germinat in nobis niſi ſpinas ⁊ tribulos peccatorũ. Sed dñs oĩpotens bñdixit terrã ſuã. ſ. virginẽ Mariã q̃ germinauit illũ benedictũ fructũ ſalubrẽ ⁊ antidotariũ q̃ abſtulit a nobis oẽm maledictionẽ ⁊ dedit. bñdictionem: ⁊ ſanauit noſtros languores ⁊ infirmitates/ ⁊ mitigauit irã dei: ⁊ auertit a nobis eius indignationẽ: vt patebit. ¶ Tertio eſt notãdũ ꝙ ſicut maledictio noſtra fuit data in primis parentibꝰ: et figurata in maledictiõe terre eorũ: ⁊ bñdictio virginis Marie fuit multipliciter figurata: ꝑut dictum eſt in prima doctrina: Ita pariter noſtra redẽptio ⁊ liberatio fuit multipliciter figurata: ⁊ maxime in liberatiõe captiuitatis filiorũ Iſrael de Egypto: ⁊ in multiplici liberatiõe facta tẽpore Iudicũ. Et ita pariter mitigatio ire et indignationis dei erga genꝰ hũanum fuit figurata multipliciter in vete. teſta. puta quando deꝰ remiſit iniquitatẽ plebi ſue ad ꝑces Moyſi qñ fecerũt vitulũ in Oreb. Exod. xxxiij. Item qñ Moyſes mitigauit irã dei qñ deus volebat totalr̃ illũ populũ delere ꝓpter ingratitudinẽ: qꝛ voluerunt ſibi cõſtituere aliũ ducẽ et reuerti in Egyptũ Numeri. xiiij. Itẽ Moyſes mitigauit iram dei qñ ppl̃s fornicatus eſt cũ Madianitis/ ⁊ adorauit Belphegor. Nume. xxv. q̃ oĩa iſta figurabãt qualiter Chriſtus fructꝰ terre virginalis debebat irã ⁊ indignationẽ dei placare: et recõciliare genus hũanũ cum deo patre. Omnia ergo iſta myſteria incarnationis/ et nr̃e redẽptionis ⁊ recõciliatiõis ꝑuidẽs Dauid ĩ ſpiritu: ꝓponit ⁊ adducit geſta veteris teſtamẽti: in quibꝰ ꝓphetico ſpũ preuidit iſta miſteria. Et ꝓcedit allegorice a figura ad figuratũ petẽdo noſtrã redẽptionẽ. Uñ dicit ad patrẽ. O dñe tu quondã figuraliter benedixiſti terrã tuã. ſ. virginẽ Mariã ĩ qua debes verbũ tuũ ſeminare: ⁊ ex qua ille bñdictꝰ fructus/ q̃ oẽ maledictũ debet auferre: ⁊ in quo peẽ gẽtes ſunt benedicẽde/ eſt germinãdus ⁊ naſciturus. Nã primo bñdixiſti illã terram figuraliter benedicẽdo illã terram paradiſi que germinauit lignũ vite: ⁊ illã terrã virgineã ⁊ incorruptã ex qua formatꝰ fuit primus homo: ⁊ bñdixiſti etiã iſtã terrã/ qñ Iſaac bñdixit Iacob ⁊ illũ agrũ odoriferũ: vbi Iacob attulit cibũ. Geñ. xxvij. Item

noſtra redẽptio figurata fuit multiplr̃ ⁊ ẽt ire dei mitigatio.

nõ ſolũ benedixiſti terrã. i. virginem Mariam per ſupradictas benedictiones: ſed etiã redemiſti multipliciter ⁊ figuraliter genus humanũ: ⁊ mitigaſti irã tuã. Nã primo figuraſti myſteriũ noſtre redemptionis qñ auertiſti captiuitatẽ Iacob ⁊ filiorum Iſrael ab Egypto. Itẽ figuraliter remiſiſti iniqtatẽ noſtrã: qñ remiſiſti iniqtatẽ plebis tue: qñ fecerunt vitulũ cõflatilẽ ĩ Oreb. Exo. xxxiij. Itẽ multotiens operuiſti pctã eorũ nõ ad penã imputãdo qñ multotiẽs murmurabãt cõtra Moyſen/ imo dediſti eis mãna de celo: ⁊ carnes in abundantia. Exo. xvi. Item mitigaſti ⁊ auertiſti eos ab ira indignationis tue ad ꝑces Moyſi: qñ voluerũt reuerti in Egyptũ. Et qñ immiſiſti ſerpẽtes ignitos/ ⁊ qñ fornicati ſunt cũ Belphegor: ⁊ qñ ꝑ diuerſos iudices liberaſti eos de captiuitate ⁊ perſecutiõe finitimorũ. Sed o̽ia illa miſteria figurabãt miſteriũ incarnationis ⁊ noſtre redemptionis ⁊ recõciliationis. Ergo o deus ſalutaris noſtr conuerte nos ad te: ⁊ auerte iram tuam a nobis: ſicut per illa ſupradicta myſteria figuraſti ⁊ ꝓmiſiſti: qꝛ iam eſt hora ꝙ mitiges iram tuam ⁊ cõuertas nos ad te: qꝛ diu ⁊ per magna tempora fuimus exules ⁊ ſeparati a te.

Nunquid ineternum iraſceris nobis: aut extendes iram tuam a generatione in generationem?

Quaſi dicat. nõ eſt credendũ. Primo ꝓpter tuam bonitatem ⁊ miam. Scdo ꝓpter multiplices ꝓmiſſiões ſupradictas ꝑatribꝰ figuraliter factas. quaſi dicat: iam tempus eſt: vt impleas promiſſiones tuas: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis: ⁊ ſpes noſtra nõ ſit fruſtra ⁊ vana: imo credo ꝙ tu venies ⁊ verificabis oẽs ꝓmiſſiões tuas. Deindẽ cum dicit.

Deus tu cõuerſus viuificabis nos: ⁊ plebs tua letabitur in te.

Oſtende nobis domine miſericordiã tuã: et ſalutare tuum da nobis.

¶ Explicat totũ miſterium noſtre redemptiõis/ ⁊ oẽs fructus ⁊ effectus ⁊ vtilitates eius. ¶ Ad cuius intellectum eſt notandũ: ꝙ ille fructus ꝓhibitus quem comedit Adam/ attulit mundo ſeptẽ maledictiões ⁊ dãna. Primo enim attulit mortem corporalem. Secundo labores ⁊ miſerias ⁊ infirmitates corporales. Tertio mortem anime ⁊ peccatum. Quarto iram ⁊ indignationem dei. Quinto exiliũ ⁊ ſeparationem a deo. Sexto ignorãtiã. Septimo penam eternã. Sed qꝛ ille benedictus fructus ventri virginalis datꝰ eſt nobis in medelã ⁊ antidotũ cõtra venenũ illius cibi ꝓhibiti: ideo totã maledictionẽ Eue in benedictionem mutauit Marie: vt inquit Auguſtinus. Ideo ſicut ille cibꝰ letifer nos infecit: ita per oppoſitum iſte benedictus ⁊ ſalutaris fructus nos refecit: ⁊ ſicut ille nos interfecit ⁊ mortificauit: ita iſte nos viuificauit. Et ſicut ille in omnes miſerias ⁊ infirmitates nos deiecit: ita iſte ab oĩ miſeria reuelauit ⁊ ſanauit. Et ſicut ille iram dei ⁊ indignationẽ cõtra nos cõcitauit: ita iſte irã dei erga nos mitigauit. Item ſicut ille nos a deo ſeparauit: ita iſte nos deo pacificauit ⁊ recõciliauit. Itẽ ſicut ille ĩ totũ genꝰ hũanũ tenebras ignorãtie induxit: ita iſte lumẽ xritatis adduxit. Itẽ ſicut ille nos ſcelere ĩfecit: ⁊ a via deuiauit: ita iſte nos per

nꝫ ſa. ſiat calẽ dñica ſtal.

De cõ ſecrat. d. c. ꝟ. meli. ⁊ xpi. diſſe. abrenuntiãt

⁊ fructus adde mundo attulit ſeptem pctã [illegible]

fructus mundi ꝓ [illegible]



legem euangelicã iuſtificauit. Itẽ ſicut ille nos in perpetuã penã ⁊ in infernũ deſtinauerat ⁊ damnauerat: ita iſte ineternũ nos in celeſti patria: ⁊ gloria beatificauit. Omnia ergo iſta ꝑuidẽs Dauid ĩ ſpũ ideo noĩat ⁊ appellat ⁊ petit iſtũ bñdictũ fructum ſub ſeptẽ noĩbus. ¶ Uñ appellat ipm̃ fructũ ſalutarẽ inquantũ nos ſanauit ⁊ viuificauit a morte: ⁊ appellat ipſum miam: inquantũ nos ab oĩ miſeria releuauit: ⁊ appellat ipſum iuſtitiã/ inquãtũ nos ab omni pctõ iuſtificauit. Et appellat ipſum veritatem/ inquãtũ nos ab omni ignorãtia illuminauit: ⁊ oĩa que erãt ſcripta ĩ lege ⁊ ꝓphetis verificauit. Et appellat ipm̃ benignitatẽ inquantũ irã et indignationẽ dei erga nos mitigauit: ⁊ appellat ipſum pacẽ inquãtũ nos patri recõciliauit: ⁊ nos adinuicẽ ſub vna fide ⁊ charitate in vna eccleſia cõgregauit et ligauit: et appellat ipm̃ gloriã noſtrã inquantum nos in celeſti gloria beatificauit. Et hoc eſt qd̃ intẽdit dicere et petere Dauid in toto reſiduo huiꝰ pſal. Unde ait. O dñe deꝰ pater oſtẽde nobis miſericordiam tuam filium tuũ mittẽdo: per quẽ oſtẽdes miam tuã in mundo ⁊ ſalutare. i. fructũ ſalutis da nobis ad ſanãda vulnera peccatorũ cõtra venenum cibi ꝓhibiti quẽ comedit Adã. Et tunc tu deꝰ cõuerſus ab ira in miam viuificabis nos per iſtum fructũ ſaluiferũ a morte pcti ⁊ a morte corporali/ ⁊ tũc plebs tua a morte peccati viuificata ⁊ ab oĩ miſeria releuata letabitur in te in aduentu filij tui in carnem. Et ideo vt omnia iſta fiant: oſtende nobis miſericordiam ⁊c. Et tunc.

xxiij. q. i. c. niſi bella. ⁊ noli eſti mare.

Audiam quid loquatur in me dñs deus: quoniam loquetur in pacẽ ĩn plebem ſuã. Et ſuper ſanctos ſuos: ⁊ in eos qui cõuertuntur ad cor.

Uerũtñ ꝓpe timentes eum ſalutare ipſiꝰ vt inhabitet gloria in terra noſtra.

¶ Audiam quid loquat̃ dñs meus Ieſus Chriſtꝰ deus incarnatꝰ qñ aſcendet in mõtẽ: ⁊ aperiet os ſuũ: et declarabit mihi legem ⁊ ꝓphetas: vt patet Matth. v. Unde ante non potui audire vocem dñi per ſe: ſed per angelos ⁊ Moyſen ⁊ prophetas: ſꝫ nunc qñ Chriſtus venerit in carnẽ: audiã qd̃ loquatur in me dñs deus per os ſuũ: qm̃ ipſe perſonaliter loquet̃ pacẽ ⁊ redẽptionẽ in plebẽ ſuã per legẽ euangelicã iuſtificantẽ ⁊ deo fideles recõciliantẽ. Uerumtamẽ ſalutare ipſius. ſ. ſalus et redemptio ipſius Chriſti non erit prope ſcribas ⁊ phariſſeos Iudeos cecos et obſtinatos ipſum negantes: ſed erit prope apoſtolos et diſcipulos timentes et ſequentes eum: et ſuper omnes ſanctos ſuos martyres et confeſſores: et ſuper omnes per baptiſmum ſanctificatos/ et in eo omnes tam gentiles quam Iudeos qui conuertũtur ad cor. ſ. qui corde et ore Chriſtum cõfitebuntur deum ⁊ hominẽ ⁊ verũ redẽptorem. quia corde creditur ad iuſtitiã: ore autẽ confeſſio fit ad ſalutem. Ideo omnis qui inuocauerit nomẽ domini ſaluus erit. ad Roma. x. Ideo ſolis iſtis erit fructuoſa Chriſti redẽptio. Et ideo vt Chriſtus qui eſt gloria noſtra/ inhabitat et in terra id eſt humanitate noſtra. ſ. vt ſumendo carnem nos poſſet redimere ⁊ glorificare: vt verus et perfectus redemptor habitaret in nobis ⁊ humanitatẽ noſtra ad redimendum et glorificãdũ/ oẽs virtu

tes ⁊ perfectiones fuerunt in eo cõgregate. Nam

Miſericordia ⁊ veritas obuiauerunt ſibi: iuſtitia ⁊ pax oſculate ſunt.

de pe. di. i. ſ. ecõtrario.

Ueritas de terra orta eſt: et iuſtitia de celo proſpexit.

¶ Huiuſmodi virtutes in Chriſto obuiauerunt ſibi: et pariter oſculate ſunt ⁊ in eo iuncte: puta miſericordia ad remittendũ nobis oĩa peccata: ⁊ releuandũ nos ab omni miſeria corporis ⁊ anime: ⁊ veritas ad tollendã et fugandã noſtrã ignorantiam: ⁊ ad verificandas oẽs ſcripturas: et ad docẽdã legẽ euangelicã. Et fuit in eo iuſtitia ad iuſtificandũ nos ab oĩ pctõ per legẽ euangelicã ⁊ grãm ſacramentorũ: ⁊ fuit in eo pax et charitas ad recõciliandũ cũ deo patre. ¶ Unde nota ꝙ iſta. vij. nomina dicũt idẽ eſſentialiter ⁊ ſubſtãtialiter in deo quia deꝰ eſſentialiter eſt quicquid habet: ⁊ ſic deꝰ eſt ſubſtantialiter ſua ſalus/ et ſua benignitas/ et ſua miſericordia/ et iuſtitia ⁊c. Sꝫ differũt iſta nomina penes modos ſignificãdi ⁊ cõnotandi/ inquantum cõnotãt diſtincta: ⁊ ſignificãt diuerſos effectꝰ in nobis. Unde ipſa diuina eſſentia dicit̃ iuſtitia: inquãtũ tribuit vnicuiqꝫ qd̃ ſuũ eſt: et dicitur mia: inquantũ releuat nos ab omni miſeria: ⁊ remittit nobis debitum. ⁊ ſic de ſingulis. Sed iſte eedẽ ꝑfectiones ſunt cõicate aĩe Chriſti per quandã eminẽtiam ⁊ excellentiã ſuper oẽs creaturas: vt oĩa iſta poſſit diſpenſare mẽbris ſuis per gratiã vnionis tanqꝫ caput eccleſie: vt dictũ eſt. Ideo in ſcriptura qñqꝫ vnum ſumit̃ ꝓ alio: nã veritas ſumit̃ ꝓ iuſtitia: vt pſal. cxviij. Oĩa mandata tua veritas. i. iuſtitia et principiũ verborũ tuorũ veritas. Itẽ Eſa. xxxix. Sicut ego pater filijs notã faciet veritatẽ i. iuſtitiam. Itẽ per veritatem qñqꝫ intelligit̃ mia. vt in eodem capitulo. Neqꝫ mors laudabit te: neqꝫ qui deſcendũt in lacũ expectabũt veritatẽ. i. iuſtitiam tuam. Et ſic ergo idẽ Chriſtus inquantũ deus eſt eſſentialiter miſericordia et iuſtitia ⁊ veritas: et inquantũ homo habet oĩa iſta eminẽter primo habitualiter in anima/ ſecundo per gratiam tanqꝫ caput. et hoc dicit Dauid cum ſubdit. Ueritas de terra orta eſt: id eſt filius dei qui eſt verbũ eternũ et ſapientia ⁊ veritas patris ab eterno genita que ex ore altiſſimi prodijt. Iſta inquã veritas licet ab eterno et ante luciferum ſit genita ⁊ orta ex ore altiſſimi: tamẽ ex tpe orta eſt ſecundũ carnẽ de terra noſtra. ſ. de ventre intemerato virginis Marie q̃ eſt terra noſtra: quia de noſtra humanitate. Nam ſicut iſta veritas eſt genita ante luciferũ ex vtero et memoria fecunda patris ſecundũ diuinitatem: ita poſt luciferũ ex tẽpore orta eſt ⁊ genita iſta veritas ex vtero fecundo matris ſecundũ hũanitatẽ et iſto modo veritas de terra orta eſt. Sed primo et ante iuſtitia que eſt idẽ dei filius/ de celo in terram proſpexit. Et ideo motus miſericordia venit in carnem: vt audiret gemitus compeditorum: et ſolueret filios interemptorum. vt patebit pſalmo cſ. Et ideo ſubdit.

Iꝫ Noĩa iſta ſũt idẽ ⁊c.

Etenim dominus dabit benignitatẽ: ⁊ terra noſtra dabit fructum ſuum.

Iuſtitia ante eũ ambulabit: ⁊ ponet in via greſſus ſuos.

de ꝯ diſ. ii. c. vl. [illegible]

¶ Etenim. ſ. certe per iſtum Jeſum chriſtū dn̄s dabit benignitatē in terra ad mitigādā irā ⁊ indignationē patris: ⁊ ad reddendū ipſum benignum erga genus humanū. ⁊ terra noſtra. i. virgo Maria/ de qua dictū eſt Eſa. xi. Egredietur virga de radice Jeſſe: ⁊ flos de radice ei⁹ aſcēdet. ⁊ ca. xlv. Rorate celi deſuper: ⁊ nubes pluāt iuſtū: aperiatur terra: ⁊ germinet ſaluatorē ⁊c. Jſta inquā terra noſtra dabit fructū ſuū: qm̄ cōcipiet ⁊ pariet illum benedictum fructum: in quo benedicentur oēs gentes. Et tunc iuſtitia ante eū ambulabit. ſ. lex euangelica hominē ꝑfecte iuſtificās: ⁊ hominē iuſtificādo ambulabit ante eū: quia primo ipſe legē euangelicā feret: ⁊ ex cōſequenti apoſtoli per vniuerſum mundum ipſam predicabunt: ⁊ ſic ipſe Chriſtus qui eſt iuſtitia vera: ponet greſſus ſuos in via: quia carnem ſumendo fiet viator in ſimilitudinē hoīm fact⁹ ⁊ habitu inuentus vt homo. Et etiam ipſa lex euangelica in qua cōſiſtit tota noſtra iuſtitia ponet greſſus in via: qm̄ per vniuerſum mundum predicabitur. Ex quibus oībus patet qualiter iſte benedict⁹ fruct⁹ vteri virginalis: in quo cōgregate fuerunt ſeptem ſupradicte perfectiones. ſ. ſalus/ ⁊ mīa/ ⁊ veritas/ et pax/ ⁊ benignitas/ ⁊ iuſtitia/ ⁊ gloria/ totam maledictionē Eue in bn̄dictionē mutauit Marie matris ſue. Et ſic fuit nobis datus in medelā ⁊ antidotum ⁊ remediū cōtra venenū cibi prohibiti: quē Adam comedit. ¶ Sed ad maiorē declarationē eorū que dicta ſunt/ eſt notandum ꝙ licz Chriſtus eſſet verus deus: tn̄ erat ſimul verus et integer hō. Et ideo ſeptē gn̄a perfectionū erant cōſiderāda in illa humanitate aſſumpta ſiue in Chriſto inquantū homo ſic aſſumptus. Nā primo erat in eo cōſiderāda perfectio eſſentialis per quā reponebatur in ſpecie humana: que quidē perfectio dicitur p̄cedere formam. Secūdo cōſiderabantur in eo ꝑfectiones naturales conſequētes formā. ſ. potentie intellectiue ⁊ ſenſitiue ⁊ motiue/ ⁊ cetera q̄ erāt in eo principia operandi. Tertio erāt cōſiderāde perfectiones ⁊ bona gratuita perſonalia: ſicut erāt habitus infuſi: ⁊ dona ſpiritus ſancti. Quarto dona gratifica. ſ. grā ⁊ charitas ⁊ oīa merita. Quinto erant cōſideranda bona deifica: que habebat per gratiam vnionis: per quā ipſi cōicabantur idiomata eorū q̄ ſunt dei: qꝛ dicebatur deus et creator ⁊c. Sexto conſiderabatur in eo gratia capitis: que dicūtur dona ⁊ bona munifica: per quā grām capitis merebatur pro oībus ſuis mēbris/ ⁊ poterat eis cōicare bona ſibi a patre tradita: eo ꝙ vt ſic erat diſpēſator bonorū patris et mediator dei ⁊ hoīm. Septimo erāt ꝯſideranda bona glorie: qꝛ ſimul erat cōprehēſor ⁊ viator. Oīa ergo iſta ſeptē bona erant conſiderāda in illa ſacratiſſima aīa Chriſti a principio ſue creationis. Quantū ergo ad ꝑfectionē eſſentialem nō excedebat aīas aliorū hoīm: vt cōmuniter tenēt doctores: eo ꝙ talis ꝑfectio eſt vnica cōſiſtens in quodā indiuiſibili. Un̄ ſi aliqua ꝑfectio eſſentialis adderetur alicui forme/ faceret eā variare ſpeciem: qꝛ ſpecies ſunt ſicut numeri. octauo Metaphyſice. Sed quo ad perfectiones naturales ꝯſequētes formā/ aīa xp̄i erat nobilior ⁊ perfectior oī alia aīa in ſpecie humana: ⁊ etiā quo ad nobilitatē corporis: eo ꝙ habuit corpus encraton temperatiſſimū ⁊ nobiliſſime complexionis ſcd̄m oēs doctores. ⁊ ſic operationes ei⁹ naturales ⁊ aīales erāt in ſummo gradu ꝑfectionis. Et

J xp̄s deus ⁊ hō in cui⁹ hūanitate ſeptem ꝑfectiones.

ſecundū has naturales ꝑfectiōes cōſequētes formam: licet eſſet nobilior omni aliā aīa/ tn̄ non erat incōueniēs ꝙ eſſet inferior angelis. Sed in bonis gratuitis ⁊ gratificis ⁊ in gratia vnionis et capitis ⁊ in bonis glorie Chriſt⁹ erat nobilior ⁊ perfectior oībus angelis ⁊ oī creatura: qꝛ nulla creatura vt ſic ſibi valuit comparari: maxime in bonis que proueniunt ipſi ex gratia vnionis per quam dicitur deus: ⁊ filius naturalis dei patris: ⁊ heres patris ⁊ inſtrumentū deitatis in miraculis faciendis: ⁊ mediator dei ⁊ hoīm ⁊ caput eccleſie: ⁊ ſic potuit mereri pro oībus ſuis mēbris ⁊ cōicare eis bona ſua. Et vt ſic fuit neceſſe: vt in eo cōgregarentur oīa ſeptē bona in hoc pſalmo memorata. ſ. ſalus/ vt oēs poſſet ſaluare ⁊ a morte viuificare: ⁊ mīa: vt oēs poſſet ab omni miſeria releuare: ⁊ iuſtitia vt poſſet iuſtificare: ⁊ pax vt nos deo recōciliaret: ⁊ benignitas: vt irā ⁊ indignationē dei mitigaret: ⁊ a nobis auerteret: et veritas: vt noſtras tenebras ignorantie fugaret: ⁊ oīa ſcripta in lege ⁊ ꝓphetis verificaret ⁊ adimpleret: ⁊ eſſet in eo gloria: vt nos glorificaret. ⁊ ideo qꝛ Chriſtus non ſoluz adeptus eſt oīa iſta per ſe: ſed etiā vt poſſet nobis ea cōicare: ideo in hoc pſal. dicitur Salus noſtra ⁊ iuſtitia ⁊ pax ⁊ gloria noſtra ⁊c. Et per eandem rōnem virgo Maria q̄ hunc ſacratiſſimum ⁊ benedictū fructum germinauit dicitur terra noſtra in hoc pſalmo: qui quidē fruct⁹ in ſe continet ſeptem ſupradicta ſalubria bona cōtra venenū cibi prohibiti ipſius Adam. ⁊ hec eſt cauſa quare Chriſtus reliquit nobis ſeipſum ſub forma panis in cibum ad reſtaurāda bona que perdidimus in Adā/ ⁊ in ſupplemētū ligni vite terreſtris paradiſi ꝑut patebit pſal. cx. ¶ Sz ex ſupradictis poſſet inſurgere quoddā dubium. Nā licet quinqꝫ ſupradictarū perfectionū. ſ. ſalus/ benignitas/ pax/ veritas/ ⁊ gloria ſint eſſentialiter in deo: ⁊ ſe cōpatiantur adinuicē in ipſo: cū ſint idē qđ diuina eſſentia: ⁊ iſta eadē quinqꝫ ſint i Chriſto homine formaliter ⁊ per ſingularē eminentiā ⁊ excellentiā ⁊ munificentiam: vt dictum eſt: tn̄ iſta duo reliqua. ſ. iuſtitia ⁊ miſericordia nullo modo ſe inuicem valent cōpati eſſentialiter in deo: nec eminenter ⁊ munifice in Chriſto hoīe: cū ſint adinuicem contraria: qđ probatur. Nam iuſtitia dicit/ nullum malū impunitū: ſed mīa remittit omne debitū/ ⁊ releuat ab omni miſeria. ergo nō poſſunt in eodē ſimul ſtare. Naz ſi deus remitteret omne debitum per mīam: ergo nullū malū puniret per iuſtitiā: ⁊ ſic iuſtitia maneret leſa in deo. Et ſi deus puniret omne malū ꝑ iuſtitiā: ⁊ ſic nullū debitū remitteret: ⁊ ſic nulla eſſet i eo mīa: ⁊ ſic eſt dicendū de Chriſto hoīe. ergo ſequitur ꝙ iſta duo nō ſe cōpatiuntur ſimul in deo: nec in Chriſto hoīe ſimul cū alijs quinqꝫ ꝑfectionibus et bonis ſupradictis. Jn oppoſitum autem ē veritas ꝓphetica hui⁹ pſal. q̄ exuperat oēm ſenſuz ⁊ curioſitatē humanā. Ad hoc cōiter rn̄detur: ꝙ iſta duo per quandā remiſſionē ⁊ temperantiā ſunt ſimul in deo: inquātū deus punit citra condignū/ ⁊ premiat vltra. Et ſic mīa temperat iuſtitiam ⁊c. Sed licz hec poſſit pie ſuſtineri: tamē non ſatiſfacit totaliter: nec attingit myſterium diuine mīe ⁊ iuſtitie in paſſione Chriſti oſtenſum ⁊ operatum: vbi nulla pars iuſtitie leditur: nec pars miſericordie minuitur: ſed vtraqꝫ manet integra ⁊ illeſa. Unde eſt aduertendum ꝙ reſpectu noſtri nunq̄ iuſtitia dei poſ-

Nota.

Nota quō iuſtitia ⁊ mīa ī deo.

ſet ſimul eſſe integra cū mīa: nec ecōuerſo. Nā nullus poſſet ſatiſfacere nec reddere debitū pro vno peccato in quacunqꝫ pena cum peccauerit contra deum infinitum: vt patet Matt. xviij. de illo q̄ debebat decem milia talentorū. ergo cum in tali non poſſet fieri mīa abſqꝫ leſione iuſtitie: oportuit vt Chriſtus incarnaretur ⁊ pateretur ⁊ puniretur pro illo/ vt redderet ⁊ ſolueret pretium infinitū ꝓ illo debito infinito: vt iuſtitia maneret illeſa ⁊ integra ⁊ mīa haberet locū ſuū. Cui⁹ paſſiōis pretiū ⁊ meritū fuit infinitū rōne gratie vniōis/ ⁊ Chriſti innocētie ⁊ puritatis: vt dictū eſt pſal. xvij. Et ideo potuit in infinitū ſatiſfacere ꝓ pctīs oīm noſtrū: etiā ſi de⁹ crearet mille mūdos: qꝛ dn̄s poſuit in Chriſto pctā ⁊ iniq̄tates oīm noſtrū quo ad penā ⁊ punitionē: ⁊ ꝓpter ſcelus totius populi ꝑcuſſit eum. Eſa. liij. Jō pctā oīm noſtrū fuerunt in eo punita: cui⁹ liuore ſanati ſumus. Et ſic Chriſt⁹ eo ꝙ de⁹ et homo/ ⁊ nunq̄ nouit pctm̄: factus eſt cōgruū ſacrificiū ⁊ ſufficiēs pretiū ꝓ omni pctō: ⁊ ad ſoluēdū ꝓ omni debito. Jtaqꝫ ſicut eſt caput ⁊ metrū ⁊ mēſura ⁊ fons oīm grār̄ ⁊ pelagus oīm meritorū: Jta eſt ſubiectū iuſtitie ⁊ punitionis oīm pctōrū: inquātū oīa nr̄a pctā fuerūt in eo punita: ⁊ nos ꝑ ipm̄: ⁊ in ipō ſoluim⁹ oīa nr̄a debita: ⁊ ſic oēs ſumus in eo iuſtificati. Jtaqꝫ qn̄cūqꝫ aliq̄s efficitur particeps paſſionis Chriſti ꝑ baptiſmū aut pn̄iam: tunc pctā eius ſunt ꝑfecte ⁊ integre punita in Chriſto: qꝛ vt ſic Chriſtus cōicat pctōri baptizato ⁊ penitēti merita ſue paſſionis: immo Chriſt⁹ offert patri ſuam paſſionē in p̄tiū ⁊ vindictā pcti ⁊ debiti cuiuſcūqꝫ pctōris. ⁊ ſic mīa habet locū ſuū iuſtitia manente illeſa. Fit enī mīa cū peccatore inquātū ipſi remittitur pena ⁊ debitū infinitū: ⁊ fit iuſtitia inquantū pctm̄ illi⁹ nō manet impunitū: cū puniatur in Chriſto/ cuius paſſionē ⁊ merita participat pctōr ꝑ baptiſmū aut pn̄iam/ ſine cui⁹ paſſionis virtute nulla pn̄ia nec ſacramentū eſſet validū nec ſufficiens ad delendū pctā: nec ad ſatiſfaciendū ꝓ debito. ⁊ ponitur exēplū de anulo aureo. Nā anullus aureus vnius vncie nō eſt ſufficiēs pretiū ad redimendū vnū captiuū: ſed ſi incelet ipſi lapis p̄cioſus. ſ. carbūculus ⁊c. nō ſolū eſt ſufficiēs ad redimēdū vnū hoīem: ſed etiā decē: immo eſt ſufficiēs ad emēdaz vnā ciuitatē: nō rōne auri: ſz rōne lapidis precioſi in eo celati. Jtā ergo pariter licz magna pena alicuius nō ſit ſufficiēs ad ſoluendū nec ſatiſfaciendū ꝓ pctō ⁊ debito illius: tn̄ ſi addatur paſſio Chriſti ꝑ ſacramētū pn̄ie: nō ſolū eſt ſufficiēs illa pn̄ia ad ſoluendū pro vno pctō: ſed ꝓ infinitis rōne infiniti pretij paſſionis Chriſti: quā participat pn̄ia ſacramētalis in effectu vel in voto. Et hec eſt cauſa quare dicit Augu. ſuꝑ Joannē. ꝙ plus eſt facere de impio piū: q̄ creare celū et terrā. qđ nō ſolū eſt intelligēdū: qꝛ reperitur obex ad gratiam in pctōre: vt cōiter dicitur: ſed qꝛ de⁹ i creando celū ⁊ terrā nil poſuit de ſuo: niſi ſolā ſimilitudinē: qꝛ ſolo v̄bo dixit: ⁊ facta ſunt oīa: ſed deus nō iuſtificat peccatorē quin ponat aliq̄d de ſuo. ſ. ſanguinē ⁊ paſſionez quā fili⁹ offert patri ꝓ illo pctōre iuſtificato: quaz pater acceptat in pretiū ꝓ debito illius: ⁊ ſic patet ꝙ maioris pretij eſt iuſtificatio impij: q̄ creatio celi ⁊ terre: licz ſit equalis potentie/ vt inquit Augu. ⁊ Ambroſius. Ex q̄bus oībus patet qualiter ꝓpter paſſionē Chriſti ſumma mīa habet locū in deo cuz

... ria pro pctīs.

exēplificatio.

ſumma iuſtitia: ⁊ ecōuerſo. qꝛ licet remittatur penitenti omne debitū/ tn̄ pctm̄ eius nō manet impunitum: nec debitū ſatiſfactū in eo: vel in Chriſto: ꝑut magis declarabitur pſalmo. cij.

INclina domine aurem tuam et exaudi me: quoniaz inops ⁊ pauper ſum ego. xv. diſt. c. ſctā roma. oratio dauid

Cuſtodi animā meā quoniā ſanctus ſum: ſaluum fac ſeruum tuum deus meus ſperantem in te.

Miſerere mei dn̄e qm̄ ad te clamaui tota die: letifica animā ſerui tui qm̄ ad te domine animam meam leuaui. xi. q. ij. ca. cuſtodi.

Qm̄ tu dn̄e ſuauis ⁊ mitis: ⁊ multe miſericordie omnibus inuocantibus te.

Auribus percipe orationem meam: ⁊ intēde voci deprecationis mee. ioelis. ij. c. xi. qō. iij. ad mēſam.

Jn die tribulationis mee clamaui ad te: quia exaudiſti me.

¶ Titul⁹ oratio Dauid. Ex titulo apparet ꝙ dauid fecit hūc pſal. in quo aliq̄d petit. Un̄ dicūt Hebrei ꝙ Dauid fecit hūc pſalmū duz eſſet in ꝑſecutione Saulis: i quo petit liberari ab eo. ⁊ ſic exponūt literaliter hūc pſalmū: ⁊ q̄dā catholici ſequuntur eos: ſz talis expoſitio eſt inutilis ⁊ inanis: ⁊ faciens iniuriā ipſi ꝓphete: cum nō ſit minus ꝓpheta in hoc pſal. q̄ in ceteris. ¶ Et ideo eſt dicendū ꝙ licet forſan illa ꝑſecutio fuerit cā occaſionalis quare Dauid fecit hūc pſal. ⁊ multos alios: inquātū ibi Dauid p̄uidit in ſpū myſteriuz paſſionis Chriſti ⁊ reſurrectionis ⁊ exaltatiōis regni ei⁹: tn̄ principalis intētio ꝓphete eſt predicere in hac orōne totū myſteriū ⁊ diſcurſum cuiuſdā oratiōis: quā Chriſt⁹ fecit in nocte ſue paſſiōis anteq̄ caperetur: quā recitat Joannes euāgeli. ca. xvij. vbi orat primo ꝓ ſua reſurrectione. Scd̄o ꝓ aplīs ⁊ diſcipulis. Tertio pro pplō gētili q̄ erāt ad fidē ꝯuertēdus. Un̄ ſi q̄s pie ⁊ catholice velit cōtēplari totū illud capitulum/ ⁊ pſalmū iſtū: videbit totā illā orationē Chriſti eſſe depictā in iſto pſal. ⁊ ecōuerſo. Nām illud idē v̄bū dei fili⁹ q̄ ꝑ os Dauid ꝓtulit iſtū pſal. ipſe idē xp̄s incarnat⁹ ꝑ os ꝓpriū orauit ad patrē eādē orationē referendo an̄ paſſionē cū dixit. Clarifica me pater. vt ptz in capitulo Jo. preallegato. Nā ibi ſicut Chriſt⁹ primo petit clarificari ꝑ reſurrectionē/ cū dicit. Clarifica filiū tuū. Scd̄o orat ꝓ aplīs ⁊ diſcipulis: qn̄ dicit. Ego ꝓ illis rogo quos dediſti mihi. Tertio orat ꝓ pplō gētili q̄ erat ad fidē vētur⁹. cū dicit. Nō ꝓ eis rogo tm̄: ſed ꝓ eis q̄ credituri ſunt per verbū eorū in me ⁊c. Quarto reprobat incredulos cū dicit. Mūdus te non cognouit. Jta pariter ergo eundē modū tenet Dauid in hac oratione cū nil aliud ſit iſte pſal. ad literā niſi ꝓphetia illi⁹ orationis. Quinqꝫ ergo facit Chriſtus introductus ad loquēdū in hoc pſal. Nā primo petit a patre reſurrectionē ꝓ ſe ⁊ pro ſuis: orādo primo ꝓ aplīs ⁊ diſcipulis. ſcd̄o ꝓ pplō gētili. tertio ꝓmittit grās agere in ꝑſona toti⁹ pplī chriſtiani ex Judeis ⁊ gētibus cōgregati. quarto reprobat pplm incredulū Judeorū. quinto petit imperiū ⁊ iudiciariā ptātez

R

Materia p̄i.

ad retribuendū vnicuiꝗ ſm opera ſua. Scđm ibi. Nō ē ſil'is tui in diis dñe. Tertiū ibi. Cōfitebor tibi Quartū ibi. Deus iniqui inſurrexerūt. Quintū ibi Reſpice in me. ¶ Quantū ad primū dicit Augu. ꝙ in hoc pſal. loquit̄ totꝰ Chriſtus deus ⁊ hō. Naz vt ait. Nō ibi caro ſola erat: ſed caro ⁊ aīa verbum/⁊ totū hoc vnus filius dei: vnus Chriſtꝰ ⁊ vnꝰ ſaluator/in forma dei equalis patri: in forma ſerui caput eccleſie: ⁊ ſic ptz ꝙ in hoc pſal. loquit̄ in forma ſerui: ⁊ inquātū homo caput eccl'ie: ⁊ nō inquātuz perſona priuata tm̄: ſed inquātū pſona cōis. Et loquit̄ ⁊ orat ꝓ mēbris ſuis in ſe myſtice vnitis: ⁊ ſic licet videatur orare ꝓ ſe: tñ ꝓ ſuis mēbris orat: eo ꝙ cōicant̄ idiomata vt ſepe dictū eſt. Et hoc maxime manifeſtat Chriſtꝰ in orōne preallegata quā fecit Jo. xvij. ca. vbi ſe ſctificat in mēbris: ⁊ mēbra in ſe/vt ptz cōtēplanti ⁊ intuēti totū illud capitulū: qđ quidē capitulū nil aliud eſt niſi declaratio huius pſal. ad literaz. Et iſte pſal. nil aliud eſt niſi ꝓphetia illiꝰ capituli vt dictū eſt. Dicit ergo Chriſtꝰ caput ⁊ mēbra: ſiue in pſona mēbroꝝ caput: caput dico ⁊ ſacerdos: ⁊ orat ad patrē dicēs. O dñe inclina aurē tuā acceptādo paſſionē meā: ⁊ exaudi me pro mēbris meis/qm̄ ego ſimul cuz eis inops ſine auxilio ⁊ pauper ſum. Et cuſtodi aīam meā. i. apoſtolos ⁊ diſcipulos meos: quos ex Judeis elegit qm̄ ſanctus ſum. i. eos in me ſanctificaui: ⁊ me in eis. Itē ſum ſanctꝰ cū eis: q: innocens ⁊ non reus mortis: ⁊ ideo ſaluū fac ſeruū tuū ſperantē in te: ſ3 ſeruū dico nō caput ſolū: ſed caput ⁊ mēbra: vt ſalues me per reſurrectionē: vt ſim primitie reſurrectionis: ⁊ poſſim meis reſurrectionē cōicare. quaſi dicat. Clarifica me pr̄ vt filiꝰ tuus clarificet te: ⁊ ſerua eos quos dediſti mihi: ⁊ ſctifica eos in veritate: q: ꝓ eis ſanctifico meipm̄: vt ⁊ ipſi ſint ſctificati in veritate. ergo miſerere mei domine: qm̄ ad te clamaui tota die: ⁊ letifica animā ſerui tui. i. clarifica filiū tuū ꝑ reſurrectionē: q: ad te aīam meaz leuaui. i. q: ſemꝑ in te ſperaui: ⁊ expectaui a te clarificari ꝑ reſurrectionē: qm̄ tu dñe ſuauis. i. benignꝰ ⁊ mitis. i. manſuetꝰ ⁊ multe mīe omnibꝰ inuocantibꝰ te. Ergo dñe ꝑcipe orōnē meā auribꝰ benignis: ⁊ intēde cum effectu voci deprecatiōis mee: qm̄ in die tribulationis. id eſt paſſiōis ⁊ ꝑſecutiōis mee clamaui ad te dñ oraui in menſa pro diſcipulis et fidelibus meis ⁊ in horto/⁊ in cruce: et ideo exaudiſti me. Et nota ꝙ ly q: preponitur toti orationi: vt ſit ſenſus: quia in die tribulationis clamaui ad te: ideo ſupple tu exaudiſti me. ⁊ hoc dicit: q: ſemper Chriſtus fuit exauditus pro ſua reuerētia: vt ſepius dictum eſt pſal. xx. ⁊ xxi.

De pe. diſ. ſ. §. cōtrio. xcij. di. ca. i. in glo.

**Non eſt ſimilis tui in diis domine: ⁊ nō eſt ſecundum opera tua.**

**Omnes gentes quaſcunꝗ feciſti venient ⁊ adorabunt coraz te domine: ⁊ glorificabūt nomen tuum.**

¶ Hic orat ꝓ populo gentili qui erat ad fidē venturus/dicens. O pater quia in diis gentium non eſt aliquis ſimilis tibi/nec aliquis eorum ſic potens ſecundum opera tua: ideo oēs gentes quaſcunꝗ feciſti relictis idolis ſuis venient ad eccleſiam tuam: et adorabunt coram te. i. tibi afferēt ſacrificia: et adorabunt te adoratione latrie: ⁊ glorificabunt nomen tuum. i. confitebuntur te eſſe verum deum omniū creatorem: ⁊ filium tuum Jeſuz Chriſtum eſſe verum meſſiam/qñ videbunt eum ſuper naturā opera mirabilia ⁊ miracula facientē: ⁊ ſic vidētes non eſſe ſimilē tui in diis ſuis: nec eſſe aliquem potentē ſm opera ſua: ⁊ ꝗ faciet filius tuus: ⁊ fient in noīe Jeſu ꝑ apoſtolos ⁊ diſcipulos meos: tunc oēs gentes quaſcunꝗ feciſti veniēt ⁊ adorabunt coram te ⁊c. Unde nota ꝙ licet hic iſta locutio. ſ. gentes veniēt: ponatur in futuro indicatiui: tñ ponitur pro optatiuo: eo qđ Judei non habent optatiuum: ſed ponunt futurum indicatiui ꝓ optatiuo: ⁊ ideo litera Hieronymi habet. Oēs gentes quaſcunꝗ feciſti veniant et adorent coram te. Ex quo patet qđ hic Chriſtus orat pro populo gentili ſicut orauit Jo. xvij. cū dixit: Nō pro eis. i. non pro apl'is rogo tātum: ſed et pro eis qui credituri ſunt per verbum eorum in me: vt oēs vnū ſint: ſicut tu pater in me: et ego in te: vt ipſi in nobis vnū ſint: Ex quo patet: qđ tam hic ꝗ ibi Chriſtus rogat pro ppl'o gentili vt veniat ad fidem: vt ſimul ex apl'is ⁊ Judeis/⁊ cōuerſis ex populo gētili fiat vnuz corpus cum capite Chriſto: ⁊ ſic fiant vnū cū patre et ſpiritu ſancto: vt dictum eſt ſupra pſalmo octogeſimo primo. Deinde cum dicit.

**Quoniam magnus es tu ⁊ faciens mirabilia: tu es deus ſolus.**

**Deduc me domine in via tua ⁊ ingrediar in veritate tua: letetur cor meum vt timeat nomen tuum.**

De ſcđo. ſi aūt ſermo. de pe. diſt. ij. alij cā.

¶ Orat patrem vt conſeruet ⁊ dirigat in lege euāgelica hunc pplm̄ chriſtianū ex Judeis ⁊ gentilibus congregatum. Ideo dicit. O pater qm̄ magnꝰ es tu in potentia/⁊ faciens mirabilia ⁊ miracula: ⁊ tu es deus ſolus ī eſſe ⁊ ſubſtantia: quoniam dij gentium ſunt falſi: ideo deduc me in via tua. i. in lege euangelica: que eſt via in patriam: ⁊ ego ingrediar ducatu tuo in veritate tua: quia lex euāgelica dicitur veritas reſpectu leg. vet. que fuit imago et figura no. teſta. quaſi dicat. da mihi pro eis legem euangelicam/⁊ videbo veritatem ſacramentorū: ꝗ in lege Moyſi fuerunt in figura: vt letet̄ cor meuz accipiendo fructus ſacramentorum: quibus expecto iuſtificari in membris meis vt timeat cor meū id eſt corpꝰ meū eccleſiaſticū nomē tuū: non timore ſeruili ſicut in lege Moyſi: ſed timore filiali: q: illa lex timebat te formidine pene: iſta vero timet deuz virtutis amore: ideo iuſtificat ⁊ letificat cor: ⁊ hoc eſt quod petit in perſona totius eccleſie.

**Confitebor tibi domine deus meus in toto corde meo: et glorificabo nomen tuum in eternum.**

**Quia miſericordia tua magna eſt ſuper me: et eruiſti animam meam ex inferno inferiori.**

¶ Hic promittit ſe acturum gratias pro beneficio reſurrectionis primo in perſona ſui: ⁊ ex conſequēti in perſona totius corporis myſtici. Unde dicit. Ergo confitebor tibi in toto corde meo: non in ſacrificijs ⁊ holocauſtis animalium brutorum: ſed ſpiritu humiliato ⁊ aīo ꝯtrito cultu vere latrie glorificabo nomē tuū in eternū ſepties in die. Et hoc gratias agēdo ꝓ beneficio redēptionis: q: magna eſt mīa tua ſuper me. i. ex magna tua miſericordia eruiſti aīam meā ab inferno inferiori me reſuſcitādo: primo in capite: ſcđo in mēbris: q: ſanctos patres etiā liberaſti de inferno inferiori: quos mecū contrari de limbo/⁊ in celo collocaui: ⁊ nō ſolum illos: ſed etiā totum genus humanū liberaſti ex inferno inferiori per meam mortem ⁊ paſſionem: ⁊ eccleſiaſtica ſacramenta.

**Deus iniqui inſurrexerunt ſuper me: et ſynagoga potentium queſierunt animam meam ⁊ non propoſuerunt te in conſpectu ſuo.**

**Et tu domine deꝰ miſerator ⁊ miſericors: patiens et multe miſericordie et verax.**

¶ Iterū cōfitebor tibi o deꝰ: qm̄ iniq Judei inſurrexerūt ſup me: ⁊ ꝗſierūt aīam meā in ſynagoga. i. in cōgregatione potētiū. ſ. principū ſacerdotū ſcribarū/⁊ phariſeorū: Et nō ꝓpoſuerūt te in ꝯſpectu ſuo. i. nō habuerūt deū pre oculis: immo inuidia ⁊ malitia occecati ſine cauſa me ad mortē ꝯdēnauerunt Sed tu dñe deus miſerator ⁊ miſericors ⁊ patiens ⁊ deꝰ multe mīe fuiſti verax in ꝓmiſſis tuis: q: me ab inferis reſuſcitaſti: ⁊ ſic ſemꝑ cōfitebor tibi ⁊c. quaſi dicat: grās tibi ago: qm̄ Judei iniqui inſurrexerunt cōtra me: ⁊ tota ſynagoga ſacerdotum: eo ꝙ ꝗſierunt aīam meā ꝑ mortē ⁊ paſſionē: tñ tu miſericors ⁊ verax me reſuſcitaſti. Nota ꝙ filius appellat patrē veracem: eo ꝙ impleuit ꝓmiſſa ⁊ vaticinia ꝓphetarū per aduentū ⁊ paſſionem ⁊ reſurrectionem Chriſti.

**Reſpice in me ⁊ miſerere mei: da imperiū tuum puero tuo: et ſaluum fac filium ancille tue.**

**Fac mecum ſignum in bonum: vt videant qui oderunt me ⁊ confundantur: qm̄ tu dñe adiuuiſti me ⁊ conſolatus es me.**

¶ Poſtꝗ egit gratias de beneficio reſurrectiōis: hic petit a patre imperiū ⁊ iudiciariā poteſtatez ſibi debitā ⁊ ꝓmiſſam: ⁊ dicit. ꝓpitꝗ tu es miſericors ⁊ verax reſpice in me ⁊ miſerere mei ꝯferēdo imperiū ⁊ regnū vniuerſale puero tuo ⁊ filio Chriſto: ſicut ꝓmiſiſti. ij. Reg. vij. qñ dixiſti. Stabiliā regnū eiꝰ in ſempiternū. Et ſaluū fac me filiū ancille tue Marie: ⁊ ſaluū fac populū chriſtianū filiuz eccl'ie ancille tue fonte baptiſmatis regeneratū: ⁊ ſalua ipſum ꝑ meā paſſionē ⁊ reſurrectionē: ⁊ ſacramentorū ſuſceptionē. ⁊ fac mecū ſignū in bonū i. fac vt impleat̄ in me ſignū Jone ꝓphete. Naz ſicut Jonas ꝓpheta poſt triduū exiuit illeſus de vētre cete: ita ergo reſurgā tertia die a mortuis de ſepulcro ⁊ corde terre: vt Judei ꝗ oderūt me videāt me reſurrexiſſe. ⁊ cōfundant̄ videntes ſe illuſos ⁊ fruſtratos a deſiderio ſuo: ⁊ cognoſcāt: qm̄ tu dñe adiuuiſti me: ⁊ cōſolatus es me ꝑ glorioſam reſurrectionē ⁊ aſcēſionē. Et nota ꝙ multipliciter Chriſtus petit ſignū: ſicut fuit impletū in ſua paſſione: ⁊ obſcuratus fuit ſol: ⁊ tenebre facte ſunt ſup vniuerſalē terrā ⁊c. In ſua reſurrectiōe factū ē ſignuz bonū: Nā terremotus factus eſt magnus: ⁊ angelus dñi deſcēdit de celo: ⁊ reuoluit lapidē: ⁊ nūciauit reſurrectionē mulieribus. Et ipſemet Chriſtꝰ totiēs apparuit apl'is: ⁊ oſtendit eis cicatrices: et corā eis aſcēdit in celū: ⁊ miſit ſpm̄ ſanctū viſibiliter in eos in die pētec. Judeis audiētibꝰ tonitrua ⁊ fulgura: ⁊ vidētibꝰ linguas igneas. Et etiā apl'i fecerūt multa ſigna ⁊ miracula in illa die in virtute nois Chriſti corā eis: ⁊ ſic manſerūt cōfuſi. et ſic apl'i ꝑfecti ſunt ꝑdicando fidē Chriſti vbiꝗ Chriſto cooperante ⁊ ſermonē cōfirmante ſequētibus ſignis. Etiā iſte xſus pōt referri ad diē iudicij/qñ veniet Chriſtꝰ in poteſtate magnas ⁊ maieſtate: et apparebit ſignū filij hoīs in celo. ſ. crux vbi fuerat crucifixus. qđ ſignū erit in bonū ⁊ in gloriā fideliū ⁊ terrorē malorū: q: videbūt in quē cōfixerunt. Et ſic cōfundent̄ Judei: ⁊ cognoſcēt Chriſtū fuiſſe verum meſſiā: ⁊ a mortuis reſurrexiſſe: ⁊ cognoſcent ipſum eſſe iudicē bonorū ⁊ malorū. Hoc idem pōt dicere vnuſquiſꝗ fidelis in perſona ſui: et petere a deo ſignuz ſalutis cōtra inimicos viſibiles ⁊ inuiſibiles. Unde dicit. O pater ſaluum fac filiū ancille tue. ſ. eccl'ie: ⁊ fac ſignū mecum ſalutaris crucis in fonte baptiſmi/in quo debeo ſaluari: vt diaboli qui oderunt me: ⁊ ceteri inimici videant tale ſignū in me: ⁊ cōfundant̄ ⁊ fugiant/⁊ non noceant mihi: ⁊ cognoſcāt qm̄ tu dñe adiuuiſti me ab eis liberando: ⁊ conſolatus es me gratiam conferendo. Ex ſupradictis patet qualiter eſt valde attendendum in iſto pſal. qñ Chriſtus orat pro ſuis. et ideo attendat lector qño cummunicantur idiomata ratione vnitatis capitis ad membra: et ecōuerſo. Et qño iſte pſal. eſt literaliter ꝓphetia illiꝰ orationis quam Chriſtus fecit ꝓ ſuis fidelibus et membris Joā. xvij. Ex toto iſto pſal. cōcluditur ꝙ ſynagoga reprobata populus gentilis debebat colere ⁊ adorare nomen domini dei Iſrael.

fidelis petat ſignū ſalutis.

**Fundamenta eius in montibus ſanctis: diligit dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Jacob.**

De ele. c. fundamēta lib. vi.

¶ Titulꝰ. Filijs Chore pſal. cātici. Ex titulo apparet ꝙ iſte pſal. cantabat̄ voce humana ſoluz cū inſtrumēto muſico: ⁊ hoc ꝓpter myſteriū in eo ꝯtentum: ⁊ ideo datus eſt filijs Chore ad cantandū: per quos figurabat̄ eccl'ia ex gētibus ꝯgregata: vt pluries dictū eſt. Sed licet auctor huiꝰ pſal. nō exprimetur in hoc titulo: tñ Hieronymꝰ in epl'a ad Dardanū videt̄ affirmare Dauid feciſſe iſtum pſal. vbi dicit. Dauid ī alio pſal. Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei. et iterum. Diligit dñs portas Sion ⁊c. Itē in ſermone de aſſumptione ait. Uñ et Dauid. Et hō natus eſt in ea: ⁊ ipſe fundauit eā altiſſimꝰ. Ex quo ptz ꝙ Dauid fecit hūc pſalmū: ⁊ dedit ipm cantandū filijs Chore: eo ꝙ ceteris erant intelligētia ſublimiores nō ſolūmodo ad cantādū: ſed etiā ad interpretandum ppl'o/⁊ explicandū mentē prophete de myſterijs futuris, contentis in hoc pſal. et in ceteris: prout eis erat poſſibile pro illo ſtatu: Et hec eſt cauſa quare pſal. intitulati filijs Chore ſunt altioris ⁊ ꝓfundioris intelligētie ꝗ ceteri: vt inꝗt Hieronymꝰ: q: quaſi oēs loquunt̄ de dignitate ⁊ felicitate eccl'ie pro maiori parte ex gentibus

cōgregate. ¶ Ad cui⁹ intellectū/relictis figmētis
L Eccl'ie felici tatē ꝑuidit dauid. — ⁊ fatuitatibus Judeoꝝ/eſt primo notandū ꝙ Da-
uid multipliciter ꝑuidit in ſpū felicitatē ⁊ pſperi
tatē eccleſie Chriſti. Nā vt legit. ij. Reg. ca. vltio.
poſtꝙ dn̄s miſerat peſtilentiam a Dan vſqȝ Berſa-
bee: angel⁹ dn̄i apparuit ipſi Dauid ſuper areā Je-
buſei: q̄ erat ſupra quendā monticulū q̄ dicebatur
Moria: q̄ ꝑcepit Dauid: vt ibi cōſtrueret dn̄o alta
re: ⁊ ſic ceſſauit plaga. Jn quo loco precepit Dauid
Salomoni edificare tēplū dn̄o ſm̄ exemplar ⁊ de-
ſcriptionē ſibi traditā a ſpū ſctō: in quo exēplari
cognouit Dauid multa myſteria de futuris. Jn q̄
edificio ⁊ exēplari ſeptē myſteria ⁊ dignitates pre
uidit Dauid in ſpū de eccleſia ⁊ ciuitate dei ꝑ Chri
ſtū edificāda. Naȝ primo preuidit ꝙ eccl'ia Chriſti
erat edificanda in populo gentili: eo ꝙ tēplū Sa-
lomonis ꝑ qḋ figurabat̃ eccleſia Chriſti fuit edifi
catū in ꝑdio ſiue poſſeſſione illius hoīs gentilis.
Scḋo ꝙ eccl'ia Chriſti ex parua erat ī magnū am-
plianda: eo ꝙ Salomon vt ambiret tēplū intra ci
uitatē habuit eā dilatare ⁊ ampliare muro maio-
ri. Tertio ꝑuidit ꝙ null⁹ poterat ſaluari a morte
peccati niſi ꝑ eccleſiam dei ⁊ eius ſacrā: eo ꝙ ilico
poſt ꝯſtructionē altaris in illa area ceſſauit peſti
lētia. Quarto preuidit ꝙ myſterium incarnatiōis
erat operādū in illa eccleſia Chriſti. Quinto ꝑui-
dit ꝙ illa eccleſia erat edificāda ꝑ cōuerſos de po
pulo gētili. Sexto preuidit magnā proſperitatē ⁊
letitiā illius eccleſie. Hoc idē ꝑuidit ⁊ intellexit in
Nota. — exemplari ⁊ deſcriptiōe tēpli ſibi tradita a ſpū ſan
cto: vt ptȝ ꝑmi Paralipo. xxviij. ¶ Scḋo eſt notā
dū ꝙ oēs iſte reuelatiōes facte ſunt ipſi Dauid in
domo ſua quā ꝯſtruxerat in mōte Siō: in qua do-
mo faciebat pſal. dū erat in quiete ⁊ ꝯtemplatiōe:
maxime poſtꝙ quieuit a bellis ⁊ negotijs: q2 tunc
dedit operā ad ampliandū cultū diuinū: ⁊ ad cōdē
dos pſal. Unde dicunt/ꝙ Dauid ex parte noctis
erat in cōtemplatione myſterioꝝ dei: ⁊ ſic in tali
cōtemplatione opprimebat̃ ſomno: ⁊ ventus ītra-
bat a parte aquilonari ꝑ feneſtrā: ⁊ mouebat chor
das cithare ⁊ pſalterij pendentis ad caput lecti
ſui: ⁊ ſic excitabat̃ a ſōno: ⁊ tūc ſpūs ſctūs ītrabat
⁊ ſuggerebat ipſi Dauid quecunqȝ ex parte noctis
contēplatus fuerat: ⁊ ſic de talibus reuelationib⁹
⁊ myſterijs cōdebat pſalmos. Que quidem opinio
non totaliter eſt abijcienda. Nā qn̄qȝ reprobi viri
ipſa veritate coacti dicūt aliqn̄ verū. Nā dictū eſt
in principio: q2 ſpūs ſanctus multis modis tan-
gebat mentē ipſius ꝓphete Dauid ⁊ maxime ꝑ in-
teriorē inſpirationē. Naȝ per myſteria ꝑſentia re-
uelabant̃ ⁊ repſentabant̃ ipſi myſteria futura de
De ſacramē to eu chari ſtie. — Chriſto ⁊ eccleſia: dū erat in illa cōtēplatiōe ī ſuo
ſtatu: vt ipſe frequēter refert. Unde dū eſſet in cō
templatione in domo ſua ī mōte Sion fuit ipſi re-
uelatū a ſpū ſancto qualiter in eodē loco vbi erat
ipſe: debebat Chriſtus cōdere ſacramentū eucha-
riſtie: ⁊ dare finē legi vete. ⁊ incipere nouam. Et in
eodē loco debebat edificare eccleſiā ex lapidibus
viuis ſupra. xij. mōtes. ſ. ſupra. xij. apl'os/ mittendo
eis ſpiritum ſanctū qui debebat eis inſpirare itel
ligentiā ſacrarū ſcripturaꝝ/⁊ infundere ſeptē gr̄a
donoꝝ ⁊ gratiarū: tn̄ q̄b⁹ debebat edificare ⁊ ꝯgre
gare eccleſiā: ⁊ exinde exire ꝑ totū orbē terrarū/⁊
predicare euangeliū per totū populū gentilē: ⁊ in-
troducere ipm̄ in eccleſiā: vnde manifeſtū eſt ꝙ in

eodem loco vbi Dauid fecit pſal. recepit ſupradi
ctas reuelationes. ſ. in mōte Sion: ⁊ ibidem Chri-
ſtus fecit cenā: ⁊ apl'i receperūt ſpiritū ſanctū: vt
oſtendit hodie in monaſterio fratrū minoꝝ/⁊ ec-
cleſia q̄ ſita eſt in monte Sion. Hoc ergo ꝑuidens
Dauid in ſpū fecit iſtum pſal. in quo predicit ſeptē
reuelatiōes ſibi reuelatas de iſta ſanctiſſima ec-
cleſia ⁊ glorioſa ciuitate dei. Et ſic iſte pſal. habet
ſeptē partes. Nā in prima parte oſtendit ꝙ iſta ci-
uitas dei erat fundata in montibus. i. viris ſctīs.
Scḋo ꝙ deus debebat diligere ⁊ deſponſare ſibi
iſtam ciuitatem ⁊ magis diligere ꝙ ſynagogā. Jn
tertia ꝙ iſta ciuitas erat per totū orbē amplianda
⁊ ex ppl'o gentili ꝯgreganda. Quarto ꝙ in ea erat
implendū mirabile myſteriū incarnatiōis. Quin-
to ⁊ ex cōſequēti ꝙ iſta eccl'ia debebat eſſe mr̄ dei
⁊ a deo fundari. Sexto ꝙ in ea erat ꝓmulganda ⁊
manifeſtanda lex ⁊ veritas euāgelica. Jn ſeptima
ꝙ finis hui⁹ ciuitatis eſt ſumma felicitas ⁊ pfecta
btitudo. Tertia ibi. Memor ero Raab ⁊ Babylo-
nis. Quarta ⁊ quinta ibi. Nunquid Sion dicet hō.
Sexta ibi. Dn̄s narrabit. Septima ibi. Sicut letā
tiū. Quātū ad primū dupl'r poſſumus ꝓcedere in
hoc pſal. ſm̄ qḋ pōt fundari in duabus particulis.
Primo ꝙ dicat Dauid apoſtrophando ad ciuitatē
dei: ⁊ eccl'ie/dicēdo. O ciuitas dei glorioſa ſunt mi
hi dicta ⁊ reuelata de te. Naȝ primo ꝙ es fundata
in montibus ſctīs. Scḋo dilecta. Tertio cōgrega-
ta ꝑ totū orbē ex ppl'o gētili. Quarto ꝙ eccleſia dȝ
eſſe mater dei. Quinto ꝙ Chriſt⁹ qui fundauit eā:
debet ex ea naſci. Sexto ꝙ in ea ꝑdicatur euange-
liū. Septimo ꝙ finis huius ciuitatis eſt ſumma fe
licitas. Scḋo poteſt fundari iſte pſal. ſupra illam
particulā. ſ. diligit dn̄s portas ſion ſup oīa taber-
nacula Jacob. Quaſi dicat ꝓpheta: ꝙ Deus deſpō — Eccl'ia chriſti ſpōſa.
ſauit ſibi eccleſiā propter ſeptē dignitates. Primo
quia eſt fundata ſupra ſanctos viros. Secundo q2
gl'ioſa ⁊ mirabilia dicta ſunt de ea in vtroqȝ teſta-
mēto. Tertio ꝓpter eius ꝓſperitatē ⁊ latitudinē q̄
eſt toto orbe diffuſa: ⁊ ex gentib⁹ cōgregata. Quar
to q2 per altiſſimū fundata. Quinto q2 myſterium
incarnatiōis in ea factū. Sexto q2 lex euāgelica in
ea eſt manifeſtata. Septimo q2 finis ei⁹ eſt beati-
tudo ⁊ felicitas. Quomodocunqȝ ergo ſit ſeptē di-
gnitates eccleſie Chriſti memorantur in hoc pſal.
ꝓut dictū eſt. ¶ Quātū ad primū ergo ꝓpheta cō
mendando eccleſiam dicit. Non eſt mirū ſi Chriſt⁹
deſponſauit ſibi eccleſiā. Nā inter ceteras dignita
tes hȝ iſtā/ꝙ eſt fundata in montib⁹ ſctīs. i. ſuper
xij. lapides altiſſimos: q̄ ſunt duodecim articuli fi-
dei: que ſunt fundamēta toti⁹ eccl'ie: q̄ fundamēta
ſunt ⁊ fundant̃ in mōtib⁹ ſctīs. i. ſup. xij. viros ſan
ctos q̄ ſunt duodecim apl'i: q̄ dicunt̃ mōtes ſctī ab
eminētia ſctitatis ⁊ altitudine gr̄e ſcientie: ſupra
quos eſt fundata iſta ſctiſſima ciuitas: q̄ hȝ q̄tuor
principales portas. ſ. baptiſmū ad intrandū: ⁊ pe-
nitentiam ad redeundum: et ordinem ad aſcendē-
dū: ⁊ extremam vnctionem ad exeundū. Et etiam
xij. articuli fidei nō ſolū dicunt̃ fundamenta hui⁹
ciuitatis: ſed etiam porte inquantū per eas intra-
mus in eccleſiam ⁊ ſunt ordinate iſte. xij. porte in
ter ſe: ⁊ vna eſt infra aliā: ⁊ ideo nemo pōt ꝑueni-
re ad infimam ⁊ interiorem turrim huius ciuita-
tis: niſi ordinatim tranſierit ꝑ iſtas duodecim por
tas. Pria porta eſt credere in vnū deū trinū ⁊ vnū



creatorē celi ⁊ terre. Scḋa articulus incarnatiōis
Tertia articulus paſſiōis. Quarta deſcēſus ad in-
feros. Quinta articul⁹ reſurrectionis. ⁊ ſic vſqȝ ad
vltimū. Et ideo nemo pōt trāſire ꝑ ſcḋam portam
niſi penetrauerit primā: q2 ſcḋs articulus ꝑſuppo-
nit primū: ⁊ tertius ſcḋm: ⁊ ſic per ordinem ⁊c. Cla-
porte ciuita tis. — uis aūt harū portarū eſt fides: per quā aperiuntur
porte. Et ſic duodecim articuli nō ſolummodo
porte hui⁹ ciuitatis/ſȝ etiā fundamenta: ⁊. xij.
ſunt mōtes in quib⁹ fundat̃ tota ciuitas: quā
ꝯpoſitionē ciuitatis nō ſolūmodo ꝑuidit Dauid
in ſpū in hoc pſal. ſed etiā Jo. Apoca. xxj. vbi dicit.
ꝙ muri ciuitatis habēt fundamēta. xij. ⁊ in ipſis
xij. noīa. xij. apl'oꝝ ⁊ agni. Jſta ergo ciuitas eſt for-
tiſſime fundata/⁊ clauſa: ⁊ murata ꝙ porte inferi
nō preualebūt aduerſus eā: vt ait ſaluator Matt.
xvij. Porte enī īferi ſunt ſeptē vitia capitalia qui-
bus ⁊ ꝑ q̄ eſt ingreſſus ad īfernū. Nā ſicut ꝑ. xij. ar-
ticulos fidei: ⁊ eccleſiaſtica ſacrā eſt ingreſſus ad
hanc ciuitatē: ita ꝑ ſeptē vitia capitalia eſt aditus
ad gehēnā. Dn̄s ergo diligit hāc ciuitatē: in tm̄ qḋ
deſponſauit eā ſibi hic ꝑ gr̄am/⁊ in futuro ꝑ gl'iā:
vt ptȝ Apoc. xxj. Hāc ꝓduxit ex latere ſuo: hāc fun-
dauit ſanguine ſuo: vt ptȝ Jo. xx. qn̄ ex latere eius
exiuit ſanguis ⁊ aq̄. Hāc fundauit ſupra. xij. apl'os/
qn̄ dixit. Quecūqȝ ſolueritis ſupra terrā: erūt ſolu-
ta ⁊ in celis Matth. xvij. ⁊ Joā. xx. Licet vniuerſa-
lē iuriſdictionē cōmiſit ſoli Petro Matt. xvj. Tibi
dabo claues regni celoꝝ. ⁊ Joan. xxj. qn̄ dixit. Pa-
ſce oues meas. Ex quo ptȝ/ꝙ due dignitates me-
morant̃ in hoc verſiculo. ſ. fundatio/⁊ deſponſatio
eccleſie. Dicit ergo propheta. Dn̄s Jeſus chriſtus
Meſſias in lege promiſſus diligit portas Sion. i.
ciuitatis dei q̄ eſt eccl'ia: vbi ⁊ vnde deus ſpeculat̃
porte eccl'ie ſunt ſacra. — ⁊ cernit. Quaſi dicat. Diligit iſtam ciuitatem. Prio
propter portas eius q̄ ſunt eccl'iaſtica ſacramēta ⁊
virtutes theologice quib⁹ eſt adit⁹ ad eā. Secūdo
diligit eā: eo ꝙ fundamēta eius. ſ. articuli fidei ſūt
⁊ fundant̃ in montibus ſctīs: q2 fundati ſunt ſupra
fundamenta apl'oꝝ ⁊ ꝓphetarū: ⁊ diligit iſtas por
tas ⁊ iſta fundamēta ⁊ ciuitatē ſup oīa tabernacu-
Nota de Balaam. — la Jacob. ¶ Ad cui⁹ intellectū eſt notandū ꝙ Da
uid ꝓpheta in hoc loco alludit ad myſterium ipſi⁹
Balaā qn̄ benedixit tabernacula Jacob: vt habet̃
Numeri. xxiiij. qui cū ſuaſu ipſius Balach aſcēdiſ
ſet ad maledicendū populo Jſrael: ⁊ eleuans ocu-
los vidiſſet Jſrael in tentorijs cōmorātem per tri-
bus ſuas: irruente in ſe ſpū dei/⁊ cogente eū dixit.
Quā dulchra tabernacula tua Jacob: ⁊ tētoria tua
Jſrael vt valles nemoroſe: vt horti iuxta fluuios ir
riguit: vt tabernacula que fixit dn̄s quaſi cedri pro
pe aquas: fluet aqua de ſitula eius: ⁊ ſemen illius
erit in aquas multas. ⁊ infra. Qui benedixerit tibi.
erit ipſe benedictus: qui maledixerit tibi in male-
dictione reputabitur: ⁊ infra. Orietur ſtella ex Ja-
cob ⁊c. Que quidē benedictio ſi quis diligēter ve-
lit intueri nō pōt conuenire niſi Chriſto ⁊ eccleſie
ſue. Jn qua benedictione ꝑdixit Balaā totū prin-
cipiū eccl'ie: qn̄ ex modica debebat creſcere in ma
gnam: ⁊ ſic illa tabernacula Jacob fuerunt figura
ipſi⁹ eccl'ie Chriſti. Et iō qn̄ dixit. Quā pulchra ta-
bernacula tua Jacob: ⁊ tentoria Jſrael/nō benedi
xit illa tabernacula ꝓpter ſe: ſed inquantū figura-
bāt eccleſiā Chriſti. Et ideo Balaā ex precepto dn̄i
in illa benedictiōe predixit totū myſteriū ⁊ ꝓſpe-

ritatē ⁊ illationē ⁊ victoriā ⁊ gloriā futurā eccleſie
Chriſti. Unde Dauid contēplans totā illā bene-
dictionē ⁊ myſteriū ꝑnouit in ſpū totū fundamentū
⁊ progreſſum ⁊ finē eccleſie Chriſti figurate per illa
tabernacula. Et ideo dicit hic. Diligit dn̄s portas
Sion ſuper oīa tabernacula Jacob. quaſi dicat: qḋ
Chriſtus rex Meſſias diliget ſuā eccleſiā ⁊ ciuita-
tē dei quā ipſe debet fundare ⁊ in ſponſam aſſume
re ſuper oīa tabernacula Jacob. i. magis ꝙ illa ta-
bernacula materialia q̄ vidit Balaā: q2 illa erāt fi-
gura hui⁹. Et ex ꝯſequēti diliget magis eccleſiā ꝙ
ſynagogā ⁊ figuratū ꝙ figurā. Ex ſupradictiſ vbis
ptȝ ꝙ ſynagoga ꝑ illa tabernacula materialia in-
tellecta a xp̄o erat repudiāda in aduentu ſuo: ⁊ ec
cleſia erat diligenda ⁊ deſpōſanda: q2 xp̄s non pote
rat habere duas ſpōſas. Et ſic ptȝ differentia/⁊ di-
gnitas eccleſie chriſti ſupra ſynagogā ⁊ taberna-
cula materialia. Nā iſta eccleſia fundat̃ ſupra ſan-
ctos montes ⁊ lapides viuos q̄ ſunt apl'i ⁊ ꝓphe-
te ⁊ doctores: ⁊ maxime fundat̃ ſupra maximā pe-
trā qui eſt Chriſtus: ſynagoga aūt ſiue tēplū Sa-
lomonis fundat̃ ſupra lapides mortuos ⁊ paruum
monticulū. Hoc idē eſt dicēdū de Hieruſalē terre-
Articu li etiam ſūt ec cleſie funda mēta. — na materiali/⁊ hoc eſt dictū quo ad primā ⁊ ſcḋam
dignitatem ipſius eccleſie Chriſti. ¶ Eſt etiā ſcien
dum ꝙ fundamenta eccleſie q̄ ſunt articuli fidei ⁊
eccleſiaſtica ſacramēta fuerunt iacta ⁊ inchoata in
montibus ſctīs materialib⁹: Nā in mōte Caluarie
vbi Abrahā immolauit arietem pro Jſaac: vbi fa-
cta fuit ipſi de Chriſto repromiſſio: ibidē fuit Chri
ſtus crucifixus. Ex cuius latere orta eſt eccleſia ⁊
oīa ſacramēta. Et in mōte Sion Chriſtus inſtituit
ſacrm̄ euchariſtie: vbi Melchiſedech obtulit panē
⁊ vinū: ⁊ ibidē apl'i receperūt ſpm̄ euangelicū: vbi
Dauid receperat ſpm̄ propheticū: ⁊ ꝓdiderat pſal.
Jtem tertio Chriſtus predicauit ⁊ docuit in tēplo
ſito in monte Moria: vbi apparuit angelus percu
tiens in area orna Jebuzei. Et patet qualiter ec-
cleſia fuit fundata ⁊ inchoata in his duobus vel
tribus montibus ſanctis: ⁊ exinde deriuata fuit ⁊
toto orbe diffuſa. Jdeo dicta eſt Hieruſalem/ vt di-
ctum eſt pſal. xlvij. — xxiiij. qō. j. c. loqui tur. et c. om nibus.

## Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei.

¶ Hic ponitur tertia dignitas ipſius eccleſie. ⁊. ij.
ratio quare deus tm̄ diligit eam: que dignitas/ et
rō eſt: q2 glorioſa dicta ſunt de ea in veteri teſtamē
to ⁊ in nouo. Nā oīa que geſta ſunt in veteri ⁊ nouo
cōtingebāt illis in figura. Unde demonſtrat apl's
per totaȝ epl'am ad hebreos/ꝙ totus diſcurſus de
creatione mundi ſignificat fundationē eccleſie ſm̄
omnes partes eius. Similiter eccleſia figurat̃ per
fabricationē arce Noe. Jtē eccleſia figuratur per
egreſſum Abrahe de terra ſua in terram Chanaā
per ſacrificium Jſaac. Et per Jacob qn̄ vidit ſcalā:
⁊ per fabricationē tabernaculi Moyſi: ⁊ per exem
plar ⁊ deſcriptionē eiuſdē qḋ oſtēdit apl's ad He
breos. ix. ⁊ per egreſſum Jſrael in terrā ꝓmiſſiōis:
⁊ per exēplar ⁊ deſcriptionem quā accepit Dauid
a ſpū ſancto pro templo edificando. Et ſic de oībus
myſterijs eccleſiā figurantibus: in quibus Dauid
preuidit in ſpū fundationem eccleſie per Chriſtuȝ
⁊ apl'os: et ꝓgreſſum ⁊ proſperitatē ipſius. Et ideo
dicit hic. O ciuitas dei glorioſa ⁊ magnifica dicta
ſunt mihi de te et reuelata. ꝓut intellexi ⁊ preuidi.

in ſupradictis miſterijs de te ſcriptis: q2 preuidi in ſpũ qualiter fundamenta tua erunt ĩ montib⁹: id eſt in viris ſctis/puta in apl'is ⁊ prophetis. Vñ nota ꝙ eccleſia Chriſti fundat̃ in chriſto ꝑ gratiã: ſed in ꝓphetis ⁊ apl'is fundat̃ ꝑ doctrinam: vt ait apl's ad Epheſios. ij. Sed in apl'is fundat̃ per doctrinã veritatis: ⁊ in ꝓphetis ⁊ doctrinã figuratiuã ⁊ iſta eſt vera eccl'ia q̃ incepit ab Adam/⁊ proceſſit vſq3 ad Chriſtũ ĩ patriarchis ⁊ ꝓphetis figuratiue ⁊ prophetice: ſed a Chriſto fundata eſt realiter per ſe ⁊ per apoſtolos ſuos: vt dictum eſt.

xciij. di. legi mus. ⁊ xxiij. q. j. lo quit. **Memor ero Raab et Babylonis ſcientiũ me.**

**Ecce alienigene et Tyrus et populus Ethiopum hi fuerunt illic.**

¶ Hic ponit quartam dignitatẽ ipſius eccl'ie/que fuit dicta ipſi Dauid in ſpũ: que eſt copia ⁊ multiplicatio ciuiũ: ⁊ latitudo ſpatij: ⁊ diffuſio ꝑ totum orbẽ terrarũ. Nã illa terra ꝓmiſſionis non continebat niſi filios Iſrael ſm̃ carnem. Et illa Hieruſalẽ terrena non capiebat niſi Iudeos de tribu Iuda. Et illa lex non obligabat niſi filios Iſrael ſm̃ carnem/ſed iſta ciuitas dei fuit toto orbe diffuſa: ⁊ lex euãgelica fuit oĩbus nationib⁹ mundi ꝓmulgata. Et ſic ciuitas dei ⁊ eccl'ia Chriſti fuit congregata ex oĩbus ppl'is ⁊ nationib⁹/⁊ ex iudeis ⁊ gẽtilibus: nec eſt exceptus gẽtilis/nec Iude⁹: nec Grec⁹/nec Ethiops/nec Scytha: q2 oẽs vocati ſunt ad eccleſiam. Nã oẽs fideles cuiuſcunq3 nationis ⁊ conditionis ſint/Chriſtũ ⁊ legẽ euãgelicam recipientes pertinent ad eccleſiã ⁊ ciuitatẽ dei. Ideo per iſtas

No. de Raab, mere trice ⁊ figura quatuor nationes hic noĩatas. ſ. ꝑ Raab ⁊ Babylonẽ ⁊ alienigenas ⁊ Tyrũ ⁊ ppl'm Ethiopũ intelligit totũ ppl'm gentilẽ: q̃ ad hanc ciuitatẽ dei erat vẽturus per fidem Chriſti. ¶ Ad cui⁹ intelligentiã eſt notandũ/vt legit̃ Ioſue. ij. ꝙ Raab meretrix recepit exploratores quos miſerat Ioſue in domo ſua: ⁊ abſcõdit eos: ⁊ rogauit eos: vt qñ ciuitas caperetur: ipſa ſaluaretur cũ domo ſua: qḋ ita factũ eſt: nã poſuit coccinũ in feneſtra in ſignũ. Et qñ ciuitas eſt capta ⁊ euerſa/ſola Raab ſaluata eſt: et fuit recepta in ppl'o Iſrael: ⁊ Salmõ duxit ipſam in vxorẽ: ex qua genuit Booz: ꝑ qḋ myſterium fuit figuratus ⁊ ſignificatus ppl's gẽtilis: q̃ relicta idololatria ⁊ recepturus fidẽ Chriſti: erat cõnumerãdus ⁊ recipiendus in eccleſia. Et debebat ponere coccinũ in ſignũ in feneſtra. i. debebat ponere crucẽ ſanguinis Chriſti per baptiſmum in fronte ſua. Et ſic ille ppl's ꝑ ſignũ crucis ⁊ baptiſmũ de vaſtatione diaboli liberat⁹: Chriſto per fidẽ erat deſponſandus. Et ſic fuit figura ipſa Raab de quocũq3 cõuerſo ad fidem relicta infidelitate. Et hoc eſt qḋ dicit hic propheta in perſona Chriſti. Unde ait. in aduẽtu meo ſupple ero memor ipſius Raab. i. illi⁹ myſterij ſignificati per Raab. Nam ſicut populus Iſrael recepit ipſam Raab ad fidẽ ⁊ cultum vnius dei propter actum quẽ fecit: ita ego recipiam populum gentilem idololatram relinquentem/⁊ ſumentẽ ſignum coccineum. i. crucem ſanguinis mei in fronte. Et ego deſponſabo ipſum populum per fidem: et erit annumeratus in eccl'ia mea. Unde Raab interpretatur ſuperbia ſiue impetus: ⁊ Salmon interpretatur pacificus. Unde ibi fuit ſignificatum ꝙ populus gentilis qui erat ſuperbus debebat humiliari ⁊ ſubijci paci ⁊ virtutib⁹ eccleſie. Et ſic per Raab intelligitur quicunq3 infidelis factus humilis fidei chriſtiane ſubiect⁹. Et per Babylonem intelligitur populus cõfuſus: ⁊ per cõſequens populus gentilis/qui erat in cõfuſione ſine lege: ſed principaliter populus Babylonis q̃ ſemper fuerat inimic⁹ populo dei/venit ad fidem per predicationem apoſtolorum Simonis. et Iude. Et ideo dicit hic: Memor ero Raab ⁊ Babylonis: q2 eos recipiam ad fidẽ qui magis videbantur inimici populi dei. Et nõ ſolũmodo Raab ⁊ Babylonis ero memor: ſed oĩm gentiliũ ſcientiũ. i. cognoſcentiũ me per fidẽ: ⁊ cõfitentium me Meſſiam ⁊ ſaluatorẽ. Nota ꝙ in hebreo dicit̃/Memor ero Raab quod interpretatur Egyptus. ⁊ ſic per Raab intelligitur Egyptus/⁊ ideo nominatur hic Babylon ⁊ Egyptus: q2 ſemper fuerunt cõtra populũ dei. Sz in aduentu de primis venerunt ſimul cũ Ethiopibus: vt ſupra patuit pſal. lxvij. Uenient legati ex Egypto: Ethiopia preueniet manus eius deo: et ideo litera Hieronymi habet. Ego recordabor ſuperbie. i. Egypti magne ⁊ ſuperbe. Et ideo ſequitur non ſolũmodo recipiam ſupradictos ad fidem in hac mea ciuitate: ſed etiam oẽs hi. ſ. alienigene qui non ſunt de Iſrael/ſm̃ carnem/ſicut eſt Tyr⁹: q̃ eſt in prouincia Phenicie/⁊ populus Ethiopũ habitans inter Tropicos ſolis ad meridiem: quem beatus Mattheus conuertit: oẽs inquã iſti fuerunt illic. i. erunt in hac ciuitate Sion. Nominantur ergo hic quatuor vel quinq3 populi per quos intelligitur tota gentilitas que erat ventura ad hanc ciuitatẽ per fidem quam Chriſtus debebat ſibi deſponſare. Et per hoc patet quarta dignitas huius magne ciuitatis: q̃ eſt magnitudo ambitus ⁊ copia ciuiũ. Alia autem litera habet. Memorabor Raab ⁊ Babylonis ſcientibus me: tũc dz ſic exponi. Ego memorabor/id eſt cõmittam/ Raab et Babylonis apoſtolis ſcientibus me: vt vocent eos ad fidem poſt reſurrectionem meã: ſicut dicimus quandoq3 memoror tibi factum meum/id eſt committo tibi factum meum.

Deſi mani mis. cap. c. j. **Nunquid Sion dicet homo: et homo natus eſt in ea: et ipſe fundauit eam altiſſimus?**

No. de carna tionis mira bilia. ¶ Hic ponit. v. dignitas eccl'ie: q̃ eſt myſteriũ incarnatiõis factũ ĩ hac ciuitate dei: qḋ eſt incõprehenſibile ⁊ mirabile dictu in ſe ⁊ rõne circũſtãtiarũ: nã in ea quatuor mirabilia narrant̃. Primũ eſt ꝙ de⁹ ſit fact⁹ hõ. Scḋm ꝙ de⁹ factus hõ ſit natus in hac ciuitate. Sion. Tertiũ ꝙ ipſe deus altiſſim⁹ fact⁹ hõ fundauerat ipſaz ciuitatẽ in q̃ nat⁹ eſt. Nã iſta vident̃ ꝯtradicere. ſ. ꝙ iſte fundauerit iſtã ciuitatẽ/⁊ ſit nat⁹ ĩ ea. Quartũ mirabile eſt ꝙ aliquis homo poſſet ꝑſuadere alteri hoĩ vt crederet iſta tria mirabilia ſupradicta. Et hec quatuor mirabilia facta in ciuitate ꝓponit hic ꝓpheta ſub interrogatiõe admiratiua/di. Nunq̃d Sicut dicet hõ. i. aliq̃s hõ dicet ⁊ ꝑſuadebit ipſi Sion ⁊ ipſi Hierl'm ſ. toti eccl'ie ⁊ ciuitati deo toto orbe diffuſe: ꝙ credat ꝙ deus factus eſt hõ: ⁊ ꝙ ipſe factus homo ſit natus in ea: ⁊ quod ipſemet altiſſimus natus fundauit eam: quaſi dicat: hoc eſt mirabile dictu/ et difficile ad credendum quia videtur impoſſibile.



¶ Unde nota quod quaſi hoc idẽ adducit Augu. xxij. de ci. ca. iiij. ad probãdũ myſteriũ incarnationis cõtra paganos. vñ dicit ꝙ ante aduẽtũ Chriſti tria videbant̃ impoſſibilia apud Ariſtot. ⁊ omnes philoſophos. Primũ impoſſibile erat apud eos ꝙ deus poſſet fieri homo. Scḋm ꝙ mundus et maxime philoſophi et ſapientes hoc crederent. ſ. Deum poſſe fieri hominem. Tertium videbatur eis magis impoſſibile. ſ. ꝙ homines ſimplices ⁊ plebei poſſent ꝑſuadere philoſophis ⁊ ceteris vt hoc myſteriuz incarnationis crederẽt. Tũc arguit Aug. Iſta tria videbantur philoſophis impoſſibilia: ſed duo vltima ſunt facta poſſibilia: et iam in eſſe. ſ. q2 iam totus mundus hoc credit pro maiori parte. quia iam credit Deum factũ eſſe hominem. ⁊ etiã tertiũ factum eſt poſſibile: quia. xij. apoſtoli ⁊ ceteri diſcipuli qui erant ſimplices ⁊ plebei hoc perſuaſerunt philoſophis: et totus mundus hoc credidit per eos. ergo ſequitur ꝙ primũ eſt poſſibile. ſ. ꝙ Deus ſit factus homo: ⁊ incarnat⁹ nã philoſophi ita/immo magis reputabant impoſſibile ſcḋm et tertiũ q̃ primum. ¶ Unde eſt aduertendũ ꝙ licet iſta videbant̃ difficilia ad credendum: tñ habito myſterio ⁊ modo incarnationis efficiũtur credibilia. Nã verbum diuini virtute ſpũs ſancti formauit illum hoĩem ex puris ſanguinibus virginis: ⁊ formando animauit: et animando aſſumpſit illã humanitatem in vnitate perſone. Et ſic aſſumpſit eſſentiam ⁊ humanitatez nõ aſſumendo eſſe perſonale: immo ſuppoſitauit illum hominem aſſumptũ per ſuam propriã perſonalitatẽ. et ſic fuerunt due nature in vna perſona. Et ſic ille homo Deus natus eſt tẽporaliter ex virgine ex opere ſpiritus ſancti: qui formauit ex ſanguinibus puris virginis illud corpus. Et tota trinitas creauit animam in eodem inſtanti: et ſic verus De⁹ ⁊ homo perfectus eſt quo ad naturam: ⁊ natus eſt in eccleſia: q2 in eodẽ inſtanti quo fuit conceptus ⁊ incarnatus fuit caput eccleſie: et Maria verũ mẽbrũ eccleſie: ergo tunc iam fundauit eccleſiam: et antequã naſceret̃ iam fecerat Ioannẽ baptiſtã membrum eccleſie ⁊ zachariã ⁊ Helizabet. ergo iam natus eſt in eccleſia: quã ipſemet fundauit in ſua incarnatione ⁊ cõceptione: et poſtea in ea predicauit ⁊ paſſus eſt ⁊ mortu⁹ ⁊ reſurrexit: ergo iſta ſtant ſimul. ſ. ꝙ deus ſit fact⁹ homo ⁊ ſimul fundauit eccleſiam/⁊ poſtea ſit natus in ea. Nã ſua cõceptio et incarnatio fuit fundatio eccl'ie ⁊c. Et fuit poſtea poſſibile ꝙ hoĩes ruſtici ⁊ ſimplices hoc myſteriũ philoſophis ⁊ mundo predicarent/et eos cõuerterent: q2 non in virtute propria nec in ſapientia humana hoc fecerũt/nec potuiſſent facere: ſed hoc fecerũt in virtute ſpirit⁹ ſancti quẽ in die pentecoſtes receperunt: qui loquebat̃ in eis: cuius virtus exuperat oẽm ſenſum/⁊ captiuat oẽm intellectũ: et ſic totum redditur poſſibile. Et ideo ſequitur.

**Dñs narrabit in ſcripturis populorũ: et principum horum qui fuerunt in ea.**

¶ Nõ mireris ꝙ hoc ſit poſſibile. ſ. ꝙ aliq̃s homo hoc potuerit perſuadere mundo. ſ. ꝙ deus ſit fact⁹ homo: et ꝙ ſit natus in ea eccleſia quaz ipſe fundauit. nã nõ erant ipſi apoſtoli q̃ loquebant̃: nã dñs narrauit in ſcripturis ⁊ euangelijs et epiſtolis populorũ. ſ. apoſtolorũ qui erant populares et ſimplices in principio: ⁊ principuz horum q̃ fuerunt in ea/ id eſt in ſcripturis principum horum qui fuerũt in ea. Nam apoſtoli qui ante fuerũt populares et ruſtici/poſtea fuerũt principes in eccleſia. Et iſti ſcripſerunt euangelia: et epiſtolas canonicas: ⁊ actus apoſtolorum: et apocalypſim: in quibus narrauerunt totum myſterium incarnationis: et paſſiõis: et conuerſationis/et predicationis: et miraculoruz et mortis/et reſurrectionis/et aſcenſionis Chriſti. Et predicauerunt toti mundo/et conuerterunt infideles ad eccleſiam. Et ſic multiplicata et dilatata eſt magna ciuitas Sion. Etiam poteſt legi aliter licet ſub eadem ſententia ſic/nunquid altiſſimus factus homo dicet. i. loquetur ⁊ predicabit ipſi Siõ: ſcilicet eccleſie: et ipſe homo natus eſt in ea: ⁊ ipſe altiſſimus fundauit eam: q. d. hoc eſt difficile credere. Et ideo ſubdit ad ſoluendam admirationem: ꝙ dominus hoc narrauit in ſcripturis populorum. i. ꝙ euangeliſte ⁊ apoſtoli inſpirati iſta myſteria narrauerunt in ſcripturis euangeliorum ⁊ epiſtolarũ. Nam illa euangelia ſunt ſcripture populorum inquantum populi euangelio crediderũt: et ſunt ſcripture principum et horum populoruz qui ſunt apoſtoli/inquantum euangelia ſcripſerunt ⁊ predicauerunt. Nam ibi traditur myſterium incarnationis. ſ. quomodo miſſus angelus Gabriel a deo ad virginem Mariã ⁊c. Et traditur ibi modus natiuitatis ⁊ adorationis et conuerſatiõis vite ⁊ mortis et paſſionis ⁊ reſurrectionis ⁊ aſcenſionis ⁊ ſpirit⁹ ſancti miſſionis: et progreſſus eccleſie in actibus

Quõ de⁹ hoc myſterium incarnationis narrauit. apoſtolorum. ¶ Eſt etiam aduertendum ꝙ per ly populorum poſſumus intelligere doctores eccleſie qui poſt apoſtolos ſcripſerunt. quaſi dicat ꝙ licet hoc myſterium incarnationis ſit difficile ad docendum et perſuadendum/tamẽ ipſum ſine dubio eſt verum. Nam dñs deus narrauit hoc myſterium incarnationis: primo prophetice in ſcripturis populorum. ſ. ꝓphetarũ ⁊ patriarcharũ: ſcḋo in ſcripturis principũ horũ populorũ. ſ. apoſtolorũ q̃ fuerunt principes terre. ⁊ etiã dñs narrauit hoc myſteriuz in ſcripturis populorũ. i. doctorum/⁊ in ſcripturis principũ horũ. ſ. apoſtolorũ q̃ fuerũt principes horum doctorũ: q̃ oẽs tam populi q̃ principes eorum fuerunt ciues in hac ciuitate/licet apoſtoli fuerint principaliores. Itẽ etiã ꝑ ly ppl'orũ itelligunt̃ oẽs ſimplices fideles vtriuſq3 te. ⁊ per principes horuz ppl'orũ intelligunt̃ oẽs patriarche ⁊ ꝓphete ⁊ apoſtoli ⁊ euãgeliſte ⁊ doctores no. te. Nã vna ⁊ eadem eſt ſcriptura ppl'orũ fideliũ ⁊ principum eorum. ſed iſta ſcriptura dicitur populorum inquantũ eſt eis predicata: ſed dicitur principum inquantuz ab eis eſt populo ſcripta et predicata ⁊ declarata. Et per ly principum horum poſſunt intelligi apoſtoli et euangeliſte q̃ fuerũt principes doctorũ totius eccleſie. Nam doctores populares ſunt reſpectu apoſtolorum et euangeliſtarum: naz iſti conati ſunt intelligere ⁊ gloſſare et declarare dicta apoſtoloruz et euangeliſtarum: et declarare myſterium incarnationis et paſſionis ⁊c. Ideo dicit propheta: Dominus narrabit hec myſteria ſupradicta in ſcripturis populorum id eſt doctorum eccleſie. ſ. Auguſtini: Hieronymi: Ambroſij: et Gregorij. Et in ſcripturis principum horum: qui fuerunt apoſtoli ⁊ euangeliſte: quorum ſcripturis eſt credendum. Ideo q̃ iſta nõ intelligit myſteria/ recurrat ad ſcripturas ⁊ in eis inueniet veritatẽ: ⁊ ſic ſoluet omne dubiũ

⁊ oĩs cõtradictio. Ex his patet ꝙ dignitas eccleſie nõ ſolũ apparet ex mirabili myſterio incarnationis et paſſionis et reſurrectionis: ſed etiã ex mirabili cõfirmatione ⁊ ſcriptura ⁊ ꝑdicatiõe apoſtolorum: ⁊ euãgelij promulgatione ⁊ ſacrorũ doctorũ ſcriptura ⁊ declaratione. Et ideo eccleſia eſt tanto affectu Chriſto dilecta. Et ſic ptꝫ ſexta dignitas huius magne ciuitatis Siõ: qꝛ in ea erat ꝓmulgãda lex euangelica/que eſt manifeſtatio oĩm myſteriorũ que erãt clauſa ⁊ obumbrata in lege veteri. Et hoc erat manifeſtandũ per Chriſtũ ⁊ apoſtolos et euangeliſtas qui fuerũt principes eccleſie: in quo euangelio cõtinent̃ myſteria incarnationis ⁊ paſſionis Chriſti. que quidẽ myſteria poſtea fuerunt magis dilucidata ꝑ doctores in gloſſis ſuis. Et ſic qđ fuit ꝑ Patriarchas ſignificatũ ⁊ per prophetas obſcure ꝓphetizatũ/fuit poſtea per Chriſtũ ⁊ etiã per apl'os in hac ciuitate manifeſte narratũ et annunciatum et per doctores declaratum.

xxiiij. q. j. ca. audiuimus.

**Sicut letantium omnium habitatio eſt in te.**

❡ Hic ponit ſeptimã dignitatẽ eccleſie ratione finis: que eſt ſumma letitia ⁊ felicitas in patria. Ad cuius euidentiã eſt aduertendũ ſicut dictum eſt in principio: ꝙ eccleſia militãs ⁊ ſuperna triumphãs eſt vna. ſed ſe habẽt ſicut via et terminus ſiue patria: ſicut mare ⁊ portus ſicut finis et ea q̃ ſunt ad finẽ. Nã ſicut triumphus nõ põt adipiſci: niſi precesserit pugna et victoria: et portus niſi preceſſerit nauigatio: nec terminꝰ niſi decurſa fuerit via. Ita patria paradiſi/nec illa triumphãs eccleſia poteſt attingi niſi quis peregrinatus fuerit ꝑ iſtã cũ iſta ſit finis itineris huius: ⁊ per cõſequẽs cõtinuatur tanꝗ̃ finis. Et ſic dicitur illa eccleſia finis pugne et militie ⁊ nauigationis et laboris et triſtitie. Et iđ

quies ⁊ felicitas ĩ eccleſia.

de peñ. diſt. iij. c. q̄ꝫq̄ꝫ. Gene. vj. et eccleſiaſtici. xviij. a

**Quia defecimus in ira tua: ⁊ in furore tuo turbati ſumus.**

**Poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo: ſeculum noſtrū in illuminatione vult⁹ tui**

**Quoniam omnes dies noſtri defecerunt: ⁊ in ira tua defecimus.**

¶ Hic reddit cauſam vñ euenit nobis hoc malū. ſ. vt nobis ſit vita nō ſolū breuata: ſed etiā multiplici miſeria afflicta ⁊ variata: q: in adoleſcētia vireſcimus: ⁊ in iuuētute florem⁹: et in ſenectute decidimus ⁊ indureſcim⁹ ⁊ areſcimus. Et ſic deficim⁹ ab omni ꝑfectione. Et dicit q̄ hoc euenit nobis ex ira diuine ſnīe date ī Adā qñ dixit. Maledicta terra in ope tuo: ⁊ in ſudore vultus tui veſceris pane tuo: q: de terra aſſumptus es ⁊ terram ibis ⁊c. Jō ait: q: defecimus in ira tua. i. in ſnīa ire tue: ⁊ in furore tuo cōturbati ſumus: qñ eieciſti Adam de paradiſo: q: tūc ꝑdidim⁹ imortalitatē: et defecit vita

Not. de vita hominis ꝑ pctm̄ abbreuiata.

nr̄a / ⁊ cōtracta eſt ad durationē tpalē: ita q̄ Adam vixit vſq̄ꝫ ad nōgētos. xxx. annos: ⁊ Matuſalē nongētos. lxx. annos. ⁊ poſt diluuiū defecit etiā magis vita nr̄a / q: reducta ⁊ ꝯtracta ē vſq̄ꝫ ad q̄dringētos annos: ⁊ poſtea vſq̄ꝫ ad. c. xl. ānos. Et hoc factuꝫ eſt in furore tuo ꝓpter pctā hoīꝫ ſucceſſiue ꝑpetrata. Et ſic poſuiſti iniq̄tates nr̄as in ꝯſpectu tuo. i. reſpexiſti in furore iniq̄tates nr̄as oculo punitiōis: et ſeculū noſtrū. i. totū tēpus vite noſtre ⁊ oīa peccata que fecimus in vita nr̄a poſuiſti in illuminatiōe vultus tui. i. in lumine ⁊ viſione vultus tui: q: nō oblitus es: immo ea puniuiſti. Uñ Job. xiij. Cōtra foliū qḋ vento rapit̄ oſtēdis potētiā tuā: et ſtipulā ſiccā ꝑſeq̄ris. Et ita idignū ducis ſup huiuſce modi apire oculos tuos / ⁊ adducere eū tecū in iudiciū. Qm̄ propter pctm̄ ꝑmi parētis ꝯdēnati oēs ſum⁹ / ⁊ facti ſum⁹ filij ire ⁊ vindicte: q: in pctis naſcimur: ⁊ in iniq̄tatib⁹ concepit nos mater noſtra.

Deus auertit ſi faciē a peccatis.

¶ Nota ſcḋꝫ Auguſtinū q̄ tūc de⁹ pctā noſtra obliuiſcit̄: ⁊ auertit faciem ſuā a pctis noſtris: qñ pctā noſtra nō imputat ad penā. ſed tunc dicit̄ pctā noſtra reſpicere ⁊ ante oculos habere / qñ ſum⁹ in ira ſua / ⁊ ad penā imēdit imputare: ⁊ ſic eramus oēs filij ire. Et ſequit̄. Quoniā dies noſtri defecerunt id eſt ſpatium vite noſtre quod antee erat perpetuꝫ ante caſum primi hominis: poſtea fuit reductū ad xcvij. annos: ⁊ ſemper fuit diminutum. Et ſic in ira tua. i. ſcḋm ſentētiam ire tue defecimus: nō ſolū in breuitate vite: ſed in multitudine miſeriarū ⁊ infirmitatum. ⁊ ideo vt addit̄: aranee homo cōparatur.

**Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur: dies annorū noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni.**

**Si autē in potentatibus octoginta anni et amplius eorum labor ⁊ dolor.**

**Quoniam ſuperuenit manſuetudo: ⁊ corripiemur.**

¶ Unde nota. q̄ aranea laborat ꝑ magnū tempus ad faciendū telam: ſed tela eius eſt ita debilis q̄ in mometo deſtruit̄ ⁊ frangit̄. ita homo laborat ꝑ totam vitā vt acquirat bona tēporalia vel aliquā dignitatē / ⁊ in vno mometo oīa perdit: aut ꝑ aliquem caſum: aut per mortē. ⁊ ideo dicit: Anni noſtri ſicut aranea. i. ſicut tela aranee meditabunt̄. ⁊ putabuntur ⁊ eſtimabunt̄: ⁊ nō ſolū meditabunt̄ friuoli in varietate fortune: ſed etiā in breuitate vite. Nā ſicut aranea viuit breui tēpore / ita nō diu viuit homo. Nā dies annorū noſtrorū ꝯſiſtunt in ipſis. lxx. annis: ⁊ ſi q̄s eorū vſq̄ꝫ ad octogeſimū annū ⁊ amplius viuat vltra: tūc nihil aliud eorū vita niſi labor et dolor. et quare: q̄m̄ veniet māſuetudo: ⁊ corripiemur. i. veniūt tūc infirmitates ⁊ dolores q̄ corripiunt ⁊ ꝓſternūt ⁊ deijciūt hoīem. Exclamat propheta admirans ſententiam dicens.

**Quis nouit poteſtatē ire tue: ⁊ pre timore tuo iram tuam dinumerare:**

¶ O dñe quis nouit. i. quis pōt noſcere poteſtatem ire tue / ⁊ pōt ſuſtinere eā: aut q̄s nouit ⁊ potuit dinumerare irā tuā ⁊ cogitare iudicia tua. ſ. quare feciſti hoīem peccabilem: ⁊ poſt pctm̄ quare voluiſti eum tali punitione plectere: ⁊ quare voluiſti taleꝫ ſnīam in poſteros transferre: quaſi dicat O altitudo diuitiarū ſapiētie et ſciētie dei q̄ incōprehenſibilia ſunt iudicia eius ⁊c. Itē quis poterit noſcere punitiones ⁊ ſecreta iudicia tua in quibus videris explicare iram tuā: Et nota q̄ vbi nos habem⁹ veniet manſuetudo ⁊ corripiemur: in Hebreo ⁊ in litera Hierony. habet̄. Qm̄ trāſibimus cito ⁊ euolabimus. Et oſtendit breuitatē vite humane. ⁊ ideo ſeq̄tur. Quis nouit poteſtatē ire tue ⁊c.

**Dexteram tuam ſic notam fac: ⁊ eruditos corde in ſapientia.**

¶ Hec eſt ſcḋa pars ꝑncipalis: in qua ponit ſcḋaꝫ petitione: ſ. vt xp̄s in lege ꝓmiſſus manifeſtetur: ⁊ veniat in carnē ꝓut de⁹ ꝓmiſit ipſi Moyſi in oratione: qñ dixit: ꝓtegā te dextera mea. vñ dicit Dauid. O dñe de⁹ pr̄ tu ꝓmiſiſti Moyſi hoi dei ſeruo tuo. Exo. xxxiij. cū petiuit: dñe mitte quē miſſur⁹ es: tūc dixiſti: Protegā te dextera mea / ⁊ poſteriora mea videbis. i. mittā tibi filiū meū Chriſtū in lege ꝓmiſſum q̄ dextera mea dr̄: eo q̄ in eo oſtendā potentiā meā cōtra mundū ⁊ diabolū: ⁊ ꝑ ipm̄ faciā opa miraculorū. Iſtū ḡ filiuꝫ meū videbis incarnatū. vñ faciē meā. ſ. eſſentiā diuinitatis nō poteris videre viuēs in hac vita: q: illa diuinitas latebit in carne. ſed videbis poſteriora mea. i. humanitatem verbo coniunctam coniūctā ⁊c. Fac ergo dñe notā nobis dexterā tuā. ſ. filiū tuū ⁊ veniat in carnē / ⁊ noſcam⁹ eū ꝑ fidē. Et notanter dicit ſic notā fac: q: hūanitatē videbim⁹ clare: ſed nō diuinitatē: q: ſolū ꝑ effect⁹ ⁊ miracl'a nouim⁹ Chriſtū eſſe deū. Et ſic non nouim⁹ ſimplr̄ ſed quaſi nouim⁹: q: per fidē: nā Petr⁹ ⁊ Thomas videbant humanitatē: ſed crediderūt ⁊ ꝯfeſſi ſunt diuinitatē in ipſa carne latentē: vt puta dum dixit Petrus. Ego dico tibi q̄ tu es Chriſt⁹ filius dei viui. Et cū dixit Thomas: Dñs me⁹ ⁊ de⁹ meus. Hāc ergo dexterā ⁊ hec poſteriora petebat ꝓpheta nobis quaſi notā fieri per incarnationeꝫ ⁊ ꝑdicationem. ⁊ iō ſequit̄: Et eruditos corde in ſapientia. i. fac nos eruditos corde in ſapiētia: dādo nobis legē euāgelicā: q̄ non ſolūmodo erudit intellectū: ſꝫ etiā iuſtificat cor. quaſi dicat ꝓpheta: fac nobis nomē filiū tuū q̄ erudiat nos ſua euangelica ſapia: et loquat̄ nobis ad aures ⁊ declaret verba tua ⁊ totā legem ve. ad aures noſtras: ſicut ꝓmiſiſti Moyſi Deut. xviij. cū dixiſti / ꝓphetam ſuſcitabo de medio fratrū tuorū ſimilē tibi. ſ. in natura hūanitatis: ſꝫ digniorē ⁊ ſublimiorē in maieſtate deitatis: ⁊ ponā verba mea in ore ei⁹: loqueturq̄ꝫ ad eos q̄cunq̄ꝫ dixero ipſi ⁊c. mitte ergo iſtū ꝓphetā filiū tuuꝫ vt nos erudiat in vera ſapiētia ⁊ nō ampli⁹ ꝑ figuras nec cerimonias legis. hec etiā dicit: q: deus ꝓmiſit Moyſi: q̄ precederet ⁊ dirigeret eum.

**Conuertere dñe vſq̄ quo: et deprecabilis eſto ſuper ſeruos tuos.**

**Repleti ſumus mane miſericordia tua: et exultauimus ⁊ delectati ſumus in omnib⁹ diebus noſtris.**

¶ Hic ponit̄ tertia petitio: vbi petit miaꝫ ꝓmiſſā ipſi Moyſi pro toto gñe hūano in ſupradicta oratione qñ dixit miſerebor cui voluero. ⁊ iō petit Dauid vt deus conuertat̄ ad nos ꝑ miam ⁊ paſſioneꝫ ſuā: ⁊ faciat nos filios mie ⁊ gr̄e: ⁊ vt ipſe q̄ āte erat nobis inexorabilis ꝓpter irā fiat nobis deprecabilis per miam / nos exaudiēdo ⁊ gratos faciēdo. ⁊ vtit̄ verbis Moyſi in ſupradicta oratione Exo. xxxij. qñ dixit dño. O dñe quieſcat ira tua: et eſto placabilis ſup nequitiā ppl'i tui. iō ait Dauid ī hoc loco. O dñe Jeſu Chriſte cōuertere aliquātulum: prout hꝫ alia lr̄a: ⁊ non amplius te auertas a nobis: nec repellas nos a te: ſicut feciſti vſq̄ꝫ modo ꝓpter pctm̄ primorꝫ parētū ⁊ nr̄a propria: ⁊ cōuerte nos ad te ſicut quōdā dixiſti. Cōuertimini filij hominū ⁊ reuertimini ad me: ⁊ ego ſaluabo cōtritiones vr̄as. Cōuertere ergo ⁊ cōuertemur: ⁊ eſto deprecabilis ⁊ exorabilis ⁊ placabilis ſup nos ſuos tuos: vt nr̄e orōnes tibi ſint exaudibiles ⁊ acceptabiles. que cōuerſio ⁊ recōciliatio non pōt fieri niſi per mortē ⁊ paſſionē tuā. ergo expedias myſteriū tue paſſionis vt ſequat̄ effectus noſtre redēptionis: et reſurge a mortuis vt repleamur mane mia tua. Uñ nota q̄ vbi nos habem⁹: Repleti ſum⁹ mane mia tua: exultauim⁹ / ⁊ delectati ſum⁹ oibus diebus noſtris: ⁊ letati ſumus ꝑ dieb⁹ ⁊c. in Hebreo ⁊ in litera Hierony. habetur. Satia nos mane mia tua: ⁊ cātabim⁹ ⁊ letabimur omnib⁹ dieb⁹ noſtris ⁊ letifica nos ⁊c. Uñ dicit Hieronymus q̄ in hac parte. lxx. interp̄tes frequenter poſuerūt preteritū pro futuro: ⁊ hoc ꝓpter firmitatē ꝓphetie: quia iſti ꝑſalmi erant cātandi in eccleſia poſt aduētū Chriſti / poſt impletas prophetias. Alia aūt lr̄a habet. Replebimur mia matutina: exultabim⁹ ⁊ delectabimur ⁊c. Dicit ergo ꝓpheta. O dñe Jeſu Chriſte cōuertere aliquātulū: ⁊ eſto depcabilis ſup ſeruos tuos: ⁊ ſatia ⁊ reple nos mia tua mane. i. in die reſurrectionis qñ reſurges in claritate ⁊ gl'ia tua. q̄ quidē dies reſurrectiōis dicit̄ mane in ſacra ſcriptura: ⁊ ideo dicit̄ illa miſericordia matutina: quia ſimul cum Chriſto ſurrexit mia: poſtq̄ꝫ ira ⁊ ſententia regnauerat in nocte legis veteris. Et ideo ſeq̄tur. Exultabimus ⁊ delectabimur omnibus dieb⁹ noſtris. ideſt in toto tempore gratie.

**Letati ſumus pro diebus quib⁹ nos humiliaſti: annis quibus vidimus mala.** xxiiij. q. iiij. q. ergo.

¶ Hic ponit quartam petitionē: in qua petit gl'iā quā deus promiſit Moyſi in perſona noſtri: cum dixit. Oſtendam tibi omne bonum. vnde ſimiliter hic ponitur preteritū pro futuro. ideo dicit Dauid O dñe da nobis gloriā quaꝫ ꝓmiſiſti Moyſi Exo. xxxiij. quādo dixit. Dñe oſtende mihi gloriā tuam. cui reſpondiſti. Ego oſtendā tibi omne bonum. Ergo letifica nos gloria tua poſt tuam aſcenſionem poſtq̄ꝫ fuerimus iā renouati a vetuſtate peccati: q: iam nox peccati ⁊ tenebrarū mutata eſt in dieꝫ lucis: ⁊ malum in bonū: ⁊ humilitas ſiue deiectio in exaltationē. ideo letemur in illa gloria pro diebus quibus nos humiliaſti ⁊ deieciſti: ⁊ letemur ꝓ annis quib⁹ vidim⁹ mala. i. loco ⁊ recōpēſatiōne triſtitie ⁊ malorū preteritorū da nobis gloriam ⁊ letiam ⁊ felicitatem: ⁊ vertas triſtitiā in gaudium / ⁊ merorem in letitiam: ⁊ dolorē in refrigeriuꝫ. ¶ Et nota q̄ hic non ſolū petit gloriā anime: ſed etiam gloriā corporis. ⁊ ideo dicit: repleamur mane: ſiue ſatia nos miſericordia matutina. quaſi dicat: per tuā reſurrectionē cōſequamur ⁊ noſtram. ideſt reſurge ⁊ reſuſcitare tu. vt ſuſcites nos: ⁊ aſcende in celum: vt aſcendamus tecum: ⁊ felicitemur in illa beatitudine ⁊ fruitione. Et hec eſt intētio ꝓphete. lxx. aūt trāſtulerūt p̄teritū pro futuro ꝓpter rōnē iam dictā ſicut frequēter fecerūt in alijs pſalmis.

**Reſpice in ſeruos tuos ⁊ in opera tua: ⁊ dirige filios eorum.** vſ. q. i. c. opera xvſ. di ſtin. ca. naſci.

**Et ſit ſplendor domini dei noſtri ſup nos: ⁊ opera manuum noſtrarum dirige ſuper nos: ⁊ opus manuum noſtrarum dirige.**

¶ Hic ponit quintā petitionē: qua petit dirigi per ſplendorē gratie ⁊ doctrine euangelice: ſicut petijt Moyſes cū dixit. ſi non tu ipſe p̄cedas: ne educas nos de loco iſto. in quo ſcire poterimus nos inueniſſe gr̄am in conſpectu tuo: niſi ambulaueris nobiſcū: quaſi dicat / niſi tu perſonalr̄ venias i carnē et gr̄a tua direxeris nos / ⁊ oīa opa nr̄a / nunq̄ꝫ ꝑueniem⁹ ad terminū optatū. Naꝫ nō ſufficit nos eſſe redēptos ⁊ renouatos ꝑ paſſionē ⁊ reſurrectionē / ⁊ regeneratos ꝑ baptiſmū rōne cui⁹ participam⁹ paſſionē Chriſti: ſed etiā oportet vt habeam⁹ gr̄aꝫ p̄uenictē vt velim⁹ bonū: ⁊ cooperātē ⁊ dirigētē vt operemur ⁊ dirigamur ī operādo: ⁊ ꝑficiētē vt incepta ⁊ directa opa ꝑficiam⁹: ſine q̄ nec diuina precepta iplere: nec opa meritoria facere poſſum⁹. q̄ eſt ꝯ Pelagianos q̄ dicebāt hoīeꝫ ex naturali ⁊ li-

dero arbitrio poſſe bene oparí: ⁊ malū vitare: ⁊ ex ꝓprijs virib⁹ ſaluari. Hāc ergo falſam opinionem condēnās ꝓpheta petit hanc gratiā in hoc loco. et ratio eſt. Nā ſuperi⁹ oſtendit naturā humanaꝫ eſſe fauciatā ⁊ corruptā ꝓpter pctm̄/ ⁊ pronā ad maluꝫ ⁊ debilē ad bonū propter fomitē ⁊ cōcupiſcentiam ⁊ penalitates inflictas: ⁊ ſic liberū noſtrū arbitriū eſſe valde claudicatū/ ⁊ ex vna parte inualidū ⁊ victū. Oportet ergo vt per gratiā eleuetur ⁊ adiuuetur: nō ſolū vt vitet malū: ſed etiā vt velit ⁊ faciat bonū: ⁊ dirigatur in actiōe ſua/ ⁊ perficiat̄ vſqꝫ ad terminū incluſiue. Hāc ergo gratiaꝫ petit ꝓpheta dicens. O dn̄e Jeſu Chriſte reſpice p̄mo in ſeruos tuos: ſ. in apl'os ⁊ diſcipulos/ cōferendo eis gratiā ⁊ oīa ſeptē dona gratiarū vt poſſint p̄dicare euangeliuꝫ omni creature: ⁊ reſpice in opa tua. i. in miracula per eos faciēda: ⁊ in ceteras v̄tutes: vt poſſint fideles in eccleſiā cōgregare ⁊ tibi filios regenerare. Et ſic dirige filios eoꝝ: quos tibi in euangelio ⁊ baptiſmo regn̄auerūt. Itē reſpice ſuos tuos apl'os: q̄ ſunt opera tua: qꝛ tu vocaſti ⁊ regeneraſti eos: ⁊ ex cōſequēti dirige filios eoꝝ ⁊c. Et ſic patet ꝙ in hoc verſiculo petit primo gr̄am ꝓ aplis: ⁊ ex cōſequēti pro populo regenerato ⁊ redēpto. ⁊ vtit̄ verbis Moyſi qui dixit in ſupradicta oꝛone. Reſpice populū tuū genteꝫ hanc. Et ſic petit ꝓpheta gratiā in generali. poſtea ſequit̄ in ſpeciali: cum ſubdit. Et ſit ſplēdor domini. ¶ Ad cui⁹ intelligentiam eſt aduertendū: ꝙ duplex eſt gratia. Quedaꝫ dicit̄ gratuita: quedam gratificās. Prima dat̄ toti eccleſie. ſ. ad vtilitateꝫ totius eccleſie. ſicut eſt gr̄a ſermonuꝫ ⁊ linguarum interpretationis: et gratia ordinis ⁊ iuriſdictionis. Iſta genera gratiarū dantur ad vtilitatem totius eccleſie: ſed gratia gratū faciens datur ad gratificanduꝫ habentem. Prima data fuit apoſtolis: ⁊ datur p̄latis eccleſie: ſcd̄a datur ſolis ſctis ⁊ iuſtis: Jō poſtq̄ propheta in ſuperiori verſu petijt gratiā gratuitā ad vtilitatē totius eccleſie/ quā maxime apoſtoli habuerūt: nūc in hoc verſu petit gratiā gratificantē ⁊ dirigenteꝫ hominē ad bonū agendū ⁊ implenduꝫ precepta et opera charitatis. ¶ Sꝫ qꝛ opera noſtra ſunt in duplici genere. Nam quedam pertinent ⁊ diriguntur ad proximum: ⁊ pertinent ad charitatem proximi. Et quedam diriguntur in ſoluꝫ deum: ⁊ iſta pertinent ad cultū diuinum ⁊ latriaꝫ: ſicut oratio oblatio et adoratio ⁊c. Dicuntur ergo iſta opera dei et proximi ratione obiecti. Et ideo opera charitatis proximi dicūtur opera manuū noſtrarū in pluralit̄: eo qđ non ordinantur nec obligant ad vnū tantum ſed ad omnes: quia oēs obligamur diligere i affectu: et oibus ſubuenire in effectu: ſi ad ſit facultas Et etiam quia diuerſa ſunt opera miſericordie: eoq̄ diuerſa ſunt genera miſeriarum. Sed opus charitatis circa deum eſt tantū vnū: quia eſt vnus ſolus deus: et ideo vnus ſolus cult⁹ ⁊ adoratio ipſi debet̄. Unde ſaluator Luc. vij. ait. Martha Martha ſolicita es et turbaris erga plurima. Q̄a vita actiua eſt erga proximos: ideo eius ſunt multa opera: ſed contēplatiua eſt circa ſolum deū: ⁊ cultum eius: idō ſubdit: porro vnum eſt neceſſarium. i. primū ⁊ principale. ſ. cultus diuinus. ſō illa dicunt̄ opa plurima: iſtud vero vnū opus eſt ſicut vn⁹ ſolus eſt deus. Sed qꝛ tam opa charitatis circa proximū q̄ op⁹ latrie circa deū nō pōt exerceri nec incipi: nec cōtinuari: nec ꝑfici a nobis niſi ſit ſplendor gratie dei ſuper nos: qui dirigat opus manuū noſtrarū circa proximos: ⁊ dirigat etiā opus manuū noſtraꝝ erga deū colendū ⁊c. Ideo ꝓpheta ſigillatim implorat ⁊ petit hāc gr̄am dicēs. Et ſit ſplēdor dn̄i dei noſtri ſuper nos ad volendum bonū ⁊ incipiendū: et tu deus dirige opera manuū noſtrarum ſuper nos/ idest ſuper proximos noſtros: que ſunt opera miſericordie ⁊ charitatis erga proximos: et dirige etiam opus manuū noſtraꝝ circa cultuꝫ diuinum: quia ſine tua gratia neutrū opus exercere poſſumus. Et notanter dicit. Dirige opa manuum noſtrarū ſuper nos: ⁊ in ſecundo dicit. Dirige opus manuum: ⁊ non addit ſuper nos: ad denotanduꝫ ꝙ ly opa refertur ad proximos: ſed ly opus refert̄ ad deū ⁊ cultū diuinum: ideo nō dicit ſuper nos: quia tale nō fit ſuper nos: ſed ad deum dirigimus ipm̄. Quidam autem referunt ly opera ad opa miſe corporalia: ⁊ ly opus ad ſpiritualia: ſed prima expoſitio magis videtur ſatiſfacere littere ⁊ rationi: quia opus erga deū vnū tantū eſt. ſ. cultus diuinus. Luce. vij. Porro vnū eſt neceſſariū. Miſeri vero et ceci Judei non valentes introire in ſanctuariuꝫ dei: manentes in ſola literatura/ exponunt hos duos verſus de fabricatione tabernaculi: dicentes quod Moyſes petit vt deus dirigat fabricatores: ⁊ manus ad conſtruendum tabernaculum. Sed nō mirum/ quia non merentur videre theſaurum ineſtimabilem clauſum in hoc pſalmo. Tu autem Chriſtiane quere gratiaꝫ: ⁊ pulſa/ ⁊ aperietur tibi: ⁊ age gratiam.

**Qui habitat in adiutorio altiſſimi: in protectione dei celi commorabitur.**

**Dicet domino ſuſceptor meus es tu: ⁊ refugium meum deus meus ſperabo in eum.**

**Quoniam ipſe liberauit me de laqueo venantium: et a verbo aſpero.**

¶ Iſte pſalmus apud Hebreos eſt omnino ſine titulo: ſed dicunt Hebrei moderni ꝙ Moyſes fecit hunc pſalmū cōmendando diuinū refugiuꝫ: oſtendens quomodo ille qui ſe committit diuino adiutorio nō poteſt temporaliter perire: qđ probat exēplo filiorū Iſrael: qui ſe cōmiſerunt diuino adiutorio: ideo fuerunt liberati a captiuitate: ⁊ per totuꝫ d̄ſertū fuerūt protecti ſub illa nube: ⁊ tuti fuerūt ab inſidijs inimicorū diurnis pariterqꝫ nocturnis: et prebuit eis deus cuſtodiam angelorū ad defendendum non ſolū ab incurſibus hominuꝫ: ſed etiam a veneno beſtiarū: ⁊ ſic ſecuri ambularunt inter leones ⁊ dracones: ⁊ obūbrauit eos ſcapulis ſuis columna nubis. Et ſic literaliter exponunt pſalmū iſtū de protectione quaꝫ habuerunt in itinere. Sed licet iſte pſalmus ſic literal'r poſſit applicari ſupradicte hiſtorie: ⁊ etiam poſſit exponi moraliter de quocūqꝫ iuſto ſe diuino adiutorio cōmittēti: tamē principalis intētio prophete non fuit iſta: ideo cōtinet maiora myſteria: vt patebit: maxime per ea que dixit in fine huius pſalmi: quia Dauid nō fuit minus propheta in hoc pſalmo quam in ceteris. Et ideo eſt dicendū ꝙ iſte pſalmus vel eſt idē



numero cū pſalmo ſuperiori: ⁊ pars eius diuiſa ꝑ diapſalma: vel eſt conſecutiuus ad ſuperiorem in materia. ⁊ idō dicūt Judei moderni ꝙ q̄n dicitur hūc pſalmū incipiunt ipm̄ a verſu vltimo pſalmi p̄cedentis. ſ. Sit ſplendor dn̄i ſuper nos/ ⁊ opa manuū nr̄arū dirige ⁊c. Et ſic cōtinuāt iſtū pſalmū cū vltimo verſu pſalmi precedentis. Un̄ poſtq̄ Dauid in ſuperiori pſal. inuocauit xp̄m vt veniēs in carnem fieret noſtrū refugiū/ ⁊ notificaret dexterā ſuā per incarnationē ⁊ predicationem: ⁊ repleret nos mia ſua per paſſionē ⁊ reſurrectionem: et letificaret nos gratia ſua: ⁊ dirigeret nos et opa nr̄a per ſplendorem ſue et euāgelice doctrine ſue ſicut promiſerat ipſi Moyſi in eius oꝛone Exo. xxx. Nunc in hoc pſalmo vel diapſalmate conſecutiue inuitat ⁊ exhortatur totū genus hūanū ad iſtā petrā et domū refugij: q̄ eſt xp̄s: ſub cuius tutela ⁊ refugio totū gen⁹ humanū ſiue oēs ad eū cōfugiētes erant liberādi a captiuitate diaboli/ ⁊ ab omni hūana miſeria tā corporali q̄ ſpūali in ſuperiori pſal. memorat: in quā inciderāt ex ſn̄ia data in Adam. In quo pſal. duo facit. p̄io agit qđ dictū eſt. Scđo introducit deū cōfirmātē ſn̄iam et ꝓmiſſionē ꝓphete. Et breuiter ꝓmittit cōplere totā ꝓmiſſionem factaꝫ ipſi Moyſi. Exo. xxxiij. et cōplere petitionē factā in ſuperiori pſal. Erit ſcđa ps ibi. Qm̄ in me ſperauit liberabo eū. Un̄ eſt intētio ⁊ ꝯcluſio hui⁹ ꝓphetie in h̄ pſal. ꝙ veniāt oēs ⁊ cōfugiāt ad xp̄m: ⁊ cōmittāt ſe ei⁹ adiutorio et refugio: et ſine dubio liberabunt̄ ab oī miſeria: imo cognoſcēt ſe eē liberatos et enumerat oēs miſerias a q̄b⁹ et q̄uo liberabūt̄ per xp̄m. ¶ Un̄ dicit ꝙ oīs ille q̄ habitat in adiutorio. i. q̄ habitat in petra refugij et i lapide adiutorij ipſi⁹ dei altiſſimi q̄ eſt xp̄s/ ⁊ cōmorabit̄ in ꝓtectione dei celi: talis dicet ſe eſſe liberatum. Un̄ eſt aduertēdū: ꝙ vbi nos habem⁹. Qui habitat i adiutorio altiſſimi in ꝓtectione dei celi cōmorabit̄. Hebre⁹ ⁊ lr̄a Hierony. hꝫ ſic: Habitat i occulto altiſſimus i vmbraculo oīpotens ꝑmanet. Et ſic iſta lr̄a videt̄ magis explicare ſacr̄m incarnatiōis xp̄i. vn̄ dicit ꝙ de⁹ altiſſimus habitat in occulto hūanitatis: et verbū dei oīpotēs ꝑmanet i vmbraculo carnis perſonal'r vnitū ꝑ incarnationē. Nā illa hūanitas vt ſepius dictū eſt: eſt tabernaculū ⁊ habitaculū diuini verbi: in quo fili⁹ dei ꝑmanet ieternū: qꝛ qđ ſemel aſſumpſit nūq̄ dimiſit. Unde iſta hūanitas ſicut dr̄ tēplū dei ꝑ pſonalē vnionem: ita dr̄ habitaculū oīm fideliū ꝑ myſticā icorporationē ⁊ regenerationē. nā xp̄s inquantū hō eſt caput eccl'ie. Et ſic illa hūanitas eſt lapis adiutorij ⁊ petra nr̄i refugij ⁊ habitaculū miſeroꝝ: i foramie cui⁹ petre xp̄s poſuit oēs fideles ⁊ ꝓtexit dextera ſua. Huic ergo refugio dicit ꝓpheta vt nos cōmittam⁹: ⁊ ad hoc p̄ſidiū vt oēs nos miſeri cōfugiam⁹. de quo ēt dicit Boeti⁹. iij. de ꝯſolatiōe. carmine. x. Huc oēs pariter venite capti. Quos fallax ligat iprobis catenis: Terrenas habitans libido mentes. Hic erit vobis reqes laboꝝ. Hic port⁹ placida manēs q̄ete: Hoc patēs vnū miſeris aſylū. Itē iſte xp̄s i hūanitate ē ille loc⁹ ⁊ petra refugij: quā ꝓmiſit de⁹ per Moyſen i ſua oꝛone: ⁊ eſt illud refugiū: de q̄ habitū eſt in pſal. p̄cedēti. Ad qđ refugiū exhortat̄ Dauid oēs ꝯfugere in p̄ncipio hui⁹ pſal. cū dicit ſcđm noſtram trāſlationē. Qui habitat i adiutorio xp̄i altiſſimi poterit dicere ꝙ i ꝓtectiōe ⁊ tutela dei celi cōmorabit̄. Naꝫ ē ꝓtectio dextera qua de⁹ pr̄ nos ꝓmiſit ꝓtegere. ¶ Un̄ eſt aduertēdū ꝙ fideles ponūt ſpē ſuā in xp̄o. Primo in p̄ſenti ponēdo ſpem ⁊ fiduciā ſuā in paſſiōe xp̄i: ⁊ ſacramētis eccl'ie: ꝑ que credūt liberari ab oī pctō. Scđo ponēdo totā ſpē in celeſtib⁹ p̄mijs cōtēnēdo terrena. ⁊ h̄ eſt ſe committere diuino adiutorio ⁊ talē īpoſſibile eſt perire: nec a diabolo ſupari. ⁊ hanc cōcluſionē ꝓponit ꝓpheta dicēs. Oīs ille q̄ habitat in adiutorio xp̄i filij dei altiſſimi. i. illi⁹ adiutorio ⁊ auxilio ſe totaliter cōmittit oī alia mūdana fiducia ⁊ ſpe relicta: ille cōmorabit̄ in ꝓtectione dei celi. i. celeſti protectiōe defendet̄ et ꝓteget̄: ⁊ ꝑ cōſequēs nunq̄ peribit nec ſupabit̄ a diabolo nec ab hoīe: nec aliq̄ tētatione vincet̄. Et ꝓſequit̄ quō ponit aliq̄s ſuam habitationē in adiutorio altiſſimi/ dicēs: qꝛ ille qui vult ſe diuino adiutorio cōmittere: dicet dn̄o nr̄o Jeſu xp̄o ſic. tu es ſuſceptor me⁹: qꝛ liberaſti me ꝑ paſſionē: tu es refugiū meū: qꝛ ad te cōfugio vt ſanes per ſacramētorū medicationē. ⁊ tu es de⁹ me⁹ per ſpecialē cultū et adorationē. quaſi dicat: ꝙ confiteat̄ xp̄m verū eſſe Meſſiā: ⁊ verū redēptorē. Et ſic dicet ⁊ ꝓponet in corde ſuo: ſperabo. i. totā ſpeꝫ et fiduciā meā ponam i eo operādo ⁊ dirigēdo mea opera in eū. quaſi dicat: ꝙ ille vere ſe cōmittit adiutorio xp̄i qui ſuſcipit ipm̄ in redēptorem ⁊ ſaluatorē: et credit ipm̄ eſſe verū deū ⁊ operatū ſcđm legē euāgelicā ꝓpter p̄miū vite eterne: et ꝑ ꝯñs credit ipm̄ eſſe verū Meſſiā: et etiā credit ⁊ p̄dicat firma fide ꝙ ipſe Chriſt⁹ liberauit me de laq̄o venantiū: et a verbo aſpero. ¶ Ad cui⁹ itellectū eſt notādū ꝙ laqueus venātiū dr̄ pctm̄ primi parentis. Nā diabolus cū dixit primis parētib⁹: nequaq̄ moriemini: ſed eritis ſicut dij ſciētes bonū ⁊ malū: tunc parauit eis laqueū. ⁊ q̄n ipſi comederūt fructum tūc inciderūt in ipm̄: et fuerūt expoliati bonis gratuitis ⁊ ligati pctō et facti captiui ⁊ ſerui diaboli. qui quidē laq̄us obligauit oēs poſteros ad culpā ꝓpter trāſgreſſionē primoꝝ parētū. Egreſſum eſt verbū aſperū a deo cū data eſt ſn̄ia eis vt eijcerentur: et felicitate in p̄ñti ⁊ in futuro priuarētur: ⁊ ad culpā: et reatū eternū et mortē eternā et tꝑalē obligarēt̄: et penalitatib⁹ tꝑalib⁹ ſubderent̄. Illa ergo ſn̄ia ⁊ maledictio a deo hoī ꝓmulgata fuit verbū aſperū et durū et crudele toti generi hūanoꝛ: a quo laq̄o et verbo aſpero et ſn̄ia dura ſolus Chriſtus nos liberauit. Dicat ergo oīs fidelis ipſi xp̄o. Ego fiducialiter ſperabo i eū. ſ. xp̄m Meſſiā et ſaluatorē in lege ꝓmiſſum. qm̄ ꝑ mortē et paſſionem ſuā liberauit me de laq̄o pctī et culpe ipſoꝝ demonioꝝ venātiū/ et ꝑ ſuā reſurrectionē liberauit me a v̄bo aſpero. i. ſn̄ia mort̄ eterne: et miſerabili ſeruitute diaboli et miſeria penalitatū et dura maledictiōe. Quaſi dicat ꝓpħa: ꝙ iſta dꝫ eē firmiſſima fides et fiducia cuiuſcūqꝫ fidelis. et h̄ eſt ſe cōmittere diuino adiutorio. q̄ſi dicat ſi ꝯmiſeris te diuino adiutorio: et ꝯfugeris ad refugiū xp̄i: non eris decept⁹ imo liberat⁹: ⁊ dices. i. poteris dicere dn̄o agēdo gr̄as. n̄ſic cognoſco qꝛ tu es ſuſceptor me⁹: et verū refugiū meū. et dices: ⁊ xp̄s fuit refugiuꝫ meū: qm̄ ipſe liberauit me de laq̄o venātiū et a v̄bo aſpero: eo mō q̄ dictū ē. ¶ Et nota ꝙ ꝓpheta in hoc pſal. ꝓcedit cū difficultate: qꝛ ml'toties mutat pſonā et modū loquēdi ꝑ ſyneptreſim: ſicut multoties accidit nō ſolū in poetis/ ſꝫ etiā in ꝓphetis in q̄b⁹

gr̄a neceſſaria.

C gratia duplex

D Opa ſunt in dupli ci gn̄e.

E ſpes in xp̄o ponēda.

laq̄us venantiū dr̄ pctm̄ ade.

ſpũs ſanctus loquebatur. Ideo aduertat lector. Et ideo eſt aduertẽdũ ꝙ ſcõs verſus põt ordinari cũ primo: eo modo quo dictũ eſt. Uel põt ordinari cũ ſequẽtib⁹: vt ſit ſenſus ꝙ ille q̃ habitat ĩ adiutorio xp̃i: ⁊ cõmorabit̃ in ꝓtectione eius: ille talis conſequet̃ octo ſequẽtes vtilitates: ⁊ liberabit̃ de ſeptẽ periculis ſequẽtibus ꝑ ordinẽ. Naʒ primo dicet et poterit dicere dño/ ſuſceptor meus tu ⁊c. Et liberabit̃ de laqueo venãtium ⁊ a verbo aſpero. Scd̃o obũbrabit̃ ſcapulis xp̃i: ⁊ ſub pẽnis eius ſperabit. Tertio circũdabitur ſcuto xp̃i: ⁊ ſic nihil timebit. Quarto a dextris ⁊ ſiniſtris cadẽt iudei ⁊ ceteri infideles: tñ ipe liberabit̃ a pctõ. Quĩto iñdeles flagellabunt̃ multis plagis: tñ flagellũ nõ appropinquabit tabernaculo ſuo. Sexto: qꝛ angeli eũ cuſtodiẽt ab omni periclo. Septimo: qꝛ ꝯculcabit aſpidẽ ⁊ baſiliſcũ ⁊ Leonẽ ⁊ Draconẽ. Octauo: qꝛ glorificabit̃ in eternitate. Et totũ hoc patebit ſequẽdo literam. Dicit ergo ſecundum vtilitatem.

lxxxvi. diſt. c. deſolatis.

**Scapulis ſuis obũbrabit tibi: ⁊ ſub pennis eius ſperabis.**

**Scuto circundabit te veritas eius: non timebis a timore nocturno.**

**A ſagitta volante in die: a negotio perambulante in tenebris: ab incurſu ⁊ demonio meridiano.**

ꝓtegere aliquẽ ꝑt ꝗs tripl'r.

¶ Ad cuius intelligẽtiã eſt notandũ ꝙ tripliciter poteſt aliquis aliũ protegere. Primo inter ipſum ⁊ inimicũ ſe obijciendo ⁊ interponendo: ſicut facit vacca ⁊ bos qñ vident lupos venientes ad ſe: tũc. ſ. bos remittit filios a tergo ſiue ad ſcapl'as ⁊ obijcit ſe lupo ⁊ morſib⁹ eius/ ⁊ defendit filios cũ cornu: ⁊ ſic ſub vmbra ſcapularũ bouis defendũtur ⁊ proteguntur filij: ⁊ cũ cornu bouis vulnerat̃ lupus ⁊ fugit. Secũdo põt quis alium protegere ſub alis recipiendo ⁊ cooperiendo ſicut gallina congregat pullos ſuos ſub alis/ ⁊ liberat eos a miluo ⁊ fouet et nutrit eos ſub ꝓprio calore. Tertio ſicut quando quis cooperit amicũ ſuũ ſcuto et obijcit ſcutũ contra inimicum. Iſtis ergo tribus modis liberauit et protexit nos Chriſtus de poteſtate diaboli et a morte perpetua. Primo nos liberauit ſicut bos liberat filios ſuos. Nã ipſe poſuit ſcapulas ſuas in cruce ⁊ poſuit nos a tergo ſuo: ⁊ obiecit ſe morti ⁊ paſſiõi cõtra diabolũ: ⁊ recepit in ſe ictus ⁊ verbera et vulnera inimici: vt noſtra vulnera ſanaret: et cũ cornibus crucis percuſſit inimicũ diabolum et fugauit euʒ ⁊ confregit portas inferni: ⁊ liberauit ſanctos patres ⁊ attraxit predam. Itaꝗ ſcapulis ſuis ꝓtexit futuros/ et cornib⁹ liberauit p̃teritos. Scd̃o liberauit nos ſub alis ⁊ pẽnis ſuis ſicut gallina ꝓtegit pullos ſuos. Nã quatuor facit gallina. Primo recepit oua aliarũ gallinarũ ſiue oua aliena ſub alis ⁊ pẽnis ſuis. Scd̃o ꝓprio calore fouet et excitat ⁊ viuificat fetum ex ouo: et ita viuificat multos pullos/ ⁊ ex alienis facit ꝓprios: ⁊ tantum diligit eos ꝙ tota liq̃ſit in ſudore ad fouendũ pullos ſuos: ⁊ ſic cõſumit ꝓpriũ ſanguinẽ ⁊ ſubſtãtiã: intantũ ꝙ mutat vocẽ perdit plumas ⁊ efficitur pallida cõſumpto ⁊ exhauſto ſanguine ⁊ ſubſtantia: ⁊ ſic fouet filios. Tertio ꝓtegit eos a miluis et ceteris aĩalib⁹ ⁊ nocumẽtis. Quarto paſcit eos et dirigit in paſtum. Ita fili modo Chriſtus cum nos eſſem⁹ oua aliena: quia filij carnales ipſius Ade/ ⁊ mortificati ꝑ culpã: ipſe Chriſtus ꝯgregauit nos ſub pẽnis et alis ſuis in eccleſia: ⁊ viuificauit nos per ſacramenta ſua que habent virtutẽ ⁊ calorẽ ex paſſione ⁊ ſanguine ſuo/ Nã primo liberauit nos ꝑ paſſionem: ⁊ effudit totũ ſanguinẽ ſuũ pro nobis: vt daret virtutem ſacramẽtis ad ſananda vulnera noſtra: ⁊ ſic manſit pallidus in cruce ⁊ nudus: vbi tantã dilectionẽ oſtẽdit erga nos: ꝙ totũ ſe in nobis transformauit noſtros defectus ⁊ penalitates ſuſtinẽdo: quos defect⁹ ⁊ penalitates ĩ cruce ſecuʒ affixit: vt ait ap'ls. Et ſic nos viuificauit et pauit. Tertio nos protexit cooperiẽdo ſcuto gratie ⁊ doctrine et legis euãgelice: ⁊ cõtra diabolũ ipſuʒ ſcutum obiecit ad repellendũ ei⁹ incurſus ⁊ ictus. Nã ſicut ſcutũ materiale ſimul repellit oẽs ictus inimici ⁊ ꝓtegit pugilẽ: ita lex euangelica q̃ precepit oẽm iuſtitiã ⁊ ꝓhibet omne vitiũ ſimul cũ grã. vij. donoꝝ ſpũs ſancti ꝓtegit nos ⁊ repellit oẽm tẽtationẽ inimici. Et ſic tã lex euãgelica q̃ grã. vij. donoꝝ dr̃ ſcutũ ꝑ Chriſtũ nobis cõceſſum. ¶ Triplicibus ergo armis protexit Chriſtus filios ⁊ fideles ſuos. Primo paſſiõis: vt ab vniuerſali ſeruitute liberaremur. Scd̃o armis ⁊ medela ſacꝛoꝝ: vt a vulneribus pctõꝝ ſanaremur. Tertio armis ⁊ ſcuto legis euãgelice ⁊ virtutũ: vt futura pctã caueam⁹/ et tentationib⁹ diaboli reſiſtam⁹ ⁊ repellam⁹: ⁊ ſic Chriſt⁹ nos liberauit ⁊ ſanauit ⁊ ꝓtexit. Qui ergo habitat in adiutorio altiſſimi. i. Chriſti adiutorio ſe cõmittit: ⁊ his tribus armis ſe munit ⁊ armat: erit ſemꝑ in ꝓtectione dei celi/ et cõmorabit̃: qꝛ protectiõe dei vallat⁹ nõ põt ſuparari. Et hoc eſt qđ dicit. Qm̃ ipſe liberauit me de laqueo venãtiũ ⁊c. Iõ ꝓpheta apoſtrophat ad populũ fidelẽ dicẽs. Ipſe Chriſt⁹ ad cui⁹ refugiũ cõfugiſti/ ⁊ cuius armis te muniſti/ obũbrabit tibi ſcapulis ſuis. i. vmbraculũ ſalutare et tutatiuũ p̃ſtabit tibi ſcapulis ſuis: ſi ad ei⁹ paſſionẽ recurreris q̃ in cruce ꝓ te ſcapulas poſuit. Et ſub pẽnis. i. ſub alis ei⁹ ſꝑabis ſi ſub ſacris eccleſiaſticis te cõſtitueris: et ex eiſdem medicinã ſumpſeris: q̃ fouent v̾tutes ⁊ ſanãt vulnera. Scuto circũdabit te veritas ei⁹. i. lex ei⁹ euãgelica: circũdabit te ⁊ ꝓteget ſcuto ſacꝛoꝝ/ et articuloꝝ/ et preceptoꝝ: et cõſiliorum ad repellẽdas tẽtatiões/ et inſidias diaboli/ et cauẽda peccata: quaſi dicat: ergo ꝓpheta/ ſi tu homo ꝯfugeris ad refugiũ Chriſti/ ⁊ volueris in eo ponere habitaculum tuũ: tunc ipſe ſcapulis ſuis obũbrabit tibi/ ⁊ ſub pennis eius ſperabis: ⁊ ſcuto circũdabit te veritas eius prout dictũ eſt: ſicut ꝓmiſit Moyſi/ qñ di. Ponã te in foſ ⁊c. Exo. xxxiij. ¶ Non timebis. Hic enumerat oĩa pericula ⁊ oẽs miſerias de quibus Chriſtus liberauit oẽs cõfugientes ſub vmbram ſcapularum ⁊ alarum ſuarum: quos protexit ſcuto ſue veritatis et gratie. ¶ Ad cuius euidentiam eſt notandum ꝙ tentatio ſiue peccatum ꝯſiſtit in quatuor gradib⁹. Nam primo p̃cedit cogitatio. Scd̃o ſequitur ꝓpoſitũ. Tertio actus peccandi. Quarto ꝓſecutio. Cogitatio cõparatur nocti: eo ꝙ ſicut in nocte homo frequenter cadit: ita ex frequenti cogitatione ⁊ delectatione homo frequẽter cadit in propoſitũ peccandi. Propoſitũ vero cõparat̃ crepuſculo ⁊ tenebris: nã ſicut crepuſculũ exit ex nocte/ ⁊ eſt prope diem: ita ꝓpoſitum exit ex cogitatiõe et eſt prope

chriſt⁹ nos liberauit a morte eterna.

No. q̃tuor facit gallina.



actum ⁊ effectũ: et iam imputat̃ ad pctm̃. Operatio aũt in hac parte cõparat̃ diei: eo ꝙ iã pctm̃ exiuit in clarũ ⁊ manifeſtũ. Proſecutio aũt ⁊ duratio pcti iam cõparat̃ meridiei qꝛ iã pctõr nõ timet ſuã famã. Diabolus ergo primo inducit hoiem in cogitatione pcti: et exinde detinet eũ in cõſuetudine. Et hec ſunt quatuor arma diaboli quib⁹ hoieʒ iuadit. Sed Chriſt⁹ dedit nobis arma ⁊ ſcutũ legis euangelice cõtinẽtis oẽs virtutes: quo reſiſtim⁹ ⁊ repellimus tentatiões: et arma diaboli. Nã in lege euãgelica reperies qñ nõ debes cogitare de mundo: imo oportet ſemꝑ orare: et qñ nõ debes peccare: et ſi peccaſti debes ad pniam recurrere ⁊c. Et ſic ſi legẽ euãgelicã ſectat⁹ fueris: de facili diabolũ vinces. et a te repelles. Et iõ dicit ꝓpheta: Scuto circũdabit te veritas eius. i. lex eius. ⁊ nõ timebis a timore nocturno. ſ. cogitationib⁹ malis: nec a ſagitta volante in die. ſ. a peccato in actu. Nã ſicut arc⁹ pellit ſagittã: ita propoſitũ producit actũ peccãdi in clarum ⁊ manifeſtũ. Nec timebis a negotio perambulante in tenebris. Nam peccatũ anteq̃ ꝓducatur in clarũ/ negotiat̃/ ⁊ agitatur in tenebris propoſiti. nec timebis ab incurſu meridiano. i. a pctõ male cõſuetudinis: qđ iam nõ timet: nec veret̃ infamiam. quaſi dicat. ſi munitus ⁊ armatus ⁊ circũdat⁹ fueris ſcuto legis euãgelice: nõ timebis iſtos quatuor incurſus diaboli: ⁊ quatuor gradus peccatoꝝ. Per iſtos etiam quatuor terminos itelligũtur quatuor genera peccatoꝝ: Nam per timorẽ nocturnum intelligitur peccatũ ignorantie neglecte: et per negotiũ tenebroſum: peccatũ auaritie. ꝑ ſagittam volantẽ in die/ intelligitur peccatũ luxurie. Per demoniũ meridianũ ĩtelligit̃ peccatũ ſuperbie. Nam ſuperbus ab oĩbus vult videri. Sed omnib⁹ his peccatis et armis diaboli reſiſtit lex euãgelica: et eoꝝ repellit incurſus ⁊ ictus: vt patet per ſingula. Per laqueũ autẽ venantiũ poſſunt etiam intelligi oĩa genera peccatorum/ ⁊ tentaonũ. ⁊ per verbum aſperum omnia genera perſecutionum. ⁊ ſic martyres in primitiua eccleſia: ⁊ oẽs viri iuſti fuerũt liberati de laqueo diaboli: ⁊ de perſecutionibus ⁊ minis tyrannorũ per Chriſtum.

**Cadent a latere tuo mille: ⁊ decem milia a dexteris tuis: ad te autem non appropinquabit.**

¶ Totum hoc legit̃ conſequutiue: vbi monſtrat ꝙ abſq; paſſione Chriſti ⁊ lege euãgelica nullus poterit ſaluari. Ideo dicit propheta ad virũ iuſtũ: ꝙ tanta eſt virtus paſſionis Chriſti ⁊ ſacramẽtorum eccleſiaſticoꝝ: ⁊ legis euãgelice ⁊ donoꝝ ſpũs ſancti: ꝙ ſicut per ipſam oẽs ſaluant̃ ⁊ protegunt̃: ita ſine ipſa nemo poteſt ſaluari/ nec protegi. Nam in pugna huius mundi cadent mille a latere iuſti: et decẽ milia a dextris eius: ſed ad iuſtum talia mala non poſſunt appropinquare; eo ꝙ munitus eſt et protectus ſub ſcapulis et alis ⁊ ſcuto Chriſti. ideo dicit proheta. O Chriſtiane ⁊ vir iuſte qui adiutorio dei te ꝯmiſiſti: et armaſti armis Chriſti/ ⁊ ſcuto eius te protexiſti in pugna huius mũdi: cadent a latere tuo mille de infidelib⁹ ⁊ peccatoribus et decẽ milia a dexteris tuis. i. oẽs Iudei ⁊ pagani circũquaq; cadent victi a dextris ⁊ ſiniſtris a diabolo/ carne ⁊ mũdo ſuperati. Et ſic oẽs infideles peribunt: ad te aũt talis plaga dãnationis non appropinquabit: eo q̃ diuino adiutorio te commiſiſti: ⁊ ei⁹ armis te muniuiſti. ⁊ ideo manebis et euades liber et victor. Item tu cum iſtis armis Chriſti munitus pugnabis contra diabolũ et membra eius et infideles: et vinces eos: intantũ ꝙ cadẽt victi mille a latere tuo ſiniſtro: ⁊ deceʒ milia a dextris tuis. q̃ſi dicat/ circũquaq; omnes infideles cadent: ad te aũt nullum malum appropinquabit: ſed illeſus et triumphator exibis. Et nota q̃ apoſtoli ⁊ martyres quoſdaʒ vincebant conuertẽdo eos ad fidem: ſicut fuerunt gentiles: ⁊ illi cadebant a dextris ipſorũ. Et alios vicerũt temporaliter ⁊ ſpiritualiter. ſ. Iudeos qui mãſerunt in ſua obſtinatione ⁊ cecitate: ⁊ iſti ceciderunt a ſiniſtris ſpũaliter victi ⁊ cõdẽnati ad penã ꝑpetuã. Et ceciderunt etiã victi tẽporaliter: qꝛ a proprijs ſedibus expulſi ſunt: ⁊ ciuitas eorũ incenſa: ⁊ regnũ ⁊ ſacerdotiũ ablatum: ⁊ vna pars eorũ trucidata: et alia captiua et diſperſa. Et iſti ponunt̃ ſub numero millenario eo/ ꝙ fuerunt pauciores q̃ gentiles. Gentiles aũt cõuerſi ceciderũt ad idololatria ad latus dextrũ. ſ. ad baptiſmum per regenerationẽ. qui quidẽ baptiſmus ꝓcedit ex latere dextro Chriſti. ideo dicit̃ dextera pars eccl'ie. et ad hanc partẽ ceciderũt gẽtiles: q̃ dicũtur decẽ milia: eo ꝙ in decuplo fuerunt in maiori numero q̃ Iudei. Eccleſia ergo omnes ſibi ſubiecit. ſ. Iudeos ad ſiniſtram/ quos in captiuitate poſſidet tẽporaliter. Et gentiles ad dexteram: quos in ſalubri libertate ⁊ obedientia regeneratos gubernat: Et ideo ſequitur quinta vtilitas.

**Ueruntamen oculis tuis cõſiderabis: et retributionem peccatorum videbis.**

de pe. di. iiij. ca pec catũ.

¶ O vir iuſte: et retributionẽ peccatorũ Iudeoꝝ et infideliũ videbis: maxime in die iudicij: vbi peccatores ⁊ obſtinati exiſtentes a ſiniſtris xp̃i: mittẽtur in ignem eternum. Fideles autem exiſtentes a dextris Chriſtus ſecum in vitam eternam deducet. Et ſic iuſtus ibi videbit retributionẽ peccatorum. Hoc idem manifeſte videmus oculis noſtris tam ſpiritualibus q̃ corporalibus. Nã oculis corporalibus videmus iudeos ꝑ mũdum diſperſos ⁊ captiuos ſine regno ⁊ ſacerdotio: ⁊ oculis mentis videmus eos cecos: et maledictos: et intelligẽtia ſacre ſcripture priuatos/ ⁊ a bonis celeſtib⁹ alienos: et ad mortẽ perpetuã deſtinatos/ et hoc in retributionẽ mortis ⁊ paſſionis Chriſti. a qua ſnĩa videmus fideles immunes ⁊ liberos. Et ideo ſequitur.

**Quoniã tu es domine ſpes mea: altiſſimũ poſuiſti refugium tuum.**

**Non accedet ad te malum: ⁊ flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.**

xcv. di. c. ecce. et. xiij. q. j. ca. his ita ꝙ.

¶ Qm̃ tu es dñe ſpes mea. quaſi di. iuſtus. O dñe Ieſu Chriſte ego ſum liber a tali ſnĩa: ⁊ vici oẽs tẽtationes ⁊ pctã: et deieci malos a dextris et ſiniſtris. qm̃ tu es ſpes mea: et refugiũ meũ: ⁊ ꝓtectus ſum et munitus armis tuis. Et quia altiſſimũ poſuiſti refugiũ ⁊ fortalitiũ tuum: quaſi a mundanis eleuatũ: et armis tue potentie munitum: ideo fui in eo ſaluat⁹ et liberat⁹. qm̃ nullũ malũ culpe nec flagellũ pene appropinquabit ad te. ⁊ ſic oẽs iuſti qui habitãt tecũ in tabernaculo tuo ſaluabunt̃ et liberabũtur ab oi malo culpe ⁊ etiã flagello pene. ¶ Et nota etiã ꝙ iſta particula põt dirigi ad quẽ

cūq; virū iuſtū ⁊ fidelem. Unde dicit pphta: O vir iuſte et fidelis q2 tu poſuiſti altiſſimū refugiū tuū .i. q2 nō poſuiſti ſpem tuam in rebus terrenis ⁊ infimis ⁊ corruptibilibus: ſed in rebus altiſſimis ⁊ celeſtiaus: ⁊ poſuiſti Chriſtum adiutorē tuū: ⁊ ad ei⁹ refugiū confugiſti: iō non accedet ad te malū culpe: ⁊ flagellū perſecutionis nō appropinquabit tabernaculo tuo: id eſt ecc'ie: in quā tabernaculum elegiſti. que qdē eccleſia eſt tabernaculū fidelium.

Eccl'ia funda ta ſup xp̄m q̄ eſt re fugiū.

Unde eſt notandū ſicut ait Saluator Math. vij. q eccleſia dei eſt fundata ſupra firmam petrā qui eſt Chriſtus: in altiſſimis mōtib⁹: q2 tota ſpes eius et fiducia eſt in celeſtibus: vbi expectat premium. Ideo nec vētus nec flumina poſſunt eā pſternere: et perſecutiones tēporales tyrānorū nō valuerūt contra eā. ⁊ licet ad tempus fuerit afflicta: tn̄ finaliter permāſit victrix tēpore Conſtantini: ⁊ hoc q2 altiſſimum poſuit refugiū ſuū. Ideo licet flagella appropinquauerint ad corpora: ⁊ carnes martyrū q2 eos corporaliter occiderunt: tn̄ non acceſſerunt vſq; ad tabernacula: id eſt vſq; ad aīas ⁊ conſcientias eoꝝ in quib⁹ Chriſt⁹ reſidebat: q2 firmit' ſtabiles permāſerunt in fide: ⁊ ſic victores ⁊ triūphatores extiterūt/ ⁊ ſic vincebāt ⁊ ſubiecerunt reges et principes ipſi eccleſie. Et ideo licet corpora morerentur ⁊ trucidarent': tamē tabernaculum eccleſie nunq̄ fuit proſtratū in perſecutionibus tyrānorū: et imperatorū: immo in fine ipſi tyrāni ⁊ imperatores fuerunt victi ⁊ ſubiecti eccleſie. ⁊ ſic flagellū temporale nunq̄ appropinquauit tabernaculo domini que eſt eccleſia/ nō ex lapidib⁹ materialibus: ſed viuis ⁊ ſpiritualibus cōſtructa. Nec tale flagellū potuit ād animas martyrū appropinquare: que quidem anime ſunt tabernaculum ſpūs ſancti. Et ſic patet q mille decem milia infidelium ⁊ paganorum ceciderūt victi a latere eccleſie: ſcilꝫ a dextris ⁊ a ſiniſtris: ⁊ tamen ad eam nō potuerunt appropinquare vt poſſent eam delere. Et ita final'r quilibet vir iuſtus armis Chriſti munitus deiecit a dextris et ſiniſtris mille ⁊ decē milia tentationum: et ſic ad eum non potuerunt appropinquare: eo q altiſſimum poſuit refugium ſuum.

Mat. iiij. a. Lu. iiij. b.

**Quoniam angelis ſuis mandauit de te: vt cuſtodiam te in omnibus vijs tuis:**

**In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.**

¶ Quia promiſſum eſt auxiliū temporale omnib⁹ fidelibus confidentibus in Chriſto/ qui ſe diuino adiutorio committūt vt dictum eſt ſuperius: q arma cōtra diabolū ſunt paſſio Chriſti: ⁊ eccleſiaſtica ſacramēta ⁊ lex euāgelica: quib⁹ puidit Chriſt⁹ ſuis fidelibus: ⁊ eos armauit cōtra inſidias ⁊ tentationes diaboli. Hic autem ponit quartū auxiliū que eſt cuſtodia angelorū quos deus tribuit fidelibus ad cuſtodiam hominum contra pericula tēporalia ⁊ etiam ſpūalia. Uñ ſcd̄m Hieronymū ſuper Matt. xvj. ⁊ ſcd̄m Aug. libro ſoliloquioꝝ/ vnaqueq; aīa habet angelū a principio ſue creationis ⁊ natiuitatis ad ſui cuſtodiā deputatū rōne aīe et ratione corporis. Et ratio eſt Nā eiuſdē eſt facere ⁊ cōſeruare. Cū ergo deus permiſerit diabolū ꝫ homini inimicū a principio ⁊ exordio mūdi: eo q habet poſſidere locū quē ille p caſum perdidit: etiam

Angelorū cuſtodia

ſemp diabolus conat' hoīem deſtruere non ſolū in aīa: ſed etiā in corpe: vellet eñ ipm interimere qñ eſt in peiori ſtatu culpe vt auferret ipſi locū ꝑdē: ⁊ ſic poſſet ipm precipitare vel aliud dānum ipſi inferre p ignē aut aquā: ⁊ quouis alio mō: poſtq̄ habet ptātem ſupelemētarē cū ſit vnū corp⁹. Item poſſet hoīem multipliciter affligere vt deduceret ipſ ab blaſphemiā vel deſperationem/ ⁊ maxime q2 homo eſt ſubiectus multis miſerijs ⁊ infirmitatibus: ⁊ habet liberū arbitriū claudicatū: vt ait Augu. iō eſt ipſi neceſſaria cuſtodia angeloꝝ/ vt liberet ipſ ab huiuſmodi periculis corporalib⁹: ⁊ etiā a tētationib⁹ occultis ⁊ ſpūalibus/ ⁊ ne cadat in diuerſa genera vitiorū. Iō dicit hic: cōtinuādo lrām cū ſuperiori verſu: nō accedet ad te malū: ⁊ flagellū non appropinquabit tabernacl'o tuo. Quare ⁊ quo adiutorio: r̄ndet: qñ angelis ſuis De⁹ mādauit .i. mādatū dedit eis de te: vt cuſtodiāt te ī oib⁹ vijs tuis in hoc mūdo ⁊ via: q2 in pr̄ia nō erit neceſſaria cuſtodia vbi nullū erit periculū: ſed erunt angeli ad ſocietatē felicitatis. ¶ Et deſcribit quoq; pericula a quib⁹ liberāt angeli hoīes. Nā pmo liberāt hoīem ne forte offendat pedē ſuū ad lapidē. Per pedē intelligitur pars corporea. Nam anima dicit' caput hoīs: q2 regit corpus: ſed corp⁹ dicit' pes anime: q2 cū corpore anima mouet' ⁊ operatur ⁊ exercet oīa opa: ⁊ tangit terrena: ideo deus dedit angelū hoīe vt ipm cuſtodiat quo ad corpus ne ledatur ⁊ offendat pedē ſuū. ſ. corpus ad lapidem ſiue aliquā corporalē leſionē damnum: ⁊ caueat oīa genera periculoꝝ ⁊ damnoꝝ corporaliū: que per lapidē intelliguntur. Nam ſi non prohiberet angelus cuſtos/ diabolus poſſet hoīem ledere: aut in aquis ſuffocando: aut igni cōburendo: aut precipitādo. Unde angelus non ſolum prohibet diabolū ⁊ cohibet eius poteſtatem cōtra hoīem: ſed multiplici via hoīem inſtruit: ⁊ cautum reddit ne in huiuſmodi pericula incidat/ vt multiplici colligem⁹ exēplo. Ideo ſubdit. In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedē tuum. Unde nota etiā q ſenſualitas que dicit' pes anime primo leditur ⁊ vincitur a lapide tentationis. Exinde voluntas rōnalis conſentiēdo ſenſualitati leditur ⁊ vulnerat' culpa: a qua leſione preſeruatur ex cuſtodia angelorū. Item per lapidem poteſt intelligi Chriſtus quem offendim⁹ quotienſcūq; peccamus.

**Super aſpidem ⁊ baſiliſcum ambulabis: ⁊ conculcabis leonem ⁊ draconem.**

¶ Sed quia cuſtodia angelorū non ſolū liberat a periculis carnalibus: ſed etiam a periculis culpe ſpiritualis anime: ideo deſcribit hic quatuor pericula ſiue mala a quibus anima leditur: que deſignant' per quatuor aīalia in hoc v'ſiculo memorata: que ſunt Aſpis: Baſiliſcus: Leo: ⁊ Draco quorum nomina gerit diabolus. ¶ Nam ipſe dicitur Aſpis: in quantum reddit hominem ſurdum ⁊ cecum per peccatum. Nam ponit caudam vitiorum in aurib⁹ hoīs: ne audiat voces incantantis ſapiēter: idem ne audiat exhortationes ⁊ doctrinā euāgelicam. Et ſuper oculos ne videat ⁊ ne conuertatur. Dicitur etiam Baſiliſcus inquantū ſuo veneno inficit hominem in peccato Dicitur autem Leo in quantum iraſcitur. Dicit' Draco inquantum occulte inſidiatur. Item dicitur Aſpis inquantum



inducit ignorantiā craſſam: ⁊ ppetratā. Dicitur Baſiliſcus inquātū inducit luxuriā: ⁊ inficit cōcupiſcētiam hoīs ⁊ incitat ad luxuriā. Dici Leo inquantū incitat ad irā: ⁊ ſupbiā. Dicit' Draco inquantū incitat ad auaritiam ⁊ ambitionem: que oīa deuorant hoīem. Per oppoſitum aūt angelus cuſtos occulte perſuadet ⁊ conſulit homini. vt caueat huiuſmodi peccata ⁊ reſiſtat tētationib⁹ diaboli. Ideo dicitur in litera nō ſolū non offendas ad lapidē pedē tuū ꝫ cum auxilio/ ⁊ cuſtodia angelorum: ſed etiaꝫ ſuper aſpidē ⁊ Baſiliſcū ambulabis ⁊ cōculcabis Leonē ⁊ draconē. i. omnia iſta genera peccatorū: ⁊ tētationum vincēs ⁊ ſuperabis cū pſidio ⁊ cuſtodia angelorum. ¶ Notandum eſt q totū iſtū ordineꝫ tenuit diabolus qñ voluit ipm Chriſtū tentare. Nam ipſe fuit baſiliſcus inquantū ipm voluit inficere pctō gule: q2 nō auſus eſt ipm tentare de luxuria: quia ſciebat ipm nō eſſe conceptuꝫ in originali pctō: vñ ineſt nobis feditas libidinis/ ⁊ ꝯcupiſcētia carnis ideo voluit ipm tētare de gula ſicut tētauit Adā: ⁊ vt exinde poſſet inducere ad alia peccata carnis. Secūdo fuit Leo inquantū tentauit ipm de vana gloria: ⁊ ſuperbia: qñ dixit. Mitte te deorſum. ⁊ nō ſolū ibi fuit leo: ſed etiā baſiliſcus ⁊ aſpis quia voluit ipm ifficere ignorātia diſpoſitiōis heretice prauitatis: qñ allegauit ipſi ſuperiorē verſum: ſcꝫ Angelis ſuis deus mādauit de te ⁊c. Nā ſicut induxit ignorantiā ⁊ hereſim in primis parētibus falſo interpretādo verba dei qui dixerat: Qua hora comederitis morte moriemini: ⁊ diabolus falſo interpretat⁹ eſt/ dicēs: Nequaq̄ moriemini: ſed eritis ſicut dij ſciētes bonū ⁊ malū: ita pariter ipſe diabolus conatus eſt peruertere: ⁊ falſo interpretari dictuꝫ ⁊ ſcripturā ſpūs ſancti: cū allegauit Chriſto iſtum verſum: ſcilꝫ Angelis ſuis ⁊c. ⁊ hoc multipliciter. Nā hoc nō erat dictū de capite Chriſto: cū nō indigeret cuſtodia angelorū: q2 erat cuſtos eorū ⁊ dñs ſecundū cōmunē opinionē. ſed hoc dictum erat de homine viatore ⁊c. Immo inducebat maiorē hereſim ⁊ cecitatē ignorantie ⁊ venenū. Nam cuſtodia angelorū data eſt homini ad cauendū ea q̄ nō ſunt in poteſtate hominis: ⁊ maxime a nocumētis diaboli tā corporalibus q̄ ſpūalibus: ſed nō ad cauendum ea q̄ ſunt in poteſtate ⁊ libero arbitrio hoīs. ſed ſeipſum occidere eſt in poteſtate hoīs: ⁊ in ſuo libero arbitrio: iō tunc angelus nō liberat hoīem a tali periculo corporali: poſtq̄ homo poſſit cauere: quia angelus ſolum datus eſt aſt prohibendum extranea pericula non propria: quia tā liberū arbitrium ⁊ naturalē appetitum eſſendi/ ⁊ permanēdi habet vnuſquiſq; ex natura. Et ſic diabolus ergo volebat decipere Chriſtum: allegando illā ſcripturam ⁊ falſo modo interpretādo: quia deus mandauit angelis: vt cuſtodiat homine in omnibus vijs ſuis a periculis extraneis corporalibus: ⁊ nō a proprijs periculis: q2 iam habet liberū arbitriuꝫ ⁊ naturalem appetitū ſe cuſtodiendi a proprijs periculis. ⁊ iſto modo diabolus decepit Heroeꝫ monachū egyptiū: q̄ ſeipm in puteum precipitauit: vt narrat Caſſian⁹ in collationib⁹ patrū. ¶ Scd̄o eſt notandum q Deus nō ſolū deputauit āgelos ad cuſtodiā particulariū hoīm: ſꝫ etiā Ciuitatū ⁊ Regnorū cōmunitatū ⁊ toti⁹ eccl'ie: ⁊ ſic nō ſolū dedit eccl'ie me paſſiōis xp̄i ⁊ ſacrā ⁊ legē euāgelicā in dotes/ vt defendat a diabolo: ſed etiam dedit ipſi cuſtodiā angelorū: vt eā defendant ⁊ liberent a tyrannis et inimicis ⁊ infidelibus ⁊ hereticis qui ſunt membra diaboli. ¶ Uñ quatuor genera inimicorū infeſtarunt: ⁊ infeſtāt eccleſiā: q̄ intelligūt' per illa quatuor aīalia predicta. Nā prima perſecutio fuit ſynagoge: que intelligitur per aſpidē. conati enim ſunt Iudei percutere eccleſiam cecitate ⁊ ignorantia in principio/ ⁊ ſic perſecuti ſunt apl'os: ſed Petr⁹ per angelū liberatus eſt de carcerib⁹. ⁊ ſic angeli liberarunt apoſtolos de manib⁹ Iudeorū in pma pſecutione. Scd̄o infeſtauit eccleſiā Leo ſcꝫ impetus tyrānorum: ſed in fine liberata eſt tempore Conſtātini opere angelorum. Tertio infeſtauit eccleſiam Baſiliſcus. ſ. prauitas hereticorū: que ſuo veneno multos infecit ⁊ ſanciauit: ſed multipl'r fuit liberata per doctores. Quarto infeſtabit eā draco Antichriſtus: ⁊ cetus hypocritarū. Erit eñ Antichriſt⁹ ſimul aſpis et baſiliſcus/ leo ⁊ draco: ſcꝫ Iudeus et Hereticus: ⁊ tyrānus ⁊ hypocrita: ⁊ ſic vaſtabit eccleſiā: ſed nō totaliter delebit: imo miniſterio āgelorū in fine cōminuetur: ⁊ interficiet': ⁊ eccleſia preualebit ⁊ trimphabit. Et ideo ſ'm hunc intellectum applicatur tota lr̄a predicta. Unde propheta apoſtrophat ad eccleſiā Chriſti/ dicēs. O eccl'ia q2 altiſſimū poſuiſti refugium tuū/ et ſpem tuā in Chriſtū: ideo nō accedet ad te malū: ⁊ flagellū perſecutionis nō appropinquabit tabernaculo tuo: quoniam angelis ſuis deus mandauit de te ⁊c. Et ſic ſuper aſpidem ⁊ baſiliſcū ambulabis ⁊c .i. cū auxilio angelorū tu vinces ⁊ ſuperabis malitiam Iudeorū ⁊ venenum hereticorum: ⁊ conculcabis ſuperbiaꝫ tyrānorū: ⁊ tue ditioni ſubijcies ⁊ cōculcabis iniquitatem Antichriſti et eius ſequaciū ⁊ fautorū/ quia finaliter omnes vinces/ non ſolum ſpiritualiter: ſꝫ etiam temporaliter. Nam porte inferi non preualebunt aduerſus eccleſiaꝫ: que licet fluctuabit: tamē nunq̄ ſubmergetur nauicula Petri. Nam ſemper cuſtodia ⁊ miniſterio angelorum liberabitur.

Inimici eccl'ie. iiij.

xiij. q. i ca. ſi is ita. xv. q̄. i. reuertimini.

**Quoniam in me ſperauit liberabo eum: protegam eum quoniam cognouit nomen meum.**

**Clamauit ad me et ego exaudiam eum: cū ipſo ſum in tribulatione: eripiam euꝫ ⁊ glorificabo eum.**

xxix. q. ſ. §. ſ. poſt meō.

**Longitudine dierū replebo eum: ⁊ oſtendam illi ſalutare meum.**

¶ Hic pphēta ex pte ⁊ pſona Chriſti pmittit adimplere oīa ſupradicta in pſal. pcedente ⁊ in iſto. ¶ Ad cuius euidētiā eſt aduertēdū: q pphēta Dauid cōtēplāde orōnē Moyſi ⁊ promiſſionem a deo ipſi factā: puidit totū myſteriū incarnatiōis ⁊ nr̄e redēptiōis. ī̄n fecit pſal. pcedētē: in quo fecit illas q̄ttuor petitiōes/ puta vt xp̄s accelerarer aduentuꝫ ſuū: vt fieret nr̄m refugiuꝫ. Et ne repelleret nos a ſuo refugio: ſꝫ liberaret nos ab oī miſeria. Et ī prima pte hui⁹ pſalmi inuitauit totū gen⁹ hūanum ⁊ oēs: vt cōfugerēt ad h̄ refugiū in quo oēs debebāt ſaluari: ⁊ ab oī miſeria liberari: vt ſupra oſtēſū eſt. ſꝫ q2 ī tali orōne ⁊ cōtēplatiōe fuit ipſi reuelatū: et iterū cū certitudie fuerūt reuelata ipſi oīa pmiſſa q̄ petierat ī pſal. pcedēti: ⁊ q̄ dixerat in pma parte hui⁹: iō in hac vltima pte introducit Chriſtū loquē-

tem:⁊ cum affirmatione promittentem adimplere
oīa que promiſit Moyſi in illa oratiōe. Exo. xxxiij.
¶ Ex toto iſto pſalmo poſſunt recolligi quatuor cōcluſiōes ſiue doctrine. ¶ Prima cōcluſio: q̄ Dauid in hoc pſalmo cantat miam quā Chriſtus fecit generi humano in primo aduentu: ⁊ iudicium qd̄ faciet in ſcd̄o. Uel pōt dici q̄ cantat miam quā lex euangelica ꝓmittit bonis: ⁊ iudiciū qd̄ cōminatur prauis. ¶ Secūda cōcluſio ⁊ doctrina/q̄ octo genera prauorū excluſit ⁊ docet Chriſtus excludere a ſocietate nr̄a. ſ. iniuſtos ⁊ preuaricatores legis: ⁊ prauos corde ⁊ hypocritas ⁊ rebelles contra deū: ⁊ detractores: ſuperbos /et auaros. ¶ Tertia concluſio: q̄ Chriſtus dilexit iuſtos/⁊ mūdos corde/⁊ innocētes/⁊ fideles/⁊ hos p̄cipit diligi in lege euāgelica. ¶ Quarta cōcluſio/ q̄ Chriſtus interficiet omnes peccatores impenitētes/in mortē ⁊ penā perpetuā deſtinando ⁊ celeſti hereditate priuādo. Unde moraliter docet Dauid iſta quatuor eſſe ſeruanda in domo cuiuſlibet regis ⁊ principis. Quia primo debet ſeruare miam bonis ⁊ corrigibilibus/et iudiciū incorrigibilibꝰ. Et debet ſeruare iuſtitiam cum mia. Scd̄o debet abijcere de domo ſua ſupradicta octo genera prauorū. Tertio debet amplecti ⁊ eligere iuſtos ⁊ mūdos ad regimē regni. Quarto debet interficere obſtinatos: incorrigibiles: homicidas et latrones.

Domine exaudi orationē meam: ⁊ clamor meus ad te veniat. Nō auertas faciem tuam a me: in quacumqꝫ die tribulor inclina ad me aurem tuam.

Infra. clxij. xv. diſ. ca. ſctā romana. xx. iij. q̄. iiij. ca. vſ. in fi. infra. cxxxvij

In quacunqꝫ die inuocauero te: velociter exaudi me.

¶ Titulus/ Oratio pauperis cū anxiaret̄/et coraꝫ dño effudit eloquium vel precē ſuā. ¶ Ad cuius intelligentiam eſt notandū ſcd̄m apoſtolū prime ad Corinth. xv. q̄ duplex eſt Adā. ſ. primus ⁊ ſecūdus

T

Primus Adam factus eſt in in animaꝫ viuentē. Nouiſſimus Adam in ſpiritū viuificantem. primus homo de terra terrenus. ſecundus de celo celeſtis. Qualis terrenus tales et terreni. Qualis celeſtis tales et celeſtes: ergo ſicut portauimus imaginem terreni: portamus et imaginem celeſtis/ Ex his habet apoſtolus/q̄ iſti duo Adam ſunt principia omniū hoīm. Nam primus eſt principiū et caput omnium hoīm inquantū ſunt terreni: ⁊ peccatores/et portant imaginē et veſtigiū peccati et penaꝫ eius. Secundus Adam: ſcilicet Chriſtus eſt principium omniū hoīm ſpiritualium et celeſtium: inquantuꝫ portant imaginē Chriſti. ſcilicet vt ſunt regenerati per baptiſmū: et portant characterem Chriſti: et ſunt effecti participes paſſiōis eius et reſurrectionis. Ex quo patet q̄ ante aduentū Chriſti: et ante q̄ reciperemus baptiſmū oēs portauimus imaginē et characterē primi Adam/ſcilicet culpam originalem in anima/et fomitem et penalitates in carne.

Sed poſt baptiſmū portamus imaginē ⁊ characterem Chriſti in aīa: remoto et expulſo peccato: licet maneat veſtigiū in carne ad exercitiū ⁊ ſignum. Ergo quicq̄d terrenum manet in nobis habemus ab Adā. ⁊ quicq̄d celeſte habemus a Chriſto: Sed vnde traxerit Adā talē imaginē ⁊ miſeriā aīe ⁊ corporis narrat Chriſtus Luce. x. in parabola illius qui voluit deſcendere ab Hieruſalem in Hierico: ⁊ incidit in latrones qui expoliauerunt eum / ⁊ percuſſerunt ⁊ plagis affectum reliquerūt ⁊c. Ex quo ptꝫ ꝙ iſte primus Adā diues ⁊ felix creatus eſt: et dñs oīm inferiorū. vt ptꝫ Geneſis primo ⁊ ſcdo. Sed voluit deſcēdere ab Hieruſalē in Hierico. i. declinare a diuino precepto ⁊ ſequi cōſilium ſerpentis. ideo incidit in latrones ⁊ in poteſtatē diaboli: qui ipm expoliauit oibus gratuitis ⁊ iuſtitia: ⁊ eiectus eſt a paradiſo: ⁊ perdidit oia bona corporis ⁊ anime: ⁊ bona exteriora. ſ. dñium ⁊ domicilium illius felicis ciuitatis. Et vltra hoc fuit ꝑcuſſus et plagatus in aīa originali culpa et actuali: ⁊ fuit plagatus in carne morbo fomitis ⁊ ſeminis peccati ⁊ omnium penalitatū. Et iſta imago ⁊ plaga fuit impreſſa in anima ⁊ corpore ipſius. Adā. Quā imaginem tranſtulit in oēs poſteros per generationem libidinoſam. Et ſic oēs portauimus eius imaginē in aīa ante baptiſmum: ⁊ portamus nunc veſtigiū in carne. Sed poſt baptiſmuꝫ portamus imaginē Chriſti in aīa: licet maneat veſtigiū primi Adā in carne. Adā ergo qui ante lapſum erat felix ⁊ diues in paradiſo voluptatis: factus eſt infelix ⁊ pauper ꝑ exiliū / ⁊ expoliatus diuitijs ante collatis: ⁊ factus eſt anxius ⁊ tribulatꝰ ex plagis ſibi impoſitis. Et ſic manſit pauper ⁊ anxiatus. Sed qꝛ qñ eiectus eſt a paradiſo fuit ſibi ꝓmiſſum: ꝙ de ſua poſteritate naſcereť vnus alius ſecundus Adā celeſtis: qui releuaret ⁊ liberaret ipſum ⁊ totā ſuaꝫ poſteritatem a miſeria ipſi ex peccato inflicta: ⁊ renouaret ipſum ⁊ impingeret aliā imaginem felicitatis per quam efficeretur celeſtis / Hinc eſt ꝙ primus Adā pauper ⁊ anxius ſemꝑ cum ſua tota poſteritate expectauit ⁊ deſiderauit iſtum ſcðm Adā celeſtem: vt ipſuꝫ redimeret ⁊ liberaret. vt ait Auguſtinus in libro Cur deus homo. ⁊ de hoc eſt totus iſte pſalmus: ⁊ multi alij. Nā cōſiderans Dauid totū ſtatuꝫ primi Adā et oīm portantiū eius imaginē: qđ erat totū genꝰ humanū (Nā ſicut Chriſtus eſt vnū corpus cum oībꝰ chriſtianis portantibus imaginē: ⁊ dicit vtrum corpus myſticum ⁊ vnus Chriſtus myſticus, cuiꝰ Jeſus eſt caput: ita totum genus humanū inquantuꝫ portat imaginem primi Adaꝫ dicebať vnus Adam plagatus: cuius caput eſt Adā: in quo oēs peccauerunt) Ideo in ſcriptura loquiť in ꝑſona oīm membrorum ⁊ filiorum ſuorū ab eo ꝑ libidinoſam generationē deſcēdentiū ⁊ cōqueritur: ⁊ petit veniam ⁊ inuocat Chriſtum. Et ideo eſt aduertendū in pſalmis huiuſmodi myſteriū. Nā ſicut Chriſtus multotiens loquiť in ꝑſona ſuorū mēbrorū: ita Adam loquiť in perſona ſui ⁊ oīm filiorū ſuorū. ⁊ ſic eſt intelligendus pſal. xxxvij. ⁊ iſte pſal. preſens. Nā Dauid introducit Adā loquentem ⁊ cōquerentem de infortunio ⁊ infelicitate: petentem veniā ⁊ querentē reſtitui. Jdeo dicitur in hoc titulo. Oratio pauperis: Adā ſupple cū anxireť añ aduētuꝫ Chriſti exiſtens in miſeria / Qui cupiens redimi ꝑ Chriſtū ⁊ liberari a ſua pauꝑtate ⁊ anxietate effudit precē ſuaꝫ ad Chriſtum dicēs. Dñe exaudi ⁊c. Tria ergo facit iſte pauper in hoc pſal. Primo p̄mittit ſuā orationem ⁊ deprecationem. Scðo exponit ⁊ deflet ſuū infortuniū ⁊ miſeriā quā cōſecutus eſt. Tertio p̄dicit ſuā ſecurā liberationē ꝑ Chriſtū: ⁊ petit futurā redemptionē. Scðm ibi. Qꝛ defecerūt. Tertiū ibi. Tu aūt dñe in. ¶ Quātū ergo ad primū dicit iſte pauꝑ anxiatus ⁊ tot miſerijs ſeptꝰ. O dñe Jeſu Chriſte venture: exaudi orationē meā quā ſemꝑ effudi cū oībꝰ filijs meis poſtq̄ fui expoliatꝰ ⁊ eiectus de paradiſo. Et clamor meꝰ: ⁊ oīm filiorū meorū patriarcharū ⁊ ꝓphetarū clamātiū ī hoc limbo: ⁊ expectātiū aduentū tuū: vt liberes nos iſte inquā clamor veniat ad te / ⁊ ad aures tue: ⁊ veni ad liberādum nos de iſto lacu. Nā huc uſq; oēs clamarunt ad te. Nā Abrahā deſiderauit videre diē tuū / ⁊ Iſaac: et Jacob cū dicit. Nō auferet ⁊c. ⁊ Anna / ⁊ Samuel / ⁊ Daniel / ⁊ Dauid / ⁊ Eſaias cum dicit. Utinā dirūperes celos et deſcēderes ⁊c. Iſte ergo clamor oīꝫ noſtrū q̄ eſt clamor meus: qꝛ ꝓpter pctm̄ meū / veniat ad te. Et rogo ne auertas faciē tuā a me: differēdo aduētū tuū: qꝛ in quacūq; die tribulor: ⁊ ꝑ totū tp̄s ſuꝫ in cōtinua tribulatiōe ⁊ pena ⁊ miſeria ī corpore ⁊ aīa: ⁊ vbiq; ꝑ totū orbē. Et ſicut in quacūq; die ⁊ cōtinue tribulor: ita ꝯtinue oro ⁊ inuoco. ergo in quacūq; die inuocauero inclina ad me aurē tuā et velociter exaudi me: ⁊ veni ī carnē ad liberādū me:

Not. de lapſu ade.

**Quia defecerunt ſicut fumus dies mei: et oſſa mea ſicut cremium aruerunt.**

¶ Hec eſt ſcða pars: in qua iſte pauper anxius expoliatus / ꝑcuſſus / ⁊ plagatꝰ a diabolo / vt moueat Chriſtū ſaluatorē ad veniēdū ⁊ ꝓperandū aduentū ſuū ⁊ liberandū ipm; detegit ⁊ oſtēdit ipſi ⁊ narrat totū infortuniuꝫ ſuū ⁊ miſerias ſuas oēs; q̄ ſibi ex pctō ſunt inflicte intrinſecꝰ ⁊ extrinſecꝰ: taꝫ corporales q̄ ſpūales. Uñ iſte diciť pauper inquantū fuit expoliatꝰ oībꝰ bonis gratuitis: ⁊ diciť anxius rōne penarū ⁊ tribulationū qbꝰ eſt afflictꝰ. ¶ Deflet ergo Adā hic ſuā paupertatē ⁊ anxietatē. Primo qꝛ ꝑdidit immortalitatē: ⁊ factus eſt de neceſſitate mortalis. Ideo dicit / Qꝛ defecerūt ſicut fumꝰ dies mei. Scðo qꝛ deditus ⁊ expoſitus eſt diuerſis infirmitatibꝰ corporalibꝰ. ideo ſubdit. Et oſſa mea ſicut cremiū aruerūt. Tertio qꝛ ꝑcuſſus eſt in appetitu: fomite cōcupiſcētie. ideo dicit. Percuſſus ſuꝫ. Quarto debilitatꝰ eſt in oībus potentijs aīe cognitiuis et naturalibꝰ. ideo ſubdit Ut fenū arui. Quinto ſubiectꝰ eſt laboribꝰ ad acquirendū victū. iđ ſubdit. A voce gemitꝰ. Sexto fuit expulſus a paradiſo ⁊ relegatꝰ et exul in hac valle miſerie. ideo ſubdit. Similis factꝰ ſum pellicano. Septimo fuit traditus ꝑſecutionibꝰ diuerſorū hoīm. iđ ſubdit. Tota die exprobabant mihi ⁊c. Octauo quod fuit infeliciſſimū: de alta felicitate deiecit ipm in infimā miſeriā. ideo ſubdit. Quia eleuans alliſiſti me. Quia quāto altius eleuauerat deꝰ eū ꝑ gratiā / tāto maiori lapſu alliſus decidit. ideo ſubdit. ꝙ ſicut dies ꝑ preſentiā ſolis erat clara: ⁊ ꝑ abſentiā vertitur ī vmbrā: ita Adā fuit in gloria ⁊ felicitate dum deus fuit ipſi p̄ſens: ſed pulſus a facie dei declinauit in vmbrā miſerie. Et ſicut fenū viret ⁊ creſcit in vere ⁊ eſtate ex p̄ſentia ſolis: ſꝫ in autūno ⁊ hyeme aret ⁊ deſiccať ꝑ elongationē ſolis: ita Adā aruit a viriditate proſperitatis ⁊ felicitatis per abſentiaꝫ dei. Sed oportet qđ oīa iſta per ſingula declareť. Primo ergo iſte hō myſticus deflet immortalitatē quā perdidit: ⁊ mortalitatē in quā incidit: dicens. Quia defecerunt ſicut fumꝰ dies mei. Quaſi dicat O xp̄e veni et libera me a b hac mortalitate: ⁊ redde mihi imortalitatē quā perdidi. Nā ego fui creatus imortalis: qꝛ poterā non mori. Sꝫ ex pctō taliter factus ſum mortalis qđ habeo neceſſitatē moriēdi. Et ſic dies mei ſicut fumus ſucceſſiue defecerūt. Nā ſicut fumus tantū durat: quantū durat liguū cōbuſtibile: ſꝫ conſumpto ligno ꝑ ignē deficit fumus et euaneſcit: ita vita et dies hoīs deficiunt paulatim / cōſumpto corpore ꝑ morteꝫ: ⁊ exhauſto humido radicali. Et hec eſt p̄ma miſeria: in quam incidi ꝑ pctm̄. Scða miſeria ī quā incidi fuit: quia ſubiectus fui infinitis infirmitatibꝰ ⁊ egritudinibus: qꝛ oīa oſſa mea ſicut cremiū aruerūt. Nā ſicut cremiū carnis dū frigiť ī patella vel aſſať ad ignē cōtinue ꝑdit humidū naturale ⁊ ſic aret: ita hō cōtinue ꝑ calorē extraneū ⁊ itraneū p̄ter naturā perdit humiduꝫ radicale: ⁊ alterant eiꝰ hūores. Et ſic icidit ī diuerſas īfirmitates ⁊ areſcit vſq; ad mortē

pſal. tēra. / viij. q. ſ. cum verſu aduerſitas. / Adam deflet ſuam paupertatem.

**Percuſſus ſum vt fenū ⁊ aruit cor meū: quia oblitus ſum comedere panē meum, A voce gemitus mei: adheſit os meū carni mee.**

¶ Hic ponit tertiū dānū. Quia ꝑcuſſus eſt in ſenſualitate veneno cōcupiſcētie: intantū ꝙ potentie fuerūt vulnerate ⁊ debilitate ⁊ prone ad cadendū: ⁊ nō ſufficiētes reſiſtere malo: nec agere bonum. Et ſic claudicat liberū arbitriū. Sicut fenū ꝑcuſſū nimio ardore ſolis ⁊ ſectū a radice aret: ita hō eiectꝰ agrā ⁊ ꝑdita originali iuſtitia aruit perdēs virorē grē. Jđ ait. Percuſſus ſum ex dei ſnīa: ſicut percutiť fenū qñ falce ſecať a prato. iđ aruit cor meū. Et dat cām quare / ⁊ vñ hoc dānū: ⁊ dicit. Quia oblitus ſum comedere. quaſi dicat. Quia trāſgreſſus ſuꝫ preceptū dñi. Nā deus aſſignauit oēs arbores in panē ⁊ cibū ad ſuſtētandū vitā: dicens. De omni ligno qđ eſt in paradiſo comedes p̄terq̄ de arbore ſcientie boni et mali: qꝛ qua hora comederis ⁊c. Sed ego cōtēnēs p̄ceptū dñi / oblitꝰ ſum comedere panē meū. i. cibū mihi licitū aſſignatū: ⁊ comedi illicitū et vetitū. ideo ex ſnīa dñi venerunt mihi oīa p̄dicta mala. Nā ilico audiui vocē dedicentis. Adā vbi es: ⁊ audiui ſnīam a deo mihi datā dicentē. Quia audiſti vocē vxoris tue: iđ maledicta terra in opere tuo. tribulos ⁊ ſpinas germinabit tibi ⁊ in ſudore ⁊c. Et iſta ſnīa fuit vox gemitus ⁊ fletꝰ ⁊ infortunij ⁊ pene mee. Et ſic ilico ex iſta voce gemitus mei q̄ fuit diuina ſnīa / adheſit os meū carni mee: ex infirmitatibus ⁊ aduerſitatibus ⁊c.

**Similis factꝰ ſum pellicano ſolitudinis: ⁊ factꝰ ſuꝫ ſicut nicticorax in domicilio.**

¶ Quartū dānū fuit exiliū ab illa paradiſo dliciarū in hac valle lachrymarū. Nā ego q̄ ibi erā in ſocietate ⁊ colloquio ⁊ familiaritate angelorū expulſus ſum inter beſtias perdēdo locū mihi debitum ex grā. Et ſic fui factꝰ ſimilis pellicano ſolitudīs vagās ꝑ deſertū. Nā ſicut pellicanus fugit ſocietates hoīm: ita ego ſocietatē angelorū ꝓpter peccatū meū. Et etiā factus ſum in hoc exilio / ſicut nicticorax in domicilio. Litera Hieronymi hꝫ: Factꝰ ſum quaſi bubo ſolitudinū. Nicticorax aūt grece interpretať coruus nocturnꝰ ſiue noctua latine. noctua eñi non valens ſuſtinere lumen ſolis abſconditur in foraminibꝰ muror in die / ⁊ q̄rit victuꝫ. Ita ego nō valens videre lumē veritatis / fugio lumē ſolis ⁊ oīs virtutis / ⁊ gradior in nocte ⁊ in tenebris peccatorū / ſemꝑ fugiēdo lumē / ⁊ eligēdo ignorātiaꝫ / et omne malū / iudicādo bonū malū: ⁊ malū bonū / ex mala inclinatione ⁊ ignorātia ꝓpter pctm̄: qꝛ non ſolū ſum ꝑcuſſus in potētijs cognitiuis / ſꝫ etiam in appetitiuis. Iteꝫ ſi noctua exit a domicilio in die / tūc oēs paſſeres congregati conantur ipſi eruere oculos. Ita dū hō exit in lucē / vt aliq̄d boni agat: oēs diaboli cōgregant ad tentādū eū / ⁊ auferēduꝫ ipſi lumē fidei ⁊ charitatis. vt ptꝫ Matthei. xij. qꝛ tunc aſſumit ſeptem alios ſpūs nequiores ſe ⁊c. Et ideo ait hic propheta. Factus ſum ſicut nicticorax: contra quē oēs aues inſurgūt: ita cōtra me oēs tētationes diaboli ⁊c. Pellicanꝰ eſt auis in ſolitudine egypti latitās: que ꝓprios filios interficit. Sed merore ducta ⁊ mutata ꝓprio roſtro trahit ſanguinē a pectore ⁊ latere ſuo: ⁊ effundit ſuper filios. Et ſic reſuſcitat ⁊ viuificat eos. Ita Adā ꝓpter pctm̄ interfecit oēs poſteros ſuos. Sꝫ ſecūdus Adā qui eſt Chriſtꝰ / aſſumpta humanitate ꝓprio ſanguine oēs viuificauit. Ideo Dauid in ꝑſona ipſius primi Adā dicit. Similis factus ſum pellicano occidēdo oēs filios meos: quia ſnīa mortis ꝑ me trāſiuit in oēs. Et factꝰ ſū ſicut nicticorax in domicilio: odiēs ⁊ fugiēs lucē: quē ſemper demones perſequūtur ⁊ obſcurāt in tenebris peccatorum ⁊ ignorantie.

xl. diſ. c. adā. / Nicticorax qd interpretatur.

**Vigilaui: ⁊ factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto.**

¶ Hic ponit ſextū dānū. qui eſt cōtinuus labor in ſudore vultus ꝓpter victū acquirendū: quia oportet vt homo ſit in cōtinua vigilia ⁊ motu ſicut paſſer ſolitarius qui habitat in tecto. i. in tegulis domorū: ſub quo cōficit nidū: ⁊ ſemꝑ querit eſcā pro ſe ⁊ pro filijs cū periculo. Ita ego ſemper vigilaui querēdo victū pro me ⁊ filijs meis: cū potuiſſeꝫ eē immunis a ſolitudine tali: ſi non peccaſſem: qꝛ terra libere ⁊ abſq; labore ferebat mihi cibū ⁊ victū. Nunc autem in ſudore veſcor pane.

xl. di. c. illud. ⁊ c. ſeq.

**Tota die exprobrabant mihi inimici mei: et qui laudabant me aduerſum me iurabant.**

iij. q. i. nihil dubiū.

**Quia cinerem tanq̄ panem mādu cabam ⁊ potuꝫ meum cū fletu miſcebam.**

**A facie ire indignationis tue: quia eleuans alliſiſti me.**

diſt. l. c. ſi quis diaconus.

¶ Ponit ſeptimū dānū. que eſt continua ꝑſecutio ab extraneis et alienis hoibus ⁊ ꝓximis. Nā ſemꝑ hō patitur ꝑſecutiōes: ⁊ emulatiōes / ⁊ inuidiaꝫ / et exprobatiōes occultas: ⁊ manifeſtas ab amicis fictis. Jđ dicit de inimicis. Tota die. i. ſemper exprobrabāt mihi iimici mei opprobria iferēdo. Et amici mei ficti q̄ in p̄ſentia laudabāt me poſtea in abſentia aduerſū me iurabāt. i. cōiurabāt falſa imponēdo / ⁊ dāna ꝓcurādo. ¶ Quia cinereꝫ. Hic ponit octauū defectū: qꝛ ſemꝑ hō eſt ī cōtinuo dolore: cui veniūt vndiq; aduerſitates aut īfirmitates: intātū ꝙ cōtinuꝰ dolor nō ſinit eſſe felicē. Et ſic nec in vi

gilia: nec in ꝑdio qͥs pōt eē ſine fletu ⁊ merore. idō ait. q: cinere. i. amaritudine tanq̄ panē māducabā: ⁊ potū ⁊c. i. amaritudo erat mihi cibꝰ / ⁊ fletꝰ mihi potꝰ a facie ire tue. i. a facie punitiōis q̄ eſt effectꝰ ire ⁊ idignatiōis tue: dū cōſidero iraʒ tuā ꝯ me: q: eleuās alliſiſti me: q: quātū me ī dignitatē eleuaſti ⁊ expuliſti ī illa felicitate paradiſi: tantū poſtea me alliſiſti dū a padiſo expuliſti: q: quanto fuit altior aſceſus tāto fuit grauior lapſus in miſeriā. Et eſt aduertēdū ꝙ iſti duo verſus poſſunt exponi de humana pnia. vt ſit ſenſus. Ego patior hmōi. defectus ⁊ penam: vñ oportet me facere pniam ꝓ pctō Quia. i. quapropter cinerē tanq̄ panē māducabā i. amaritudinē ⁊ cōtritionē ī corde. ⁊ potū meū cū fletu miſcebā in ſatiſfactionē ꝓ reatu. Et hꝰ a facie ire tue: q: eleuās ⁊c. Ulteriꝰ eſt aduertēdū ꝙ oēs iſti quinq̄ verſus pnt referri ꝑſonalr̄ ad ipm̄ Dauid vt dicat. Similis factꝰ ſum pellicano ſolitudinis: et ſicut nicticorax ī domicilio fugiēs a facie Abſalon filij mei: ⁊ vigilaui ꝑ mōtes ſicut paſſer: ⁊ inimici. ſ. Semei ⁊ alij tota die exprobrabant mihi dicendo. Egredere vir ſanguinū. ⁊ Achitofel: ⁊ ceteri q̄ añ laudabāt me in facie poſtea aduerſū me iurabāt. ⁊ tūc oia poſſunt figuralr̄ exponi de Chriſto cuius figuram gerebāt. Itē oia ꝑdicta verba poterat dicere populus dei: exiſtēs in perſecutiōe Antiochi ⁊ captiuitate Babylonica. Et idō quomodocunq̄ et pro quocunq̄ exponantur oia predicta: vnuſquiſq̄ poteſt dicere verſum qui ſequitur.

hꝰ. di. c. ꝑſci. **Dies mei ſicut vmbra declinauerunt: et ego ſicut fenum arui.**

¶ Nā ſicut ꝑſente ſole oia viuūt: ⁊ aer dr̄ viuereq: eſt illuminatus: ⁊ herbe aliq̄ tantū viuūt quātū ſol eſt preſens: ⁊ ſole abſente ſtatim mortificant ⁊ inclinant: vt pꝫ de flore cucurbite / ⁊ de herba ſolis: ita ſit in vita hūana: nā tantū hō viuit quātū deꝰ vitā influit ipſi grām dedit: ⁊ intantū bñ opat inquantū influit ipſi grām deus: ⁊ intantū ꝓſperat iquātū ipſi fauet: ſed ſi deꝰ auertit ab eo oia bona deficiūt: ⁊ ſic deficit ⁊ inclinat ſicut vmbra. Et idō ait ꝓpheta in ꝑſona vniuſcuiuſq̄: q: eleuās alliſiſti me a te abijciēdo: idō dies mei nō ſolū vite: ſʒ etiā proſperitatꝭ tanq̄ vmbra declinauerūt ⁊ defecerūt deficiēte ſole: ⁊ ego ſicut fenū arui: deficiēte mihi humore grē poſtq̄ fui a te abiectꝰ ⁊ ſeparatus ꝑ pctm̄. Et ſic pōt expōi tota pars huiꝰ pſalmi ſupradicta de quolibet penitēte qui ꝑ pctm̄ incidit in oēs miſerias ſpūales ſupradictas. ideo iſte pſal. ponitur. v. inter ſeptē pſalmos pniales: ſed in veritate ſenſus ꝓpheticus eſt ꝑncipalr̄ intentus a propheta.

de ꝑſe. diſ. ij. c. vl. ꝑpe. di. iij. c. q: diuinitatis natura **Tu aūt dñe ineternū ꝑmanes: ⁊ memoriale tuum in gñatione ⁊ generationem.**

**Tu exurgēs miſereberis Sion: q: tempus miſerendi eius: quia venit tempus.**

¶ Poſtq̄ ſuperius iſte paup explicauit querelā ⁊ miſerias ſuas: in hac tertia parte querit remediū ⁊ inuocat ſecūdū Adā celeſtē. ſ. Chriſtū qui eſt deꝰ ⁊ hō: ⁊ per conſequens eternus ſcdm̄ diuinitatē: vt veniat ad liberādū eū ab oi miſeria: ⁊ reſtituat ipſi īmortalitatē ⁊ vitā eternā. vñ duo facit: pmo facit qd̄ dictū eſt. ſcdo pmittit grās agere ꝓ bñficijs receptis. ibi. Scribant. Dicit ergo ad primū. lʒ ego. ſim effectꝰ mortalis ꝓpter pctm̄: ⁊ tu aūt dñe Jeſu Chriſte ineternū manes inquātū deꝰ / et memoriale tuū in gñatione ⁊ generationē: ideo potes me a morte ⁊ a penis liberare. Et tu exurgēs. ſ. i. veniens in carnē: ⁊ etiā exurgēs a mortuis poſt paſſionem miſereberis Sion. i. toti eccleſie credentiū / eos a morte ⁊ captiuitate liberando: q: iam venit tempus miſerendi eius. ſ. Sion ſicut ab eterno.

**Quoniam placuerunt ſeruis ſuis lapides eius: ⁊ terre eius miſerebuntur.** trꝰ. q. i. c. poſt mor. ſ. q. i. minu.

**Et timebunt gentes nomen tuū domine ⁊ omnes reges terre gloriam tuam.**

**Quia edificauit dominus Sion: ⁊ videbitur in gloria ſua.** ⁊. xxiij. q. ſ. lodꝭ

**Reſpexit in orationem humiliū: ⁊ nō ſpreuit precem eorum.** xxxvij. di. c. ſedulo

**Scribātur hec in generatione altera: ⁊ populus qui creabitur laudabit dominū.** xv. q. i. reuerētiam.

¶ Ad cuiꝰ itellectū eſt notādū / ꝙ illa ciuitas Siō ſiue Hierl'm quā Chriſtꝰ erat edificaturꝰ ꝑ totum orbē nō erat conſtruēda ex lapidibꝰ mortuis ſicut erat illa ciuitas terrena Hierl'm: ſed ex lapidibꝰ viuis / ſcʒ ex fidelibꝰ ꝯuerſis ꝓ maiori parte de pplo gētili / q̄s lapides debebāt apl'i eligere ⁊ adaptare in ſua ꝑdicatiōe: ⁊ ex talibꝰ erat ecclia ꝯſtruēda: q̄ quidē lapides fuerūt edificati ⁊ cōpaginati ſuper fundamētū apl'orum ⁊ ꝓphetaꝝ. Uñ zacha. Et ſaluabit eos dñs deꝰ eoꝝ in die illa vt gregē ppli ſui q: lapides eleuabunt ſup terrā. Ex quibꝰ pꝫ ꝙ tales lapides maxime erāt excidēdi ꝑ apl'os de pplo gētili: ex q̄bꝰ debebat edificari iſta ciuitas Siō toto orbe diffuſa: ⁊ hoc eſt qd̄ dicit. Qm̄ lapides eiꝰ. lapides huiꝰ ciuitatꝭ placuerūt ſuis: tuis aplis ad edificiū eccl'ie. Et idō apl'i miſerebunt terre ppli gētilis: ⁊ tūc gētes timebūt nomē tuū dñe: ⁊ oēs reges terre timebūt gl'iam tuā: q: ex iſtis lapidibus dñs Jeſus xp̄s edificabit Siō. i. eccl'iam ſuaʒ: ⁊ ſic videbit in gl'ia: ſynagoga ⁊ Judeis ſupbis cecis ⁊ obſtinatis / reprobat: q: dñs Jeſus xp̄s reſpexit in orōnē humiliū gētiliū: q: ꝑ fidē fuerūt humiliati. Et Chriſtꝰ nō ſpreuit precē eoꝝ: īmmo admiſit eos ad fidē: ⁊ ꝑ baptiſmū regenerauit: ⁊ iudeos reprobauit: ⁊ idō hec myſteria redēptōis ſcribent ⁊ memorabunt in altera gñatione. ſ. i. religiōe chriſtiana: ⁊ idō ille ppl's chriſtianꝰ q̄ creabit ⁊ regenerabitur / laudabit dñm in Chriſto redēptore ſuo: ⁊ aget gratias in teſt. no. ꝓ bñficijs receptis i ſua redēptiōe: de quibꝰ feſta celebrabit. Ex his pꝫ ꝙ Dauid non loquit de ipſa Sion ⁊ Hierl'm materiali q̄ iā erat edificata ex lapidibꝰ mortuis: ſed loquit de Hieruſalē ſpūali toto orbe diffuſa: q̄ ꝑ Chriſtū erat edificanda ex lapidibus viuis excīſis ex vtroq̄ pplo.

**Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo: dominus de celo in terram aſpexit.** xv. q. i. c. ſtatuimus.

**Ut audiret gemitus compeditorū: vt ſolueret filios interemptorum.**

**Ut annuncient in Sion nomen domini: ⁊ laudem eius in Hieruſalem**

**In conueniendo populos in vnum: ⁊ reges vt ſeruiant domino.**

¶ Hic enumerat beneficia ꝓ quibꝰ populus xp̄ianus hodie laudat Chriſtū cū deo patre. Primo. q: cū eſſet deꝰ eternus in ſinu patris / ꝓſpexit de celo excelſo ⁊ ſancto ſuo. i. de altitudine ſue maieſtatus in terrā: vt audiret gemitus cōpeditoꝝ exiſtentiū in carcere inferni. ſ. ſanctoꝝ patrum in limbo expectātiū: ⁊ vt ſolueret filios interēptoꝝ. i. patrū dānatoꝝ: vt tales gētiles ſoluti a pctō ⁊ ad fidē conuerſi annūcient ſiue annūciarent laudē dñi in Siō ⁊ Hierl'm. i. vt annūciarent ⁊ profiterent legē euāgelicā in eccl'ia Chriſti toto orbe diffuſa. In cōueniendo populos in vnū ⁊ reges vt ſeruiant dño. i. vt cōuenirēt populi Judeoꝝ ⁊ gētiliū ⁊ oēs reges terre in vnū baptiſmū ⁊ vnā fidē ⁊ ſeruirēt vni deo in ſubſtantia et trino in perſonis: ⁊ adorarēt vnū Chriſtū deum ⁊ hominē adoratione latrie.

**Reſpondit ei in via virtutis ſue: paucitatem dierū meorum nuncia mihi.**

**Ne reuoces me in dimidio dierū meorū: in generatione ⁊ generationem anni tui.**

¶ Nota ꝙ iſte paſſus eſt valde difficilis ſcdm̄ trāſlationē noſtrā ad ordinandū ⁊ cōcordandū cū litera precedēti ⁊ ſubſequēti: ⁊ hoc accidit q: litera noſtra eſt differēs ab hebraica prout nūc eſt pūctuata. nā illa litera dicit. Cū congregati populi ſimul: ⁊ regna vt ſeruiāt dño. ſequit. Afflixit in via fortitudinē meaʒ abbreuiabit dies. dicā deꝰ ne rapias me in dimidio dierū. tūc litera videt magis plana q: videt eſſe vox huiꝰ pauperis cū ſuperiori ſnia repetendo miſeriaʒ ſuā. Afflixit dñs fortitudinem meā in hac via: ⁊ abbreuiauit dies meos faciendo me miſerū ⁊ mortalē. Sed ego dicā. O deꝰ meꝰ ne rapias me in dimidio dierum meorū: ſed fac me videre Chriſtū anteq̄ moriar. Et tunc iſta l'ra eſſet ſatis plana. Trāſlatio aūt nr̄a dicit. Reſpondit ei in via virtutis ſue: paucitatē dierū meorū nūcia mihi: ⁊ ne reuoces me dimidio dierū meoꝝ. quā literā beati Aug. ⁊ Caſſiodorus ſequētes ipſam exponūt anagogice ꝓ deſiderio vite eterne. vñ dicūt ꝙ eccl'ia ſiue ppl's xp̄ianus reſpondit ei. ſ. Chriſto: in via virtutis ſue. ſ. obediuit ⁊ ipleuit eiꝰ volūtatem in via virtutis ſue. i. ambulādo in lege euangelica q̄ eſt via virtutis dei. Et ſic ſeruādo legē euāgelicā reſpondit Chriſto ⁊ eius volūtati: ſicut ager bonꝰ ⁊ vber reſpondet votis agricole cū bene fructificat. Et qd̄ ſequit. ſ. paucitatē dierū meoꝝ nūcia mihi: referſt ad deſideriū vite eterne: q: iuſtꝰ cupit diſſolui in breui ⁊ eſſe cū Chriſto. Ne reuoces me. i. ne tardes me vocare ad te: quia iſta vita breuis eſt reſpectu tue: q: anni tui ſunt eterni in gñatiōe ⁊ generationē Uerūtamē lʒ hec ſnia ⁊ itelligentia beati Aug. ſit vera ⁊ ſubtiliſſima: tamē nō eſt omittenda expoſitio ꝓphetica. ¶ Ad cuiꝰ intelligentiā eſt aduertendū. ꝙ oēs ſancti pr̄es ve. te. ſ. Abraham Iſaac ⁊ Iacob ⁊c. ꝯfracti longa miſia: ⁊ captiuitate / cū grādi effectu deſiderabāt accelerari aduētū xp̄i / vt eos liberaret: et viderēt mirabilia opa xp̄i vñ dicit Chriſtus Mat. xj. ⁊ Luce. Idō multi reges ⁊ ꝓphete voluerūt videre q̄ vos videtis: ⁊ nō viderūt. Et ideo Simeon ⁊ zacharias cū magno affectu deſiderauerūt videre Chriſtū dñi anteq̄ morerent. Et ſic accepit Simeon reſpōſum: non viſurū ſe mortē niſi priꝰ videret dñm. Luce. ij. Ex quo pꝫ ꝙ vnuſq̄ſq̄ ſanctorū patrū deſiderauit videre xp̄i anteq̄ moreret. His habitis: ly reſpōdit ei / dupliciter pōt exponi. Uno modo ꝙ referat ad Chriſtū: cōtinuatio cū litera ſuperiori. vt ſit ſenſus. ꝑ populus qui creabit laudabit dñm multipliciter. Pmo q: dñs ꝓſpexit de celo: ⁊ audiuit gemitꝰ compeditorū. Scdo q: ſoluit filios interēptorum. Tertio q: iam reges ⁊ ppl'i cōuenerūt in vnū vt ſeruiāt dño. Quarto q: Chriſtus reſpōdit ei. i. iſti hoi myſtico / iuxta votū ⁊ deſideriū ſuū. Naʒ iſte hō ſemꝑ rogando dicebat. O dñe nūcia mihi paucitatē dieꝝ meorū. q̄ſi dicat: abbreuia aduētū tuū: ⁊ veni ad liberādū me. Et ne reuoces me in dimidio dierū meorum i. nō tollas me de hac vita: ſed videā aduētū tuum anteq̄ moriar. Sed dñs reſpōdit deſiderio ſuo: q: iam venit ſicut ꝓmiſit. Et ſic reſpōdit ⁊ ſatiſfecit ei in via virtutis ſue. i. in lege euangelica: ⁊ in tpe incarnatiōis que dr̄ via virtutis Chriſti. Pōt etiam iuxta eundē ſenſum ſic ordinari litera. ſ. dñs reſpōdit ei. ſ. eccl'e ⁊ ſatiſfecit ipſi iuxta votū ⁊ deſideriū ſuū: ⁊ hoc pꝫ in cōueniēdo ppl'os in vnū. i. q: oēs ppl'i ⁊ reges gētiū cōuenient ⁊ cōgregabunt i vnū / vt ſeruiāt dño noſtro Jeſu xp̄o. Sed q: hoc ꝓuiderat Dauid in ſpū / cōuerſus ad Chriſtū petit accelerari eius aduentū: anteq̄ moriat. Ideo dicit: ⁊ ſubdit. O dñe Jeſu Chriſte ne reuoces me in dimidio dierū meoꝝ. i. non moriar ego ante aduentū tuū: ſʒ nūcia mihi paucitatē dierū meoꝝ. i. abbreuia dies aduētus tui: ⁊ reuela mihi aduentū tuū: ⁊ ne differas ipm̄: q: dies mei ſunt pauci ⁊ breues: ſed tu es eternus ſcdm̄ diuinitatē. qd̄ pꝫ. Nā tu in initio terrā fundaſti ⁊c. Similiter cū eccl'ia eſſet in magna anxietate tēpore tyrānoꝝ / rogabat Chriſtū: ne annihilaret eā in dimidio dieꝝ ſuoꝝ: ſed permiteret eā creſcere: vſquequo oēs gētiles venirēt ad fidē: ⁊ oēs crederent euangelio. Sʒ xp̄s reſpōdit ei ⁊ ſatiſfecit iuxta petitionē ſuā. Nam tēpore Cōſtātini eccleſia fuit liberata a ꝑſecutiōibꝰ: ⁊ oēs venerūt ad fidē: et ſic ppl's qui fuit creatus / ⁊ regeneratus laudauit dñm. Nā reges ⁊ ppl'i cōuenerūt in vnum ad ſeruiēdū dño poſt Cōſtātinū. Et ſic xp̄s reſpondit eccleſie iuxta petitionē ⁊ votū ſuū. Alio modo pōt exponi iuxta eandē ſniaʒ referēdo ly rñdit ad ipſam eccleſiā: vt ſit ſenſus. iſte hō myſticꝰ et tota eccl'ia ante aduētū Chriſti multotiēs rogādo ⁊ clamādo reſpōdit ⁊ dixit ipſi Chriſto. O xp̄e nūcia mihi paucitatē dierū meorū in afflictione poſitorū. ⁊ ne reuoces me: ſʒ veni ad liberandū anteq̄ moriar. Et hoc dicit Abrahā qñ deſiderauit videre diē dñi Et Moyſes qñ dixit. Mitte quē miſſurus es Exo. xxxiij. Hoc idē dicit Dauid qñ dixit. oſtende faciem tuā ⁊ ſalui erimus pſal. lxxix. ⁊ Eſa. cū dixit. Utinā dirūperes celos ⁊ deſcēderes. ca. lxiiij. Ex quo pꝫ ꝙ oībus iſtis reſpōdit Chriſtꝰ qñ venit: q: audiuit voces eorū: ⁊ ſimiliter ꝑ oppoſitū ipſi reſpōdebant Chriſto: cū clamabāt: ⁊ inuocabāt eū. Nam multotiēs in ſacra ſcriptura ponit reſpōdere ꝓ rogare: vt pꝫ Matth. xvj. Reſpōdēs Petrꝰ dixit ad Jeſum. Bonū eſt nos hic eſſe. Reſpōdere pro rogare. ¶ In generatione ⁊ gñationem. Hic pbat ꝓpheta: ꝙ ſolus Chriſtꝰ poterat redimere genꝰ humanū: ⁊ venire ad liberandū ipſū: ⁊ reſtituere ipſi imortalitatē: ⁊ dare ipſi vitā eternā: eo ꝙ xp̄s eſt eternꝰ: ⁊ ipſa vita ꝑ eſſentiā inquātum deꝰ: ⁊ ꝑ cōſequēs prebere poteſt alijs vitā. Nā tēpus ꝓcedit ab euo: ⁊ eſt effectus eternitatis: ⁊ euum in

quo ſunt ſancti in patria/fluit ab eternitate.

Heb. j. Initio tu domine terram fundaſti: ⁊ opera

c. manuum tuarum ſunt celi.

Ipſi peribunt tu autem permanes: ⁊ om-

ibidē nes ſicut veſtimentum veteraſcent

Et ſicut opertorium mutabis eos ⁊ muta

lvj. di. ca. naſci. buntur: tu autem idem ipſe es: ⁊ anni tui non deficient.

Filij ſeruorum tuorum habitabunt: ⁊ ſe-
men eorum in ſeculum dirigetur.

¶ Dicit hic ꝓpheta i pſona hoīs myſtici. O xp̄e veni: ⁊ libera nos ab hac mortali miſeria: qꝛ tu ſolus potes hoc facere/⁊ recreare genꝰ hūanū: qꝛ tu creaſti celos: ⁊ es eternꝰ. Nā in gn̄atione ⁊ gn̄ationē ſūt anni tui. Nā initio tu dn̄e terrā fundaſti: qꝛ oīa ꝑ verbū facta ſūt: ⁊ opa manuū tuarū ſunt celi. ergo tu p̄ceſſiſti celū: et ſuccedes. Nā ipſi peribūt: lꝫ nō quo ad ſubſtantiā: ſꝫ quo ad motū ⁊ opationem: qꝛ ceſſabūt moueri. Et iō dicenꝰ corrūpi ⁊ perire non ſimpliciter: ſꝫ ſcōm qd/quo ad opationē. Naꝫ alteratio dꝛ generatio ⁊ corruptio ſcōm qd: vt ptꝫ primo de gn̄atiōe. Tu aūt xp̄e ꝑmanebis in corpe glorificato: ⁊ imortalis: ⁊ icorruptibilis: ⁊ inalterabilis. Et anni tui. i. duratio nō deficiet: ⁊ ſicut tu manebis imortalis: ita ⁊ mēbra tua: q̄ participabunt gl'iam capitis. ⁊ ideo nō ſolū ſerui tui apl'i: ſꝫ etiam oēs filij ſeruoꝝ tuoꝝ. ſ. oēs fideles q̄s apl'i in xp̄o genuerunt ꝑ baptiſmū/habitabūt i iſta Siō ꝑ gratiaꝫ: ⁊ in ſupna ꝑ gl'iam: ⁊ ſemē eoꝝ. i. oēs fideles ſequētes fidē illoꝝ/dirigenꝰ in ſcl'm ad gl'iam. quaſi dicat iſte pauper. O xp̄e lꝫ tu ſis hō de matre ex tēpore natus: tñ tu es deus ab eterno ex p̄re gn̄atꝰ: qꝛ in initio tp̄is mūdū creaſti: ⁊ terrā fundaſti: ⁊ celos formaſti. ideo qꝛ hō potes pro me pati: ⁊ miſerias meas ſubleuare: ⁊ qꝛ es deus potes mihi peccata remittere: ⁊ ſicut creaſti me: potes me recreare: ⁊ regn̄are. Et ſicut formaſti ⁊ creaſti celos ⁊ totum mundum ex nihilo: ita potes nouū mūdū. ſ. eccl'iam ſpūalē edificare ex lapidibꝰ viuis ⁊ hoīes renouare. Et qꝛ es eternꝰ: qꝛ ineternū ꝑmanes: ⁊ anni tui erūt/⁊ ſūt/⁊ fuerūt in ⁊ gn̄atiōe gn̄ationē. i. eterna liter: iō potes mihi imortalitatē quā ꝑdidit: retribuere ⁊ vitā eternā cōdonare. Hāc literā huiꝰ pſalmi adducit apl's ad Hebꝛ. j. ad probādū q̄ Chriſtus q̄ locutꝰ eſt in nō. te. eſt idē deꝰ q̄ dedit legē Moyſi: ⁊ locutꝰ eſt ꝑ ꝓphetas: ⁊ creauit oīa. Hec eſt ergo ſn̄ia ipſiꝰ ꝓphete in h̄ pſal. in q̄ introducit Adaꝫ deflentē caſum ſuū: ⁊ redēptionē/⁊ remiſſionē futurā ꝑ xp̄m poſtulantē. Sed qꝛ vnuſqſq; pctōꝛ pōt recuperare ꝑ pn̄iaꝫ grām quā ꝑdidit per culpā ad iſtar ipſiꝰ Ade: q̄ qd ē pn̄ia hꝫ virtutem ex paſſione Chriſti: ideo eccl'ia ordinauit iſtū pſal. in q̄nto loco inter ſeptē pſal. penitētiales: et nō ſolū tota eccleſia: ſed vnuſquiſq; peccator debet dicere frequēter hūc pſalmū pro remiſſione peccatorum ſuorum

Benedic aīa mea dn̄o: ⁊ oīa que intra me ſunt nomini ſctō eiꝰ.

xv. q. j. reuerſi vini ⁊ cōſe. xi. ij. c. iteraſ. Benedic aīa mea domino: et noli obliuiſci omnes retributiones eius.

¶ Titul/Ipſi Dauid ſine additione. Ex quo ptꝫ q̄ Dauid fecit hūc pſal. ⁊ eſt de illis q̄s fecit ad laudādū dn̄m: vt dictū eſt pſal. xcv. Ad cuius intelligētiā eſt notādū: q̄ poſtq̄ Adā myſticꝰ defleuit caſum ſuū: ⁊ explicauit miſerias: a quibꝰ liberatꝰ eſt per Chriſtū/iam Dauid in hoc pſal. ⁊ in ſequētibus introducit eundē Adā benedicentē ⁊ laudantē deū: ⁊ agentē grās ꝓ bn̄ficijs. Et hoc facit ꝑ. vij. pſal. ſequentes. Nā in iſto pſal. agit grās ꝓ bn̄ficio redēptiōis: ⁊ remiſſionis pctī: ⁊ ſic laudat deū de ſūma mīa: in quo duo facit. Nā pꝛio excitat ſeipm̄ ad laudē dei. Scōo inuitat naturā euangelicā. ibi. Dn̄s in celo. ¶ Quātū ad p̄mū eſt aduertendū q̄ iſta tota p̄ma pars eſt quoddā ſoliloquiū: in quo iſte homo myſticꝰ introductꝰ ad loquendū/alloquiꝰ aīaꝫ ſuā excitādo eā ad laudandū deū de mīa ⁊ de beneficio redēptiōis: agēdo grās qꝛ ꝑ ſuā paſſionem ⁊ reſurrectionē liberauit eū de ſex penis ꝑpetratꝰ ex pctō primi parentis: ſcꝫ a culpa: ab infirmitatibꝰ: a periculo mortis future: ⁊ a miſeria ⁊ penuria: ⁊ morte: ⁊ corruptiōe. Iſta eñ ſex dāna incurrit Adā ꝓpter pctm̄ inobedientie: ſicut dictū eſt pſalmo p̄cedēti: a q̄bꝰ liberati ſumus ꝑ Chriſtū. ¶ Dicit ergo excitando ſeipm̄: ⁊ animā ſuā ad laudem dei. Benedic aīa mea dn̄o/⁊ oīa. i. oēs potentie iteriores ſenſitiue ⁊ intellectiue bn̄dicāt noī ſctō eiꝰ. ¶ Et nota q̄ duplex eſt benedictio. Una eſt gratie collatio: in qua maior benedicit minorē conferendo grās/que cōuenit ſoli deo: ⁊ ſacerdoti loco dei. Secūda dicitur benedictio laudis: ⁊ ſic minor benedicit maiorem: ⁊ iſto modo dicit hic propheta. Benedic anima mea domino. i. lauda dn̄m: ⁊ dic: ⁊ narra oīa bona: ⁊ beneficia que tibi feci. Et ideo ſequiꝰ. Noli obliuiſci omnes retributiones eius/id eſt noli obliuiſci retribuere ipſi gratias ꝓ beneficijs receptis in noſtra redemptione.

Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: qui ſanat omnes infirmitates tuas. De pe. di. j. c. iterat.

Qui redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te in mīa ⁊ miſerationibus. De pe. di. j. c. l. quē.

Qui replet in bonis deſiderium tuum: renouabitur vt aquile iuuentus tua.

¶ Enumerat ſex beneficia q̄ recepimꝰ a Chriſto in redēptiōe. Primo qꝛ remiſit nobis culpā: ideo ait. Qui propitiaꝰ oībꝰ iniq̄tatibus tuis ſatiſfaciendo ꝑ mortē. Scōo ſanauit languores noſtros mitigādo ꝯcupiſcētiā/nō vt nō ſit: ſed vt nō imputeꝰ per baptiſmū: iō ait. Qui ſanat oēs infirmitates tuas: ⁊ ideo recepit flagella. Tertio preſeruauit nos a pctō per doctrinā legis euāgelice: ideo ait. Qui redimit de interitu vitā tuā. Quarto dat nobis premiū: ⁊ meritū ex obſeruantia legis. Iō ſeq̄tur. Qui coronat te in mīa ⁊ miſerationibꝰ: quas ipſe fecit tibi/pro quibus tu facis primo. Quinto ꝑ ſanguinē ſuū emitꝰ nobis regnū celeſtie/cū eiꝰ felicitate. Iō ſequiꝰ. Qui replet i bonis deſideriuꝫ tuū. Sexto adeptꝰ eſt nobis imortalitatē corpis: ⁊ hoc per ſuā reſurrectionē. Iō ſubdit. Renouabitur vt aq̄le iuuētus tua: q̄n recuperabis corpꝰ glorioſum in nouiſſimo die. Ergo ꝓpter p̄fata ſex bn̄ficia ſpūalia ⁊ intrinſeca/aīa mea dꝫ laudare dn̄m ⁊ benedicere. ¶ Sꝫ hoc etiā pōt moraliter exponi. ¶ Un̄ eſt ad aduertendū/q̄ pctm̄ ſex mala affert homini. Primo



elongat eum a deo. Scōo ſauciat aīam culpa. Tertio captiuat i poteſtate diaboli. Quarto reddit hoīnē deo odioſum. Quinto expoliat ipm̄ oib' us bonis non ſolū gratificis: ſed etiam gratuitis. Sexto indurat ipm̄ ex conſuetudine in malo. Ita per oppoſitū medicina pn̄ie ſex operaꝰ in penitente. Naꝫ primo facit deū propitiū: vt tanq̄ medicꝰ accedat ad pctōrē: ⁊ appropinquet: Scōo ſonat ipm̄ a vulnere pctī. De primo dicit. Qui ꝓpitiaꝰ oībus iniq̄tatibꝰ tuis. De ſcōo dicit. Qui ſanat oēs infirmitates tuas. Tertio redimit a captiuitate diaboli et liberat a morte ꝑpetua ⁊ finali inpenitētia. Iō ſubdit. Qui redimit de interitu vitā tuā. Quarto reddit deū benignū recōſiliādo ipi pctōrē. Iō ſubdit: Qui coronat te in mīa. ⁊ miſerationibꝰ. Quīto reddit bona q̄ ꝑ pctm̄ fuerant mortificata. cum ſubdit. Qui replet i bonis deſiderium tuū. Sexto renouat ipſum in nouā vitā/fortificādo oēs potentias: ⁊ excitando habitus virtutū theologalium: ⁊ donorum ſpūs ſancti. etiam operatur meritorie per gratiaꝫ ipſum renouantē ⁊ perficientē. Ideo cōcludit. Renouabitur vt aquile iuuentus tua.

Faciēs miſericordias dominus ⁊ iudiciū: oībus iniuriam patientibus.

Notas fecit vias ſuas Moyſi: filijs Iſrael voluntates ſuas.

¶ Sed qꝛ eccl'ia fideliū nō recepit a deo ſolū bn̄ficia ſpūalia ꝑ redēptionē: ſed etiam quondā recepit bn̄ficia tp̄alia: faciēs mīas pp'lo ſuo/vindicādo de inimicis iniurias illatas fidelibus: vt ptꝫ de Pharaone: ⁊ egyptijs: ⁊ ceteris pſecutoribus pp'li dei: Ideo ſeptimo dꝫ aīa nr̄a bn̄dicere dn̄o: qꝛ fecit miſericordias ſuas fidelibꝰ iniuriā patientibꝰ: cū vindicauit eos de inimicis eoꝝ. ⁊ hoc i vtroq; teſt. Nā non ſolū in veteri teſt. deꝰ afflixit inimicos eccl'ie: ſed etiā i nouo. vt ptꝫ de Nerone: ⁊ Domitiano/et Diocletiano: Octauo dꝫ aīa nr̄a bn̄dicere dn̄o: qꝛ quondam ipſe miſericors ⁊ miſerator dn̄s fecit notas vias ſuas Moyſi: ⁊ filijs Iſrl' volūtates ſuas: cū dedit eis legē in qua ſūt p̄cepta ⁊ mandata moralia: vt faceret eos bonos: ⁊ cerimonialia/vt faceret eos fideles. qꝛ cerimonialibꝰ erāt figurata oīa myſteria xp̄i ⁊ eccl'ie: ⁊ viuebāt i fide ⁊ ſpe xp̄i venturi: ⁊ ſaluabanꝰ. Lex g̃ dei dn̄r vie dn̄i inquātū in ea continenꝰ mādata ⁊ p̄cepta ꝑ q̄ tēdimꝰ/⁊ queuehunt nos ad deū: Dicuntur ēt volūtates dn̄i: Nā qꝛ lex eſt cōſtās ⁊ ꝑpetua volūtas: iō in lege exprimitur volūtas legiſlatoris: q̄ figurabaꝰ in cerimonialibꝰ vt dictū eſt. Quaſi dicat: ſicut deꝰ in primo teſt. fecit mīas ⁊ iudiciū hebreis in egypto iniuriā patientibus: eos liberādo: ⁊ egyptios flagellādo: ita in nouo teſt. fecit mīaꝫ xp̄ianis: ⁊ iudiciū de inimicis tyrannis eccleſiā perſequētibꝰ eos conterendo ⁊ ſubijciendo. Itē ſicut tunc fecit notas vias ſuas Moyſi in monte Sinai: ⁊ filijs Iſrael voluntates ſuas dando legem veterem ⁊ cerimonias: ita per Chriſtum fecit nobis notas vias ſuas ⁊ volūtates dando legem euangelicam que exprimit ⁊ notificat voluntatem patris.

Miſerator ⁊ miſericors dominus: longanimis ⁊ multum miſericors.

Non in perpetuum iraſcetur: neq; ineternum comminabitur.

Non ſecundum peccata noſtra fecit nobis: neq; ſecundum iniquitates noſtras retribuit nobis. tiena tura. xcix. di. ſti. ca. diacconi.

¶ Quia ſuperiꝰ enumerauit bn̄ficia dei: nūc demōſtrat vn̄ emanauerit iſta bn̄ficia collata generi humano: dicit q̄ ex ſola mīa qꝛ inquantum miſerator ⁊ miſericors fecit nobis illa bn̄ficia. Et pꝛio narrat magnitudinem mīe dei. Scōo dicit modū in q̄ modo miſereꝰ. Dicit g̃ q̄ nō aliud mouet deum ad ſupradicta bn̄ficia nobis exhibēda: niſi ſola mīa. Nā ipſe eſt miſericors habitual'r ⁊ eſſential'r: ⁊ eſt miſerator actual'r: qꝛ iugiter facit nobis mīam ſuam: ⁊ intātū eſt miſericors qꝛ eſt longanimis i punitiōe: qꝛ ꝑ magna tēpora expectat ⁊ ſuffert pctōrē vt conuertaꝰ. ⁊ viuat. qō ꝓbat q̄ ad tp̄s. Nā nō i ꝑpetuū iraſceꝰ: qꝛ lꝫ q̄nq; corripiat: tñ cito placaꝰ. Sed qꝛ talis correctio non eſt niſi q̄dā cōminatio: ne pctōr eternal'r puniaꝰ: ſed corrigaꝰ ꝑ pn̄iam: iō talis conminatio nō eſt eterna: ſꝫ tp̄alis. ergo nō ineternum cōminabiꝰ: qꝛ cito deſiſtit a minis correptiuis. Et ideo q̄n tēporal'r corrigit: nō in ꝑpetuū dānat: ſed cōminaꝰ tēporal'r. ex quo ptꝫ magnitudo mīe ſue. Et qꝛ nō ſolū oſtēdit magnitudinē mīe ſue: qꝛ non punit eternaliter: ſed etiā quo ad quātitatē: qꝛ non punit cōdigne ſcōm grauitatē peccati: ſꝫ citra ꝯdignū. iō ſequiꝰ. Non ſcōm pctā nr̄a fecit nobis ⁊ puniuit nos pena ifinita: ſicut peccauimꝰ ꝯ̄ ifinitū: neq; ſcōꝫ iniq̄tates nr̄as retribuit nobis: qꝛ non retribuit penam ſecundum quantitatē delicti: nec hic/nec in purgatorio. lxxxvi. di. c. in ſingulis: in gloſ.

Quoniam ſecundū altitudinem celi a terra: corroborauit miſericordiam ſuam ſuper timentes ſe.

¶ Probat q̄ magna eſt mīa dei ſup nos. Et dicit: q̄ quāta eſt lōgitudo celi a terra. Nā ipe deſcendit de celo in terrā ⁊ aſſumpſit carneꝫ. g̃ mīa dei attingit a celo vſq; ad terrā: tantū corroborauit ⁊ ꝓlongauit mīam ſuā ſup timētes ſe. Itē nō ſolū diſtantia celi a terra eſt lōga: ſꝫ cōparatio terre ad celum eſt ifinitū diſtās. Nā terra ē ad modum pūcti reſpectu celi: ⁊ eſt q̄ſi inſenſibilis. Sed deus q̄ eſt maior toto celo ſine cōparatiōe/aſſūpſit carnem ⁊ corpus de terra q̄ eſt minor celo ſine ꝯparatiōe. g̃ corroborauit mīam ſuā ſup nos ſcōm altitudinē celi a terra. iō plus fecit ſine cōparatiōe q̄n verbū caro factum eſt: qꝛ finiti ad infinitum nulla eſt ꝓportio.

Quantuꝫ diſtat ortus ab occident: longe fecit a nobis iniquitas noſtras. ſ. q. iiij. ca. homini.

¶ Nota q̄ altitudo celi a terra diſtat ꝑ mediā diametrū mūdi a ſummitate celi ſupra zenith capitis noſtri vſq; ad cētrū. Sed diſtantia ab oriēte in occidentē dicit totā diametrū a polo ad polū ſecanteꝫ centrū mūdi. Ideo dicit duplicē ꝓportionem. et in tali ꝓportione ſe hꝫ remiſſio pctī noſtri ad myſteriū incarnatiōis. Nā per incarnationē nobilitauit ⁊ exaltauit naturā hūanā in ſūma dignitate. Sed ꝑ myſteriū paſſiōis remiſit pctm̄ ⁊ iuſtificauit genus hūanū. Sed iuſtificatio impij eſt maximū inter opa dei. g̃ in duplū oſtēdit nobis mīam ſuā liberando nos a pctō ꝑ paſſiōeꝫ: q̄ exaltādo naturā ꝑ incarnationē. ¶ Sꝫ q̄riꝰ quare eſt maius opꝰ remiſſio Opus remi

nitiōis ē re maius ꝙ creationis ⁊ icarnationis opus.

peccati: ꝙ incarnatio ⁊ creatio. Rñdeť ꝙ in opere creatiōis vel incarnationis De⁹ nil poſuit de ſuo: nec aliq̄s mor⁹ fact⁹ eſt in deo: ſed in remiſſiōe peccati dedit ſuū ſanguinē/ q2 nō fit remiſſio pctī/ quin exponať de ſanguine xp̄i: q2 ip̄e ſoluit de ꝓprio: ꝑ pctō ip̄ij. Et vltra reſiſtentiā quā reperit ſoluit aliq̄d de ꝓprio. Et iō dicit ꝓpheta. Quātū diſtat ort⁹ ab occidēte: lōge fecit a nobis iniq̄tates nr̄as. q̄ſi dicat: ꝙ eſt dupla diſtātia ĩ quātitate. Aliter exponūt alij. Nā xp̄s duo nobis remiſit. ſ. culpā ⁊ penā. Et ꝑ minorē diſtātiā intelligūt remiſſionē pene/ et ꝑ maiorē/ remiſſionē culpe: eo ꝙ culpa eſt infinita q2 ꝯ obiectū infinitū. Sȝ totū eſt bene dictū: quia vtrobiq3 oſtenditur magnitudo miſericordie dei.

xi. q. iij. ca. ad mēſaȝ. xiiij. q. ij. in eccleſiaſtico. et xiij. q. vlti. ꝙ ꝑpoſterum.

**Quomodo miſeretur pater filiorum: miſertus eſt dñs timentibus ſe: quoniam ip̄e cognouit figmentum noſtrum.**

**Recordatus eſt quoniam puluis ſum⁹: homo ſicut fenum: dies eius tanq̄ flos agri ſic efflorebit.**

**Qm̄ ſp̄us pertranſibit in illo ⁊ non ſubſiſtet: ⁊ non cognoſcet amplius locū ſuum.**

¶ Quia ſuperius dixit miam dei infinitā reſpectu tēporis: ⁊ reſpectu quātitatis culpe: hoc idē ꝓbat hic exēplo ſiue rōne. Primo quo ad quātitatē iſe. Scdō quo ad longitudinē tēporis. Primo ḡ ponit

Nota.

quō cognoſcitur miam dei eſſe infinitam rōne modi redimēdi dicens: Quomodo miſereť. ¶ Ad cuius intellectū eſt notandū/ ꝙ aliter miſereť extraneus hō. aliter amic⁹. aliter cōſanguine⁹. aliter pater. Nā extraneus q̄nq3 miſereť ore: dū quis eſt in miſeria. ⁊ q̄nq3 ore ⁊ corde tanq̄ ꝓximus. Sȝ amicus miſereť nō ſolū corde ⁊ ore/ ſed etiā auxilio bonoꝝ tēporaliū. Cōſanguineus iuuat q̄nq3 cum perſona. Sed pater miſereť corde/ ⁊ ore: ⁊ ope/ ⁊ aſſumit negotiū filij vt ꝓpriū: ⁊ ſemꝑ cū ꝓprio ſanguine redimit filiū/ vt liberet a malo. Ita ergo de⁹ nō ſolū corde ⁊ opere: ſȝ in ꝑſona aſſumpſit negotiū noſtrū vt ꝓprium: ⁊ deſcēdit de celo fact⁹ hō/ in qua humanitate voluit ꝓ nobis pati: ⁊ dare ſuū ſanguinē vt nos a morte perpetua liberaret: ḡ miſertus eſt nobis nō ſicut amicus ⁊ frater: ſed ſicut pater. Nā frater q̄nq3 deficit. Ideo ait Dauid. q̄ō miſereť pater filiorū: ita miſert⁹ eſt dñs timētibus fidelibus: ⁊ per ꝯñs miſertus eſt nobis. q̄m ꝓ q2/ aut ꝓ vt/ cognouit figmentū noſtrū ꝑ experientiā: i. voluit aſſumere carnē noſtrā vt cognoſceret ⁊ experireť in ſe fragilitatē noſtrā ⁊ penas nr̄as. Un̄ ly q̄m nō ſtat cauſaliter ſed cōſecutiue. ⁊ pōt etiā ſtare cauſaliter pro q2. quia cognouit ⁊ cognoſcere voluit et experiri figmētū noſtrū ⁊ fragilitatem noſtrā per carnis aſſumptionē. iō miſertus eſt nobis ſicut miſereť pater filiorū. Et tūc cū fuit fact⁹ homo cognoſcēs figmētū noſtrū per experiētiā: recordatus eſt q̄m puluis ſum⁹ ⁊ fragiles/ ⁊ cognouit ꝙ hō ſic efflorebit ⁊ florebit tāq̄ flos agri: q̄ de mane ꝓſperať: ⁊ in ſero marceſcit. ita vita hoīs cōſiſtit in quadā apparentia: cū ſit fragiliſſimus ⁊ pron⁹ ad peccādū: ⁊ ſit infirmus ⁊ mortalis: ⁊ ſemper in cōtinuo fluxu. q̄m ſp̄us vitalis ⁊ naturalis ⁊ aīalis ei⁹ pertrāſibit in illo: q2 cōtinue generanť corrūpunť ⁊ fluūt hmōi ſp̄us: ⁊ nūq̄ hec natura

ſubſiſt/ ⁊ cōtinue in eiſdē: nec cognoſcet ampli⁹ locum ſuum eundem. Et etiā poteſt exponi: ⁊ melius de ſp̄u rōnali: q2 aīa nō ſemper ſubſiſtet in illo/ ſȝ recedet ꝑ mortē: ⁊ ampli⁹ nō cognoſcet locū ſuū. i. illud corp⁹ mortale: ⁊ ſi recuꝑauerit illud ꝑ reſurrectionē/ hoc nō fiet naturalr̄: ſȝ ṽtute dei ĩ nouiſſimo die. Hec eadē ſnīa habeť pſal. lxxxix. ꝑ totuȝ de hūana fragilitate/ ⁊ īfirmitate: ⁊ fluxibilitate: et vite breuitate: ⁊ varietate: vt ibi largius dictū eſt.

**Miſericordia autem domini ab eterno ⁊ vſq3 in eternum: ſuper timentes eum.**

**Et iuſtitia illius in filios filiorum: his qui ſeruant teſtamentum eius.**

**Et memores ſunt mandatorum ipſi⁹: ad faciendū ea.**

De pe. diſ. ij. c. q2 cꝯtinuata. Dia natura. xv. q. i. ca. ſunt miſſi. Deo ea.

¶ Nō erit ſic de mia dei: ſicut de fragilitate hoīs. Nā lȝ hō ſit fragilis: ⁊ mortalis: ⁊ variabilis: ⁊ tēporalis: tn̄ mia dei eſt īmortalis: ⁊ fortis: ⁊ firma. Nam quacūq3 hora ingemuerit pctōr ſemꝑ eſt de⁹ paratus parcere: ⁊ hoc nō ſolū nūc: ſȝ ab initio. Ita ſtatuit ⁊ oſtēdit ĩ patrib⁹ antiq̄s. Et erit iuſtitia illius. ſ. retributio p̄mij ꝓmiſſi/ in filios filioꝝ. i. oēs ſucceſſores apl̄oꝝ/ ⁊ imitatores. ſ. i his q̄ ſeruant teſtm̄ ei⁹/ ⁊ ſunt memores mandatorū ei⁹ ad faciendū ⁊ ſeruandū ea. Ex quo p3/ ꝙ mia dei non ſolum eſt infinita in ṽtute intēſiue ⁊ extēſiue: ſed etiā eſt infinita in duratione ⁊ ſucceſſiōe. Et bene dicit ad faciēdū ea. Nā multi ſunt memores mādatoꝝ dei de lege dei loquēdo/ ⁊ diſputādo/ ⁊ volunt ſcire legem dei ⁊ mādata: ſed nō ad faciēdū ea: ſed vt ſcire videať. Ex quo p3 ꝙ mia dei ⁊ retributio: ⁊ iuſtitia p̄mij ꝓmiſſi: nō erit niſi ĩ his q̄ obſeruāt mādata: ⁊ legē euāgelicā. ¶ Ad maiorē ĩtelligētiā hui⁹ eſt notandum ſicut dictum eſt pſal. xxxiij. ꝙ caro Chriſti quā infirmā pro nobis aſſumpſit/ fuit ſibi tanq̄ cilicium penitentiale. Nā q2 ciliciū eſt cōtextū ex pilis ⁊ ſetis aīaliū: iō eſt pungitiuū: ⁊ ꝑ ꝯñs affligit carnē ex qua afflictiōe penitēs recordať ſuoꝝ pctōꝝ: Et ſic cōtinue memor pctōꝝ penitet: ⁊ dolet pctā cōmiſiſſe: ⁊ ſic mereť veniā. Et rurſus ſic recordatus ſuoꝝ pctōꝝ cōfundiť detrahere ꝓximo: ĩmo cognoſcit ꝓximū peccare ex fragilitate: ⁊ ſic cōpatiť ipſi ⁊ miſeretur eius: ⁊ cit⁹ remittit ei iniuriā. Et ſic p3 qualr̄ ciliciū pungitiuū reducit in memoriam pctā p̄terita/ ⁊ in dolorē ⁊ pniam pctōꝝ: ⁊ ad cōpatiēdū ꝓximo ⁊ miſerēdum ei. Hec fuit ergo cauſa quare fili⁹ dei voluit induere carnē noſtrā infirmā tanq̄ ciliciū pnīale: vt in ea ageret ꝓ nobis pniam. Nā aſſūpſit illā carnē cū ſpinis penalitatū. ſ. cum fame/ ⁊ ſiti/ ⁊ dolore/ ⁊ nuditate/ ⁊ mortalitate ⁊c. p̄ter cōcupiſcētiā ⁊ pctm̄: vt eſſent inſtr̄a ad merēdū ꝓ nobis ⁊ patiēdū/ q̄ q̄dē penalitates erāt q̄dā ſpine q̄ cōtinue pungebāt aīam Chriſti/ memorando ipſi pctm̄ ipſi⁹ Adā: ⁊ oīm nr̄m: ex qua cōpūctiōe ⁊ memoria ꝑtinue dolebat ⁊ affligebať: ⁊ patiebať: ⁊ ꝑ cōſequēs merebať. Et iō ab īſtāti īcarnatiōis vſq3 ad emiſſionē ſp̄us: ⁊ ēt vſq3 ad reſurrectionē/ fuit ſemꝑ dict⁹ vn⁹ act⁹ cōtinuus noſtre redēptiōis nō interponat⁹: vt dictū eſt pſal. xxix. Itē rurſus iſta cōtinua cōpūctio/ ⁊ afflictio inflicta xp̄o ab iſto cilicio carnis ſpinoſo/ inducebat Chriſtū experimentalr̄ ad ꝯpatiēdū nr̄e fragilitati/ ⁊ ꝑ ꝯñs ad miſerēdū nobis ⁊ remittendū pctā nr̄a. Et ſic p3 ꝙ quia

Ca. q. chriſti fuit ciliciū.



experimētaliter cognouit figmētū ⁊ fragilitatē noſtram: ideo Chriſtus fuit mot⁹ ad miam erga nos. Duplici ergo ex cauſa Chriſtus miſertus eſt nobis vno modo tanq̄ pater. quia creauerat nos. alio modo tanq̄ frater: eo ꝙ cepit carnem noſtrā: ⁊ expert⁹ fragilitatem noſtram/ cognouit figmētū noſtrū. Et hoc eſt q̄d intēdit dicere Dauid in hac parte cū ait. Quomodo miſeretur pater filiorum.

Chriſti ſedes fuit ab origine mundi ſed nō poſſeſſa.

**Dominus in celo parauit ſedē ſuam: ⁊ regnum ip̄ſius omnibus dominabitur.**

**Benedicite domino oēs angeli eius: potentes virtute: facientes verbū illius ad audiendā vocem ſermonum eius.**

¶ In hac ſecūda parte demōſtrat ꝓpheta ꝙ nō ſolū hoīes obligant ad benedicendū Chriſtū ꝓpter bñficia recepta. ſed etiā angeli. Iō inuitat naturā angelicā ad bñdicēdū: ⁊ laudādum xp̄m. Et lȝ non exprimat niſi vnā cām. ſ. q2 in celo parauit ſedē ſuā tanq̄ dñs: tamē ſubintelliguť due cauſe p̄cedentes. ¶ Ad cui⁹ intellectū eſt aduertēdū: ꝙ q̄drupli ci cā nō ſolū hoīes: ſȝ etiā angeli obligant xp̄m laudare ⁊ bñdicere. Pmō tanq̄ eoꝝ redēptorem: q2 eos redemit. Scdō tāq̄ eoꝝ caput: q2 ſimul xp̄s eſt caput hoīm ⁊ angelorū. Tertio tanq̄ reparatorē angelice ruine: q2 ꝑ hoīes quos redemit/ angelorū ruinā repleuit ⁊ reparauit. Quarto tanq̄ dñm et iudicem hoīm ⁊ angelorū: q2 dñs xp̄s parauit ſedē ſuā in celo. Quomodo aūt chriſt⁹ ſit ⁊ eſt redēptor ⁊ caput ⁊ reparator: ⁊ dñs angelorū: cui ſedes imperialis fuit ab origine mūdi preparata: partim dictum eſt pſalmo. lxxxi. ſed clarius dicetur in fine hui⁹ pſalmi. Ex quibus p3/ ꝙ licet ſupradicta quadruplici cā ⁊ ratione angeli obligentur bñdicere ⁊ laudare Chriſtū ēt inquātū eſt hō: tn̄ Dauid nō tāgit niſi q̄rtā cām hoc in pſal. ſcȝ inquātū xp̄s eſt dñs: ⁊ pauit ſedē ſuā imperialē ſuꝑ oēs angelos. q̄ q̄dē ſedes lȝ fuerit p̄parata ꝓ xp̄o ab origine mundi/ vt videbiť tamē nō poſſedit eā manifeſte vſq3 ad diē aſcēſiōis. Ideo ait dauid/ q2 dñs in celo preparauit ſedē ſuā: ⁊ regnū ipſius oībus angelis ⁊ hominib⁹ dñabitur. ideo benedicite dño oēs angeli eius potentes ṽtute. i. q̄ accipitis potētiā ⁊ virtutē ab eo vt faciatis verbū eius/ ⁊ ad faciēdū verbū eius ⁊ ad audiendā vocē ſermonū eius. i. ad exequendū ei⁹ imperiū ⁊ preceptū. Quaſi dicat: Bñdicite xp̄o q2 eſt dñs: et vos miniſtri eius: ⁊ executores volūtatis eius.

Benedicite dño oēs virtutes eius. Dia. ij. pncipalis.

**Benedicite domino oēs virtutes ei⁹: miniſtri eius qui facitis voluntatem eius.**

¶ Ad euidentiam huius verſus: ⁊ preteriti eſt notandū ſcdm̄ Ariſtotelē. xvi. de aīalibus/ ꝙ op⁹ nature eſt opus intelligētie. vnde videť dicere Aug. ſuper Gen̄. ꝙ oēs ratiōes ſeminales quas actiue impreſſit deus in angelis/ ⁊ celis: impreſſit paſſiue in elementis. et eſt iſte ordo. Nam deus primo ab eterno habet ĩ mēte ⁊ eſſentia ſua rōnes ⁊ formas omniū rerū creatarū: que vocantur rationes ⁊ ſpecies

Que ſit Idea.

eterne quas Plato Ideas appellauit: vt ait Augu. libro octogintatriū. q. ad quarū ſilitudinē ex tēpore creaturas ꝓduxit in ſpecies ſuas ſeruando iſtū ordinē. Nā in mētibus angelorū qui ſunt nobiliores creature/ impreſſit ſimilitudines oīm inferioꝝ quas q̄dē doctores appellāt ſpecies ꝯcreatas: que

nō ſolū faciūt ad cognoſcēdū ſȝ etiā ad agēdum: et ſunt q̄ſi artes in mētib⁹ intelligētiarū. ⁊ iſte eedē poſſunt eſſe ratiōes ſeminales ⁊ potētie actiue ad operādū in hec inferiora: ⁊ ſic mouēt celum ꝓpter deū amatū ⁊ deſideratū/ ad gñationē iſtorū inferiorū. Ex hoc innuit Aug. ꝙ oportet poni in elementis ⁊ elementatis quaſdam rōnes ſeminales paſſiuas correſpōdētes rōnibus ſeminalib⁹ actiuis impreſſis in angelis: ⁊ corporib⁹ celeſtib⁹. q̄ ſcdm̄ Ariſt. ſunt quedā potētie paſſiue ĩ materia: de q̄b⁹ agētia naturalia virtute itelligētiarū educūt formas de potētia in actū. Et ĩo dicit Aug. ꝙ iſte intelligētie ſeparate. i. angeli ⁊ demones habēt tā grāde dñiū ſuper elemēta ꝓpter rōnes ſeminales/ ꝙ poſſunt operari abſq3 agēte particulari in elemēta addēdo ⁊ applicādo actiua paſſiuis. Ita ꝙ q̄ faciūt longo tēpore mediātib⁹ agētib⁹ particularib⁹/ faciant ꝑ ſe in breui. Et ita dicit ꝙ magi Pharaonis ṽtute demonū fecerūt ranas ⁊ cetera tpe Moyſi. Et iſto modo de⁹ fecit miracula ⁊ facit ſibi tpe opportuno ꝑ angelos. Et iſto mō oēs angeli dicunť virtutes dei: q2 in eis de⁹ a p̄ncipio ip̄reſſit hmōi virtutes: q̄ vocantur q̄ſi naturales: ⁊ cōtinue de⁹ p̄cipit ⁊ dat virtutē angelis ad faciēdū miracula noua ſcdm̄ ſuā volūtatē. Sed inter angelos eſt q̄dā ordo qui ſpālr̄ dr̄ ordo virtutū: eo ꝙ mouēt celū ⁊ elementa: ⁊ prohibēt demones ne ledāt mundū ex potētia naturali quā habēt ſuꝑ elemēta: ne inducant tēpeſtates ⁊c. Sed generali noīe oēs poſſūt dici ṽtutes ꝓpter ratiōes p̄dictas: q2 de⁹ tradit ptātē ⁊ virtutē q̄n vult vt faciāt miracula ſicut ipſi placet: ⁊ ſic oēs ſūt executores diuine volūtatis: ⁊ dicunť potētes virtute ⁊ faciētes verbū eius: ⁊ parati ad audiēdā vocē ſermonū ei⁹ obediēdo. Sȝ q2 iſtimet angeli, q̄ fuerūt potētes virtute ad audiēdā vocē dei ⁊ exequēdū p̄ceptū in veteri teſtamento/ puta ad diuidēdū mare rubrum: ⁊ inferendas plagas egyptijs: poſtea fuerunt miniſtri xp̄i ad mitigandum vndas maris: ⁊ faciendum cetera miracula et ' ſunt quotidie miniſtri chriſti in miniſterium miſſi: ex quo p3 ꝙ ſunt ſub ditiōe xp̄i. Iō dicit dauid: Bñdicite domino oēs virtutes ei⁹: q2 eſtis miniſtri ei⁹: ⁊ q̄ facitis volūtates ei⁹ implētes ⁊ exequētes ei⁹ p̄cepta ⁊ imperiū. Sȝ eſt alia potētia obediētialis ĩ materia q̄ reſpicit ſolū deū. de q̄ nō eſt at p̄ſens ſpeculatio.

Angelorū potentia.

**Benedicite dño oīa opa eius: in omni loco dñatiōis eius benedic aīa mea dño.**

De pe. diſ. ij. §. q̄d au.

¶ Quia in prima parte inuitauit ſeip̄m in perſona totius generis humani ad laudādū Chriſtū ꝓpter beneficiū redēptionis ⁊c. et inuitauit in ſcda parte angelos: eo ꝙ Chriſt⁹ eſt adeptus dñium ⁊ ſedē in celo: ex quo patet ꝙ xp̄s habet vniuerſale dñiū in celo ⁊ in terra: ſed oīa elementa: ⁊ elemētata ſūt ꝓpter hoīem: ergo ſequitur ꝙ oīa opa creata ſunt Chriſto ſubiecta ⁊ obligata: ⁊ ſuꝑ oīa hȝ dñium: q2 inquātum deus eſt in oībus p̄ ſubſtātiā virtute ⁊ opationē: ⁊ inquātū hō/ oīa ſunt ſubiecta ſub pedibus ſuis. ergo oīa obligant laudare Chriſtū vbiq3. Cōcludit ergo. Bñdicite dño oīa opa ei⁹ tā creata q̄ recreata in oī loco dominatiōis eius: q2 nullus loc⁹ excludiť a ſua ditiōe ⁊ dñio. Et ꝯuerſus ad ſeip̄m dicit Bñdic aīa mea dño: q2 non ſolū me redemit: ſȝ oīa creauit/ ⁊ āgelos redemit āte caſum ⁊ hominē poſt caſū: eo mō quo dictū eſt. Nā oīa elemen

tate plantas ⁊ mineralia creauit propter hoīem: et etiā celos ⁊ motus eoꝝ propter nos diſpoſuit. ergo tenemur ſpecialiter deū laudare ⁊c. ¶ Ex toto iſto pſalmo poſſum⁹ recolligere quatuor cōcluſiones.

E

¶ Quarū prima eſt: ꝙ nos obligamur benedicere ⁊ laudare Jeſum Chriſtū dñm nrm non ſolum ore/ ſ; etiā corde et opere. ſ. ex toto corde ⁊ mēte ⁊ aīa ⁊ ex oībus viribus: ꝓpterea ꝙ nō ſolū quo ad totam animā: ſed quo ad totū corpus nos redemit ⁊ ſanauit. Nā primo ꝓpitiat⁹ eſt iniquitatib⁹ nrīs omnia peccata remittēdo. Scđo ſanauit oēs infirmitates nrās nō ſolū ſpūales: ſ; etiā corporales. Tertio qr redemit nos a morte corporali ⁊ ſpūali. Quarto qr reddidit nobis corp⁹ glorioſu; ⁊ impaſſibile. Quinto quia repleuit nos bonis celeſtibus. Et ſic recuperauit nobis oīa que perdidim⁹ in Adā. ¶ Secūda concluſio/ ꝙ deus nō puniuit ſecundū iuſtitiam ſiue per iuſtitiā: ſed ſaluauit nos ꝑ miām: quia non ſecundū peccata noſtra fecit nobis. ¶ Tertia concluſio/ ꝙ deus magis eſt pronus ad miām ꝙ̄ ad iuſtitiā erga nos: quia non puniuit nos vt ſeruos rebelles ſed miſertus eſt nobis tanꝙ̄ filijs. ¶ Quarta cōcluſio/ ꝙ nō ſolum hoīes ſed etiā angeli obligant laudare ⁊ benedicere Chriſtū tanꝙ̄ dominū ⁊ redēptorē ⁊ caput ⁊ reparatorē ⁊c.

Obiectio.

F: ¶ Sed cōtra omnia predicta arguit. Et primo arguūt Judei cōtra primā cōcluſionē dicētes: ꝙ iſte de quo loquit iſte pſal. nō eſt Jeſus Chriſtus quē nos recepimus in Meſſiam ⁊ redēptorem. Nam ipſe non ſanauit omnes infirmitates noſtras per mortem ⁊ reſurrectionē: quia adhuc manemus ſubiecti morti ⁊ omnibus morbis ⁊ laboribus ⁊ infirmitatibus corporalibus. ergo nō perfecte nos redemit nec abſtulit omnē lachrymā ab oculis noſtris prout dicitur in Eſaia. Secūdo arguitur cōtra ſecūdā cōcluſionē. Nam ſi deus nō puniret nos ſecundū peccata nrā/ ſequeretur ꝙ nō eſſet iuſtus iudex tribuēs vnicuiqꝫ ſecundū opera ſua. Tertio arguit cōtra tertiam cōcluſionē. Naꝫ ſi deus eſſet magis pronus ad miſericordiā ꝙ̄ ad iuſtitiā: ſequeret ꝙ in eo eſſet maior mia ꝙ̄ iuſtitia: quod videt falſum: qr iſta duo ſunt vnū ſubſtātialiter ⁊ eſſentialiter in deo. ergo vna nō eſt maior altera. Quarto arguitur ꝯ quartā concluſionē: ⁊ videtur ꝙ Chriſtus nō ſit dñs angelorū: quia minor nō poteſt eſſe dominus maioris. ſ; Chriſtus eſt minor angelis: cum ſit homo. igitur. Item nec Chriſtus pōt eſſe caput angelorum: quia corp⁹ nō poteſt influere gratiā ⁊ gloriā rebus ſpūalibus. Item Chriſtus no pōt eſſe redēptor angelorum: qr angeli remanentes nunꝙ̄ peccauerunt: ⁊ per conſequens non indiguerunt redēptore nec reparatore.

Rūſio. In oppoſitū ē ꝓpheta Dauid in hoc pſalmo. ¶ Reſpondeo. Hic ſunt quatuor videnda. Primo an Chriſtus dicatur perfectus redēptor: dato ꝙ maneam⁹ mortales ⁊ paſſibiles. Secundo eſt videndū quare deus eſt magis pronus ad miſerendum ꝙ̄ ad puniēdum. Tertio eſt videndum an propter hoc deus ſit minus iuſtus iudex: ⁊ ledat ſuam iuſtitiam: et ſit maior ſua miſericordia ꝙ̄ iuſtitia. Quarto videbit quomodo Chriſtus eſt dominus ⁊ redēptor ⁊ caput ⁊ reparator angelorum.

Xp̄s ꝑfectus redēptor.

¶ Quantum ergo ad primum eſt dicendum ſecundum apoſtolum ad Rom. vj. ꝙ per baptiſmum oēs ſumus mortui et cōſepulti cū Chriſto: ⁊ ſic omnes cōſurreximus cū Chriſto poſtꝙ̄ oēs ſumus baptizati in eo. quia ſicut reſurrexit: ita oēs reſurgemus. ſ. ad Corin. xv. Ex quibus vult innuere ap̄ls/ ꝙ Chriſtus in ſua reſurrectione accepit poteſtatem reſuſcitandi oēs ſuos fideles ⁊ mēbra ſua ꝑ baptiſmū ſibi incorporata. Et per ſequens intendit dicere ꝙ oēs baptizati/ de pñti liberātur a pctō in anima: ⁊ adipiſcunt meritū ⁊ facultatē vt mereant reſurgere in corpus glorioſum in generali reſurrectione. Et ſic adipiſcuntur reſurrectionem glorioſam in habitu/ licet non in actu. Et hoc cōfirmat beatus Augu. in quodam ſermone de martyribus: qui etiam attribuit beato Ambroſio: vbi dicit ꝙ licet oēs martyres ⁊ iuſti nondū ſurrexerunt in actu: tñ iam ſurrexerūt in merito: qr iam ſunt certi de ſua reſurrectione: quia ſicut fuerūt ſocij paſſionis Chriſti: ita erunt ſocij reſurrectionis. Ex quib ſequit ꝙ iam perfecte redemit nos nō ſolum quo ad animā: ſed etiā quo ad corp⁹: et oēs infirmitates ⁊ miſerias. Sed cauſam quare Chriſtus noluit vt ilico poſt baptiſmum ſicut abſoluimur a pctō abſoluamur a penis corporalibus: aſſignat Aug. lib. de baptiſmo paruulorū: ⁊ xij. de ciuitate dei cap. iiij. vbi ait. ꝙ Chriſtus voluit vt ablato peccati nexu/ mortis ⁊ ceterarū infirmitatū experimētū nobis relinqueret. Et hoc ꝓpter multiplex bonū noſtrū. Primo qr ſi tales corpee infirmitates nobis nō fuiſſent relicte/ tūc nulla poſſet eſſe pugna: ⁊ ſi nulla eſſet pugna: tunc nulla eſſet victoria martyrū/ nec virginū/ nec cōtinētiū/ nec iuſtorū: ⁊ ꝑ conſequēs nulla eſſet eorū corona. Itē nulla eſſet ſpes reſurrectionis: ⁊ per cōſequens nullū meritū. Itē ſi ilico per baptiſmum tollerentur hmōi paſſiōes: ⁊ cōferretur immortalitas baptizatis: tunc multo plures recurrerēt ad baptiſmū vt abſoluerētur ab hmōi paſſionibus: ꝙ̄ vt cōſequerent futuram beatitudinem: ⁊ ſic nullū operarent bonū ꝓpter deū. Et ideo iſte infirmitates ⁊ paſſiones nobis relicte ſunt bonis bone ad meritum: ⁊ malis male ad ſupplicium. Item hoc factū eſt propter vniuerſale bonum eccleſie triumphantis: ⁊ reparatiōis angelice ruine. Nam ſi talis pugna tolleretur in corpore noſtro per baptiſmū: tunc homines non poſſent coequari angelis qui ruerunt/ in meritis: nec per conſequens poſſent adipiſci per meritum ⁊ laborē ſedes quas illi amiſerunt ꝑ ſuperbiā. Et ſic angelica ruina manſiſſet irreparata. Quatuor ergo operatur baptiſmus in nobis. Nā primo abluit aīam a pctō. Secūdo cōfert meritū vite eterne de preſenti. Tertio tollit debitū cōcupiſcētie: non vt non inſit: ſed vt nō imputet. Quarto cōfert aptitudinē ⁊ meritū reſurgēdi ad vitā glorioſam corporis in nouiſſimo die.

Quatuor operatur baptiſmus in nobis.

Ex ſupradictis pꝫ rñſio ad miſeros iudeos/ q̄ ſolum carnaliter ſapiunt. ¶ Quantū ad ſecundū eſt dicendum quod manente iuſtitia equali cū miſericordia et abſqꝫ leſione iuſtitie deus eſt magis pronus ad miſerendū penitentibus ꝙ̄ ad eternaliter puniēdū: ⁊ hoc multiplici rōne. Et primo rōne aīe rationalis quā ad ſuā imaginem creauit: ⁊ ideo intantū diligit hominem: q/ nō ꝑmittit nec placet ſibi vt aīa maneat peccato deturpata/ nec ſubiecta. Scđo rōne abominationis peccati: qr deus intantū odit ⁊ abominatur peccatū/ ꝙ ſemꝑ eſt paratus deſtruere ⁊ delere ipm per gratiam ⁊ penitentiam. Tertio rōne humane fragilitatis cui ſemꝑ deus cōpatitur. Quarto ratiōe ſue magnanimitatis: quia magnanimus nō exiſtimat/ immo vilipendit iniuriam ſibi factā. Ideo cito ignoſcit cū videt humilitatē ⁊ plenitudinē ī penitente: vt pꝫ. iiij. Ethico.

Quare xp̄us magis eſt pronus ad miſericordiam.

Quinto ratiōe ſumme liberalitatis: qr liberalis et magnificus ſemꝑ eſt pronus ſoluere pro paupere indigenti. Et ſic Chriſtus ſemꝑ eſt paratus pro nobis ſoluere debitū. Sexto ratione paternitatis inquantū deus eſt pater noſter: ⁊ ideo ſemꝑ eſt pronus ad parcendū filijs ſuis. Septimo ratione fraternitatis qr fili⁹ dei factus eſt frater noſter carnē aſſumēdo. Octauo ratiōe experimētalis pietatis. Naꝫ de⁹ voluit experiri fragilitatē noſtre carnis/ vt diceret ceteris miſereri. iō recordat⁹ eſt qm̄ puluis ſumus. qr cognouit figmentū ⁊ fragilitatē noſtram ꝑ experientiā. Nono de⁹ eſt magis ꝓnus ad parcēdum ꝙ̄ ad puniendum ratione ꝓmiſſionis: qr ꝑ totā legē ⁊ ꝓphetas deus ꝓmiſit veniā ⁊ remiſſionē penitentibus. Et ſic deus in parcendo iuſtificat et ratificat iuſtitiā. Itē ſi deus nō parceret peccatori penitenti/ ſequeret ꝙ magis diligeret pctm̄ ꝙ̄ hominē: cū delendo pctm̄ poſſit hoīem liberare. Ideo in hoc oſtēdit de⁹ ꝙ magis diligit hoīem ꝙ̄ pctm̄: qr vt hoīem liberet extinguit ⁊ deſtruit peccatū in eo: vt ſaluet naturā: ⁊ hoc ꝑtinet ad iuſtitiā/ vt deſtruat malū ⁊ ſaluet bonū. Et ideo ponit ꝓ concluſione/ ꝙ deus in parcendo ⁊ miſerendo peccatoribus penitentibus exercet opera oīm virtutū: et ꝑ cōſequēs opera iuſtitie cū iuſtitia ſit oīs virtus. v. Ethico. Quod ꝑ ſingula ꝓbatur. Naꝫ pͥmo exercet opera boni viri. nam in parcendo ⁊ miſerendo diligit ⁊ conſeruat bonū nature: ⁊ odit ⁊ deſtruit malū culpe ⁊ peccatū qđ corrūpebat naturā. Itē exercet opera magnanimi: nō eſtimando iniuriā: ⁊ compatiendo humane fragilitati. Itē exercet opera liberalis/ qr de ꝓprio ſanguine ſoluit pro debito peccatoris. Item exercet opera boni patris ⁊ paſtoris: qr nō ꝑmittit filiū nec ouē ſuā perire. Item exercet opa iuſti viri: qr non violat immo cōplet ꝓmiſſum qđ ꝓmiſit Eze. xviij. ⁊ ꝑ alios ꝓphetas. ſ. Quia homo conuerſus fuerit peccator a via ſua mala oīm iniquitatū quas fecerit nō recordabor. Item exercet opa iuſti iudicis: qr nec relinquit crimē nec malū impunitū. Nā peccatū licet inſufficiēter puniat in peccatore: tñ ſufficienter punit in Chriſto: vt patebit in ſequēti articulo. Et ſic pꝫ reſpōſio ad argumentū. Nā licet deus ſit magis pronus ad parcendū ⁊ miſerendū peccatorib⁹: ⁊ tamē ſemꝑ manet iuſtus/ qr quod nō punit in peccatore punitur in Chriſto. vt infra patebit. Et ſic licet mia videat maior ꝙ̄ iuſtitia effectiua reſpectu noſtri: tñ eſſentialiter in deo vna nō eſt maior altera cū ſint idem.

Deus poteſt miam non ꝑ miſeris alius iudex.

¶ Quātū ad tertiū eſt aduertendū ſicut dictū fuit pſalmo ſexto/ ꝙ duplici iudicio pōt deus iudicare peccatorem. Uno mō iudicio obſtinatiōis ⁊ finalis impenitētie. Alio modo iudicio penitētiali. Primo modo iudicat deus peccatorē iudicio ire ⁊ furoris ſecūdū ſuā obſtinationē, deſtinando pctorē ad penā eternā. Scđo modo iudicat iudicio mīe remittendo culpā: ⁊ mutando penā eternā in penā tēporalē. ⁊ in hoc de⁹ oſtēdit ſuā iuſtitiam/ qr iudicat ſecundū menſurā ⁊ qualitatē peccati. Nā qr obſtinatus peccat in termino: ⁊ ꝑ cōſequēs eternaliter ꝓponit peccare ideo iuſte iudicat ad penā eternam ſue obſtinationi correſpondentē: ⁊ qr nō eſt ſibi remiſſa culpa in hoc ſeculo: ideo nunꝙ̄ remittit nec dimittitur ſibi pena in alio. Sed quia penitēs per penitentiā pctm̄ dimiſit in via anteꝙ̄ ꝑueniret ad terminū qr reductus eſt a mala via in viā ſalutis a qua receſſerat: ideo pctm̄ ſuū factū eſt finitum et tēporale reſpectu ſui. ⁊ ideo qr remittitur culpa in hoc ſeculo pariter remittit pena in alio. Et ſic pater qualiter deus tribuit vnicuiqꝫ ſecūdum opera ſua tanꝙ̄ iuſtus iudex. Nam penitēti tribuit miſericorditer veniā ſcđm ſuam penitētiam in hac vita ⁊ in hoc ſeculo. ⁊ per conſequens remitit penam in alio: ⁊ obſtinato tribuit penā ſcđm ſuā obſtinationē. Nam ſicut peccator per cōtritionē ⁊ penitentiā dimiſit peccatum ⁊ deleuit culpam in hac vita ante terminū mortis: ita deus dimiſit ſibi penā eternam. Et ſicut obſtinat⁹ in via noluit dimittere peccatū: ita de⁹ nunꝙ̄ ſibi dimittet penā in altero ſeculo. Nā ſicut ſola pena tēporalis correſpondet penitentie in hac vita vel in purgatorio ſcđm iudiciū miſericordie: ita pena eterna correſpōdet obſtinationi ⁊ impenitentie in inferno ſecūdū iudiciū ire dei. Et ſic deus ſemꝑ manet iuſtus iudex.

Obiectio.

Sed adhuc manet ⁊ reſtat dubiū: qr omne peccatū eſt infinitū ratione obiecti: inquantū peccator peccauit cōtra deū infinitū. ergo cuiqꝫ peccato iuſte debetur pena infinita: ⁊ per conſequens nullo pretio poteſt ſatiſfieri offenſe facte contra deum: nec iuſte poteſt peccatori pena remitti: cum omnis penitentia ⁊ omnia bona opera peccatoris ſint finita.

Rūſio

Ad hoc reſpōdetur ſicut dictum eſt pſal. lxxxiiij. ꝙ quia nullum pretium finitum poteſt ſatiſfacere pro peccato cōmiſſo contra deum: ideo fuit neceſſaria paſſio Chriſti ad iuſte ſatiſfaciendū pro omni peccato. que quidem paſſio fuit pretij infiniti ratione puritatis ⁊ innocentie Chriſti: ⁊ precipue ratione gratie vnionis. vt dictum fuit pſal. xvij. et. lxxxiiij. ideo Chriſt⁹ potuit pro omnibus ſatiſfacere: et in eo ſufficiēter oīa noſtra peccata fuerūt punita virtualiter ⁊ habitualiter: qr deus pater poſuit in eo iniquitates oīm noſtrum: ⁊ ꝓpter peccatū populi ſui percuſſit eū: cui⁹ liuore ſanati ſumus. Eſa. liij. Et deus pater fecit ipm peccatū. i. ſacrificiū ꝓ peccato. ij. ad Cor. v. Et ſic oīa pctā noſtra fuerunt virtualiter in Chriſto punita: ⁊ in eius paſſione: quam paſſionē nos participam⁹ ꝑ baptiſmū ⁊ penitentiā ⁊ cetera ſacrā. Et ideo nulla penitētia poſſet ſatiſfacere pro pctō alicuius niſi participaret paſſionē Chriſti: qr illa fuit penitētia generalis ꝓ oīb⁹ peccatoribus penitētibus ⁊ baptizatis: a qua ſumunt virtutē omnia ſacramēta: quā quidē penitentiam participamus per eccleſiaſtica ſacramēta. Et ideo nrā penitētiā particularis nō ſatiſfacit in virtute propria: ſed in virtute paſſionis Chriſti quā participat: inquantū filius offert patri ſuam paſſionem ꝓ eo baptizato ſiue penitente. Et ſic eſt dicendum ꝙ peccatū peccatoris punitur in peccatore per illam modicā contritionē ⁊ penitentiam: ⁊ per penam temporalē in purgatorio ſcđ plene punit in Chriſto cui⁹ paſſionem penitens participat per ꝑticulare penitentiā: ⁊ ſic ꝑticularis penitentia roborata et adiuta virtute paſſiōis xp̄i reddit ſufficiens ad ſoluendum ⁊ ſatiſfaciendum pro debito infinito. Et ſic nullū peccatum manet impunitū nec debitū inſolutū: qr omne peccatum partim punitur in peccatore ⁊ plene punit in Chriſto: cui⁹ paſſionē pater acceptat in preciū ſufficiens ꝓ debito peccatoris. Et ſic deus ſemꝑ manet iuſtus ⁊ ſimul miſericors.

Paſſio chriſti ſatiſfecit.

in ſuo iudicio manente iuſtitia inuiolata ⁊ integra ſimul cum mia. Et hoc eſt qđ intẽdit dicere Dauid cũ ait. Non ſm peccata noſtra fecit nobis: neqꝫ ſm iniquitates noſtras retribuit nobis ⁊c. Sꝫ vt oſtẽdat ꝙ deus tanꝗ pater ⁊ frater expertus noſtram fragilẽ carnẽ eſt magis pronus ad parcendũ ꝗ ad puniẽdũ/ſubdit. Sicut miſeretur pater filiorũ: miſertꝰ eſt deus timẽtibus ſe: qm̄ ipe cognouit figmẽtũ noſtrũ ⁊c. Et ſic ptꝫ reſpõſio ad argumẽta ſecundi tertij dubij. ¶ Quantũ aũt ad quartũ: ſcꝫ qualiter Chriſtus eſt dñs ⁊ caput ⁊ redẽptor ⁊ reperator angelorꝫ/eſt notandũ ſicut dictuꝫ eſt pſalmo. lxxxi. ꝙ oẽs angeli ante lapſum dũ fuerunt viatores preuiderũt myſteriũ future xp̄i incarnatiõis. Et preuiderunt preparatã ſedẽ imperialẽ pro Chriſto futuro dño oim̄ hominũ ⁊ angelorꝫ: quorum angelorũ quidã ſtatuerunt. ſ. Michael cũ ſuis/diuine voluntati obedire ⁊ Chriſtũ deũ ⁊ hoiem futurũ in dñm ⁊ caput aſſumere: ⁊ ſic manſerũt in gratia cõfirmati ⁊ ex viatoribus facti cõprehẽſores ⁊ beati. Lucifer aũt cũ ſuis ſequacibꝰ inobediens diuine voluntati ⁊ Chriſto inuidens zelo inuidie cõmotus: qꝛ hoc preuidit ilico inuidit ⁊ ſedẽ Chriſti pverſe et temere appetiuit: ⁊ ipſam cõſcẽdere ⁊ vſurpare preſumpſit. Et iõ ilico in illa malitia obſtinatꝰ miſer effectus e celo in ꝑpetuã penam corruit ⁊ cecidit in infernũ. ¶ His ergo habitis ponitur prima cõcluſio ꝙ Chriſtꝰ ante caſum luciferi fuit caput omniũ bonorꝫ angelorꝫ: dũ fuerũt viatores. ꝓbaꝫ. Nã pro tũc habuerunt verã fidẽ: ⁊ per cõſequẽs ſpem de Chriſto futuro a qua nõ deuiarũt immo ipſi adheſerũt: quia diuine voluntati obedire ſtatuerũt: ergo ſeqtur ꝙ per talẽ fidem ⁊ obedientiã Chriſtũ in dñm ⁊ caput aſſumpſerũt ⁊ ſuſceperũt: ⁊ per conſequẽs iam tunc facti ſunt mẽbra Chriſti eis crediti: ⁊ iam tunc participarunt Chriſti gratiam per quam ipſi adheſerũt: in qua gratia per talẽ inheſionem cõfirmati manſerunt ⁊ effecti ſunt cõprehenſores ⁊ beati. Ex quibus ptꝫ ꝙ Chriſtus ante lapſum luciferi fuit dñs ⁊ caput bonorꝫ angelorꝫ viatorũ: ⁊ ꝑ conſequens mãſit dñs ⁊ caput eorũ poſtꝗ facti ſunt cõprehenſores ⁊ beati: qđ ꝓbatur. Nã manſuerunt in eadẽ gratia Chriſti cõfirmati: de cuiꝰ myſterio incarnationis ⁊ humane redẽptionis habuerũt clariorẽ notitiã poſt cõfirmatione. ¶ Scđa ꝯcluſio: ꝙ Chriſtꝰ fuit verus redẽptor bonorꝫ angelorꝫ. ꝓbaꝫ. Nam redimi a Chriſto nil aliud eſt niſi liberari ab eterna damnatione ꝑ gratiaꝫ Chriſti: ſꝫ boni angeli fuerunt liberati ⁊ ꝑſeruati a caſu aliorꝫ ꝑ grãm ⁊ fidẽ Chriſti futuri: ꝑ quã gratiã acceperũt ipm̄ in caput ⁊ dñm: vt dictũ eſt igiꝰ per Chriſtũ vere fuerũt redẽpti. Nã mali qui hanc fidẽ ⁊ grãm ſeruare noluerunt/ideo ceciderũt a ceteris diuiſi. Ex quo ſequit ꝙ grã Chriſti ſeparauit bonos a malis. Et ſic illi peccauerũt in termino: ⁊ iſti adheſerũt i via: ſicut dictũ eſt pſal. lxxxi. ergo Chriſtꝰ eſt verꝰ redẽptor angelorꝫ. ¶ Tertia cõcl'o/ꝙ Chriſtus nõ ſoluꝫ eſt caput ⁊ redẽptor bonorũ angelorũ: ſed etiam reparator angelice ruine. ꝓbaꝫ. Nã Chriſtꝰ redemit homines: ⁊ ex eis quoſdã ſublimauit per grãm ſupra humanã facultatẽ: vt mererenꝫ adequari angelis qui ceciderũt: ⁊ eorũ manſiones ⁊ ſedes beatas illis debitas poſſederũt: et numerũ illorũ cõpleuerũt: vt frequẽter dictũ eſt. ergo xp̄s fuit verꝰ reparator ⁊ reſtaurator angelice ruine. Et ſic ptꝫ qualiter xp̄s fuit verus dñs ⁊ caput ⁊ redemptor angelorũ. ¶ Quartã cõcl'o/ꝙ Chriſtꝰ ſimul eſt caput hominũ ⁊ angelorũ ⁊ vtriuſqꝫ eccl'ie. ſ. triumphãtis ⁊ militantis: ꝓbatur. Nã ſicut de rõne capitis materialis eſt influere ſenſum ⁊ motũ in oĩa ſua mẽbra: ita de rõne capitis ſpũalis eſt influere grãm ⁊ gloriã: ſed Chriſtus influit in oĩa mẽbra huius eccleſie gratiã ⁊ merita ſue paſſionis ꝑ inſpirationeꝫ et eccleſiaſtica ſacramẽta: ⁊ in patria influit gloriam ſup oẽs angelos ⁊ oẽs beatos: ergo eſt verũ caput viatorũ ⁊ oim̄ cõprehenſorũ ⁊ beatorũ. Quod autẽ Chriſtus ſit dñs ⁊ caput ⁊ beatificator ſimul hominũ ⁊ angelorũ/ptꝫ ex multiplici auctoritate. Unde primo dicit apl's ꝙ deus pater cõſtituit eum caput oim̄ eccleſiarum ſuper omnẽ poteſtatem et principatum ⁊c. ad Ephe. i. Item ad Philip. ij. Deus exaltauit illuꝫ: vt in nomine Ieſu omne genu flectatur celeſtiũ terreſtriũ ⁊ infernorũ ⁊c. Item Ioan. Apoca. v. vidit milia miliũ angelorꝫ ſimul cũ ſenioribus dicentiũ. Dignus eſt agnus qui occiſus eſt accipere virtutem ⁊ diuinitatem ⁊ ſapientiam ⁊ fortitudinẽ ⁊ honorẽ ⁊c. Item infra ca. vij. vidit turbã magnam quam nemo dinumerare poterat: ex omnibus gentibus ⁊ tribubꝰ ⁊ linguis: ⁊ oẽs angeli ſtabant in circuitu throni: ⁊ adorauerunt deũ cadentes in facies ſuas dicentes: benedictio ⁊ claritas ⁊c. Item angelus dicit Ioanni: cõſeruus tuus ſuꝫ Ieſu Chriſti. Apoca. xix. Ex quibus patet ꝙ Chriſtus ſimul eſt caput ⁊ dñs hominũ ⁊ angelorum et omniũ creaturarũ: ⁊ per cõſequens non ſolũ homines: ſꝫ etiã oẽs angeli obligantur laudare/et benedicere/⁊ colere Chriſtum honore latrie tanꝗ deũ ⁊ dñm. Et hoc eſt quod intendit dicere Dauid in hoc pſalmo: cũ dicit. Dñs in celo parauit ſedem ſuã: et regnuꝫ ipſius oibus dominabitur: ideo benedicite dñm oẽs angeli eius. Et tunc rñdetur ad rões et argumẽta. Nam cũ dicit ꝙ Chriſtus eum minor angelis/qꝛ hõ ergo nõ põt eſſe dñs angelorum/nec caput/nec influere gratiam ⁊ gloriam in eos. Ad hoc reſpondeꝫ ſicut dictũ fuit pſal. lxxxiij. ꝙ licet anima Chriſti ſit minor angelis: quo ad eſſentiã ⁊ bona naturalia cõſequẽtia formam: tamẽ erat nobilior ⁊ melior oibus angelis: quo ad bona gratuita ⁊ gratifica/⁊ quo ad gratiã vnionis: et ſic erat dñs angelorũ. Item licet Chriſtus ex ſola humana natura non influat gloriã in angelos: tamen ratione gratie vnionis ⁊ capitis influxit gratiam in angelos: dũ erant viatores: ⁊ influit nunc gloriam dum ſunt cõprehẽſores: quia non ſolũ eſt mediator dei ⁊ hominũ: ſed etiã dei ⁊ angelorum ꝓpter rationes iam dictas. Et ſic patet qualiter Chriſtus redemit angelos: eos per gratiam a lapſu aliorũ preſeruando: ⁊ qualiter factus eſt dñs ⁊ caput non ſolum hominum: ſed etiã angelorꝫ. Ex quibus patet ꝙ non ſolum ab hominibus: ſed etiam ab angelis Chriſto debeꝫ cultus vere latrie: quod maxime intendit ꝓbare Dauid in hoc pſalmo.

Benedic anima mea domino: domine deus meus magnificatus es vehementer.

Confeſſionem ⁊ decorem induiſti: amictus lumine ſicut veſtimento.

¶ Licet huic pſalmo nullus titulus preponaꝫ ĩhebreo: tñ beatus Hieronymus in epiſtola ad Euſtochiũ de virginitate ſeruãda/aſſerit ipm̄ eſſe factũ ab ipſo Dauid/cuꝫ dicit. Poſuiſti/ait Dauid/tenebras ⁊ facta eſt nox: in ipa ꝑtrãſibunt beſtie ſylue ⁊c. Hoc idẽ affirmat eccl'ia cũ cãtat in benedictiõe cerimaꝫ dicẽs. Dauit ꝓphetico ſpũ gratie ſacramẽta prenoſcẽs vultus noſtros in oleo exhilarandos eſſe cantauit ⁊c. Ex quo ptꝫ Dauid confeciſſe hũc pſal. ⁊ ex materia eius ptꝫ ipſum eſſe alleuiaticũ. i. ad laudandũ deũ factũ: qꝛ manifeſte laudaꝫ deus in hoc pſalmo de beneficio vniuerſalis creationis ⁊ recreatiõis. ¶ Ad cuiꝰ intelligẽtiã eſt notandũ ꝙ quinqꝫ fabricationes leguntꝫ facte in veteri teſtõ ex ꝑcepto dei. Naꝫ prima fuit fabricatio totius mũdi in exordio/quã deꝰ fecit ex nihilo ꝑ ſe ipſum ad ſolũ preceptũ ſine aliquo miniſtro/qꝛ dixit ⁊ facta ſunt oĩa ꝑ verbũ ſuũ: nec eius aliquis cõſiliariꝰ fuit. Scđa fuit arce tẽpore diluuij: quã ipſi Noe ꝑcepit fabricare. Tertia fuit fabricatio tabernaculi ⁊ arce federis quã deꝰ Moyſi ꝑcepit fabricare. Quarta fuit fabricatio tẽpli Salomõis: cuiꝰ deſcriptionẽ deus tradidit ipſi Dauid primi Paralypome. xxviij. Quinta fuit reedificatio tẽpli facta ꝑ zorobabel/⁊ zachariam/⁊ Aggeum/⁊ Malachiã ex ꝑcepto dei. ⁊ oẽs quinqꝫ fabricationes ſenſibiles ſignificabã ⁊ figurabãt fabricationẽ eccl'ie per Chriſtum faciendaꝫ ſcđm Auguſtinuꝫ in libro de arca Noe/⁊ cõtra aduerſariuꝫ legis ⁊ prophetarũ. nã oẽs has fabricationes fecit deꝰ fieri in figura eccl'ie ad quã tendebat tota lex vetus tanꝗ in finẽ. vnde dicit Auguſtinꝰ contra Fauſtũ/ꝙ ſicut faber argentariꝰ ſiue domificator prius depingit domũ ⁊ opus modo groſſo vt habitator prenoſcat domum fabricãdã ꝑ ſenſum: ſed poſtea depingit vel fabrica domũ modo ſubtili ⁊ ꝑfecto ad finalẽ vſuꝫ hois: ita pariter deꝰ in veteri teſtamẽto prius depinxit ⁊ fabricauit totũ iſtũ mundũ ſenſibilẽ nã ſolũ ad vſum naturalẽ hoim: ſed etiã vt eſſet figura mundi ſpũalis. ſ. eccl'ie Chriſti: vt per iſta ſenſibilia veniret homo ad ſpiritualia. Itẽ eodẽ mõ per diſcurſum tẽporis fecit arcaꝫ fabricari cũ oibus illis partibus ⁊ conditionibꝰ: in qua ſaluatꝰ eſt Noe de aquis diluuij. q̃ ſcđꝫ oẽs ſuas partes figurabat eccleſiam Chriſti in qua erant ſaluandi fideles de diluuio peccatorũ. Ita pariter eſt dicendũ de arca et tabernaculo ⁊ tẽplo. nã ꝑ hoc ꝙ deꝰ fabricari ꝑcepit arcã vt ipſe habitaret in ea: ⁊ arca repoſita fuit in tabernaculo ⁊ poſtea in tẽplo: ꝑ hoc figurabaꝫ ꝙ verbũ dei debebat ſibi fabricare arcã humanitatis in qua habitaret ꝑ vnionẽ ꝑſonalẽ: que quideꝫ arca erat reponenda in tabernaculo virginali ⁊ in tẽplo vniuerſalis eccl'ie: in qua habitat ꝑ fidem et vnionẽ myſticã. Ita pariter eſt dicendũ de reedificatiõe tẽpli ⁊ ciuitatis Hieruſalẽ. nã ſicut deꝰ ꝑcepit reedificari illud tẽplũ ⁊ ciuitatẽ Hieruſalẽ: propter peccata regũ ⁊ populi ꝑ Chaldeos deſtructaꝫ: ita pariter deus pater ꝑcepit Chriſto filio ſuo/vt reedificaret tẽplũ humanũ ⁊ Hieruſalẽ ſpiritualẽ quã diabolus deſtruxerat ꝓpter peccatũ Ade: ꝗ deſcendit ab Hieruſalẽ in Hiericho: ⁊ incidit in latrones q̃ ipſuꝫ expoliauerũt ⁊ ſauciauerũ/⁊ totã humanã naturã corruperant. Hãc ergo ciuitatẽ dirutã ⁊ tẽplũ diſſolutũ reſarcuit ⁊ renouauit Chriſtus ꝑ ſuã icarnationẽ ⁊ paſſionẽ ⁊ reſurrectionẽ. Nã corpus qđ fuerat diſſolutũ reedificauit ꝑ triduũ. vt ipſe ait Ioan. ij. Ex q̃bus ptꝫ/qđ fabricatio mundi fuit figura fabricationis eccl'ie: ⁊ ꝑ conſequens Dauid nõ ſolũ intendit benedicere deũ ⁊ cõmendare diuinã ſapientiã circa creationẽ mundi ſed pricipaliter: circa fabricationẽ ⁊ creationem eccleſie Chriſti. Secũdo eſt aduertẽdũ/ꝙ quadruplex mũdꝰ reperiꝫ memoratus in ſacra ſcriptura Primus diciꝫ mundꝰ exẽplaris ⁊ eternꝰ ⁊ increatus ⁊ idealis/exiſtens ab eterno in mente ⁊ verbo diuino. ad cuiꝰ exẽplar deus ex tẽpore ꝓduxit hũc mundum ſenſibilẽ. de quo mundo ideali meminit Plato in Timeo/⁊ in libro Idearũ: ⁊ Boetius tertio de cõſolatione/dicens. Tu cuncta ſuperno ducis ab exẽplo: Mũdũ mẽte gerẽs pulchrũ pulcherrimus ipſe ⁊c. Itẽ Ioã. Pꝛĩo. In principio erat verbũ: oĩa ꝑ ipꝫ facta ſunt. qđ factũ ẽ in ipo vita erat. i. iſte totus mũdus q̃ factus eſt ex tẽpore erat vita ab eterno in ipſo mũdo ideali ⁊ verbo eterno. vt exponit Aug. Secũdus diciꝫ mundus ſenſibilis ⁊ materialis ⁊ creatꝰ factꝰ ad exẽplar primi. de cuiꝰ creatione ⁊ diſpoſitione agiꝫ Geñ. primo. Tertius diciꝫ mũdus ſpũalis ⁊ recreatꝰ figuratus ꝑ mundũ materialẽ q̃ eſt eccl'ia Chriſti: cuiꝰ habitatores ſunt oẽs Chriſti fideles i Chriſto regenerati. vñ de mũdo materiali dicit Ioã. Mũdꝰ eũ nõ cognouit: ſed de mũdo ſpũali dicit. Quotquot aũt receperũt eũ dedit eis ꝑtãtẽ filios dei fieri his qui nõ ex ſanguinibꝰ ſed ex deo nati ſunt ⁊c. de cuiꝰ mũdi ſpiritualis recreatione dicit dñs Eſaie. lxvi. Ecce ego creo celos nouos ⁊ terrã nouã ⁊ non erunt in memoria priora ⁊c. Quartꝰ diciꝫ mũdus glorie ⁊ ꝑpetuus. de quo pſalmo. lxxxiij. Beati q̃ habitãꝫ in domo tua dñe in ſecula ſeculorꝫ laudabũt te. De cuiꝰ fabricatione ⁊ edificio dicit Ioan. Apoca. xxi. Uidi celũ nouũ ⁊ terrã nouã primum eñi celuꝫ et prima terra abijt: ⁊ mare iam nõ eſt. Et vidi ciuitatẽ ſanctã Hieruſalẽ nouã deſcendentẽ de celo ⁊c. Cũ ergo intẽtio ꝓphete ſit deducere nos ad cognitionẽ ſpũaliũ ꝑ ſenſibilia: ꝗ ꝑ diſpoſitionẽ huiꝰ mũdi ſenſibilis et creati ꝓphetice nos manuducit in cognitiõeꝫ diſpoſitiõis mũdi ſpũalis ꝗ Chriſtuꝫ regeneratiꝗ eſt eccl'ia. eo ꝙ cõtẽplãdo diſpoſitioneꝫ huiꝰ materialis mũdi in principio creati ꝑuidit in ſpũ totã diſpoſitionẽ eccl'ie ꝑ Chriſtũ regenerande ⁊ reedificãde. de cuiꝰ diſpoſitiõe fecit hũc pſalmũ. Ideo prius exponeꝫ de diſpoſitione huiꝰ mũdi materialis. Scđo de diſpoſitione mũdi q̃ eſt eccl'ia: vt facilius ꝑueniamus ad cognitionẽ ſpũaliũ ꝑ corporalia q̃ facta ſunt. vt inquit apl's ad Ro. primo. In quo q̃dẽ pſal. duo principaliter agit Dauid. naꝫ ꝑmo cõmẽdat diuinã potẽtiã et ſapientiã ⁊ bonitatẽ circa creationẽ mũdi. Scđo agit gratias. ibi. Sit gl'ia dñi. ¶ Quãtũ ad ꝑmũ eſt notandũ: ꝙ iſte mũdus ſenſibilis eſt ꝓductꝰ a deo ad inſtar illius mũdi exẽplaris ⁊ eterni. ideo in ſe retinet quali ꝑ oĩa veſtigiũ ⁊ ſimilitudinem illius. eo ꝙ modus ꝓductionis ⁊ emanationis creaturaruꝫ ſequiꝫ modum ꝓductionis ⁊ emanationis diuinarũ ꝑſonarũ. nã ſicut ab eterno pater dicendo ad intra ꝓducit verbũ: ⁊ ambo ſpirãdo ꝓducũt ſpm̄ ſenatũ per modũ volũtatis ⁊ libertatis. ita pariter pater ex tẽpore dicẽdo ad extra ꝑ verbũ ſuũ ꝓduxit hũc mũdũ viſibilẽ: ⁊ pr̃ ⁊ verbũ ſpirãdo ſup oĩa creata ꝑ ſpm̄ ſenatũ ꝓduxerunt ea in eſſe eſſentie. ¶ Itaqꝫ tota trinitas ſimul ⁊ indiuiſibiliter ꝯcurrit ad ꝓ

Xp̄s dñs et reperator angelorũ.

Xp̄s caput angelorum.

Xp̄s redemptor angelorũ.

Quadruplex mũdꝰ

Mundus ſẽſibilis ad inſtar mũdi eterni.

ductionē creaturaꝝ: licet modis diſtinctis. ⁊ hoc pꝫ Geñ. j. nā deus pater dixit. Fiat lux ⁊c. ergo p verbū ſuū dixit ⁊ locutus eſt pater. Et pater ⁊ verbū ſpirant per ſpūm ſanctū eſſe ⁊ vitā in rebꝰ: ideo ſequit. Spūs dñi ferebat ſup aquas ⁊c. Et ſic apparet ꝙ tota trinitas ſimul ⁊ realiter ⁊ indiuiſe ꝯcurrit ad creationē rerū / licet mō diſtincto: q̄ modus explicat pſal. xxij. Uerbo dñi celi firmati ſūt ⁊ ſpū oris eiꝰ ois virtꝰ eoꝝ. Ex quo pꝫ / ꝙ ꝓductio creaturaꝝ preſupponit ꝓductione ⁊ modū product. oīs diuinarū pſonarū: vñ ſicut vna pſona emanat ab altera in diuinis / et tertia ab vtraq;: ita totus iſte mūdus emanat a tota trinitate pſonarū. Sed eſt magna dr̃ia: nam pater ꝓducendo filiū cōicat ipſi eandē ſubſtātiā ⁊ eſſentiā: ⁊ ita ambo ꝓducendo ſpūm ſanctū: ⁊ ſic manet vnus ſolꝰ deꝰ in ſubſtātia ⁊ eſſentia cū trinitāte perſonaꝝ: ſecꝰ aūt eſt in productione creaturaꝝ. Nā trinitas ita cōicat rebus ſimilitudinē ſuaꝝ perfectionū ꝙ non cōicat ſubſtantiā. Unde ſicut ſol cōicat diaphano ſuā ſimilitudinē nō cōicando ſubſtantiā: ita pariter deꝰ in creatiōe cōicat rebꝰ ſilitudinē idearū ⁊ pfectionū nō cōicando ſubſtantiā: eo ꝙ creature emanāt a deo p modū artis ⁊ artificialiter: maꝫ ſicut domificator fabricādo domū ita cōicat ipſi ſilitudinem ſue artis ꝙ nō cōicat ſuā ſubſtātiā: ita pariter deꝰ in creatione cōicat rebus ſimilitudinē ſuaꝝ perfectionū ⁊ ideaꝝ / non cōicando aliud de diuina ſubſtātia: ⁊ ideo dicit Dionyſius ꝙ creature emanant a deo ſicut radij ⁊ lumē a ſole: ⁊ ideo hec eſt cauſa quare in toto vniuerſo ⁊ qualibet eius pte reperit veſtigiū ⁊ ſimilitudo trinitatis: oīa eñ facta ſunt ſub nūero pōdere ⁊ mēſura. Sapiē. xj. aut ſub ſpecie / modo / ⁊ ordine. Et ſic totus mūdus conſiſtit in triplici natura: cōſtat eñ ex natura angelica q̄ eſt incorpea ⁊ incorruptibilis: ⁊ ex natura celeſti corporea ⁊ incorruptibili: ⁊ ex natura elemētari q̄ eſt corporea ⁊ corruptibilis. Totum ergo vniuerſum creauit ad ſilitudinē ſuā: nā ſicut ideo eſt trinitas pſonarū ſub vna ſimpliciſſima ſubſtātia: ita in toto vniuerſo mūdo eſt trinitas naturarū ſub vnitate mūdiali. Et ſic etiā in qualibet natura ſeruatur q̄dā trinitas: nā in natura angelica repit trinitas hierarchiaꝝ: ⁊ in qualibet hierarchia triplex ordo angeloꝝ: et ī quolibet angelo repit ſpecies modus ⁊ ordo ſm Aug. aut ſubſtātia v̄tꝰ ⁊ opatio: q: nulla ſubſtātia pter primā eſt ſua opatio / nec pncipium ſue opatiōis ſm cōmētatorē. Ita pariter in natura celeſti reperit trinitas celoꝝ. ſ. celū empyreū imobile / ⁊ aqueū / qd̄ eſt primū mobile ſup polos mūdi: ⁊ celū aſtroꝝ ⁊ planetaꝝ qd̄ mouet ſup polos zodiaci. Et ita pariter ī elemētis reperit trinitas. nā lꝫ ſint q̄tuor elementa diſtincta ſm formā / iuxta quatuor cōbinatiōes qualitatū primarū. iij. de celo. ⁊. ij. de gn̄atione. ⁊. iiij. Metheoroꝝ. tñ ſm materiā nō ſunt niſi tria elemēta. ſ. aer terra ⁊ aqua: nā ignis licet formaliter diſtinguat ab alijs elementis: tñ non localiter / nec materialiter ſm quoſdam philoſophos: q: non facit ignis ſpherā p ſe / ſed eſt in ceteris elemētis materialr̄ ⁊ v̄tualiter ſm Thomā de Garbo ⁊ pleroſq; alios philoſophos. Et ſic eſt dicēdū de quolibet corpe ⁊ de qualibet creatura pticulari: ī qbꝰ oibꝰ reperit q̄dā trinitas ad ſilitudinē creatoris ⁊ pme cauſe. Jō Pythagorici celebrāt deū ſub triplici honore / ⁊ arguētis trinitatē in

Mundus cō ſiſtit ī triplici natura.

Tria dū taxat ſūt elemē ta ſm materiam.

deo ſumpta cā ex trinitate quā reperiebāt in oibꝰ rebꝰ creatis: vt ait Ariſt. pmo celi ⁊ mūdi. Hūc ergo ordinē tenuit pmo Moyſes in deſcribēdo creationē rerū. Geñ. j. nā pmo ponit qualr̄ creauit iſta triplicē naturā. ſ. naturā angelicā ⁊ celeſtē ⁊ elemētarē ī tribꝰ primis diebꝰ. ſcdo ponit ornatū eoꝝ in tribꝰ ſequētibꝰ diebꝰ: vt pꝫ ibidē. Et hūc eūdē ordinē tenet Dauid in hoc pſalmo / ſiue in hac prima parte pſalmi: nā volēs deū magnificare ⁊ cōmēdare de potētia ⁊ ſapiētia circa creatōeꝫ totiꝰ vniuerſi / pmo cōmēdat oipotētiā ⁊ ſapiētiā circa creationē ⁊ diſpoſitionem angelice nature. Scdo circa diſpoſitionē celoꝝ. Tertio cōmēdat dei ſapiētiā ⁊ pnidentiā ⁊ bonitatē circa diſpoſitionē elemētorū. Scdō ibi. Extēdēs celū ſicut pellē. Tertiū ibi. Qui ponis nubē aſcēſum. ℭ Quātū ad primū eſt aduertēdū ſm Aug. ꝙ Moyſes vnico verbo notificauit creatorē totius nature angelice: cū dixit deꝰ. Fiat lux ⁊ facta eſt lux: vñ p lucē itellexit totā angelicā naturā. Sed Dionyſius in de angelica hierarchia / diuidit totā angelicā naturā in tres hierarchias. Nā pria dicit ſupceleſtis: ī qua ſunt tres ordines: ſcilꝫ ſeraphin / cherubin / ⁊ throni. Scda hierarchia dr̄ celeſtis / in qua ſunt alij tres ordines. ſ. dominationes / ⁊ principatus / et poteſtates. Tertia. dicit ſubceleſtis / in qua ſunt alij tres ordines / ſcilꝫ virtutes / archāgeli / ⁊ angeli: vñ licet oēs iſte tres hierarchie inceſſabili voce laudāt deum dicentes. Sanctꝰ / ſanctꝰ / ſanctꝰ: tñ prima ſpecialr̄ eſt dedicata ad cōfeſſionē / ⁊ laudē dei. Scdā vero ad decorē / ⁊ regimē totiꝰ vniuerſi in generali. Tertia autē dedicata ad regimina particularia partiū vniuerſi. Nā ordo v̄tutū eſt dedicatus ad mouendū celos ⁊ elemēta / ⁊ reſiſtendū aereis poteſtatibꝰ: ne ledāt elemēta. Archāgeli v̄o ſunt dedicati ad cuſtodiam regnoꝝ ⁊ ciuitatū. Angeli aūt ad cuſtodiaꝫ vniuſcuiuſq; hois. Hāc ergo triplicem hierarchiā intēdit explicare Dauid in his primis tribꝰ v̄ſibus cōmēdans deū de oīpotentia / ⁊ magnificentia circa creationē angeloꝝ: ſiue angelice nature: vñ excitat ſeipſum / ac aīam ſuā ad hmōi laudē dicēs. O anima mea bñdic dño. i. cām habes: vt benedicas dño. Et cōuerſus ad deū dicit: o dñe deus magnificatus es vehemēter p angelicā naturā: ⁊ iō bene dꝫ te magnificare / ⁊ benedicere aīa mea. Uñ pbo ꝙ tu ſis vehemēter / ⁊ valde ſemp magnificatus. Nā tu induiſti / ⁊ circundediſti tibi ꝯfeſſionē / ⁊ decorē. i. primā hierarchiā creaſti / ⁊ dedicaſti ad cōfeſſionē ⁊ laudē tuā: ⁊ ſcdam ad decorē vniuerſi: q: ordines ſcde hierarchie aſſiſtunt tibi ad gn̄ale regimē vniuerſi quaſi cōſultores / nō ꝙ tu idigeas ꝯſilio eoꝝ. ſed hoc ordinaſti / ⁊ feciſti ad cōicandā ſapientiā ⁊ bonitatē tuā eis. Itē tu fuiſti amictus ⁊ circundatꝰ lumine. i. luminoſis angelis tertie hierarchie fuiſti amictꝰ ⁊ veſtitus: ſicut quis veſtitur indumento. Unde p cōfeſſionē intelligit primā hierarchiā dedicatā ad cōfeſſionē ⁊ laudē: ⁊ per decorē intelligit ſcdam dedicatam ad decorē dei ⁊ vniuerſi. Et per lumē intelligit tertiam hierarchiā dedicatam ad illuminandū mundum per lationē celorum et aſtroꝝ / ⁊ ad illuminādos particulariter homines. Et deus eſt indutꝰ: ⁊ amictꝰ his tribꝰ hierarchijs angelorum: eo qd̄ ſemper ſibi aſſiſtunt. Et exinde vulgares ſumunt argumentum / ⁊ occaſionē ad depingēdū deum indutū / ⁊ circundatū cherubin / et

3 Angelica natura ī tres hierarchias.



ſeraphin: ⁊ ceteris ordinibus angeloꝝ / vt p viſibilia conſpiciamus intelligibilia. Deinde cū dicit:

Geñ. j. [illegible]

**Extendens celum ſicut pellem: qui tegis aquis ſuperiora eius.**

ℭ Cōmendat dei oipotentiam ⁊ ſapientiam circa creationē: ⁊ diſpoſitionē celoꝝ: de qua dicit Moyſes ꝙ deus fecit firmamētū: ⁊ diuiſit aquas q̄ erāt ſub firmamento ab his que erant ſupra firmamētū / ⁊ vocauit firmamentū celū. ℭ Ad cuiꝰ intelligētiā eſt notandū: ꝙ in ſacra ſcriptura triplex celum reperitur / ſcꝫ empyreū qd̄ eſt totū luminoſum ad gloriā ſanctorū. Scdm dicit celū aqueū. Tertiū dicit firmamentū qd̄ eſt celū aſtroꝝ ⁊ planetarū: vñ primū dicit empyreū. i. luminoſum in quo bti deo fruunt / ⁊ hoc eſt imobile: ſcdꝫ dr̄ aqueū nō a frigiditate / ſꝫ a diaphaneitate ⁊ velocitate. vñ Naim in Chaldeo qd̄ aque dicunt: latine idē eſt qd̄ fluxibilis ⁊ mobilis / ſꝫ q: oia creata citra deū ſunt mobilia: ⁊ fluxibilia / ideo dr̄ Geñ. j. ꝙ ſpūs dñi ferebat ſup aquas. i. ſuper oia mobilia / ⁊ fluxibilia: q: ſpūs dñi rebꝰ dat vitā ⁊ motū / ⁊ eſſe / ⁊ opari / vt ſupradictum eſt. Sed quia ſcdm celū eſt pmū mobile velocius oibus alijs: q: in. xxiiij. horis facit circuitū et gyrū ſuū / ⁊ trahit oēs celos inferiores ſuper polos mundi / ⁊ ſic in equali tpe maiorē lineā deſcribit: iō ppter talē exceſſum velocitatis dicit aqueū p antonomaſiā. i. velociſſimū. Sed q: ex duobꝰ elemētis viſibilibꝰ. ſ. ex aere ⁊ aqua videmꝰ vnū ſemper moueri: ⁊ alterū ſemp quieſcere / vnū vocamꝰ vulgariter aquā ppter mobilitatē / ⁊ alterū terrā propter ſtabilitatē / ideo ne putaremus primū mobile eſſe eiuſdē nature cū elemēto aque: dicit Moyſes ꝙ deꝰ diuiſit aquas q̄ erāt ſub firmamento ab his q̄ erant ſupra firmamētū. i. diuiſim collocauit ſicut ſunt diuerſarum naturarum / nā illas celeſtes. ſ. celū aqueū collocauit ſupra firmamētū. i. ſupra celū aſtroꝝ: ⁊ iſtas aquas elemētares collocauit ſub firmamēto / ⁊ ſic pꝫ ꝙ ilico poſt primū mobile collocauit firmamētū. i. celū aſtroꝝ ⁊ planetarū. Et ſic pꝫ ꝙ tres dicunt gn̄aliter celi. ſ. celū empyreū / qd̄ eſt penitꝰ imobile ppter gloriā ſanctoꝝ q̄ conſiſtit in quadā quiete. Scdm dicit aqueū a mobilitate ⁊ ſumma velocitate / eo ꝙ mouet motu diurno ſup polos mundi ab oriente in occidētē. Tertiū dr̄ firmamētū / eo ꝙ in eo firmant aſtra / qd̄ motu ꝓprio mouet ſup polos zodiaci circulo obliquo ſemicōtrario. Et ſic ſub firmamēto cōprehendit non ſolū celū aſtrorū: ſed ēt oīm planetarū. Unde cū hac poſitione Moyſi cōcordat Dauid in hoc pſal. nā cum ſuperius dixit. Confeſſionē ⁊ decoreꝫ induiſti amictus lumine / ſicut veſtimento: p quod lumē intelligit celum empyreū ⁊ luminoſum cū triplici hierarchia angeloꝝ: in quo celo deus habitat cū beatis p gloriam: poſtea ſubdit. Extendēs celū ſicut pellē. i. poſt celū empyreū tu fuiſti extendens celū aſtroꝝ / ſicut pellē ſup elemēta: q̄ tegis ſupiora huius celi aq̄s celeſtibus. i. celo aqueo / qd̄ eſt primū mobile. Ex quo pꝫ / ꝙ celū aqueū ſiue cryſtallinū collocat inter celū empyreū: ⁊ firmamentū qd̄ dicit celum ſtellarū ⁊ planetarum / ⁊ ſic nō memorant niſi tres celi. Ex iſto modo loquēdi ſumpſit occaſionē Rabi Eliezer: dicens ꝙ deꝰ fecit celum ex vna parte veſtimēti ſui. Dicit eñ ꝙ deꝰ fecit elemēta / ſꝫ poſtea extendit partem veſtimēti ſui ſuper ea / et ſic factū

Celum triplex.

eſt celum. Sed quantum ſit irridenda iſta poſitio de ſe patet intuentibus: quia non ſolum deludit a chriſtianis ⁊ prophetis: ſed etiam a Rabi Moyſe de Egypto: ⁊ diſcipulo eius.

**Qui ponis nubem aſcenſum tuum: qui ambulas ſuper pennas ventorum.**

**Qui facis angelos tuos ſpiritus: ⁊ miniſtros tuos ignem vrentem.**

ℭ In hac tertia parte cōmendat diuinā ſapientiā ⁊ prouidentiā circa creationem / ⁊ diſpoſitionē elementorū / ⁊ mixtorum: in qua facit ſex. Nam primo commēdat diuinā ſapiētiā ⁊ prouidētiā circa creationē ⁊ diſpoſitionē aeris. Secundo circa diſpoſitionē terre ⁊ aquarū. ſ. fluuiorū ⁊ marium. Tertio circa diſpoſitionē pluuiarū ad vtilitatē plantarū. Quarto circa diſpoſitionē tēporū / ⁊ diſtinctionem eoꝝ. Quinto circa diſpoſitionē maris ad vtilitates piſciū / ⁊ ceterorū aquatiliū / ⁊ nauigantium. Sexto cōmēdat diuinā ꝓuidentiā / ⁊ largitatē circa collationē fructuū / ⁊ aliorum bonoꝝ ad victum / ⁊ cōſeruationē oīm animantium. Secundū ibi. Qui fundaſti terrā. Tertiū ibi. Rigans montes. Quartum ibi. Fecit lunam in tēpore. Quintum ibi. Hoc mare magnū. Sextū ibi. Oia a te expectant. ℭ Quantum ergo ad primū dicit. O domine deꝰ tu magnificatꝰ es vehemēter in diſpoſitione elemētoꝝ: qui in primis ponis nubē aſcenſum tuū: id eſt creaſti aerem nubiloſum ſupra terrā / ⁊ aquā tanq̄ aſcenſum tuū: qui ambulas ſuper pennas ventorū: ⁊ loquitur modo poetico: q: putant vulgares / qd̄ deus ambulet ſuper aerem / ⁊ ventos tēpore tēpeſtatis. Sed quia hoc nō facit immediate p ſe: ſed miniſterio angelorum: ideo ſubdit. Qui facis angelos tuos ſpiritus. Unde nota ſm Augu. ⁊ Iſidorum libro de ſummo bono / ꝙ ſpūs ſiue intelligētia immaterialis eſt nomen nature: ſed angelus eſt nomen officij: q: angelus idē eſt qd̄ nūcius / ſiue miniſter dei: ſꝫ q: ex. iij. hierarchia illoꝝ celeſtiū ſpirituū deꝰ cōſtituit / ⁊ mittit frequēter nūcios / ⁊ miniſtros quoſdam ad regēda iſta elemēta cōtra aereas poteſtates / ⁊ cōtra angelos malos: ne cōcitent aerem / et aquam / inferendo tempeſtatē ad ledendum homines: ideo angeli boni prohibēt angelos malos: ne nobis noceant: quia aliter inducerent tēpeſtatem ſuper mare ad deſtruendas claſſes nauigātium: ⁊ inducerent fulmina / ⁊ grandines: ⁊ alias plagas ad deſtruēdas ciuitates: ſicut factum fuit in Egypto / vt dictum eſt pſalmo. lxxvij. Et ideo deus ſpūs incorporeos facit angelos / ⁊ nuncios ſuos ad cuſtodiendos homines ab huiuſmodi periculis: et ignem vrentē. i. illam naturā angelicā igneā / ⁊ vrentem: ⁊ charitate ardentem fecit miniſtros: vt miniſtrarent ſibi: ⁊ implerent eius voluntatem nō ſolū in celo: ſed etiā in his inferioribus. quaſi dicat: qd̄ ex illa natura ſpirituali: ⁊ ardenti fecit nuncios: ⁊ miniſtros ad regendum aerem ⁊ elementa: et ad cuſtodiendos homines ⁊ omnia iſta inferiora. Deinde cum dicit.

**Qui fundaſti terrā ſup ſtabilitatem ſuā: non inclinabitur in ſeculum ſeculi.**

**Abyſſus ſicut veſtimentum amictus eius: ſuper montes [illegible]**

Iuſ. dicana ſci. et vſ. q. ſ. ſi oia Heb. ſ. c.

No. de dei pnidentia circa creatio aem.

Geñ. j. de maiori et obe. c. ſolite. §. pterea.

**Ab increpatione tua fugient: a voce tonitrui tui formidabunt:**

¶ Cõmendat diuinã ſapientiaz/⁊ ꝓuidentiã circa creationẽ/⁊ diſpoſitionem terre ⁊ aquarũ. Primo cõparando terram/⁊ aquã ad totũ vniuerſum. Secũdo cõparando partes terre/⁊ aquarũ inter ſe. ¶ Ad cuius intellectũ eſt notandũ/ ꝙ centrũ mundi equaliter diſtat a circũferentia totius vniuerſi: ⁊ ideo cũ oĩa grauia fugiant a circũferentia celorꝫ ꝓpter diſcõuenientiã qualitatũ/tendũt ad centrũ mundi: ⁊ ſic terra cum ſit grauior ceteris elemẽtis collocatur in cẽtro mũdi: vt ptꝫ. iiij. celi. Et ſic terra ſi moueret̃ a cẽtro iam aſcẽderet verſus celum qđ eſſet cõtra naturã ſui/⁊ totius vniuerſi. Sed q̃r aqua eſt minus grauis ꝙ̃ terra: ſed grauior aere: iõ de⁹ collocauit eã ſuper faciẽ terre: et infra aerẽ: ⁊ hoc eſt ꝙ d. cit hic ꝓpheta: vnde ait. Qui fundaſti terrã ſup ſtabilitatẽ ſuã. i. ſup centrũ mundi qđ eſt imobile/⁊ ſtabile/i quo terra hꝫ ſtabilitatẽ ſuã ꝓpter ſuã naturã/⁊ grauitatẽ: ⁊ ideo nõ inclinabitur i ſeculũ ſeculi a ſuo cẽtro/⁊ ſtabili loco: q̃r ſi inde inclinaret̃ iam aſcẽderet in celũ: qđ eſſet cõtra naturam ſui/⁊ totius vniuerſi. Sed q̃r aqua eſt minus grauis ꝙ̃ terra: ideo abyſſus. i. ocean⁹/⁊ qđ libet mare collocat̃ ſup terrã imediate: ſicut veſtimẽtũ/amictus/⁊ tegminis ei⁹. Nã ſicut veſtimẽtũ tegit hominẽ quo ad quaſdã partes ſuas: ita pariter aqua oceani ⁊ aliorũ mariũ veſtit ⁊ cooperit terrã quo ad quaſdã ptes. Deinde cum ſubdit. Sup mõtes ſtabũt aq̃ ⁊c. hoc põt tripl'r intelligi. Uno mõ ꝙ in oceano ſunt multi mõtes cooperti aq̃s. Alio modo põt legi interrogatiue: vt ſit ſenſus. O dñe aque ſtabunt ſup montes lꝫ ſint leuiores? q. d. nõ. q̃r opꝫ vt mõtes/⁊ alique partes terre maneãt diſcooperte ad habitationẽ hominũ: Et ideo licet naturaliter tota aqua deberet circũdare: ⁊ tegere totã terrã: tñ tu diuiſiſti aquas ab aq̃s: ⁊ appuit arida: vnde ipſe aque q̃ deberent cooperire mõtes fugiẽt ab increpatione/⁊ iuſſiõe tua/⁊ formidabũt a voce tonitrui. i. poteſtat̃ tue: ⁊ ſic fugiẽtes a mõtibus cõgregabunt̃ in mari qđ eſt in inferiorib⁹ ptibus terre. Tertio mõ ly ſup mõtes ſtabunt aq̃ põt referri ad aquas pluuiales ⁊ nubes aquoſas exeũtes/⁊ incubãtes ſup montes q̃ mittunt pluuias cũ tonitruis/⁊ fulminibus ad increpationẽ/⁊ terrorẽ hominũ: vt ſit ſenſus. O dñe ex ordinatione tua aq̃ ⁊ nubes aquoſe ſtabunt ſuper mõtes mittẽtes pluuias ⁊ flumina ſup terrã/⁊ ſup mõtes: vbi ⁊ ſuper quos frequenter cadunt fulmina q̃ tu ordinaſti ad increpationem: ⁊ ab increpatiõe tua formidabũt/⁊ timebunt a voce tonitrui tui: hoc autem dicit ꝓpheta: nam homines praui conſcij ſuorũ ſcelerum communiter timent fulmina: ⁊ tempeſtates: ne cõprehendãtur in ſceleribus ſuis: vt ait Iuuenalis. Deinde cum dicit.

Sup mõtes ſtare aquas quõ itelligitur.

**Aſcendunt montes ⁊ deſcendunt campi: in locum quem fundaſti eis.**

Geñ. j.

**Terminum poſuiſti quẽ nõ trãſgredient̃: neq̃ conuertentur operire terram.**

¶ Explicat diſpoſitionẽ terre/quo ad partes ſuas ꝓpter curſus ⁊ loca aquarũ: in qua diſpoſitiõe maxime manifeſtat̃ immenſa ſapientia/⁊ ꝓuidentia ſummi creatoris: de qua dicitur Geñ. j. ꝙ deus precepit tertia die: vt aque congregarentur in locum vnũ. Et ſic terra apparuit arida inter maria: ⁊ appellauit aridã terram/⁊ congregationes aquarum appellauit maria. De qua diſpoſitione terre ſunt multi ⁊ varij modi loquẽdi. Nã quidã pſupponunt ꝙ oĩa maria ſe contingunt/⁊ ꝙ oceanus eſt multo maior tota terra/⁊ circuit eã vndiq̃: ⁊ terra ẽ in aq̃ ſicut pila leuis/ſiue ſicut vnũ pomũ in peluí plena aqua/cuius ſola ſummitas apparet ſup aquam: ⁊ dicũt ꝙ hoc fecit de⁹ in principio. Nã cũ tota terra eſſet tecta aquis/de⁹ diuiſit partes aquarũ/⁊ manſit illa pars diſcooperta/⁊ ſicca ad habitationẽ hominũ: ſed q̃r aque partes nõ poſſent in ſe cõtineri quin fluerent ſuper faciẽ terre/niſi terra eſſet eleuata/⁊ inclinata a cẽtro verſus vnã partem celi: iõ dicunt iſti ꝙ centrũ terre nõ eſt centrũ mũdi: imo inclinat̃ a cẽtro per attractionẽ quarũdã ſtellarũ ad vnã partem mundi. Sed iſta poſitio eſt manifeſte irrationabilis. Primo q̃r eſſet cõtra totã philoſophiã: vt dictũ eſt: ⁊ cõtra ſacrã ſcripturã allegatã: q̃r de⁹ fundauit eã ſupra ſtabilitatẽ/⁊ cẽtrũ mũdi: a quo non inclinabit̃ in ſeculũ ſeculi. Secundo eſt irrationabilis: nã ſi terra attraheret̃ a cẽtro p aliquã partẽ ſtellarꝫ: tũc ſequeret̃ ꝙ terra cõtinue moueret̃ in gyrũ ad motũ illarũ ſtellarũ attrahentiũ: qđ eſt falſum. Et ideo dicũt quidã philoſophi ꝙ centrũ terre eſt cũ cẽtro mundi: ſꝫ de⁹ eleuauit ⁊ tumefecit vnam partẽ ei⁹ in principio/⁊ iſta pars que apparet arida eſt quidã gibbus eleuatus ſup aquas ad noſtrã habitationẽ diuidens ptes aquarum: ⁊ ſic ſaluãt terrã manere ſemp in cẽtro mũdi. Sed iſta poſitio eſt inſufficiẽs nã ſemp preſupponit ꝙ ocean⁹ ſit multo maior tota terra: qđ eſt falſum: vt patebit. Itẽ ſequeret̃ ꝙ ille gybbus terre eſſet maior pars terre: ⁊ per ꝯñs terra nõ eſſet rotunda: ſed pyramidalis: vñ ſequerent̃ multa incõuenientia cõtra poſitionẽ omniũ philoſophorũ/⁊ aſtrologorꝫ. Et ideo eſt dicendũ ꝙ poſitio ⁊ deſcriptio Ptolemei de diſpoſitiõe terre ⁊ aquarꝫ eſt magis rõnabilis/⁊ magis cõformis ſacre ſcripture/et verior: vt apparet ad ſenſum: ⁊ per experiẽtiã multorꝫ eſt probatũ qui peragrarũt: ⁊ nauigarũt diuerſas partes mũdi. ¶ Ad cuius euidentiã eſt aduertendũ ꝙ tota diſpoſitio terre cõſiſtit principaliter in montib⁹/⁊ vallib⁹/⁊ campis decliuibus. Nã de neceſſitate inter mõtes cauſantur valles/⁊ ſi montes ſunt inter ſe valde diſtãtes tũc inter eos in talibus vallib⁹ cauſantur campi plani: ſed nunq̃ poſſunt eſſe tã plani quin aliquãtulũ ſint decliues verſus mediũ illius vallis. Et hinc eſt ꝙ aque fontales emanãtes ex laterib⁹/aut radicib⁹ montiũ ſemper decurrunt per cãpos decliues/vſq̃ ad mediũ/⁊ partes depreſſiores. ⁊ inferiores illius vallis. Et ſic ex multis fontibus decurrentib⁹ a mõtib⁹ fluũt flumina in vallib⁹. Et q̃r oẽs valles vt plurimum ſunt decliues/⁊ declinant vſq̃ ad aliquã vallẽ infimã nõ habentẽ exitũ: ideo ſemp flumina decurrũt per valles/⁊ cãpos decliues/vſq̃ ad infimam vallẽ/⁊ ibi cõgregant̃ multa flumina: ex quorꝫ congregatiõe cauſant̃ maria: vt manifeſte ptꝫ in noſtro mari mediterraneo: ⁊ in mari Euxino/et in mari Caſpio. Nã noſtrũ mare Tyrrhenũ ⁊ mediterraneũ: nihil aliud eſt niſi quedã vaſta vallis infima que cauſatur inter montem Atlantẽ ex parte Africe/et montes Hiſpanie/et Gallie: et Italie: et Grecie ex parte Europe/ad quaꝫ vallem decurrunt oĩa flumina decurrentia a latere Aquilonari montis Atlantis/⁊ a latere meridionali montiũ Hiſpanie/⁊ Gallie/⁊ Italie/⁊ Grecie/et Aſie minoris. Et ſic oẽs cõgregationes aquarũ iſtorũ fluminũ efficiũt mare Tyrrhenũ in hac valle: qđ q̃dẽ mare diuidit Europam ab Africa. Itẽ mare Ponticum ſiue Euxinũ/nihil aliud eſt niſi quedã vallis cauſata et clauſa ab Aquilone per montẽ Rhypheuꝫ/⁊ partẽ Caucaſi: ⁊ ab oriente p montes Armenie ⁊ a meridie per montes Galatie/⁊ Cappadocie: ⁊ ab occaſu per montes Dacie: ad quã vallem decurrit Tanais cum pluribus alijs fluminib⁹ ex parte Aquilonis/⁊ Boryſthenes/⁊ Hypanis/et Danubius/ex parte occidentis/⁊ Phaſis cum pluribus alijs ab Armenia ⁊ multa alia flumina recipit ab Aſia minori q̃ aque ſimul congregate efficiunt mare Ponticum/quod per anguſtũ fretũ Propontidis ⁊ Helleſpontiꝯtinuatur cũ noſtro mari Tyrrheno: ⁊ poſtea mare Tyrrhenum cõtinuatur ⁊ cõiungitur cũ Oceano per anguſtũ fretum Gagetanũ. Sed ſi flumina congregantur in aliqua valle montibus vndiq̃ clauſa: tunc efficiũt mare ſeparatũ per ſe ab Oceano/⁊ ceteris marib⁹: ⁊ iſto modo efficitur mare Caſpiũ/ex cõgregatione multorũ/⁊ vaſtorum fluminũ: ſcꝫ Rha/⁊ Gerri/⁊ Dauerix/⁊ Oxi/⁊ Cãbiſis/⁊ Cyri/et Araxis/qui decurrunt in illaꝫ vallem clauſam ab ortu montibus Imai/⁊ ab Aquilone montib⁹ Hyperboreis ex parte Caucaſi/⁊ ab occaſu montibus Armenie/⁊ a meridie mõtibus Tauri/⁊ montibus Medorũ: ⁊ ſic ex cõgregatiõe ſupradictorũ/⁊ multorũ aliorũ fluminũ/⁊ aquarũ efficit̃ mare Caſpiũ in illa valle/in nulla ſui parte contingens oceanũ nec aliud mare. ⁊ ſic eſt dicendum de mari Indico vt patebit. Ex quib⁹ patet ꝙ cõgregationes aquarum ad flumina ⁊ maria/cauſantur ex diſpoſitiõe terre/que cõſiſtit in montibus/⁊ vallib⁹/⁊ campis decliuibus. Nã montes ⁊ campi efficiunt terrã habitabilẽ/⁊ cõgregationes fontiũ efficiunt flumina ⁊ paludes: et congregationes fluminum in vallib⁹ infimis efficiunt mare. ¶ Ad cuius maiorem euidentiam eſt iterũ aduertẽdũ ꝙ q̃nq̃ ſunt famoſiſſimi montes qui efficiunt ⁊ claudunt totã terraꝫ habitabilem nobis notaꝫ cum ſuis maribus: quorum duo claudunt eam ab Aquilone/⁊ Meridie: et ceteri tres efficiunt terraꝫ mediam habitabilẽ/⁊ terminant/⁊ claudũt maria inter eorum latera. Unde vltra equinoctialẽ per quindecim gradus reperitur quidã mons/qui tam longo tractu venit ab occidente terminãs Oceanũ/⁊ ſinũ Speriũ: ⁊ exinde procedit verſus ortum terminando totã Africã nobis notam a meridie/⁊ exinde procedit verſus Apreſo/vſq̃ ad Catigaram regionẽ Sinarum/ſemper terminãdo mare Indicũ a meridie. Iſte mõs a principio ſue notitie in littore oceani occidentalis/⁊ ſinus Sperij appellatur Speriuera ab ipſis grecis. Deinde magis procedens verſus ortuꝫ appellatur Zon. Deinde nominatur Dauchis: deinde Xiphas/deinde Meſcha/deinde Bardetus/deinde dicit̃ Agiſſimba/deinde ꝓtractus vſq̃ ad ſeptageſimũ gradum longitudinis appellatur Luna. A cuius latere Aquilonari oriunt fontes Nili occurrentes ad plana: vbi efficiũt duas vaſtiſſimas paludes a q̃bus egredit̃ Nilus veniẽs verſus Aquilonẽ p Ethiopiã: vſq̃ in Egyptũ i cuius littore abſorbet̃ a mari rubro. Sed iſte mons Lune protẽditur vltra verſus ortũ/vſq̃ ad. clxxx. gradus longitudinis: ⁊ tũc appellatur Praſſus/vbi attingit ad mare Indicũ faciẽs in eo ꝓmontoriũ in principio maris Indici/⁊ ſinu Barbarico ⁊ tũc ꝓtẽdit̃ vltra verſus ortum p. cx. gradus vſq̃ ad Catigaram ſtationẽ Sinarũ/terminãdo mare Indicũ ab auſtro ⁊ ꝓcedit vltra p terrã ignotã cuius finis ignoratur ⁊ ſic iſte mõs cingit ⁊ terminat totã Africã/⁊ Aſiã ab Auſtro: ⁊ ſic ignoratur eius principiũ ⁊ finis: et eſt ita altiſſimus/ꝙ in radicibus eius generatur ignis ex refracatione radiorũ ſolariũ maxime i noſtra hyeme: q̃r tunc radij cadunt illud perpendiculariter. ſed in medio montis ſunt ꝑpetue niues: q̃ liquefacte i equinoctijs implẽt paludes. Ex quarum aquarũ abundãtia inundat. Nilus in equinoctio. In ſummitate aũt illi⁹ mõtis: nec ſunt pluuie nec venti. Ideo putãt aliqui ibi eſſe paradiſum deliciarũ ꝓpter eius tẽperiẽ. Iſte mons Apraſo vſq̃ ad Catigaram appellatur Peon ab ipſis Grecis/eo ꝙ in eius radicibus generat̃ ignis: ⁊ in medio ſemper apparent fulmina: ⁊ fulgura: ⁊ coruſcationes. Itẽ ad Aquilonem in. xxx. gradu longitudinis: et lxvj. latitudinis incipit quoddã promontoriũ: quaſi ſupra Scotiam: qđ Tyle Ptolomeus/⁊ oẽs antiqui appellant: qđ Ptolomeus putauit eſſe inſulam: ſed in veritate cõpertũ eſt poſtea ex experientia illum montem protrahi verſus ortum vſq̃ ad montem Rypheum q̃ prouincia hodie Norvvegia appellat̃. vltra quẽ montẽ verſus Aquilonem adiacet magna regio que Suetia dicit̃. Cui⁹ finis verſus polum ignoratur. que quidem regio dicta Norvvegia iam eſt nota nauigantibus latinis cui⁹ magna pars eſt ſub dñio regis Dacie. Iter quã et Germaniã cauſat̃ ſinus Sarmaticus: qui p anguſtum fretũ inter promontoriũ Cimbricum/⁊ Norvvegiã cõtinuatur cuꝫ oceano occidentali. Deinde iſti mõtes Norvvegie protendunt̃ vſq̃ ad montes Rhypheos: vnde oritur Tanais. Et exinde protenditur vſq̃ ad montes Hyperboreos Et exinde ꝓtendit̃ vſq̃ ad Imaum tranſuerſalẽ. Et exinde cingit totã Scythiã Sẽricã ex parte aquilonari: ⁊ ſic ꝓtenditur verſus ortum p terrã ignotã: cui⁹ finis ignoratur. Et ſic ptꝫ ꝙ iſte mons cingit ⁊ terminat totã Europam/et Aſiam totã ab Aquilone. Sola ergo illa terra eſt nota philoſophis: ⁊ geographis: grecis/⁊ latinis/que iacet inter iſtũ montẽ/⁊ montes Ethiopie: que mẽſuratur vna quarta terre habitabilis. Sed inter iſtos duos mõtes longiſſimos reperiuntur tres montes minores in longitudine: q̃ efficiunt totã terrã mediã diuiſaꝫ in tres partes. ſ. Aſiam: ⁊ Europam: ⁊ Africã. Nã vnuſquiſq̃ iſtorũ trium montium facit ſuã partẽ cũ aliquo extremorum: vnde primo ab occaſu in tertio gradu longitudinis: ⁊. xliij. latitudinis eleuat̃ quoddã promontorium in Hiſpania appellatũ Celticum in regione Galitie qđ ab incolis finis terre dicit̃: ꝓpe qđ ſita eſt eccl'ia ſancti Iacobi. Iſte autẽ mons protẽditur verſus ortum: terminans oceanũ ac Aquilone/vſq̃ ad mõtes Pyreneos: ⁊ exinde dictus Pyreneus ſeparãs Hiſpaniã a Gallia protenditur oblique verſus ortũ. q̃ quidẽ mõs facit multos ramos per Hiſpaniã/a q̃bus oriuntur plura flumina. Itẽ iſte Pyrene⁹ protendit̃ p Galliã Narbonẽſeꝫ/vſq̃ Lugdunum; et exinde vſq̃ ad montem Adulam

Nota.

Quin⁹ famoſi montes.

Diſpoſitio terre ĩ hoc cõſiſtit.

Opinio ptolomei et aliorꝫ de Tyle.

quī tranſuerſaliter diuidit Gallias ab Italia. Iſte aūt mons Adulas facit tres ramos/ q̄ cōmuniter Alpes dicunt. quorū primus dictus eſt Apeninus/ qui protēdit ad ortū terminans mare Tyrrhenū a meridie/ ⁊ ſinū Hadriaticū ab Aquilone. ⁊ terminatur iſte mons apud Rhegyū ⁊ Pharū Sicilie. Ita ꝙ ſol⁹ iſte mōs facit totā Italiā habēs a latere meridionali littora Janue/ ⁊ Tuſciā/ ⁊ Lauiniā/ ⁊ Campaniā/ ⁊ Lucaniā: ⁊ a latere Aquilonari habēs Lōbardiam/ ⁊ Flaminiam/ ſiue Romandiolā/ ⁊ Picenum/ q̄ Marchia dicit/ ⁊ brutiū/ ⁊ Apuliā/ ⁊ Calabriam/ q̄ quondā magna Grecia vocabatur. Ex quo patet ꝙ tota Italia nihil aliud eſt niſi iſte mons Apeninus eleuatus inter mare Tyrrhenū/ ⁊ ſinum Hadriaticū. Poſtea iſte mons Adulas mittit aliuz ramum verſus ortum q̄ dicit Rhetius relinquens a meridie Lōbardiā/ ⁊ Venetias/ ⁊ Dalmatiam. Et ab Aquilone relinquēs Rhetiā/ ⁊ Vindelicā: ⁊ Noricum/ et Pannonias: et ſic protenſus vltra facit totā Greciā inter ſinū Hadriaticum/ ⁊ mare Egeum. Rurſus iſte mons Adulas facit aliū ramū/ q̄ dict⁹ mons Sarma protendit verſus Vulturnuz: quaſi oblique/ vſquequo attingit mōtē Rhypheū: cui adiacēs tota regio dicit Sarmatia Europe. Rurſus iſte mons Adulas protendit recto tramite faciens quartum ramū verſus Aquilonem vſq₃ ad promōtorium Cimbricū. ⁊ ſic facit totā Germaniā. Ex quibus ſequit ꝙ iſte mōs Adulas p̄ quinq₃ ramos facit totā Europā. Nā p̄ ramū quē miſit vtrſus occaſum/ facit Gallias/ ⁊ Hiſpanias: ⁊ p̄ alios ſupradictos quatuor ramos facit Italiam/ ⁊ Greciā/ ⁊ Sarmatiā/ ⁊ Germanias: in q̄b⁹ cōprehēdit tota Europa cū mōtib⁹ Norvvegie. Itē in ſcdo gradu longitudinis/ ⁊ vigeſimo quinto quaſi latitudinis incipit aliud ꝓmontoriū ſup̄ Oceanum q̄ dicitur magnus Atlas. ⁊ iſte mōs protēditur verſus ortū quaſi ſub Tropico Cācri/ vſq₃ ad mare rubrū/ ſiue ſinū Arabicum relinquēs a meridie totā Ethiopiā/ ⁊ Libyaz/ ⁊ ab Aquilone Tingitaniā/ ⁊ Ceſareaz ⁊ oīa littora Africana/ vſq₃ in Egyptū. Iſte ergo mons Atlas ſimul cū mōtib⁹ Ethiopie facit totā Africam. Nā q̄cquid eſt inter hos mōtes ꝑtinet ad Ethiopiā: ſ₃ omnia latera Aq̄lonaria hui⁹ mōtis Atlātis dicūr littora Affricana. Itē vltra helleſpōtū ſiue a mari Egeo in. lviij. gradu lōgitudinis ⁊. xxxvij. latitudinis incipit ali⁹ mōs in Icaria/ q̄ ꝓtēdit recto tramite verſus ortū p̄ totā Aſiā/ vſq₃ ad regionē Sinarū vltio nobis notā. qui eſt ita longus/ ꝙ ſcd̄m diuerſas ſui partes ſortit diuerſa nomina. Nā in principio ſui apud Icariā dicit Phenix. Poſtea dicit Cadmus faciens a meridie Lyciā/ ⁊ Pāphyliā: ⁊ ab Aquilone Bithyniam/ ⁊ Cappadociam. Poſtea magis eleuatus dicit Taurus mittēs Antitaurū ad Vulturnū/ ⁊ Armeniaz. Poſtea Taurus ꝓtenſus ad ortum vſq₃ ad Medos dicit Coronus ſiue Medus faciēs totam regionem Medorum/ in qua eſt maxima ciuitas Tauris/ ⁊ cordiā. Deinde protenſus/ et relinquēs a Meridie Syriam: Meſopotamiam/ Perſiam/ ⁊ Parthiam ⁊ Ariam: ⁊ ab Aquilone Hyrcaniam ⁊ Bactriam ⁊ regiones Sacarum/ ⁊ Maſſagetas. Poſtea ꝓtēſus vltra v̄ſus ortū dicit Imaus longitudinalis habēs: a meridie Indiā intra Gangem. ⁊ ab Aquilone Maſſagetas: mittens verſus Aquilonē vnum ramū dictū Imaum tranſuerſalē tendentem ad Aquilonem/ finis cuius ignoratur.

Mons apeninus.

Mons adulas

Mons atlas.

Sed iſte Imaus lōgitudinalis protenditur rurſus verſus ortum et dr̄ Serus. Poſtea dr̄ Otochoras habēs a meridie Indiā vltra Gangem/ ⁊ regionem Sinarum vltimo nobis notam: ab Aquilone autē habēs Scythiā vltra Imaū/ ⁊ Sericā regionē: que quidem regio ſemp̄ fuit Grecis et Latinis ignota propter incolarum immanitatē: de quibus dicitur Ignoti facie: ſed noti vellere Seres. S₃ anno dn̄i M. CC. egreſſi ſunt Tartari ab illa regione qui vaſtarunt/ ⁊ ſubiecerunt oēs Indias/ ⁊ Parthiam/ et Mediā/ ⁊ Perſiam/ ⁊ totā Scythiam citra Imaū/ ⁊ Sarmatiā/ ⁊ gētes illius regionis facte ſunt nobis note ꝓpter peccata noſtra. vn̄ quaſi tota iſta regio Serum dicitur hodie regnū Catarij/ cuius dn̄s ⁊ rex dicit magnus Cham/ qui etiaz dn̄atur oībus Indis ⁊ Maſſagetis. Iſte aūt mōs Serus et Otochoras tendit ſemp̄ verſus ortum vltra per terraz ignotam cuius finis ignorat. Ex quo ꝑ₃ ꝙ iſte predictus mons efficit totā Aſiaz p̄ duo latera/ a cui⁹ latere meridionali oriunt innumera flumina que decurrunt ⁊ recipiunt in mare Indicū. Ex quibus oībus ſequit ꝙ ſupradicti quinq₃ montes principales. ſ. duo extremi/ ⁊ tres intermedij efficiunt totam terrā nobis notā habitabilē ꝓpter ſuā eminentiā/ et eleuationem ſupra valles. Item ſequitur ſecundo/ ꝙ maria nihil aliud ſunt/ niſi valles infime/ inter altiſſimos montes/ in quibus congregātur oīa flumina ⁊ oēs aque a montibus p̄ valles. et cāpos decliues deſcendentes/ ⁊ decurrentes. Unde mare noſtrum mediterraneum nihil aliud eſt niſi quedā vallis infima/ cauſata/ ⁊ depreſſa inter montez Atlantē Africe ⁊ montes Europe. Quod quidē mare recipit omnia flumina ab vtriſq₃ montibus decurrentia. Nam a mōtibus Hiſpanie recipit Tuderū/ ⁊ Sucronē. ⁊ in littore noſtre florentiſſime ciuitatis Valētie recipit hodie Turium et iuxta Dertuſſum recipit famoſiſſimum Iberū/ ⁊ iuxta Barchinonam recipit Lubricatum/ ⁊ multa alia flumina a Pyreneis montibus deſcēdētia. ⁊ a mōtibus Gallie recipit Rhodanū cū pleriſq₃ alijs ⁊ a montibus Italie recipit Arnum/ ⁊ Tyberim/ ⁊ Aranū/ ⁊ Vulturnum/ ⁊ multa alia: ⁊ in ſinu Hadriatico recipit Padū/ haud procul ab vrbe famoſiſſima Venetiarum. ⁊ ſic recipit multa flumina a montibus Macedonie in mari Egeo: ⁊ a mōtibus Lycie/ et Pamphylie/ ⁊ Cilicie in mari Rhodienſi. ⁊ a mōtibus autem Ethiopie/ et Affrice famoſiſſimū Nilū/ et Bagradā/ et Mulcanam. Sed quia hoc mare noſtruz mediterraneum cōtinuatur cū mari Euxino p̄ anguſtū Helleſpontum/ ⁊ Boſphorum Byzantinum: Ideo recipit in Pōto magnum Danubiū/ ⁊ Boryſthenem/ et Tanaim/ et Phaſim/ cum innumeris alijs fluminibus. Ex quorum congregatione efficitur illud mare. Item inter mōtes Armenie/ ⁊ Caucaſum/ et Coronū/ ⁊ Oxū/ cauſatur vna vallis infima non habens exitum: vbi congregantur innumera/ et vaſtiſſima flumina/ q̄ efficiunt mare Caſpiū. Nam illud mare recipit magnum Araxem a montibus Armenie: ⁊ magnum Rha a montibus Hyperboreis/ et Dāxim/ et Gerrum a mōtibus et Iaxartem/ ⁊ Oxum ab Imao/ et Cyrū/ et Cambyſem a montibus Medorum cum innumeris alijs. Hoc autem mare eſt terminatū/ ⁊ clauſum vndiq₃ montibus per nullam ſui partem attingens. Oceanum nec aliud mare. Itē inter montes Indorū/ ⁊ mōtē Peonam

De populis qui ſeres dicũtur.

maria q̄d ſunt

peonē meridianū/ cauſatur alia vaſtiſſima vallis in qua reperiunt oīa flumina ab vtriſq₃ montibus deſcendētia/ ex quā cōgregatiōe efficit mare Indicū/ vndiq₃ mōtibus clauſum per nullā ſui partē attingens Oceanū/ nec aliud mare. Hoc mare recipit a montibus Africe multa flumina nobis ignota: ſ₃ a mōtibus Aſie recipit Senū ⁊ maximū Danauiū/ ⁊ Gangē/ ⁊ Indū cum infinitis alijs. A montibus autē Medoruz recipit Ariū/ ⁊ in ſinu Perſico recipit Euphratē cū Tygri ⁊ ceteris. Ex quib⁹ oībus patet ꝙ maria nihil aliud ſunt/ niſi congregationes aquarū in vallibus infimis inter montes. Itē ſequit ꝙ nō oīa maria attingunt Oceanū nec cōtinuant cū eo. Itē ſequitur ꝙ Oceanus non circuit totā terrā/ vt vulgares putāt: imo claudit vndiq₃ mōtibus. Nā littora ei⁹ oriētalia/ ⁊ ⁊ etiā meridionalia ſunt nobis nota: l₃ occidentalia ⁊ aquilonaria ſunt ignota. S₃ multe/ ⁊ vaſte inſule reperte ſunt a nautis verſus occaſum. Nā etiā multū diſtāt littora occidētalia eius ſecūdū Ariſtotelem in fine ſecundi de celo. Ex ſupradictis etiam ꝑ₃/ ꝙ tria faciunt mōtes. Nā primo reddunt terram habitabilem. Secūdo ab eis oriunt aque ꝓpter eorū concauitatē/ ⁊ ſpongioſitatē. que quidem aque decurrunt inter valles/ ⁊ per montes decliues. Tertio montes terminant maria ne egrediant ad operiendam terrā. In qua diſpoſitione terre maxime demōſtratur dei oīpotētia/ ⁊ ſapiētia/ ⁊ prudētia/ q₂ oīa iſta ſunt neceſſaria ad vitā hoīm: ⁊ plantarū. ⁊ oīm aīalium. Aliter eīn nō poſſent viuere. ❡ Ex ſupradictis ꝑ₃ ꝙ non oportet ꝙ cētrū terre ponat extra centrum mūdi: imo cētrū eſt equaliter diſtās ab orbibus: et terra ſcd̄m ſe tota manet rotūda: ⁊ quo ad omnes partes ſui h₃ mōtes eleuatos q̄ termināt Oceanū et etiā alia maria: q₂ mōtes cōtinēt oceanuz inter ſe/ et alia maria tanq̄ in vaſe: ſicut dictum eſt pſal. xxxij. Cōgregās ſicut in vtre aquas maris/ ponens in theſauris abyſſos. id eſt ponit maria/ tanq̄ theſauros in arca ⁊ vaſe. Hoc idē probat Prouerbiorū octauo/ vbi ait ſapientia diuina. Quādo preparabat celos aderaz. Quando certa lege ⁊ gyro vallabat abyſſos. Quādo ethera firmabat ſurſum/ et librabat fontes aquarū. ❡ Sed contra ſupradicta occurrunt duo dubia. Dictū eſt enim primo ꝙ flumina nihil ſunt niſi cōgregationes aquarū ex fontibus emanantibus ex radicibus aut ex lateribus montium: ⁊ quādoq₃ ex campis ⁊c. Dictū eſt etiam ꝙ iſta flumina decurrunt ad valles ⁊ partes infimas terre/ ex quorum congegatione fiunt maria. Ideo propter primuz dubitatur vnde poteſt oriri/ aut generari tāta copia ⁊ multitudo aquarū/ q̄uātam videmus in maximis fluminibus cōgregari. Propter ſecundū etiaz dubitatur quare maria non augentur/ et operiunt terrā/ ⁊ campos ꝓpinquos cum continue recipiāt tā magna flumina/ ⁊ tantā copiam aquaruz/ quia omne quantū additū quanto/ reddit ipſum maius. Hec duo dubia putat ſoluere Ariſtoteles ſecūdo Meteororuz. Unde dicit ad primū/ ꝙ in concauitatib⁹ terre ⁊ maxime ipſorū montium eleuant vapores humidi/ ⁊ cōuertuntur ſiue cōgelant in aquā ⁊ ſic emanant fontes ex lateribus/ ⁊ verticibus montiū: ⁊ etiā ex aere incluſo in cauernis ⁊ viſceribus terre cōtinue generantur aque: ⁊ ſic emanāt fontes in radicib⁹ mōtium propter eorū concauitatē/ ⁊ in cāpis. Ex qua cōgregatione fiunt flumina in mare decurrētia. ❡ Ad ſecundū dubiū dicit/ ꝙ propter calorē intēſum radiorum ſolariū continue fiūt reſolutiones in mari: ex quibus reſolutiōibus aqua vt plurimum cōuertit in aerē ⁊ reſoluitur/ ⁊ ſic mare nūq̄ auget. Sed in veritate ſi plenius volumus cōſiderare: l₃ iſte rationes partim cōtineāt aliqualem veritatem: tamē nō ſufficiunt: nec euacuāt ſupradicta dubia. nā manifeſtū eſt: ꝙ ex decē pugillis aeris vix generatur vnus pugillus aque. Et ſic aer incluſus in terra vel vapores eleuati in cōcauitatibus montiū bene ſufficerent/ ⁊ ſufficiunt ad generandū aliquos fonticulos emanantes in verticibus montiū ſ₃ nullo modo poſſent ſufficere ad generandum tantā copiam aquarū cōtinue: ſicut videmus ꝙ Araxes in principio iam emanat maximus: ⁊ copioſus exit a mōte Armenie. ⁊ ſic oporteret ꝙ in deculpo intraret copia aeris ad concauitatē illorū montiū ad generandum tantā copiā aquarum: quod eſt falſum ⁊ inexpertum: quia oporteret ꝙ per aliud latus illius mōtis intraret decupla portio aeris cum maximo impetu: ex qua cōtinue generaret illa copia aquaruz. Item ſecunda ſolutio eſt inſufficiēs. Nam talis reſolutio aque maris per radios ſolares non fit continue/ niſi in die: ⁊ non omni tempore: ſed in eſtate ⁊ in feruore diei: ⁊ nō equaliter in omni parte mundi ſed iuxta Tropicos. Et ſic in hyeme/ ⁊ in nocte/ ⁊ in partibus aquilonaribus parue fiunt reſolutiones propter elongationē ⁊ debilitatē radioꝝ ſolarium. Sed cōtinue ⁊ omni tēpore intrant vaſtiſſima flumina ⁊ innumera: maxime ī mare Caſpium: quod vix habet duo milia miliarū in longitudine: ⁊ mille in latitudine. De quo dicūt philoſophi: ꝙ ſi per aliquam potentiā totaliter poſſet euacuari/ repleret in decem diebus. Quia duodecim vaſtiſſima flumina maiora Danubio intrant in ipſum cum cxx. alijs. Et tamen iſtud mare nunq̄ augetur: ſicut nec cetera maria. Et ideo eſt dicendum conformando cū ſacra ſcriptura: ꝙ ſicut ille ſapientiſſimus architectus oīpotens deus in principio creationis diſpoſuit faciē terre eleuando mentes/ ⁊ declinando cāpos/ ⁊ deprimendo valles infimas in quibus congregātur omnes aque a montibus per campos decurrentes: vt dictū eſt: ita pariter taliter diſpoſuit interiores ⁊ viſcerales partes terre: ꝙ in ea fecit venas ⁊ meatus ſubterraneos penetrātes totā terrā/ per quas venas cōtinue ſerpūt aque: vt manifeſte videm⁹. Nam in profundo cuiuſlibet maris fiunt multe ſubmerſiones aquarū/ ⁊ per venas ſupradictas ſerpunt penetrātes partes terre/ ⁊ dulcorantur ex frigiditate: ⁊ per equilibrium emergunt/ ⁊ ebulliunt ex radicibus/ ⁊ lateribus montium oppoſitorū: ⁊ fiunt flumina fluētia/ ⁊ decurrētia p̄ faciē terre vſq₃ ad maria. ❡ Ex quib⁹ ſequit primo/ ꝙ aqua que decurrit ſupra faciez terre: primo ſerpit ⁊ intercurrit per venas: ⁊ conductus/ ⁊ meatus in viſceribus terre: ſicut ſanguis cōtinue mouet per venas animalis: quia homo dicitur microcoſmus. i. mūdus paruus/ factus ad inſtar mundi magni. et hoc videmus manifeſte. Nam in quacūq₃ parte fodimus terram ſemper reperimus venas aquarum trāſeūtiū per viſcera terre: ⁊ non ſoluz per viſcera terre: ſed etiā per viſcera rupiū reperiunt aq̄ trāſeuntes ⁊ penetrantes rupes p̄ venas. In quib⁹ rupibus fiunt putei: vt ego oculis pluries vidi in di-

Ad ſecũdu[m].

Not. de curſu. aque.

uerſis partibus: vñ ſicut in hoie reperiuntur vene magne/per quas diſcurrit copia ſanguinis: ꝛ reperiunẗ miſeraice ꝑ quas diſcurrit modic⁹ ſanguis: ita pariter in viſceribus terre. ꝛ in hoc manifeſtaẗ ſumma ſapiētia creatoris. ¶ Scdo ſequiẗ ꝙ aque cōtinue mouētur circulariter: quarū medi⁹ circulus fit ſuper faciē terre: ꝛ alius medius inter viſcera terre. Nā eadē aqua que ſubmergitur in maris ꝓfunditate/ꝛ ſerpit per venas ꝛ meat⁹ viſcerales terre/ꝛ emergit ex mōtibus ꝛ cāpis: poſtea decurrit iter cōualles/ꝛ ꝑ cāpos decliues vſq; ad mare/ ꝛ ſic ſemꝑ aqua moueẗ circulariter. ¶ Tertio ſeq̄tur ꝙ maria nunq̄ augenẗ/nec decreſcunt quo ad partes formales: qꝛ quaſi quāta aqua intrat ꝑ flumina decurrētia ſuꝑ terrā: tanta exit ꝛ ſubmergiẗ in ꝓfundo/ꝛ cōtinue ſerpit ꝑ venas viſcerales terre: ꝛ emergit in fontes/ꝛ flumina ex mōtibus ꝛ cāpis. et ſemper fit motus circularis. Et hoc dicit ſapiens Salomō. eccleſiaſtes primo. ꝙ oīa flumina intrāt in mare/ꝛ mare non redūdat: ꝛ ad locum vñ exeūt flumina reuertunẗ vt iterū fluant. Ex quib⁹ ptꝫ manifeſta ſolutio ſupradictorū dubioꝝ. ¶ Eſt tamen aduertendū: ꝙ ꝑpter hoc nō tollitur quin ratio Ariſtotelis cōtineat aliqualē veritatē. Nam in cōcauitatibus montiū bene eleuātur aliqui vapores in verticibus ꝛ lateribus montiū: qui reſoluuntur in fontes: ꝛ ideo tēpore magne ſiccitatis ſiccanẗ illi fontes ex defectu taliū vapoꝝ. Et etiaꝫ ex aere īcluſo ī cauernis terre generaẗ aqua parua: ex qua oriunẗ aliq̄ pui fontes: ſed talis aq̄ gñāta ex vaporib⁹ ꝛ aere nō ſufficeret ad tātā copiā et ꝯtinuū fluxū aquarū: vt ex eis tā vaſta flumina cōgregarenẗ: ꝛ tot ꝛ tam vaſta maria cōplerent ꝛ efficerēt. Item verum eſt ꝙ radij ſolares in feruore diei reſoluunt partē aque maris in aereꝫ: ſed talis reſolutio eſt parua ꝛ nō cōtinua reſpectu tāte multitudinis ꝛ copie aquarū ꝛ nō cōtinue intrant maria. Nā lꝫ in mari Indico fiat magna reſolutio: eo ꝙ eſt inter tropicos: tñ nō in Caſpio: cū ſit ad aq̄lonē/nec etiā in mari pontico: ꝛ ſic ſemꝑ maria augerenẗ: niſi magna copia exiret aliunde: vt dictum eſt. Et ideo magis eſt credendū Salomoni: q̄ͥ eruditus a ſpiritu ſancto dicit. Eccleſiaſtes primo. ꝙ oīa flumina intrant mare/ꝛ mare nō redundat. Ad

Nota. locū vnde exeūt flumina reuertunẗ: vt iteruꝫ fluāt Et hoc idē intendēbat dicere Dauid pſalmo. xxxij. cū ait: Cōgregās ſicut in vtre aquas maria ponēs in theſauris abyſſos. Nā abyſſi ꝛ ꝓfunditates maris ſūt theſauri vñ exeūt aque ꝑ venas terre. Et ſic in diſpoſitione terre/ꝛ maris/ꝛ fontiū/ꝛ fluminuꝫ manifeſtaẗ ineffabilis oīpotētia/ꝛ ſapiētia/ꝛ prouidētia creatoris. de qua ſapiētia dicit Salomon Prouerb. viij. Quando preparabat celos aderam. Quando certa lege gyro vallabat abyſſos. Quādo ethera firmabat ſurſum/ꝛ librabat fontes aquarū. Quādo circūdabat mari terminū ſuū/ꝛ legem ponebat aquis/ne trāſirent fines ſuos ꝛc. Ex quibus verbis Salomonis ſequūtur tres cōcluſiōes ¶ Prima ꝙ abyſſi ꝛ maria ſunt vallata in gyrū ꝑ montes circundata littoribus. ¶ Secūda/ꝙ fontes aquaꝝ erūpunt/ꝛ emergūt in mōtibus ꝑ quoddā equilibriū. prout dictū eſt: eo ꝙ dicit: Librabat fontes aquaꝝ. Et per conſequens aque nō ſemper generātur ex aere nec ex vaporibus. ¶ Tertia cōcluſio. ꝙ omne mare habet terminū/et terminos

intra quos includitur/ꝑ hoc qđ ait. Quū circundabat mari terminū ſuum ꝛc. Ex quibus ptꝫ ꝙ mare nō continet terrā: imo cōtinetur inter mōtes ꝛ littora terre. Hoc eſt ergo qđ intēdit dicere Dauid in hac parte/cū ait. Aſcendunt montes ꝛ deſcendunt cāpi: quaſi dicat: Tu de⁹ in principio taliter diſpoſuiſti terram propter neceſſitatē aīalium ꝛ plantarū/ꝙ tota terra cōſiſtit in montib⁹/ꝛ cāpis/ꝛ vallibus. Nam tu eleuaſti mōtes in altum/ et campos creaſti in quodā deſcenſu ꝛ declinatiōe: ꝛ ſic ſemꝑ campi licet videanẗ planities ſemper deſcēdunt/et declinant in locum quē fundaſti eis. vſq; ad valles quas fundaſti in infimo loco: vt eſſent loca aquarum: qꝛ a montibus deſcendunt aque per valles ꝛ ac cāpos decliues: vſq; ad valles infimas: ex quarum cōgregatione fiunt ibi maria: vt dictum eſt. Ex quo ptꝫ/ꝙ ipſi montes terminant maria: ideo ſubdit. Terminū poſuiſti quem nō tranſgredienẗ ꝛc. quaſi dicat tu poſuiſti montes in terminū ipſis aquis: quēꝫ terminum nunq̄ tranſgredienẗ neq; cōuerꝫtur operire terram: quia poſtq̄ deſcēdunt aque ad loca infima: non poſſunt aſcendere/nec ꝯuertinꝫ redire ſupra montes: quia tunc cōtra naturā aſcenderent: ideo quieſcunt in vallibus infimis.

**Qui emittis fontes in conuallibus: inter medium montium pertranſibunt aque.**

**Potabūt omnes beſtie agri: expectabūt onagri in ſiti ſua.**

**Super ea volucres celi habitabunt: de medio petrarum dabunt voces.**

¶ Ex tali diſpoſitiōe ꝛ ordine ſitus terre ſequitur alia vtilitas/nā tu emittis fontes in cōuallib⁹. i. ꝑ valles: ꝛ ſic inter mediū montiū pertrāſibūt aque. Nam aque primo deſcendunt a montibus: poſtea inter montes tranſeunt per cōualles: qꝛ ſemper inter montes ſunt cōualles: per quas tranſeunt aq̄: ꝛ ſic deſcēdūt ad cāpos ꝛ exinde ad maria: eo ꝙ ſunt infima loca terre. Sꝫ qꝛ iſta nō fecit de⁹ a caſu: immo ad vtilitatē aīalium: qꝛ tales fontes ꝛ flumina ſeruiunt hoībus: ꝛ ad alia neceſſaria: ideo ſubdit. Potabūt: oēs beſtie agri ex his aquis: etiaꝫ onagri i. aſini ſylueſtres/ꝛ cetere beſtie expectabunt has aquas in ſiti ſua. i. qñ ſitient veniēt ad iſtas aquas fontales ꝛ fluuiales. Et volucres celi habitabunt i. volabūt ſuꝑ ea. ſ. flumina vel habitabūt in ripis et rupib⁹ q̄ ſunt ſuꝑ flumina ꝛ dabūt voces de medio petrarum. quaſi dicat: ꝙ cātabūt ſuꝑ ripas fluminū/ſicut frequēter videm⁹: qꝛ canūt aues qñ veniunt ad bibendū ad fontes vel ad flumina. Ex ſupradictis apparet ꝓfunditas ſapientie ꝛ prouidentie dei. Nā ex tali diſpoſitione in qua deus creauit terrā: ſaluaẗ: ꝛ ſoluitur oīs queſtio que poſſet fieri. Nam ex eo ꝙ montes ſunt alti/de neceſſitate aque deſcēdunt inter montes per valles: ꝛ exinde decurrunt per campos: qui de neceſſitate declinant ad infima loca terre que ſunt valles: vbi congregātur omnes aque: et ſic efficiuntur maria. Et ſic montes ꝛ campi ſeruiunt hominibus ad habitationē: ꝛ fontes: ꝛ flumina ad potum animaliū: ꝛ ad purgandas ſordes rerū: ꝛ ad rigandos campos: maria autem ſeruiunt hominibus ad nauigandum: vt infra patebit. ex quibus omnib⁹ patet ſumma ſapiētia ꝛ prouidentia dei. Deinde cum dicit.



**Rigans montes de ſuperioribus ſuis: de fructu operū tuorum ſatiabitur terra.**

**Producens fenum iumentis: ꝛ herbam ſeruituti hominum.**

**Vt educas panem de terra: ꝛ vinum letificet cor hominis.**

**Vt exhilaret faciem in oleo: ꝛ panis cor hominis confirmet.**

¶ Cōmendat diuinam prouidentiaꝫ ꝛ ſapientiam circa diſpoſitionē pluuiarū. Nā licet aque fluuiales ꝛ fontales ſufficiāt ad potū aīalium: ꝛ rigandos aliquos cāpos: tamē nō ſufficiūt ad rigandos mōtes: nec oēs partes terre: eo ꝙ nō attingunt cacumina montiū: nec terrā per oēs partes: etiā non ſufficiūt ad nutritionē plantarū: ꝛ ſic ſunt neceſſaria flumina ad implēdas ciſternas: ꝛ rigādos mōtes: ꝛ omnes partes terre: ad quas fontes et flumina attingere nō poſſunt. Et ideo ſūm⁹ ꝛ ſapiens artifex deus prouidit de aquis pluuialib⁹. Naꝫ taliter diſpoſuit machinā mundi: vt ſol per virtuteꝫ et calorē ſuorū radiorum attraheret vapores a terra humidos vſq; ad mediū interſtitiū aeris: vbi ꝑ antipariſtaſim infrigidātur ꝛ cōgelātur in nubes/ que reſoluunẗ in aquā: ꝛ ſic per ſui ponderoſitateꝫ pluuia cadit ſuper montes: et totā terrā ad nutritionem arborū plantarū. Et ſic germinantur fructus terre: ꝛ creſcunt plante ad eſum hominum: et beſtiarum: et implētur ciſterne ad potū hominuꝫ. Et hoc intendit dicere Dauid in hoc paſſu. Vñ ait: O deus tu es rigans montes de ſuperioribus ſuis. i. rigas ſuperiora et ſummitates montiuꝫ ꝑ aquas pluuiales ex nubibus deſcēdētes. Et ſic ſatiabitur terra de fructu operū tuoꝝ: quē terra cōpluta producit. Nā ex tali pluuia produces in montib⁹ fenū iumētis ꝛ beſtijs: et produces herbā ſeruituti hominū. ꝛ eſt ſenſus: ꝙ tu ꝓduces fenū: ꝛ herbam iumētis ſeruituti. i. ad ſeruitutē hominuꝫ. qꝛ iumenta nutrit deus ad ſeruitutē hominū. Et mittis iſtā pluuiā: vt educas panē de terra ꝛ vinū: vt letificet cor hoīs: ꝛ rigas etiā terrā per pluuiaꝫ: vt creſcant et nutrianẗ oliueta: ꝛ ꝓducant oleū: vt hō exhilaret: ꝛ vngat: ꝛ letificet faciē ſuam ī oleo vel letetur in vidēdo abūdantiā: ꝛ copiā olei: ꝛ ſic tanta copia panis: vt cōfirmet cor hoīs ꝛ fortificet. ꝛ ꝑ talē pluuiā ſaturabūtur ꝛ nutriētur ligna ꝛ arbores cāpi/ ꝛ cedri Libani: quas ſolus de⁹ ipſe plātauit abſq; manib⁹ et cura hoīm. Eſt aūt aduertendū ꝙ ꝓpheta notāter memorat tres fruct⁹ terre ſpūales q̄s nutrit pluuia celeſtis ad cōſeruandaꝫ vitā hoīs. ſ. panem: vinū: ꝛ oleū: eo ꝙ iſti tres fructus ſunt valde neceſſarij ad cōmunes vſus vite humane propter tres effectus: quos efficiunt in homine: put memorat propheta in hac parte. Nam panis confirmat cor hoīs. i. fortificat: ꝛ ſuſtentat. Nam cibus panis poſt famē ꝛ inediaꝫ reſtaurat deperdituꝫ: et viuificat cor hoīs: et vires hominis: que ex inedia deficiebāt. Itē homo ex ſiti triſtaẗ ꝛ deficit: ſed potus vini refocillat: et letificat cor hoīs. Hoc etiam dicit: qꝛ manifeſte videm⁹: ꝙ ſi vinū daẗ ſyncopizantibus: illico viuificanẗ ꝛ recuperant ſenſum: et motū ꝛ letificanẗ: Ex quo ptꝫ qđ vinū letificat cor hominis. Itē ſubdit: Vt exhilaret faciem in oleo.

Tres terre fruct.

¶ Ad cuius intellectū eſt notandū: qđ exhilarare idē quod eſt ex letitia os ꝛ naſum ꝛ oēs venas aperire: ꝛ ex tali intrinſeca letitia anhelitū per riſum emittere: ſicut videmus in ridētibus. nam ſicut ex triſtitia rugatur facies: et reſtringitur os: ꝛ naſus ꝛ vene: ꝛ retineẗ anhelitus: ita per oppoſitū ex letitia: et ſanitate: et bona diſpoſitiōe omnia ſupradicta aperiunẗ: ꝛ homo exhalat anhelitū per os ꝛ naſum: ꝛ ſic oſtendit letitiā cordis in facie ꝑ riſuꝫ/ ꝛ faciē letaꝫ: ꝛ tūc diciẗ exhilarare quaſi exhalare et talis homo diciẗ hilaris ꝛ letus. Sed qꝛ hunc effectū facit in hoīe vſus olei: ideo dicit vt exhilaret faciē in oleo. nā quia oleū eſt valde nutritiuū propter ſuā pinguedinē: ꝛ bonū humorē et qualitateꝫ: iō cauſat bonā cōplexionē in hoīe. iō eſt valde vtile ad cōdimētū in omni cibo: et eſt penetratiuū in omni medela. ꝛ videmus etiam manifeſte qđ hoīes vtētes oleo cōiter habēt faciē plenam: ꝛ pinguē: et lucidā: ꝛ bñ coloratā: ꝛ facilē ad riſum ꝛ letitiā/iō dicit ꝓpheta: vt exhilaret. i. letificet faciē in oleo. i. in vſu ꝛ eſu olei: Poteſt etiaꝫ dici q̄ꝛ in patrib⁹ oriētalibus ꝛ meridionalibus hoīes vngunt oleo facies ſuas: vt appareant leti: et lucidi: vt ptꝫ in Daniele. Deus ergo per pluuiam educit paneꝫ de terra ꝛ cibum ꝛ vinum ad potum: et oleū ad condimētum et ſaporem cibi hominis.

Exhilarare qđ ſit.

**Saturabuntur ligna campi: ꝛ cedri Libani quas plantauit: illic paſſeres nidificabunt.** — de pſe. di. ij. accipi re.

**Herodij domus dux eſt eorum mō tes excelſi ceruis: petra refugiū erinacijs.**

¶ Aduertendū eſt ꝙ notāter dicit propheta Cedri Libani quas plātauit. nā ſcdm Vir. in Georgicis quedaꝫ ſunt partes terre: q̄ ſponte de ſe proferunt quaſdā arbores/ꝛ plātas ꝛ fructus: quos alie terre nō ꝓferunt: ſicut Arabia profert cynamomū: et incēſum ꝛc. que nō ꝓfert Germania nec Scythia. Itē q̄dā ſunt q̄ non naſcunẗ niſi ſeminenẗ per artē ꝛ curā hoīm: ſicut frumētū: ꝛ hordeū ꝛc. ꝛ q̄dam ſunt arbores que ī quibuſdā locis ꝑ ſe naſcunẗ ex ſola dei prouidentia abſq; labore hoīm/ſicut copia altiſſimarū cedrorū naſcitur in monte Libani. et has virtutes ꝛ differētias deus cōtulit terre in primordio creationis: vt ait Aug. ſuꝑ Geñ. qñ dixit. Germinet terra herbā virentem ꝛc. qꝛ tunc indidit ꝛ creauit rationes ſeminales in diuerſis partibus terre: vt abſq; labore hoīm ex ſola influētia et virtute actiua celi et humore pluuie terra germinet ꝛ producat ſponte tales plantas ꝛ arbores. Ideo dīcit propheta qđ ex illa pluuia ſaturabuntur Ligna campi et cedri libani: quas ſolus deus plantauit. ¶ Illic paſſeres nidificabūt. Hic cōmēdat diuinā ꝓuidentiā circa diſpoſitionē locorū aīaliū brutoꝝ ad refugiū. nam deus creauit arbores altas ad habitationē auiū: in quibus nidificant ꝛ habitant ad tuēdā vitā: et ad quas refugiūt ne ledātur a venatoribus ꝛ ſagittarijs. Itē creauit montes altos: vt eſſent refugiū ceruis et capreolis/ꝛ ceteris q̄drupedibus: ad quos montes refugiunt ꝓpter venatores. Itē creauit ꝛ diſpoſuit cauernas in terris ꝛ rupib⁹: vt eſſent refugiū ꝛ latibulū cirogrillis/ꝛ leporibꝰ/ꝛ vulpib⁹/ꝛ ceteris aīalib⁹ piloſis. Iō ait ꝙ paſſeres/ꝛ oēs volucres nidificabūt ꝛ faciēt nidos

ſuos illic. i. in cedris ⁊ ceteris arboribus ad quietē et tuendā vitā pullorū. Et herodij domꝰ dux eſt eorū. Ad cuiꝰ intelligētiā eſt notandū: ꝙ herodiꝰ eſt auis ꝑdalis ⁊ rapax: ⁊ nidificat/⁊ habitat ī cedris ⁊ altis arboribꝰ: ⁊ eſt talis nature ꝙ nō q̄rit eſcam in locis vbi facit nidū: ſʒ a longe ꝑ decem miliaria a nido ſuo: ⁊ ſic nō nocet auibꝰ q̄ nidificant et habitāt in arboribus ꝓpinquis. ⁊ iō oēs paſſeres et aues libēter nidificāt ⁊ habitant ꝓpe nidos herodiorū ꝓpter ſecuritatē: q2 herodius nō ſolū nō nocet eis: ſed etiā tuet̄ et defendit eas a ceteris auibus ex rapina viuentibꝰ. qui q̄dē herodius apud nos d2 Grifoldus. ⁊ iō ceteri paſſeres et aues habēt nidū ⁊ latibulū herodij tanq̄ ducē ⁊ refugiū. Ideo dicit ꝓpheta ꝙ domꝰ. i. nidus ⁊ latibulū herodij eſt dux et refugiū eorū. ſ. paſſerum: ⁊ mōtes excelſi ſunt refugiū ceruis/⁊ ceteris q̄drupedibꝰ. Et petra cauernoſa eſt refugiū erinacijs. ſ. aīalibꝰ piloſis aptis ad venationē: ſicut ſunt cuniculi ⁊ lepores: etiam ericius: quia omnia iſta eligunt latibula in cauernis terre/et petrarū ad ſecuritatem.

q̄d ſit herodius.

**Fecit lunam in tempore: ſol cognouit occaſum ſuum.** — vſ. q. ſ. c. ij dia. ⁊ c. ſe

**Poſuiſti tenebras ⁊ facta nox: in ipſa pertranſibunt omnes beſtie ſilue.**

**Catuli leonum rugiētes vt rapiant: ⁊ querant a deo eſcam ſibi.**

**Ortus eſt ſol ⁊ congregati ſunt: ⁊ in cubilibus ſuis collocabuntur.**

**Exibit homo ad opus ſuum: ⁊ ad operationem ſuam vſq3 ad veſperam.**

¶ Cōmēdat hic diuinā ꝓuidētiā ⁊ ſapientiā circa diſpoſitionē ⁊ varietatē tēporū/q̄ fit ꝑ variationē ſolis ⁊ lune. nā ſol ꝑ lationē ⁊ curſum ſuū ſupra noſtrū hemiſpheriū cauſat diē apud nos/⁊ ꝑ eius abſentiā cauſat noctē: eo ꝙ fert̄ ſuꝑ aliud hemiſpheriū: cauſat ibi diē/⁊ apud nos cauſat noctē. et hoc fit ꝑ motū diurnū ad raptum ꝑmi mobilis. ſʒ ꝑ motū ꝓpriū in circulo obliquo cauſat in nobis quatuor tpa diuerſa in anno. ſ. ver: ⁊ eſtatē/⁊ autūnū/⁊ hyemē ſcd̄ʒ acceſſum ⁊ receſſum ad polos. Luna aūt diuerſificat etiā opa in quolibet mēſe: ſcd̄m ꝙ diuerſimode illuminat̄ a ſole quo ad partes ſuas et quo ad noſtrū aſpectū. Nā in coniūctiōe illuminat̄ tota medietas ſuperior: et ſic lumē eius nullo modo videt̄ a nobis. ⁊ ſic cauſat magnā alteratiōnē in mari/⁊ in terra/⁊ in arboribꝰ/et aīalibꝰ propter humiditatē eius. ſʒ ſicut incipit elongari a ſole: ita incipit videri a nobis aliq̄ ꝑticula eiꝰ illuminata/et ita creſcit vſq3 ad ꝑmā q̄drā. ⁊ exinde vſq3 ad plenitudinē cū eſt ī oppoſitione/⁊ exinde icipit accedere ad ſolē: ⁊ quātū accedit tātū decreſcit eiꝰ lumē/quo ad noſtrū aſpectū: q2 reſpectu ſui ſemꝑ illuminat̄ medietas eiꝰ: ⁊ ſic luna ꝑ acceſſum/⁊ receſſuʒ ad ſolē cauſat/⁊ diuerſificat q̄tuor tpa ī terra/et in mari ſcd̄ʒ q̄tuor quadras eius. ⁊ h̄ eſt qd̄ dicit Dauid in hac parte. vn̄ ait. Deꝰ fecit lunā in tpe. i. diuerſitatē in tpe ſcd̄m acceſſū ⁊ receſſū ad ſolem ſiue ad diuerſificāda tpa. ⁊ ſol cognouit occaſū ſuū. i. talē diſpoſuit motū ſuū: q2 dū fert̄ ſuꝑ terrā cauſat diē. ſʒ poſtea cognouit occaſū ſuū cadendo ſub nr̄o horizōte. et ſic tu deꝰ poſuiſti tenebras ꝑ caſum ſolis/⁊ abſentiā: ⁊ ſic facta eſt nox ſuper nr̄m hemiſpheriū. Sʒ q2 talē diſpoſitionē non fecit deꝰ in aſtris a caſu ⁊ fortuna: ſed ꝓpter finem bonū ad vtilitatē ⁊ vitā hoīm: ⁊ aliorū aīaliū: ideo ſubdit/Iō facta eſt nox: q2 in ipſa nocte ꝑtrāſibūt oēs beſtie ſylue: ⁊ diſcurrēt ad q̄rēdū cibū: ⁊ catuli leonū diſcurrēt de nocte: vt rapiāt eſcā ſibi/⁊ q̄rāt a deo ꝓuidente: nā pr̄ celeſtis paſcit oīa aīalia: vt ait ſaluator Mat. vij. Sʒ poſtq̄ ortꝰ eſt ſol ⁊ lucet dies: tūc leones ⁊ cetere beſtie rapaces cōgregati ſūt fugiētes diē ⁊ collocabunt̄ i cubiculis ⁊ latibulis ſuis: ſʒ ꝑ oppoſitū hō tunc ī die poſtq̄ ortꝰ ē ſol: exibit ad opꝰ ſuum faciēdū: ⁊ ad opationē ſuā exercendā: vſq3 ad veſperā: ⁊ occaſum ſolis. Ex q̄bꝰ ptʒ ꝙ nō a caſu/nec inuanū diſpoſuit deꝰ tpa/ſed diſtinxit diē a nocte ꝓpt̄ ſupradicta. Et diſtinxit annū in quatuor tpa ſm̄ acceſſum et receſſuʒ ſolis ad polos/ꝓpter gn̄atiōes et corruptiōes rerū: nā per acceſſum ſolis ad polū arcticū cauſant̄ gn̄ationes arborū/⁊ plātarū/et ēt aīaliū citra eq̄noctialē: ſʒ ꝑ receſſum ſolis a nobis/et acceſſum ad aliū polum cauſant̄ corruptiōes citra equinoctialē: ⁊ gn̄ationes vltra equinoctialē ſm̄ Ariſto. ij. de gn̄atione. Unde q2 oīa iſta ꝓueniūt ex ſumma ſapiētia et ꝓuidentia illius ſummi artificis. et architecti/ideo admirando exclamat propheta dicēs.

**Quam magnificata ſunt opera tua domine: omnia in ſapientia feciſti: impleta eſt terra poſſeſſione tua.**

¶ O q̄ magnificata ſunt opera tua. dn̄e. i. q̄ magnificatus es in operibus tuis/q2 omnia opera tua feciſti in ſapientia magna et prouidentia: q2 oīa ſic ordinaſti propter aliquem bonum finem: vt vnum quodq3 produceret fructum ſuum in tempore ſuo ſibi determinato: et ſic impleta eſt terra poſſeſſiōe tua. i. donis et beneficijs tuis/que proueniunt ex tua mera largitate. Deinde cum dicit:

**Hoc mare magnum ⁊ ſpatioſum manibꝰ: illic reptilia quorum non eſt numerus. Animalia puſilla cum magnis: illic naues pertranſibunt.**

¶ Cōmendat diuinā ſapientiā circa diſpoſitioneʒ maris/quo ad eius magnitudinē. et extenſionē/et diuerſitatē ſpatiorū: et locorū: et habitationū ad vitā piſcium: ⁊ ad vtilitatē nauigantiū. Ad cuiꝰ intelligentiā eſt notādū: ꝙ ſicut deꝰ diuerſificauit terrā ꝑ mōtes: ⁊ valles: ⁊ cāpos declitues ad habitationē hoīm et aīaliū reſpirātiū q̄ viuūt in aere: vt dictū eſt: ita pariter diuerſificauit maria: ⁊ extēdit ꝑ diuerſa loca ad vitā piſciū: ⁊ vtilitatē nauigantiū: nā primo voluit vt hoc mare eſſet magnū: et ſpatioſum ꝓpter duo. Primo: vt in eo ꝓcrearet̄ copia piſciū: ⁊ nauigātes poſſent attingere loca remota. Itē voluit vt circa litꝰ eſſet vadoſuʒ ꝓpter piſces paruos: et circa mediū eſſet ꝓfundū ꝓpter piſces magnos: vt ibi ſaluent̄: ne poſſint deuorare oēs piſces paruos natātes circa littora: et voluit diſponere receſſus et ſinꝰ: et portꝰ ī hoc mari: vt attingeret terrā ꝑ multas ꝑtes: et naues ſaluarent̄ refugiētes ad portꝰ tpe tēpeſtat̄. Vn̄ ait Dauid: O dn̄e tu creaſti hoc mare magnū: ⁊ ſpatioſum: ⁊ latū manibus. i. locis/⁊ receſſibus ⁊ finibus. ⁊ q2 magnum: ideo illic procreantur reptilia: ⁊ natatilia: ⁊ piſces magni: ⁊ parui quorū nō eſt numerus. i. innumerabiles piſces: et aīalia natatilia in eo creaſti: ⁊ continuo procreātur. ⁊ ſic ꝓcreātur ibi aīalia natatilia puſilla cū magnis. Et q2 hoc mare creaſti ſpatioſum ⁊ plenū magnis manibꝰ ⁊ ſpatijs: ideo illic naues pertrāſibūt: et nauigabūt ab vno littore in aliud: ⁊ ab vna regione in aliā. Unde nota ꝙ h̄ nomen manus eſt equiuocū ad tria. nā vno modo ſignificat mēbrū hoīs. alio modo ſignificat fortitudinē: et turmā exercitus ſiue ſatellitū. Tertio ſignificat extēſiōes locorū: ⁊ brachia/et ſinus ſiue receſſus maris. nā ſicut hō extēdit manus et brachia ad attingēdū aliquid extrinſecꝰ: ita pariter oceanus ⁊ quodlibet mare extēdit manus/et brachia intra terrā: qui dicūtur ſinus/⁊ receſſus: et portꝰ maris Et iſto modo oceanus ꝑ2o extēdit vnū brachium inter Norvvegiā/et Germaniaʒ/q̄ d2 ſinus Codanus: ſiue Germanicus: ſiue Sarmaticꝰ. Scd̄o vltra equinoctialē extēdit aliud brachiū/aut manū inter montes Ethiopie: et terrā Guineorū/q̄ dicit̄ ſinus Speriꝰ quē hodie nauigāt Portugalēſes ad fodiēdum aurū ex minera. Tertio mittit aliud brachiū ꝑ anguſtū fretū Gaditanū iter Africaʒ/⁊ Europā vſq3 in Syreā: qd̄ d2 mare Thyrrhenū/quod mare Thyrrhenū mittit aliud brachiū v̄ſus aq̄lonē iter Phrygiā/et Thraciā ꝑ anguſtū Helleſpontū et Propōtide. et ſic intrat mare Pōticū ſiue Euxinū/et exinde intrat Meotidē paludē ꝑ anguſtū Boſphorū inter ꝓmōtoriuʒ Caucaſi: et Tauricam Cherſonneſum: q̄ d2 Caffa. Ex quibꝰ ptʒ ꝙ hoc mare magnū. ſ. oceanus dicit̄ ſpatioſum et extenſum longis manibꝰ/et brachijs/⁊ ſinibus. ¶ Itē mare Indicū qd̄ claudit̄ inter mōtes Aſie/et mōtes Auſtrales/d2 magnū et ſpatioſuʒ manibꝰ/q2 hʒ duos gradus in lōgitudine a Preſo Africe vſq3 Catigarā regionē Sinarū/et hʒ quinq3 gradus in latitudine/⁊ habet plures ſinus/ſicut eſt Arabicꝰ/⁊ Perſicus ⁊c. Et ita eſt dicenduʒ de mari Caſpio/quod claudit̄ inter Caucaſuʒ ⁊ mōtes Medorū/⁊ inter mōtes Armenie: et mōtes Sacarū ſiue Maſſagetarū. Et ita eſt dicēdū de maribꝰ nobis ignotis: nā d̄ neceſſitate oportet: ꝙ vltra mōtes Ethiopie ſint alia maria q̄ recipiāt aquas decurrētes ab alio latere illorū mōtiū verſus Auſtrū. Et etiā vltra montes Sericos verſus Aq̄lonē eſt mare Sericū recipiēs aquas decurrētes a latere aq̄lonari illorum montiū/qd̄ q̄deʒ mare erat ignotū Grecis/et latinis tp̄e Ptolemei. Sed poſtea Tartari ab illis regionibꝰ egreſſi notificarunt Perſis/et Medis/et Latinis qual̄r ibi vltra Imaū: eſt q̄ddā mare magnū vbi cōgregant̄ oīa flumina a circūſtātibꝰ mōtibus deſcēdētia. et ſic eſt ꝑſumēdū ꝙ vltra mōtes magnos Sinarū verſus ortum ſunt alia maria/in quibꝰ ꝯgregant̄ oēs aq̄ decurrētes a lateribꝰ orientalibꝰ illorū mōtiū. Ex quibꝰ ptʒ/ꝙ mare nō eſt tātū vnū: nec cōtinet terrā: vt vulgares autumāt/immo ſunt multa maria iter mōtes cōtēta ⁊ terminata/vt ait Ptolemeꝰ/ꝓut dictū eſt. Nec mare ē maius terra vt q̄dā putāt: imo terra eſt maior ī ſpatio ſepties q̄ oīa maria/vt legit̄ in. iiij. lib. Eſdre. c. vj. vbi ſic d2. Et tertia die iperaſti aq̄s ꝯgregari in ſeptima parte terre: ſex x̄o ꝑtes terre ſiccaſti ⁊ ꝯſeruaſti/vt ex his ſint corāʒ te miniſtrātia ſeminata a deo ⁊ culta. Et in q̄nto die dixiſti ſeptime parti: vbi erat aq̄ congregata: vt ꝓcrearet aīalia: ⁊ volatilia/⁊ piſces: ⁊ ita fiebat. ¶ Ex ſupradictis ptʒ ꝙ terra eſt maior oībꝰ maribꝰ ſeptupliciter: ⁊ tn̄ mare qui dicitur oceanus eſt magnū: ⁊ extenſum ꝑ multos ſinus et brachia: vt dictū eſt: ⁊ eodem modo mare Indicū/et mare Caſpiū. ⁊ hoc ordinauit deus non ſolū ꝓpter copiā piſcium ad eſum hoīm: ſʒ ēt propter nauigationem ⁊ vt victualia q̄ germinant̄ in vna parte terre/vehant̄ ad al[ia]s partes: et ſic oīa bona terre cōmunicētur oībus. Deinde cū ſubdit.

**Draco iſte quē formaſti ad illudendum ei: omnia a te expectant vt des illis eſcam in tempore.** — Geñ. j.

**Dante te illis colligent: aperiente te manum tuā omnia implebuntur bonitate.** — ſupra xiij. b.

¶ Oſtēdit ꝙ deꝰ nō ſolū fecit mare lōgū manibꝰ/et brachijs/⁊ ſinibꝰ ꝓpter merces vehēdas: ſed ēt fecit ip̄m mare ꝓfundū in medio/⁊ vadoſuʒ ad littora: vt balene/⁊ piſces magni viuāt in ꝓfundo: et parui ſaluentur iuxta littora vadoſa/ne piſces magni poſſent accedere ad littora ad d̄uorādū ꝑuos. Unde q̄nq3 piſces magni deludunt̄ a paruis. Nam dū Balena vel q̄libet alius magnꝰ piſcis inſequit̄ piſces paruos ad deuorādū: tūc piſciculi fugiunt ad littora: ſed balene volētes piſces ꝑuos ſeq̄ per littora vadoſa cū magno ipetu/reperiūt̄ in modica aqua nō valētes natare ſuꝑ arenā/nec valētes retrocedere ad ꝓfunduʒ: ⁊ ſic naute/et piſcatores interficiunt balenas/⁊ piſces magnos: ⁊ ſic piſces magni decipiunt̄/⁊ illudunt̄ a paruis. Dicit ergo Dauid: O dn̄e tu feciſti hoc mare magnū ⁊ ſpatioſum manibꝰ: q2 illic ſunt reptilia puſilla cum magnis: ⁊ etiā quia illic naues ꝑtrāſibūt. ſed etiā feciſti iſtud ꝓfundū in medio: ⁊ vadoſum in littore: vt illic ſit etiā iſte draco. i. balena: ⁊ q̄libet alius magnꝰ piſcis ad illudendū ei vt ſibi illudat̄ a paruis piſcibꝰ ꝑ modū iā dictū. Un̄ eſt aduertēduʒ: ꝙ per draconē intelligit balenā ſiue cetū. Un̄ Geñ. j. vbi nr̄a trāſlatio dicit: Creauit deus cete grādia. alia tranſlatio dicit: Creauit deꝰ dracones magnos. Et in hoc loco dicit lr̄a Hieronymi. Leuiatā iſte queʒ formaſti. Et alia trāſlatio hʒ Cetus iſte ꝑ quē intelligit̄ quelibet belua marina. Ex quibꝰ oībus patet ꝙ deus oīa creauit apta ad debituʒ finē: ⁊ oībꝰ viuentibus ꝓuidit de loco ⁊ tpe et victu neceſſario ad vitā tuēdā ⁊ cōſeruādā. Oīa a te expectant dn̄e. Hic incipit verſus apud Hebreos: ⁊ ēt ſnīa. Nam poſtq̄ ſupius oſtēdit ꝓpheta ꝙ Deus oīa creauit ⁊ diſpoſuit ꝓpter debitū finē: ⁊ oībus ꝓuidit de loco ⁊ tpe opportuno ⁊ cibo ⁊ potu neceſſario ad vitam: iō in hac parte cōuerſus ad dn̄m cōcludendo dicit: o dn̄e oīa aīalia expectāt a te vt des illis eſcā in tpe opportuno. nā aīalia bruta expectāt vt in vere des eis fenū ⁊ herbā ad cibū: et hoīes expectāt tp̄s vernū vt colligāt quoſdā fructꝰ: ⁊ eſtatē vt colligāt frumenta ⁊ ceteras fruges et ſegetes. Et expectant autūnū vt colligant vindemias ⁊ ceteras fructus tunc maturos ſecunduʒ naturas ſuas ⁊c. Ideo te illis dante copiam fructuū et ciborū tunc illi colligent fructꝰ per te creatos ⁊ augmentatos. Et te aperiēte manū tuā: theſauros largitatis tue oīa iplebūt̄ bonitate. i. bonis terre ex tua bonitate

largitio: Ad cuius intellectũ eſt notãdũ: ꝙ duplex eſt appetitus in viuentibus. vnꝰ naturalis: ⁊ alius volũtarius. Appetitus voluntariꝰ regit̃ ꝑ ſeipſuʒ cũ ſit primũ ꝓncipiũ mouendi. Sed appetitus naturalis regit̃ ab intelligentia ſuperiori mouente orbẽ. idõ nõ ſolũ aĩalia ꝑfecta appetũt ⁊ expectant cibũ in tpe ad cõſeruationẽ vite appetitu volũtario ⁊ naturali ſimul: ſed etiã plante ⁊ aĩalia imꝑfecta hoc idẽ expectãt quodaʒ naturali appetitu ab intelligentia directo: q2 opus nature eſt opus intelligentie. Vñ dicit ꝓpheta ꝙ omnia viuentia tã plãte ꝙ aĩalia expectant a deo vt det eis eſcam in tempore opportuno. Et ſic formica de diuina ordinatione a ſuperiori intelligẽtia directa ⁊ mota recolligit granũ in eſtate pro tempore.

*Duplex appetitus in viuẽtibus.*

**Auertente autem te faciem turbabuntur: auferes ſpiritum eorũ ⁊ deficient: ⁊ in puluerem ſuum reuertentur.**

**Emitte ſpiritum tuũ ⁊ creabuntur: ⁊ renouabis faciem terre.**

**Sit gloria domini in ſeculũ: letabitur dominus in operibus ſuis.**

**Qui reſpicit terram ⁊ facit eam tremere: qui tangit montes ⁊ fumigant.**

**Cantabo domino in vita mea: pſallam deo meo ꝗ̃diu ſum.**

**Jocundum ſit ei eloquium meũ: ego vero delectabor in domino.**

*hyꝑ. diſ. c. naſci de ꝓſe. di. v. c. de ſpũ ſcto. in tra. c. xv. q. i. ca. recenti iniuſ.*

**Deficiant peccatores a terra: ⁊ iniqui ita vt non ſint: benedic anima mea domino.**

*q. iiij. a. hominiꝰ.*

¶ Et tribulauerũt eos inimici. ſ. Chananei ⁊ Moabite ⁊ Amonite ⁊c. et hũiliati ſunt captiui ſub manibꝰ ⁊ poteſtate ⁊ ditiõe eoꝝ. Et tñ dñs ſepe liberauit eos mittẽdo iudices ⁊ ſaluatores/ vt Aiot. Othoniel. Gedeõ. Iepte. et ceteros. ipſi vero tãq obiurgati multotiẽs exacerbauerũt eũ ſpõte in cõſilio ⁊ arbitrio ſuo: ⁊ nõ coacte. Et iõ humiliati ⁊ ſubiecti et afflicti ſunt in iniquitatibꝰ ⁊ ſceleribꝰ ſuis. Sed q: dũ erãt in captiuitate ⁊ tribulatione recurrebãt ad deũ: iõ vidit deꝰ oculo mĩe cũ tribularentur: et audiuit orõnẽ ⁊ clamorẽ eorũ: nõ in meritis eoꝝ: ſed q: memor fuit teſtamẽti ⁊ ꝓmiſſi ſui facti ad Abrahã Iſaac/ et iacob/ et nõ reſpexit eoꝝ iniq̃tatẽ: ſʒ ſuã miam ⁊ immobilitatẽ ſui teſtamẽti: q: dei. la generatione ꝓmiſerat futurũ meſſiã ⁊ ſaluatorẽ. et iõ penituit eũ/ non q penã pateret: ſʒ fecit ad modũ penitẽtis reuocãtis irã et vindictã: parcẽdo eis ſcđʒ multitudinẽ mĩe ſue. Et dedit eos in mias oim gẽtiũ in cõſpectu oim q̃ ceperãt ⁊ ſubiecerãt eos: q: nõ ꝑmiſit deus vt inimici totalr eos delerẽt: ſʒ recipiebãt eos in deditionẽ ⁊ ſeruitutẽ/ et ꝑmittebãt eos viuere in ciuitatibꝰ ſuis. Et p iudices ſuos ab inimicis liberabat ſepiꝰ eos.

Saluos fac nos domine deus noſter: ⁊ cō/grega nos de nationibus.

xcv. di. c. ecce. xv. q. i. cap. re uerti mini. Ut confiteamur nomini ſancto tuo: et glo riemur in laude tua.

Bendeictus dominus deus Iſrael a ſe/culo ⁊ vſq; in ſeculum: ⁊ dicet omnis popu lus: fiat fiat.

¶ Hic reſumit ſuā petitionē ⁊ ponit cōcl'onē inten tā ī toto pſalmo: Unū eſt aduertēdū: ꝙ ꝑ oēs ſupra dictas tres liberationes fuit figurata vniuer ſalis redēptio futura ꝑ xp̄m. Nā ſicut deus miſit Moy ſen ad liberādū ⁊ extrahēdū ppl'z de Egypto ⁊ tra/ducēdū ꝑ mare rubꝛū: ita figurabat̃ ꝙ de⁹ erat miſ ſur⁹ filiū ſuū Jeſum ad liberādū totū gen⁹ hūanū de ptāte diaboli: ⁊ trāſferēdū ipm ꝑ mare rubꝛum ſui ſanguinis ⁊ paſſionis. Et ꝑ h̄ ꝙ ꝑcuſſit petram Oreb ⁊ dedit aquā / ſignificabat ꝙ xp̄s erat ꝑcutiē dus in latere: vñ erat emanatura aq̄ ſapiētie ⁊ ſa/cramētoꝝ in noſtrā ſalutē: ⁊ ſic de ſingulis ſicut ſu peri⁹ frequēter dictū eſt. Et ꝑ vnūquēq; illoꝝ. xiij. iudicū q̄s dñs miſit ad liberādū filios Iſrl': vt pꝫ ī li. Judicū ſignificabat̃ xp̄s vētur⁹ ad ſaluādū ⁊ li/beradū totū gen⁹ hūanū a ſuitute diaboli. Uidēs ergo David hoc in ſpū dicit ⁊ clamat ad deū dicēs O dñe: nō eſt tibi nouū ⁊ inuſitatū: imo ſemꝑ con/ſueuiſti facere miam: ⁊ liberare ppl'm tuū ab affli/ctiōe ⁊ captiuitatib⁹ tꝑalib⁹: in q̄b⁹ figurabat̃ nr̃a redēptio per xp̄m. Ergo ſicut nouē vicib⁹ liberaſti ppl'm tuū in deſerto ꝑ Moyſen: et. xiij. vicib⁹ libe raſti eos in terra ꝓmiſſionis ꝑ. xiij. iudices q̄ dicti ſūt ſaluatores illi⁹ ppl'i: mitte ꝙ ſaluatorē vniuer/ſalem xp̄m ꝑ illos figuratū / ⁊ ſaluos nos fac ꝑ ei⁹ mortē ⁊ paſſionē. quaſi dicat: ſicut ſaluaſti illos ſal ua nos mō ꝑ aduētū tuū: ⁊ cōgrega nos. ſ. eccl'iam tuā / nō ſolū de Judeis: ſed etiā de oībus natiōib⁹ ſicut ꝓmiſiſti: vt oēs cōfiteamur nomini ſctō tuo: vt in noīe Jeſu oē genu flectat̃ ⁊c. ⁊ glorienmr in laude tua ſub vna lege euāgelica / et vna fide: et vno baptiſmo: et vno ſacrificio. Et c is ppl's. ſ. tā gētilis ꝙ Jude⁹ dicet. i. dicat. Bñdict⁹ qui venit dñs deus Iſrael. i. ꝯfiteat̃ xp̄m eſſe verū deū et hoīez: et iā ve niſſe ī carnē / et cōfiteamur vnū deū / triuū: ⁊ vnū / et verbū incarnatū: Unū nota ſicut ſupꝛadictū eſt qꝺ Hebꝛei nō hābēt iꝑatiuū nec optatiuū: ſꝫ ponūt futurū indicatiui ꝓ optatiuo: iō ait: ⁊ dicet oīs po pulus. i. dicat orādo vterq; ppl's. Bñdict⁹ dñs deus Iſrl' fiat fi. ⁊. i. amē amē. et ponit̃ bis fiat ꝓpt duos ppl'os. ſ. Judaicū et gentilē: ex q̄b⁹ vna eccl'ia eſt in Chriſto ꝯgregata: ſicut ī principio ꝓponit̃ duplex alleluia rōne vtriuſq; ppl'i. et iō cōcordat finis cū principio. Nam ſicut ibi dr̃. All'a all'a. ita in fine dr̃ fiat fiat. ſiue amen amen. quaſi dicat vterq; ppl's laude deū et dicat. Bñdict⁹ Jeſus qui venit amen amen. i. ad ſaluandū vtrūq; populum.

Judith xiij. infra. cxvij. Confitemini domino qm̄ bonus: quoniam in ſeculū miſericordia eius.

Dicant qui redempti ſunt a do mino: quos redemit de manu inimici: de regionibus congregauit eos.

A ſolis ortu et occaſu: ab aquilone et mari. Iſa. xlix. ca. ma feſ.

¶ Titulus. All'a / Ex hoc titulo ⁊ materia pſal. ap/paret qꝺ iſte pſal. eſt de illis quos David fecit ad laudandū deum in tēplo ꝓ feſtiuitatib⁹ / ⁊ dirigit ipm ad vnū ppl'm iam ꝑ Chriſtum redemptū. Unū qꝛ in ſuperiori pſal. cū maximo affectu ⁊ deſiderio petiuit vl'ez redēptionē / ⁊ Chriſtū accelerare aduē tū ſuū ad ſaluādū nos ⁊ cōgregandū nos de natio nib⁹. Unū in principio dixit. Memento nr̃i dñe in beneplacito ppl'i tui: viſita nos in ſalutari tuo: ad vidēdū in bonitate electorū tuorū / ad letādū in le/titia gētis tue / vt lauderis cū hereditate tua. Iterū interpoſitis multis miſerationib⁹ diuinis reſum/pſit petitionē ſuam dicens. Saluos nos fac dñe ⁊ cōgrega nos de nationib⁹: ⁊ cōfiteamur noī tuo: et gloriemur in laude tua ⁊c. Sed qꝛ propheta in ſpū fuit certificatus hoc fore implendū ꝑ Chriſtū: ideo ad ppl'um iam redēptū ⁊ ſaluatū ꝑ Chriſtū: ⁊ cōgre/gatū de natiōibus in vnā eccleſiā ⁊ ciuitatē dei di/rigit hūc pſalmū inuitantē ipm ad gratiarū actio/nes pro beneficio redēptionis: vnde duo facit. Nā primo facit qꝺ dictū eſt: ⁊ ſcḋo enarrat beneficia q̄ recepimus per aduētum Chriſti: ⁊ in quolibet nos admonet ad gratiarū actiones. ij. ibi. Errauerunt in ſolitudine. Dicit ergo David incipiendo cōſtru/ctionē ⁊ ſnīam in ſcḋo verſu. Oēs qui redēpti ſunt a dño nr̃o Jeſu Chriſto per aduētū ſuū quos rede/mit de manu ⁊ poteſtate diaboli inimici noſtri: et cōgregauit eos de nationibus in vnā eccleſiā / con/gregauit dico a ſolis ortu ⁊ occaſu: ⁊ ab aq̄lone et mari tā oceano ꝙ mediterraneo / oēs iſti a Chriſto redēpti ⁊ congregati dicāt inter ſe ⁊ exhortent̃ ſe/ipſos dicēdo. Cōfitemini dño Jeſu Chriſto qm̄ bo/nus eſt: ⁊ ieternū eſt / et erit mia ei⁹ quā nobis oſtē dit in ſua redēptiōe. Ex his verbis pꝫ ꝙ nō loqui/tur hic de tꝑali ⁊ particulari ⁊ corporali redēptio/ne: vt Judei ⁊ quidā cū eis delirant: ſed loquit̃ de vniuerſali ⁊ ſpūali ſalute ⁊ redemptione facta per Chriſtū: cū dicit. A ſolis ortu ⁊c. nec inuitat ſalſam Judeā ⁊ illū populū ad gratiarū actiōes: ⁊ ad lau/dandū deum: ſed totā eccleſiā ⁊ Chriſtianā religio/nē a ſolis ortu vſq; ad occaſum diffuſaꝫ ⁊ cōgrega/tam / que vere redempta eſt per Chriſtū: vñ David ꝓpheta bene ſciebat ex reuelatione ꝙ genus hūa/num nō poterat redimi nec ſaluari niſi per Chriſtū deum incarnatū / in cuius fide ſaluabant̃ antiqui: hunc ergo inuocat in omnibus pſalmis.

Errauerunt in ſolitudine in inaquoſo: viā ciuitatis habitaculi non inuenerunt. Infra eodem.

Eſurientes ⁊ ſitientes: anima eorum in ip/ſis defecit.

Et clamauerūt ad dominum cū tribularēt̃: ⁊ de neceſſitatibus eorū eripuit eos: Infra eodem et. xv. q. ſtia. ſ. ca. reuerti mini.

Et deduxit eos in viam rectam: vt irent in ciuitatem habitationis.

Confiteantur domino miſericordie eius: ⁊ mirabilia eius filijs hominum.

Quia ſatiauit animaꝫ inanem: ⁊ animaꝫ eſurientem ſatiauit bonis.



¶ In hac ſcḋa parte enumerat beneficia per xp̄m nobis illata in ſuo aduētu ꝓ quib⁹ grās tenemur referre. Et p̄mo memorat tria bñficia q̄ totū gen⁹ hūanū recepit ꝑ ſuā mortē / ⁊ reſurrectionē: ⁊ aſcen ſionē: ⁊ alia tria q̄ eccleſia recepit poſt ſuā aſcēſio/nē / ibi. Qui deſcēdūt mare ⁊c. ¶ Quātū ad primū eſt notādū: ꝙ totū genus humanū tria dāna here/ditaria incurrit ex pctō primorū parentuꝫ. Primo exiliū ab vtroq; paradiſo / cum fuit hō expulſus in hanc vallē lachꝛymarū inter beſtias ⁊ vepꝛes ⁊c. vñ dicit de⁹. Ne forte mittat manū ſuā / ⁊ ſumat de cibo ⁊ viuat ineternū. Unde ex hoc exilio incurrit famē ⁊ ſitim errādo per hāc vallē lachꝛymarū. Se cūdo incurrit infirmitatē ⁊ egritudinē tā aīe ꝙ cor poris. Nam in aīa perdidit iuſtitiam originalem: ⁊ fuit ſauciatus triplici culpa / ⁊ in corpore recepit oēs penalitates ⁊c. Tertio fuit condenatū totū ge/nus humanū ad captiuitatē ⁊ carcerē perpetuum diaboli: hic ꝑ culpā: ⁊ in futuro per penam: ⁊ ſic ho mo fuit exul / ⁊ eger / ⁊ captiuus. Sed ab his tribus dānis nos Chriſtus liberauit in ſuo aduentu. Pri/mo ab exilio: cū nos in vnā eccleſiā ex diuerſis lo/cis ⁊ nationibus congregauit / hic per gratiaꝫ: ⁊ in futuro per gloriā. Secūdo nos liberauit a captiui/tate cū per ſuū ſanguinem nos redemit ⁊ de infer/no abſtraxit. Tertio nos liberauit ab egritudine peccati ⁊ fomite eius: cū ex ſua paſſione virtutem contulit ſacramētis ad ſanādas noſtras infirmita/tes. Unde ꝑ ſuā paſſionē nos redemit a captiuita/te: ⁊ per reſurrectionē nobis recuperauit immorta litatē: ⁊ per aſcēſionē nos ab exilio reuocauit: ⁊ in/troduxit in celuꝫ. Et iō David nos admonet ad gra tiarū actiōes. Primo qꝛ nos reuocauit ab exilio: et ſiti: ⁊ fame. Scḋo quia nos a captiuitate liberauit Tertio: quia ab egritudine corporis et anime ſana/uit. ſecūdum ibi. Sedentes in tenebris. tertiū ibi. Suſcepit nos. Quantū ergo ad p̄mū dicit. Omnes filij Adā errauerunt in ſolitudine in inaquoſo ſolo huius mundi: ⁊ expulſi a terreſtri paradiſo: in qua ſolitudine viā ciuitatis celeſtis ⁊ illius eterni ha/bitaculi nō inuenerūt: imo viā perditiōis. ¶ Et di/cebatur ſolitudo hic mūdus: Nā in terreſtri para/diſo habebat Adā colloquium ⁊ familiaritatē ⁊ ſo cietatē angelorū: ſed cum fuit expulſus: tūc ab hu/iuſmodi fuit priuatus. In qua ſolitudine nō ſolum nō inuenit ciuitatē ⁊ habitaculū: ſed nec etiā viam ad ciuitatē ⁊ habitaculū dei. ⁊ ideo errabat totum gen⁹ humanū ſicut ouis q̄ perijt: ⁊ oēs ibāt ad ba/rathꝛū inferni ꝑdita via q̄ ad celum ducebat. Sed quia in tali exilio incurrerūt famē ⁊ ſitim nō ſolum corporalem cū perdiderūt cibū vite: ſed etiā ſpiri/tualem ⁊c. ideo ſequitur eſurientes ⁊c. Et incipit hic cōſtructio ſic dicēdo. Eſurientes ⁊ ſitientes er/rauerunt in ſolitudine: ⁊ viam ciuitatis et habita/culi nō inuenerūt. ideo anima. i. vita eorum in ipſis defecit cū perdiderunt oēs lignum vite. Ideo tunc oēs filij Adam cū per quinq; milia annoꝝ tribula/rētur ⁊ vexarentur a diabolo in lachꝛymarū valle ⁊ ſolitudine clamauerunt ad dñm. ſ. patriarche et prophete dicendo: vtinam dirumperes celos et de/ſcenderes ⁊c. Et tunc deus miſit filium ſuū ⁊ de ne/ceſſitatibus eorum eripuit eos. ⁊ per legē euāgeli/cā deduxit eos in viā rectam: vt irent in ciuitatem habitationis celeſtis quā perdiderunt. Ergo oēs q̄ reuocati ſunt ab hmōi exilio confiteantur dño mi/rabilia mie eius: ⁊ etiā cōfiteant̃ non ſolū dño ſed etiā oībus filijs hoīm poſtq̄ tā magnū beneficium receperunt: qꝛ dñs xp̄s per ſua ſacramēta eccleſia ſtica ſatiauit aīam inanē ⁊ vacuā grātie / ⁊ animam eſurientē ſatiauit hic bonis gratie: ⁊ in futuro bo/nis glorie: ⁊ maxie ſatiauit aīas nr̃as pane ſacra/mētali euchariſtie. Et ſic lꝫ tota iſta ꝑticula huius litere poſſet adaptari ad filios Iſrael q̄ errauerunt xl. annis in ſolitudine deſerti quos Joſue introdu xit in vberē terrā ꝓmiſſiōis: ⁊ tamē tūc illud ſ addu ceret̃ in figurā: qꝛ iſte pſalmus ⁊ ceteri nō adducū/tur: nec legunt̃ in eccl'ia ad hiſtoriam: ſed ad ꝓphe/tiā ⁊ intētū q̄ principal'r facti ſunt: vt frequēter di/ctū eſt: aliter poti⁹ eēt iudaiꝫare ꝙ ſacrā ſcripturā xp̄ianis exponere: qꝺ ſūmopere cauēdū eſt: ⁊ eſſet occultare theſaurū ſpiritus ſancti qui hic latet.

Sed entes in tenebris ⁊ vmbꝛa mortis: vin ctos in mendicitate ⁊ ferro. De pe. diſ. iij. ca. adhuc. vl tra medium. ſ. et. j. eodem

Quia exacerbauerūt eloquia dei: ⁊ conſi/lium altiſſimi irritauerunt.

Et humiliatū eſt in laboribus cor eorum: ⁊ infirmati ſunt nec fuit qui adiuuaret.

Et clamauerūt ad dñm cum tribularent̃: ⁊ de neceſſitatibus eorum liberauit eos.

Et eduxit eos de tenebris ⁊ vmbꝛa mortis ⁊ vincula eorum dirupit.

Cōfiteant̃ domino miſericordie eius: ⁊ mi rabilia eius filijs hominum.

Quia contriuit portas ereas: ⁊ vectes fer/reos confregit.

¶ Hic memorat ſcḋm bñficiū. ſ. qual'r xp̄s nos li/berauit a captiuitate ⁊ vinculis diaboli: ⁊ de carce re inferni. Et dicit xp̄s ſup. liberauit oēs filios Adā ſedētes in tenebris pctōꝝ hic ꝑ culpā ⁊ in iferno ſi/ue limbo ꝑ penā dāni: ⁊ in purgatorio ꝑ penam ſen ſus: ⁊ vinctos / ⁊ ligatos in mendicitate ⁊ ferro ca/tenarū culpe ⁊ pene. ¶ Unū Chriſt⁹ tria gña homi/nū liberauit. Prio ſctōs patres liberauit de limbo q̄ erant condēnati ad penā dāni. Scḋo expoliauit purgatoriū: in quo erāt q̄daꝫ de ppl'o dei cōdēnati ad tempus ad penaꝫ ſenſus. Tertio liberauit viuos q̄ erāt in vinculis pcti. Iō dicit xp̄s Joan. xij. Prin ceps huius mūdi eijciet̃ foras. ſic ergo liberauit ſe dētes in tenebris: ⁊ vmbꝛa mortis. Nā tā infern⁹ ꝙ q̄libet culpa dr̃ vmbꝛa mortis et priuatio luminis gr̄e. ⁊ tales dicūtur vincti mēdicitate: ⁊ fame: ⁊ fer ro dure ſeruitutis. Et ſubdit cām quare erant ī illa captiuitate / dicēs. Exacerbauerunt eloquia dei. i. qꝛ trāſgreſſi ſunt p̄ceptū dei de cibo vetito in para diſo: ⁊ ꝯſiliū dei. i. legē datā Moyſi irritauerunt et ꝯtēpſerūt ⁊ vanā reputarūt: ⁊ iō humiliatū ⁊ deiectū eſt in laborib⁹ cor eoꝝ ex ſnīa dñi dicētis. In ſudo/re vultus tui ⁊c. Et infirmati et percuſſi ſunt in aīa culpa: et ī corꝑe penalitatib⁹: et ī ſenſualitate fomi te cōcupiſcētie: et nō fuit q̄ eos adiuuaret: nec libe rare poſſet a pctō et penis ei⁹. Et iō cū ꝑ q̄nq; mi/lia ānoꝝ tribularēt̃ in hmōi captiuitate: clamaue rūt ad dñm ꝑ ꝑ̄triarchas et ꝓphetas: et ſic xp̄s ve/nit in carnem: et liberauit eos de neceſſitatibus: et vinculis eorū: et eduxit eos de tenebris: et vmbꝛa

C. tria genera hoīm xp̄s liberauit.

mortis tā inferni q̄ peccati: ⁊ vincula eoꝝ dirupit qñ portas ereas inferni/⁊ pctōꝝ: et vectes ferreos cōfregit. Et idō oēs qui liberati ſunt ab huiuſmodi captiuitate confiteantur dño/⁊ filijs hoīm mirabilia opa miſericordie eius/q̄ cōtriuit portas ereas/⁊ vectes ferreos cōfregit. ¶ Notādū ꝙ oīa verba deponentia habēt duplicē ſignificationē in tertijs pſonis. ſ. actiuā ⁊ paſſiuam ſicut verba cōia/⁊ idō ly confiteant̄ forſan tenet̄ in hoc loco paſſiue. ſ. confiteant̄ dño mie eius. i. cū cōfeſſione ipſi referant̄: et memorent̄ ad eius laudē: ⁊ mirabilia eius ꝯfiteantur/⁊ manifeſtentur filijs hoīm: vt cognoſcāt ⁊ laudent eius oīpotētiam. Nā deo debemus agere gratias cōfitēdo miſericordias eius quas nobis fecit ⁊ debent cōfiteri/⁊ manifeſtare: ⁊ p̄dicari hominibus mirabilia opera eius ⁊ miracula ⁊c.

Nota.

xxiij. q. ij. n quibet. et xv. q. j. firmiſſime. ſ. et. j. eo. c. muu. j. ſ. ... e. des.

Suſcepit eos de via iniqtatis eorum: propter iniuſtitias enī ſuas humiliati ſunt.

Oēm eſcā abominata eſt aīa eoꝝ: ⁊ appropinquauerūt vſq; portas mortis.

Et clamauerūt ad dñm cū tribularentur: ⁊ de neceſſitatibus eoꝝ liberauit eos.

Miſit verbum ſuū ⁊ ſanauit eos: ⁊ eripuit eos de interitionibus eorum.

Cōfiteantur domino miſericordie eius: et mirabilia eius filijs hominum.

Et ſacrificēt ſacrificiū laudis: ⁊ annuncient opera eius in exultatione.

¶ Hic memorat tertiū bñficiū. ſ. q2 Chriſt⁹ nō ſolū reuocauit genus hūanū/⁊ filios Adā ab exilio/et a captiuitate diaboli: ſ3 etiā ſanauit eos ab infirmitate nō ſolū culpe: ſ3 etiā pene corpalis ⁊ ſpūalis ⁊ hoc p ſacramēta eccl'iaſtica/⁊ ſuā reſurrectionē: vt dictū eſt. Idō ait: Chriſtus ſuſcepit eos de via: et culpa iniqtatis eoꝝ. nā ꝑpter iniuſtitias/⁊ p̄uaricatiōes ⁊ rebelliones ſuas hūiliati ⁊ condēnati et pcuſſi ſunt diuerſis egritudinib⁹ corpis ⁊ aīe. Nam in aīa fuerūt ſauciati pctō: ⁊ in corpe diuerſis infirmitatib⁹/et in appetitu fomite/⁊ cōcupiſcentia inordinata. Intātū ꝙ oēm eſcā ſalubrē ⁊ bonā doctrinā abominata eſt aīa eoꝝ: inclinātes ad malū abhorrētes bonū: ⁊ ſic appropinquauerūt vſq; ad portas mortis: debilitati in cōſuetudine pcti. ſ3 tūc cū p tot tpa tribularent̄: ⁊ vexarent̄ in morbo pcti clamauerūt ad dñm ⁊ de neceſſitatib⁹ eoꝝ liberauit eos iſto mō. Nā miſit verbū ſuū. ſ. xpm: ⁊ p mortē ⁊ paſſionē: ⁊ eccl'iaſtica ſacrā ſanauit eos/⁊ eripuit eos de interitiōib⁹: ⁊ occiſionib⁹: ⁊ interēptionib⁹ eoꝝ. vñ p mortē liberauit eos: ſ3 p eccl'iaſtica ſacrā ſanauit eos a pctis cōmiſſis: ⁊ eripuit: ⁊ preſeruauit eos ab interēptiōib⁹ ⁊ pctis futuris. Nam ſacrā nō ſolū ſanāt culpā/ſ3 et preſeruāt a futuris mitigādo fomitē. Oēs ergo ſanati ab hmōi morbis ꝯfiteāt̄ dño ⁊ filijs hoīm mirabilia mie ei⁹: ⁊ oēs ſacrificēt ſacrificiū laudis: ⁊ offerāt euchariſtie ſacrū qd̄ de ſe ⁊ ope opato eſt bonum ⁊ laudabile: ⁊ oēs annūciēt opa eius. ſ. myſteriū icarnatiōis: ⁊ redēptionis: ⁊ oīa miracula ⁊ bñficia ei⁹/⁊ hoc in exultatione cū hymnis ⁊ canticis. Et nota ꝙ ly confiteant̄ aliter pōt cōſtrui ſic: Miſericordie ei⁹ confiteant̄ dño ⁊ manifeſtent eum: ⁊ oēs ab huiuſmodi liberati cōfiteant̄ mirabilia eius filijs hominum.

Qui deſcendunt mare in nauibus facientes operationem in aquis multis. Jone. j. ...

Ipſi viderunt opera domini: et mirabilia eius in profundo.

Dixit ⁊ ſtetit ſpiritus procelle: et exaltati ſunt fluctus eius.

Aſcēdūt vſq; ad celos: ⁊ deſcendunt vſq; ad abyſſos: aīa eorū in malis tabeſcebat.

Turbati ſunt et moti ſunt ſicut ebrius: et omnis ſapientia eorum deuorata eſt.

Et clamauerunt ad dñm cum tribularent̄: ⁊ de neceſſitatibus eorum eduxit eos. ſupra eodem. xcv. ... c. ecce. et. ...

Et ſtatuit ꝓcellam eius in aurā: ⁊ ſiluerūt fluctus eius.

Et letati ſunt quia ſiluerūt: ⁊ deduxit eos in portum voluntatis eorum.

Confiteantur domino miſericordie eius: ⁊ mirabilia eius filijs hominum.

Et exaltent eum in eccleſia plebis: ⁊ in cathedra ſeniorum laudent eum.

¶ Hic memorat alia tria bñficia q̄ recepit eccl'ia iā redēpta poſt aſcēſionē: q liberata eſt a tribu ꝑiculis ⁊ pſecutiōib⁹. Nā prio paſſa ē pſecutionē tyrānoꝝ. Scdō hereticoꝝ: a qbus liberauit eā xps. Tertio q2 bonū ſynagoge trāſtulit i ꝑpl'm gētiū: q2 ſuccedit i hereditatē: ſynagoga reprobata: ⁊ penā ⁊ malū ppl'i gentilis xps trāſtulit in ſynagogā. q prio inuitat fideles ⁊ eccl'iam: q2 liberata eſt a naufragio: ⁊ tēpeſtate tyrānoꝝ impatoꝝ. Scdō: q2 ppl's gentilis ſucceſſit in fructū ⁊ hereditatem ſynagoge ipa manēte arida ⁊ reprobata. tertio quia liberata eſt eccl'ia a tribulatione ⁊ prētiōe hereticoꝝ. Scdō3 ibi. Poſuit flumina. Tertiū ibi. Et pauci facti ſunt. ¶ Quātū ad primū dicit. Fideles iā a dño redepti q deſcēdūt mare hui⁹ mūdi nauigātes i nauib⁹ huius eccleſie faciētes opatiōes ſuas/obſeruādo legē euāgelicā i aqs multis. ſ. iter pſecutiōes ifideliū: ipſi fideles. ſ. apl'i ⁊ martyres: ⁊ ceteri xpiani viderūt opera dñi: ⁊ mirabilia q̄ fecit xps in pfundo tēꝑius maris: ⁊ pſecutiōis fluctuātis. Nā de⁹ dixit ⁊ pmiſit ⁊ ſtetit ⁊ durauit ſpūs ꝓcelle hui⁹ pſecutionis. CCC. ānis: vſq; ad Conſtātinū: ⁊ p oīa illa tpa exaltati ſunt fluct⁹ pſecutionū ꝓcedē imperatoꝝ ſeuiētes. x. pſecutiōes eccl'ie. ¶ Vn̄ ſicut naues agitate a fluctib⁹ qñq; vident̄ aſcēdere vſq; ad celum ⁊ poſtea deſcēdere vſq; ad abyſſos: ⁊ iterū aſcendere: itm̄ ꝙ naute turbant̄ ⁊ pdūt arbitriū/et ſciētā nauigādi: ita pariter Nero: et Domitian⁹: et Dec⁹: et Seuerus/⁊ Diocletian⁹: ⁊ Maximian⁹: ⁊ ceteri tyrāni conati ſunt ſubmergere nauē eccl'ie: vſq; ad abyſſos: ſ3 deus ſiue gubernator eius eleuauit eā vſq; ad celū p potētiā ⁊ fortitudinē: et itm̄ conat⁹ ē Diocletian⁹ ſubmergere ipſam: q̄ multi naute et fideles deficiebāt iā: et intm̄ turbata eſt eccl'ia: qd̄ fideles nō audebant publice ſe chriſtianos noiare imo fugiebāt p ſpeluncas et antra. Intm̄ ꝙ Marcellinus papa timore mortis pculſus idolis publice thu

D. Oño eccl'ia dei agitata fuit.



rificabat. ⁊ ſic ſapiētia nautarū eccl'ie quaſi deuorata eſt. ⁊ idō dicit. Aſcēdūt. i. aſcēderūt naute eccl'ie vſq; ad celos p fortitudinē ⁊ ſapiētiā: q2 quotidie p oēs partes martyrio coronabāt̄ vltra. c. milia: et poſtea deſcēderūt vſq; ad abyſſos p mortē qñ ad ſpeluncas fugerūt: ⁊ oīs ſapiētia eoꝝ deuorata eſt cū metu mortis: licet nō corde idolis multi eorum thurificabāt. Sed tūc beat⁹ Syluester/⁊ ceteri p̄latieccl'ie ⁊ fideles/cū taliter i hac tēpeſtate/⁊ naufragio tribularent̄ clamauerūt ad dñm: ⁊ de neceſſitatib⁹ eorū eduxit eos iſto modo. Nā miſit beatū Syluestrū ⁊ ſanauit Cōſtātinū impatorē de lepra qui poſtq; fuit baptizat⁹ fecit ceſſare pſecutionē/⁊ exaltauit ⁊ ditauit eccl'iā: ⁊ ſic fideles letati ſunt: q2 ſiluerūt pſecutiones eccl'ie/⁊ eduxit eos dñs in portū ⁊ quietē volūtatis eorū. i. in ciuitatē deſideratā. Ergo fideles eccl'ie iā a pſecutionib⁹ p Xp̄m liberati cōfiteant̄ Chriſto/⁊ filijs hoīm mirabilia mie ei⁹. Et q añ nō audebant publice xpm noiare/nec eccl'ias erigere: iā ex p̄cepto imparoris Conſtātini exaltēt xpm in eccl'ia plebis toti⁹ mūdi/⁊ edificēt publice eccl'ias in honorē xpi/⁊ virginis Marie: ⁊ exaltēt eū/⁊ papā vicariū ei⁹/⁊ ep̄os ⁊ archiepiſcopos in cathedra ſeniorū puta ſummorū pontificū/⁊ ſacerdotū: ⁊ in eadē cathedra laudēt xpm. hoc dicit: q2 Cōſtātin⁹ exaltauit papā i ſede imperiali/⁊ relicta/⁊ cōceſſa ſibi Roma cū tota Italia ipe ad Cōſtātinopoli ſe trāſtulit. Nā xps in ſuo vicario papa ⁊ ceteris p̄latis eccl'ie venerat̄. ⁊ ſic laudat̄ xps i p̄latis eccl'ie p honorē: ⁊ laudat̄ iugit̄ in eccl'ia i offō canōico diurno pitērq; nocturno poſt ꝯuerſiōez cōſtātini: cū añ null⁹ eū publice auderet noia e. Ecce qūo liberauit Xp̄s eccl'iā ſuā a naufragio ⁊ fluctuatiōe tyrānorū. Idō ꝯfiteant̄ dño ⁊c.

xv. q. j. c. firmiſſime. ſ. et. eo. c. ... ... in ca. ... Aug. et ... ſe. ſeq.

Poſuit flumina in deſertum: ⁊ exit⁹ aquarum in ſitim.

Terram fructiferam in ſalſuginē. a malicia inhabitantium in ea.

Poſuit deſertū in ſtagna aquarū: ⁊ terrā ſine aqua in exitus aquarum.

Et collocauit illic eſurientes: ⁊ cōſtituerūt ciuitatē habitationis.

Et ſeminauerunt agros ⁊ plantauerūt vineas: ⁊ fecerunt fructum natiuitatis.

Et benedixit eis ⁊ multiplicati ſunt nimis ⁊ iumenta eorum non minorauit.

C. ſo ... martyru ... ...

¶ Hic memorat ſcdm mirabile ſiue bñficiū. vñ notādū ſicut dictū eſt ſup pſal. primo ꝙ lex vet⁹ erat ſicut arbor que faciebat folia/q̄ erāt ſacramēta vet. leg. ſ. circūciſio ⁊c. q̄ licet remouerēt pctm̄ tñ nō aperiebāt celū. idō expectabāt verū fructū/⁊ eccl'iaſtica ſacra p aduētū xpi. Ex quo pz ꝙ lex vet⁹ erat fructifera in ſpe Chriſti futuri. ſed adueniente Chriſto q cōfecit eccl'iaſtica ſacramēta q̄ nō ſolū ſanāt ⁊ iuſtificāt a pctō: ſed etiā cōferūt gratiā aperientem celū in virtute paſſionis Chriſti/⁊ ſacramēta vete. leg. deinceps facta ſunt mortifera: q2 iam arbor ſynagoge ſecuri p̄ciſa eſt p Chriſtū/⁊ ficulnea eius iā facta eſt arida p xpm ⁊ maledicta. ⁊ p ꝯſequēs nō ampli⁹ expectat̄ fruct⁹ ab ea poſtq; facta eſt trāſlatio legis ⁊ ſacerdotij a ſynagoga i eccl'iā Chriſti. Cū ergo gētilis ppl's ſuſcepit legē Chriſti/⁊ eius ſacrā: ſeqtur ꝙ ſuſcepit fructū/et hereditatē ſynagoge. ¶ Ex quo pz ꝙ ſynagoga q erat fructifera ⁊ irrigua: facta eſt ſterilis ⁊ arida: ⁊ ppl's gentilis q̄ erat ſterilis/et aridus ſine lege/factus eſt irrigu⁹ ⁊ fructifer /⁊ fructus ſynagoge tranſlatus eſt in ppl'm gētilē/⁊ ſterilitas et pctm̄ ppli gētilis trāſlatū eſt in ſynagogā. qd̄ lōge añ ꝓpheta. Eſaie. xxxv. p̄dixit: q2 ſciſſe ſunt in deſerto aq ⁊ torrētes in ſolitudine/⁊ q̄ erat arida in ſtagnum/⁊ ſitiens in fontes aquarū/in cubilib⁹ in qb⁹ dracones prius habitabāt orietur viror calami ⁊ iūci ⁊ erit ibi ſemita et via ſancta vocabit̄. Hoc idē cōfirmat Chriſt⁹ Mat. xij. Cū imūdus ſpūs exierit ab hoīe/vadit p loca arida/⁊ inaquoſa q̄rēs requiē ⁊ nō inuenit/et aſſumit ſeptē ſpūs neqores ſe/⁊ ingreſſi habitant ibi ⁊c. et ſubdit. Fiunt nouiſſima hoīs illi⁹ peiora priorib⁹ ⁊c. De hac trāſlatiōe fruct⁹ ⁊ hereditatis q̄ p aquas ſignificat̄ ait: Dauid ꝙ Chriſt⁹ in ſuo aduētu/⁊ in cōuerſiōe magni Cōſtātini poſuit flumina. i. ſynagogā q̄ erat aqua legis diuine i ſacramentis: q2 tūc ſacramēta vet. le. refrigerabāt aīam/et faciebāt eā fructificare: ſ3 aduenientē lege ei⁹ euāgelica ⁊ ſacramētis ei⁹ p paſſionē Chriſti fuerunt ſiccata flumina grā dei qb⁹ illa ſynagoga irrigabat̄ et expectabat fructū. Iā xps poſuit. i. cōuertit flumina ſynagoge in deſertū aridū/et infructuoſum/et cōuertit exitū aquarū ei⁹ in ſitim/⁊ cōuertit terrā fructiferā. ſ. ſynagogā q̄ añ erat fructifera i ſalſuginē. i. in ſterilitatē et amaritudinē: et hoc factū eſt a malitia et inuidia/⁊ cecitate Scribarū/et ſacerdotū/⁊ phariſeorū habitātiū in ea: quia occecauit eos malitia eorū/ne itelligerēt ſacramēta dei/⁊ ne Chriſtū reciperēt. idō trāſlatū eſt ab eis regnū/et lex/et ſacerdotiū ad gētiles q̄ xpm receperūt. idō ſubdit. Poſuit deſertū in ſtagna aquarū. i. ppl'm gētilē/q añ erat deſert⁹ et aridus nō habēs legē: nec ꝓphetas: ⁊ terrā ſine aqua poſuit fontes et exitus aquaꝝ: q2 de ppl'o gētili cōuerſi ſunt ml'ti q̄ poſtea fuerūt doctores: ſicut Ambro. ⁊ Aug. et Euſebi⁹: a qbus exierūt fontes aquarū diuine ſapiētie. Et in toto ppl'o gētili ad Chriſtū cōuerſo exierūt fontes aquarū diuinoꝝ ſacramētorū. ⁊ illic. ſ. in illo deſerto facto irriguo collocauit Chriſt⁹ gētiles eſurientes q̄ erant ſine lege: ⁊ illi gētiles cōſtituerunt ciuitatē habitatiōis: q2 p maiori pte eccl'ia cōgregata eſt de gētilib⁹ ⁊ nō ſolū illi edificarūt eccl'iā ſpūalē ſed etiā multas eccl'ias materiales edificarunt p ciuitates/⁊ oppida/⁊ villas: ⁊ reges/⁊ p̄ncipes ſoluebāt ſumpt⁹: vt pz de Cōſtātino. ⁊ ſeminauerūt agros fertiles i eccl'ia/⁊ plātauerunt vineas: quia Aug. ⁊ Euſebi⁹ ⁊ ceteri doctores de illo ppl'o ꝯuerſi/q̄ libros ediderūt ad elucidādā legē diuinā: tot agros/⁊ vineas plātauerūt in eccl'ia: ⁊ fecerūt fructū natiuitatis. i. fruct⁹ naturales ⁊ veros/⁊ nō fictos nec falſos: ſicut eſt doctrina Iudeorū ⁊ hereticorū. ⁊ ſic de⁹ bñdixit eis. ſ. gētilib⁹ ad fidē cōuerſis: ⁊ mul'tiplicati ſūt nimis: q2 p oēs fines terre diffuſa eſt fides Chriſti in gentib⁹. Et tñ iumēta eorū nō minorauit. ſ. bona tēporalia/q̄ ſunt iumenta ad vitam hoīs ſuſtentandā. immo manſerunt in dñio ſuo reges/⁊ imperatores/et poſſederūt bona tēporalia. p oppoſitū Iudei: immo perdiderūt regnū/⁊ ſacerdotiū/⁊ fuerūt trucidati/et exules/et diſperſi/⁊ captiui per Titum et Romanos.

xſ. di. c. eccleſia z. xvſ. q ij. ca. et hoc. Joan. xxij. c.

**Et pauci facti ſunt: et vexati ſunt a tribulatione malorum et dolore.**

**Effuſa eſt contentio ſuper principes: et errare fecit eos in inuio z non in via.**

**Et adiuuit pauperem de inopia: et poſuit ſicut oues familias**

**Uidebunt recti et letabuntur: et omnis iniquitas opilabit os ſuum.**

**Quis ſapiens et cuſtodiet hec: et intelliget miſericordias domini:**

¶ Hic ponit vltimũ bñficiũ: z pſſurã a qua liberauit dñs eccl'iã poſt ↄuerſionẽ gẽtiliũ. ſ. a pſecutiõe z tribulatione hereticorũ. ¶ Uñ notãdũ q̄ poſtq̄ eccl'ia iã fuit in q̄ete/z pace/z pſperitate/liberata a vexatiõe tyrannorũ diabol' machinat' eſt: eã infeſtare alia via. ſ. cõtentiõe z hereticorũ. Uñ ſurrexerunt heretici in eccl'ia cõtendẽtes de lege Chriſti inter ſe: nõ ex zelo legis: ſed ambitiõe honoris: z ſemiauerũt diuerſas hereſes/z cõfinxerũt ſectas enormes z execrabiles. Nã Sabelli' dicebat q̄ pr̃ z fili' z ſpũs ſctũs erãt idifferẽter nomina ſynonyma: q2 idẽ erãt pr̃ z fili' z ſpũs ſctũs/ſ3 ſm diſtinctos reſpect' ſortiebant diuerſa noĩa/z ſic cõfundebat pſonas: imo dicebat q̄ de' dict' eſt pr̃ ante incarnationẽ: ſ3 p incarnationẽ idẽ de' dict' eſt fili' zc. Poſtea tpe cõſtãtini ſurrexit Arri' pſ. ẏter Alexandrinus vir callidus z verſut'/z dixit q̄ ſicut in diuinis erãt tres pſone: ita tres ſubſtãtie: z q̄ fili' nõ erat de': ſed pfectiſſima creaturarũ ab eterno a pr̃e creata fil'is patri in largitate gr̃e: ſ3 nõ equalis in ſubſtãtia: z ſic turbauit totã eccl'iã orĩetalẽ cũ ſua execrabili ſecta/q̄ maximos z inumeratos habuit fautores. Nã q̄dã diſcipul' ipſi' arrij ſubveſte vulpina decepit Cõſtãtiã filiã Cõſtãtini: z ſuo veneno ſauciauitq̄ etiã fratrẽ ſuũ Cõſtãtinũ impatorẽ ad prefatã ſectã deduxit: z tũc Cõſtantinus incepit catholicos pſequi p oẽs partes mundi. Unde Athanaſi' epũs Alexãdrin' cõpulſus eſt fugere ab eccl'ia ſua vſq̄ ad Gallias. Et itẽ apud Ariminiũ cõtra catholicos cõcilio ↄgregato Hilari'/z Martinus/z ceteri catholici in exiliũ relegant: z ſic facies eccl'ie icepit heretica prauitate deturpari: intãtũ q̄ Rome Liberi': z Hieroſolymis Cyrillus/z Alexandrie Georgi' raptim z procaciter eccleſias regebãt oẽs heretica fictiõe maculati: z intm̃ pſecuti ſunt catholicos: vt hec pſecutio oẽs p̃teritas pſecutiões tyrãnorũ ſuperare videret/z oẽs fautores principũ erãt eodẽ veneno ſauciati. Nã reges Gothorũ/z vvandalorũ ceperũt illã ſectã: et ſic ſimul Theodoric' i Italia/z reges Gothorũ in Gallia/z Hiſpania/z vvãdali in Africa oẽs pſequebantur eccl'iã catholicã. Uñ in Affrica plures effecti ſunt martyres q̄ tpe Diocletiani: intm̃ q̄ catholici pauci in numero effecti ſunt/z vexati/z relegati p mundũ. Uñ eccl'ia paſſa eſt hãc pſecutionẽ vſq̄ ad tpa Mauritij impatoris/z Gregorij pape. Nam Theodoric' in Italia extinctus eſt ſimul cũ ſecta Arriana: z Belliſari' magiſter militie Juſtiniani oẽs vvãdalos in Africa ſimul cũ ſua ſecta deleuit: z in Hiſpania ſuadẽtib' Iſidoro/z Leandro Ricardus rex Gothorũ cum ſuis catholicus effectus eſt.

¶ Eccl'ia infeſtatur ab hereticis.

Et ſic iniqua ſecta Arriana oppilauit os ſuum/et preualuit fides catholica. Preuidens ergo propheta hãc pſecutionẽ de qua eccl'ia erat p Chriſtũ liberãda dixit. Et catholici ſupple: qui intm̃ fuerãt pſperati/z multiplicati fauore magni Conſtantini: poſtea ob pſecutionẽ Arriane prauitatis minorati/z pauci facti ſunt: q2 fuerunt vexati/z afflicti tribulatione/z pſecutione/et dolore. i. tormẽto malorũ hereticorũ. ſ. Arrianorũ/z Manicheorũ/z Donatiſtarum/z Pelagianorum. Nã effuſa z orta fuit cõtẽtio iter principes/z hereſiarchas eorũ ſuſcitãtes diuerſas z cõtrarias opiniones/vt dictũ eſt: et q2 hoc nõ fecerũt ex zelo eccl'ie: ſed ambitione honoris z glorie: idõ deus fecit. i. pmiſit eos errare in inuio/z nõ in via: q2 nõ pceſſerũt per viã veritatis/nec intellexerũt veritatẽ ſacre ſcripture: imo errauerũt p inuiũ/z extra viã veritatis dño permittente. Nam Sabellius poſuit confuſionem in perſonis: z Arrius diſtinxit ſubſtãtias: immo in eadẽ ſecta Arriana ſurrexit triplex opinio cõtraria inter ſectatores Arrij/z Macedoniũ/et Eunomiũ: et ſic oẽs licet cõtrarij ambulabant per inuiũ. Itẽ ſurrexit Pelagius z dixit q̄ oẽs poterant operari meritorie abſq̄ gratia per ſolũ liberũ arbitriũ: z poſtea Neſtori' poſuit duas pſonas in Chriſto ſicut ſunt due nature z ecõtra. Eutichi' dixit in Chriſto eſſe tm̃ vnã naturã/ſicut erat vna perſona. Uerũtñ cõtra hos ſuſcitauit Chriſtus cõplures doctores qui defenderũt eccleſiã ſcripturis z diſputationibus. Unde Auguſt. contra Manicheos. xxij. volumina ſcripſit/z cõtra Arrianos libros de trinitate cõpoſuit: z cõtra Maximinũ epm̃ eorũ luculentiſſime eorum rationes refutauit. Demũ ↄtra oẽs hereſes ſcripſit: intantũ q̄ heretica prauitas z iniq̃tas vndiq̄ cõuicta z cõfuſa oppilauit os ſuũ et deleta eſt eccleſia. Et tunc catholici z recti quieuerunt z letati ſunt/et factũ ẽ vnũ ouile/et vnus paſtor in eccleſia/et oẽs oues p hereticos decepte reuerſe ſũt ad ſuũ ouile. Ideo ſubdit: Et adiuuit. i. releuauit pauperẽ eccleſiã de inopia/z pſecutiõe principũ/z regũ hereticorũ: z poſuit familias ſuas. i. catholicos obedientes ſicut oues in ouili eccleſie cõgregauit: z recõciliauit reges et pncipes q̄ ante erãt lupi/et perſecutores: Et ſubdit ppheta: Tũc recti. i. catholici/q̄ per magna tẽpora retro fuerant vexati/tũc facta conuerſione z reconciliatione letabunt reddentes gratias deo: z omnis iniquitas et heretica prauitas confuſa et conuicta per Auguſtinũ z ceteros doctores obmuteſcet/z oppilabit: z obſtruet os ſuum/ne amplius loquatur. Et cõcludit ppheta ppter ea que dicta ſunt: et dicit. Quis homo ſapiẽs cuſtodiet et cõſiderabit hec que dicta ſunt: z intelliget. i. intelligere z cõprehendere poterit miſericordias domini quaſi dicat: nullus poterit comprehendere altitudinẽ z profunditatẽ mie dei: cum eius miſerationes ſint ſuper oĩa opera eius: nec valebit agere/aut referre gratias pro tantis et tot beneficijs receptis. Uel forſan ſnĩa hui' vltimi verſiculi põt referri ad profunditatez prophetie et intelligentie hui' pſalmi. Nam dauid memorauit in hoc pſalmo ſex preſſuras/a quibus multi ſunt liberati ex dei miſericordia cũ clamarent ad dñm. Uñ Judei ad literam/primã intelligunt qualiter de' liberauit filios Iſrael p deſertum in quadraginta annis/z introduxit eos in terrã pmiſſionis. Per ſe

Expla gatia pſalmi.



cundã intelligunt qualiter de' liberauit Joſeph: et Manaſſem z multos alios tpe Judicuz de carceribus. Per tertiã qualiter deus ſanauit filios Iſrael morſos a ſerpentib'. Numeri. xxj. Per quartã qualiter deus liberauit Jonam/et alios de naufragio. Per quintã qualiter de' p Eliſeum fecit fructiferã terrã ſterilẽ ponendo ſa in aquis. Per ſextã qualiter deus liberauit multas ciuitates a ſeditionibus ciuium: z pſecutionib' tyrannorũ. Uerũtamen licet iſta fuerũt literaliter impleta et facta: tñ q2 Dauid iſtũ pſalmũ fecit in pphetiã/z nõ ad hiſtoriã: ideo nõ eſt ſiſtendũ in litera. Nam cũ maiori extorſione deducitur iſta lr̃a ad illas hiſtorias: q̄ ad veram pphetiã: vt pz manifeſte: nã vltima particula vbi dicit/ Pauci facti: non bene põt applicari ad hiſtoriã et ſeditionẽ antiquarũ ciuitatũ: cũ manifeſte loquat de hereticis cum dixit. Oĩs iniquitas oppilabit os ſuũ letantib' ſ. catholicis et rectis zc. Et ideo cõtra Judeos hunc pſalmũ ad ſolã literam intelligentes ait ppheta: quis ſapiẽs intelligeret z cuſtodiet hec ſupradicta. i. cõſiderabit: et ad tp̃s eccleſie applicabit: z intelliget miſericordias dñi factas z impletas p Chriſtũ in eccleſia. i. oĩa iſta refert ad aduentum Chriſti: et intelliget eſſe dicta de Chriſto. q. d. nullus intelliget: niſi ſoli catholici et fideles chriſtiani. Naz tam Judei q̄ heretici: z infideles erant in inuio: z nõ in via. Ex ſupradictis pz q̄ vehementer peccãt catholici. q̄ iudaizãtes cum Judei nolũt intelligere ſupradictos tres pſalmos niſi ad hiſtoriã z literã ve. te. cũ ſit pbatum in prologo: z p oĩa ſupradicta q̄ oĩa geſta ve. teſt. non erant gratia ſui: ſ3 figura Chriſti futuri. Et dictũ eſt q̄ aliter oẽs maiores ve. te. ad minus crediderunt tribus articulis de Chriſto futuro. crediderũt eñ incarnandũ Chriſtũ z paſſurũ z reſurrecturũ: in cui' fide ſaluabant: z ſciebãt p nullũ poſſe ſaluari: niſi p Chriſtũ futurũ. ergo illũ inuocabãt ad ſaluãduz. Ex q̄bus pz q̄ oĩa hec p̃uidẽs Dauid oẽs exhortatur ad cõfitẽdũ Chriſtũ: z laudãdũ eũ de mirabilibus q̄ tũc facturus erat: z poſtea fecit in noſtra redẽptione. Et ſic poſtq̄ nox p̃ceſſit z iã ambulam' in die nõ debem' q̄rere vmbrã litere: ſed veritatez latẽtẽ in litera. ad quã pphetice locut' eſt Dauid.

Supra pſ. lv. de i. 3o Reg. ii. r. cap. medio inter.

**Paratum cor meum deus paratum cor meuz: cantabo z pſallã in gloria mea.**

**Exurge pſalterium: et cithara: exurgam diluculo.**

¶ Titulus: Canticũ pſalm' Dauid. eo q̄ pſalmus iſte cãtabat voce z inſtrumẽto: vt dicetur infra. Uñ eſt aduertendũ q̄ iſte pſalm' eſt compoſitus ex duobus. Naz quinq̄ primi verſus ſunt excerpti a pſal. lvj. z octo verſus vltimi ſunt excerpti a pſal. lix. ſ. ab illa pticula: Ut liberent dilecti zc. Et ſic ex. xiij. verſibus compoſitus eſt iſte pſalmus. z cauſa fuit. Nã Dauid fecit pſalmos de oĩbus victorijs ſuis: z liberationib' a periculis inquantum in eis in ſpũ preuidebat aliud myſteriuz futurũ de chriſto z eccleſia: vt dictũ eſt: ſed poſtea illos pſal. applicabat: vt cãtarent in aliquib' feſtiuitatib' ſcõz pphetiã. z ſic in hoc loco de pſalmis iã factis accepit duas particulas: z cõfecit hũc pſal. appropriatum ad cãtandum in tabernaculo: et tẽplo dñi: ſicut nos ex duobus facimus vnuz: z cantamus in laudibus: puta Deus deus meus: z Deus miſereat noſtri. Item ex tribus vnuz: vt Laudate dñm de celis. z Cãtate z Laudate dñm in ſanctis eius. Iſte ergo pſal. ſicut cõponit ex illis duob': ita cõuenit in ſnĩa cum illis ſed differt. Nã pſal. lvj. incipit a perſecutione z clamore: z finit in gratiarũ actiones p liberatione. et lix. incipit a pſecutione z finit in victoriã: vt ibidez dictũ fuit ſed iſte pſalm' totus eſt letus. Nã in prima parte cõtinet gratiarũ actiones pſalmi. lvj. In ſcõa ptinet victoriaz pſal. lix. z ſic iſte pſal. iã p particulas ibi eſt expoſit'. ſ3 ne videat manere hic ſine forma expoſitionis: oportet q̄ ſpecialiter z breuiter hic exponat. Ad cui' intelligentiaz eſt notandum: q2 dicit Ra. Macados q̄ hanc preeminentiaz habet Dauid ſup oẽs pphetas. Nã cuz ceteros prophetas excitaret a ſomno ipſa claritas diei: tñ ipẽ Dauid excitabat añ aurorã z diẽ: eo q̄ ſpũs ſanct' excitabat ipſum Dauid ante diluculũ ad pphetandum. Uñ dicit q̄ ventus aquilonaris intrabat per feneſtrã camere Dauid in qua dormiebat: z mouebat chordas cithare z pſalterij q̃d pendebat in capite lecti. z ſic Dauid excitatus incipiebat pulſare citharam z tunc ſpũs ſanctus implebat menten Dauid: z ſic pphetabat z condebat pſalmos. z ſic ſpũs ſanctus incipiebat in eo: z pficiebat pphetiã. Nam ita dulciter ſonabat q̄ de' deſcendebat de celo ad audiendũ eum: z ſic augebat in eo prophetiaz: z dabat ei ſpiritum pphetticũ. Et ideo Dauid cũ cõtemplaret aliq̃d myſteriũ. z aliquã partẽ ſcripture ſacre ex parte noctis quã nõ intelligebat: inuocabat ſpm̃ ſanctũ: vt excitaret eũ ante aurorã: z illuminaret eũ: vt poſſet intelligere ſacrã ſcripturaz z diuina myſteria in ea contenta: vt ex eis poſſet cõdere pſalmos. Et ideo ſemper qñ ex parte noctis ſe reponebat in lecto: dicebat principiũ hui' pſal. ſ. Exurge gloria mea exurge pſalteriũ z cithara: z exurgã diluculo. q. d. Ueni ſanct' ſpũs: z excita citharaz: z pſalteriũ meuz: z pulſa z illumina mentẽ meam: et exurgã diluculo ad laudanduz te/z ad pphetandũ z ad cõdendũ pſalmos: q2 cor meũ paratum eſt ad cantandũ: z pſallenduz ſi tu excitaueris me. et iſta eſt ſententia huius Rabi: q̄ licet ſit vera: z tribuat maximã dignitatẽ pphetie ipſius Dauid pre ceteris pphetis: tñ nõ aperit nec explicat totũ myſteriũ: z ſacramentũ cõtentum in hoc pſal. ¶ Ad cui' maiorẽ intelligentiã eſt prenotandũ ſcõm apl'm ad Roma. v. z. vſ. et prime ad Corint. xv. q̄ licet paſſio Chriſti fuerit cauſa noſtre ſalutis et redẽptionis: tñ eius reſurrectio fuit cauſa noſtre victorie et vite: et noſtre fidei firmitatis: q2 ſi Chriſt' nõ reſurrexiſſet inanis fuiſſet tota fides noſtra. Et ideo nũq̄ fuit firma noſtra redẽptio et pfectus noſter triumphus: vſquequo Chriſtus reſurrexit. Naz tũc firmauit oĩa q̄ dixerat: et liberauit ſanctos patres de inferno: et ligauit diabolũ: et adept' ẽ reſurrectiõem p nobis futuraz: et ſecũ ſuſcitauit legẽ euãgelicã q̄ erat i veteri teſtamẽto ſepulta. etiã cũ ſurrexit xp̃s. ſecũ ſurrexit tota lex euãgelica. Et p cõſequẽs tũc ſurrexit: et fuit firma fides noſtra. Et hec eſt vna cauſa q̄re ita freq̄nter prophete deſiderabãt Chriſti reſurrectionem. ¶ Secundo eſt notandũ ſcõm Hiero. in ep'la de manſionib': q̄ cauſa quare Abrahã: Iſaac: et Jacob et oẽs patriarche: et pphete vehemẽter deſiderãrũt ſepeliri in terra promiſſiõis.

Dauid p̃emine̅tia ſuper oẽs pphetas.

B Reſurrectio xp̃i cã noſtre victorie et vite.

B Nota.

fuit iſta: qꝛ nouerūt i ſpū q̄ xp̄s redēptor in lege ꝓ
miſſus debebat in Hierl'm ſepeliri: ⁊ exinde reſur
gere: ⁊ oēs cum eo reſuſcitare. Et eſt ſcđa cā quare
Lex euāgelica arma apoſtoloꝝ.
tm̄ deſiderabāt xp̄i reſurrectionē. Tertio eſt notā
dū ſicut dictū eſt ſuperius q̄ arma qbꝰ apl'i ſubie
cerūt totū mūdū iugo xp̄i: fuit lex euāgelica: q̄ qđē
lex euāgelica ſimul ſuſcitata eſt cum Chriſto: vt di
ctū eſt. Et ideo hec eſt tertia cā quare patriarche / ⁊
ꝓphete tm̄ deſiderabāt: ⁊ petebāt Chriſti reſurre
ctionē. Hoc ergo ꝑuidēs Dauid in ſpiritu fecit hūc
pſal. quē cāticū pſalmi intitulauit: eo q̄ dedit ip̄m
cātoribꝰ cātādū: vt cātaret in tabernaculo: ⁊ tēplo
dn̄i ſimul cū voce humana: ⁊ inſtrūs muſicis. ſ. cum
pſalterio ⁊ cithara ꝓpter myſteriū reſurrectionis
in eo cōtētū. Nā ſicut ingūt poete: q̄ Orpheꝰ dul
citer ꝑſonādo citharā reuocauit Euridicē ſuā / ⁊ li
berauit ab iferno / ita Dauid ⁊ oēs patriarche / ⁊ ꝓ
phete: ⁊ ſacerdotes: ⁊ leuite vet. teſt. cātādo iſtum
pſalmū cū pſalterio / ⁊ cithara vocabāt xp̄m: vt ſur
geret a mortuis / ⁊ liberaret totū genus humanū a
morte ꝑpetua / ⁊ ꝑ citharā / ⁊ pſalteriū euāgeliū ſuſci
taret ppl'm gētilē de tenebris ignorātie / ⁊ ſeruitu
Materia pſalmi.
te idoloꝝ. Duo ergo facit in hoc pſal. Nam primo
excitat xp̄m: vt ſurgat a mortuis: ⁊ ſuſcitet omnes
alios. Scđo petit victoriā cōtra diabolū ⁊ populū
gentilē: ibi Saluū fac dextera tua. ¶ Quātū ad pri
mū eſt aduertendū / ſicut dictū eſt / q̄ illud pſalte
riū materiale cū quo cātabat Dauid pſalmos / vno
modo ſignificabat ⁊ figurabat ipſammet perſonā
Chriſti, in qua fuerunt cōpleta illa decē myſteria
ſ. incarnatio: natiuitas: baptiſmus: predicatio: mi
raculoꝝ operatio / mors ſiue paſſio / reſurrectio / ſpi
ritus ſancti miſſio / in celos aſcenſio: ⁊ noīs Jeſu ꝑ
Xp̄s dr̄ pſalteriū.
vniuerſum orbē manifeſtatio. Iſte ſunt decē chor
de pſalterij ꝑſone Chriſti: qđ pſalteriū: ⁊ qs chor
das in ſemetipſo pulſauit. Scđo modo illud pſal
teriū Dauid ſignificabat legē euangelicam: q̄ nihil
aliud ꝑtinet niſi iſtas. x. chordas. Et hoc pſalteriū
legis euāgelice ꝑſonarūt apl'i ꝑ vniuerſū orbē / et
ꝑſonādo hoc pſalteriū eiecerūt principē huiꝰ mū
di foras: ⁊ deleuerūt idololatriā de mūdo / ⁊ ſubie
cerūt oēs reges ⁊ ppl'os gentium iugo Chriſti. Qđ
qđē pſalteriū ſimul ſurrexit cū Chriſto: vt dictū ē.
De vtroq̄ ergo pſalterio. ſ. tā de perſona xp̄i q̄ de le
ge euāgelica dicit ꝓpheta Dauid in perſona totius
corporis myſtici. Exurge pſalteriū ⁊ cithara. Dauid
ergo poſitꝰ in cōtēplatiōe deſiderās Chriſti reſur
rectionē cū quo putat ipe reſuſcitari ſimul cū alijs
ſanctis patribꝰ / dicit. Paratū cor meū deꝰ paratū
cor meū. q. d. nō ſolūmō volūtas intellectiua ⁊ to
ta pars rōnalis: ſed etiā appetitꝰ ſenſitiuꝰ cū oībꝰ
ſenſibꝰ: ⁊ tota aīa mea: ⁊ caro mea eſt preparata / ⁊
prōpta ad cātādū: ⁊ pſallendum in gloria mea / q̄ eſt
Chriſtꝰ. Sꝫ qꝛ nō potero cātare / niſi tu priꝰ Chriſte
reſurgas: ideo exurge tu chriſte q̄ es pſalteriū meū /
⁊ cithara mea: ⁊ exurgā diluculo. i. ſūmo mane in
die reſurrectiōis. Nā ſi tu nō ſurrexeris / nemo po
terit reſurgere: qꝛ tu es primitie dormiētiū ⁊ reſur
gentiū. Jō cū tu reſurrexeris ſummo diluculo / oēs
reſurgemꝰ tecū. Et nota ſm̄ cōem opinionē: q̄ Da
David cu xp̄o reſurrexit.
uid / ⁊ multi patriarche / ⁊ ꝓphete reſurrexerūt cū
chriſto: de quibꝰ ait euangeliſta. Multa corpa ſan
ctoꝝ ſurrexerūt cū eo ⁊c. ⁊ nos oēs ſurreximꝰ cum
eo: ſicut dicit Apl's: qꝛ ꝓ nobis adeptus eſt reſurre
ctionē glorioſam: quā poſſidebimus in nouiſſimo
die. Et iō cū fiducia ait Dauid i ꝑſona oīm noſtrū.
Exurge pſalteriū ⁊ cithara / ⁊ ego cum toto cetu fi
deliū exurgā diluculo tecū ſupple. Et per citharā
intellegit etiā legē euāgelicā / q̄ ſurrexit ſimul cum
xp̄o. Nā cithara eſt inſtrūm triāgulare. Ita pariter
lex euāgelica dr̄ triāgularis: inquātū claudit fidē:
ſpē: ⁊ charitatē: vel inquātū ſignificat trinitatē ꝑ
ſonarū diuinarū: vel inquātū lex euāgelica ſignifi
cata ꝑ citharā ꝑtinet obſeruātiā. x. ꝓceptoꝝ ⁊ fidē
articuloꝝ / ⁊ grām ſeptē ſacramētoꝝ. Itē cithara
etiā ſignificat ip̄m xp̄m: in quo ſunt tria. ſ. diuini
tas / ⁊ aīa rōnalis / ⁊ corpꝰ. Et ſic pꝫ q̄ tā pſalteriū
q̄ cithara ſignificabāt tā xp̄m / q̄ legē euāgelicā. ⁊
ſic Dauid in hoc pſal. cū pſalterio ⁊ cithara pſallē
do excitat xp̄m vt reſurgat a mortuis cū lege euan
gelica poſtq̄ lex vetꝰ fuit mortua ⁊ ſepulta cū eo:
vt frequenter dictum eſt. Ordinat ergo ſic litterā.
Exurge pſalteriū. i. Chriſte q̄ es pſalteriū meum:
exurge tu cithara. ſ. lex euāgelica / ⁊ ego exurgā di
luculo tecū: qꝛ cor meū ſimul cū carne mea eſt ꝑpa
ratū ⁊ promptū ad laudandū / ⁊ cātādū: ⁊ pſallēdū
dū in gloria mea qui eſt Chriſtus. ¶ Et nota q̄ cō
muniter doctores ponūt differentiā inter cātare /
⁊ pſallere. Nā cātare ꝑtinet ad vitā cōtēplatiuā / et
pſallere ad actiuā. q. d. nō ſolūmodo cātabo: ⁊ pre
dicabo legē euāgelicā: ſed etiā pſallā. i. opabor ꝑ
eam. Itē nō ſolū cātabo pſalteriū. x. articuloꝝ hu
manitatis Chriſti: ſed etiā pſalteriū. x. preceptoꝝ.
Itē pſallā citharam euangelicā: que cōtinet my
ſterium trinitatis / ſiue fidem articuloꝝ: ⁊ obſeruā
tiam ꝓceptoꝝ / ⁊ gratiam ſacramentorum.

xv. q. ſ. ca. reuertimini. et xp̄o. ni. i. cō iij. c. ꝓnūctiauit.

**Confitebor tibi in populis dn̄e: ⁊ pſallam tibi in nationibus.**

**Quia magna eſt ſuper celos miſericordia tua: ⁊ vſq̄ ad nubes veritas tua.**

**Exaltare ſuper celos deus: ⁊ ſup oēm terrā gloria tua: vt liberentur dilecti tui.**

¶ Hic ꝓmittit iſte homo myſticus agere grās / et
ꝑdicare legē euāgelicā poſt reſurrectionē Chriſti:
ſicut fuit ipletū in apl'is. Vñ dicit. O chriſte poſtq̄
tu reſurrexeris a mortuis ⁊ ſuſcitaueris me a ꝑctō
⁊ a tenebris ignorātie / ⁊ ſuſcitaueris legē euāgeli
cā: tūc ego cōfitebor tibi prio in pplis Judeoꝝ le
gē tuā ꝑdicādo. ſcđo pſallā. ⁊ ꝑſonabo / ⁊ promulga
bo eandē legē tibi in nationibus. i. in pplo gētili: et
ꝑdicabo qualiter mīa tua eſt magna ſuper celos. i.
ſuper oēs angelos: qꝛ ēt redēptio tua / vſq̄ ad celos
ſe extēdit: vt dictū eſt pſal. cij. ⁊ veritas tua etiā eſt
factꝰ magna ſup nubes. i. ſup apl'os. Nā lex euāge
lica q̄ dr̄ veritas tua: fuit facta magna ſup aplos:
qui tanq̄ nubes pluerūt verba euāgelica ſup oēm
terrā. Et etiā veritas tua aſcēdit vſq̄ ad nubes: qꝛ
oīa dicta de te per patriarchas / ⁊ ꝓphetas. ſ. de re
ſurrectione ⁊ aſcēſione fuerunt verificata ⁊ mani
feſtata / nō ſolū i terra: ſed etiā in nubibus celi: qñ
nubes ſuſcepit te ab oculis apl'oꝝ in die aſcēſiōis /
vt patet Actuū. j. ⁊ ideo ſubdit. O Chriſte deꝰ exal
tare ſuper celos. i. aſcende poſt reſurrectionem: et
ſede ad dexteram patris / ⁊ exaltet gloria tua ſuper
omnem terrā. i. manifeſtet nomē tuū: ⁊ exaltet ſu
per omnes reges / ⁊ principes / et populos terre: et
manifeſtet lex tua euāgelica: vt liberent dilecti tui
de populo gentili / quos ab eterno dilexiſti: et pre



deſtinaſti / nā alr̄ nō poſſunt liberari / niſi tu reſur
gas ⁊ aſcendas in celum / ⁊ lex tua ꝑdicet ꝑ totum
orbē / ⁊ conuertant ad fidē catholicā. Itē ly exalte
tur ſup oēm terram gloria tua / pōt referri ad exal
tationē in cruce. Nā nō fuiſſent liberati dilecti chri
ſti niſi ipſe prius fuiſſet exaltatꝰ in cruce: ſicut ipſe
ait Joan. iij. Dū exaltatus fuero a terra oīa trahā
ad meipſum ⁊c. Quatuor ergo petit hic Dauid ad
hoc vt oēs liberarētur. Primo / vt Chriſtus exalta
retur in cruce. Scđo vt reſurgeret a mortuis. Ter
tio vt aſcēderet in celū ad parādū nobis māſiōes.
Quarto / vt veritas ſua euāgelica ſupra oēm terrā
diffunderet: vt omnes ad fidē conuerterent. q. d.
O chriſte exaltare in crucem ꝓ nobis moriendo / ⁊
exurge a mortuis / ⁊ aſcēde in celū: ⁊ mitte imbrem
euangelicū per vniuerſum mundū: vt liberent di
lecti tui: quia aliter non poſſent liberari.

Apocal. xx. d. xxiij. q. ſ. c. noli. Jude.

**Saluū fac dextera tua ⁊ exaudi me: deꝰ locutus eſt in ſancto ſuo.**

**Exultabo ⁊ diuidā Siccimā: ⁊ cōuallē tabernaculorum dimetiar.**

**Meus eſt Galaad ⁊ meus eſt Manaſſes: ⁊ Effraim ſuſceptio capitis mei.**

**Juda rex meus: Moab lebes ſpei mee.**

**In Idumeā extendam calciamentū meū: mihi alienigene amici facti ſunt.**

¶ Poſtq̄ ſuperius petijt noſtrā redēptionē ⁊ libe
rationem ꝑ paſſionē / ⁊ reſurrectionē / ⁊ aſcēſionē /
Chriſti: hic petit ampliationē ⁊ dilatationē eccl'ie
⁊ victoriā cōtra diabolū / ⁊ infideles a quibꝰ paſſa
eſt magnas ꝑſecutiōes poſt aſcēſionē Chriſti / vſq̄
ad tꝑa Conſtantinū: vbi duo facit. Nā prio ad
ducit iurā ⁊ viſionē / ſcđo petit victoriā ibi. Quis
deducet me. ¶ Quātū ad pmū eſt aduertēdū / q̄ nō
ſolūmodo Abrahe / ⁊ Jacob / ⁊ Moyſi fuit reuela
ta ꝓmiſſa dilatatio / ⁊ multiplicatio eccl'ie Chri
ſti ꝑ totū orbē: ſed etiā ipſi Dauid fuit reuelata ſpe
ciali reuelatione de tabernaculo: ⁊ eādē dilatatio
nem ꝓuidit in ſpiritu per dilatationē ſui regni. Nā
ſicut ipſe ſubiecit ſibi oēs. xij. tribꝰ Iſrael poſtmor
tem Saul / ⁊ poſtea fecit ſibi tributarios oēs Idu
meos / ⁊ Moabitas / ⁊ Amonitas / ⁊ Philiſteos: ita
ꝓcognouit in ſpū q̄ chriſtus debebat ꝓducere / ⁊ di
latare regnū ſuū ſup oēs reges terre / ⁊ ſup oēs po
pulos gētiliū vſq̄ ad terminos mūdi. Et ſic eccl'ia
debebat ſibi oēs infideles ſubiugare ꝑ cōuerſionē
magni Cōſtātini / ⁊ a ꝑſecutiōibꝰ tyrānoꝝ liberari /
dicit ergo. O dn̄e Jeſu xp̄e poſtq̄ liberaſti me per
mortē / ⁊ paſſionē / et reſurrectionē: et aſcēſionē / ſal
ua me nūc dextera tue potētie de ꝑſecutiōibꝰ tyrā
noꝝ / ⁊ exaudi me ſicut deus pater tuꝰ locutꝰ eſt / ⁊
ꝓmiſit in ſctō ſuo Abrahā / ⁊ Jacob ⁊ Moyſi / ⁊ etiā
locutꝰ eſt mihi in ſctō ſuo. i. de ſanctuario / ⁊ de tē
plo ſctō ſuo mihi reuelauit / ⁊ ꝓmiſit ꝑ dilatationē
regni mei. Nā ego iam exultabo ⁊ diuidā Siccimā
i. ciuitatē Sichē cepi / ⁊ ſpolia eius diuiſi / ⁊ dime
tiar cōuallē tabernaculorum: qꝛ diuiſi / ⁊ mēſuraui
poſſeſſiones eius meis armigeris: et iam eſt meus
Galaad / ⁊ Manaſſes / qui eſt vltra Jordanē / et oīa
infraſcripta q̄ſiui ⁊c. ſicut expoſita ſunt pſal. lix. q.
d. Dauid: ſicut ego ſubieci oīa iſta mihi / fac vt tu
chriſte ſubijcias eccleſie omnia regna terre ⁊c.

**Quis deducet me in ciuitatem munitam: quis deducet me vſq̄ in Idumeā:**

xſ. q. iiij c. admē ſam. ⁊ xcv. diſ. c. cccc. xxiiij. q. iij. c. ſex viij. q. ſ. c. hiſita

**Nonne tu deus qui repuliſti nos: ⁊ non exibis deus in virtutibus noſtris:**

**Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana ſalus hominis.**

**In deo faciemus virtutem: ⁊ ipſe ad nihilum deducet inimicos noſtros.**

¶ Hic ꝓpheta i ꝑſona totiꝰ eccleſie petit liberari
a ꝑſecutiōibꝰ tyrānoꝝ / ⁊ dilatari / ⁊ ſubijci ſub ſe oīa
regna terre in virtute noīs Chriſti / ⁊ ꝑdicationis le
gis euāgelice. Vñ dicit. Quis deducet me in ciuita
tem munitam. i. ad ſubiugandū oēs ciuitates mu
nitas mundi / et quis deducet me vſq̄ in Idumeā
i. ad ſubiugādū oīa regna populi gētilis: q. d. non
ne tu ſolus deus: patet expoſitio pſalmi. lix.

Act. j. rū. xviij. Et ſi de xp̄o dixeris habes euāgeliſtis. Luc. xij Matt. xxvj. Marc. xiiij. Jo. xſ.

**D**eus laudē meā ne tacueris: qꝛ os peccatoris ⁊ os doloſi ſuper me apertum eſt.

**Locuti ſunt aduerſū me lingua doloſa: ⁊ ſermonibus odij circundederūt me et expugnauerunt me gratis.**

**Pro eo vt me diligerent detrahebant mihi: ego autem orabam.**

**Et poſuerunt aduerſum me mala pro bonis: ⁊ odium pro dilectione mea.**

¶ Titulus. Ad victoriā ſiue in finē pſal. Dauid. Ex
titulo apparet q̄ Dauid fecit iſtū pſal. dirigēs nos
in Chriſtū q̄ eſt finis legis. ¶ Ad cuiꝰ itellectū ē no
tādū q̄ cōiter Hebrei moderni exponunt iſtū pſal.
de deſtructiōe domꝰ Saul ꝓpter ꝑctm̄ ingratitu
dinis cōmiſſum ꝯ Dauid: q̄ qđē expoſitio licet poſ
ſit lr̄aliter applicari ad illā hyſtoriā: tn̄ talis expo
ſitio eſſet inanis ⁊ vacua inferēs iniuriā ipſi ꝓphe
¶ Iſta vltima particula pōt habere triplicē intellectū. Uno modo ꝙ cōtinuetur cū littera precedēti: ⁊ ſic eſt ꝓbatio cōparatiua illi⁹ particule / Sanctū ⁊ terribile nomē eius: vt ſit ſenſus / ꝙ ſicut intelligētia ſiue ītellect⁹ ſacre ſcripture ⁊ diuini mādati eſt bon⁹ oībus faciētib⁹ ⁊ obſeruantibus eū: ⁊ inutilis ⁊ nociuus tranſgreſſorib⁹: qꝛ ſeru⁹ ſciens voluntatē dn̄i: ⁊ nō faciēs / plagis vapulabit multis. Luce. xij. ita pari rōne mādūcatio hui⁹ ſacramenti eſt bona iuſtis ⁊ puris et dignis: et inutilis immo nociua indigne ſumētibus: quia ſanctum et terribile eſt nomen eius: ideo timendum: qꝛ initiū ſapientie timor domini. S ¶ Secundo modo poteſt habere aliū intellectū. Ad cuius euidētiā eſt ꝓmo notandū: ꝙ differētia eſt inter ſciētiā pure ſpeculatiuā ⁊ ſciētiā moralē. Nā finis ſcientie ſpeculatiue eſt tantū ſcire. Sꝫ finis practice ⁊ moralis eſt operatio. Ideo ſciētia moralis eſt inutilis nō operātibus ſcōm virtutē: qꝛ non addiſcimus ſciētiā moralē vt ſciam⁹ tātū: ſꝫ vt boni efficiamur. Ideo ſcientia moralis eſt inutilis pueris īcōtinētib⁹. primo Ethi. Ita pariter ſcientia ⁊ notitia ſacre ſcripture eſt nō ſolū inutilis: imo nociua malis: ⁊ nō obſeruātib⁹ diuina mādata: qꝛ nō dam⁹ ſtudiū ⁊ operā ſacre ſcripture ⁊ ſciam⁹ tantū: ſed vt ſcōm diuina mādata ⁊ ꝓcepta bene operemur / ⁊ ſic iuſti efficiamur: qꝛ nō iuſtificamur in ſciēdo: ſed in operando ſcōm legē diuinā. vt dictū eſt pſal. primo. Et ſic ergo intelligētia ſiue intellect⁹ ſacre ſcripture eſt bon⁹ et vtilis ⁊ meritori⁹ nō oībus indifferēter: ſꝫ ſolum oībus faciētibus implētibus ⁊ ſeruātibus eum. ſ. diuinū mandatum. ¶ Scd̄o eſt notandū differentia eſt inter ſapere et ſcire: ⁊ inter ſciētiā ⁊ ſapientiā. Nā ſcire idē eſt qd̄ diſcernere inter rē ⁊ rē. Sapere aūt idē eſt qd̄ rem ſcitā guſtare per experientiā. ⁊ ſic oē ſapere eſt aliquo modo ſcire: ſꝫ nō econuerſo. Nā ille qui hꝫ tantū notitiā de ſacra ſcriptura: ⁊ ſcit diſtinguere inter diuīa mādata: ⁊ ſcit dare rōnē de diuinis mādatis: ⁊ nō operaꝛ ſcdꝫ legē ⁊ diuina mādata: ille talis hꝫ tantū ſciētiā ſed non ſapiētiā: qꝛ nō guſtat nec ſapit ꝑ operationē ea de quib⁹ dat rōnē: ſꝫ ſicut ſi q̄s hꝫ odorē de pomo et nō ſaporē: qꝛ nō guſtat. Iō ſolus ille dicitꝛ habere ſapientiā q̄ intelligit ſacrā ſcripturā ⁊ opaꝛ ſcōm ipſam. Et ſic ille talis dr̄ habere bonū ⁊ ꝑfectū intellectū de diuina lege: qꝛ ſcit diuinā legē cū ſapiētia ⁊ operatiōe ⁊ ſapore. Et ſic ptꝫ: ꝙ nō pōt haberi bon⁹ intellectus de diuina lege ſine ſapiētia. Sꝫ qꝛ vera ſapiētia non pōt haberi ſine timore filiali dn̄i: iō dicit ꝓpheta. ꝙ intellect⁹ diuini mādati eſt bonus oībus faciētib⁹ eū ⁊ operātib⁹ ſcōm eū: qꝛ talis intellectus dr̄ ſapiētia: qꝛ talis bon⁹ intellect⁹ fit cū timore filiali. Quia initiū oīs ſapiētie eſt timor dn̄i. Nā oīs bona opatio īcipit a timore dn̄i filiali: qꝛ aliter talis opatio non eſt meritoria. Uult ergo innuere ꝓpheta: ꝙ ſicut ad ſtudiū ſacre ſcripture nō eſt accedēdū ſine timore dn̄i: vt ait Aug. in principio primi de trinitate: Ita ad hoc ſacr̄m nō eſt accendendū niſi cū deuotiōe ⁊ timore. Quia initiū ſapiētie timor dn̄i. ¶ Itē tertio iſte vltimus verſiculus pōt habere aliū intellectū. Nā in principio hui⁹ pſalmi dicit ꝓpheta ꝙ intēdebat canere hūc pſalmū ⁊ cōfiteri hoc ſacramētū Euchariſtie nō in cōuēticulis hereticorū: nec in ceca ſynagoga Iudeorū: ſed in cōſilio ⁊ cōgregatiōe ⁊ eccl'ia iuſtorū ⁊ fideliū chriſtianorū. Tūc poſſet q̄s arguere ꝯ: ⁊ dicere: ꝙ iſte pſal. nō ſolū cantatur in eccl'ia xp̄ianorū: ſꝫ etiā in ſynagoga modernorū Iudeorū / q̄ in ſuis feſtiuitatib⁹ cātāt hūc pſalmū. Ad hoc rn̄det ꝓpheta in hoc vltimo verſiculo hui⁹. pſal. dicēs: ꝙ lꝫ Iudei cantēt hunc pſal. in ſynagoga: tn̄ inutil'r cātāt: qꝛ nō habēt bonū intellectū / nec intelligētiā verā de hoc pſal. cū ſint ceci: qꝛ nō ꝑcipiunt ſacr̄m euchariſtie: de quo Dauid ꝓphetice loquiꝛ in hoc pſal. ⁊ iō nō intelligūt nec cātāt ipm̄ cū vera intelligētia. Quia ver⁹ ⁊ bon⁹ intellect⁹ hui⁹ pſal. ⁊ huius ſacr̄i nō daꝛ niſi faciētib⁹: ⁊ colētib⁹ eū. ſ. venerātib⁹ h̄ ſacr̄m euchariſtie. Et iō qn̄ocunꝙ intelligaꝛ iſte verſiculus ſemꝑ ſequiꝛ ꝙ laudatio eius manet in ſeculū ſcl'i. Nā laudatio ⁊ ꝓmiū digne ſumentis hoc ſacr̄m manet / ⁊ ꝑſeuerabit in ſeculū ſecl'i: et laudatio intelligētis ſacrā ſcripturā cū timore / et ſapiētia / ⁊ laudatio hui⁹ ſacramenti ſiue laudatio intelligētis ꝓphetice hoc ſacr̄m euchariſtie eſſe ꝓphetatū in hoc pſal. ſemper manebit ineternū ⁊ in ſcl'm ſcl'i. ¶ Un̄ eſt iterū aduertēdū / ꝙ hec eſt differētia inter ſciam / ⁊ ſapiētiā legis. Nā ſciētia legis dicit ſolā cognitionē ⁊ intelligētiā: ſed ſapiētia dicit intellectū cū opatiōe. Et iō cognitio ⁊ ītellectus legis ſine opatiōe nec ꝓdeſt / nec eſt vtilis ſciētib⁹. Sed intellect⁹ legis cū opatione eſt bonus et vtilis faciētibus / ⁊ operātib⁹ eū. i. operantib⁹ ſcōm intellectū legis. Et iō ꝯcludit ꝙ laudatio ei⁹. i. habētis intellectū cū timore dei: ⁊ operatione manet in ſcl'ꝫ ſcl'i. qꝛ ſciētes legē ⁊ faciētes ſemꝑ laudabunꝛ a deo ⁊ hoīb⁹. Per oppoſitū aūt ſciētes ſiue intelligētes legē / ⁊ nō faciētes / nec operātes ſemꝑ vituperabunꝛ / ⁊ patienꝛ: ⁊ accuſabunꝛ. Nā ſeru⁹ ſciēs volūtatē dn̄i ſui / ⁊ nō faciēs plagis vapulabit multis. Luce. xij. Ex quo ſeqꝛ / ꝙ talis cognitio ⁊ intellect⁹ ſine operatiōe potius erit ipſi nociu⁹ q̄ vtilis.

T differētia iter ſapientiam ſciētiā

¶ Ex toto iſto pſal. poſſunt recolligi decē cōcluſiones. ¶ Pria cōcl'o. ꝙ Dauid in hoc pſal. intēdit cātare opa magis mirabilia / ⁊ electa / ⁊ exq̄ſita q̄ fecit de⁹ erga gen⁹ humanū. ¶ Scd̄a cōcl'o ꝙ quatuor ſunt mirabilia myſteria que de⁹ opat⁹ eſt erga nos. ſ. opus creationis: ⁊ incarnatiōis / ⁊ redemptionis / ⁊ euchariſtie cōſecratiōis. ¶ Tertia cōcluſio. ꝙ xp̄s inſtituit nobis ſacr̄m euchariſtie ad refectionē / ⁊ eſcā ſpūalem / et ſacrificium quotidianū in memoriā ſuorū operū mirabiliū. ſ. in memoriā paſſionis: ⁊ noſtre redēptiōis / ⁊ etiam incarnationis: qꝛ in hoc ſacramēto rep̄ſentaꝛ incarnatio ⁊ paſſio Chriſti / ⁊ noſtra redemptio / et fit noſtra recōciliatio / ⁊ ſpūalis refectio. Et implenꝛ / ⁊ memorantur ſacrificia ve. teſt. et refectio māne. ¶ Quarta concluſio. ꝙ in hoc ſacramēto cōplentur oīa ſacrificia figuratiua / ⁊ oblationes ve. teſt. V ¶ Quinta concluſio. ꝙ per hoc ſacramentum datur recōciliatio / et redemptio / ⁊ ſanitas ſpiritualis deuote ⁊ rite ſumētib⁹ ⁊ timētib⁹ deū. ¶ Sexta cōcl'o. qd̄ hoc ſacrificiū et ſacr̄m durabit ineternū ꝑ totā iſtā etatē: qꝛ nullū aliud ſacrificiū ipſi ſuccedet acceptabile apud deū. ¶ Septima ꝯcl'o. ꝙ ſicut hoc ſacr̄ꝫ eſt ſalutiferum rite / ⁊ deuote ſumentibus: ita eſt nociuum indigne ſumentibus. Ideo cū magno timore et puritate eſt ad ipſum accedendū: eo quod in ipſo deus realiter continetur. Nam nomen dei q̄ eſt ipſe Chriſt⁹ / eſt ſanctum iuſtis / et terribile peccatoribus ⁊ indignis. iō ſanctificat iuſte ſumetes ⁊ terrificat / ⁊ damnat iniuſte ſumētes. ¶ Octaua concluſio. ꝙ ſicut intellectus ſacre ſcripture eſt bonus / vtilis / et ſalubris omnibus operantib⁹ / ⁊ facientibus ſecundū precepta legis: ita per oppoſitum intellectus et intelligētia legis eſt nociua ⁊ inutilis ꝑuaricatoribus legis. Ex quo patet ꝙ initium omnis ſapientie eſt timor dn̄i. Nam ſcire ſine operatione / ⁊ timore non eſt ſapere. Nam ille ſapis qui operaꝛ ſcōm ſciētiā ⁊ notitiā. Ideo oīs ſapientia incipit a timore dn̄i. ¶ Nona ꝯcl'o ꝙ ſciētia cū opatiōe dr̄ iuſtitia / ⁊ vera ſapientia: qꝛ ꝑ [illegible] qn̄ opaꝛ ſcōm legē cognitā. ⁊ iō eius iuſtitia manet in ſeculum ſeculi: quo ad premium, [illegible]

talis iuſtitie ē eternū qđ nemo tollet a iuſto. ¶ Decima concluſio. ꝙ hoc ſacramētū multipliciter dicit mirabile nter oīa opa dei. Primo qꝛ in eo implentur oīa mirabilia opa/ ⁊ ſacrificia/ ⁊ oblatioēs vete. teſt. Secūdo dicitur mirabile rōne trāſlationis; qꝛ mirabiliter panis trāſſubſtātiatur in verū corpus Chriſti. Tertio ratione repreſentationis: qꝛ in eo repſentat paſſio Chriſti: ⁊ noſtra redēptio/ ⁊ incarnatio. Quarto ratione mirabilis cōtinentie/ ⁊ inexiſtentie/ ⁊ coexiſtentie/ ⁊ cōcomitātie. Nā in eo realiter cōtinet corpus Chriſti ex vi cōſecrationis: ⁊ ex cōſequēti ineſt aīa per eſſentialē vnionē: ⁊ verbū per pſonalē vnionē ad hūanitatē. ⁊ ex conſequēti inexiſtit pater: ⁊ ſpūs ſanctꝰ per cōſubſtātialē vnitatē ad verbū. ⁊ ſic p talē cōcomitantiam inexiſtit tota trinitas huic ſacramēto. Et ſic in hoc ſacramēto adorat deus in trinitate perfecta: quia filius nullibi adoratur ſine patre: ⁊ ſpiritu ſancto: quia fides catholica hec eſt: vt vnū deū in trinitate ⁊ trinitatē in vnitate veneremur. Quinto dicit hoc ſacramētū mirabile rōne modi exiſtēdi: qꝛ eſt in pluribꝰ locis totus Chriſtꝰ ex vi ꝯſecratiōis ſub parua quātitate: ⁊ in eo accidētia exiſtūt ſine ſubiecto. Sexto dicit mirabile ratione mirabiliū effectuū quos efficit in ipſis deuote ⁊ digne ſumētibꝰ vt alibi latius explicat. ¶ Sed ad pleniorez ſufficientiā ⁊ clariorē intelligētiā eoꝝ q̄ dicta ſunt: qnꝙ ſunt vidēda. Prio eſt videndum de poſſibilitate cōuerſionis huiꝰ ſacramēti. Scđo de eiꝰ exiſtētie veritate. Tertio de eiꝰ officio ⁊ vtilitate. Quarto de eius forme viſibilis cōgruitate. Quintio de recipiētiū mūditia/ ⁊ puritate. ¶ Quantū aūt ad primū eſt ſciēdū/ ꝙ tota poſſibilitas huiꝰ ſacramenti cōſiſtit in preſupponēdo ꝙ Chriſtus inſtitutor huius ſacramenti ſit verus deus: qꝛ vt ſic clarum eſt ꝙ ſicut a principio tēporis ſolo verbo potuit ex nihilo cuncta creare: ita potuit in die cene ſubſtātiā panis conuertere in corpus: qđ ex Maria virgine pſonalr ſibi vniuit. ⁊ ratio huiꝰ eſt: nā qꝛ oīs creatura depēdet de ſolo vbo diuino quo ad totū ſuū eſſe in genere cauſe efficientis: ⁊ formalis: ⁊ finalis: iō Chriſtus ſolo vbo abſꝙ motu/ ⁊ tpe/ ⁊ labore pōt res pducere/ quo ad totū ſuū eſſe. vnde cauſa quare domificator ſolo vbo/ ⁊ pcepto abſꝙ labore ⁊ tēpore nonfacit domū accidit: quia lꝫ domꝰ depēdeat ab arte domificatoris quo ad ſolam formā artificialē: tamē nō quo ad materiam/ ſcilꝫ quo ad lapides/ ⁊ ligna ⁊c. Et iō oportet ꝙ priꝰ incidat lapides de monte: ⁊ ligna de ſylua/ ⁊ ducat ad locū/ ⁊ pparet/ ⁊ cōpaginet ſecūdū ordinē artis. que oīa facere non poteſt ſine motu/ ⁊ tēpore. ⁊ labore. Et iō licet domificator millies dicat fiat domꝰ: nūꝙ fiet niſi apponat laborē/ ⁊ conatum/ ⁊ tps. Sed quia totū celuz/ ⁊ natura dependet a deo: vt patet xij. Metaphyſice/ hinc eſt ꝙ deꝰ ſolo verbo potuit ex nihilo condere vniuerſum: qꝛ dicendo fiat lux/ facta eſt lux ⁊c. vt patet Geneſis. j. A fortiori ergo idem deus incarnatus dicendo: hoc eſt corpꝰ meū potuit conducere ſubſtantiaȝ panis in corpus ſuū Et hoc nullus verus metaphyſicus ⁊ philoſophꝰ bene diſpoſitus poterit negare: prout latius patebit pſalmo. cxlviij. ⁊ in tractatu final. Et ſic patet poſſibilitas conuerſionis huius ſacramenti. Sed quia Judei ⁊ ſarraceni negant Chriſtum eſſe deuz propter cecitatem/ ⁊ contrariam indiſpoſitionem

Eucharistie sacrm dr mlꝰtipliciter mirabile.

Possibilitas cōuerſionis huius sacri.

ideo non eſt cum eis diſputandum de hoc ſacro niſi cū auctoritatibꝰ veteris teſt. vt patebit in tractatu finali. ¶ Sed dicet aliquis: ꝙ licet Chriſtus tanꝙ deus potuerit tūc cōuertere ſubſtātiā panis in corpus ſibi aſſumptū: tū hoc non poterit facere ſacerdos cū ſit creatura Ad hoc rūdetur ꝙ ſacerdos non facit in proprio vbo: tanꝙ actor principalis: ſed tanꝙ miniſter in verbo Chriſti qui operat in hoc ſacramento ad prolationem verboꝝ ſacram per ſacerdotem: ſicut Moyſes non faciebat miracula per illam virgam tanꝙ auctor: ſed tanꝙ miniſter: nā dum Moyſes mouebat ⁊ eleuabat virgā ex precepto dei: deus tanꝙ actor principalis operabatur miracula in Egypto/ ⁊ in toto deſerto. Ita pariter qū ſacerdotes profert verba conſecratiōis ex diuina inſtitutiōe/ Chriſtus operat in ſacro conuertendo ſubſtātiā panis in corpus ſuū. Et hoc de primo. ¶ Quantū aūt ad ſcđm eſt dicendū: ꝙ tota veritas eſſentie huiꝰ ſacramenti cōſiſtit in his/ naȝ primo per ſola verba cōſecrationis ſola ſubſtantia panis conuertitur in ſolū illud corpus Chriſti/ qđ ſpūs ſctūs formauit ex puris ſanguinibꝰ virginis: prout ſtale corpus habet eſſe ſubſtātiale ab anima. Et ideo iſta conuerſio proprie dicit trāſſubſtantiatio. Sed qꝛ tale corpus Chriſti in quod cōuertitur ſubſtantia panis actuatur ⁊ informat ab aīa Chriſti: ideo neceſſario eſt ibi anima Chriſti per quandā cōcomitantiā: ſecus autē fuiſſet ſi aliquis aplꝰs cōſecraſſet in triduo: de quo alibi diſputatur. Itez illud corpus Chriſti in ſacramēto non eſt ſine ſanguine. ideo eſt ibi ſanguis per quandā cōcomitantiam. Item quia tota humanitas Chriſti perſonatur/ ⁊ ſuppoſitatur per verbum: ideo eſt ibi verbuȝ per vnionē perſonalem. Item quia verbuz eſt pri/ ⁊ ſpiritui ſancto cōſubſtantiale: ideo per vnitatem eſſentialem/ ⁊ cōſubſtantialez eſt ibi pater et ſpūs ſanctꝰ: eo ꝙ filius procedit inſeparabiliter/ ⁊ naturaliter a patre: ⁊ ſpūs ſanctꝰ p modum volūtatis/ ⁊ libertatis ab vtroꝙ. Et ſic patet qualiter ſolum corpꝰ Chriſti eſt in hoc ſacramēto ex vi cōſecrationis/ ſꝫ anima Chriſti: ⁊ tota trinitas eſt ibi p quādā concomitantiam ſm ordinem predictum. Et ſic etiā ſanguis eſt per cōcomitantiā in corpore conſecrato: ⁊ ecōuerſo. Ex quibus omnibus ſequitur ꝙ oīa accidentia panis preteriti manēt ſine ſubiecto in hoc ſacramento ſupra naturam. Item ſequit ꝙ corpꝰ ⁊ ſanguis Chriſti nō ſunt in hoc ſacramento localiter: ſed realiter ⁊ ſacramentaliter/ ⁊ p modum ſubſtantie. Itē ſequitur ꝙ poſtꝙ in hoc ſacramēto eſt verus deus incarnatus/ ⁊ per conſequēs coexiſtit tota trinitas/ ſequitur ꝙ verus deus trinitas: ⁊ vnus adorat in hoc ſacro adoratione latrie. Et ſic patet veritas eſſentie huius ſacramēti. ¶ Quantū ad tertiū eſt notandū/ ꝙ triplex officium exercetur in hoc ſacro. Nā pmo offertur in altari: ſcđo ſumit ⁊ recipitur a ſacerdote ⁊ fidelibꝰ: tertio reſeruatur in ſacrario. Primo aūt modo offert in oblationem/ ⁊ ſacrificium pro delictis/ ⁊ peccatis populi. Scđo recipitur in ſacramentū/ in qnātū ſignificat mānducationē/ ⁊ refectionē ſpūalem anime. Tertio reſeruatur in monumentum/ ⁊ memoriam ipſius Chriſti. ¶ Quo autem ad primum fuit hoc ſacramentum figuratum per panē ⁊ vinum/ ſiue per oblationem panis ⁊ vini/ quaȝ obtulit Melchiſedech pro Abraham. Geneſis. xiiij. Item fuit figuratum per

Nota qūo operat ſacerdos.

De veritate exiſtentie corporis xpi.

De ſacramenti officio.



cruſtulam panis: quaȝ deus pcepit eleuari coram dño in tabernaculo. Exod. xxix. Item p ſacrificium agni matutini ⁊ veſpertini. ibidē. Itez p ſacrificia oīm aīaliū mūdorū: vt ptꝫ p totū Leuiticū. ¶ Quo ad ſecūdū fuit figuratum p manna: quod dñs deus pluit de celo: quo ille ppl's fuit refectus in tota peregrinatione vſꝙ ad terrā pmiſſiōis. Exo. xvj. Et p panē ſubcinericiū Helie: in cuius fortitudine ambulauit quadraginta diebus: ⁊. xl. noctibꝰ: vſꝙ ad montē dei Oreb. iij. Reg. xix. ¶ Quo ad tertiū fuit figuratum p vrnā māne quam deus pcepit reſeruari in arca dñi: ⁊ p panes propoſitiōis q̄ reſeruabantur añ altare. Exod. xxv. ¶ Itez aūt eſt aduertēdū q Chriſtus inſtituit hoc ſacramentū ad ſupradicta tria officia pter multas vtilitates q̄ cōſequūtur ex tribꝰ officijs huius ſacramēti. Nā primo inquātum offert in altari p delictis ppl'i conſeqmur remiſſionē pctōꝝ: ⁊ penarū eoꝝ. Sed inquātū recipimus euchariſtiā ad ſacramentū efficit in nobis inuiſibilē gratiā/ quā ſignificat ſub illa viſibili mānducatiōe. nā viuificat aīam noſtrā pbendo ipſi vitā ſpūalē: ⁊ reſtaurat bona deperdita: ⁊ trāſformat nos in Chriſtū: quē ſacramētal'r māducamus: ⁊ reconciliat nos deo patri. Jaquātum aūt reſeruat in ſacrario: cōfert nobis duplicē vtilitatē. nā prio nos ibi adoramus deū: ⁊ dñm noſtrū: inquātū ibi reſidet Chriſtꝰ tanꝙ deꝰ ⁊ dñs: ⁊ p cōſequēs adoramꝰ ipm verbū cū pre ⁊ ſpū ſancto: qbꝰ eſt cōſubſtātialis filiꝰ: ⁊ ſic adorat deus ⁊ hō: adoratiōe latria. per quē cultū cōtinue merent fideles adorātes ⁊ orantes in eccleſia. Scđo qꝛ ibi in ſacrario reſidet Chriſtus tanꝙ caput: ⁊ ſummꝰ pontifex noſter. iō ſimul nobiſcū orat pro nobis: ⁊ interpellat apud patrem in toto officio canonico: ⁊ in oībꝰ orōnibꝰ priuatis fideliū. Et ſic qđ nrīs meritis obtinere non poſſumus: adipiſcimur meritis: et interceſſione Chriſti capitis nrī. Et hec eſt cā quare reſeruamꝰ Chriſtuȝ in ſacrario eccl'ie ſub forma huiꝰ ſacramenti. et ptꝫ quare Chriſtꝰ relīqt nobis ſeipm ad ſupradictum triplex officiū in hoc ſacramēto. ¶ Quātū ad quartū eſt aduertēdū ſicut ſepiꝰ dictū eſt: ꝙ cibus phibitus quē comedit Adā: multa dāna attulit generi humano: nā prio pter ipm pdidimꝰ lignū vite paradiſi: p cuiꝰ eſum poteramus nō mori: ſed poſt lōgā vitā fuiſſemꝰ tranſlati in vitā meliorē celeſtē: ⁊ ex cōſequēti incidimꝰ in mortē corporis: ⁊ aīe: et fuimꝰ ſubiecti innumeris infirmitatibꝰ: ⁊ miſerijs et fuimꝰ ſauciati morbo cōcupiſcētie: vñ puenīt nobis oīa mala: ⁊ ſumus pni ad oē nefas. Et ideo Chriſtus tanꝙ verus redemptor: ⁊ reſtaurator reliquit nobis ſeipm i cibū i hoc ſacramēto. primo in ſupplementū ligni vite pditi: vt p eſum huiꝰ ſacramēti viuamus ſpūal'r. ſcđo in medelā ⁊ antidotum cōtra venenū cibi phibiti: ⁊ ad ſanādas nrās infirmitates. vñ ille cibꝰ phibitꝰ nos mortificauit: ſed iſte nos viuificauit. Itē ille nos ſauciauit ⁊ vulnerauit: ſed iſte nos ſanauit: itē ille nos debilitauit ⁊ interfecit: ſed iſte nos roborauit ⁊ refecit: item ille nos a deo ſeparauit: ſed iſte recōciliauit. Et vt per eſum huiꝰ cibi recuperemꝰ vitā: ⁊ bona q̄ ibi pdidimus: Jō nō ſolū ſub forma cuiuſlibet cibi: ſꝫ ſpūaliter ſub forma panis: ⁊ vini: ſeipm ſumēdū nobis reliqt. Et iō dixit Jeſꝰ phariſeis. Joan. vj. Ego ſum panis viuꝰ: q de celo deſcēdi: ſi qs māducauerit ex hoc pane viuet ineternū. Vñ deꝰ tūc dixit primis parētibus de illo cibo vetito: Qua hora comederitis morte moriemini. Sꝫ p oppoſitum de iſto ſacro pane dicit. Hic eſt panis de celo deſcēdens: vt ſi qs ex ipo māducauerit nō moriat: ſꝫ viuat ineternum ⁊c. Cōgruēter ergo Chriſtꝰ reliqt nobis corpꝰ ſuuȝ ſumēdū ſub forma panis: ⁊ ſanguinē ſuū bibēdum ſub forma vini. vt ſicut p eſum ⁊ potū panis ⁊ vini materialis cōtinuamꝰ vitā tpalē: ⁊ nutrimur corporaliter: ita ſub forma eiuſdē panis: ⁊ vini ſacramētaliter abſꝙ errore māducemꝰ corpꝰ Chriſti: et bibamꝰ eiꝰ ſanguinez ad refectionē ſpūalē. Augu. aūt ſup Joānē addit ꝙ totū hoc factū eſt ad ſignificādā gratiā: ⁊ vnitatē corporis myſtici: quam conſequimur ex eſu huiꝰ ſacramēti. nā ſicut ex multis granis frumēti bñ purgatis a paleis in area: ⁊ trituratis in molari: ⁊ mixtis cū aq: ⁊ coctis in furno: vnꝰ panis cōficit: q māducatꝰ in noſtrā carnē conuertit: ⁊ ſicut ex multis racemis: ⁊ granis vnum vinū cōfluit: ita pariter p eſum huius ſacramenti ex multis fidelibꝰ vnū corpꝰ myſticū cōficit in eccleſia/ ⁊ ſuo capiti Chriſto vnit: ⁊ patri recōciliatur ⁊ iūgit. Et iō iſta māducatio facit effectū contrariū reſpectu corporalis comeſtiōis. nā manducādo cibū materialē cōuertimꝰ ipm in nrām ſubſtātiā: ſꝫ māducādo hūc ſacrū cibū: ⁊ bibēdo hūc ſacrum potū: nos trāſformamur: ⁊ mutamur in ipm. Et ſic pꝫ cōgruētia forme huiꝰ ſacramēti. ¶ Quātū ad quītū aūt eſt dicēdū: ꝙ ſi p receptionē ⁊ eſum huiꝰ ſacramēti debemꝰ i Chriſtū trāſformari ⁊ patri recōciliari: ⁊ viuere per grām/ ⁊ ab omni morbo ſpūali ſanari: oportet de neceſſitate vt mundi ad ipſuȝ accedamus: vt hoc ſacrm efficiat qđ ſignificat: ꝙ aliter nullus bonus intentus ſequeret effectus: eo ꝙ actus actiuoꝝ ſunt in patiēte diſpoſito. nam ſi per pctm̄ a deo ſepamur ergo nullo modo cū pctō poſſumus deo p grām coniungi/ niſi prius purgemur a pctō. Et iō ſicut digne accedēs ad hoc ſacrm conſequit vitā ſpūalem/ ⁊ eternā/ ⁊ oēs ſupradictos effectus: ita infidꝰ ⁊ indignus accedēs/ in iudiciuȝ ſibi manducat ⁊ bibit. Et iō Dauid vt oſtēdat qūo cū timore eſt accedēdū ad hoc ſacramentū/ concludit in hoc pſal. dicēs. Sanctū ⁊ terribile eſt nomen eius: initium ſapientie timor dñi ⁊c. Eſt aūt aduertēdū ꝙ oīa iſta ſupradicta ſubtilius ⁊ latius diſputant p doctores in. iiij. ſniaruȝ. Sed ſola iſta dicta ſufficiāt ad inſtructionē/ ⁊ cōſolationē ſimpliciū ſacerdotū ⁊ xpianoꝝ: quia iſta gloſſa nō patit longā aut ſubtilē diſputationē: ſꝫ ſolā ſanā pſalmorū litteralem ⁊ propheticam declarationem.

Beatus vir qui timet dñm: in mandatis eius volet nimis.

¶ Titulus. All'. Ex titulo apparet ꝙ Dauid fecit iſtū pſalmū ad laudādū deū/ maxime i feſtiuitate paſche. Nā ſicut fecit pſalmū pcedētē in quo cōmēdat ſummā dei miam: quā oſtēdit in teſtamento veteri figuraliter liberādo filios Jſrael de Egypto: ⁊ real'r liberādo genus humanū in teſtamento nouo de captiuitate/ ⁊ morte eterna per ſuā mortē/ ⁊ paſſionem/ et euchariſtie inſtitutionē: ⁊ voluit qđ ille pſal. cantaretur in die paſche: Jta pariter fecit iſtū pſalmum in quo cōmēdat nrām hois erga pximū ſuū. Nam ſicut miſeratio dei eſt maximū opus inter oīa opa dei: ita opa mie ſunt maiora inter oīs opa hoīs: et

Aleph. xxiij. q. vj. ſciſmatici.

De mundītia recipientiū corpꝰ xpi.

maioris meriti: excepta latria q̄ debet deo. Et iō voluit ꝙ iſte pſal. cantaret in feſtiuitatib⁹ paſche: vt moneret ppl'm ad eleemoſynas faciēdas. Et cātabat cū alla: Ad denotanduz ꝙ maxime laudatur deus in operibus miē exercēdis: qꝛ de⁹ magis laudat ope q̄ ore. Et ideo duo facit in hoc pſal. Nam pˀo ꝓmittit p̄miū tpale faciētib⁹ miam ⁊ eleemoſynā. ſcdo ꝓmittit p̄miū eternū. ibi. Jucundus hō.

Timor filialis.

¶ Quātū ad primū eſt aduertendū ꝙ timor dñi filialis eſt principiū oīm bonoꝝ: ſicut dictū eſt pſal. xviij. Nā ille qui timet deū amore filiali cauet omne malū/ ⁊ cauet tranſgredi p̄cepta/ ⁊ timet offendere deum ne diſpliceat ipſi: ⁊ ne ꝑdat eum: ⁊ ſic conat̄ ad poſſe adimplere mādata dei: vt complaceat ipſi: ⁊ ſtudet inherere amori dei propter ſe: vt poſſideat eū/ ⁊ ſic toto conatu fertur in deum. Et ideo timor filialis nihil aliud eſt q̄ ſumma charitas. Et qꝛ amans ſemper laborat ⁊ conatur tranſformari in amatū: ideo omnis ille qui timet ⁊ vere amat deuz ⁊ Chriſtū filiū eius/ ſemper laborat toto conatu/ et ſtudet imitari Chriſtum. Sed quia deus in toto teſtamēto veteri: ⁊ in nouo ſemꝑ operat⁹ eſt miſericordiā nobiſcū: vt patuit in pſalmo p̄cedēti: ⁊ ſemper precepit in vtroqꝫ teſtamento miſericordiā fieri: Jdeo ille qui vere timet dñm volēs imitari Chriſtum/ ⁊ adimplere eius voluntatē ⁊ mandata/ ſemper erit miſericors proximo ſuo. Ex quo ptꝫ ꝙ p̄ncipium ⁊ cauſa miſericordie in oibus eſt timor domini. Et ideo ꝓpheta Dauid volēs cōmendare miſericordiā in hoībus: īcipit a timore dñi. Unde dicit Beatus vir qui timet dñz timore filiali: quia talis de neceſſitate diligit dñm. et ſic timet et diligit dñm. Tunc in mādatis ei⁹ cupit ⁊ volet nimis ambulare. i. toto conatu/ et ſtudio laborat adimplere mandata dei. Unde ly nimis non dicit exceſſum vituperabilē: ſed dicit totū conatuz. q. d. ꝙ qui timet deum timore filiali/ ex toto corde/ ⁊ ex tota aīa/ ⁊ ex omnibus viribus ſuis/ ſtudet/ ⁊ laborat/ ⁊ conatur/ et deſiderat adimplere eius mandata. Sed quia inter omnia mandata dei de charitate eius eſt mai⁹ mandatum: vt patet Mat. xxij. ⁊ per totum diſcurſum euāgelicuz: ⁊ quia maxime rōs in iudicio exiget a nobis opera charitatis ⁊ miē: vt ptꝫ Matth. xxv. Jdeo oīs vir qui timet dñm maxime cupit adimplere opa ⁊ mandata charitatis ⁊ miē. Uñ lꝫ in hoc verſiculo non explicet mīa: ſed timor dei/ ⁊ obſeruantia mandatorū eius: tū ꝑ ea q̄ ſequuntur videtur manifeſte ꝙ propheta miſericordiam hoīs intendit cōmēdare/ ⁊ miſericordes beatificare.

**Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur.**

**Gloria ⁊ diuitie in domo eius: et iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.**

**Exortum eſt in tenebris lumen rectis: miſericors ⁊ miſerator ⁊ iuſtus.**

¶ Quia ſuperi⁹ dixit: ꝙ beat⁹ eſt vir q̄ timet dñz: ⁊ facit miam cū primo ſuo: hic explicat ei⁹ beatitudinē. Unde eſt aduertendū/ ꝙ hoīes miſericordes ⁊ eleemoſynarij nō ſolū habēt beatitudinē/ et premiū eternum in celo: ſed etiā habēt p̄miū temporale in hac vita/ ꝓ maiori parte. Et ſic beatitudo hoīs miſericordis nō ſolum eſt eterna/ ſed tēporalis. Et etiā mīa non ſolūmodo beatificat hoīem eternalr in celo: ſed etiā tēporaliter ī hac vita. Tria ergo facit: nā primo explicat premia tpalia q̄ cōſequitur miſericordes in hac vita: ſcdo explicat p̄mia eterna/ q̄ cōſequunt̄ poſt hanc vitā: tertio explicat dānationē eternā quā patiētur impij ⁊ crudeles poſt hanc vitā. Scdm ibi. Jucūdus hō. Tertiū ibi. Peccator videbit. ¶ Quātū ergo ad primū dicit ꝓpheta ꝙ tria bona cōſequit̄ homo miſericors in hac vita. Primo premiatur in filijs: qꝛ ſemen eius eſt potens ⁊ abundans ⁊ copioſum. Quaſi dicat: ꝙ premiat̄ in copia filiorū: ⁊ tales filij ſunt boni ⁊ virtuoſi ⁊ pacifici: qꝛ generatio rectorum benedicetur. i. filij hoīm iuſtorū/ ⁊ miſericordū erunt boni/ ⁊ virtuoſi ⁊ ſic a deo ⁊ hominibus benedicētur. Nā ſicut iuſti abundant in benedictione filiorum: ita in benedictione virtutū. Unde nota ꝙ benedictio in ſcriptura frequēter ſumitur ꝓ abundātia ⁊ multiplicatione. Jdeo cū dicitur hic. Generatio rectorū benedicetur: idē eſt dicere/ qd̄ generatio iuſtorum abūdabit ⁊ multiplicabit̄. Scdo ſicut vir miſericors eſt largus ad porrigendum/ ⁊ erogandū eleemoſynas pauperib⁹: ita deus augmentat bona eius tpalia ⁊ honores: ideo ſubdit propheta: ꝙ gloria. i. honor et diuitie tpales erunt ſemper in domo eius. Tertiuz premiuz erit abſolutio a pctīs. Nā eleemoſyna extinguit peccatū/ et iuſtificat hominem ⁊ preſeruat ipſum a pctō. Et ſi eſt in pctō illuſtrat ipſum/ ⁊ mouet ipſum ad pniam agendam. Et ideo ſubdit qd̄ iuſtitia ⁊ meritū hominis miſericordis et eleemoſynarij manet in ſeculū ſeculi: inquātum iuſtificat ipſum/ ⁊ illuſtrat ipm ne cedat ī peccatū: ⁊ vt egrediatur etiā a peccato. Et ideo ſubdit: ꝙ lumen gratie exortum eſt in tenebris peccatorū ipſis rectis: ⁊ miſericordib⁹. Qd̄ quidem lumen eſt ipſe de⁹ miſericors ⁊ miſerator ⁊ iuſtus. q. d. ꝙ Chriſtus deus q̄ eſt miſericors ⁊ miſerator ⁊ iuſtus illuſtrat/ ⁊ iuſtificat hoīes eleemoſynarios propter miām ⁊ charitatē. Sed eſt notandū ꝙ totū hoc qd̄ dictū eſt de p̄mio tpali: pōt etiā intelligi de ſpūali: ⁊ ſic ſupradicta premia poſſunt ſpūaliter intelligi. Naz multi ſunt ⁊ fuerūt miſericordes/ ⁊ eleemoſynarij in hac vita qui nō haduerūt ſupradicta bona tpalia: quia nō habuerūt filios/ nec diuitias/ nec honores: imo poſtq̄ erogauerūt oīa bona ſua pauperib⁹/ cōpulſi ſunt mēdicare. Sed tales non caruerunt bonis ſpūalib⁹: nec ſunt alieni a ſupradictis bn̄dictiōib⁹ intelligēdo eas ſpūalr. Nā ſemina hoīs eleemoſynarij ſunt eleemoſyne: ⁊ opa miē: q̄ dicuntur ſemina in ſacra ſcriptura: vt ait Apl'us. ij. ad Corint. ix. Qui parce ſeminat parce ⁊ metet ⁊c. Et de hoc ſemine eleemoſynarū dicit hic propheta ꝙ ſemē viri eleemoſynarij erit potēs in terra/ quo ad potentiā meritorū/ ⁊ ꝙ gn̄atio rectorū. i. bona opa benedicētur: ⁊ ꝙ glīa/ ⁊ diuitie ſpūales q̄ germinant̄ ex eleemoſynis/ ſemꝑ erūt in domo ei⁹: ⁊ ideo iuſtitia ei⁹ i. premiū/ ⁊ fruct⁹ illorū operū manebit in ſeculum ſeculi. Et dñs Jeſus Chriſtus qui eſt miſericors et miſerator ⁊ iuſt⁹: eſt exort⁹. i. oritur in tenebris peccatorū/ ipſis rectis illuſtrando eos/ ⁊ fugādo tenebras eoꝝ. Nam hoc eſt premium eorū qui faciunt eleemoſynā: qꝛ illuſtrant̄ ne cadāt in peccatū/ ⁊ vt egrediant̄ a tenebris pctōrū. Unde viro miſericordi ⁊ eleemoſynario dicit de⁹ ꝑ Eſa. lviij. cap. Frange eſurienti panem tuum ⁊c. et orietur in tenebris lux tua: ⁊ tenebre tue erunt ſicut meridies. Ex quo patet ꝙ eleemoſyne maxime fugant tenebras peccatorū: ⁊ preſeruant hoiem a peccato. Et nota ꝙ ly Exortum eſt in tenebris lumē rectis: poteſt intelligi etiaz de aduentu Chriſti. Nam Chriſtus exortus eſt velut lumen oibus rectis corde et miſericordibus. Nam eius aduētus ⁊ redēptio ſolis rectis/ et miſericordib⁹/ eſt vtilis. Nam impij et crudeles repellētur a facie Chriſti in ignē eternū ī die iudicij. Et nota ꝙ bene merito exortū eſt lumen gratie facientibus miſericordiaz. Nam congruum eſt: vt qui agit miam: miſericordiā ꝯſequat̄: ſicut eſt congruū ⁊ iudicium ſine mīa fiat illi qui non facit miſericordiā. Ja. ij. Ex quo patet ꝙ hoc premiū eſt computandum inter bona ſpiritualia.

**Jucundus homo qui miſeretur ⁊ commodat: diſponit ſermones ſuos in iudicio: qꝛ in eternum non commouebitur.**

¶ Hec eſt ſcda pars/ in qua narrat ⁊ explicat premia ſpiritualia que cōſequentur viri miſericordes et eleemoſynis elargitis/ ⁊ operib⁹ miē. Quorum primū eſt iucunditas/ et ſecuritas cōparendi ante Chriſtū in die iudicij. Nā viri miſericordex cū cōfidentia/ ⁊ ſecuritate apparebūt corā Chriſto iudice in nouiſſimo die: quia cū ſecuritate poterūt reddere rationē de talentis ſibi cōmiſſis: qꝛ apparebunt ante iudicē afferentes oleū miē in lāpadib⁹ ſuis: ideo nō timebūt ꝙ ſpōſus dicat eis clauſis ianuis Neſcio vos: immo recipiet eos/ ⁊ intrabūt cum eo ad nuptias. Et ſimiliter ſecure/ ⁊ cum iucunditate accedent cum talentis duplicatis. ⁊ ideo dicet eis dñs. Euge ſerue bone ⁊ fidelis: quia in pauca fuiſti fidelis ⁊c. Per oppoſituz auari/ ⁊ crudeles trepidabunt ire ante faciē iudicis/ eo ꝙ non afferent oleū miſericordie/ ⁊ eleemoſyne in lāpadibus: iō claudet̄ eis ianua regni celoꝝ: ⁊ dicet̄ eis. Neſcio vos. Jtē qꝛ talis auarus ⁊ crudelis abſcōdit talētuz in terra: iō eijcietur in tenebras exteriores: vt patet Mat. xxv. Et hoc eſt qd̄ dicit hic Dauid: ꝙ hō miſericors: qui miſeret̄ primo ſuo: ⁊ cōmodat dando eleemoſynam/ ille talis erit iucundus ⁊ ſecurus: qꝛ cum fiducia diſponet ſermones ſuos in iudicio: iō reſpōdebit Chriſto interroganti de talētis cōmiſſis: qꝛ poterit dicere. Dñe quinqꝫ talenta tradidiſti mihi: ecce alia q̄nqꝫ ſuplucratus ſum. ⁊ dicet etiaz. Dñe vnum talentū bonoꝝ tēporaliū tradidiſti mihi: ecce aliud ſuperlucratus ſum. qꝛ illud deſtribui pauperibus. Et ideo ſubdit ꝓpheta: ꝙ iſte talis vir eleemoſynarius: nō cōmouebit̄ ī eternū: nec ſeparabitur a p̄mio eterno/ ⁊ gloria celeſti: qꝛ gaudium ſuum nemo tollet ab eo: ⁊ ideo memoria hui⁹ iuſti erit eterna: quia eleemoſyne eius viuent in p̄miū eternum: ⁊ eleemoſynas illi⁹ enarrabit omnis eccleſia ſanctorum. Jdeo ſubdit.

**Jn memoria eterna erit iuſtus: ab auditione mala non timebit.**

**Paratum cor eius ſperare in dño: confirmatum eſt cor eius: nō commouebitur donec deſpiciat inimicos ſuos.**

**Diſperſit dedit pauperibus: iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi: cornu eius exaltabitur in gloria.**

¶ Triplex ergo p̄miū ſpūale narrantur in his duobus verſibus. Primū: qꝛ vir qui miſeret̄ et commodat iucundus/ ⁊ ſecurus reddet rōnē in nouiſſimo die de bonis tēporalibus ſibi traditis. Scdm ꝙ p̄miū eius ineternū nō tolletur ab eo. Tertium erit ꝙ iuſtus ⁊ miſericors memorabit̄ ⁊ viuet ineternū in hac eccl'a per gratiam/ et in ſuperna ꝑ gloriam. Quartū p̄miū ſubdit ꝓpheta/ cū dicit. Ab auditione mala nō timebit. Nā qñ Chriſt⁹ dicet virginib⁹ fatuis Neſcio vos: ⁊ qñ dicet abſcendenti talētū in terra: ſerue male ⁊ piger ⁊c. et qñ dicet oib⁹ crudelibus ⁊ auaris: Jte maledicti in ignē eternū. Tunc iſte vir miſericors non timebit a tali ſnīa: et mala auditione. imo erit ſecur⁹ de ſuo premio. Jdeo talis auditio late ſententie erit mala ipſis auaris: et impijs/ ⁊ crudelibus. quā ſnīam auditam non timebunt miſericordes. Et ideo ꝯſequit̄ ꝙ cor talis viri miſericordis erit paratū: et firmū ſperare in dño ⁊ cōfirmatū in bono/ ⁊ nō cōmouebitur a firmo ꝓpoſito: nec a p̄mio ſibi ꝓmiſſo ⁊ dato. ⁊ ī hoc deſpiciet inimicos ſuos. q. d. ꝙ intantuz erit firmus in iudicio: ꝙ deſpiciet inimicos ſuos accuſando eos: ⁊ inſtando contra eos: ſicut legit̄ Sapientie. v. ꝙ tunc ſtabūt iuſti in magna cōſtātia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt. Et etiaz deſpiciet inimicos demones accuſatores ſuos. Et ſubdit vltimū p̄miū et ſūmū ⁊ optimuz ipſius viri miſericordis: qd̄ erit habere regnum: ⁊ ſummā felicitatē: ⁊ glīam in patria celeſti. Uñ dicit ꝙ iſte miſericors: qꝛ cōmodauit: et diſperſit bona ſua pauperib⁹: ideo iuſtitia ⁊ p̄miū eius manebit in ſeculū ſeculi: qꝛ erit eternū: ⁊ cornu. i. honor eius: ⁊ felicitas exaltabit̄ in glīa celeſti. Uñ notanter dictū eſt ſupra. Jucūdus homo q̄ miſeret̄ ⁊ ꝯmodat. Nā dare eleemoſynā nihil aliud eſt q̄ cōmodare: et mutuo tradere ſiue ſeminare. Nā cōmodat tēporalia et recipit eterna: ⁊ ſeminat tēporalia/ ⁊ colligit ſpūalia ⁊ eterna. Uñ cōmodare nil aliud ē: niſi mutuo aliquid tradere. i. ſub ſpe recuperādi: ⁊ retribuēdi aliquid mutuare. Et ideo largiēs eleemoſynā dr̄ cōmodare aut mutuare dupliciter. Pˀo qꝛ a deo p̄miū ꝓmiſſum miſericordibus expectat. Scdo. qꝛ pauperē recipiētē ad rogādū ꝓ eo obligat. Sed eſt aduertēdū ꝙ ly exortum eſt in tenebris lumē rectis: pōt referri ad bona ſpiritualia. Nam gratia que declinat hominē a malo ⁊ facit bonū: poteſt cōputari inter bona ſpiritualia: ⁊ ſic erit primus fructus ſpiritualis.

Cōmodat miſericors.

**Peccator videbit ⁊ iraſcet̄: dentibus ſuis fremet ⁊ tabeſcet: deſiderium peccatorum peribit.**

Res. Tau. de pe. diſ. iij. §. ex h ſenſu.

¶ Jn hac tertia parte memorat: ⁊ āñūciat/ ⁊ cōminat̄ penā ⁊ premiū ipſorū viroꝝ crudeliū et malorū. Que quidē pena erit quadruplex. Primo qꝛ cū pctōr ſuperbus videbit ibi ī iudicio miſericordes ⁊ pauperes ad glīam deſtinari: quos ipe ꝑſecutus eſt in hac vita ⁊ cōtēpſit: tunc iraſcetur pre inuidia ⁊ vretur ī corde. Scdo qꝛ fremet ex pena ſenſus ad quē deſtinabitur ex ſnīa Chriſti. Tertio tabeſcet et putreſiet in anima ex pena vermis cū cognoſcet ſe talē felicitatem perdidiſſe ex ſua culpa. Quarto qꝛ votū/ et deſideriū ſuum erit fruſtratuz: qꝛ tūc ꝑdet gloriā mūdi/ in qua cōfidebat/ ⁊ illecebras/ et delectationes illius: et ſic torq̄bit̄ in aīo. Patietur ergo penam inuidie: ⁊ fremitum doloris ſenſus: et tabē

Pena crudeliū xpo

vermis ꝓpter culpā: ⁊ amaritudinē/cuꝫ bonis mū
danis: ⁊ delectatiōibꝰ priuatū ſe viderit. Quas pe
nas deſcribit ſapiens Sapiētie. v. dicens: Et q̄ ab
ſtulerūt labores illorū turbabunt̄ timore horribi
li ⁊c. per totū capitulū. Nota ꝙ diuerſuꝫ eſt deſide
riū: ⁊ ſpes pctōꝝ a deſiderio/⁊ ſpe iuſtoꝝ. Nā pec
catores ponūt ſpē: ⁊ deſideriū ī delitijs et diuitijs:
⁊ dn̄io tēpali huiꝰ mūdi. Juſti aūt oīa iſta ꝯtēnunt:
ponētes ſpē in vita futura eterna: ⁊ ꝓpter illaꝫ di
ſtribuūt diuitias ī eleemoſynas pauperibus. Et iō
deſideriū/⁊ ſpes iſtoꝝ non cōmouebit̄ ab eis: immo
iuſtitia ⁊ ꝓmiū eoꝝ manet in ſeculū ſeculi. ſꝫ deſi
deriū ⁊ ſpes peccatoꝝ peribit ſimul cum eis: q2 ni
hil inuenient diuitiarū ſuarū. qđ maxime appare
bit/⁊ cognoſcet̄ in iudicio. et hoc concludit Dauid
in hoc pſal. in quo enumerat fructus/⁊ ꝓmia iuſto
rū/⁊ miſericordiā: ⁊ damna/⁊ penas pctōꝝ ⁊ crude
B delīū ipioꝝ. ¶ Ex toto ḡ iſto pſalmo inferunt̄ tres
cōcluſiones. Quartū ꝓma eſt: ꝙ oīs timens deū eſt
miſericors. Qđ ꝓbat̄: q2 oīs timens deū toto cona
tu cupit ⁊ laborat adiplere diuina mandata. ſed oē
miſericors recipit decem ꝓmia. mandatuꝫ eſt de charitate dei ⁊ ꝓximi: ⁊ ꝑ ꝯñs de
mīa erga ꝓximuꝫ. ḡ oīs timens deū eſt miſericors.
¶ Scđa ꝯcluſio. ꝙ oīs miſericors eſt beatꝰ tā bea
titudine tēporali/ꝙ̄ eterna. ꝓbatur. Nā ex miſeri
cordia ⁊ eius operibus colligit/⁊ recipit. x. premia
ſiue fructus/tres tēporales/⁊ ſeptem ſpūales. qui
quidē decē fructus reddunt hoiem beatū in hac vi
ta ī ſpe: ⁊ in alia in re/igitur ⁊c. ¶ Primus fructus
tēporalis eſt copia ⁊ benedictio filiorū bonoꝝ: per
hoc ꝙ ait. Potens in terra erit ſemē ⁊c. Secundus
fructus eſt copia bonoꝝ tēporaliū: et honor in hac
vita: per hoc ꝙ ſubdit. Gloria ⁊ diuitie in domo eiꝰ
⁊c. Tertius eſt bona fama in hac vita: ꝑ hoc ꝙ ſub
dit. Et iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Pri
mus fructus ſpiritualis eſt illuſtratio anime: vt de
clinet a malo et faciat bonum. per hoc ꝙ ait. Exor
tum eſt ⁊c. Secūdus fructus eſt iucunditas ⁊ ſecu
ritas ad reſpondendum in iudicio. per hoc ꝙ ait.
Jucundus hō qui miſeretur. Tertius erit memo
ria eterna/⁊ premiūꝫ imobile. per hoc ꝙ ait. Quia
ineternum nō cōmouebitur/⁊ ī memoria ⁊c. Quar
tus erit q2 non timebit ſniam datam cōtra malos
pena auarorum ⁊ crudelium q̄druplex. in iudicio: per hoc ꝙ ait. Ab auditione ⁊c. Quintꝰ
erit. q2 gaudebit cum audiet Chriſtū dicentē. Ve
nite benedicti patris mei. per hoc ꝙ ait. Paratum
eſt cor eius ⁊c. Sextꝰ erit. quia videbit vindictam
de inimicis ſuis: per hoc ꝙ ait. Donec deſpiciat ini
micos ſuos. Septimus fructus erit. honor ⁊ beati
tudo eterna per hoc ꝙ ait. Cornu eius exaltabitur
in gloria. ¶ Tertia cōcluſio. ꝙ ꝓmiū auarorū ⁊ cru
C delīū erit quadruplex pena. Primo ineffabilis in
uidia ex ꝓſperitate iuſtoꝝ. ſcđo quia fremēt pena
ſenſus. tertio q2 tabeſcent pena vermis. quarto q2
fruſtrabunt̄ in deſiderio ſuo huius mundi. ¶ Sed
cōtra predicta arguunt auari dicentes/ꝙ Chriſtꝰ
iniuſte cōdemnabit in iudicio eos qui non egerunt
eleemoſynas. naꝫ ſi quis cuſtodiens bona ſua que
iuſte acquiſiuit neget eleemoſynaꝫ pauperi: nulli
facit iniuriā/nec furatur aliquid/nec agit contra
aliquod decē preceptoꝝ. ergo non debet puniri. In
oppoſitū eſt Dauid ī hoc pſalmo/⁊ ſaluator Mat.
xxv. qui dicit eis. Jte maledicti in ignē eternuꝫ ⁊c.
Reſpondet̄ ꝙ ſubuenire miſeris ⁊ pauperibus/et
indigētibus in neceſſitate: nō ſolū eſt de lege euan
gelica: ſed de iure ⁊ lege nature: ⁊ de lege Moyſi ⁊
doctrina ꝓphetica. ¶ Sed vltra hoc ponit̄ pro cō
cluſiōe ꝙ chriſtianꝰ negās eleemoſynā: et auxiliuꝫ
chriſtiano indigenti cōmittit furtū/⁊ agit cōtra il
lud ꝓceptū: nō furtū facies. Pro cuiꝰ ꝓbatiōe pre
ſupponunt̄ tres ꝓpoſitiones. ¶ Prima: ꝙ negans
aut retinēs debitū creditori: ꝯmittit furtū. Iſta eſt
clara in foro ꝯſcie. ¶ Scđa: ꝙ Chriſtus veniēs in
carnē: ⁊ paſſus labores/⁊ miſerias ꝓ nobis conſti
tuit ſeipſꝫ creditorē: ⁊ nos oēs ſibi debitores. Pro
bat̄: nā cū eſſet dei filius in gloria pr̄is: ſeipm exi
naniuit formā ſerui accipiēs cū ſeptē miſerijs nr̄is
ſ. cū ſiti et fame ⁊c. vt iſte miſerie eſſent inſtrm ad
patiendū/et merendū ꝓ nobis q2 voluit eſurire: et
ſitire/et mēdicare/⁊ infirmari/⁊ peregrinari/⁊ ca
pi/et vēdi: ⁊ mori: et in alieno ſepulcro tanꝗ̄ pau
per ꝓ nobis ſepeliri: ergo vnuſquiſꝗ̄ obligat̄ Chri
ſto reddere vicē. ſ. ipm cibare/et potare: et veſtire:
⁊ hoſpitari/⁊ redimere/⁊ ſepelire ⁊c. Tertia propo
ſitio ꝙ oēs paupes chriſtiani/et indigentes peten
tes amore xp̄i ſunt heredes/et ſucceſſores Chriſti.
ꝓbat̄: q2 hos reliq̄t Chriſtꝰ ſucceſſores ad recipiē
dū ꝓ ſe debitū/⁊ auxiliū mīe loco ſui: vt ꝑtꝫ Mat.
xxv. Quod vni ex his minimis feciſtis: mihi feciſtis
⁊c. Jtem cap. xxvj. Semper pauperes habetis vo
biſcum/quibꝰ poteſtis benefacere: me aūt nō ſem
per habebitis. q. d. dum viuo tenemini mihi ſubue
nire: q2 poſt mortē ⁊ reſurrectionē iā relinquo vo
bis pauperes/q̄bus poteritis ſubuenire loco mei.
His ergo habitis arguit̄ ſic. Oīs negans auxiliū/
et mīam Chriſto cōmittit furtū: ſed negans mīam
pauperibus indigentibus negat auxiliuꝫ Chriſto:
cum oēs pauperes ſint Chriſti ſucceſſores: cui nos
oēs ſumꝰ debitores: ergo oīs diues negās auxiliū
et mīam pauperibꝰ in neceſſitate poſitis/cōmittit
furtum cōtra Chriſtū: ⁊ per cōſequēs iuſte pōt ipſꝫ
cōdēnare in iudicio dicēs. Jte maledicti in ignem
eternū ⁊c. Ex ꝑ hoc ꝑtꝫ rn̄ſio ad argumentū auaro
ruꝫ. Quia ſub pena furti vnuſquiſꝗ̄ chriſtianus de
iure obligatur ſubuenire pauperibꝰ in effectu vel
in affectu: vt magis patebit pſal. cxiij.

# L

Audate pueri dominum: lau
date nomen domini.
Sit nomē domini benedictum.
ex hoc nunc ⁊ vſꝗ̄ in ſeculum.
A ſolis ortu vſꝗ̄ ad occaſuꝫ: laudabile no
men domini.
Excelſus ſuper omnes gētes dominus: et
ſuper celos gloria eius.

¶ Titulus. Allel'a. Ex titulo apparet ꝙ iſte eſt de il
lis pſal. quos Dauid fecit ad laudanduꝫ nomē dn̄i
in tēplo: vt ſepe dictū eſt. Vn̄ eſt notandū ꝙ Judei
moderni in tribus magnis feſtiuitatibꝰ/⁊ in omni
Neomenia: cātāt iſtū pſalmū cū q̄nꝗ̄ ſequētibꝰ. Et
appellāt ipm allel'a. magnū/ſiue hymnuꝫ magnum:
q2 ex ſex pſal. faciunt vnū. et etiā in nocte Paſche
poſtꝗ̄ comederūt panē azimum loco agni paſcha
lis: dicūt iſtū pſalmū cū magna ſolēnitate: et dicūt
ꝙ ita faciebant primi patres in primo/et ſecundo
templo. Sed hoc iſti Judei moderni nulla aucto
ritate: nec ratione poſſunt probare: immo hunc ri
tum: et multas alias cerimonias: quas hodie ſer
uant/ordinarunt Thalmudiſti in Babylonia Egy
pti tēpore magni Cōſtantini/Nā a deſtructione ſe
cundi tēpli vſꝗ̄ ad magnū Cōſtantinū/tanꝗ̄ be
ſtie viuebant Judei diſperſi/⁊ captiui ꝑ mundū ſi
ne aliqua cerimonia ⁊ ritu. Sed vidētes maiores
corū/ꝙ maior pars iudaiſmi cōuertebat̄ ad fidem
Chriſti ſimul cū populo gētili: tūc cōgregati in Ba
bylonia Egypti punctuarūt ſcripturā veteris te
ſtamenti/quaſi ad ſuū intentū: ⁊ ordinarunt quoſ
dā ritus et cerimonias quas hodie ſeruāt. Jmmo
eſt dicendū ꝙ de titulis pſalmorū/⁊ cerimonijs/⁊
ritibus q̄ ſeruabant̄ in primo/⁊ in ſcđo tēplo/me
lius ſcimus nos dare rationē ꝙ ipſi: ⁊ hoc ꝑ Joſe
phū/⁊ Philonē/⁊ alios antiquos quos ipſi penitꝰ
ignorāt. ⁊ ideo in ſimilibus nulla fides eſt eis adhi
bēda. Et iō nō eſt multū curandū de quibuſdā ad
fidē nouiter cōuerſis/qui volūt ſucceſſiue incipiē
do ab Abel ꝑ tpa diſcurrendo hos ſex pſalmos ex
ponere: cū manifeſte iſte pſal. primꝰ loquat̄ de con
uerſione pp'li gētilis facta poſt Chriſtū. Nā mani
feſte ꝓpheta inuitat pp'lm gētilē ad fidē cōuerſuꝫ
a ſolis ortu vſꝗ̄ ad occaſum/ad laudandū deuꝫ: et
agendū gratias: eo ꝙ ipm de ſtercore idololatrie
ſuſcitauit: ⁊ inter principes pp'li ſui collocauit: vt
patebit. ¶ Ad cuiꝰ intellectū eſt notandū/ꝙ Da
uid legēs ⁊ cōtēplans myſteriū Anne matris Sa
muelis/q̄ ante erat ſterilis/⁊ deiecta/⁊ opprobrijs
afflicta/⁊ cōtēpta a Fenenna pellice ſua. Et qm̄ ꝓ
pter humilitatē ſuā deus aperuit vuluā eiꝰ: ⁊ pepe
rit Samuelē q̄ fuit ſanctꝰ et iudex in Jſrael. Et re
ꝓbatis/⁊ interfectis filijs Heli tranſlatū eſt ſa
cerdotiū ad Samuelē. Unde anna mater eius re
pleta ſpū ſancto cecinit illud cāticū. Exultauit cor
Nō de ſynago. gētiū lauda. meū. vt ꝑtꝫ. i. Reg. ij. cap. Jn quo manifeſte ꝓdicit
reprobationē/⁊ abdicationē ſynagoge/⁊ electionē
pp'li gētilis. Per qđ myſteriū ꝓuidit Dauid in ſpi
ritu/qualiter ſynagoga q̄ ante erat fecūda ī copia
filiorū: erat repudianda a viro ſuo Chriſto: quē per
longa tēpora expectauerat: ꝓpter ſuperbiā. Et pre
uidit qualiter gētilitas: q̄ per magna tpa fuerit ſte
rilis: q2 nō generabat filios ad cultū diuinum: de
bebat effici fecūda in aduentu Chriſti: eo ꝙ ipſum
in virū erat acceptura ⁊ ex eo plurimos filios rege
neratura. Jtaꝗ̄ ipſa q̄ ante erat abiecta in domo
dei/erat recipiēda: ⁊ ex filijs ſuis erat eccl'ia ꝯgre
gāda: ⁊ filij ſui qui ante erant pagani: debebāt effi
ci ciues et habitare in ciuitate/et domo dei: et ſic
domus dei que ante ſtringebatur intra fines Pale
ſtine erat dilatanda a ſolis ortu vſꝗ̄ ad occaſum
⁊ deus qui ſolū in Judea erat notus: erat adoran
dus/et colendus a ſolis ortu vſꝗ̄ ad occaſum per
vniuerſum orbem a populo gentili ad Chriſtū con
uerſo. ⁊ de hoc fecit Dauid hūc pſalmū. in quo duo
facit/Nā primo inuitat totū populū gentilē ad lau
dandū dn̄m venientē in carnē. Scđo oſtendit eius
opulentiā ⁊ largitatē/⁊ beneficia quare eſt laudā
dus ibi. Quis ſicut dn̄s. ¶ Quātū ergo ad primuꝫ
dicit Dauid. O pueri. i. gētiles ad Chriſtū nouiter
cōuerſi ſimplices ⁊ teneri in fide: laudate dn̄m no
ſtrū Jeſum Chriſtū/⁊ laudate nomē dn̄i qđ eſt ſal
uatoris: q2 ſaluauit vos: q2 vt ſic ē deus ⁊ hō: ⁊ nomē
eius qđ eſt Jeſus ſit benedictū a vobis/⁊ iter vos
cōfitentes ipm verū deū/⁊ hoiem redēptorē ⁊ coli
te eū. ⁊ nō ſolū colatis ⁊ bn̄dicatis ipm ad tempus
ſicut Judei/qui coluerūt deū vſꝗ̄ ad aduētū meſ
ſie: ⁊ poſtea maledicunt eū/⁊ negāt eū in Chriſto.
ſed colite eū. ⁊ ſit benedictū nomē eius a vobis/ex
hoc nūc. i. ex hoc inſtanti/in quo cepiſtis fidē/vſꝗ̄
in ſeculū: ⁊ ineternū: ⁊ in omni tēpore: ⁊ nō ſolū in
omni tēpore: ſed in omni loco a ſolis ortu vſꝗ̄ ad
occaſum. i. ab India/vſꝗ̄ in Hiſpaniā/⁊ Maurita
niam/que ſunt ad occaſum/⁊ ab Ethiopia in Scy
thiam ſit laudabile nomē dn̄i a vobis. Hec aūt ꝓ
phetia iam fuit impleta. Nā oēs iſti ceperūt fideꝫ:
vt oſtenſum eſt pſal. lxxi. Et reddit cauſam: Q2 ex
celſus ſuper oēs gentes dn̄s. Nam ſicut in gloria
eſt ſuper oēs celos/⁊ ſuper oēs angelos: Jta ergo
debet eſſe/⁊ erit excelſus ſuper oēs gentes. Quaſi
dicat: ꝙ ſicut omnes angeli obediunt/et laudant
deū: ita omnes gentes venient ad fidem/⁊ lauda
bunt deum a ſolis ortu ⁊c.

Quis ſicut dn̄s deꝰ noſter q in altis habi Ja. iiij. i. pet. v. i. re. ij. b
tat: ⁊ humilia reſpicit in celo ⁊ in terra.
Suſcitans a terra inopem: ⁊ de ſtercore eri
gens pauperem.
Ut collocet eū cū principibus: cum princi
pibus populi ſui.

¶ Hic oſtēdit dei oīpotentiā quare eſt laudandꝰ/
⁊ qm̄o eſt excelſꝰ ſuꝑ celos/⁊ ſuꝑ oēs gētes. ¶ Vn̄ D
eſt notandū: ꝙ oīpotentia vnius regis maxime in Oīpotentia regis ī hoc demōſtratur.
hoc demonſtrat̄. ſ. ex magnis facere paruos/et ex
paruis magnos: ⁊ deijcere ſuꝑbos/⁊ exaltare hu
miles: ⁊ parcere ſubiectis: ⁊ debellare ſuꝑbos. Et
iō virgo Maria in cātico ſuo maxime ī hoc oñdit
deū eſſe oīpotentē: q2 Depoſuit potētes de ſede et
exaltauit humiles. Et diſperſit ſuꝑbos mente cor
dis ſui. Dicit ergo Dauid/Quis oīpotēs ſupple ſi
cut eſt dn̄s deꝰ noſter: qui in celis altis habitat. i.
ſummitatē: ⁊ imperiū ſuꝑ oīa tenet: ⁊ tn̄ humilia:
⁊ ſolos hoies reſpicit: ⁊ diligit: ⁊ fouet tam in celo
ꝗ̄ in terra. Nā in principio deiecit luciferum cū ſe
quacibus ſuis ſuꝑbis de celo: ⁊ exaltauit Michae
lē ⁊ alios humiles: ⁊ fecit Michaelē principē mi
litie celeſtis: cū eſſet minor lucifero ī natura. ¶ Et Deꝰ hominem exaltauit.
oſtēdit etiā deꝰ magis ſuā oīpotentiā/cū ex hoibꝰ
qui tenent vltimū gradū in genere intellectiuorū:
ſuſcitauit: et eleuauit quoſdā per gratiā in tam ſub
limē gradū: vt poſſideant loca: ⁊ ſedes pl' humilita
tē: quas illi angeli perdiderūt ꝑ ſuperbiā: ⁊ collo
cent inter principes pp'li: ⁊ celeſtis exercitus. Vn̄
deus primo reſpexit humilia in celo: qm̄ angelos
humiles ⁊ obedientes elegit. ⁊ ſuperbos in infer
num deiecit. Secūdo reſpexit humilia in terra qm̄
ſeipſum exinaniuit: formā ſerui accipiens. Et tunc
erexit de terra inopē ⁊ pauperē: qm̄ hoiem ſaucia
tū: ⁊ expoliatū redemit ⁊ ꝑ gratiā elegit. Et tunc in
ter principes populi ſui collocauit: qm̄ inter hierar
chias angelorum collocauit. Jtem tunc ſuſcitauit
Chriſtus a terra inopē: qm̄ hoiem ſauciatū relictū
in terra iacentem ſupra humeros ſuos poſuit: et a
morte peccati ꝑ mortē/⁊ paſſionē ſuā redemit: ⁊ in
celo inter angelos collocauit. Jdeo ſubdit Suſci
tans a terra. i. de hoibꝰ de terra formantis inopē. ſ.
Adam: ⁊ Petrū: ⁊ Paulum: ⁊ latronē: ⁊ Magdale
nam/⁊ ceteros penitētes/⁊ terrenos/⁊ erigēs pau
perem de ſtercore terrenorū. Vocat hoiem paupe
rem: inquantū per peccatū fuit expoliatus bonis
gratuitis: ⁊ originali iuſtitia: cum ſuo premio fuit.

priuatus. Et vocat ipſum inopē/inquantū iuit ſau-
ciat⁹ in oībus potētijs fomite cōcupiſcētie debili-
ta us/τ ſic fuit ſine auxilio. τ iſtū collocauit inter
principes populi ſui. i. inter hierarchias angeloꝝ:
τ inter principatus/τ poteſtates/vnumquemqꝫ ſm
mēſuram gratie ſibi collate/τ ſm merita/τ opera
bona collocauit. Ita em̄ exaltauit apl'os/et euan-
geliſtas/τ martyres/τ oēs penitentes/τ fideles: hic
ꝑ gratiā/τ in celo ꝑ gloriā/τ inter hierarchias que
ſunt ꝑncipat⁹ celeſtis collocauit. Itē exaltauit pe-
trū/τ Joannem/τ Jacobū/τ ceteros apl'os τ diſci-
pulos de ſtercore/τ fimo artis piſcatorie/et igno-
rantia/τ ſimplicitate/τ per dona ſpūs ſancti eos ex
piſcatorib⁹ apl'os/τ euāgeliſtas/τ doctores fecit/
et principes terre cōſtituit: τ ſic inter ꝑncipes ppl'i
ſui. ſ. eccleſie ſue collocauit. Naꝫ principes eccleſie
ſunt patriarche/τ ꝓphete/τ apl'i. Sꝫ principalio-
res ſunt apl'i q̄ nati ſunt eccl'ie pro patribus ſuis/et
ſubſtituti. Nā eccleſia Chriſti ex pauperibus/τ ſim
plicibus cōgregata eſt/τ eleuata/τ ſuſcitata/et in
hoc magis oſtēſa eſt Chriſti potētia. Itē etiā ꝑ ino
pē ſuſcitatū a terra ītelligit ppl'm gētilē liberatū a
terrenis ꝑ fidē. Et ꝑ pauperē erectū de ſtercore in-
telligit quēlibet pctōrē a ſordib⁹ pctōꝝ per pn̄iam
mundatū τ eleuatū. Nā ille erat mortu⁹ in terra: τ
iſte iacebat inuolut⁹ in ſtercore peccatoꝝ. ¶ Tres
ergo cōditiones ꝑſonarū Chriſtus eleuauit/τ ſu-
ſcitauit a terra: nā ꝑmo ſuſcitauit Adā/τ totā ſuaꝫ
poſteritatē fideliū/τ collocauit inter hierarchias
angeloꝝ. ¶ Scđo ſuſcitauit apl'os/τ ceteros diſci
pulos a terrenis/τ de ſtercore cerimonialiū: τ cōſti
tuit eos principes eccleſie/τ collocauit eos cū ꝑn-
cipibus celeſtis exercitus. ¶ Tertio ſuſcitauit et
erexit populū gentilē a terrenis voluptatibus: et
de ſtercore τ ſpurcitia idoloꝝ/τ nefandoꝝ rituuꝫ:
τ collocauit eos cū principibus populi ſui in celo
per gloriā/τ in hac eccleſia per gratiam τ honorē.
Nā ſucceſſores apl'orum eos fecit: τ ex eis epiſco-
pos/τ ſacerdotes cōſtituit vt magis patebit in ſe-
quenti verſu.

E Tres ꝯditiones pſonaꝝ xp̄s ſuſcitauit ſeu eleuauit.

j. Reg. ij. Eſaie xliiij.

**Qui habitare facit ſterilem in domo: ma-
trem filiorum letantem.**

¶ Hic cōcludit principale intentū. Nā poſtq̄ oſtē-
dit oppoſitionem dei: eo q̄ de celo eiecit angelos
ſuperbos τ rebelles in abyſſuꝫ inferni: τ ſuſcitauit
de terra hominē pauperē: τ inopē/τ collocauit euꝫ
inter principatus angeloꝝ: vt poſſideret loca τ ſe-
des/quas angeli ſuperbi ꝑdiderāt. Ita pari ratio-
ne Chriſtus venit i hūc mundū miſſus a parte tāq̄
meſſias in lege ꝑmiſſus ad ſynagogam fecundam
copia filioꝝ/quā deus ante per magna tēpora de-
ſponſauerat: τ in ſublimē gradū erexerat: τ in pro-
priū populū: τ hereditatē elegerat: cui tot benefi-
cia cōtulerat: τ cui ducē τ ſaluatorē τ meſſiam pro-
miſerat: q̄ eam de hoc mundo in celū trāſferret. Sꝫ
ipſa velut rebellis τ ingrata: τ nō ſolū ipſum nega
uit τ repudiauit: ſed etiā crucifixit. Ideo Chriſtus
poſt reſurrectionē et aſcēſionem ipſam repudiauit
et abdicauit et reprobauit: et maledixit/ſterilem
reddidit. Quia ſanctuario et lege priuauit: τ regno
et ſacerdotio/τ hoſtia/τ ſacrificio. Et ſynagoga re-
pudiata eccleſiam ex gentib⁹ cōgregauit τ ſibi eaꝫ
deſponſauit/τ fecūdam reddidit: cū ipſi legē euan-
gelicam τ ſacramēta donauit. Ex qua copia filioꝝ
per ſacramento quotidie regenerat. Itaqꝫ gentili-
tas/que ante erat ſterilis/τ pagana/et exul extra
domū/τ hereditatē dei: nunc facta eſt ſponſa Chri-
ſti/τ mater multorum filiorum: τ fecūda/τ habitat
in hereditate dei τ domo que eſt eccleſia: hic ꝑ gra
tiaꝫ/τ in futuro per gloriā. Ideo dicit Dauid. Deus
deus eſt oīpotēs/τ laudandus in celo/τ in terra/et
excelſus. Nā gentilitateꝫ quondā ſterilē per cōuer
ſionem ad fidem fa..x fecundā matrem multoꝝ fi-
liorum facit habitare in domo ſua letantē: que eſt
eccleſia: abdicādo/τ repudiādo ſynagogam: q̄ ante
erat ſponſa τ fecūda: τ hoc factū eſt ex eius ſuper-
bia/τ ingratitudine. ¶ Nota q̄ Dauid ex duob⁹ cō-
cludit repudiationē ſynagoge/τ electionem eccle-
¶ In hac ſc̄da parte intendit agere gratias ꝑ beneficijs receptis: puta pro beneficio redemptionis ꝛ electionis: qꝛ elegit ip̄m per fidē. Sed qꝛ eſt difficile pro his deo ſatiſfacere: et gratias ſufficienter reddere: ideo ait. Quid retribuā dn̄o/ꝛ quā ſatiſfactionē faciā pro oībus que retribuit mihi? Qꝛ primo me de nihilo creauit: et in tanto honore in paradiſo prefecit: et poſt lapſum me proprio ſanguine redemit. Et deum per gratiam et fidem vocauit et elegit. Et Iudeis manentibus cecis me in eccleſia ſua congregauit: ꝛ veram et ſanam doctrinam docuit: et fidem inſpirauit per quā cuꝫ audacia predicaui ꝛ locutus ſum. Non ſum ergo ſufficiens ꝑ tantis beneficijs ſatiſfacere. Sed ſcio quid faciā. Nam cum bona tp̄alia non ſufficiāt: dabo ipſi quod precioſius habeo/ſcilicet meipſum ꝛ vitam meam. Nā ſicut ipſe obtulit ſe ꝑ me in ara crucis ad mortem: et bibit pro me calicem paſſionis: ita ego offeram meipſum et exponā me ad mortem pro ipſo ꝛ defenſione ſui noīs ꝛ legis euangelice. Et ſic calicē ſalutaris. ſ. paſſionis ꝛ mortis martyrij accipiam: ꝛ nomen domini inuocabo/ꝛ cōfitebor coraꝫ hoīb⁹. Nā qꝛ video qd̄ nil eſt precioſius apud deum et in conſpectu dn̄i quā mors ſanctorū eius per martyrium ideo vota mea dn̄o reddam. i. meipſum offeram: et ad mortem ꝛ ad martyrium libenter exponā. Et nomen Ieſu chriſti confitebor: non abſcondire: ſꝫ coram omni populo eius: ſicut ipſe cōfeſſus eſt me in cruce coram hominib⁹: ꝛ mortuus ꝛ paſſus eſt. Ita ego volo pro eo mori/quia ſcio ꝙ pretioſa ꝛ magni pretij eſt in conſpectu domini mors ſanctorum ei⁹ per martyrium voluntarium propter nomen eius. Quod quidem votū factū a Dauid in perſona totius eccleſie/fuit impletum in omnibus apoſtolis ꝛ martyribus qui paſſi ſunt pro Chriſto/ꝛ calicem martyrij acceperūt: ꝛ etiā impletū eſt per Magdalenam/ꝛ Athanaſium/ꝛ Ambroſium/et Hilarium et Hieronymum/et Auguſtinum: qui pro Chriſto perſecutiones et labores ſuſtulerunt: ꝛ ſeipſos ad labores ꝛ penitentiam expoſuerunt: et totam vitā obtulerunt. Quia omnes iſti ad mortem ciuileꝫ ſeipſos pro Chriſto obtulerunt: qꝛ vita Chriſtiani ſi ſecundum eccleſiam viuat/martyrium eſt: vt inq̄t Auguſtinus. Nam nullus poteſt retribuere nec ſatiſfacere Chriſto pro tantis beneficijs receptis: niſi per martyrium.

**O domine quia ego ſeruus tuus: ego ſeruus tuus et filius ancille tue.**



A. **Dirupiſti vincula mea: tibi ſacrificabo hoſtiam laudis: ꝛ nomen dn̄i inuocabo.**

**Uota mea domino reddam in conſpectu omnis populi eius: in atrijs domus domini in medio tui Hieruſalem.**

¶ Sed ꝯuerſus in ſe Dauid in perſona eccleſie cōſiderat ꝛ cōtēplatur magnitudinem et immenſitatem beneficiorum Chriſti: ꝛ conſiderat paruitatem muneris noſtri: videns ꝙ nō eſt conueniēs retributio: nec recōpenſatio noſtra nec equa cōmutatio. Et ſic non ſatiſfacimus: licet offeramus noſmet ipſos ad mortem. Nā ipſe dominus ꝛ innocēs obtulit ſe pro nobis peccatoribus. Et ſic obtulit īfinitū et mundum/ꝑ finito ꝛ immundo. Et nos offerimus finitū ꝛ paruū. Item nos ſumus ſerui: et ipſe dominus. ergo nō eſt equa cōmutatio. Item ipſe nos liberauit a captiuitate: ꝛ morte eterna. Et nos per martyriū ſolū reddimus vitā temporalē. ergo maior fuit donatio ꝙ ſit retributio: ꝛ maius donū ꝙ munus. Item ſi nos damus noſmetip̄os facim⁹ quod debemus ꝛ tenemur. Nam ex debito ſeruus tenetur mori ꝑ domino/et defendere nomē eius. Ideo faciens hoc inutilis ſeruus eſt: quia facit qd̄ debet: ꝛ nihil erogat de ſuo. Luc. xij. Itē magis eſt ſeruus ille qui eſt redēptus ꝙ ille qui ſolū eſt iure belli captiu⁹ ꝛ rapt⁹. et magis tenet͂ redēptori ꝙ emptori ſiue pirate q̄ ipꝫ rapuit: ſiue bellatori qui ipꝫ iure belli acquiſiuit: qꝛ iſte violēter poſſidet: ꝛ ille libenter ꝛ gratanter. Ex quo ſequitur: ꝙ lꝫ pro Chriſto noſmetipſos martyrio exponam⁹: non eq̄ ſatiſfacimus: nec equale munus retribuim⁹: qꝛ nihil noſtri offerimus: qꝛ iam ſerui eius ſumus ꝛ facimus qd̄ tenemur. Ideo ſubdit. O dn̄e lꝫ accipiaꝫ calicem martyrij ꝑ te non ſatiſfacio nec retribuo equale munus dono recepto: quia nihil offero de meo. Nā ego ſum iā ſeruus tuus in perſona creat⁹ ꝛ redēpt⁹: ꝛ quod fortius eſt/filius ancille tue. ſ. nature humane primo captiue/ꝛ poſtea redēpte. ergo non ſolū ſum ſeruus in perſona: ſed etiā in natura. ¶ Nā magis captiu⁹ eſt ille qui eſt captiu⁹ ꝛ filius ancille ꝛ captiue: ꝙ ille qui ſolum eſt captiu⁹ ꝛ filius libere. ſicut eſt ille qui eſt raptus a pirata: cuius mater eſt libera ī ciuitate ſua/lꝫ iſte ſeruiat in domo dn̄i ſui q̄ rapuit eum. Nos aūt nō ſumus ſerui a fortuna. ſicut eſt raptus a pirata/vel capt⁹ in bello. Sed eramus ſerui natura: ꝛ filij ire ꝛ vindicte: a qua ſeruitute tu, Chriſte nos liberaſti. Et ſic ſum nūc filius eccleſie q̄ eſt ancilla tua a captiuitate redēpta. Ex q̄b⁹ pꝫ ꝙ in exponēdo me morti nihil do de meo: immo nō retribuo equū mun⁹. Nā tu me a captiuitate liberaſti ꝛ dirupiſti vincula mea per mortē: ꝛ paſſionē: et reſurrectionē: q̄b⁹ vinculis tenebar vinctus: et captiuus in poteſtate peccati. ergo iam ſuꝫ ſeruus tuus. Si ergo nō poſſum retribuere equale munus: eo ꝙ ſum ſeruus: ꝛ tu dirupiſti vincula captiuitatis ꝛ pc̄ti mei ſcio q̄d faciā offerā eī maius munus ꝛ ſacrificiū qd̄ non eſt meum: ſed tuū. quod eſt bonū de opere operato. Et iō tibi ſacrificabo hoſtiaꝫ laudis: et de ſe laudabilem ꝛ bonam. qd̄ eſt ſacramentum euchariſtie in quo offert͂ Chriſtus filius tuus. O pater. qd̄ ſacrificium non poteſt refutari: cum ſit pretium infinitū tibi acceptabile/agnus ſine macula. Secūdo vere nomē dn̄i inuocabo petēdo ſalutē redēptionis. Nā offerēdo illud ſacrificiū ꝛ hoſtiā participamus Chriſti paſſionē: et redēptionē ꝛ ſalutē. Quia in memoriā eius paſſionis celebram⁹. Iſtam ergo hoſtiā ſacrificabo tibi q̄tidie. Et ſic reddā iſta vota mea dn̄o in conſpectu totius populi Chriſtiani. Et hoc ſacrificiū non offerā in plateis ſicut ſacrificium martyrij/quod fiebat in plateis. Sed hoc ſacrificiū euchariſtie offerā in atrijs domus dn̄i. i. in eccleſijs ſicut ſacrificiū dedicatū: et in medio tui o Hieruſalē. id eſt o eccleſia Chriſti Quaſi dicat: in eccleſia ꝛ in tēplo offerā et frequētabo quotidie h̄ ſacr͂m: et h̄ ſacrificium de ſe laudabile ꝛ acceptabile retribuā deo ꝑ beneficijs acceptis: poſtq̄ meuꝫ non eſt ſufficiēs. ¶ Sed eſt aduertēdū ꝙ etiā tot⁹ iſte pſalmus pōt eſſe vox Chriſti. qui poſtq̄ vidit oēs eſſe peccatores p̄ter ſeip̄m: ideo ſolus ip̄e fuit ſufficiēs ſacrificiū ad ſatiſfaciēdū pro toto genere humano. Et ideo obediēs patri vſq̄ ad mortē obtulit ſeip̄m ꝑ nobis ſicut dictū eſt pſal. xxxix. Ideo dicit hic. Ego credidi. i. obediui patri meo. Nā credere idē eſt qd̄ obedire. Nam qꝛ pater meus voluit vt ego paterer pro omnibus: iō ꝓpter hoc locutus ſum manifeſtando eius volūtatē hoībus: ꝛ dando legē euangelicā. Et exinde humiliatus ſum nimis i. valde. quia vſq̄ ad mortē crucis fui obediens ꝛ paſſus ſum pro oībus: Et hoc feci/qꝛ nullus alius erat ſufficiens ad liberandū genus humanū cum oēs eſſent pc̄tōres. quia ego dixi. i. cognoui ꝙ oīs hō erat mēdax ꝛ pc̄tōr. Quia oēs in Adā peccauerunt ꝛ declinauerūt a via veritatis. Et ideo quando ego vidi ꝙ nullum aliud ſacrificiū erat acceptabile apud deū: tunc dixi ecce venio ad offerendum meipſum pro ſacrificio. Quid ergo retribuā dn̄o? Quaſi Chriſtus dicat inquantū homo. Si pr̄ tātū exaltauit me: vt verbo ſuo me perſonalr̄ vniret: et agnū ſine macula ꝛ caput eccleſie me cōſtitueret: et ab eterno me vt facerem voluntatē ſuam predeſtinauerit: et in capite libri me ſcripſerit: quid ergo faciam pro his omnibus que retribuit mihi: Scio quid faciam: quia obediēs patri accipiā calicem ſalutaris paſſionis. Et nomen dn̄i inuocabo: ꝛ interceſſor ero et mediator inter patrem meū: et genus humanum. Et reddam vota mea dn̄o patri meo. quia in ara crucis me offerā in ſacrificiū corā omni pp̄lo eius in ciuitate Hieruſalem. Et hoc faciā quia pretioſa eſt: ꝛ ſacrificiū valde acceptabile in conſpectu dn̄i mors ſanctorum eius. Quia mors cuiuſcunq̄ iuſti eſt valde acceptabilis apud deū. Quanto magis mors Chriſti agni ſine macula/qui eſt iuſtus iuſtificans oēs: ꝛ ſufficiens ad ſatiſfaciendū pro oībus ſanctis ſanctoꝝ. O dn̄e pater ego iſtud ſacrificium offeraꝫ. Primo quia ſum ſeruus tuus et obediēs inquantū me creaſti ꝛ predeſtinaſti. Sū etiā ſeruus tuus vere ꝛ obediēs et humilis inquantū ſum filius virginis Marie ancille tue: ex qua formā ſerui accepi: cui⁹ humilitatē ſuꝑ oēs mulieres reſpexiſti. Et ſic oībus modis ſum tibi ſeruus ꝛ obediēs. ꝛ ſic teneor tuā voluntatē adimplere ꝛ mortē ſubire. Sc̄do. quia dirupiſti vincula mea. i. mēbroꝝ meoꝝ pc̄tā remiſiſti: et me ꝛ matrē meā ab oī pc̄tō p̄ſeruaſti. qꝛ non fui capt⁹ in retiaculo pc̄tōꝝ in quo oēs ceciderūt: ideo tibi ſacrificabo hoſtiam laudis. i. meip̄m hoſtiam acceptabilem in ara crucis. Et nomē dn̄i pro omnib⁹

Expō alia.

inuocabo. Et iterū vota mea ad dn̄z reddā. i. ſacrꝭ euchariſtie quotidie offerendū iſtituā in ꝯſpectu dn̄i. ⁊ hoc nō in plateas: ſꝫ in tēplo: ⁊ in atrijs tuis: o Hieruſalem. ſ. in locis dedicatis ⁊ cōſecratis. Et hoc dicit Chriſtus: qꝛ primū ſacrificium. ſ. mors ⁊ paſſio fuit factū corā omni pplo. Sed ſecūdū ſacrificium ſ. euchariſtie: nō offert̄ niſi in eccleſijs ad miniſtrādā ſacramenta dedicatis. ¶ Et ſic patet quomodo totus iſte pſalmus pōt eſſe vox eccleſie vt ptꝫ ſecūdum primā expoſitionē. Et etiā pōt eē vox Chriſti vt ptꝫ per ſecundā expoſitionē. qꝛ poteſt exponi in perſona eccleſie ⁊ in perſona Chriſti per ſe.

xcij. di. ca. ſ. in gloſ. roma. xv. ca. xxix. di. ſi. c. diaconi.

**Laudate dn̄m omnes gētes: laudate eum omnes populi.**

**Quoniā ꝯfirmata eſt ſuper nos miſericordia eius: ⁊ veritas domini manet ineternum.**

¶ Titulus All'a. Notādū ꝙ Dauid cōtēplās in promiſſione facta ipſi Abrahe. Gene. xxij. ſ. In ſemine tuo benedicēt̄ur oēs gētes: ⁊ in benedictiōe. Jude facta a Jacob Geñ. xlviij. vbi dicit. Nō auferet̄ ſceptrū de Juda donec veniat q̄ mittēdus eſt: ſcꝫ meſſias Chriſtus. ⁊ ipſe erit expectatio gentiū ⁊c. Per hoc preuidit Dauid iſpū qualiter eccleſia erat cōgreganda ex gentilibus ad fidē Chriſti conuerſis. Et ꝙ gētiles qui ante idola colebāt relicta idololatria debebāt Chriſtum colere: ⁊ laudare. Jō fecit hunc pſalmū. qui lꝫ ſit paruus in verbis: tamē cōprehendit totā ſacrā ſcripturā: ⁊ preſupponit eaꝫ in ſententia. in quo ꝓphetando inuitat totū populum gentilē ad laudandū deum. ⁊ ad cultuꝫ vnius dei: ⁊ ad agendū gratias ꝓ beneficijs receptis: ⁊ ꝓ pmiſſione cōpleta per aduentuꝫ Chriſti. Et dicit. O oēs gētes a ſolis ortu vſqꝫ ad occaſum laudate dn̄m deū trinū ⁊ vnū: relicta omni idololatria. Et vos oēs populi tā gentiliū ꝙ̄ Judeoꝝ / laudate et colite eū et agite deo gratias: qm̄ per aduētū Chriſti filij eius ꝯfirmata eſt ſup nos miſericordia ei⁹: quia venit ad miſerendū nobis per mortē ⁊ paſſionem. Et ſic mia nobis ꝓmiſſa de redemptione vniuerſali cōfirmata eſt ⁊ cōpleta per Chriſtū. Nā qḋ deus promiſit Abrahe dicēs. In ſemine tuo bn̄dicētur oēs gētes. ⁊ illud qḋ ꝑdixit Jacob. Ipſe erit expectatio gentium. et quod ꝓmiſit Moyſi. Prophetā ſuſcitabo de medio fratrū tuorum. oīa iſta ꝓmiſſa cōfirmata ⁊ impleta ſunt in aduētu Chriſti ſuper nos: ⁊ ſic veritas domini manet in eternū immobilis. Nā quod promiſit ⁊ figurauit in vete. teſta. totū eſt verificatū in Chriſto. Et deus manet verus ineternū: ⁊ nō fallax. Laudate ergo eū pro tanto beneficio recepto ⁊c. Ueritas ergo eius manet in eternū poſtꝙ̄ adimpleuit qḋ promiſit. Et ſic lex eius manet vera ineternum. Itē. Chriſtus q̄ eſt veritas patris: et eſt veritas et finis totius legis: in quo eſt completa lex: ⁊ ipſe manet in eternum ⁊c. ¶ Unde nota ꝙ duo fecit pater in mittendo filiū. Nam primo cōfirmauit miam patribus ve. te. promiſſam. Secūdo verificauit oēs ſcripturas. ſ. legē et ꝓphetas. quia vnū iota nō fuit ꝑtermiſſum q̄n per Chriſtum fuerit impletum. Quia ad hoc venit Chriſtus vt teſtimonium perhiberet veritati ſcripturarum. et ſic veritas euangelica / quā Chriſtus docuit ⁊ impleuit manet ineternū: quia poſt legē euangelicam nō ſuccedet alia. Ideo ꝓpheta inuitat oēs gentes ⁊ pplos vt laudent deū patrē in filio: et filiū in patre / eo ꝙ cōfirmauit ⁊ impleuit miaꝫ mundo ꝓmiſſam. Et verificauit oēs ſcripturas in aduētu filij ſui. Tunc enim pactū eſt ꝯfirmatū qñ eſt cōpletū: ⁊ ad effectū deductū. Et tūc q̄s dicitur verax qñ implet qḋ ꝓmiſit. Et ideo mia dn̄i ꝓmiſſa patriarchis ⁊ ꝓphetis fuit ſuper nos ꝯfirmata in paſſione dn̄i Jeſu chriſti. Et veritas dn̄i manet incōcuſſa ⁊ inuiolata ineternū / inquātū tota ſcriptura vete. teſt. fuit in chriſto: ⁊ per Chriſtū verificata. Ideo dicitur Joan. ſ. Lex per Moyſen data eſt: gratia aūt ⁊ veritas per Chriſtum facta eſt.

In pater ī miſſione filij duo fecit.

**Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius.**

¶ Titulus Alleluya. Ex hoc apparet ꝙ Dauid fecit hunc pſal. ad laudandū dn̄m. Sed de materia hui⁹ pſal. dicunt̄ Hebrei moderni: ꝙ Dauid fecit hūc pſal. ꝓ gratiarū actione: qꝛ ipſe fuit liberatus de ꝑſecutiōe Saulis: ⁊ quia ipſe liberauit pplm de manu gentiliū circūſtātiū. Et ſic exponūt vſqꝫ ad illā partē. Aperite mihi portas iuſtitie. Et ab illo loco vſqꝫ ad finē dicūt ꝙ Dauid inducit populum ad laudem dei ⁊ gratiarum actiōes ꝓ edificatione tēpli. Et ſic dicūt ꝙ Dauid fecit ipm vt cātaret̄ ī dedicatiōe tēpli. Et ſic applicāt primā partē ad liberationē Dauid: ⁊ ſcḋam ad edificationē tēpli. Sꝫ oēs iſti manifeſte ſe fallunt: qꝛ nec liberatio Dauid / nec edificatio tēpli Salomonis materialis pōt adequari huic pſal. in quo dr̄. Qm̄ ineternū mia eius: qꝛ nec liberatio Dauid fuit eterna: nec templū Salomonis fuit eternū: vt ptꝫ. Ergo loquit̄ hic de aliqua liberatiōe ⁊ redemptiōe eterna: ⁊ de aliqua edificatiōe tēpli ſpūalis ⁊ eterni. ¶ Ad cui⁹ intelligentiā eſt aduertēdū ſicut ſepius dictū eſt: ꝙ oīa myſteria Dauid a principio quo fuit vnctus ꝑ Samuelē dū cuſtodiebat oues: vſqꝫ ad finē vite ſue fuerūt figura chriſti vl' eccl'ie. In quib⁹ tanꝙ̄ in ſpeculo ꝑuidit oīa myſteria xp̄i ⁊ eccl'ie: vt dictū eſt. Et idē ꝑuidit ī exēplari ſeu deſcriptione ſibi tradita a ſpū ſctō. ſ. Paralyp. xxix. Et ideo licet lr̄aliter aliquo mō iſte pſal. poſſit applicari ipſi Dauid inquantū in ꝑdictis ꝑſecutionib⁹ ꝑuidit myſteria futura: tn̄ talis intelligētia nō eēt ꝓpria ⁊ adequata: nec eſſet ſiſtēdū in ea. Sꝫ eſt ſequēda ⁊ cōtinuāda intelligentia primaria ⁊ ꝓphetica: ad quaꝫ ⁊ de qua Dauid principaliter ⁊ lr̄aliter fecit hūc pſalmū. ſ. de redēptione vniuerſali facta per Chriſtū: ⁊ de edificatiōe ⁊ ꝓſperitate eccl'ie eius. ¶ Eſt ergo dicēdum ꝙ ꝓpheta Dauid in hoc pſalmo loquit̄ ꝓphetice ad lr̄am de Chriſto redēptore gn̄is humani: ⁊ edificatore eccl'ie militātis: qui intelligitur ꝑ lapidē quē reprobauerūt edificātes. Et hanc ſn̄iam ⁊ intelligentiā confirmat ſaluator. Matt. xxi. cū dicit phariſeis de ſeipſo. Nūꝙ̄ legiſtis in ſcripturis. Lapidem quem reprobauerunt edificātes ⁊c. Hoc idem cōfirmat beatus Petrus. Actuū. iiij. allegando hanc ſcripturam eſſe dictam de Chriſto. Cum his etiā concordat Rabi Salomon: q̄ gloſſans illud Michee. v. Et tu bethleem effrata paruulus es in milibus Juda. Et te enim egredietur qui ſit dominator in Iſrael ⁊c. exponēdo dicit. Ex te mihi egredietur meſſias filius Dauid ſicut ipſe dicit pſalmo. cxvij. Lapidē quem reprobauerūt edificātes: hic factus eſt in caput anguli. Ex quib⁹ verbis patet ꝙ tria cōcedit iſte Hebreus. Primo ꝙ fecit iſtum pſalmū. Secūdo ꝙ fecit ipm de Chriſto. Tertio cōcedit ꝙ Chriſtus ante erat reprobādus ꝑ ſacerdotes ꝙ̄ regnatur⁹ / ⁊ glorificādus: queadmodū ſcripſerūt euāgeliſte: prout magis patebit ſuo loco. ¶ Duo ergo facit Dauid ī hoc pſalmo in ꝑſona corporis myſtici. Nam primo inuitat oēs ſtatus fideliū ad laudādū deū / q̄ receperūt Chriſtū in ſuo aduētu: ⁊ ad agendū grās pro beneficio redēptiōis facte per Chriſtum. In ſecunda parte introducit populū gentilē petentē ſimul incorporari ⁊ recipi in eccleſia cū conuerſis de Judaiſmo: vt ex vtroqꝫ populo fiat vnus vno lapide angulari connexus: ibi. Aperite mihi portas iuſtitie. Nā primo inuitat oēs fideles ad laudādū deū de ſua infinita mia. Secundo enumerat beneficia collata ex dei miſericordia: ibi. De tribulatione mea. ¶ Quātū ergo ad primū dicit. O vos oēs fideles: confitemini domino: cōfeſſione laudis dantes laudes deo quoniaꝫ bonus eſt / id eſt qm̄ eſt bonus / et quomodo miſericordia eius eſt ſtabilis ⁊ firma et eterna / ⁊ ineternū magnificāda. quaſi dicat. Confitendo ⁊ laudando annūciate oīa beneficia q̄ ſua miſericordia ⁊ bonitate oīa contulit nobis.

**Dicat nunc Iſrael quoniā bonus: quoniā in ſeculum miſericordia eius.**

**Dicat nunc domus Aaron quoniā bon⁹: quoniā in ſeculū miſericordia ei⁹.**

**Dicant nunc oēs qui timent dn̄m: quoniā in ſeculum miſericordia eius.**

¶ Ad cuius intelligentiā eſt notandū: ſicut frequēter dictū eſt: ꝙ ꝓpheta Dauid qui fecit iſtum pſalmum vt cantaret̄ in feſtiuitatibus ⁊ maxime in dedicatione tēpli: primo inuitat oēs ſtatus fidelium illius tēporis: vt cantent iſtū pſalmū in tēplo. Sed quia primo ⁊ principaliter intēdit tēpus ⁊ ſtatum noſtre redēptionis ⁊ gratie: ideo maxime inuitat ad laudandū deū fideles noui teſtamēti: q̄ receperunt beneficium redēptionis in ſuo tēpore. Et ideo per tres ſtatus hic nominatos: nō ſolūmodo intelligit illos tres ſtatus veteris teſtamenti: qui expectabāt Chriſtū: ſed etiā intēdit tres ſtatus noui teſtamenti: qui ſucceſſerunt illis tribus ſtatib⁹ / ⁊ receperunt Chriſtum in ſuo tēpore. Unde ſicut tot⁹ populus Chriſtianus dicit̄ dom⁹ Iſrael ſecundum ſpm̄ ⁊ ꝓmiſſionē: Ita ſimiliter ſtat⁹ ſacerdotū noui teſtamenti dr̄ dom⁹ Aaron: eo ꝙ ad eos eſt trāſlatū ſacerdotiū Aaron ſecundū veritatē. Nā ſacramenta que illi miniſtrabāt in figura: nos miniſtramus in re. Et ideo ꝑ domū Aaron intelligit cetum et ſtatū eccleſiaſticū noui teſtamenti. Et per domū Iſrael intelligit oēs fideles Chriſtū recipientes et vidētes deum. ⁊ per eos qui timent dn̄m intelligit iuſtos qui ſeruant precepta ⁊ mādata dei. Tota ergo eccleſia Chriſti dicitur dom⁹ Iſrael inquantum videt deū ꝑ fidē: ⁊ totus ſtatus eccleſiaſticoꝝ dr̄ domus Aaron inquantuꝫ ſucceſſerunt in ſacerdotium ⁊ miniſtrant ſacramenta eccleſiaſtica. Sꝫ ſoli iuſti dicunt̄ qui timent dominū: eo ꝙ ſeruant ꝑcepta dei ⁊ mandata. Nam multi vident deum per fidē: ⁊ multi miniſtrant eccleſiaſtica ſacramenta: ⁊ viuunt in ſtatu eccleſiaſtico / qui nō timēt dn̄m: eo ꝙ non ſeruāt eius mādata ⁊ precepta. Et ideo non ſunt iuſti. Nam q̄ timet dn̄m / in mādatis ei⁹ cupit nimis: vt dictū eſt pſal. cxi. Ita multi cōfitentur ſe noſſe deum: factis autē negant: eo ꝙ ſunt reprobi ad omne opus bonum. ad Titum primo cap. Item per eos qui timēt dominū poſſunt intelligi cōuerſi de gētilitate. Hos ergo ſupradictos ſtat⁹ inuitat propheta ad confitendū domino. Et primo inuitat omnes fideles tam noui ꝙ̄ veteris teſtamenti dicens. Dicat nūc Iſrael. i. cōfiteant̄ oēs fideles per fidē Chriſtū vidētes tam noui ꝙ̄ veteris teſtamenti: qm̄ dn̄s eſt bonus: ⁊ ineternū magnificāda mia eius. Et dicat nunc etiam dom⁹ Aaron. i. ſtatus ſacerdotalis tā noui ꝙ̄ veteris teſt. qm̄ dn̄s eſt bon⁹: ⁊ mia eius durabit ⁊ eſt magnificāda ineternū: eo ꝙ eius effectus noſtre redēptionis eſt magnificus et etern⁹. ¶ Itē dicāt nūc oēs qui timēt dn̄m: id eſt omnes iuſti qui ex timore domini filiali ⁊ caſto ſeruāt eius mādata: quoniā ineternū mia eius. i. quoniā beneficia nobis collata ex ſua mia ſunt magnifica ⁊ eterna. ſ. myſteriū incarnatiōis ⁊ redēptiōis ⁊ reſurrectionis ⁊ noſtre glorificationis. Quia oīa iſta myſteria ſunt ineternū duratura ⁊ magnificāda ¶ Ex ſupradictis patet ꝙ ſicut vna eſt eccleſia ve. ⁊ noui. te. quātū ad fundamētū fidei Chriſti: eo ꝙ vna eſt fides oīm: ita eſt vna dom⁹ Iſrael: ⁊ vna domus Aaron noui ac ve. te. rōne fidei Chriſti ſecundū iſtū modū loquēdi. Nā qḋ illi tractabant in figura: nos tractamus in re ⁊ veritate / vt dictū eſt. Sed eſt differentia / ꝙ nos ſumus filij Iſrael ſcḋm ꝓmiſſionē ⁊ veritatē promiſſam. Juſti autē ⁊ fideles illi⁹ tēporis erant filij ſcḋm carnē ⁊ etiaꝫ ſcḋm ꝓmiſſionē inquātū expectabāt ſaluari per Chriſtū futurū. Et ſic viuebant in fide Chriſti futuri: quem iam recepimus. Et ſic eſt dicendū de domo Aarō: ⁊ de timētib⁹ deū. Et etiā ē dicēdū ꝙ ꝑ ly qui timēt dn̄m / Dauid intelligit ppl'm gentilē: quem inuitat vt veniat ad cōfitendum Chriſto in ſuo aduentu. Quia Chriſtus eſt lapis angularis cōiungēs duos parietes / id eſt vtrunqꝫ populum. ſ. iudaicum ⁊ gentilem vt infra patebit.

**De tribulatiōe inuocaui dominū: ⁊ exaudiuit me in latitudine dominus.** ſ. paral. xxix. iudic. vi.

¶ Hic enumerat iſte homo myſticus tribulatiōes de quib⁹ liberauit ipſum Chriſt⁹ in noīe ſuo qḋ eſt Jeſus. Un̄ Dauid in hac parte intendit cōmēdare hoc nomē Jeſus: in cuius virtute ſemꝑ iſte homo myſtic⁹ fuit liberat⁹: qḋ quidem nomen Jeſus ſonant ille quatuor litere poſite in illo noīe adonai vt dictum eſt pſalmo. viij. Et ideo iſte homo enumerat tribulationes: de quibus fuit liberatus in virtute nominis Jeſu. Unde fideles veteris te. inuocabant eundē Chriſtū: quem nos inuocamus. Sed illi inuocabant ipm ſub nomine Adonai: nos vero ſub nomine Jeſu: quod per illas quatuor literas importatur. ¶ Ad cuius intelligentiam eſt notanduꝫ ſicut ſepius dictum eſt. ꝙ iſte homo multipliciter fuit afflictus. Uno modo in aīa per peccatū et culpam. Alio modo in corpore. Et etiā dupliciter fuit in corpore afflictus. Uno modo interius per concupiſcentiā ⁊ infirmitates. Alio modo exteri⁹ per inimicos ⁊ infideles. et ſic fuit afflictus per diabolum interius in aīa ⁊ corpore: ⁊ per mēbra diaboli

exterius. A quib⁹ fuit afflictus ſemper ille popul⁹ vſq̧ ad Chriſtũ: ⁊ exinde vſq̧ ad iudiciũ. Unde ipſe Chriſtus multotiẽs liberauit iſtũ populũ a tribulationibus exteriorib⁹. ⁊ hoc in vtroq̧ teſtamẽto: vt pz per totũ diſcurſum ſacre ſcripture. Sed principaliter Chriſtus liberauit fideles i anima de poteſtate diaboli per ſuã mortẽ ⁊ paſſionẽ ⁊ reſurrectionẽ. Et ideo propheta in hoc loco de omnib⁹ his tribulationibus tam interioribus ꝙ̄ exteriorib⁹ in perſona totius hois myſtici cõfitet̃ ſe eſſe liberatum per Chriſtum. Unde dicit: de tribulatione tam corporis ꝙ̄ aie inuocaui dñm: ⁊ tñ dñs exaudiuit me in latitudinẽ. i. large ⁊ copioſe ⁊ abũdanter. Primo põt hoc dicere Adam qui primo fuit poſitus in tribulatione cum toto cetu patriarcharũ ⁊ ꝓphetarum. ſ. in carcere inferni: ⁊ tamen dñs exaudiuit eum qñ abſtraxit omnes de limbo: ⁊ arcto carcere inferni: ⁊ eduxit eos in latitudinẽ ⁊ requiem glie. Item populus Iſrael inuocauit dominũ de tribulatione egypti: ⁊ dominus exaudiuit eum ⁊ eduxit ipſum in latitudinẽ ⁊ libertatem per Moyſen famulum ſuum. Et collocauit ipſum in terra promiſſionis per Joſue. Item multotiens inuocauit dominum ille populus ſub iudicibus: ⁊ tamẽ ſemper fuit exauditus et liberatus ex inimicis. Item fuit ille populus liberatus per ipſum Dauid de ſeruitute Philiſtinoꝝ quãdo accidit Goliã. Itẽ ipſe Dauid qui fuit figura Chriſti ⁊ eccleſie/multotiens de tribulatione inuocauit dñm in perſecutione Saulis: ⁊ Abſalonis/⁊ qñ numerauit ppl'm de tribulatione peſtilentie. Et tñ ſemper fuit exauditus et liberatus. Et eodem modo inuocauit dñm Ezechias contra Sennacherib dum eſſet in obſidione: ⁊ tamen exaudiuit eum dñs ⁊ liberauit eum. q2 in vna nocte angelus domini occidit centum ⁊ octogintaquinq̧ milia. Et ſic etiam ille populus fuit liberatus de captiuitate Babylonis/dum clamarent ad dominũ Ezechiel: ⁊ Aggeus: ⁊ zacharias: ⁊ Eſdras. Item fuit liberatus etiam ille populus: ⁊ exauditus tempore Maccabeorum. Sed primo et principaliter fuit exauditus zacharias: ⁊ Simeon ⁊ ceteri iuſti: quia aſſidue inuocabãt dñm/vt veniret ad redimendũ genus humanũ de tribulatione peccati: ⁊ captiuitate diaboli. Unde Simeon qui expectabat redẽptionem Iſrael accepit reſpõſum a ſpiritu ſancto nõ viſurũ ſe mortem niſi prius videret Chriſtũ domini. Et eodem modo fuit exauditus zacharias: ⁊ Anna propheteſſa: vt patet Luc. j. Et ſic de quolibet iſtoꝝ ⁊ in perſona cuiuſlibet iuſti veteris teſtamẽtũ dicit ꝓpheta. De tribulatiõe inuocaui dñm ⁊ exaudiuit: me in latitudine dñs. i. late et abundanter exaudiuit me. Et ſubdit.

Ad he. xiij. a …

**Dominus mihi adiutor: nõ timebo quid faciat mihi homo.**

**Dominus mihi adiutor: ⁊ ego deſpiciam inimicos meos.**

¶ In perſona totius eccleſie Chriſti dicit etiaʒ eadem verba. quia fuit liberata de tribulatione ⁊ ꝑſecutione tyrãnorum et de ſpurcitia idolorum tempore Conſtantini: ⁊ de prauitate multorum hereticorum tempore Auguſtini: et aliorum doctorũ. Et ideo dicit. Dominus deus meus Jeſus Chriſt⁹ fuit mihi adiutor in omnibus his tribulationibus. Et ideo non timebo quid faciat mihi homo infidelis/aut hereticus. Et etiam mihi dominus adiutor: et ego deſpiciã inimicos meos tã iudeos ꝙ̄ gentiles ꝙ̄ hereticos. Nam iudeos vidi deſtructos p Titũ ⁊ Romanos: et gentiles ſubieci iugo Chriſti: ⁊ hereticos ſupaui ⁊ cõui. Ideo cognoſco ⁊ cõfitebor ꝙ.

**Bonum eſt confidere in domino. ꝙ̄ confidere in homine.**

**Bonum eſt ſperare in domino: ꝙ̄ ſperare in principibus.**

**Omnes gentes circuierunt me: ⁊ in nomine domini: quia vltus ſum in eos.**

**Circundantes circundederũt me: ⁊ in nomine domini quia vltus ſum in eos.**

**Circundederunt me ſicut apes: ⁊ exarſerũt ſicut ignis in ſpinis: ⁊ in nomine domini quia vltus ſum in eos.**

**Impulſus euerſus ſum vt caderem: ⁊ dominus ſuſcepit me.**

¶ Bonũ/id eſt melius eſt cõfidere in dño/ꝙ̄ confidere in homine/id eſt in viribus hominis alicuius. Et bonum. i. melius eſt ſperare. i. ponere ſpem ſuã in domino: ꝙ̄ ſperare in principibus. Quod probo. Nam oẽs gentes circundederunt me: ⁊ afflixerunt volentes me totaliter delere tam in primo quam in ſecundo teſtamento. Sed in nomine domini Jeſu vltus ſum in eos/id eſt vindicaui me de ipſis. Quaſi dicat. Et in noie dñi inuocaui: q2 vltus ſum in eos: q2 eos ſubieci iugo Chriſti. Et ſemp per nomen dñi intelligit hoc nomẽ Jeſus in cuius ꝟtute ſemp fuit liberatus ⁊ victor. Nam in ly dñi ponit nomẽ quatuor lr̃arũ qđ ſonat hoc nomẽ Jeſus: vt dictũ eſt pſal. viij. ⁊ in ꝓlogo: q2 Jeſus eſt nomẽ ſalutis ⁊ oipotẽtie. ¶ Itẽ diaboli circũdãtes circũdederũt me pſequẽtes aplõs ⁊ diſcipulos. Et in noie dñi inuocaui. ſupple: q2 vlt⁹ ſuʒ in eos/eos ſuperãdo ⁊ vincendo. Itẽ heretici circũdederũt me ſicut apes figẽtes ſpicula venenoſe hereſis ſue. Et exarſerunt in ſpinis. Et tamẽ in nomine dñi inuocaui: q2 vltus ſum in eos. i. vindicaui me de ipſis occidẽdo in eis errorẽ ⁊ ſuſcitando fidẽ: ⁊ quoſdã etiã totaliter cõfundendo ⁊ ab eccl'ia exterminando. Uñ ab ipſis impulſus ſum ⁊ vexatus vt totaliter caderem. Nã tyrãni pſequebanť me p ciuitates ⁊ montes. Sed dñs ſuſcepit me tẽpore Cõſtantini: ⁊ non permiſit me totaliter deleri. ¶ Impulſus ſuʒ a diabolo/vt caderem ⁊ peccarẽ i Adã. Sed dñs Jeſus Chriſtus ſuſcepit me in cruce: ⁊ ipſe fuit fortitudo mea/⁊ laus mea: ⁊ ſemp laudabo eum: q2 factus eſt mihi in ſalutẽ. Nã Jeſus idẽ eſt qđ ſaluator: ideo factus eſt mihi in ſalutẽ: q2 ſaluauit me per ſuã mortem ⁊ paſſionem. Uñ nota ꝙ iſte homo fuit impulſus a diabolo in paradiſo terreſtri: ⁊ luctat⁹ eſt cũ eo: ⁊ eiecit in ipm terrã: q2 deſcendens iſte homo a Hieruſalẽ in Hiericho icidit in latrones q expoliauerunt eũ oib⁹ bonis gratuitis. Et inſup vulnerauerunt ⁊ ſauciauerũt eũ in aĩa ⁊ corpe: ⁊ ſemiuiuo relicto abierũt: vt habeť Luc. x. Sed venit ille ſamaritan⁹ Chriſtus: qui mot⁹ miã alligauit vulnera ei⁹ infundens oleum ⁊ vinum: ⁊ impoſuit illum



ſuper humerum ſuum: et ſic ſanauit eum: et liberauit a miſeria. vt patet Luce. ſ. Et hoc eſt quod dicit hic in hoc verſiculo: Impulſus euerſus ſum vt caderem: et dominus ſuſcepit me.

**Fortitudo mea et laus mea dominus: ⁊ factus eſt mihi in ſalutem.**

**Vox exultationis et ſalutis: in tabernaculis iuſtorum.**

**Dextera domini fecit virtutem: dextera domini exaltauit me: dextera domini fecit virtutem.**

¶ Quaſi dicat: dñs Jeſus xp̃s ſuſcepit me i humeris ſuis. Et ipſe fuit tota fortitudo mea diabolum ſuperãdo. Et ſic erit laus mea: q2 teneor ipʒ laudare: q2 fact⁹ eſt mihi in ſalutẽ. i. q2 fact⁹ eſt ſaluator ⁊ redẽptor me⁹. Et iõ erit ſemp vox exultatiõis ⁊ ſalutis i tabernaculis. i. i eccleſijs iuſtoꝝ et fidelium agẽdo grãs p bñficio redẽptionis. Et ꝯfitebor qñ dextera dñi q eſt xp̃s/fecit virtutẽ debellando ⁊ ſuperãdo diabolũ. Et qñ dextera dñi q eſt xp̃s exaltauit me de morte ad vitã: et de captiuitate i libertatẽ. Et exaltauit me p grãm in h ſcl'o: ⁊ p gl'iam in altero. ¶ Itẽ dextera dñi fecit ꝟtutẽ iudeos ꝯfundẽdo ⁊ deſtruẽdo/⁊ gẽtiles ſubijciẽdo ⁊ idola delẽdo et diabolũ foras eijciẽdo. Uñ dictũ eſt in ꝓlogo ꝙ ſicut Jeſus dr̃ nomẽ dñi: ita ẽt dr̃ dextera dñi. q2 p xp̃m exercet de⁹ ſuã ꝟtutẽ. Et iõ ꝓpť oia iſta tria q fecit xp̃s q eſt dextera dñi/ipſe erit laus mea. Et erit ſemp vox exaltatiõis ⁊ ſalutis i eccl'ia iuſtoꝝ. ¶ Tripliciter ꝗ̄ imo multipliciter dextera dñi q eſt xp̃s fecit virtutẽ ⁊ oñdit ſuã oipotentiã ⁊ diuinitatẽ. Naʒ pͥo fecit virtutẽ in ſua natiuitate p multa ſigna ⁊ ꝓdigia vt dictũ ẽ ſupi⁹. Itẽ fecit ꝟtutẽ infirmos ſanãdo/mortuos ſuſcitãdo/⁊ mari ⁊ vẽtis imperãdo/⁊ diabolũ in cruce debellãdo/⁊ in ifernũ detrudẽdo: ⁊ ifernũ expoliando. Scđo fecit ꝟtutẽ qñ hoiem deiectũ ⁊ ſauciatũ ſanauit et releuauit: ⁊ per grãm ⁊ gl'iam exaltauit. Tertio fecit virtutem poſt ſuã aſcẽſionẽ qñ oẽs inimicos tã iudeos ꝙ̄ gẽtiles ſub pedib⁹ ſubiecit ⁊ diabolũ extra mũdũ eiecit ꝓ ut dict ũẽ pſal. cix. Et iõ iſte hõ a morte eterna per dexterã Chriſti liberatus/agendo gratias dicit.

**Non moriar ſed viuam: ⁊ narrabo opera domini.**

¶ Non moriar morte eterna: ſed viuam per grãʒ. Quia Chriſtus per mortem ſuã tẽporalem liberauit me a morte eterna. Et ideo viuam per gratiam et narrabo opera domini.

**Caſtigãs caſtigauit me dominus: et morti non tradidit me.**

¶ Dñs miſericors caſtigãs multotiens caſtigauit me per pſecutiones tp̃ales i vtroq̧ teſtamẽto. Sʒ morti nõ tradidit me. quia nec me voluit totaliter delere neq̧ in morte pcti relinqre: ſed per ſuã paſſionẽ redimere a pctõ: et p ſuã miam de pſecutionibus tp̃alib⁹ liberare. Ex ſupradictis pʒ ꝙ in tota pte ſupradicta maxime cõmendať virtus nois Jeſu qui eſt nomen dei ⁊ virtus ⁊ dextera dei.

**Aperite mihi portas iuſtitie: ⁊ ingreſſus in eas cõfitebor domino: hec porta domini iuſti intrabunt in eam.**

**Confitebor tibi quoniam exaudiſti me: et factus es mihi in ſalutem.**

**Lapidem quem reprobauerunt edificantes: hic factus eſt in caput anguli.**

**A domino factum eſt iſtud: et eſt mirabile in oculis noſtris.**

¶ Hec eſt ſcđa pars principalis: et eſt vox populi gentilis directa ad apl'os et ceteros de iudaiſmo q ceperũt fidẽ Chriſti. Et ideo tria facit in hac parte. Nam primo introducit populũ gentilẽ petẽtẽ recipi ad fidẽ Chriſti. Secũdo ponit reſponſionẽ apl'orũ recipientiũ ppl'm gentilẽ. Tertio ponitur cõfeſſio vere fidei ipſius populi gentilis iã cõuerſi. ſcđʒ ibi. Bñdiximus vobis. tertiũ ibi. Deus me⁹ es tu. ¶ Quãtũ ad primũ eſt notãdũ ꝙ Chriſt⁹ p ſe vocauit pͥo ppl'm iudeoꝝ ad fidẽ. Sʒ ex iudeis pauci cõuerſi ſunt: ⁊ tñ fides fuit p̄dicanda iudeis. Sʒ q2 maior ps iudeoꝝ ſe fecit indignã: iõ Chriſtus miſit apl'os ſuos p vniuerſũ mũdũ/vt vocarẽt gentiles ad fidẽ poſtꝙ̄ iudei ſe fecerãt indignos. Et ſic patet ꝙ gẽtiles recepti ſunt ad fidẽ loco Judeoꝝ: vt pʒ p totũ diſcurſuʒ epl'e ad Roma. Hoc ergo p̄uidens ꝓpheta in ſpũ introducit ppl'm gẽtilem petentem recipi ad fidẽ: ⁊ ſociari cum apl'is ⁊ fidelibus. Iõ in pſona gentiliuʒ dicit. O vos apl'i qui primo recepiſtis fidem ⁊ facti eſtis ſucceſſores Chriſti/¶ Apite mihi portas iuſtitie. i. cõferte mihi ſacramenta eccleſie: ⁊ date mihi baptiſmũ qui tollit pctm̃ ⁊ apit portas celi ⁊ eccl'ie: Nam ſacramenta dicunť porte iuſtitie: eo ꝙ per ipſa intramus eccleſiã et iuſtificamur a pctõ ⁊ gratificamur ad gloriã. Aperite ergo mihi iſtas portas iuſtitie/vt intrẽ eccleſiã et ꝯfitebor dño: ſimul vobiſcũ profitendo Chriſtũ eſſe verum deũ et hoiem ⁊ meſſiã in lege ꝓmiſſum. Quia hec. ſ. lex euangelica ſiue etiam eccleſiaſtica ſacramenta/ſunt porta dñi: ⁊ ſoli iuſti intrabũt in eã. q2 nullus poteſt iuſtificari niſi ingrediẽtur eccleſiã per portam baptiſmalem. ⁊ ſic ingreſſus cõfitebor domino. Itẽ hec porta. ſ. Chriſtus eſt porta dñi: quia ipſe eſt oſtiũ per quod intratur in ouile ouiũ eccleſie. vt ipſe ait Joan. x. et per ipſum itur ad patrem. Et cũ ingreſſus fuero per iſtam portã/cõfitebor tibi qm̃ exaudiſti me/mihi aperiendo: et qm̃ factus es mihi in ſalutem me redimẽdo ⁊ per tua eccleſiaſtica ſacramenta ſanando. Et ſic confitebor te eſſe verum redẽptorẽ et meſſiam: Et vos apl'i aperite mihi iſtas portas iuſtitie: vt efficiamur ſimul vn⁹ populus in vno Chriſto Jeſu cõiunctus. Quoniaʒ hic eſt ille lapis quem reprobauerunť edificantes. ⁊ ideo factus eſt in caput anguli: coniungens duos parietes. i. duos populos. ſ. gentilẽ et iudaicuʒ ſub vna fide ⁊ vno baptiſmo in eadeʒ eccleſia intra eaſdem portas et eadem ſacramenta. Quia a domino factum eſt iſtud: et eſt mirabile in oculis noſtris. Item cum hoc concordat illud Eſaie. liiij. Ecce accola veniet qui non erat mecum: aduena quondaʒ tuus adiungetur tibi. Item zacha. viij. Hec dicit dñs exercituum. in dieb⁹ illis cõprehẽdẽt decẽ homines ex oibus linguis gentiũ fimbriaʒ viri iudei dicentes ibim⁹ vobiſcũ. Audiuim⁹ eñ. qm̃ de⁹ vobiſcum eſt. ¶ Sed hic poſſunt eſſe quinq̧ dubia.

O xp̃us porta eſt.

Primū erit: quare ꝓpheta appellat Chriſtū ⁊ eccle
ſiaſtica ſacrā portas iuſtitie ſiue portā dñi. Scōm:
quare vocat Chriſtum lapidē. Tertiū: qui ſunt illi
edificātes a quib⁹ reprobat⁹ eſt iſte lapis. Quartum
quō iſte lapis factus eſt in caput anguli. Quintū:
quō hoc fuit mirabile in oculis nr̄is / et a ſolo dño
factū eſt. ℂ Quātū ad primū eſt dicēdū ꝙ ꝓpheta
Dauid in h̄ loco recurrit ad viſionē quā vidit Ia-
cob Geñ. xxviij. qñ fugiebat in Meſopotamiam.
Nā cū fuit in illo loco vbi mō eſt Hierl'm: poſt ſo-
lis occaſum tulit vnū de lapidib⁹ ⁊ ſuppoſuit capi-
ti ſuo et dormiuit in eodē loco. Et vidit ī ſōnis ſca-
lā ſtantē ſup terrā ⁊ cacumē illi⁹ tāgēs celū ⁊ ange-
los aſcēdentes ⁊ deſcēdētes p eā. Et vidit dñm in-
nixū ſcale dicentē ſibi. Ego ſum dñs deus Abrahā.
Et dabo tibi terrā ī qua dormis ⁊ ſemini tuo. Eri-
tq; ſemē tuū q̄ſi puluis terre, dilataberis ad orientē
⁊ occidentē ⁊ ſeptētrionē ⁊ meridē. Et bñdicent in
te ⁊ ſemine tuo cūcte tribus terre. Cūq; euigilaſſet
Iacob de ſumno ait. Uere dñs eſt ī loco iſto: et nō
eſt hic aliud niſi dom⁹ dei et porta celi. Surgēs er-
go Iacob mane tulit lapidē quē ſuppoſuerat capi-
ti ſuo: ⁊ erexit in titulū fundēs oleū deſup. Et voca-
uit nomē vrbis Bethel. In iſta viſione p̄uidit ipſe
Iacob: ⁊ iā magis clare ⁊ diſtincte ipſe Dauid pre-
uidit totū myſteriū icarnatiōis ⁊ nr̄e redēptiōis ⁊
eccl'ie edificatiōis ⁊ dilatatiōis. Nā per h̄ ꝙ dormi-
uit ſupra lapidē / ſiue p illum lapidē ſupra quē dor-
miuit p̄uidit in ſpū qual'r xp̄s de⁹ ⁊ hō debebat eē
ille lapis firmiſſimus ſup quē tota eccl'ia, erat edi-
ficanda. Et iō erexit eum in titulū preuidens qual'r
debebat in cruce leuari ⁊ ab oibus venerari. Et ef-
fudit oleū deſup / figurādo ꝙ ab eo debebāt ſume-
re virtutē oia eccleſiaſtica ſacramēta, ⁊ in eo debe-
bāt fundari. Et p hoc ꝙ vidit ſcalā in terra ⁊ tāgē-
tem celū ⁊ dēn̄ innixū ſcale / p̄uidit qual'r Chriſtus
debebat nos in celū introducere. Et iō vocauit il-
lam ſcalā ſacramentorū portam celi. Et ſic tā Chri-
ſtus q̄ eccleſiaſtica ſacrā et lex euangelica dicunt
porte ſiue porta celi: inquātū per illā ītroducimur
in celū ⁊ in iſtā eccleſiā militātē p grām. Et dicunt
porte iuſtitie inquātū p illas iuſtificamur. Et per h̄
p̄uidit: ꝙ ſicut Iacob dormiuit ſupra illū lapidem:
ita oēs filij Iacob ſcōm ꝓmiſſionē debebāt dormi-
re ⁊ fondari ſupra petrā q̄ eſt Chriſtus. Et p hoc qō
dicit. In ſemine tuo bñdicent cūcte tribus. i. gña-
tiones terre p̄uidit in ſpū qualiter tot⁹ ppl's gēti-
lis erat in Chriſto p baptiſmū ⁊ cetera ſacrā: bñdi-
cēdus. Et per hoc qō dicit: Dilataberis ad orientē
⁊ occidentē ⁊c. preuidit qualiter totus ppl's genti-
lis debebat effici ſemē Iacob ⁊ Iſrl' per ſpūalē ge-
nerationē ⁊ ꝓmiſſionē. Et ſic debebat poſſidere he-
reditatem ⁊ terrā viuentiū ſimul cū Abrahā Iſaac
⁊ Iacob ⁊ cū apoſtolis. Hoc ergo preuidens Dauid
in ſpū / in perſona populi gentilis dicit ad apl'os et
diſcipulos ſucceſſores Chriſti. Aperite mihi portas
iuſtitie ⁊ introducite me in eccleſiā per eccleſiaſti-
ca ſacramēta: ⁊ facite me ſemē Iacob p ſpūalem re-
generationem: quia ita eſt mihi ꝓmiſſa hereditas
Chriſti ſicut ⁊ vobis. Oñ hec eſt porta dñi quā vi-
dit Iacob ⁊ appellauit portā celi. ⁊ fundate me ſu-
pra illā petrā ⁊ ſup illum lapidē, ſup quē dormiuit
Iacob. Quia ita dormiuit ſup eū ꝓ me ſicut ꝓ vo-
bis. Et ille lapis ita dʒ eſſe caput meū ſicut caput
vr̄m, vt oēs ſim⁹ vnū corp⁹ in vno capite. ℂ Ad ſe-

Ad ſecundū vero ſicut dicit Iacob / in margine: dñi quare xp̄s et ſacrā dicunt porta.

cūdū eſt dicēdū ꝙ Chriſtus multipl'r dicit lapis et
figurat p lapidē in ſacra ſcriptura vet. te. Nā pmo
dicit lapis capitalis ⁊ fundamētalis. Et ſic p̄uidit
ipm̄ Iacob in viſione ſupradicta. Nā inquātū dor-
miuit ſup eū ⁊ ipoſuit caput ſup eū / preuidit qual'r
Chriſtus debebat eſſe caput totius eccl'ie. Et ſic dr̄
lapis capitalis. Scdō inquātū erexit eū in titulū
dicit lapis refugij vt dictū eſt pſal. xc. Tertio dr̄ la-
pis offenſiōis ⁊ petra ſcādali rōne iudeoꝝ et here-
ticoꝝ: inquantū iudei et heretici offenderūt in eū
⁊ ſcādalizati ſunt nō credētes / nec recipiētes eum
Et ſic ceciderūt in cecitatē et obſtinationem. Et ſic
Eſaias vocat ipm̄ lapidē offenſiōis et petrā ſcāda-
li in. viij. cap. Item quarto Danielis. ij. cap. vocat
Chriſtū lapidē cōtritiōis ⁊ cōminutiōis: inquantū
cōtriuit oia regna mūdi ⁊ cōminuit oia idola genti-
liū. Moyſes aūt quinto vocat ipm̄ lapidem repro-
batiōis ⁊ cōtraditionis. Nume. xx. eo ꝙ filij Iſrael
non crediderunt ꝙ Moyſes ex illo lapide poſſet
aquā eijcere: ⁊ tñ Moyſes ī v̄tute diuina pcuſſio-
ne virge eiecit aquā de petra: vñ bibit tot⁹ ppl's: p
quā petrā figurat⁹ fuit Chriſtus ex cui⁹ latere pcuſ-
ſo exiuit ſanguis et aqua copioſiſſima in remiſſio-
nē oim̄ pctōꝝ. Sexto aūt Dauid vocat ipm̄ in hoc
loco Lapidē angularē / inquātū ī eo cōiūcti fuerūt
duo ppl'i. Et ſic Chriſt⁹ a proprietate vere dr̄ lapis
propter ſex myſteria ſupradicta vt magis patebit.
ℂ Ad tertiū eſt dicendū ꝙ doctores ⁊ prelati eccl'ie
dicunt edificatores. Nā ſicut edificator adaptat la-
pides ⁊ ordinat / ⁊ ex his conſtruit parietes: ita do-
ctores ⁊ p̄lati eccl'ie ex auctoritatib⁹ ſacre ſcriptu-
re cōficiūt ſermones ad ppl'm vt edificent ppl'm ſu-
pra petrā q̄ eſt Chriſt⁹. Et ita euangeliſte ⁊ apl'i edi-
ficarūt eccleſiā ex dictis ſacre ſcripture taq̄ ex lapi-
dibus. Et ita videm⁹ q̄ euangeliſte in conſtructio-
ne ⁊ edificatione euāgelij adducebāt et allegabant
dicta ꝓphetarū ⁊ myſteria ſacre ſcripture q̄ fuerāt
facta ī figura Chriſti. Et ita btūs Petr⁹ p dicta ꝓ-
phetarū ꝓbauit Chriſtū eſſe verū meſſiā ī lege pro-
miſſum. Et ſic fuit verus edificator. Sʒ oppoſitum
fecerunt ſacerdotes ⁊ ſcribe ⁊ phariſſei / q̄ debebat
inſtruere ppl'm: ⁊ edificare in fide chriſti: ⁊ recipere
eū: ⁊ oſtēdere ppl'o ipm̄ eſſe verum meſſiam / poſtq̄
videbāt in eo īpleri oia q̄ de meſſia ſcripta erant in
ve. te. Et tñ ipſi prīo negauerunt ipm̄ aū pilatū: di-
cētes. Non habem⁹ regē niſi Ceſarē: et reprobaue-
rūt ipm̄ aū ppl'm aſſerentes ſacras ſcripturas non
eſſe de eo dictas. Et iō hec preuidens Dauid dicit
hic. Lapidē quē reprobauerūt edificantes. i. ſcribe
⁊ phariſſei. Et ſic dicēdū ꝙ ſcribe et phariſſei ſedē-
tes in cathedra Moyſi qui erant poſiti ad edificā-
dum ⁊ inſtruēdum ppl'm in vita ⁊ doctrina / repro-
bauerūt iſtū lapidē / qñ xp̄m negauerūt / et ad mor-
tē deſtinauerūt: et ſcripturas q̄ d eo erant peruer-
terūt. ℂ Ad quartū eſt dicēdū ꝙ Chriſtus tripl'r di-
cit lapis fact⁹ in caput anguli. Primo inquantū in
Chriſto coniūgunt due nature / humana. ſ. ⁊ diuina
ſub vna pſona. Scdō inquātū in eo coniunguntur
due leges noua. ſ. ⁊ vet⁹. Tertio inquantū in eo fue-
rūt coniuncti duo ppl'i / iudaicus. ſ. ⁊ gētilis. Unde
Chriſtus per quandā ſil'itudinē dicitur lapis angu-
laris. Nam ſicut lapis vnus et idē exiſtēs in angu-
lo cōiūgit duos parietes: ita vna pſona xp̄i exiſtēs
vna coniungit duas naturas in vnitate ſuppoſiti.
Et ita vnus Chriſtus coniungit duos populos ex

Predicatores doctores dicūt edificatores.

Xp̄s lapis fact⁹ i caput anguli.

duobus faciēs vnū ſub vno capite. Itē ſicut lapis
angularis exiſtēs vnus eſt finis vni⁹ parietis ⁊ prin-
cipiū alterius: ita Chriſtus fuit finis totius legis
veteris. qr oia q̄ ſcripta vel dicta ſunt in lege vete-
ri figurabāt vel prenunciabant Chriſtū. ⁊ oia im-
pleta ſunt in Chriſto. Et ſic Chriſt⁹ tanq̄ finis illi⁹
legis cepit circūciſionē ⁊ comedit agnū paſchalē /
vt daret finē illi legi / ⁊ fuit principiū legis no. Qr
vt principiū legis euangelice cepit baptiſmū ⁊ in-
ſtituit ſacrm̄ euchariſtie vt daret principiū legi no-
ue. Et ſic vt impleret oia q̄ ſcripta ſunt in lege ve-
teri ⁊ vt morerent ſimul ⁊ extinguerēt oēs figure
⁊ oia cerimonialia ⁊ figuralia voluit mori: ⁊ voluit
reſurgere vt veritas figuratū oim̄ cū eo reſurge-
ret. Et ſic fuit lapis angularis cōiūgēs ⁊ cōtinuās
iſtas duas leges vt dictū eſt. Et ſic ex duabus legi-
bus fecit vnā / qr p̄terijt vmbra ⁊ māſit veritas. Itē
tertio ſicut lapis angularis manēs vn⁹ coniungit
duos parietes ⁊ ē caput vtriuſq; parietis: ita Chri-
ſtus manēs vn⁹ cōiungit duos ppl'os / iudaicū. ſ. ⁊
gētilē: ⁊ factus eſt vnū tātū caput vtriuſq; ppl'i. et
p cōſequēs ex duob⁹ ppl'is fact⁹ eſt vnus ppl's ra-
tione vni⁹ capitis. Ad cui⁹ intelligētiā eſt notādū
vt dictū eſt pſalmo. cj. ꝙ eccl'ia dei toto orbe diffu-
ſa nō eſt cōſtructa ex lapidibus mortuis aut inani-
matis: ſed ex lapidibus viuis ex vtroq; ppl'o exci-
ſis. Nā Chriſtus q̄ eſt lapis angularis: primo exci-
dit ⁊ quadrauit ⁊ poliuit lapides de iudaiſmo. ſcʒ
apl'os ⁊ diſcipulos: ⁊ hos ſibi in parietē cōiunxit.
⁊ ſic fact⁹ eſt lapis capitalis vni⁹ parietis tm̄. Sʒ
poſtea excidit alios lapides de ppl'o gētili: ⁊ iun-
xit ſibi: ⁊ cōſtruxit aliū parietē ex alio latere. Et ſic
ex lapide capitali fact⁹ eſt lapis angularis et ca-
put duorū parietū. Et ſic Chriſt⁹ dicit lapis factus
in caput angeli duorū ppl'orū ſiue parietū conſtru-
ctorū ex lapidib⁹ viuis. De q̄bus lapidib⁹ dr̄ pſal.
cj. Qm̄ placuerūt ſeruis tuis lapides ei⁹ ⁊c. Item
Zacha. ix. Et ſaluabit eos dñs de⁹ eorū ī die illa vt
gregē populi ſui: qr lapides ſancti eleuabunt ſup
terrā ei⁹. Ex ſupradictis ptʒ ꝙ ois lapis angularis
eſt capitalis: ſed nō econuerſo. Chriſtus ergo ſimul
eſt lapis capitalis ⁊ angularis toti⁹ eccl'ie ex duo-
bus ppl'is congregare. Et oēs fideles ſunt lapides
viui ex duob⁹ ppl'is exciſi p fidē euāgelicā: et qua-
drati ⁊ politi p baptiſmū ⁊ pniaʒ: ⁊ tūſi et malleati
p martyriū. ⁊ hoc modo ſunt coaptati ⁊ iuncti lapi-
di angulari Chriſto Ieſu. Hoc ergo p̄uidens Dauid
in ſpiritu dicit. Lapidē quē reprobauerūt edifican-
tes hic factus eſt in caput anguli. ℂ Ad quītū eſt
dicēdū: ꝙ ſi cōſideram⁹ iſtas tres cōiunctiones in
iſto lapide angulari factas: de neceſſitate habem⁹
cōfiteri ꝙ nō potuerūt fieri niſi a deo: qr tales cōiū-
ctiones ſunt ſupra naturā. Nā coniūctio duarū na-
turarū in Chriſto ſub vna perſona a ſolo dño facta
eſt. Et nō ſolūmodo eſt mirabilis ſupra humanam
naturā: ſed eſt incōprehēſibilis ab omni intellectu
creato. Itē ꝙ Chriſt⁹ impleuerit in ſe totā legē ve-
terē: ⁊ abſtulerit pctm̄ de mūdo / ⁊ vicerit diabolū /
⁊ liberauerit gen⁹ humanū: ⁊ īſtituerit eccl'iaſtica
ſacramēta: ⁊ reſurrexerit / et verificauerit ī ſe oia q̄
erant ſcripta in ve. te. a ſolo dño factū eſt: et eſt mi-
rabile in oculis nr̄is. Itē ꝙ tot⁹ ppl's gētilis ⁊ oēs
reges terre q̄ ante ꝓpter idola pſequebant ppl'm
dei: et pſequebant chriſtianos: poſtea ꝓpter Chri-
ſtū cōminuerēt et delerēt oia idola et ſubiugarent
iugo Chriſti: ⁊ adorarēt Chriſtū quē aū blaſphema-
bant: ⁊ venerarent p̄latos ⁊ chriſtianos quos ante
pſequebant: et ꝙ duodecim paupes ſubiugauerūt
totū orbē iugo Chriſti: ⁊ ꝙ ex gētib⁹ ⁊ iudeis con-
uerſis fieret vn⁹ ppl's xp̄ian⁹: Hoc totū non potuit
fieri ab aliquo hoie. Sʒ a dño factū eſt iſtud: et eſt
mirabile ī oculis nr̄is. Tota ergo intelligētia iſto-
rū quatuor verſuū ſtat ī hoc qr ppl's gētilis intro-
duct⁹ ad loquēdū dicit ad apl'os / Apite mihi por-
tas iuſtitie ⁊ recipite me ad ſocietatē ⁊ fidē vr̄am
vt efficiar vn⁹ ppl's ſil' vobiſcū: ⁊ ꝯtebor ſil' vobiſcū
vnū redēptorē ⁊ ſaluatorē xp̄m. Nā poſtq̄ iudei ob-
ſtinati reprobauerūt eū: ipſe fact⁹ eſt in caput an-
guli cōiūgēs duos ppl'os in vnū ex nobis et vobis
qō myſteriū a dño factū eſt / ⁊ eſt mirabile ī oculis
nr̄is. Et ad hūc intellectū allegauit hāc lrāʒ ſalua-
tor Mat. xxj. Nā poſtq̄ vidit iudeos obſtinatos cō-
tra ſe: ⁊ occecatos: et ꝙ negabāt eū: iō p parabolā
de agricultorib⁹ q̄ occiderūt filiū patriſfamilias
p̄dixit dānationē ⁊ reprobationē eorū. Et ſubdit.
Nunq̄ legiſtis: qr lapidē quē reprobauerūt edificā-
tes: hic factus eſt in caput anguli ⁊c. Quaſi dicat.
Uos reprobaſtis me cū manifeſte cognoſcatis me
eſſe meſſiā / ꝓpter malitiā veſtrā. Sʒ ego reproba-
bo vos: et heredi atē q̄ vobis debebat dabo ppl'o
gētili. ⁊ cōiungā ipm̄ cū paucis cōuerſis de iudaiſ-
mo. Et ſic efficiar lapis angularis cōiungēs iſtos
duos ppl'os vobis manētib⁹ reprobatis / ⁊ obſtina-
tis. Et iō ſubdit. Xp̄s ad maiorē dānationē iudeo-
rū. Et q̄ ceciderit ſup lapidē iſtū ꝯfringet / ſup quē
vero ceciderit cōteret eū. Et ſic in illo loco xp̄s nō
ſolūmodo ſe dicit lapidē angularē: ſʒ etiā lapidem
offenſiōis ⁊ ſcādali. Eſa. viij. Et etiā ſe dicit lapidē
cōtritiōis. Daniel. ij. vt dictū eſt ſupra. De hoc etiā
lapide āgulari dicit apl's ad Ephe. ij. Ipſo ſummo
lapide angulari xp̄o Ieſu in quo creſcit ois edifi-
catio cōſtructa: in quo vos coedificamini in habi-
taculū dei in ſpū ſctō. Sed de hoc lapide angulari
dicit magr̄ in hyſtorijs / ꝙ edificatores tēpli Salo-
monis multotiēs ceperūt vnū lapidē q̄ nunq̄ po-
tuit adaptari nec ordinari in parietib⁹ tēpli. Et ſic
ꝓiecerūt eū ⁊ reprobauerūt. Sed poſtea ille lapis
fuit reſumpt⁹ ⁊ poſit⁹ ī caput cuiuſdā anguli tēpli
Et fuit ita apt⁹ illi loco ac ſi ꝓ illo loco eſſet ad ꝓ-
poſitū fact⁹. qō fuit mirabile in oculis edificatoꝝ.
Et de illo lapide dicunt q̄dā iudei ꝙ dicit Dauid.
Lapidē quē reprobauerūt ⁊c. Magr̄ hiſtoriarū di-
cit. ꝙ ille lapis fuit figura Chriſti: q̄ primo reproba-
tus eſt a phariſeis ⁊ ſacerdotib⁹: ſed poſtea rece-
ptus a gētilib⁹ / fact⁹ eſt in caput anguli duorū vt
dictū eſt. Quā figurā p̄uidēs Dauid in illo lapide
p̄dixit de Chriſto in hoc pſal. Lapidē quē reproba-
uerūt. Sed de illo lapide poſſet eſſe dubiū. Nā tem- Dubiū.
plū Salomōis fuit edificatū poſt mortē Dauid. er-
go Dauid nō potuit videre illū lapidē quē edifica-
tores reprobarūt. Sed ad hoc poſſet rñderi. ꝙ Da- Rñſio.
uid aū mortē ſuā fecit incidi lapides ⁊ ligna et con-
duxit latomos ad poliēdos ⁊ quadrādos lapides ⁊
ſic dimiſit lapides iā quadratos ⁊ politos: vt habe-
tur p̄mi Paralipomenō. xxij. Et ſic potuit videre
illū lapidē primo reprobatū ⁊ poſtea ad angulum
adaptatū. ⁊ quo potuit p̄uidere figuraʒ de ipſo xp̄o.
Et iō dixit in hoc pſalmo. Lapidē quē reprobaue-
rūt ⁊c. Quocūq; ergo ſit Dauid in hoc pſal. p iſtum
lapidē angularē intelligit Xp̄m ⁊ loquit ad lrām.

de Chriſto. Nã a dño factũ eſt iſtud. ſ. qđ iſte lapis q̃ eſt xp̃s/ p̃rio ſit exciſus de mõte ſine manibꝰ. i. natus de Maria virgine ſine p̃re carnali. Et ſit rex ⁊ ſacerdos deꝰ ⁊ hõ icarnatꝰ/ ⁊ mortuꝰ ⁊ reſurrexit: ⁊ iſte lapis ſit fundamẽtalis i quo fundat̃ tota eccl'ia. Et ſit capitalis ⁊ titularis/ i quẽ oẽs tẽdunt/ ⁊ vnctꝰ tanꝗ̃ rex ⁊ ſacerdos. Et ſit lapis tẽtatiõis et ꝯdictiõis cui multi ꝯdixerũt. Et ſit lapis offenſiõis ⁊ petra ſcandali: ꝙ ſit reprobatꝰ a iudeis ⁊ poſtea factꝰ in caput anguli cõiungẽs vtrãq; legẽ ⁊ coniungens duos pp̃l'os vt dictũ eſt. Et ꝙ iſte lapis creuerit in mõtem magnũ ⁊ ꝯtriuerit ⁊ ſubiecerit oĩa regna mũdi. Totũ hoc a ſolo dño vt factũ eſt ſup oẽs naturã ⁊ facultatẽ: ⁊ eſt mirabile in oculis nr̃is. Et hec eſt tẽtio ꝓphete: dicit enĩ Dauid iſtũ lapidem Chriſtũ reprobatũ ꝑ infidelitatẽ iudeoꝝ: ſ; recipiẽdũ ⁊ collocãdũ in caput anguli ꝑ fidẽ apl'oꝝ ⁊ gẽtiliũ. Et hoc potuit ꝓuidere Dauid in ſpũ in deſcriptione tabernaculi ſibi a deo tradita: aut ꝑ illũ lapidẽ artificialẽ ⁊ naturalẽ de quo dictũ eſt.

lxxv. diſtin. ꝙ i die.

**Hec eſt dies quã fecit dominus: exultemꝰ et letemur in ea.**

¶ Ad cuiꝰ intelligẽtiã eſt notãdũ: ꝙ ſicut abſentia ſolis materialis cauſat noctẽ ⁊ p̃ntia eiuſdẽ cauſat diẽ: q2 dies materialis nihil aliud eſt niſi latio ſolis ſup terrã: ita ꝑiter totum tp̃s ab Adã vſq; ad xp̃m dictũ eſt nox ꝑ abſentiã Chriſti. Et ẽt tota lex vetꝰ dicta eſt nox: q2 oĩa ꝯtingebãt illis in vmbra ⁊ figura. Sed cũ ortꝰ eſt Chriſtus ſol iuſtitie factꝰ eſt dies ſuper vniuerſam terrã: ⁊ q̃ oĩno erant occulta ſub vmbra ⁊ figura/ apparuerũt manifeſta inquantũ fuerũt impleta in xp̃o. Et maxime apparuerunt in luce manifeſta poſt reſurrectionẽ. ¶ Triplicem ergo noctẽ fugauit Chriſtꝰ ſol iuſtitie in ſuo ortu a reſurrectiõe. Nã p̃rio fugauit vmbrã oĩm cerimõialiũ legis veteris. Scđo fugauit tenebras oĩm peccatoꝝ. Tertio ignorãtiam ⁊ ſuꝑſtitionẽ idoloꝝ de pp̃l'o gẽtili. Ex quo p3 ꝙ ſicut fuit nox ab Adã vſq; ad chriſtũ: ita eſt nunc vna dies gr̃e a Chriſto vſq; ad iudiciũ: cui ſuccedet dies gl'ie. De hac ergo die gr̃e ⁊ ẽt gl'ie dicit ꝓpheta i ꝑſona pp̃l'i gẽtilis conuerſi. Hec dies quã fecit dñs. q. d. aperite mihi portas iuſtitie: ⁊ cõfitebor dño. Q2 iam Chriſtꝰ lapis factꝰ eſt i caput anguli/ ſicut dictũ eſt: ⁊ iã receſſit nox legis veteris ⁊ nox pc̃ti. Et iã fugate ſunt tenebre idoloꝝ: q2 iã ortꝰ eſt Chriſtꝰ ſol iuſtitie: ⁊ iã facta eſt dies gr̃e/ qñ ſurrexit dñs ⁊ ceſſauit ab omni ope redẽptiõis qđ patrarat. Et ıđ hec eſt dies gr̃e quã fecit dñs Jeſus Chriſtus per ſuum aduẽtu3 et reſurrectionẽ. Exultemꝰ ergo ⁊ letemur in ea oẽs ſimul: ⁊ nõ ambulemꝰ amplius in vmbra legis: nec in nocte pc̃ti: nec in tenebris ⁊ ſuꝑſtitione idoloꝝ. Sed ſicut in die ambulemꝰ ⁊ exultemꝰ in hymnis ⁊ cãticis ꝯfitendo ⁊ p̃dicãdo legẽ euãgelicã/ ⁊ operãdo ſm̃ eã: ⁊ cõſtituamꝰ dies feſtos i memoria beneficioꝝ receptoꝝ a Chriſto. Et maxime cõſtituamus diẽ dñicam ⁊ dedicemꝰ ip̃am ad quietẽ ⁊ contẽplationẽ in memoriã reſurrectiõis Chriſti. Quia hec eſt dies quã fecit dñs. Et cõſtituamꝰ alias feſtiuitates in memoriã alioꝝ beneficioꝝ ⁊ myſterioꝝ Chriſti ⁊ ſc̃toꝝ ſuoꝝ. Dicit ergo Dauid in ꝑſona populi gẽtilis. Aperite mihi portas iuſtitie ⁊c. quia hec eſt dies quã fecit dominus.

tam doctrinā ſuam. hoc idē docet Iacobus et Pe-
trus ⁊ Ioānes ⁊ Iudas in canonicis ſuis. Et nihil
aliud clamat tota doctrina euangelica: ⁊ apoſtoli-
ca: ⁊ catholica. Ideo tam Iudei q̄ Sarraceni: ⁊ q̄
mali chriſtiani qui vt deteſtabilē vitā ſuam excu-
ſent ⁊ defendant aſſerunt ſimplicē fornicationem
eſſe licitā/maledicti: ⁊ heretici ſunt cēſendi: et Sa-
thane ſunt tradendi. ℂ Octaua cōcluſio. ꝙ poſt la-

Sine gr̄a dei nō ſeruiṫ pcepta.

pſum impoſſibile eſt cuiq̄ homini ſeruare diuina
precepta nec vitare pctm̄: nec reſiſtere tentationi-
bus abſq̄ gr̄a Chriſti. Prima pars hui⁹ cōcluſiōis.
⁊ tota cōcluſio ꝓbaṫ ab apłō ad Roma. vij. et per
totū diſcurſum illi⁹ epłe. Et ab Aug. de perfectiōe
iuſtitie hominis/⁊ in omnib⁹ libris quos fecit con
tra Pelagianos. vbi dicit ꝙ tota natura noſtra fuit
corrupta in Adam: ⁊ oēs potentie vulnerate: et debi
litate: ⁊ noſtrum liberū arbitriū claudicatū. Unde
ſicut impoſſibile eſt claudū recte ambulare niſi iu-
uetur ab altero: ita eſt impoſſibile hoiem poſt la-
pſum ex cōcupiſcentia ⁊ fomite ſauciatū ⁊ claudi-
catum recte incedere in lege dnī: ⁊ diuina precepta
adimplere: nec aliquod bonū agere niſi iuueṫ gra-
tia Chriſti. Quia non eſt currentis neq̄ volētis: ſꝫ
dei miſerentis. ad Roma. vij. ⁊. viij. ⁊. ix. per totum.

Obiectio.

ℂ Sed contra hoc arguebat Iulianus dicēs. Oē-
nos videmus ꝙ vnus homo exiſtens in vno peccā
to vitat aliud. Nam quandoq̄ adulter vitat homi-
cidium: et facit eleemoſynas: ⁊ alia opera miſeri-
cordie: et tamen talis nullam habet gratiā: cū ſit
in peccato mortali. Ergo quis poteſt implere pre-
cepta/et agere multa bona ſine gr̄a. ℂ Ad hoc rn̄-
det Augu. cū diſtinctione: ꝙ licet adulter dū vitat
homicidiū: ⁊ agit illa bona opera miſericordie nō
habeat gratiā gratū facientē: tm̄ nō operaṫ ſine gr̄a
diſponēte: ⁊ ꝑuenientē. Nā lꝫ gratia gratifica nō cō-
patiaṫ ſecū pctm̄: tm̄ gr̄a preueniēs ⁊ diſponēs ho-
minē ad bū agendū ⁊ malū vitandū/pōt eſſe i ali-
quo pctōre: per quā diſponitur ad gratiā gratū fa-
cientē. Ex quo ptꝫ/ꝙ nec iuſtus/nec pctōr poteſt
vitare aliqđ pctm̄/nec bene agere ſine gratia Chri
ſti adiuuante: aut diſponente: aut cooperante: aut
gratificante: aut perficiente. ℂ Nona concluſio/ꝙ
hec gr̄a nulli petēti ⁊ conāti ⁊ ſe preparāti negaṫ a
deo. Hec ꝓbaṫ. Primo doctrina euāgelica. Luc. xj.
Petite ⁊ accipietis: pulſate ⁊ aperieṫ: ⁊ oī petenti
dabiṫ. Et Ioā. xiiij. ⁊. xv. Quodcūq̄ petieritis in no
mine meo/fiet vobis. Itē ait ſaluator/ꝙ opꝫ ſemp
orare ne intrem⁹ in tentationē. Mat. xxvj. Hoc idē
Iacobi. j. Qui vult ſapientiā poſtulet a deo: q: hu-
milib⁹ dat gr̄am: ⁊ ſupbis reſiſtit. Quia omne datū
optimum deſurſum eſt. ℂ Decima ꝯcluſio/ꝙ licet
abſq̄ gr̄a Chriſti nemo poſſit implere diuina ꝑce-
pta: nec vitare pctm̄: tm̄ oēs obligamur ad ſeruan-
dū diuina ꝑcepta: ⁊ vitare pctm̄: ⁊ agere opa miſet
nec eſt incōueniēs ꝙ quis obligetur ad ſibi ipoſſi-
bile in caſu. Prima pars probatur. Nā in vtroq̄ te
ſtamēto obligamur ad ſeruandū mandata: vt ptꝫ
Mat. xix. ⁊ Luce. x. Et etiā obligamur ad opa mie.
Mat. xxv. Scđa pars probatur. Nā impedimentū
perpetratū licet tollat poſſibilitateꝫ: tm̄ non tollit
obligationem debiti. Exempli gratia. Nam homi-
cida ſemper obligatur ad reſtituēdū hominē viuū:
ſed hoc eſt ipſi impoſſibile. Itē latro qui deſtruxit
omnia que furatus fuerat/ſemper obligatur ad re
ſtitutionem totius et damni: tamen hoc eſt ipſi im
poſſibile. Item ebrius tenetur ſeruare leges/⁊ vi-
tare omne malū dū eſt ebrius/⁊ tamen hoc eſt ipſi
impoſſibile. Et tamen nō excuſatur quin puniatur
de quocūq̄ crimine cōmiſſo durante ebrietate: im
mo duplici pena eſt plectēdus. iij. Ethicorū. Ita er
go pari ratione: q: iſta corruptio ⁊ concupiſcentia
mala fuit ab Adam nobis perpetrata: per quaꝫ ſu
mus inepti ad malū vitandū: ⁊ bene agendū: ideo
non excuſat nos quin obligemur ad ſeruāda man-
data: et vitandum omne peccatū: ⁊ ad recuperan-
dam libertatem quā perdidimus in Adā. ℂ Unde
eſt aduertendum: ꝙ ad tria nobis impoſſibilia im
pedita per pctm̄ ſumus obligati. Primo ad credē-
dum q̄ nō videmus/nec poſſumus naturali ratiōe
comprehendere. Scđo ad agendum ⁊ operandum
qđ nō poſſumus facere. Itē ad ſperandū q̄ nō tene
mus: nec ex noſtris viribus poſſumus acquirere
ſine gratia dei. Et ideo manifeſte patet: ꝙ virtutes
theologales collate ſunt nobis in ſupplementum
iuſtitie originalis ⁊ premiorum eius. Nam iſte vir
tutes iuſtificant nos in ſupplementum illius ori-
ginalis iuſtitie. Non ergo miretur Pelagius ⁊ qui
cūq̄ alius ſi obligamur ad ea que ſunt nobis im-
poſſibilia: poſtq̄ impedimentum fuit a primis pa-
rentibus nobis perpetratum: nec hoc eſt incōue-
niens. ℂ Undecima concluſio/ꝙ licet obſeruātia
diuinorum preceptorū ſit impoſſibilis quo ad nos
ex proprijs viribus poſt lapſum: tamen non eſt im-
poſſibilis ſimpliciter. Prima vero pars eſt probata
per iā dicta. Secunda probatur: quia talis obſer-
uātia eſt nobis poſſibilis per auxiliū gr̄e Chriſti:
qđ quidē auxiliū nobis nō negaṫ ſi cū pſeuerantia
petimus/ſicut dictū eſt. ergo nō eſt īpoſſibile ſim-
pliciter: lꝫ ſit impoſſibile ſcđm qđ: ⁊ quo ad nos:
Ideo nō eſt incōueniēs ꝙ obligemur ad aliqđ im
poſſibile quo ad nos: poſtq̄ nō ſit ſimpliciter īpoſ
ſibile. Itē licet ſit obſeruātia impoſſibilis quo ad
nos ſine gr̄a: tm̄ eſt nobis poſſibilis petitio huius
gratie. que nobis nō negaṫ ſi īſtāter ⁊ perſeueran
ter petimus. vt ait ſaluator. Petite et accipietis: ⁊
pulſanti aperieṫ: ⁊ omni petenti dabitur. Ideo ait
Augu. cōtra Donatiſtas: ꝙ Chriſtus nō dānat pec-
catorē q: peccauit: ſed quia nō cucurrit ad medicū
Qđ aūt ſit impoſſibile aliquē ſaluari abſq̄ auxilio
dei ptꝫ Math. xix. quādo dixit petrus ⁊ diſcipu-
li: quis poterit ſaluus eſſe? Reſpōdit Ieſus. Apud
hoies hoc impoſſibile eſt. Apud deū aūt oīa poſſi-
bilia ſunt. Ex quo ptꝫ. ꝙ lꝫ ſit impoſſibile hominē
bene operari ſine gratia: tamen poſſibile eſt vt pe-
tat gr̄am per quā poteſt bene opari: ⁊ malū vitare
et ideo peccatū ſemꝑ imputaṫ homini poſtq̄ pōt
facere qđ in ſe eſt: gratiam petēdo: ⁊ gratie oblate
non reſiſtēdo. Ex quo patet ꝙ ex tali īpoſſibilitate
nullus habet ius querele. ℂ Differt ergo poſitio
Auguſtini catholica ab impietate Manicheorū:
q: illi ponebant eſſentiam ⁊ ſubſtantiam hominis
naturaliter ⁊ ſubſtantialiter malā a principe tene
brarū de ſua mala ſubſtantia creataꝫ: ⁊ ideo nullo
modo poterat vitare pctm̄. Sed Aug. dicit omneꝫ
naturā ⁊ ſubſtantiā a deo naturaliter ⁊ ſubſtātiali
ter bonā creatā: ſed in carne hominis ꝓpter pctm̄
primorū parentū malā concupiſcentiam ⁊ morbū
inflictū. Cuius morbo ⁊ concupiſcentia caro hoīs
taliter fuit corrupta: ⁊ liberū arbitriuꝫ taliter clau
dicatū: ꝙ ex ꝓprijs viribus non pōt vitare pecca-
tum. Sed adiutū per gr̄am: nō ſolū pōt vitare pec
catū: ſed etiā implere diuina ꝑcepta: ⁊ agere om-
ne bonū. Differt etiā poſitio Auguſtini a praua he-
reſi Pelagianoꝝ. Nam illi dicebant mortē ⁊ libi-
dineꝫ eſſe homini naturalē. Et volūtatē hominis
eſſe ita liberā vt poſſit vitare omne malū: ⁊ iplere
diuina precepta de ſe ſi velit: ⁊ agere bonū. Augu-
ſtinus aūt dicit mortem ⁊ concupiſcētiā ſiue libi-
dinē non eſſe naturalem nec creataꝫ cum hoie: ſed
inflictā nature in penā pctī: quā cōcupiſcentiā ini
micus diabolus in bona natura quaſi ʒiʒaniā in-
ter bonū triticū ſeminauit. Et iō naturā noſtrā cor
ruptam tali concupiſcentia ex ꝓprijs viribus non
poſſe vitare peccatum: nec implere precepta abſq̄
diuina gr̄a preueniēte ⁊ adiuuante: eo mō quo di-
ctum eſt. Tertio modo poſitio Auguſtini catholi-
ca differt a deteſtabili excuſatione ⁊ ſpurcitia Iu-
deorū: et Sarracenoꝝ: ⁊ quorūdam malorū xp̄ia-
norū/qui dicūt ſimplicē fornicationē ⁊ omnē actū
venereū nō eſſe peccatū/eo ꝙ inducit hominem a
natura: poſtq̄ nō fit cum adulterio. Auguſtin⁹ au-
tem dicit concupiſcentiam ⁊ libidinem non eſſe a
natura: ſed inflictā ex pctō. Et ideo nō inducit ho-
minē ad actū venereum a natura: ſed ex corruptio
ne. ⁊ q: inflicta in penā peccati: ideo non pōt ordi-
nate exercere actū venereū niſi cū feditate ⁊ pctō.
Unde ſicut ſola gratia baptiſmalis excuſat vt ha-
bitus cōcupiſcentie nō imputetur ad pctm̄ origi-
nale: ita ſola gr̄a ſacramēti matrimonij excuſat vt
actus concupiſcētie libidinoſus nō iputeṫ ad mor-
tale. Nā ideo illa concupiſcentia diciṫ ſemē et fo-
mes pctī: eo ꝙ per cōſenſuꝫ deliberatū cauſat pec
catū mortale in volūtate. Item q: actus venereus
nō fuit a deo ordinatus: nec conceſſus niſi ſolis in
matrimonio cōiugatis: iō ſine peccato nō pōt aūt
exerceri: q: iam deuiat a diuina ordinatione ⁊ mā-
dato. ℂ Ex ſupradictis ergo patet. ꝙ licet hō fue-
rit creat⁹ a deo naturaliter bonus tamē q: in penā
peccati natura eius fuit ex cōcupiſcētia corrupta:
iō ſine gr̄a dei nec pōt de ſe vitare pctm̄: nec age-
re bonū. Sed hoc magis etiā patebit pſalmo. cxl-
viij. Et per hoc patet reſponſio ad argumenta he-
reticorū. Ex omnibus ſupradictis patet veritas di
ctoꝝ Auguſtini ſcꝫ ꝙ abſq̄ peccato nō eſt ꝑcepto
rum tranſgreſſio: nec ſine gr̄etia Chriſti eſt eorum
adimpletio. Item ꝙ ſine gratia nemo pōt vitare
peccatū nec reſiſtere ꝯcupiſcētie ⁊ pugne: nec age

Homo deſcēdebat ab hierlꝫ in hierico.

re bonū: qđ accidit ex corruptione nature ⁊ penali
illius primi condēnatione peccati. ⁊ hoc patet ma-
nifeſte ex ſententia ſaluatoris. Luce. x. Naꝫ ille ho
mo qui deſcendebat ab Hieruſaleꝫ in Hierico in-
cidit in latrones qui non ſolum expoliauerūt eum
bonis gratuitis ⁊ illa originali iuſtitia: ſed etiam
vulnerauerūt eum: ⁊ plagis impoſitis ſemiuiuo re
licto abierunt. Qui iacens in via nec ex proprijs vi
ribus poterat ſurgere: nec āmbulare: nec potuit ipm
eleuare ſacerdos: nec leuita: ſed ſolus Chriſt⁹ Sa
maritanus. Qui eleuans eū impoſuit ſupra hume-
ros ſuos: ⁊ recōmiſit ipſuꝫ ſtabulario: cui tradidit
duos denarios pro cura huius infirmi: ſcilꝫ dena-
rium gratie ſacramentoꝝ ad ſanāda vulnera: ⁊ de-
nariū doctrine ſacre ſcripture ⁊ legis euāgelice ad
nutritionē et refectionem ſpiritualeꝫ. ℂ Ex quib⁹
patet ꝙ homo in Adam ſauciatus nec pōt ſurge-
re a peccato: nec ambulare: nec peregrinari ꝑ ob-
ſeruantiam legis: niſi per gratiam Chriſti eleueṫ
⁊ adiuuetur. Iſte ergo homo ſic ſauciat⁹ ⁊ vulne-
ratus: et paralyticus: ⁊ in libero arbitrio claudica
tus: loquitur in hoc pſalmo peregrinādo ad Chri-
ſtum per viam legis diuine: qui ſemper petit iuua
ri per gratiam Chriſti: et dirigi in hac peregrina-
tione ne deuiet a rectitudine legis: ne declinet ad
dexteram nec ad ſiniſtram. Unde aliquando petit
eleuari ad credendum per fideꝫ articulorum. Ali-
quando petit adiuuari per charitatem ad obſer-
uantiam preceptorū. Aliqū petit dirigi per ſpē ꝓ-
miſſorum bonorum futurorum. ⁊ aliquādo petit ſa
nari per medicinam ſacramentorum. Aliquando
roborari per gratiam donorū ſpūs ſancti cōtra ho
ſtes impugnatores. Unde ſi iſte homo cognoſce-
ret ꝙ ex proprijs viribus abſq̄ alio auxilio poſſet
recto tramite hanc viam incedere ⁊ peragrare: ⁊ iu
ſtificationem legis adimplere/non diceret: Iuſti-
ficationes tuas cuſtodiā: non me derelinquas vſ-
quequaq̄. Et non in oī paſſu auxiliū ⁊ gratiā pete-
ret. Item ſi iſte homo cognoſceret ſe eſſe liberū et
ſanū ⁊ nō ſauciatū veneno cōcupiſcētie: nō diceret
totiēs. Dñe viuifica me ſcđm verbū tuū. Et aufer a
me opprobriū ⁊ cōtēptū. Itē ſi iſte hō nō crederet:
nec ſparet ſe poſſe cōſeq̄ gr̄am ad reſiſtendū carni
⁊ hoſtib⁹ viſibilib⁹ ⁊ inuiſibilib⁹: ſicut dicebat Ma
nicheus: nō pſeueraret inſtāter gr̄am petere. Iteꝫ
ſi iſte hō non crederet oēm fornicationē ⁊ concupi
ſcentiā carnis eſſe dānabilē: nō diceret i hoc pſal-
mo. Cōfige timore tuo carnes meas: a iudicijs eīm

tuis timui. Itē ſi nō crederet cōcupiſcētiā ⁊ ambi-
tionē honoꝝ ⁊ oēm ſupbiā eſſe pctīm: non diceret.
Auerte ocl'os meos: ne videāt vanitatē. Ex qbus
ptꝫ ꝙ ſolus iſte pſalm⁹ eliminat ⁊ extinguit ſupra
dictos tres errores ⁊ tres hereſes ⁊ oē pctīm: imo
eliminat ⁊ hereſim Donatianoꝝ dicentiū pniaꝫ et
remiſſionē eſſe impoſſibilē poſt lapſum: eo ꝙ cha
ritas ſemel amiſſa nō poterat recuperari. quorum
impietatē exterminat tota ſacra ſcriptura: ⁊ maxi
me pſalmus quinquageſimus. ¶ Nam ſicut chari
tas ſemel acqſita ⁊ adepta pōt ꝑdi ꝑ pctīm: ita ea-
dē charitas ſemel deperdita pōt per gratiam recu
perari. vnde licꝫ talis gratia ⁊ charitas nō poſſit in
nobis recuperari per motū agentis naturalis: tn̄
acquiritur per creationē ⁊ illuſtrationē ſpūs ſcti.
Et ſic licet nō recuperetꝰ eadem charitas ⁊ gratia
in numero: tamē recuperatꝰ eadē in ſpecie. Item li
cet talis gratia ⁊ charitas nō poſſit a nobis dari ⁊
... tamen poteſt a nobis deſiderari ⁊ peti ⁊ po
ſtulari. Et poſſumus adhibere conatū ⁊ nos ad ta-
lē gratiam a deo recipiendaꝫ preparare. Unde di-
citꝰ Jacobi. j. ꝙ ſi quis indiget ſapientia poſtulet
a deo qui dat omnibus affluenter: ⁊ dabitur ei ⁊c.
Unde ſi gratia ⁊ charitas ſemel habita non poſſet
perdi per peccatū: ſicut dicebat Jouinianus: non
diceret Dauid in hoc pſalmo. In corde meo abſcō-
di eloquia tua: vt nō peccem tibi. Itē ſi charitas ⁊
gratia ſemel perdita nō poſſet recuperari petendo
et orādo ſicut dicebant Donatiani: nō peteret Da-
uid a peccato per gratiā viuificari dicēs. Uiuifica
me ſecūdum verbum tuū. Unde iſte homo myſti-
cus ſemper petit a deo in hac via per grām dirigi.
Et ſi aliqñ deuiauerit per pctīm / ſemꝑ petit ꝑ gra-
tiam viuificari: ⁊ in viā ſalutis reduci: vt ptꝫ ꝑ to-
tum diſcurſum huius pſalmi: ⁊ multorū alioꝝ. Et
ideo rogo oēs fratres meos catholicos Chriſtia-
nos ⁊ maxime eccleſiaſticos ⁊ religioſos: q̄ quoti-
die recitant hunc pſalmū in eccleſia: vt attendant
⁊ contēplentꝰ cū affectu ſuiam: ⁊ verā intelligētiā
huius pſalmi: qm̄ docet fugere omne pctīm: ⁊ om-
nem hereſim eliminat ⁊ confundit. Et docet ſequi ⁊
amplecti omnē virtutē: ⁊ cōtēnere oīa iſta tpalia: ⁊
et appetere vera bona ſpūalia grē ⁊ glīe. Et iō ec
cleſia ſpū ſctō illuſtrata ⁊ directa bn̄ merito ordi-
nauit vt quotidie ꝑ octonarios recitetꝰ in horis ca
nonicis diurnis: eo ꝙ cū hoc pſalmo continue pu-
gnamus ꝯ diabolū: ⁊ mūdū: ⁊ carnē: vt magis pa-
tebit. Redeamus ergo ad continuādā expoſitionē
huius pſalmi ſimpliciter ⁊ literaliter. Nā q̄ cupit
ad altiorē intelligētiā huius pſalmi cōſcēdere / per
gat ad beatū Ambroſium ⁊ Auguſtinū: quia ibi vi
debit ⁊ colliget copioſum ⁊ immenſum theſauruꝫ
exhauſtū ⁊ effoſſum ab iſto pſalmo. tn̄ hic videat
literalē ⁊ ſupficialē expoſitionē: vt facili⁹ capiat in-
telligentiam illoꝝ: qui ſpū ſācto fuerūt illuſtrati.

I Nota.

Beth. de pſe. di. iiij. c. grā in glo. ⁊ cap. placuit. B.

**In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam: in cuſtodiendo ſermones tuos.**

¶ In hoc ſecundo octonario preponitꝰ lr̄a. Beth: q̄ interꝑtatꝰ domus: eo ꝙ iſte peregrinus loquitꝰ de
doctrina domeſtica ipſius adoleſcentie. ¶ Ad cui⁹
intelligentiam eſt notandū ſcd̄m apoſtolum prime
ad Corin. xiij. ⁊ ad Gal. iij. ⁊ iiij. ꝙ iſte peregrinus
ſiue homo myſticus diſcurrens per omnes etates
quaſi per viginti duas dictas: ab Adam vſq; ad ſe-
cundum aduentum Chriſti in qualibet etate cepit
aliquā perfectionē: ſed maxime i ſua pueritia: ⁊
adoleſcētia ⁊ iuuētute / q̄ fuit ab Adā vſq; ad Chri-
ſtum / ſemper abiecit ⁊ euacuauit imperfectiones.
Nam indiguit lege ad reprimēdas paſſiōes ſuas:
⁊ ad reprimendū aliquo modo peccatum. Et ſic in
Adā ⁊ Noe cepit legē nature: quaſi in ſua infantia
⁊ pueritia. Sed in ſua adoleſcentia accepit circum
ciſionem in Abraham ad amputandā concupiſcen
tiā carnis ⁊ i remediū originalis peccati. Sed poſt-
ea in ſua iuuentute accepit. dcxiij. precepta ptim
negatiua ⁊ partim affirmatiua in ipſo Moyſe / ad
cōpellendas paſſiones ⁊ cōprimēdos motus illici-
tos: ⁊ ad ordinādā vitā erga deū ⁊ ꝑximū: vt occu
patus circa talia legalia nō declinaret ad idolola-
triam. Et ſic per legem iſte peregrinatus eſt vſq;
ad Chriſtū ab impfecto ad perfectum: in quo acce
pit legē euāgelicā iuſtificantē ad vitam eternam:
⁊ per ſe ſanantē ab oī vulnere peccati: ⁊ ſic incepit
proficere. Nā in lege veteri nō proprie proficiebat:
ſed incipiebat: inquātū retrahebat a malo: ⁊ prohi
bebat actū. Sed iſte hō poſtq̄ fuit in ſtatu euange
lico / ſucceſſiue recepit multas ꝑfectiones quoſq;
peruenit ad ſtatū perfectoꝝ poſt tempora Conſtā
tini: quia tunc in eccleſia habuit multitudinem do
ctorū qui declararunt vtrūq; teſtamentum. Et ſic
dum eccleſia fuit in perfecto eſſe / habuit copiā vi-
rorum perfectorū religioſorū ⁊ anachoritarum in
egypto ⁊ Meſopotamia ⁊ Armenia ⁊ per oēs par
tes mūdi. Ex quibus ptꝫ ꝙ iſte homo ſemper ꝓceſ
ſit ad magis perfectum in iſto itinere ⁊ peregrina
tione. ¶ Secūdo eſt notandū ꝙ tres gradus ſunt
viatorum in hac eccleſia militante. Nā quidam di-
cuntur incipiētes / puta illi qui continue certant ⁊
pugnant contra vitia in principio ſue cōuerſiōis ⁊
penitentie. Secūdus gradus eſt ipſorum proficien
tiū: qui peracta penitētia iam proficiunt in bonis
operibus erga deū ⁊ proximū. Tertius eſt gradus
perfectorum puta illorum qui totaliter mundū re
linquerunt ⁊ ſeparati a populis viuūt in ſola vita
cōtemplatiua: ſicut ſunt anachorite: ⁊ viri religioſi
in eremo viuentes. ¶ Tertio eſt notādum ꝙ in ec-
cleſia dei tres ſunt ſtatus vite fidelium. Nam qui
dam viuūt in vita actiua puta viri vxorati viuētes
in honeſto coniugio: ⁊ ceteri artifices viuentes ſe-
cundum legem dei. Alij aūt viuūt in vita miniſtra
tiua: ſicut ſunt miniſtri ⁊ ꝓlati eccleſie qui partim
viuunt in vita contemplatiua: ⁊ partim in actiua:
eo quod habent miniſtrare ſacramenta: ⁊ docere:
⁊ regere populum dei in ſpiritualibus. Terti⁹ ſta-
tus eſt ipſorum pure contemplatiuorum ⁊ perfe-
ctorum: de quibus ſupra dictum eſt. ¶ Et ideo iſte
pſalmus quadrupliciter conſueuit exponi per ſa-
cros doctores ipſius eccleſie. Uno modo principa
liter pro ipſo homine myſtico qui peregrinatꝰ ab
Adam vſq; ad finem mundi. vt dictum eſt. Secun-
do modo de quolibet homine particulari qui pere
grinatur ab adoleſcentia vſque ad finem vite ſue:
prout petit dirigi per legem domini in ſua peregri
natione. Tertio modo poteſt exponi pro trib⁹ gra
dibus viatorū. ſ. incipientiū ꝓficiētium / ⁊ perfe-
ctorum. Quarto modo poteſt exponi de tribus ſta
tibus fidelium eccleſie. ſ. de actiuis / ⁊ miniſtris: et
contēplatiuis: ſiue de peregrino. Ideo melius eſt
ꝙ primo et principaliter exponatur iſte pſalmus



de iſto peregrino ⁊ hoie myſtico qui fuit incipiēs /
⁊ proficiens: ⁊ perfectus: et actiuus: et miniſter: et
contēplatiuus. Et diſcurrit per omnes ſtat⁹ / ⁊ eta-
tes: quia omnia cōtinet in ſe: cum ſit totum corpus
eccleſiaſticū. Et ideo iſte peregrinus ſicut in ſe cō-
tinet oēs iſtos ſtatus / et gradus / et etates: ita pro
omnibus loquitur in iſto pſalmo: et ſemper petit
dirigi in hac perigrinatione. Nam quandoq; petit
dirigi et adiuuari in ſua adoleſcētia: quandoq; in
ſua iuuentute: quādoq; in ſua virilitate: ⁊ quando-
q; in ſenectute: et quādoq; petit dirigi in incipiēti-
bus: qñq; in proficientibus: ⁊ qñq; in perfectis. Et
qñq; petit dirigi in rebus agibilib⁹ vt cū dicit. Ne
repellas me a mādatis tuis. Et quandoq; in credi-
bilib⁹: ⁊ reb⁹ ſpeculatiuis: vt qñ dicit. Reuela ocu-
los meos ⁊ cōſiderabo mirabilia de lege tua. Quā
doq; petit celeſtia ⁊ eſſe cum Chriſto. vt qñ dicit.
Quere ſeruū tuū dñe ⁊c. Et ſic pſal. iſte ſimul eſt ꝓ
pheticus ⁊ moralis ⁊ anagogicus. Et iō oportet ꝙ
ꝑ omnē ſenſuꝫ exponatꝰ ſimul. Duo ergo facit Da-
uid in pſona huius peregrini in hoc pſal. Nā pmo
petit dirigi in ſua adoleſcētia ⁊ iuuētute ꝑ legē ve-
terē. Scd̄o petit dirigi: ⁊ iuſtificari: ⁊ ꝓficere i ſua
virilitate per legē euangelicā ibi. Legem pone mi-
hi dñe. ¶ Quātū ergo ad primū iſte peregrinus in
perſona ſui ⁊ oīm incipiētiū petit: vt reprimantur
ſue paſſiones ⁊ motus illiciti per legem dei in ſua
adoleſcētia. et ſic cōuerſus ad deum dicit. In quo
corrigit viā ſuā ipſe adoleſcentior. i. iuuenis. i. q̄ ſi o
corriget ⁊ reprimet paſſiones impellētes ipſum ad
malū in adoleſcētia ⁊ iuuētute ſua: Et reſpondet di-
cēs ipſemet: in cuſtodiēdo ſermones tuos ⁊ obſer-
uando legē tuā. Quaſi dicat. in quo corrigit adole-
ſcētior viā ſuam: niſi ſupple cuſtodiēdo ſermones
tuos et ſeruādo legē tuam: Et poteſt etiaꝫ talis re
ſponſio eſſe ipſius ſpūs ſancti. Uñ interrogat iſte
homo: in quo corrigit adoleſcētior ⁊c. Et reſpōdet
ſpiritus ſanctus: in cuſtodiēdo ⁊c. Et ideo ipſe ho-
mo myſticus ſubdit dicens.

**In toto corde meo exquiſiui te: ne repellas me a mandatis tuis.**

¶ Unde eſt aduertēdū: ꝙ quatuor ſunt neceſſaria
ſi q̄s vult obſeruare ⁊ cuſtodire ſermones dñi. Pri
mo ꝑſcrutari ⁊ exquirere legē eius. Scd̄o repone-
re eā in alta memoria. Tertio delectari in eius ſtu-
dio. Quarto exerceri in operatiōib⁹ eius. Dicit er-
go ꝙ iuuenis corrigit viā ſuā in cuſtodiendo ſermo
nes tuos. Iō in toto corde meo exq̄ſiui te vt te co-
gnoſcerē. Et exq̄ſiui legē tuā: q̄ docet cognoſcere te
ꝑ beneficia nobis collata. Iō rogo vt non repellas
me a mādatis tuis: q: eis volo inherere ⁊ obedire.

**In corde meo abſcondi eloquia tua: vt nō peccem tibi.**

¶ In corde meo ⁊ voluntate abſcōdi: ⁊ alta mente
repoſui ⁊ celaui ⁊ impreſſi eloquia ⁊ mādata ⁊ pre-
cepta tua: vt nō peccē tibi. ¶ Nota ꝙ intātū timet
iterum cadere ꝙ impreſſit eloquia ⁊ precepta dei
in corde / ne iteruꝫ peccet. Ideo ſubdit.

**Benedictus es domine: doce me iuſtificationes tuas.**

¶ Et ideo tu qui es benedict⁹: ⁊ benign⁹ doce me
iuſtificationes tuas. Et oſtēde mihi per legē quo-
modo poſſim meritorie opari: et a malis / et pctis
deuiare. Quia ad hoc indigeo auxilio / ⁊ gratia tua.
Nam ex parte mei adhibeo conatum.

**In labijs meis pronunciaui omnia iudicia oris tui.**

viij. q. i. olim et c. iſcrip turis.

¶ Ergo poſtq̄ alijs predicaui legē / da mihi grām
vt faciā opa legis: ne cū ceteris predicauero repro
bus efficiar. Uel hic forſan ponitur preteritū ꝓ fu
turo. Quaſi dicat. Si tu docueris me iuſtificatio-
nes tuas / ego ꝓnūciabo ceteris: ⁊ ꝓdicabo oīa iu-
dicia oris tui: id eſt totā legem tuā. Et ſequitur.

**In via teſtimoniorum tuorum delectat⁹ ſum: ſicut in omnibus diuitijs.**

Beth. xxxvij. diſt. ca. oēs.

**In mandatis tuis exercebor: ⁊ conſiderabo vias tuas.**

¶ In via teſtimoniorū. i. in ſtudio ⁊ obſeruantia le
gis tue habituatus delectat⁹ ſum: et delectabor: ſi
cut delectatꝰ ſupple auarus in oībus diuitijs ſuis
multo labore cōgregatis. Nā ego oēs diuitias tem
porales in cōparatiōe legis tue nihil eſſe dixi. Sa-
piē. vij. Et ideo vt acquirā habit⁹ virtutis ad repri
mādas paſſiones adoleſcētie ⁊ iuuētutis / cōſidera
bo vias tuas. Cōſiderabo operaꝰ Abrahā ⁊ Iſaac ⁊
Jacob: et ceterorū ſanctorū: et imitādo eos exerce
bor in mandatis tuis. q: ex frequētatione et exer-
citio operationū generatur habitus qui facit ho-
minē operari cū delectatiōe. Et talis operatio eſt
virtuoſa ⁊ laudabilis ⁊ meritoria. ⁊ ſic ſequitur.

**In iuſtificationibus tuis meditabor: non obliuiſcar ſermones tuos.**

De pe. di. ij. §. opponitur. le. e. i. de multis nominibus.

¶ Quia nō ſolum faciā habitū moralē in appetitu
ſenſitiuo: ſed ēt habitū cognitiuū in intellectu ⁊ me
moria. ¶ Eſt aūt valde aduertēdū ꝙ Dauid in hoc
pſal. xv. noib⁹ appellat legē dei: ⁊ hoc ſcd̄m diuer-
ſos modos ſignificādi. Nā inquantū eſt a deo dicitꝰ
lex dñi: et inquantū per angelos et multos teſtes
multotiens teſtificata ⁊ examinata / dicitꝰ teſtimo-
niū dñi: maxime inquātū data eſt in teſtimonium ⁊
fedus. Itē inquantū eſt ꝓlata ab ore dei dr̄ verbū
et eloquiū: et ſermo dei. qd̄ maxime competit legi
euāgelice: q̄ immediate a Chriſto eſt ꝓlata. Itē in-
quātū ducit ad Chriſtū et vitā eternā / dicitꝰ via ⁊ ſe
mita ⁊ iter. Et inquantum ꝓhibet omne vitiū dicitꝰ
preceptū. Sed inqnātū mādat ⁊ iubet fieri omnem
virtutē q̄ eſt menſura oīm humanarū operationū
dicitꝰ iuſtitia. Et ei⁹ operatio dicitꝰ iudiciū et iuſti-
ficatio: inquātū nō deuiat a diuina volūtate. Et ꝑ
eādē rationē dicitꝰ equitas: inquantū adequatꝰ di-
uine voluntati. Item dicitꝰ veritas inquantū eſt ve
rificata tota in Chriſto ⁊ eccl'ia: vt ſepius dictū eſt.
Dicitꝰ etiā lex diuina veritas: inquātū cōformis et
adequata diuine voluntati. Nā ſicut in ſpeculabi-
libus intellectus ſiue orō dicitur vera vel falſa in-
quantū adequatꝰ rebus: q: ex eo qd̄ res eſt vel non
eſt oratio dicitꝰ vera vel falſa: ita per oppoſitum in
agibilibus et factibilibus res dicūtur vere inquā
tum aſſimilantur et adequātur recte rationi et ar-
ti. Cum ergo diuina voluntas ſit recta ratio: ⁊ menſura omniū actuū humanorū: ideo diuina lex dici-
tur cōiter veritas in ſacra ſcriptura et ſic idem eſt
quod iuſtitia. et ideo in hoc pſal. et in ceteris ſepe
veritas ſumitur pro ipſa iuſtitia.

**Retribue ſeruo tuo: viuifica me: et cuſto-**



ſtmel.

de cōſe. diſ. iiij. c. vlti. dïam ſermones tuos.

¶ In hoc tertio octonario ꝑponit̃ litera Gimel/ q̄ interpretatur plenitudo ſiue retributio eo ꝙ iſte peregrinus ĩ hoc octonario petit ſibi retribui oīa bona q̄ ꝑdiderat ꝑ peccatū. Ad cuius intelligentiā eſt notādū: vt ait Saluator Luce. x. ꝙ iſte peregrinus cū deſcēdit ab Hierl'm in Hierico nō ſolūmodo fuit ſpoliat⁹ bonis gratuitis: ſed etiā plagis impoſitis fuit multipliciter vulnerat⁹ ꝛ mortificatus ꝛ quaſi ſemiuiu⁹ relictus. Unde fuit ſpoliat⁹ iuſtitia originali ꝛ oīb⁹ p̄miſs eius: q2 perdidit imortalitē ꝛ locū ꝛ ſciētiā ꝛ obedientiā aīaliū: ꝛ ſic fuit factus ignorās ꝛ exul ꝛ miſer. Et vltra hoc fuit taliter vulnerat⁹ et ſauciat⁹ in appetitu ſenſitiuo ꝙ nō pōt reſiſtere carni/ nec mundo/ nec diabolo: nec poteſt implere precepta dei: niſi fuerit adiut⁹/ ꝛ viuificatus per grām. Unde lʒ videatur viuus quo ad opationē naturaliū: tamē eſt mortu⁹ quo ad operationē virtutū ꝛ rerū ſpiritualiū. ꝛ ſic non pōt implere precepta nec legē dei. ꝛ ideo non pōt bū operari niſi reſtituat̃ ipſi originalis iuſtitia quaʒ ꝑdidit: vel aliquid loco eius: puta iuſtitia fidei ꝑ gratiam. Et hoc petit in hoc octonario. Dicit ergo iſte hō afflictus ꝛ mortificatus ꝛ multat⁹: O dn̄e retribue mihi ſeruo tuo ꝑ gratiā oia illa bona q̄ abſtuliſti mihi ꝓpter culpā ꝛ ingratitudinē meā: q2 taliter maneo mortificatus ꝛ debilitat⁹ in carne ꝛ appetitu ꝙ non poſſum vitare malum nec agere bonū: nec implere diuina precepta. ergo viuifica me per gratiā preuenientē ꝛ cooperantē: vt cuſtodiam ſermones tuos. i. vt legē ꝛ precepta tua poſſim ſeruare ꝛ adimplere. Itē q2 etiā fui vulneratus et occecat⁹ in intellectu per ignorantiam: Ideo.

De ꝯſe. diſ. iiij. ca. placuit. Reuela oculos meos: ꝛ conſiderabo mirabilia de lege tua.

¶ Reuela oculos meos. i. remoue velū ignorantie ab oculis meis: ꝛ tunc conſiderabo mirabilia de lege tua/ ponendo differentiā inter bonum ꝛ malum remoto peruerſo iudicio: ꝛ tunc vere iudicabo nō ſolūmodo de agendis: ſed etiam de credēdis ꝛ ſperandis. quia hucuſꝗ ex vitio ignorantie iudicabā bonū malū: et malū bonū. Remoue ergo a me hanc peruerſitatē iudicij illuminando partē rationaleʒ. ne paſſiōes impediant rationē: que infirmitas rationis fuit mihi data in penam peccati qn̄ fui expulſus a paradiſo: ꝛ factus ſum peregrinus in hac lachrymarum valle. Ideo ſequitur.

ij. cori. v. Incola ego ſum in terra: non abſcondas a me mandata tua.

¶ Id eſt peregrinus ꝛ exul factus ſum in terra: ideo non abſcōdas a me mandata tua ꝑ ignorantiā: ſed fac ea mihi nota ꝑ gratiam. Unde lr̃a Hierony. habet. Peregrinus ego in terra. Ex hoc demōſtrat ꝙ oia mala q̄ hʒ iſte peregrin⁹ ſunt ſibi inflicta ex pena pcti ĩ vel in penam pcti qn̄ fuit expulſus. Sed q2 in ſupradicto exilio iſte homo nō ſolū fuit punitus in intellectu ꝛ ratione per ignorantiā: ſed etiam in volūtate ꝛ appetitu: quia perdita iuſtitia originali fuit voluntas peruerſa in ſuo actu: ꝛ quaſi ligata ad nutum ſenſualitatis: intantum ꝙ licet ꝑ legem dei cognoſcat bonū: tamē ſtimulata lege mēbrorū ſequit̃ malū: ꝛ ſic iſte hō inuenit legē carnis in membris ſuis repugnātē legi mētis: ꝛ captiuātē ipm in lege pcti. Ideo iſte paup hō inſpiciens ad legē dei cupit liberari: ſed ſtimulatus lege mēbrorū ſequit̃ paſſiones: ꝛ ſic dolet: vn̄ ſimul cupit liberari ꝛ obtinere finē bonū: ꝛ ſeq̄t̃ deſideriū paſſionuʒ. ¶ Uñ differentia eſt inter cupere ꝛ deſiderare. Nā cupere eſt finē appetere. Sed deſiderare eſt conatū apponere per ea q̄ ſunt ad finē. Uñ attrit⁹ cupit felicitatē/ ꝛ non peruenire ad penas debitas ex pctō. Sed nō vult dimittere illud qd̄ inducit pctm̄. ſ. reʒ ablataʒ/ aut mulierē/ aut vindictā: ꝛ ſic nō facit penitentiam per quā debet cōſequi finē prio cupitū. Et ſic talis cōcupiſcit deſiderare: ſʒ impedit̃ conat⁹ eius per paſſiōes. Et ideo iſte peregrinus ſic ligatus lege membrorum dicit.

Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas: in omni tempore.

¶ Id eſt facere opera iuſta ſm̄ legē in oi tpe: qd̄ nō fit ſine colluctatione carnis aduerſus ſpm̄. ¶ Eſt aūt aduertēdū: ꝙ in hoc verſiculo implicant̃ ꝛ latent due magne difficultates. Et hoc apparet in diuerſitate tranſlationū. Nā vbi noſtra trāſlatio dicit. Concupiuit aīa mea deſiderare iuſtificationes tuas in oi tpe. Tranſlatio Hierony. habet. Frangit ſe aīa mea deſiderare ꝛc. Item alia tranſlatio habet. Conterit̃ anima mea deſiderando iuſtificationes tuas. Itē alia trāſlatio habet. Tabeſcit aīa mea deſiderādo iuſtificatiōes tuas ꝛc. Et iō Aug. ſm̄ primā trāſlationē dicit ꝙ iſte nō dixit aīa mea deſiderauit: ſʒ cōcupiuit aīa mea deſiderare: q2 qn̄ꝗ videmus ꝙ vtiles ſunt iuſtificationes dei. i. opa iuſtitie: ſed ex infirmitate aliq̄ñ non deſideramus. Et ideo iſte cōcupiſcebat deſiderare iuſtificationes dei. oſtēdens quibus quaſi gradib⁹ ad eas perueniatur. Primus em̄ eſt vt videatur ꝙ ſint vtiles ꝛ honeſte. Deinde vt earū deſideriū cōcupiſcat̃: poſtremo vt ꝓficiēte lumine atꝗ ſanitate delectet earuʒ opatio ꝛc. Iſta aūt verba Aug. licet ſint ſub tiliſſima ꝛ bene ad ꝓpoſitū lr̃e: tn̄ nō explicāt totā ſniam: nec explēt oēs difficultates īplicatas ĩ hoc verſiculo. Nā alie tranſlatiōes nō ſolū videnẗ explicare īfirmitatē nr̃am ad deſiderandas iuſtificationes dei: ſed etiā explicant conatū ꝛ diligentiā quā debemus apponere ꝛ adhibere in deſiderādo ſiue cū deſiderio ad conſequendas iuſtificationes dei. i. ad operandū ſm̄ iuſtitiā: ꝛ vt iuſtificemur ī operādo: q2 nō ſufficit deſiderare iuſtificari: ſed apponere totū conatū ꝛ diligentiā ad iuſtificandū vt homo iuſtificetur. Ad cuius intellectū ad aduertēdū: ꝙ licet Aug. in hoc loco totaliter nō explicet/ nec ſoluat totā difficultatē ꝛ intelligētiā hui⁹ verſiculi: tn̄ ex dictis ei⁹ i pleriſꝗ locis pōt haberi eius declaratio: ꝛ vt patebit. Unde eſt primo notandū: ꝙ cum tota iuſtitia hoīs cōſiſtat in declinādo a malo ꝛ faciendo bonū ꝛ operando ſm̄ legē dei/ ꝛ viuēdo ſine macula: vt dictum eſt pſal. xiiij. ꝙ nō oē deſideriū declinādi a malo et faciēdi bonū iuſtificat hoīem. Nā q̇s pōt qn̄ꝗ deſiderare iuſtificari: puta exire a pctō: ſed non querit mediū/ nec conat̃ agere pn̄iam/ nec ꝯfiteri: ſine quo nō pōt exire a pctō: ergo non iuſtificat̃ in tali ſimplici deſiderio: ergo oportet vt q̄rat medium ꝛ agat pn̄iam ad hoc ꝙ cōſequat̃ veniam ꝛ iuſtificetur: q2 voluntas ꝛ deſideriū eſt finis: ſed cōſiliū ꝛ cōſultatio eſt de his q̄ ſunt ad finem. iij. Ethi. Et iō ad hoc ꝙ quis iuſtificetur nō ſufficit deſiderare iuſtitiā: ſed oportet apponere ꝛ adhibere totū conatū ꝛ diligētiā ad cōſequēdā iuſtitiā declinando a malo/ et faciendo bonū. Et ideo in ſacra ſcriptura vbicūꝗ geminatur aliqd̄ vocabuluʒ/ ſemper denotat̃ aliq̇s conatus. vt pſal. xxxix dicitur. Expectās expectaui: q2 cū toto affectu ꝛ conatu expectaui: nō ſolū deſiderando finē: ſed querēdo mediū ad conſequēdam rem expectatā. Item Matth. xxvj. dicit Saluator: Deſiderio deſideraui hoc paſcha mādūcare vobiſcū anteꝗ patiar. i. cū toto conatu ꝛ affectu deſideraui viā perueniēdi q̄rēdo. q2 voluntarie peruenit Chriſt⁹ ad paſſionē/ ꝛ preparauit oia neceſſaria ꝛc. Ita ergo pariter Dauid in hoc loco ſciēs ꝙ ꝑ ſoluʒ ſimplex deſideriū declinādi a malo et faciēdi bonū nō poterat iuſtificari: niſi apponeret totū conatū ꝛ affectū cū tali deſiderio: denotādo affectū et conatum dicit. Concupiuit aīa mea deſiderare iuſtificatiōes tuas in oi tpe. oſtēdit em̄ et notificat deſideriū ſuū eſſe cū toto conatu ꝑ duo verba q̄ſi idē ſignificātia. ſ. ꝯcupiſcere ꝛ deſiderare. quaſi dicat: cū toto conatu ꝛ affectu deſideraui iuſtificatiōes tuas. Itē nō dixit feci iuſtificationes tuas: ſed aīa mea cōcupiuit deſiderare. i. totuʒ conatum adhibuit: q2 ex infirmitate non ſemper eſt in nr̃a ptāte implere diuina p̄cepta ſine grā: vt ſupra dictum eſt. Et ideo multotiēs quis nō valēs adiplere diuina precepta in effectu maxime affirmatiua ꝓpter aliquē defectū: iuſtificat̃ tn̄ ꝑ ſolū deſideriū ꝛ affectum poſtꝗ adhibeat totū conatū. Nā pctōr nō habēs copiā ſacerdotis nec locū nec tēpus ꝯfitēdi: ex ſolo deſiderio cū cōtritiōe ſit dignus venia et iuſtificat̃: vt inquit Aug. in lib. de pn̄ia: vt magis patebit. ¶ Ergo per h̄ ſoluit̃ inſtantia quā faciebat Porphyri⁹ ꝯ legem euāgelicā: dicēs ipam eſſe iniuſtā ꝛ caſſā ꝛ vanā: eo ꝙ p̄cepit impoſſibilia. Et ꝑ ꝯñs dicit ꝙ non oēs poterāt nec pn̄t in ea iuſtificari. Nā lex euāgelica p̄cipit reddi oē debitū vſꝗ ad vltimū quadrātē. hoc aūt qn̄ꝗ eſt impoſſibile ꝓpter defectuʒ rei. ſi fur deſtruxit oia q̄ furatus fuerat: aut ſi q̇s nō hʒ vñ reddat q̄ mutuo accepit. igit̃ ſemꝑ manet iniuſtus. Itē lex euangelica p̄cipit adipleri omnia opa mie. et hoc ſub cōminatione ignis eterni. Matth. xxv. Sed hoc qn̄ꝗ eſt impoſſibile: quia infirm⁹ nō poteſt viſitare nec ſeruire alteri infirmo: nec pauper ſubuenire alteri pauperi propter defectū ꝛc. ꝛ ſic patet ꝙ impoſſibile eſt oēm hoīem ſemper ꝛ in omni loco ꝛ tpe et in omni ſtatu implere euangelica p̄cepta. Sed in oppoſituʒ eſt ſaluator: Matt. xj. dicens. Uenite ad me oēs qui laboratis: iuguʒ em̄ meū ſuaue eſt: ꝛ on⁹ meū leue ꝛc. ¶ Et iō ad reſpōſionē hui⁹ eſt dicēdū: ꝙ iſte apoſtata nō bene cōtēplat⁹ eſt legē euāgelicā ꝛ iuſtitiā ei⁹. nā licet precepta negatiua ſemper ꝛ vbiꝗ obligēt hoīem quo ad affectū et effectū: tn̄ p̄cepta affirmatiua lʒ ſemper obligēt quo ad affectū non tn̄ ſemꝑ obligāt quo ad effectū ꝓpter ſupradictū defectū. Et ſic in tali caſu iuſtificat̃ hō ꝑ ſolū deſideriū et affectum: poſtꝗ adhibet̃ totus conatus vt dictum eſt. Et hoc oſtendit ſaluator Matth. xviij. de illo q̇ debebat. x. M. talētorū: qui nō habēs vnde redderet ꝓcidens in terrā dicebat: patiētiā habe in me: ꝛ oia reddam tibi: cui dn̄s dimiſit omne debitū vidēs ſolū e⁹ affectum. Itē Luc. vij. ille fenerator dimiſit debitū duob⁹ debitorib⁹ nō habentibus vñ redderēt. Ex quo ptʒ ꝙ deus nō ſemꝑ reſpicit nec querit effectū ſed in caſu acceptat ſolū affectū cū toto conatu. Et ſic iuſtificat̃ hō per ſolū affectū in tali caſu. Et ideo ſaluator Matthei. v. nō dixit beati q̇ faciūt iuſtitiā: ſed beati q̇ eſuriūt ꝛ ſitiūt iuſtitiam qm̄ ipſi ſaturabūtur ꝛc. ¶ Ad cuius intellectū eſt notandū ꝙ iſta ſe habēt ꝑ ordinē: ſcilʒ deſiderare/ et eſurire ſiue ſitire/ ꝛ facere. Uñ deſiderare idē eſt qd̄ aliq̇d cupere vel appetere. ſʒ eſurire vel ſitire idē eſt qd̄ cū toto affectu ꝛ conatu talē rē deſiderare. i. cū tali deſiderio ad cōſequēdā rē deſideratā totū conatū apponere. Facere aūt eſt rē deſideratā ꝑ effectū adiplere. Et ſic q̇s pōt deſiderare aliquā rē: q̇ tamen non eſurit eaʒ: q2 nō adponit vires nec conatū nec q̄rit mediū ad conſequēdū eā/ vt aliq̇s deſiderat comedere pauonē aut caponē ꝛ habet facultatē emēdi: ſʒ ex auaritia nō emit: ꝛ ſic d̄ſiderat bibere nectar: ſed ex auaritia non emit. Ex quo patet ꝙ talis nec eſurit pauonē nec ſitit nectar. q2 ſi eſuriret ꝛ ſitiret totū conatū apponeret ad emendū. ſicut qn̄ q̇s eſurit cibū vel ſitit potū ſimpliciter: totū conatuʒ apponit ad querēdū cibū et potū nec patit̃ moras qn̄ comedat ꝛ bibat ſi hʒ cibū ꝛ potū p̄ſentē. Ita ergo pariter multi d̄ſiderāt reſtituere rē ablatā ꝛ habēt vnde reddāt: ſed ꝓpter auaritiā nō reddūt. Et multi deſiderāt facere eleemoſynā et habēt vñ faciāt: ſed ex auaritia nō faciūt ne eis deficiat in futuruʒ. Itē multi peccatores deſiderāt facere pn̄iam ꝛ iuſtificari formidine pene future: ſed nō faciūt ne dimittant rē amatā aut ne remittant iniuriā. Et ideo eſt ſignū ꝙ licet tales deſiderent iuſtitiā tamē non eſuriūt nec ſitiūt iuſtitiā. quia nō apponūt totum conatū nec querūt mediū per qd̄ iuſtificent̃: nec faciūt qd̄ in eis eſt poſtꝗ habēt tēpus ꝛ locū ꝛ copiā rei. Et ideo ſolū deſideriuʒ non pōt eos iuſtificare. Sed ſi tales apponerēt totū conatū cū d̄ſiderio: tūc dicerent̃ eſurire ſitire iuſtitiam. Et ſi in tali deſiderio ꝛ eſurire deficeret locus aut res familiaris aut tempus adimplēdi per effectū/ tūc ſolū deſiderium ꝛ eſuries ꝛ ſitis iuſtitie iuſtificaret eos. Et iō non dixit ſaluator: beati qui faciunt iuſtitiaʒ. quia hoc quādoꝗ eſt impoſſibile propter defectū loci ꝛ tēporis aut rei familiaris aut cōditionis et ſtatus ꝛ fortune. ſed dixit beati q̇ eſuriūt ꝛ ſitiūt iuſtitiaʒ ꝛc. quia hoc vnicuiꝗ poſſibile eſt cum auxilio grē: quia talis elleemoſyna nō datur de cellario ſed ex affectu ꝛ conatu voluntatis: vt inq̇t Aug. in ſermone de martyribus. Et ideo chriſtus nō ſemꝑ querit ab hominib⁹ effectū iuſtitie: ſed affectū ꝛ eſurieʒ ꝛ ſitim iuſtitie: q2 talis affect⁹ ꝛ eſuries ꝛ ſitis iuſtificādi cōſiſtit in poteſtate et actu volūtatis: lʒ ſemper cū grā p̄ueniēte ꝛ coadiuuante: vt dictū eſt ſupra. Hoc ḡ voluit dicere Dauid cū dixit: Cōcupiuit aīa mea deſiderare iuſtificatiōes tuas. i. eſuriuit ꝛ ſitiuit aīa mea iuſtificationes tuas. i. cū toto conatu deſiderauit iuſtificari ꝛc. Uñ vidēs Dauid ꝙ nō ſemper poterat iuſtificari ꝛ cōplere p̄cepta oia per effectū/ ad min⁹ ꝑ affectū ꝛ eſuriē ꝛ ſitim iuſtitie petit iuſtificari eſuriēdo ꝛ ſitiēdo iuſtitiā: ꝛ eſurit ꝛ ſitit adiplere diuina p̄cepta: vt ꝑ talē eſuriē et ſitim iuſtificet̃. Et iō addidit. In oi tpe. q2 oīs hō poteſt eſurire ꝛ ſitire iuſtitiā ꝛ adiplere diuina p̄cepta et facere penitētiā in oi tpe ꝛ loco et ſtatu. et hoc ĩ affectu lʒ non ſemꝑ in effectu: vt dictū eſt. ¶ Per ſupradicta ptʒ rn̄ſio ad argumēta Porphyrij. q2 p̄cepta affirmatiua nō obligāt hoīem ſemꝑ et ꝓ ſemꝑ

Aug. 3 pars prima. O

No. de eſurire ꝛc.

precepta affirmatiua q̄ñ obligant.


R

quo ad effectum in caſibus predictis: ſed ſemper et pro ſemper obligat hominē quo ad effectum et eſuriem et ſitim iuſtitie: quia in caſu per ſolū affectū et eſuriē et ſitim iuſtificādi iuſtificatur homo. Et ideo videns ſe nō ſemper valere iuſtificari in effectu propter infirmitatē et corruptionē nature: aut propter ſupradicta impedimēta / petit iuſtificari in effectu: et eſurit iuſtificari in omni tempore. ideo ait. Concupiuit ſiue fregit ſe anima mea deſiderare iuſtificationes tuas. i. cum toto conatu deſiderauit et eſuriuit iuſtificatiōes tuas non ad tēpus: ſed in omni tempore et in omni loco et ſtatu. quaſi dicat. Eſuriuit et ſitiuit anima mea iuſtificari precepta et mādata. ſ. tua ſeruando in omni tempore. quia in hoc conſiſtit tota iuſtitia hominis. ſ. vt eſuriat et ſitiat iuſtitiā: eo modo quo dictū eſt: quia vt ſic meretur ſaturari fruitiōe celeſti. Matth. v. quia ex ſola eſurie et ſiti iuſtitie meretur ſaturari premio eterno. quia deus nō querit niſi cor firmū. Prouerbiorum. xxiij. Fili da mihi cor tuum. Et volens iſte homo aſſignare cām et tēpus et locū ſue infirmitatis et infortunij dicit.

xxij. q. ij. ſiqli ber. et xliij. c. iſ. ca. adam.

**Increpaſti ſuperbos: maledicti qui declinant a mandatis tuis.**

O dñe / ego incurri et aſſecutus ſum iſtam maledictionē et infirmitatē iuſto tuo iudicio: quoniam eiectus ſum a paradiſo ex peccato parentū meorū. Nā tūc increpaſti parentes meos ſuperbos et ingratos: quando dixiſti ipſi Ade. Maledicta terra in opere tuo. Et ideo maledicti ſunt omnes qui declinānt a mandatis tuis. et ſic primo fuit maledictus diabolus: quia ex ſuperbia et ingratitudine et rebellione declinauit in celo. Secundo declinauit a mandatis tuis Adā cum vxore ſua. et ſic increpaſti eos et relegaſti in valle lachrymarum et miſerie. Et ſic declinauit a mādatis tuis Caim. et ideo increpaſti eū / et proieciſti a facie tua: vt ambularet per terrā profugus et ſtupidus et tremulus in maledictionem homicidij. Et ſic omnes qui declinauerūt a mādatis tuis et declināt / ſunt maledicti propter ſuperbiā et rebellionē et condēnati ad penā eternā: niſi per obedientiā et humilitatē redeant ad obſeruandū mandata tua. Dicit ergo iſte peregrinus. O dñe / quia tu increpaſti et puniſti ſuperbos parentes meos: eo quod declinauerūt a mādatis tuis: ideo ego deſcēdens ab illis primis parētibus ſuperbis et ſic maledictis. i. illā ſententiam et maledictionē incurrentibus: iure hereditario traxi illā ſententiā et maledictionē et legē membrorum et corruptionē nature. Et ſic datus ſum in opprobriū et cōtēptū et ſeruitutē carnis et peccati. Igitur

de pe. di. v. c. conſiderat.

**Aufer a me opprobrium et contemptum: quia teſtimonia tua exquiſiui.**

Aufer a me per gratiam hoc opprobriū et cōtēptū et maledictionē: quia nullus poteſt me liberare ab huiuſmodi lege et miſeria corporis huius niſi gratia Chriſti. Et dum fuero liberatus / teſtimonia tua exquiram. et ſic ponitur preteritum pro futuro. Explicat quod eſt opprobriū et eius contēptus eius: et eſt triplex. Nam per talē ſententiam et maledictionē fuit iſte homo addictus triplici ſeruituti: et factus ſeruus tribus dominis ſ. mundo / et carni / et diabolo. Nam homo qui cōſtitutus fuerat dominus iſtorum: factus eſt ſeruus eorū. Nam per iuſtitiam originalem corpus et caro erant ſubiecta anime: et ſenſualitas rationi: et totus mundus et omnes creature elemētares erant facte ad ſeruitutem hominis: ſicut dictum eſt Gen. j. Dñamini piſcium et volatiliū etc. Et etiā erat data tāta libertas et fortitudo quod poterat nō ſolū reſiſtere: ſed etiā dominari diabolo: et fugare eū. Sed propter peccatū omnes iſti. ſ. caro / mundus / et diabolus / qui erāt ſerui ipſius hominis: facti ſunt eius domini et principes eius / trahētes homines quo volūt: et homo factus eſt ſeruus eorum. A quo enim quis deuictus eſt illi ſeruus addictus eſt. ij. Petri. ij. Et iſti tres principes ſedēt / et loquuntur / et vexant iſtum pauperem hominem / et accuſant / et exercent. Et ideo dicit.

**Et enim ſederunt principes: et aduerſum me loquebantur: ſeruus autem tuus exercebatur in iuſtificationibus tuis.**

[marginal note, partly illegible:] ... ſia. ij. q. ... nulli.

Et enim. i. certe principes. ſ. diabolus et mundus ſederunt extra alliciendo: et cōcupiſcentia et lex fomitis in mēbris ſtimulādo: omnes iſti ſederūt et aduerſum me loquebantur: quia ſemper me accuſant poſtquam vicerunt me. Et ſic ſeruus tuus exercebatur in tuis iuſtificationibus contra iſtos tres hoſtes et principes pugnādo / ne tranſgrediar iuſtificatiōes et precepta tua. Sed in omnibus his nemo eſt adiutor niſi frequēs meditatio et obſeruātia legis tue: que docet reſiſtere carni / et mundo / et diabolo. Ideo ſequitur.

**Nam et teſtimonia tua meditatio mea eſt: et conſilium meum iuſtificationes tue.**

[marginal note, partly illegible:] xix. q. ... h. c. ... pheta ... tui.

Quaſi dicat: cū his armis victor exiſtā. Nota quod iſti principes qui ſederunt et locuti ſunt aduerſum iſtum hominem myſticum / intelliguntur etiam principes paganorum. ſ. Pharao / et Nabuchodonoſor / et Antiochus: et ceteri qui vexarunt / et afflixerunt / et exercitarunt populū dei. Item iſti principes primo intelliguntur diaboli: et ex conſequēti membra eius: puta tyrāni et impij: qui agunt vt moti et impulſi a diabolo qui eſt caput eorum: vt dictū eſt in prologo tractatu tertio in octaua regula de intelligentia ſacre ſcripture. Nā ſicut Chriſtus prius paſſus eſt in ſe a Iudeis: et poſtea paſſus eſt in mēbris a iudeis et tyrannis et hereticis: ita diabolus prius per ſe dat perſecutiones a fidelibus tentādo etc. et poſtea perſequitur eos per membra ſua impellendo malos vt perſequantur bonos: vt ait Auguſtinus.

**Adheſit pauimento anima mea: viuifica me ſecundum verbū tuum.**

**Vias meas enunciaui et exaudiſti me: doce me iuſtificationes tuas.**

**Viam iuſtificationum tuarum inſtrue me: et exercebor in mirabilibus tuis.**

[marginal note, partly illegible:] ... capi. ... capit.

In hoc quarto octonario petit alleuiari a grauitate et pondere et defectibus / quos anima trahit a corpore in penā peccati. Et petit recuperare bona que perdidit. ſ. agilitatē libertatē et facilitatē ad bene operandū: et immortalitatē et impaſſibilitatē. Nā licet anima nō moriatur: tamen dolet et aggrauatur propter ſocietatem corporis: et ſic debilitata dicitur quaſi mortificata. Ideo petit viuificari ab huiuſmodi mortificatiōe et dormitione: et fortificari a tali debilitatione / et hoc per legem diuinā et gratiā. Dicit ergo. O dñe / viuifica me ſecundum verbum tuum et per legem et ſacramenta legis tue: quoniam anima mea adheſit iſti graui corpori quod eſt quoddam pauimentū terrenū cōculcatū et ſubiectum tot paſſiōibus et defectibus: a quo anima grauatur ex inheſiōe et cōiunctione et cōſortio eius: quia cōicat cum corpore in doloribus et paſſionibus. et ideo viuifica me ſecundū verbū. i. ſecundum promiſſum tuū: ſicut promiſiſti Abrahe Iſaac et Jacob. Quorū ſemē promiſiſti benedicere. i. ab huiuſmodi maledictionibus abſoluere: nō ſolū filios ſecundum carnē: ſed etiā ſecundum ſpiritū. i. omnes gentes. Ego enim annūciaui tibi vias. i. operatiōes meas et proceſſum vite mee et peccata mea et deſideria et tu exaudiſti. Ideo doce me iuſtificationes tuas: et inſtrue mee viā iuſtificationū tuarum: et exercebor in iuſtificationibus tuis: legē et mādata adimplendo. Unde aduertēdū eſt quod iſte homo myſticus quandoque loquitur de preterito / dicēs ſe exercitatū in lege ratione Abrahe / Iſaac / et Jacob / et aliorū preteritorū patrum qui obſeruauerūt precepta dñi. Et quandoque rogat et petit excitari a dormitiōe et pigritia bene agēdi: et fortificari a debilitate quā anima trahit a corpore: vt ſine difficultate poſſit implere mādata et legē dei. et dicit.

**Dormitauit anima mea pre tedio: confirma me in verbis tuis.**

**Viam iniquitatis amoue a me: et de lege tua miſerere mei.**

**Viam veritatis elegi: iudicia tua non ſum oblitus.**

O dñe / anima mea dormitauit. et debilis et pigra facta eſt ad bene agendū: et timida ad difficilia tolerāda. Et hoc pre tedio et grauitate corporis. Ideo cōfirma et fortifica me in verbis tuis: et in lege quā verbis tuis tuliſti. et amoue a me viā et inclinationem iniquitatis. quia ſemper inclinatio mea eſt ire per viā iniquitatis: et ſemper tēdit ad peccatū. Itē lex mēbrorū dicitur via iniquitatis: quia eſt veſtigiū peccati primi parētis in nobis inflictū et impreſſum. ideo poſtquam lex mēbrorū ita vexat me: tu de lege tua: et ſecundum legē tuā miſerere mei. Nā lex tua deſtruit legem peccati. ad Ro. vij. Unde dimiſſa via iniquitatis et lege peccati: elegit viā veritatis: quia iudicia tua non ſum oblitus. Immo

**Adheſi teſtimonijs tuis domine: noli me confundere.**

**Viam mandatorum tuorū cucurri: cū dilataſti cor meum.**

¶ In hoc. xiij. octonario iſte peregrinꝰ petit ꝓficere in doctrina ⁊ ſapiẽtia euangelica. vel põt dici ꝙ agit grãs ꝙ tm̃ ꝓfecerit in doctrina ⁊ ſcientia Cõſtantini: ꝙ tota idololatria fuit deleta/ ⁊ totus populus gẽtilis venit ad fidẽ. Et ſic diabolus qui eiecerat hoĩem de paradiſo fuit eiectus ab iſto mũdo ⁊ ſic creuit eccleſia in fide ⁊ doctrina legis euangelice. Ex cuius ſtudio ⁊ doctrina cõſecuta eſt eccl'ia ꝗndecim fructus: vt patebit in hoc. xiij. ⁊ ſequenti octonario. Vñ primo eccl'ia ꝓfecit in doctrina. Secũdo in ſctitate vite plurimorũ religioſorũ. ⁊ eremitarũ. ¶ Ad cuiꝰ itelligẽtiã eſt notãdũ: ꝙ finita ꝑſecutione tyrãnorũ tpe Cõſtãtini eccleſia habuit frequẽtiã ⁊ copiã doctorũ tam grecorũ ꝗ latinorũ: ꝗ declararũt ⁊ interpretati ſunt totã ſcripturã noui et vete. teſt. ſicut fuit Athanaſius ⁊ Euſebiꝰ ⁊ Gregorius Nazianzenus ⁊ Baſilius ⁊ Hilarius et Ambroſius ⁊ Hieronymꝰ et Auguſtinꝰ. Et ſic eccleſia tũc maxime viguit in ſapiẽtia ⁊ doctrina eccl'iaſtica. Et iõ illa etas dicta eſt etas aurea ſacrorum doctorũ. Hoc ergo ꝓuidẽs Dauid in ſpũ dicit in pſona huiꝰ peregrini eccleſiaſtici. Quomodo dilexi legem tuã dñe. i. intãtũ dilexi legẽ tuã: ꝙ tota die cõtẽplor in ea. Et ſic ꝓpter aſſiduũ ſtudiũ ⁊ cõtẽplationẽ per dona ſapiẽtie ⁊ intellectus mihi in lege grãe collata feciſti me prudentẽ ſup oẽs infideles ⁊ hereticos inimicos meos. Et hoc nõ ex meis viribus ⁊ laboribus: ſed quia ineternũ mihi es propitius dona huiuſmodi conferendo.

Super omnes docentes me intellexi: quia teſtimonia tua meditatio mea eſt.

Super ſenes intellexi. quia mandata tua queſiui.

¶ Et cũ tali grã ⁊ frequẽti meditatiõe itellexi ſecreta ⁊ myſteria ⁊ ſacra legis ſup oẽs. i. magis ꝗ oẽs magrĩ docẽtes me. Nã plus intellexit Paulus de arcanis legis/ ꝗ Gamaliel magiſter eiꝰ. Et hoc quia mãdata tua meditatio mea eſt. Et nõ ſolũ intellexi ſup oẽs docentes: ſed etiã ſuper oẽs ſenes ⁊ antiquos patres/ patriarchas/ ⁊ ꝓphetas. ¶ Nã plus intellexit cetus apoſtolorũ ꝗ Abrahã/ Jſaac ⁊ Jacob/ ⁊ Dauid/ ⁊ ceteri prophete: vt ait Hieronymus in prologo ad Deſiderium. Nam quod illi viderunt ſub enigmate in figura: iſti viderunt oculis corporis et mẽtis ⁊ per effectũ ⁊ hiſtoriã. vñ ſaluator Mat. xiij. Bti oculi ⁊c. Qꝛ multi reges et ꝓphete voluerũt videre ꝗ vos videtis ⁊ nõ viderunt. Et ſequitur. Qꝛ mãdata tua ꝗſiui frequenti ſtudio et meditatione cũ auxilio donorũ ſpũs ſctĩ. Et nota ꝙ ea ꝗ dicta ſunt nõ ſolũmõ intelliguneẽ ⁊ verificãtur de eccleſia ꝓ ſtatu doctorũ: ſed etiã de ipſomet Dauid ꝗ fecit hũc pſalmũ. Nã ipſe i ſtatu ꝓphetico intellexit myſteria eccleſie ſuper oẽs docẽtes ⁊ ſenes ꝗ ipm ꝓceſſerũt. Nã clarius ⁊ magis diſtincte fuit ipſi reuelatũ myſteriũ incarnatiõis ⁊ paſſiõis et reſurrectionis Chriſti ꝗ ipſi Moyſi et Abrahe et ceteris patriarchis ⁊ ꝓphetis: vt dictũ eſt in ꝓlogo. ¶ Et ideo licet Moyſes ſcripſerit legẽ: tñ intelligentia legis clarius fuit reuelata ipſi Dauid. Nam vt plurimum interpretatus eſt legem Moyſi in pſalmis. Et ideo de ſeipſo poteſt dicere. Super ſenes intellexi ⁊c.

D

E

Ab omni via mala ꝓhibui pedes meos: vt cuſtodiam verba tua.

ſ. q. ſ. e. ii cui ſerc. et c. vrzen ti.

A iudicijs tuis nõ declinaui: qꝛ tu legem poſuiſti mihi.

¶ Sed qꝛ lex Chriſti nõ ſolũmõ eſt data cã ſciẽdi: ſed etiã cã bene operandi/ vt per ipſam efficiamur boni/ ⁊ iuſtificemur in operibus noſtris: ideo dicit Intantũ ꝓfeci/ ſupple in ſtudio ſacre ſcripture/ ꝙ ab omni via mala et ab omni vitio ꝓhibui pedes id eſt affectꝰ meos/ et appetitus/ et operatiões/ vt cuſtodirẽ verba tua/ et precepta ⁊ mãdata: et a iudicijs tuis et ſtatutis nõ declinaui: qꝛ tu legem poſuiſti mihi prohibentem omne peccatum.

de peñ. diſ. ij. c. firmũ fundamentũ.

Quã dulcia faucibꝰ meis eloquia tua: ſuper mel ori meo.

¶ O ergo ꝗ dulcia facta ſunt faucibus meis ſpũalibus eloquia tua ad veſcendũ ſpũaliter. Intãtũ ꝙ facta ſunt dulcia ori meo et guſtui ſpũali ſup. i. magis ꝗ mel. ¶ Unde nota ꝙ itellectꝰ fidelis habet duas fauces/ quibus mãdit ⁊ ruminaẽ ſacram ſcripturã. Faux ſuperior eſt ſenſus myſticus. Faux inferior eſt ſenſus moralis. Os autẽ aĩe eſt ſenſus anagogicꝰ. His eñ faucibus ruminata et hoc ore hauſta ſacra ſcriptura eſt dulcis ſuper mel. Si aũt ſolo ſenſu literali deglutiaẽ: reddiẽ inſipida ⁊ inutilis ⁊ idigeſta. iõ vt ſic occidit. Sꝫ illis faucibus digeſta: ⁊ illo ore exhauſta viuificat ⁊ nutrit animã.

F

de peñ. diſ. ij. c. non eſt niũ uꝫ.

A mãdatis tuis intellexi: propterea odiui omnem viam iniquitatis.

¶ Item fecit mihi ſeptimū fructū ⁊ attulit medi tatio iugis legis euāgelice. Quia a mādatis/ ideſt ex mandatis tuis intellexi iniquitatē ⁊ iniuſtitiā ducere hominē in interitū mortis. Ideo/id eſt propterea odiui omnē viam ⁊ proceſſum ⁊ operationē iniquitatis. Ex ſupradictis patet qualiter iſte peregrinus multum profecit in iſta etate circa intelligentiā ſacre ſcripture/quā ſpūs ſanctus ipſi declarauit per Auguſtinū ⁊ alios doctores. Et digreſſit ⁊ ruminauit eam duabus faucibus.ſ. ſenſu prophetico ⁊ morali: ⁊ ſic reddidit eā dulciorē ſup mel ⁊ fauū ⁊ magis ꝓdulcē q̄ aurū argentū veteris legis. Intantū q̄ iſte peregrin⁹ pro illo ſtatu ſupradictorū doctorū ſup oēs ſenes veteris teſtamenti intellexit legem domini et ſacram ſcripturā. Et hoc eſt qd̄ intendit prophetice dicere Dauid in perſona huius peregrini in hoc octonario.

Nu. xxiiij. q. ſ. c. nōcurbatur. **Lucerna pedibus meis verbum tuum: et lumen ſemitis meis.**

¶ In hoc octonario petit ꝓficere in ſctitate vite ⁊ in bonis operib⁹ ſecūdū legē euāgelicā: cuiuſmodi fuerunt multi ſancti viri religioſi ⁊ Anachorite in eremo tpe Conſtātini vt dictū eſt. ſic enumerat ſex alios fructus quos adeptus eſt ex ſtudio legis euāgelice in ſocietate ſanctorū religioſorum. Et id in perſona eorū dicit. O dñe verbū tuū.i. lex euangelica fuit lucerna pedib⁹ meis: ⁊ lumē dirigēs pedes ⁊ operatiōes meas ne ruerēt in pctm̄: demonſtrās quid perſequi: quid ve cauere deberē. ⁊c. fuit lumen ſemitis ⁊ progreſſibus meis. Et hoc dicit q: lex euangelica docet prohibere pedes ab omni via iniquitatis: ⁊ dirigit nos per ſemitas mandatorū ⁊ conſiliorum. Et ideo ſequitur.

xxiij. q. j. c. noli. **Iuraui et ſtatui: cuſtodire iudicia iuſtitie tue.**

¶ Cū recepi baptiſmū ſup. iuraui.i. voui ⁊ ꝓmiſi ⁊ ſtatui.i. firmiter me obligaui cuſtodire iudicia iuſtitie tue: cū abrenūciaui diabolo ⁊ mūdo ⁊ pōpis eius. Hoc idē pōt referri ad ſtatū monachorū et religioſorū/q̄ renūciātes mūdo ⁊ pōpis ei⁹ ſe a populo ſegregauerūt: ⁊ iurauerūt ⁊ ſtatuerūt ſeq̄ conſilia xp̄i: ⁊ ſic vouerūt tria vota.ſ. obediētiā/caſtitatē/⁊ pauptatē: ⁊ ſic ſecuti ſunt Chriſtū. ⁊ id ſequit.

xxiij. q. ij. c. preſens. **Humiliatus ſum uſquequaque domine: viuifica me ſecundum verbum tuum.**

**Voluntaria oris mei beneplacita fac domine: ⁊ iudicia tua doce me.**

**Anima mea in manibus meis ſemper: et legem tuam non ſum oblitus.**

¶ Humiliatus ſum vſquequaq; dñe.ſ. p obedientiā ⁊ caſtitatē. Et ideo viuifica me p grām ſecūdū verbū tuū. Et id ſequitur. Bñplacita fac tibi dñe ⁊ accepta voluntaria vota oris mei: q: ſcio q̄ pctōres nō exaudis. Ideo doce me iudicia tua.i. fac me implere ex gratia: q: anima mea ſemp eſt i manib⁹ tuis.i. offero eā tibi: vt facias voluntaria oris mei tibi beneplacita: quia legem tuam non ſum oblitus. Hoc autem dicit: quia religioſi ſeculo renunciantes poſuerunt animam ⁊ voluntatē in manib⁹ ſui prelati. Sed quia vt plurimū habetur/ Anima mea in manibus meis ſemper/ſecundum noſtram traſlationem. Ideo eſt alia ſnīa/id eſt: quia anima mea eſt ſemper in manib⁹ meis.i. in arbitrio meo libera ad vtrumlibet: ideo legem tuam nō ſum oblitus. Vel ſic. Fac ergo vota mea voluntaria beneplacita tibi: q: nil aliud habeo meū propriū niſi operatiōes ⁊ orationes volūtarias: eo q̄ procedūt ex libero arbitrio. Nam aīa ⁊ voluntas eſt in manibus meis/id eſt in mea poteſtate: q: nihil tā in poteſtate noſtra q̄ nr̄a volūtas: vt inquit Auguſti.

**Poſuerunt peccatores laqueum mihi: ⁊ de mandatis tuis non errauí.**

¶ Et declarat quod dixit. Anima mea in manib⁹ in eis ſemper: q: poſuerunt peccatores.i. demones mihi laqueum.i. multiplices tentationes: q: ſancti multas tentationes paſſi ſunt in deſerto: vt patet de beato Antonio. Etiam non ſolum diaboli poſuerunt mihi laqueos interius: ſed etiam peccatores ⁊ praui ⁊ heretici/qui ſunt mēbra diaboli/poſuerunt mihi laqueum hereſeos in ſacra ſcriptura adducentes falſas opiniones vt in aliquam hereſim inciderem. Et cum auxilio gratie tue ⁊ diligēti ſtudio legis euangelice: nunq̄ erraui de mandatis tuis: nec a veritate fidei catholice: nec etiam errauí mortaliter tranſgrediendo mandata: immo ea opere compleui.

**Hereditate acquiſiui teſtimonia tua ineternum: quia exultatio cordis mei ſunt.**

**Inclinaui cor meū ad faciēdas iuſtificationes tuas ineternū: propter retributionē.**

¶ Et ſic ex iugi meditatione ſacre legis acquiſiui in eternū teſtimonia tua.i. intelligētiā ſacre ſcripture hereditate quadā.i. in hereditate/⁊ poſſeſſionē: que q̄dē mandata ſunt exultatio cordis mei: quia exulto ⁊ letor in poſſidēdo intelligētiā legis/ac ſi poſſiderē magnū theſaurū inuētū in agro. Matt. xiij. Q: nō ſolū letor i poſſidēdo iſtū theſaurū ſacre ſcripture in ſciendo: ſed opere compleui que in ea precipiuntur et iubent. Ideo inclinaui cor meū ⁊ appuli animū ad faciēdas iuſtificationes tuas ineternū. Et hoc nō in vacuū cu rēdo: ſed ꝓpter retributionē ⁊ coronā incorruptibilē ⁊ beatitudinē ꝓmiſſam ⁊c. Q: propoſitū eſt in principio. Bti immaculati in via: qui ambulant in lege dñi. ¶ Ex quo ptz q̄. xv. fruct⁹ dicit iſte hō ſe collegiſſe ex iugi ſtudio ſacre legis euangelice ⁊ ſacre ſcripture p gratiam ⁊ donū ſapientie ⁊ intellectus. Primo/q: factus eſt prudens ſuper inimicos ſuos. Secundo q: intellexit ſuper magiſtros ſuos. Tertio/q: intellexit ſuper oēs antiquos patriarchas ⁊ ꝓphetas. Quarto/q: lex euangelica prohibuit pedes ei⁹ ab omni via mala. Quinto/quia non declinauit a iudicijs dei. Sexto/quia per ſalem euangelicum facta eſt dulcis ſcriptura vete. teſta. que erat inſipida. Septimo/quia odiuit omnem viam iniquitatis. Octauo/quia lex euangelica fuit lucerna ipſi ⁊ lumen. Non: quia propter eius dulcedinem iurauit eam ſeruare: et in religione tria vota promittere. Decimo: quia viuificauit eū a morte. Undecimo: quia ſola lex euāgelica eſt illa que offert deo ſacrificium de ſe gratum et beneplacitum deo. Duodecimo: quod qui dirigitur a lege non poteſt errare. Decimotertio: q̄ eius poſſeſſio eſt lata. Decimoquarto: q̄ inclinauit cor hominis ad faciendas iuſtificatiōes. Decimoq̄nto. q: per ſolā ipſam habemus retributionē eternā: ⁊ beatitudinē ꝓmiſſam.

**Iniquos odio habui: ⁊ legem tuam dilexi.**

¶ In iſto. xv. octonario ⁊ ſequētī petit auxiliū contra hereticos. Et agit etiā gratias de victoria habita de eis. ibi. Feci iudiciū. ¶ Quantū aūt ad primū eſt aduertendū/q̄ poſtq̄ iſte peregrinus euaſerat ⁊ triūphauerat de tyrānis vidit nouū genus belli quaſi ciuilis ⁊ viſceralis cōtra ſe cōcitari. Qd̄ fuit cōuēticula et ꝑuitas hereticorū: q: tūc reſurrexit hereſis Arriana: quā amplexi ſūt imperatores grecorū ⁊ reges Gothorū ⁊ vvādalorū. q̄ viſa eſt ſuperare crudelitatē tyrānorū. Ideo nō ceſſat ſemp petere auxiliū cōtra eos debellandos p arma ſacre legis ⁊ donū ſapiētie ⁊ intellect⁹. Dicit ergo: o dñe ego vidi aciē hereticorū iniquorū ꝯ me preparatā/multa mihi cōminātē ⁊ falſas opiniones contra legē tuā machinātē: ſed nolui adherere: immo iniq̄s hereticos odio habui/⁊ legē tuā dilexi: quaſi dicat. Malui ſeq̄ veritatē legis tue q̄ eorum iniquitatē. Ego enim nō odiui in eis naturā: ſꝫ iniquitatē: q: ſemper deſideraui conuerſionem eorum.

m. vi. ccc. **Adiutor ⁊ ſuſceptor meus es tu: ⁊ in verbum tuum ſuperſperaui.**

¶ Et ideo ad debellandos hereticos ſis adiutor/ ⁊ ad defendendum me ab eis ne capiant me in laqueo et falſis opinionibus eorum: ⁊ ſis ſuſceptor meus: dona gratiarū conferendo. Quia in verbum tuum ſuperſperaui: cum dixiſti. Non eſtis vos qui loq̄mini: ſed ſpiritus patris qui loquitur in vobis ⁊c. Et nolite cogitare ⁊c.

**Decliate a me maligni: ⁊ ſcrutabor mandata dei mei.**

¶ Iam cōuerſus cōtra hereticos dicit. Declinate a me herici maligni ⁊ ſimulati et deceptores machinantes ⁊ confingentes nouas et falſas ſectas cupiditate proprie glorie. et pro quia: ego ſcrutabor mandata legis dei mei: et doctrinam eius in quibus datur vera doctrina ad confundendos et debellandos vos omnes.

**Suſcipe me ſecundum eloquium tuum ⁊ viuam: ⁊ non cōfundas me ab expectatione mea.**

**Adiuua me ⁊ ſaluus ero: ⁊ meditabor in iuſtificationibus tuis ſemper.**

¶ Et conuerſus ad deum dicit. O Chriſte ſuſcipe me mihi gratiam ⁊ auxilium conferendo: ſecūdum verbum et promiſſum tuum: quo dixiſti. Ego pro te petre rogabo ne deficiat fides tua. et iterum. Ego autem vobiſcum ſum vſq; ad conſummationem ſeculi. Et ſi hoc feceris viuam per gratiam in lege tua: et non moriar in hereſi eorum. Et non confundas me ab expectatione mea: q: ſemper ſperaui et fiduciam habui in ſupradictis promiſſis. Adiuua ergo me contra iniquos/⁊ ero ſaluus: nec timebo eos. Et non ſolum ero ſaluus: ſed victor /et meditabor in iuſtificationibus tuis ſemper. quaſi dicat: ideo ſaluus ero: q: meditabor ⁊c.

**Spreuiſti omnes diſcedentes a iudicijs tuis: quia iniuſta cogitatio eorum eſt.**

**Preuaricantes reputaui omnes peccatores terre: ideo dilexi teſtimonia tua.**

¶ Et quare eris mihi adiutor et ero ſalu⁹ ⁊ victor: quia ſupple/tu ſpreuiſti et confudiſti omnes hereticos diſcedentes et ſeperantes ſe a iudicijs tuis ⁊ doctrinis legis euangelice: ⁊ nouas ſectas ⁊ falſas confingentes. et hoc feciſti: quia cogitatio eorū eſt iniuſta et iniqua: quia non zelo veritatis: ſed ambitiōis ⁊ vtilitatis ⁊ ꝓprie glorie confingunt ſibi tales ſectas ⁊ falſas opiniones cōtra veritatem legis diſcedentes a veritate catholica: Ideo reputaui omnes hereticos ⁊ peccatores terre/ſcilꝫ terrenos ⁊ querentes gloriam in mundo/eſſe preuaricantes ⁊ tranſgreſſores legis ⁊ falſificatores ſacrarum literarū cōtra verum ſenſum: eas ad ſuas falſas opiniones detorquentes: vel ex eis falſas opiniones contra veritatem extorquentes. Ideo ego dilexi teſtimonia tua ⁊ doctrinam tuā verā: legem ſecundum veritatem et ſenſum ſpiritualem ⁊ verū intelligendo. Et etiam non ſolum hereticos: ſꝫ omnes peccatores ⁊ infideles reputaui preuaricatores legis. Nā Iudei ſunt preuaricatores legis veteris iquantum non recipiunt ſenſum myſticū ad quem principaliter facta eſt: ſed in litera volūt mori. Et gentiles ſunt etiam preuaricatores. Nā licet non haberent legem Moyſi: tamen habebant legem naturalem ſcriptam in cordibus. Heretici, vero manifeſte ſunt preuaritores ſcripture: peruertētes verum ſenſum et extorquentes falſum. Mali vero Chriſtiani ſunt preuaricatores mādatorum: ⁊ tranſgreſſores preceptorum.

**Confige timore tuo carnes meas: a iudicijs enim tuis timui.** xxiij. q. vj. ca. ſciſmatici.

¶ Sed quia tales ideo ſunt preuaricatores et trāſgreſſores legis: quia contēnunt et non timēt deū: ideo tu domine cōfige ⁊ penetra et reprime carnes meas ⁊ appetitus ⁊ affectiones inordinatas timore tuo caſto ⁊ filiali: vt fugiam talem peſtē ⁊ hereticam prauitatem ⁊ talē inanem gloriam ⁊ ambitionem ⁊ omnem carnalem concupiſcentiā: quia ſemper timui diſcedere a iudicijs tuis: et mādatis tuis: ideo q̄ tu ſpreuiſti diſcedētes a iudicijs tuis.

**Feci iudicium ⁊ iuſtitiam: non tradas me calumniantibus me.** habz. xv. q. vj. ſi ſacerdotib⁹ ⁊. lvj. diſt. ſi gens.

**Suſcipe ſeruum tuum in bonum: non calumnientur me ſuperbi.**

¶ Quia nō diſceſſi a iudicijs tuis: imo timui diſcedere ab eis: immo feci iudiciū ⁊ iuſtitiā: quia operatus ſum ſecūdum iuſtitiā et precepta legis tue: Ideo nō tradas me hereticis calūniātibus ⁊ volētibus me decipere cū ſuis fictis ⁊ falſis opinionibus. Sꝫ ſuſcipe me ſeruū tuū in bonū: id eſt trahe me ad bonam partem ⁊ bonū ſenſum ſacre ſcripture per dona ſpiritus ſancti/conferēdo mihi grām: ⁊ ne ſuperbi ⁊ ambitioſi heretici calūniētur me: nec decipiant in ſuis prauis ⁊ falſis ſectis.

**Oculi mei defecerunt in ſalutare tuum: ⁊ in eloquium iuſtitie tue.** xxiij. q. ſ. non turbat

¶ Naꝫ oculi ſpirituales mētis defecerūt/id eſt laſſi ⁊ fatigati ſunt ſperādo in ſalutare tuū. ſ. in Chriſtum: et in eloquium iuſtitie tue/ſcilicet in legem

euangelicam:que dicitur eloquium iuſtitie q: ſo la ipſa hominem iuſtificat.

**Fac cum ſeruo tuo ſecūdū miſericordiam tuam: ⁊ iuſtificationes tuas doce me.**

xi. q. iij. ca. ad. mēſaz. ⁊. lxi/ diſ. car naſci. xciij. q. iiij. c. here ſis.

**Seruus tuus ſum ego: da mihi intellectuz vt ſciam teſtimonia tua.**

**Tempus faciendi domine: diſſipauerunt legem tuam.**

¶ Quaſi dicat. o Chriſte te ⁊ legē tuā diu expectaui: ⁊ poſtea in ea pſcrutāda diu inſudaui ⁊ laboraui. Fac ergo miam tuā cū ſeruo tuo: ⁊ iuſtificationes tuas doce me. i. poſtq̄ dediſti legem mihi: doce me in ea: vt intelligā eius ſecreta. Sed q hoc n on poteſt eſſe ſine gratia eleuante intellectū: ergo da mihi intellectū: nō potentiā intellectiuā: q iā eam dediſti mihi naturaliter cum anima in creatiōe/ ſz da mihi donum intellectus: vt ſciam ⁊ intelligam teſtimonia tua. i. ſecreta ⁊ arcana legis tue: quam ſignis ⁊ miraculis ⁊ teſtimonio legis ⁊ prophetarū confirmaſti. Fac ergo miam poſtq̄ ſeruus tuus ſum ego: ⁊ ſeruire tibi intēdo: legē tuā ſeruando: ⁊ defendendo ab hereticis ⁊ infidelib⁹. Quiſquidem heretici diſſipauerūt legē tuā falſo modo gloſſando: ⁊ ſcripturas peruertendo a vero ſenſu. ¶ Que quidē lex euangelica eſt tempus faciendi: Nam lex vetus fuit tempus prophetādi ⁊ ſignificandi: quia omnia contingebant illis in figura/ ⁊ fuit tempus ſignificandi ⁊ figurandi. Sed lex euangelica fuit ⁊ eſt tempus faciendi ⁊ implendi ea que in lege veteri ſunt figurata ⁊ prophetata. Nā Chriſt⁹ fecit et impleuit ea que ibi dicta ſunt ⁊ figurata. Similiter lex euangelica dicitur tempus faciēdi: quia in ea eſt tempus meritorie operandi.

xxiij. q. j. c. ſūma. et vij. q. j. ſciēdū

**Ideo dilexi mandata tua: ſuper aurum et topazion.**

**Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnē viā iniquā odio habui.**

¶ Ideo ego dilexi mādata legis euāgelice ſup aurum ⁊ topazion: ⁊ ſuper omnē lapidem pretioſum/ quia nullū pretiū temporale eſt ipſi cōparandum/ cum per eius obſeruantiā ematur regnū celorum: Ideo ergo dilexi legē tuā: q̄ eſt tempus faciendi: ⁊ meritorie operādi/ propterea ad oīa mandata tua dirigebar. i. quia lex tua direxit me ad oīa mādata tua intelligenda ⁊ faciēda: ideo omnē viā iniquā ⁊ falſam ſectā hereticoꝝ ⁊ pctōꝝ ⁊ vitiorū odio habui ⁊ fugi ⁊ euitaui. ¶ Unde nota q̄ quatuor genera hominū conati ſunt diſſipare legē dei in tēpore faciendi: ſcilicet poſt aduentū Chriſti. Nam pmo Iudei diſſipauerūt totam legē veterē negando Chriſtū: quia totū tempus legis veteris fuit tempus ſignificādi ⁊ figurādi ⁊ pnūciandi: ſed in Chriſto incepit tēpus faciendi ⁊ verificandi/ q verificauit legem: ⁊ prophetas: ⁊ impleuit ⁊ fecit oīa que in lege erant ſignificata ⁊ pphetata: Iudei ergo negando Chriſtū negarūt ⁊ falſificarūt ⁊ diſſiparūt legem ⁊ pphetas in tēpore faciendi ⁊ verificandi. Secundo conati ſunt diſſipare legē dei ipſi tyranni: vt ptz in paſſionib⁹ martyꝝ: quia Diocletianus precepit incendi oēs ſcripturas ſacras vtriuſq̄ teſtamēti/ vt ptz in eccl'iaſtica hiſtoria. Tertio heretici conati ſunt diſſipare legē dei ⁊ totā ſcripturaz vtriuſq̄ teſtamēti falſo modo gloſſando ⁊ trahēdo ad ſuos falſos errores: vt ptz ibidem. Quarto conabit deſtruere ⁊ diſſipare eandē legez ipſe fili⁹ perditōis Antichriſtus: vt ptz Daniel. x. ¶ Collegit ergo iſte homo ex contēplatione/ ⁊ iugi ſtudio legis diuine: ſimul cū dono intellectus/ decē fructus ſiue profectus. Primo: q habuit iniquos odio. Scdo/ quia habuit deum ſusceptorem: ⁊ adiutorē. Tertio: quia declinauit a malignis. Quarto: q nunq̄ fuit confuſus/ nec fraudatus ab expectatiōe ſua. Quinto: q fuit adiutus ⁊ ſaluus. Sexto/ q ſpreuit oēs hereticos ⁊ preuaricantes. Septimo: q ſemper in carne fuit cōfixus ⁊ refrenatus. Octauo/ q fecit ſemper iudicium ⁊ iuſtitiam. Et ſic nō eſt traditus deceptoribus: nec calumniantibus. Nono/ quia habuit bonum ⁊ verum ſenſum ſacre ſcripture ⁊ ipm attigit. Decimo: quia totum ſuum affectuz ⁊ conatū poſuit in ſacra ſcriptura: ⁊ eaz ſuper oia dilexit.

I diſſipā tes xpi legem ⁊c.

**Mirabilia teſtimonia tua: ideo ſcrutata eſt ea anima mea.**

**Declaratio ſermonum tuorum illuminat: et intellectum dat paruulis.**

¶ In toto reſiduo huius pſalmi iſte peregrin⁹ petit cōſummare ⁊ perficere curſum ſuū in quiete cōtemplationē: ⁊ vita perfecta. Et ſic continue petit auxilium contra impedientes iter ⁊ curſum ſuum. ¶ Ad cuius intelligentiam eſt notandum: vt pluries dictum eſt/ q̄ finita rabie tyrannorum ſurrexit prauitas hereticorum. Ideo ſicut Chriſtus dedit martyribus charitatem: ⁊ donum fortitudinis ad propulſandos incurſus tyrannorum: ita dedit ſapientiam doctoribus ⁊ intellectum et cetera dona ſpiritus ſancti. Et ſic peruerſitas hereticorum fuit cauſa vt multi doctores ſcrutarentur ſacram ſcripturam: et gloſſarent ⁊ declararent eam: vt defenderent eā ab hereticis: et ſic Origenes: et Athanaſius: ⁊ Baſilius/ et Euſebius: et Epiphanus: ⁊ Chryſoſtomus apud grecos multa et infinita volumina ſcripſerunt. Apud latinos vero Auguſtinus cōtra gētiles libros de ciuitate dei ſcripſit: in quibus defendit ciuitatem dei: eo q̄ Romani volebant reſtituere idololatriam: in quibus omnes ſcripturas conatur elucidare. Et contra Arrianos libros ſcripſit de trinitate ⁊ plures alios. Contra Pelagianos vero viginti duo volumina. Et cōtra Manicheos totidem. In pſalterium autem copioſos edidit commētarios. Et ſuper Ioannē et oēs epiſtolas Pauli: et ſuper totum teſtamentum vetus ⁊ nouum: et infinita alia volumina in quibus theſauros ſacre ſcripture quondā clauſos nobis aperuit. Hoc etiaz fecit Hieronymus: et Ambroſius: et Hilarius: et Gregorius ⁊c. Et ſic per iſtos doctores hereticis deuictis ſacra ſcriptura fuit illucidata ⁊ nobis manifeſtata. In tātū q̄ multi ſe dederūt ſtudio diuine legis et contemplationis: et dimittentes vitā actiuam ſe ad contemplatiuam tranſtulerunt: vt patet de frequentia monachorū Egypti ⁊ Grecie ⁊ Italie ⁊ Britannie. Et ſic ex illo tempore magis apparuerunt nobis mirabilia arcana ſacre legis. Et etiam tunc eccleſia per aliqua tempora fuit in proſpero ſtatu. Sed quia nunq̄ defuerunt heretici ⁊ hypocrite vſq̄ ad Antichriſtum: qui erit Iudeus ⁊ tyrannus ⁊ hypocrita ⁊ hereticus/ vt pluries dictū eſt: nō q̄ ſit Iudeus: ſed finget ſe Iudeuz: ⁊ circuncidet ſe vt attrahat ad ſe Iudeos: Ideo David puidens in ſpiritu totū diſcurſuz eccleſie reſidui tēporis a proſperitate eccleſie vſq̄ ad Antichriſtū: in ſequentibus ſex octonarijs introducit iſtū hominē myſticū/ qui agit grās de donis gratiarum ſibi datis in ſcripturis elucidandis/ ⁊ de quiete ⁊ otio ſibi dato in vita contēplatiua: ⁊ petit auxiliū cōtra impedientes otiū ⁊ contēplationē ⁊ proſperitatē eccl'ie. Id duo facit. Nā primo agit gratias de predictis. Secūdo inuocat diuinū auxiliū cōtra perſecutionem Antichriſti ⁊ ceteroꝝ. ibi: Clamaui in toto. ¶ Quātū ad primū duo facit. Nam primo agit gratias de predictis: Secūdo petit auxilium ⁊ vltionē cōtra hypocritas ⁊ ſimulatos. ibi. Iuſtus eſt dñe. Dicit ergo ad primum. O dñe: q mirabilia ſunt teſtimonia tua. i. ſecreta ⁊ arcana legis teſtificata in veteri teſtamēto p patriarchas ⁊ pphetas: ⁊ in nouo per os tuū ⁊ per ſigna ⁊ miracula: ideo ſcrutata eſt ea aīa mea per Originem: ⁊ Auguſtinum/ ⁊ Euſebiū: et Hieronymum ⁊ ceteros doctores: q̄ ſcrutati ſunt arcana ſacre ſcripture. Unde declaratio ⁊ gloſſa ſermonum tuorum facta per iſtos doctores illuminat omnes populos fideles: et dat intellectū ⁊ intelligentiam paruulis ⁊ ſimplicibus: q̄ ſecreta tua ante erāt abſcōſa. Nunc aūt abſcōdiſti hec a ſapiētibus ⁊ prudentib⁹ huius mundi. ⁊ reuelaſti ea paruulis et ſimplicibus fidelibus. Et ideo.

de pſe. diſt. j. q̄ñ et ſtam⁹.

**Os meum aperui ⁊ attraxi ſpiritum: quia mandata tua deſiderabam.**

¶ Poſtq̄ vidi tantā copiam ⁊ abundantiā theſauri ⁊ luminis tue ſapientie: aperui os aie: ſcz intellectus et voluntatis: et attraxi ſpirituz ſapientie ad refrigerandam ⁊ nutriendā animam: que ante fuerat eſuriēs: quia mandata tua deſiderabā. Nā iſtū cibum ⁊ potum ſpiritualem deſideraui a pncipio mundi vſq̄ ad aduentum tuum.

**Aſpice in me ⁊ miſerere mei: ſecundum iudicium diligentium nomen tuum.**

¶ Poſtq̄ adeptus eſt hanc copiam ⁊ abundantiā: petit in eius otio ⁊ quiete diu ⁊ ſemp manere ⁊ confirmari. Ideo dicit. Aſpice in me ⁊ miſerere mei: ⁊ permitte me quietari ⁊ frui hoc otio ſecundū iudicium diligentiū nomen tuū/ id eſt ſicut permittis angelos qui diligunt nomen tuū/ manere in perpetua quiete cōtēplationis. Nā a principio induiſti ⁊ confirmaſti eos in gratia ⁊ quiete: eo q̄ ibi adheſerunt. Alios autem iudicaſti ad penam eternam.

de pe. di. v. ſ. q̄ñdū

**Greſſus meos dirige ſecundum eloquium tuum: ⁊ non dominetur mei omnis iniuſtitia.**

¶ Ergo aſpice in me ſecūdū iudiciū iſtorū bonoꝝ angelorum diligentium nomen tuum: ⁊ conſerua me in lege tua: et dirige greſſus ⁊ opationes meas ſecūdū eloquiū et legem ⁊ mandata tua: vt nulla iniuſtitia ⁊ nullū peccatū dominetur mei. q omne peccatum fit cōtra iuſtitiam ⁊ pcepta dei: que cōſiſtunt in quadā iuſtitia: q ve illi cui cupiditas ⁊ caro ⁊ ſupbia ⁊ iniuſtitia dominat̄: q ſcdz Ciceronē miſer eſt cui peccare licet: q et ſi dominet̄ ſeruus eſt. Et qd̄ deterius eſt: quot vitiorū tot dominorū.

**Redime me a calumnijs hominum: vt cuſtodiam mādata tua.**

xxiij. iij. ca lex.

¶ Et nō ſolum rogo vt non dominetur mei iniuſtitia peccati: ſed etiā vt nō dñent̄ mei tyrāni ⁊ infideles ⁊ homines iniuſti. Redime ⁊ libera me ergo a calumnijs ⁊ deceptionibus ⁊ fraudibus hominū hypocritarū: qui veniūt in veſtimentis ouium ad calūniandum: ne impediant me in contēplatione: ſed cuſtodiam mandata tua.

de pe. di. ij. ſ. euidenter.

**Faciem tuam illumina ſuper ſeruum tuū: ⁊ doce me iuſtificationes tuas.**

de pe. diſ. j. c. ſi cui.

**Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non cuſtodierunt legem tuam.**

¶ Facies eniz patris eſt filius Chriſtus: qui lumē ſuū ſuper nos emiſit. Et per tale lumen doce me iuſtificationes tuas. Nam q per preteritum peccaui contra te: ideo iā feci penitentiam in lacrymis ⁊c. Unde oculi mei deduxerūt exitus aquaꝝ. i. riuos lachrymarū pre dolore ⁊ cōtritione: quia nō cuſtodierūt legē tuā: immo preuaricati ⁊ tranſgreſſi ſunt precepta tua. Ideo poſtq̄ egi penitētiā ex grā tua ⁊ paſſus ſum tota afflictiones ⁊ perſecutiones/ ⁊ deduxiſti me in hunc ſtatum proſperū contēplatiōis cōſerua me in eo: ne vlterius cadaz. Et nota q̄ iſte peregrinus nō ſolum fecit penitētiā in ſe: ſed pamplius ⁊ pfectius fecit penitentiā in capite ſuo xpo. Ideo tot⁹ Chriſtus caput ⁊ mēbra dicit. Exit⁹ aquarū ⁊c. Et etiā hoc dicit referendo ad tēpora perſecutionū tyrannorū: quando eccleſia erat afflicta: ⁊ fideles latebant in montibus et antris deflēdo iacturam ⁊ perſecutionem matyrum.

**Iuſtus es dñe: ⁊ rectum iudicium tuum:**

Sade

**Mandaſti iuſtitiam teſtimonia tua: ⁊ veritatem tuam nimis.**

¶ In hoc decimooctauo octonario cōtinue iſte peregrinus non ceſſat petere conſeruari in ſtatu gratie ⁊ contemplationis. Sed quia iuſtus non ſolum delectatur in contēplatione ⁊ iuſtitia: ſed etiā ex zelo legis dolet cum viderit hypocritas fingentes iuſtitiā exterius: ⁊ interius eſſe lupos ⁊ alios mordentes ⁊ impedientes: quia vt plurimum ſunt inuidi ⁊ mordaces ⁊ impedientes iuſtos: ideo dicit. O domine tu nō es ſimulatus: immo iuſt⁹: ⁊ iudicium tuū rectum. Et tu domine mādaſti teſtimonia tua eſſe iuſtitiam omnibus: id eſt iuſta: ⁊ veritatē tuā nimis. id eſt tu dediſti mandata tua ſub quadam magna iuſtitia ⁊ veritate: ⁊ non cū iniuſtitia et fictione. Nec fuerunt tua precepta iniuſta nec ficta: q lex tua eſt iuſta: et valde vera.

xxiij. q. iiij. ca. q̄ crudele.

**Tabeſcere me fecit zelus meus: q obliti ſunt verba tua inimici mei.**

**Ignitū eloquium tuum vehementer: ⁊ ſeruus tuus dilexit illud.**

¶ Et ideo zelus meus quem erga legem tuam habeo: me fecit tabeſcere ⁊ liquefieri et indignari: eo q̄ inimici mei infideles et hypocrite ⁊ peccatores obliti ſunt verba tua et trāſgreſſi ſunt legē tuam ⁊ doctrinam: quia exterminant facies ſuas/ vt appareant hominibus ieiunantes. Et faciunt iuſtitiam ſuam coram hominibus vt videant̄ ab eis ⁊c. Nam

eloquiū tuū eſt ignitū vehementer: ⁊ vrens corda hominū/iuſtificans interius: ⁊ nō vult apparētias exterius. Ideo ille qui eſt vere ſeruus tuus dilexit illud: ⁊ ſeruat intrinſecus ⁊ extrinſecus.

De cōſ. diſ. iiij. c. vlti. xxxv. q. x. c. ſ.

**Adoleſcentulus ſum ego et contemptus iuſtificationes tuas non ſum oblitus.**

**Juſtitia tua iuſtitia ineternum: ⁊ lex tua veritas.**

¶ Ideo licet ego ſim adoleſcentulus ⁊ contēptus de me ⁊ cito lapſurus: tamen iuſtificationes tuas non ſum oblitus: quia iuſtitia tua eſt iuſtitia ineternum: ⁊ nō ad tempus: ⁊ lex tua non eſt ficta: ſed veritas: quia veritas ⁊ gratia ⁊ iuſtitia ꝑ Chriſtum patefacta eſt. Et ſic licet ego ſim fragilis: ⁊ mobilis/⁊ variabilis ſicut adoleſcentulus: tamē lex tua eſt iuſta ⁊ vera ineternum.

xxi. q. vlti. ca. vi. viij. diſ. c. q̄ ꝓ. ⁊. xi. q. iij. ſi is qui.

**Tribulatio ⁊ anguſtia inuenerunt me: mādata ſua meditatio mea eſt.**

**Equitas teſtimonia tua a ineternum: intellectum da mihi ⁊ viuam.**

¶ Et ideo licet tribulatio inimicorum exteriorum/⁊ hypocritarum/⁊ peccatorum: ⁊ anguſtia paſſionū interiorū inuenerunt me/tamē ſemper mandata tua meditatio mea eſt. Et ſic euado a tribulationibus ⁊ anguſtijs: qꝛ teſtimonia tua ⁊ lex euangelica eſt quedam equitas et iuſtitia. Ideo da mihi intellectū/id eſt donum intelligentie: vt intelligēdo obſeruem ipſam. Et ſic ſpiritualiter viuam per eius obſeruantiam. ¶ Uita ergo contēplatiua et contēplatio legis facit octo fructus. Nā primo mouet hominem ad perſcrutandum mirabilia legis. Secundo illuminat ⁊ dat intellectū. Tertio ſatiat animam. Quarto dirigit greſſus. Quinto redimit a calūnijs. Sexto mouet ad penitentiā de preteritis. Septimo ex zelo legis dolet de peccatoribus ⁊ hypocritis. liberat etiā a tribulationibus interioribus ⁊ exterioribus. Octauo dat vitam ſpiritualem. Quia nō in ſolo pane viuit homo ſed in omni verbo quod procedit de ore dei. Deute. viij.

Mi vi a cōtēplatiua facit octo fructus.

Coph interpretatur vocatio: vel ruph quod interpretatur concluſio.

**Clamaui in toto corde meo exaudi me dñe iuſtificationes tuas requiram.**

**Clamaui ad te ſaluum me fac: vt cuſtodiā mandata tua.**

¶ Poſtq̃ iſte peregrinus duxit curſum ſuū in lege domini vſq; ad quietem ⁊ pacem eccleſie: deuictis Judeis ⁊ tyrānis ⁊ hereticis: ⁊ petijt perſeuerantiam/⁊ cōfirmari in pace ⁊ contemplatione ⁊ quiete: iam contractus longitudine itineris/et vexat⁹ aſperitate ⁊ afflictione laborū cupit diſſolui ⁊ eſſe cum Chriſto: et aſſequi beatitudinem et obſeruantiam legis ſibi in principio promiſſam. Ideo i hoc xix. octonario ⁊ tribus ſequentibus quaſi epilogādo rememorat totum diſcurſum ſue peregrinationis et laborum ſuorū: quaſi petēs premiū promiſſum pro cunctis laboribus emptum. Unde tria facit. Nam primo epilogat diſcurſum ſue peregrinationis ab Adam vſq; ad aduentū Chriſti: oēs labores enumerando. Secūdo rememorat totam peregrinationem ab aduentu Chriſti vſq; ad ſtatū proſperitatis eccleſie: enumerādo omnes perſecutiones et labores pro defenſiōe legis euāgelice. Tertio petit diſſolui: et poſſidere premium ⁊ beatitudinem cū Chriſto. Scōm ibi. Uide humilitatem. Tertiū ibi: Appropinquet deprecatio mea. Quantū ergo ad primū dicit. O dñe ſemper in hac peregrinatione clamaui i toto corde meo. ſ. mēte ⁊ affectu vt requirā iuſtificationes tuas. i. ⁊ requiſiui iuſtificationes tuas. Clamaui ad te/ergo ſaluum me fac vt cuſtodiam mandata tua. i. ſemper clamaui vt me ſaluum faceres: vt cuſtodirem mandata tua.

**Preueni in maturitate ⁊ clamaui: quia in verba tua ſuperſperaui.**

xxij. v. c. ſtā mane. in glo.

¶ Et exponit ſemetipſum dicens. Ego preueni eum in maturitate/id eſt ante maturitatem: et tempus legis euangelice dum eſſem ſub lege veteri/ego ꝓueni clamando ⁊ petendo legem gratie iuſtificantem/⁊ aduentum meſſie in lege patribus promiſſi. Ideo ſeq̃tur. Et in verba ⁊ ꝓmiſſa tua ſupſperaui.

**Preuenerūt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua.**

De con ſec. diſ. v. c. nō mediocriter.

¶ Magis exponit ⁊ declarat ſeipſum dicēs. Preuenerunt oculi mei. ſ. mentis ⁊ affectus diluculo/id eſt ante aurorā ⁊ prope auroram: qđ fuit tp̄s zacharie ⁊ Simeonis prope incarnationem: qui cum magno deſiderio rogabant ⁊ orabant aduentū ſaluatoris accelerari. Quibus reuelatus eſt de propinquo aduentus Chriſti. Nā Simeoni promiſſum fuit non viſurū ſe mortē niſi prius videret Chriſtū dñi. Hoc idem zacharie: vt patet Luce. j. Et hoc eſt qđ dicit. Preuenerunt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia ⁊ promiſſa tua.

**Uocem meam audi ſecundum miſericordiam tuam domine: et ſecundum iudicium tuum viuifica me.**

xv. diſ. ſctā mane. xxvij. q. j. de iolia.

**Appropinquauerūt perſequētes me iniquitati: a lege autem tua longe facti ſunt.**

¶ Ideo vocem meam audi ſ̄m miam tuam ⁊ iuſtitiam tuam dñe. Quia per totū illud tempus ante aduentū Chriſti ⁊ poſt/perſequentes me. ſ. Caim/Pharao: ⁊ Nabuchodonoſor ⁊c. appropinquauerunt iniquitati. i. infidelitati ⁊ ſuperſtitioni idololatrie ⁊ odio: ideo a lege tua que precipit vnū deum coli: ⁊ proximum diligi/longe facti ſunt/Quia legē tuam preuaricati ⁊ trangreſſi ſunt.

**Prope es tu domine: et omnes vie tue veritas.**

**Initio cognoui de teſtimonijs tuis: quia ineternum fundaſti ea.**

xviij. vos a te ꝓia. q. j. ꝯ quia.

¶ Sed licet illi ſe elongauerint a te ⁊ a lege tua/tamen tu domine ſemꝑ es ⁊ fuiſti mihi prope: qꝛ obſeruaui legē tuā: quia omnes vie tue ſunt veritas. Superſtitiones autem illorum ſunt mendacia ficta ⁊ violenta ⁊ nō duratura. Sed ego cognoui in initio. i. a principio de teſtimonijs tuis: qꝛ ineternum fundaſti ea. Quaſi dicat: tu dñe in ꝓncipio dediſti legē de obedientia ad deū ⁊ de dilectiōe proximi ⁊ de cultu diuino. Que quidem precepta ⁊ mandata ſunt eterna per totam legem veterem et nouam. Unde Chriſtus Matth. vij. Quecūq; vultis vt faciant vobis homines et vos facite illis: hec lex et prophete. Item Matt. xix. Uis ad vitam ingredi: ſerua mandata. Item eiuſdem. xxij. Diliges dominū deum tuum ⁊c. Ex quo patet ꝙ iſta mādata iā a principio data ſunt ipſi Adam ⁊ Caim. Geñ. iiij. Et ipſi Moyſi Deute. vj. Et Chriſtus in euangelio ea confirmauit: ergo ſun eterna in vtroq; teſtamento. Ideo dicit. Ego cognoui quia ineternū fundaſti ea. Unde nota ꝙ vie domini ſunt mandata ⁊ precepta in lege ſcripta: que omnia dicunt̄ veritas. Primo. quia a prima veritate ꝓcedūt que eſt deus. Secūdo dicunt̄ veritas: quia oia in Chriſtū et euangelicā veritatē tendebant tanq̄ in finem in quo omnia fuerūt verificata: tā cerimonialia: q̄ iudicialia: ⁊ etiam moralia. Tertio omnia precepta dicuntur veritas. i. iuſtitia inquantū oia erant ꝯformia diuine voluntati. Et ſic oia erant immobilis veritatis quantum ad finem: vt ſepius dictum eſt. Ideo dicit Dauid ꝙ omnes vie tue veritas.



neq; qđ interpretatur caput. xi. q. iij. nemo.

**Uide humilitatem meā et eripe me: quia legem tuam non ſum oblitus.**

¶ In hoc. xx. octonario memorat labores itineris eccleſie Chriſti poſt eius aduentū: ⁊ perſecutiones factas a Judeis. Ideo dicit. Uide humilitatē meam quā habui in primitiua eccleſia in ꝑſecutione Judeorū: et eripe me ab eis. Et eripe me a iugo legis veteris: qꝛ legē tuā euāgelicā q̄ vere iuſtificat: non ſum oblitus. imo qꝛ cū humilitate eā ſuſcepi et obſeruare promiſi: que quidem lex eſt fundata in humilitate: vt dictū eſt: ergo vide hūilitatē meam ⁊c.

ix. q. j. c. alioꝝ. de pe. diſ. iiij. cꝑ.

**Judica iudicium meum ⁊ redime me: propter eloquium tuū viuifica me.**

**Longe a peccatoribus ſalus: qꝛ iuſtificationes tuas non exquiſierunt.**

¶ Et tu o Chriſte qui veniſti iudex in mūdū: ⁊ nunc ꝑ diſcretionem ⁊ in nouiſſimo die per examinationē: iudica iudiciū meum diſcernēdo cauſam meā/ſeparando me a cōſortio Judeorū: ⁊ redime me nō ſolū a peccato: ſed etiā abſolue me a iugo legis veteris per legē euāgelicā: et etiam ab omni peccato et propter eloquium tuū: id eſt propter legē euangelicam a te prolatam viuifica me a morte peccati per viam gratie ac ſacramētorum eccleſie: qꝛ talis ſalus ⁊ vita data per legem euangelicā eſt longe a Judeis ⁊ infidelibus et ceteris peccatoribus: eo ꝙ iuſtificationes tuas non exquiſierunt.

de pe. diſ. iij. diuinitatis natura.

**Miſericordie tue multe domine: ſecundū iudiciū tuum viuifica me.**

¶ Et quia dñe miſericordie tue ſunt multe in lege euāgelica: quia multa remedia dediſti ad ſaluandum nos: puta baptiſmū: ⁊ confirmationē: ⁊ penitētiam ⁊c. Ideo ſcōm iudicium ⁊ ſniam tuam viuifica me. ſ. ſcōm ſententiā a te datā Marci. vltimo. Qui crediderit ⁊ baptizatus fuerit ſaluus erit ⁊c.

iij. q. j. c. nulli dubiū. xxxiij. q. iiij. ꝗ̄ crudele.

**Multi qui perſequuntur me ⁊ tribulant me: a teſtimonijs tuis non declinaui.**

**Uidi preuaricantes ⁊ tabeſcebā: quia eloquia tua non cuſtodierunt.**

¶ Item licet multi ſint Judei ⁊ gentiles ⁊ perfidi qui tribulant ⁊ tribulauerunt me: tamē a teſtimonijs et lege tua non declinaui: immo cum vidi Judeos ⁊ infideles ⁊ hereticos preuaricantes legem tuam: ⁊ contēnentes/ego tabeſcebam et liquifiebā ex zelo: quia mandata tua non cuſtodierunt.

xvj. q. j. c. vos autem.

**Uide quoniam mandata tua dilexi domine: in miſericordia tua viuifica me.**

**Principium verborum tuorum veritas: ineternum omnia iudicia iuſtitie tue.**

¶ Uide ergo ⁊ nō neges mihi premiū o dñe: quoniam ſemper in his perſecutionibus mandata tua queſiui: quia ſunt vera ⁊ non falſa nec ficta: qꝛ principium verborum tuorū eſt veritas. nā tu loqueris per Chriſtū qui eſt verbū tuū per quem facta ſunt oia. Sed ipſe eſt via veritas ⁊ vita: ideo principium verborū tuorū eſt veritas. Et ideo dilexi legē tuam ⁊ ſic non poſſum falli. Ideo ſunt eterna in veritate oia iudicia ⁊ ꝓmiſſa iuſtitie tue: ⁊ p̄mia q̄ per iuſtitiā adiudicaſti ⁊ ꝓmiſiſti. Et ſic viuifica me in mia tua ſicut promiſiſti obſeruantibus legē tuā: ⁊ non fallas me: qꝛ principiū verborum tuorū veritas ⁊c. Ideo non dubito p̄miari: nec timeo falli. Unde principium verborum dei eſt veritas: quia verba dei a prima veritate procedunt: et in veritatem qui eſt Chriſt⁹ tendūt. Et ſic oia q̄ ſcribunt̄ in lege ſunt vera ⁊ iuſta: inquantū iuxta diuinā volūtatē ſunt ordinata. Et ſic veritas idem eſt quod iuſtitia.

Syn quod interpretatur ſuper vuln⁹. xxvj. q. vij. ca. affectū et. xci. diſ. ca. pbr̄.

**Principes perſecuti ſunt me gratis. et a verbis tuis formidauit cor meum.**

**Letabor ego ſuper eloquia tua: ſicut qui inuenit ſpolia multa.**

**Iniquitatem odio habui et abominatus ſum: legem autem tuam dilexi.**

¶ In hoc. xxi. octonario rememorans perſecutiones tyrannorū petit premiū ꝓmiſſum dicēs. Principes ⁊ imperatores ⁊ tyrāni ⁊ diaboli ꝑſecuti ſunt me: non demeritis meis precedentibus: ſed gratis ⁊ ſponte: ⁊ certa malitia propter nomen tuū: eo ꝙ defendebā fidē tu. ⁊ Intātū ꝙ a verbis tuis formidauit cor meū fugiendo ꝑſecutionē eorū ꝑ montes et ſpeluncas. Et tū letabor ſuper eloquia tua. i. in contēplatione ⁊ confidentia legis ⁊ ꝓmiſſiōis tue: ⁊ ſicut qui inuenit ſpolia multa. Quaſi dicat: ꝙ ita letabar in ꝑſecutionibus ⁊ tormētis: ſicut victor in bello qui inuenit ſpolia multa. Nam illi per bella tēporalia inueniūt ſpolia terrena: ſed ego ꝑ martyrium inueni ſpolia ſpiritualia ⁊ diuina: qꝛ illi inuenerūt coronā corruptibilē: ſed ego incorruptibilē. Licet ergo ꝓncipes me fuerint ꝑſecuti: ⁊ timuerim in principio: tū cōſiderās eā beatitudinē q̄ mihi in lege ꝓmittit̄: contēpſi principes perſequentes ⁊ letabar ſuper eloquia et promiſſiones tuas: ſicut q̄ īuenit ſpolia multa. Et habui odio: ⁊ abominatus ſum omnem iniquitatē eorum: legē aūt tuā dilexi ⁊ contēplatus et ſecutus ſum.

xv. q. j. c. reuertimini.

**Septies in die laudem dixi tibi: ſuper iudicia iuſtitie tue.**

¶ Unde diuictis tyrannis ⁊ hereticis contēplationi totaliter me dedi. Et ſic ordinaui officia eccleſiaſtica per ſeptem horas diei ad laudem dei in hymnis ⁊ canticis: et ampliaui diuinū cultū per doctores meos. Et ſic ſepties in die laudē dixi ⁊ cantaui tibi ſuꝑ iudicia iuſtitie tue. Quaſi dicat/in illis ſeptem horis diurnis pariterq; nocturnis cantātur geſta patriarcharū ⁊ ꝓphetarū/⁊ apoſtolorū ⁊ mar-

tyrum⁊ geſta euangelica⁊que ſunt iudicia iuſtitie tue. Hoc dicit: qꝛ in illa etate Hieronymus: et Ambroſius: Auguſtinus/⁊ Gregorius ordinarunt officia eccleſiaſtica:⁊ horas ſeptē canonicas cantari in eccleſia fecerunt per totum orbē. de quibus horis dicetur pſalmo. cxix.

iij. qō. vj. hi quippe xxiij. q. iiij. c. ſ. xvj. q. ſ. vos autem. **Pax multa diligētibus legem tuam:⁊ nō eſt illis ſcandalum.**

**Expectabam ſalutare tuum domine:⁊ mādata tua dilexi.**

**Cuſtodiuit anima mea teſtimonia tua:⁊ dilexit ea vehementer.**

**Seruaui mādata tua ⁊ teſtimonia tua:qꝛ omnes vie mee in conſpectu tuo.**

¶ Sedatis perſecutionibus fuit multa pax diligētibus legē tuā ⁊ omnib⁹ Chriſtianis in eccl'ia tua. Etiam non eſt illis ſcandalum:qꝛ omnes hereſes quibus multi ſcādalizabātur ſunt extincte ⁊ ſedate:Et ideo iam expectabam ſalutare tuum in eterna felicitate:reiectis reb⁹ terrenis. Nam conuerſatio mea in celis eſt:iam viuēdo in hac vita cōtemplatiua:⁊ ſola mādata tua dilexi:quia in ſola lege tua eſt voluntas mea die ac nocte. Et ſic in contemplatione cuſtodiuit aīa mea teſtimonia tua:⁊ dilexit ea vehementer. Et ſeruaui mandata tua ⁊ teſtimonia tua:qꝛ deditus ſoli cōtemplationi:⁊ oēs vie mee.i.intellectus ⁊ volūtas ⁊ affect⁹ eſt tot⁹ fixus in cōſpectu tuo abſtractus a terrenis.

Tau interptatur errauit/ vel conſummauit. **Appropinquet deprecatio mea in conſpectu tuo domine:iuxta eloquium tuum da mihi intellectum.**

¶ In hoc vltimo octonario iā petit abſolui a membris corporis hui⁹ ⁊ eſſe cū Chriſto in beatitudine ⁊ petit p̄miū pro laboribus ⁊ peregrinatione. Dicit ergo:O dn̄e appropinquet iam oratio mea in conſpectu tuo:⁊ da mihi intellectū ⁊ intelligētiā clare viſionis in patria iuxta eloquium:id eſt ſecundum ꝓmiſſionē tuam. Nā in principio dixiſti. Beati immaculati in via:qui ambulāt in lege domini. Ego aūt iam ambulaui in lege tua:⁊ me ſeruaui immaculatum ex gratia tua:ergo da mihi claram viſionem et intellectum beatitudinis.

xv. diſ. c. ſctā. xcv. di. c. ecce. **Intret poſtulatio mea in conſpectu tuo:ſecundum eloquium tuum eripe me.**

**Eructabūt labia mea hymnū cū docueris me iuſtificationes tuas.**

¶ Et intret in ꝯſpectu tuo poſtulatio mea:⁊ ſcd̄m eloquiū ⁊ ꝓmiſſum tuū eripe me. Abſolue me ab h̄ mortali ⁊ pōderoſo corpore:⁊ paſſibili:⁊ cū fuero abſolut⁹ ab h̄ mortali corpe:eructabūt ⁊ cantabūt labia mea hymnū cū beatis in patria:cū ꝓ poſtq̄ docueris me iuſtificationes tuas/id eſt poſtq̄ impleuerim iuſtificationes quas me docuiſti:⁊ etiā cū docueris ⁊ oſtēderis mihi iuſtificationes tuas/ id eſt premia iuſtificationū tuarum in patria.

xiij. q. ſ. ca. his ita. **Pronunciabit ligua mea eloquiū tuum: quia omnia mandata tua equitas.**

¶ Et tūc pronūciabit lingua mea eloquiū tuū agēdo grās cū ceteris beatis/qꝛ omnia mandata tua veritas/quia quicquid promiſiſti adimpleſti. Ideo omnes beati in ſecula ſeculorum laudabunt te:dicentes. Benedictio ⁊ claritas gratiarum actio ⁊c. Apocalyp. vij.

**Fiat manus tua vt ſaluet me:quoniam mādata tua et elegi.**

**Cōcupiui ſalutare tuum domine:⁊ lex tua meditatio mea eſt.**

**Viuet anima mea ⁊ laudabit te ⁊:iudicia tua adiuuabunt me.**

¶ Ergo fiat man⁹ tua ⁊ mīa ſuper me:⁊ ſaluet me/ beatitudinē conferendo:qꝛ mādata tua elegi ⁊ impleui:ergo da mihi premiū:qꝛ hoc premiū ⁊ ſalutare tuū ſemp cōcupiui:⁊ ꝓpter ipm ſemp laboraui:qꝛ lex tua meditatio mea eſt:qꝛ ſemper fuit in ea voluntas mea die ac nocte. Et ſic cū dederis mihi hoc premium viuet aīa mea beata ⁊ eterna fruitione:⁊ in ſecula ſeculoꝝ laudabit te:qꝛ iudicia tua.i. obſeruantia legis tue adiuuabit me/⁊ adiuuit me ad cōſequendam beatitudinem.

**Errauí ſicut ouis q̄ periit:quere ſeruum tuum:quia mādata tua non ſolum oblitus**

¶ Hic concludit totum intellectum huius pſalmi.

¶ Vn̄ eſt aduertēdū ſicut in principio dictū eſt/q̄ iſte homo fuit in principio creatus a deo:⁊ factus ciuis/⁊ dn̄s illi⁹ amene ⁊ felicis ciuitatis paradiſi terreſtris:quē ornauit omnib⁹ bonis gratuitis in corpore ⁊ aīa/cum illa originali iuſtitia:cui dedit legem obediētie:quā ſi ſeruaſſet:abſq̄ labore poſt longum tēpus fuiſſet tranſlatus in celum cū tota ſua poſteritate ad meliorem ⁊ optimam vitam et eternā felicitatem. Sed qꝛ fuit rebellis/non ſolum perdidit eternā felicitatē:ſed etiā preſentē:qꝛ fuit expulſus ab illa terreſtri ciuitate paradiſi. Et ſic ex ciue ⁊ dn̄o felici fact⁹ eſt exul ⁊ miſer peregrin⁹ in hac lachrymarū valle. Et ſic iſte miſer petiit ſi eſſet aliqua remiſſio ſui peccati ⁊ modus recuperādi ſupernā felicitatē perditā ⁊ beatitudinē. Et ſic dixit ipſi angelus ex pte dei:q̄ aliter non poſſit recuperare: niſi per longa tpa peregrinaret per hunc mundum ambulādo ſine macula ī lege dn̄i. Itaq̄ ſicut inobedientia ⁊ peccatū fuit via ad expellendum ipſum a beatitudine:ita lex diuina erat via ad reducendū ipſum ad beatitudinē perditā. Et ſic dixit ipſi āgelus. Beati immaculati in via qui ambulant in lege dn̄i. Et qꝛ oportet viatorem ſcire legem a deo datā: ideo ſequitur. Beati qui ſcrutant teſtimonia eius ⁊c. Et quia obſeruantia huius legis cōſiſtit in declinādo a malo:⁊ faciendū bonū:ideo ſequit. Non eñ q̄ operant iniq̄tatē in viis eius ambulauerūt: Tunc iſte peregrinus acceptauit peregrinationē ⁊ legem:⁊ ꝓmiſit ipſam obſeruare. Et rn̄dit dicens poſtq̄ tu dn̄e mādaſti mādata tua cuſtodiri nimis vtinā dirigant vie mee ad cuſtodiendas iuſtificatiōes tuas. Et ſic petit auxiliū ⁊ grām vt ī hac via ⁊ lege ⁊ peregrinatiōe dirigat. Sꝫ petit q̄ñ ſui in ſua adoleſcētia corriget viā ſuā ⁊ motus ⁊ paſſiones. Cui rn̄detur. In cuſtodiēdo ſermones tuos. Et ſic iſte peregrinus eſt vſq̄ ad Chriſtū in lege veteri. Et tunc dicit. Ecce dn̄e iā viā mādatoꝝ cucurri ⁊c. Sed iā deinceps legē pone mihi iuſtificationū tuarum:qꝛ ipſam volui:⁊ ſemper deſideraui poſtq̄ in



¶ Hic memorat punitionē finalem impugnatorum eccleſie dicens. Licet ſepe impugnauerint me: tñ nō potuerunt mihi preualere: imo ipſi delebunt et punient. Nam ſicut fuerunt puniti impij et peccatores q̄ impugnauerunt populum dei in teſtamento veteri: ita punient impugnatores eccl'ie Chriſti. ſ. Iudei/ tyranni: ꝛ heretici/ ꝛ Antichriſt⁹. Nā dñs noſter Ieſus Chriſtus concidet tanqꝫ iuſtus iudex ceruices et ſuperbiā ꝛ ꝓtātem eoꝝ: ꝛ ſic oēs q̄ oderunt ꝛ perſecuti ſunt Sion. i. eccleſiam Chriſti/ conuertant retrorſum: ꝛ cōfundant in ſua prauitate ꝛ cecitate. Iſti fuerūt iudei qui ꝯuerſi ſunt perdētes regnū ꝛ ſacerdotiū: et manſerunt confuſi videntes Chriſtū reſurrexiſſe: et eccleſiā proſperari. Et fient ſicut fenū tectorum. Nā fenū tectorū qd naſcit ſupra tectum cito ſiccatur ꝛ moritur: eo ꝙ non poteſt extendere radices in terram bonam: qꝛ cōmuniter fit tectū ex calce: cum arena mixta: ꝛ ſic ſiccat fenum anteqꝫ euellatur. Sic proprie ſynagoga deſiccata exaruit poſt aduentum Chriſti: eo ꝙ defecit ipſi humor gratie: ꝛ fundamentū ꝛ terra pinguis ꝛ fecunda. ¶ Unde nota ꝙ ſacramentū ꝛ cerimonie veteris teſtamenti ꝯparant feno nato ſup tectū. Nam illud fenū nec viret: nec fructificat: nec multū creſcit ꝓpter defectū terre humide ꝛ aque. Ita ſynagoga eſt effecta ſterilis per aduentū Chriſti et ſacramenta veteris legis infructifera/ ꝛ infecūda: qꝛ defecit eis gr̄a Chriſti: quā contulit ſacris noue le. ꝛ iō aruit ſynagoga ꝛ ficulnea ei⁹. Ideo ſicut meſſores nō veniūt ad metendū fenū natū ſup tectū: eo ꝙ eſt inutile ꝛ ſine fructu/ ita iā nemo pōt metere/ nec colligere aliquē fructū: nec meſſem ex ſynagoga: nec ex ſacramentis ꝛ cerimonijs veteris leg. ideo dicit ꝓpheta. Fiāt ſicut fenuꝫ tectorum ꝛc. De quo feno ſynagoge ꝛ ſacroꝝ et cerimoniaꝝ eius q̄ metet et q̄ colliget manipulos deluder. i. meſſor fidelis ꝛ collector manipuloꝝ ꝛ fructū nō impleuit aut impleuit manū ſuaꝫ ex meſſib⁹: nec etiā implebit ſinū ſuū fructib⁹. Quia illud fenū ſiccū nulluꝫ fructū affert: īmo ſunt mortifera ſacra veteris legis ꝛ cerimonie poſt aduentū Chriſtū. Et ſicut pretereuntes nunqꝫ benedicūt fenū ortū ſup tectū: īmo maledicūt: eo ꝙ nociuū ꝛ inutile: ꝛ deſtruit tectū: ita nemo iā bñdicit ſynagogā: nec fenū ſacroꝝ ꝛ cerimoniaꝝ eius: eo ꝙ infructuoſum ꝛ nociuū et maledictū a Chriſto/ qñ maledixit ficulneā que cōtinuo aruit. Matthei. xxj. Ideo dicit.

Et non dixerunt qui preteribant benedictio domini ſuper vos: benediximus vobis in nomine domini.

¶ Nam mos eſt hoib⁹ cū trāſeūt videntes meſſem vberē bñdicere eā dicēdo. Deus benedicat tibi: et pueniās ad maturationē: ſꝫ qñ herba eſt arida nemo ei bñdicit: īmo ecōtrario dicit. Ignis de celo cōburat. ¶ Ita nemo fidelis benedicit hodie ſynagogam: nec fenū ſacramētorū eius: cū ſit arida ꝛ maledicta: qꝛ ea que naſcunt in ea nō creſcunt in nomine dñi: ideo nō creſcūt nec virent. Iſta ſentētia et maledictio data ſynagoge dat omnibus iudeis proteruis/ ꝛ omnib⁹ infidelibus ꝑſequētib⁹ eccleſiam/ ꝛ hereticis tā in corpore qꝫ in aīa. Nā eorū ceruix ꝛ ꝑfidia ē cōciſa ꝛ ꝓſtrata: ꝛ idololatria deleta: ꝛ omnes ad fidē ſunt cōuerſi. ¶ Ad cui⁹ maiorem euidentiā eſt notādū/ ꝙ ſynagoga Iudeorū multiplici pena fuit plexa ꝛ punita poſt mortem Chriſti Primo: qꝛ fuit eius ceruix. i. ſuꝑbia cōciſa ꝛ confracta ꝛ deiecta: qꝛ fuerūt dediti ſeruituti diſꝑſi ꝑ mūdū. Scđo fuit cōfuſa manēs in ſuo mēdacio: cū vidit Chriſtū reſurrexiſſe: ꝛ vidit eccl'iam proſperari. Tertio fuit retrorſuꝫ cōuerſa: ꝛ ab honore deiecta: cū ꝑdidit ſacerdotiū ꝛ hoſtiā ꝛ ſacrificiū. Quarto exaruit ſicut fenū tectoꝝ qñ cerimonialia ꝛ legalia ꝑdiderūt virtutē. Quinto facta eſt etiā īfructuoſa: qꝛ ipſa legalia nullū fructū aut meritū afferūt: qꝛ cū Chriſto fuerūt mortua ꝛ ſepulta. Sexto ſynagoga fuit maledicta a deo: qꝛ poſt publicationē euangelij legalia nō ſolū fuerūt mortua ꝛ infructuoſa: ſed etiā fuerūt mortifera oib⁹ q̄ obſeruāt ea: ꝛ ſpeꝫ ponūt in ipis. Septimo ipſa ſynagoga nō ſolū eſt maledicta a deo: ſꝫ etiā eſt maledicta ab oībus nationib⁹: ꝛ data ī opprobriū ꝓpter mortē Chriſti: qꝛ vt ſic ſunt reputati inimici dei. Ideo ꝓpter primū dicit ꝓpheta in hoc loco. Dñs iuſtus cōcidet ceruices peccatoꝝ. De ſcđo dicit: Cōfundant. De tertio dicit. Cōuertant retrorſum. De quarto dicit. Fiant ſicut fenum tectorū: qd priuſqꝫ euellat exaruit. De quito dicit. De quo nō implebit manū ſuā q̄ metet ꝛ ſinuꝫ ſuū q̄ manipulos colliget. De ſexto dicit. Et nō dixerūt q̄ preteribant benedictio dñi ſup vos. De ſeptimo dicit. Nec dixerūt bñdicimus vobis in noie dñi. Iterū eſt aduertendū: ꝙ has eaſdē ſepteꝫ punitiones induxit de⁹ ſup gētiles: ꝛ hereticos obſtinatos q̄ ꝑſecuti ſunt eccleſiā dei: ꝛ etiā veniēt ſuper Sarracenos ꝛ ſequaces Antichriſti: qꝛ oēs infelicē exitū patient: ꝛ finaliter eccl'ia de oībus ꝑſecutorib⁹ triūphabit. Et ſic prudens lector poterit has ſeptē punitiones oibus eccl'ie perſecutoribus applicare ſecundum intentum prophete.



DE ꝓfundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam. Fiant aures tue intendentes: in vocem depꝛecationis mee.

Si iniquitates obſeruaueris dñe: domine quis ſuſtinebit?

¶ Undecim⁹ gradus hui⁹ aſcēſus in deū eſt ꝓfunda oratio: ꝛ firma ꝛ perſeuerās cōfidentia venie de petis. ꝛ ideo Dauid fecit hūc pſalmū ꝓ aſcenſu vndecimi gradus tēpli: in quo deſcribit ꝓfundā orationē hois myſtici deſiderantis ꝛ petētis redēptionē ꝑ aduētū Chriſti: ꝛ etiā deſcribit deſideriū cuiuſcunqꝫ peccatoris aſcendentis de profundo carcere peccati ad altitudinē ſtatus gratie. Et iō iſta vox pōt eſſe toti⁹ corꝑis myſtici exiſtētis in ſtatu veteris legis: ꝛ ſic petit redemi ꝛ educi de carcere pcti originalis: ꝛ de onere legis ꝛ etiā de lymbo inferni ꝛ ſic pōt eſſe vox patrū exiſtētiū in lymbo petētiū liberari ꝑ Chriſtū. Uel pōt eſſe vox cuiuſcūqꝫ peccatoris penitētis petētis educi de carcere pctōꝝ: ꝛ aſcendere ad ſtatum gratie ꝑ penitētiam. ꝛ ſic iſte pſalmus dupliciter pōt exponi. Uno modo ꝓpheticē ꝛ myſtice: prout eſt vox corporis myſtici exiſtentis in ſtatu legis veteris: ant eſt vox cetus patruꝫ exiſtentiū in lymbo. Scđo modo pōt exponi moraliter: prout eſt vox ipſius penitentis. Duo ergo facit Dauid in hoc pſal. Nam primo introducit Adaꝫ ſiue totū hominē myſticū petentem remiſſionem per aduentū Chriſti: ꝛ liberari a carcere ꝛ captiuitate peccati. Scđo propheta exhortat nos oēs et reddit ſecuros ad ſperandū in dño ꝛ petendum veniam: ꝛ ad ſperandum aduentū Chriſti ibi: Speret Iſrael in dño. ¶ Quantū ergo ad primū/ Adā cum tota ſua poſteritate fidelium ſiue totus homo myſticus exiſtens in profundo et captiuitate diaboli propter pctm̄ primi parentis per magna tempora clamauit per oēs patriarchas ꝛ ꝓphetas/ vt Chriſtus veniret in carnē: ꝛ educeret ipſum de illa captiuitate. In cuius memoriā eccl'ia ſepties vocat Chriſtum in aduentu ante feſtum natiuitatis/ dicens. O ſapientia ꝛc. Et ſic iſte homo myſticus dicit exiſtens in hoc profundo carcere: vel in lymbo inferni. O dñe Ieſu Chriſte ego clamaui ꝑ magna tempora de profundis lymbi inferni: ꝛ de profundo carceris peccati. Clamaui etiā de ꝓfundis cordis ꝛ mentis mee ad te cum maxima cōtritione et deſiderio: vt venires ad liberandū me. Et ideo dñe exaudi orationē meā/ admittendo petitionē meā. Et fiant intendentes aures miſericordie tue in vocem. i. erga vocem deprecationis mee adimplendo quod peto: ꝛ non reſpicias peccata mea. Nam ſi tu domine obſeruaueris: id eſt reſpicere volueris iniquitates meas ꝛ meritum earum: ꝛ punire me iuxta demerita mea: et ſecundum grauitatem peccati mei: O domine quis ſuſtinebit: id eſt quis poterit ſuſtinere penas debitas pro culpa tam graui? Ergo ſi tu volueris attendere ad demerita iniquitatum mearum: ꝛ dare mihi penas debitas: tunc impoſſibile eſt me illas ſuſtinere/ cum tales pene ſint eterne.

Quia apud te propitiatio eſt: et ꝓpter legem tuam ſuſtinui te domine. de peñ. di. ſ. ſer pēs. xſ. q. iij. c. ad menſam.

Suſtinuit anima mea in verbo ei⁹: ſperauit anima mea in domino.

A cuſtodia matutina vſqꝫ ad noctem: ſperet Iſrael in domino. xciij. di. c. diaconi.

Quia apud dñm mīa: et copioſa apud eū redemptio.

Et ipſe redimet Iſrael: ex oībus iniquitatibus eius.

¶ Quia ſcio dñe ꝙ non obſeruas nec attendis ad peccata hoim: ſed conſideras et compateris fragilitati hominum. Et ſcio ꝙ es miſericors et piꝰ naturaliter: eo ꝙ es facilis ad veniā: ꝛ tardus ad penam: ꝛ ſic ſcio ꝙ apud te eſt propitiatio ꝛ remiſſio. Itē ſecundo ſcio ꝙ tu in lege tua promiſiſti veniā penitentibus/ dicens ꝑ prophetā. Derelinquat impius viaꝫ ſuā ꝛc. Et ideo ꝓpter iſta duo: Primo qꝛ apud te propitiatio eſt naturaliter ꝛ remiſſio. Secūdo propter legem tuam: qꝛ in tota lege tua et prophetis nihil aliud eſt: nec ſcribitur: nec promittitur: nec figuratur nec vaticinatur: niſi aduentus Meſſie qui nos debet redimere et liberare: Propter ergo iſta duo ſuſtinui te O dñe. i. ſperaui ī te ꝛ ſub tali fide ꝛ ſpe futuri redemptoris et Meſſie expectando te ego vixi in lege veteri. Quaſi dicat:

O domine ego ſuſtinui te.i.expectaui te per longa tpa cū magna patientia/propter duo. Primo quia apud te eſt magna ppitiatio ⁊ remiſſio ⁊ mīa. Secundo ppter legem tuā:q/ ſcio ⁊ continue lego in lege ⁊ pphetis p myſteria ⁊ pphetias qualiter pmiſiſti nobis Chriſtū redemptorem ⁊ ſaluatorē. Et ideo aīa mea ſuſtinuit:⁊ ſperauit in verbo eius:⁊ in promiſſione facta per verbum eius oībus patriarchis ⁊ pphetis. Et ideo ppter tale verbū ⁊ ppter talē promiſſionē anima mea ſperauit ī dn̄o a cuſtodia matutina.i.a principio mundi vſq ad noctem.

N

i.vſq ad iudicium. ¶ Ad cuius intelligentiam eſt notandum:q totus ſtatus veteris legis ab Adam vſq ad iudicium dicit vna nox reſpectu ⁊ reſurrectionis:⁊ ſic iſte homo myſtic9 ſperauit in domino a cuſtodia matutina que fuit ſtat9 innocētie ipſi9 Adam:⁊ expectauit vſq ad noctē.i.per totum ſpatium tpis vſq ad diem iudicij expectat Chriſtū vt veniat ad glorificādū ipſum per ſecundum aduētū.

Xp̄s legis gr̄e dr dies.

¶ Sed rurſum eſt aduertēdū q totuz ſpatiū legis veteris cōparatum ad ſtatū gratie dicitur nox:⁊ tempus legis gratie dicit dies:⁊ ſic iſte homo myſticus expectauit Chriſtū a cuſtodia matutina.i.a principio mūdi/in quo fuit in ſtatu gratie vſq ad noctem:in qua fuit in ſtatu culpe:in cuius fine noctis venit Chriſtus in carnē tanq ſol iuſtitie:qui p ſuam preſentiaz cauſauit diem gratie. ¶ Sed rurſus per totū iſtum diem gratie a cuſtodia matutina.i.a tēpore reſurrectiōis Chriſti vſq ad noctem.i.vſq ad finem mūdi ſuſtinet ⁊ expectat ipſum tota eccleſia vt veniat ad glorificādū nos. Et ideo dicit. Sperauit anima mea in dn̄o a cuſtodia matutina vſq ad noctem.i.ad finem mundi. ¶ Sz eſt aduertendū q litera Hieronymi habet ſic. Expectauit anima mea ad dn̄m a vigilia matutina vſq ad vigiliam matutinā:⁊ hoc forſan ſtat melius. Quaſi dicat:q anima mea expectauit Chriſtum a vigilia matutina que fuit ſtatus innocentie ante peccatū Ade vſq ad vigiliā matutinā in qua apparuit Chriſtus in carne ⁊ dedit legē euangelicā in primo aduentu:⁊ ſic expectauit ipſum ad redimenduz. Sed adhuc expectat ipſum in ſcd̄o aduētu vſq ad aliā vigiliā matutinā/que erit in generali reſurrectione:in qua veniet Chriſtus ad glorificandū:et tunc reſtituet regnum deo patri ⁊c.

O Paſtorū quatuor vigilie.

¶ Unde ad maiorē intelligentiam eſt notandū:q propheta hic loquetur parabolice ad modum paſtorum cuſtodientiū gregem/vel ſm morem exercitus armorū. Nā conſuetudo paſtorū eſt facere quatuor vigilias vel cuſtodias in nocte:⁊ quatuor in die. Nam prima vigilia noctis eſt ⁊ incipit poſt occaſum ſolis/⁊ durat per tres horas. Secūda durat a tertia hora noctis vſq ad mediā noctē. Tertia vigilia icipit a medietate noctis:⁊ durat per tres horas. Ultima autem vigilia eſt totū reſiduum vſq ad auroraz ⁊ ſic diuidūt paſtores totam noctem per quatuor vigilias ſm proportionē tēporis. Unde quando vna pars eorum vigilat alia dormit:⁊ ſic diuidunt ſibi totā noctem per quatuor vigilias vt defendant gregē ſuū de faucibus luporum:et ita pariter diuidunt diem per alias quatuor vigilias et cuſtodias. Et eandez conſuetudinem ſeruant pugiles in exercitu armorum:et etiam in oppidis obſeſſis. Et ſic eſt dicenduz q pariter omnipotens ordinauit quatuor vigilias in tota nocte legis veteris. Nam in prima vigilia poſuit patriarchas ab Adā vſq ad Jacob et etiā Moyſen:qui cuſtodierūt gregē ⁊ populū dn̄i cōtra diabolū. In ſecunda vigilia poſuit Moyſen ⁊ omnes iudices/q cuſtodierunt gregē dn̄i p legez ſcriptā vſq ad Dauid. In tertia vigilia poſuit Dauid ⁊ oēs pphetas ⁊ reges qui cuſtodierunt gregē dn̄i vſq ad tranſmigrationē Babylonis:⁊ finē primi templi. Sed in quarta vigilia poſuit Eſdram et alios ſacerdotes qui cuſtodierūt ⁊ rexerūt populū dn̄i vſq ad aduentū Chriſti:in quo fuit dies grē et iuſtitie. Et rurſus Chriſtus iſtum diem diuiſit per quatuor vigilias. Nā in pˀma vigilia poſuit apoſtolos:q rexerunt ⁊ cuſtodierunt eccleſiam dn̄i de manu diaboli ⁊ Judeorū. In ſcd̄a vigilia poſuit martyres/qui defenderunt eccleſiam domini de manu tyrannorū vſq ad cōuerſionem Conſtātini. In tertia vigilia poſuit doctores qui defenderunt eccleſiam dei ab incurſu hereticorum. In quarta vigilia tempore Antichriſti ponet viros fortes ⁊ charitatiuos/qui multo ſanguine defendent eccleſiā Chriſti ab immanitate et ſeuitia Antichriſti. ¶ Ex quo patet/q iſte homo myſticus a prima cuſtodia matutina:ſcilicet a principio mundi per quatuor vigilias noctis veteris leg. expectauit vſq ad primum aduentū Chriſti. Et poſtea per alias quatuor vigilias huius diei gratie expectat Chriſtū vſq ad aliā vigiliā matutinā/que erit in ſecundo aduentu. Et ideo dicit propheta. Suſtinuit ſiue expectauit anima mea in verbo eius.i.in promiſſione a cuſtodia matutina vſq ad cuſtodiam matutinam.i.a principio huius mundi vſq ad finem:poſt quem incipiet alia cuſtodia matutina que dicitur dies glorie.

¶ Iterum eſt aduertendum q ex hoc dicto ⁊ exēplo eccleſia ſumpſit ⁊ ordinauit officium canonicū diuiſum per horas ⁊ vigilias nocturnas pariterq diurnas. Nā ſicut paſtores diuidunt totā noctē per quatuor vigilias et cuſtodias vt defendant ⁊ cuſtodiant gregem ſuum ne rapiatur a lupis/aut diſpergatur. Ita pariter eccleſia cui eſt cura de ouibus Chriſti/ordinauit et diuiſit totā noctē per quatuor vigilias in officio nocturno. Nam totum officium nocturnuz diuiditur in quatuor partes/ſcz in tres nocturnos ⁊ laudes. Nam in primo nocturno cantat tres pſalmos ⁊ tres lectiones:iuxta tres horas prime vigilie:⁊ in ſecundo et tertio totidem. Unde primuz nocturnū cantat pro prima vigilia noctis:⁊ ſecunduz pro ſecunda:⁊ tertium pro tertia:⁊ laudes cantat pro quarta et vltima vigilia noctis. In quibus laudibus cantat hymnū/⁊ Benedictus dominus deus Iſrael/agendo gratias:quia iaz venit dies q ſignificat vltimā vigiliā leg. ve. In qua fuerunt Zacharias ⁊ Simeon:q receperunt Chriſtum quaſi in aurora illi9 noctis/in qua Chriſtū receperunt. Et ideo dixit Zacharias. Bn̄dictus dn̄s deus Iſrael ⁊c. Et Simeon dixit. Nunc dimittis ⁊c. Un̄ ad ſimilitudinem harū vigiliaꝝ ſcti patres primitiue eccl'ie apud Egyptū:vt ait Euſebius ⁊ Philo per totā noctē orabāt in hymnis ⁊ pſal. ſucceſſiue vigilias noctis cuſtodientes. Nam vna pars perorabat per totā primā vigiliā:⁊ alia pars ſurgebat ⁊ orabat in ſcd̄a vigilia:⁊ ſic alia vigilabat ī tertia:et alia in quarta. Et ſic nullo modo ceſſabat a laudib9 dei per totā noctē:Sed poſtea cōſiderata humana fragilitate/ordinauit eccleſia:vt ad minus poſt mediam noctē ſine interuallo celebret totum officiū matutinale in quo ↄtinent ſupradicti tres nocturni cū laudibus. in quib9 denotant quatuor vigilie ſiue quatuor cuſtodie noctis. Poſtea vero in die celebrat alias quatuor vigilias.ſ. primā:tertiā:ſextā:⁊ nonā. In quib9 includitur tota dies ſumendo ⁊ includendo tres horas diei in qualibet hora ⁊ vigilia. Et iō cantat tres pſalmos in qualibet illarū quatuor horarum.ſ. Ad primā tres:⁊ ad tertiā tres ⁊c. Sed poſtea eccl'ia addidit veſperas ⁊ completoriū rōne depoſitionis xp̄i de cruce et repoſitiōis in ſepulcro. Et ſic dicunt ſeptē hore canonice cōputando totū officiū matutinale p vna hora. Et ſic vnuſquiſq fidelis pōt dicere in hac peregrinatiōe p quolibet die. Sperauit aīa mea in dn̄o:a cuſtodia matutina vſq ad noctem:ſiue a vigilia matutina vſq ad vigiliam matutinā:per oēs horas canonicas ſupple diſcurrēdo. Un̄ iſte modus orandi p quatuor vigilias noctis:⁊ p quatuor vigilias diei iam reperitur in veteri teſtamento. vnde Eſdras pcepit vt orarēt Judei ī templo quater in die ⁊ quater in nocte. ¶ Speret Iſrael in dn̄o. Hic incipit verſus a ſentētia in Hebreo:vbi Dauid exhortat oēs patres veteris teſtamēti:⁊ totum cetū Iſrael ad expectandū Chriſtū in carnem in primo aduētu:⁊ etiā exhortat oēs fideles no. teſt. ad ſperādū Chriſtū in gloriā ī ſcd̄o aduētu. Et ideo dicit. ſicut aīa mea ſperauit in dn̄o a cuſtodia matutina vſq ad noctē:ita exhortor totū Iſrael vt ſperet in dn̄o Jeſu Chriſto:vt veniat in carnē ad redimēdū nos. quō apud dn̄z eſt infinita miſericordia ⁊ apud eū eſt copioſa redēptio et abūdās. Nam ſicut mīa ipſius eſt infinita. ita redēptio ei9 eſt copioſa ⁊ non limitata:q2 nō ſolūmō pōt delere vnum pctm̄:ſed infinita:nec ſolūmodo redimere vnū hoiem/ſz infinitos. nec redēptio eius eſt per paruū tēpus:ſed ſucceſſiue p infinita tempora ſi mūdus duraſſet in infinitum. Et ideo q2 redemptio eius eſt copioſa:⁊ non ſolummodo effudit vnam guttam ſanguinis:⁊ ſed totus ſanguis et corpore effuſus et exhauſtus eſt. Et ideo q2 eius redēptio eſt copioſa ⁊ infinita extenſiue:ideo ipſe redimet Iſrael.i.totam eccleſiam ex oībus iniquitatibus ⁊ peccatis eius. ¶ Ad maiorē euidentiam eorū que dicta ſunt:eſt notādū q redēptio Chriſti tripl'r pōt dici copioſa/ſecūdū q ad tria poteſt comparari. Nam primo poteſt cōparari ad Chriſtum redemptorem. Scd̄o ad gen9 humanuz redemptum a peccato ⁊ pena. Tertio ad gloriam eternam ⁊ regnum celorum:qd̄ Chriſtus ſanguine ſuo emit pro nobis. ¶ Quantuz ergo ad primū redemptio Chriſti dicit copioſa:eo q Chriſtus copioſe nos redemit:q2 nō ſolū effudit partē ſanguinis:ſed totū ſanguinem pro nobis exhauſit. Item nō ſolum dedit totum corpus ad ſepulcrum:ſed etiam animā pro nobis oībus obtulit patri:et ſic ſeipſum totū obtulit pro nobis in pretium ⁊ ſic ex parte Chriſti redēptio nō potuit eſſe copioſior. ¶ Secūdo modo quo ad nos illa redemptio quadrupliciter fuit copioſa. Primo:quia non ſolū nos redemit quo ad animam/peccata et penam relaxando:et eam a morte culpe liberando:ſed etiam nos redemit quo ad corpus/ab oībus penalitatibus nos liberando ⁊ ſanando:et immortalitatem nobis recuperando quam ſumus adepturi in nouiſſimo die:q2 ſi nondum ſurreximus in actu tamē iam ſurreximus in merito ratione baptiſmi Chriſti:vt dictū eſt pſalmo. cij. et ſic Chriſtus quo ad totum nos redemit. Secundo per iſtam redemptionem non ſolum redemit vnum hominem:ſed omnes homines:⁊ non ſolum vnam nationē:ſed omnes:nec vnam prouinciam/ſed totum orbem terraruz. Tertio fuit copioſa ratione temporis:q2 nō ſolū redemit preſentes:ſed ⁊ preteritos ⁊ futuros. Quarto fuit copioſa ratione multitudinis peccatorū. Nam nō ſolū liberauit ⁊ redemit nos ab vno peccato:nec ab vno ſolo genere peccatorū:ſed ab omni peccato tā mortali q originali ⁊ veniali. Et ſic ex omni parte ⁊ loco ⁊ tēpore ⁊ numero illa redemptio fuit copioſa apud Chriſtū. ¶ Tertio redēptio Chriſti fuit copioſa ratione regni celoruz qd̄ pro nobis oībus emit a patre. Nā regnū celorū eſt infinitū in ſe intenſiue ⁊ extenſiue:inquātū ab infinitis ſucceſſiue pōt participari. ſz pro oībus illis emit ipſum Chriſt9:igitur ei9 redēptio fuit copioſa. Primo ratione ſui. Scd̄o ratiōe generis humani redēpti. Tertio ratione regni celoruz pro oībus empti.

R. chriſt9 et non alia creatura potuit gen9 humanū redimere.

¶ Ex ſupradictis ſequit q ſolus Chriſtus ⁊ nulla pura creatura quantūcūq perfecta ⁊ ſancta potuit genus humanū redimere. Hoc dupliciter probat. Primo ratione multiplicis culpe ⁊ pene:a qua ſmīa ſumus redēpti. Scd̄o ratione regni celorū nobis acquiſiti. Primū ptz. Nā peccata a quibus ſumus liberati ſunt infinita intenſiue ratione dei cōtra quē facta eſt offenſa/⁊ ſunt cōmiſſa:⁊ extenſiue/q2 oēs eram9 peccato multiplici obnoxij:q2 nō ſolū redemit pſentes:ſed etiā pteritos ⁊ futuros:vt dictū eſt. ergo talia pctā nō poterāt deleri niſi p virtutē ⁊ pretiū infinitū. Nā actio nō fit niſi a pportione maioris inequalitatis:vt inquit cōmentator ſcd̄o de generatione. ergo oportet q ſit maior virtus agentis in agendo q paſſi in reſiſtendo. Sed pctm̄ totius generis humani eſt infinitū intenſiue ⁊ extenſiue:⁊ pena pariter eſt infinita extēſiue q p nullū meritū aut virtutē alicuius creature poterat relaxari:cuz meritū cuiuſq creature pure nō poſſit eſſe niſi finitū:q2 qlibet creatura pura data ſemp habet min9 de merito q ſint oia peccata gn̄is humani ī culpa:⁊ ſic ſemp manet maior reſiſtentia nō ſolū in toto gn̄e humano:ſed etiā in quolibet peccatore:q2 quilibet peccator magis habet de culpa ad reſiſtēdū q pura creatura habet de merito ad relaxādū:ergo oportebat vt redemptor haberet magis de gratia ⁊ merito q totū genus humanū de culpa ⁊ pena/⁊ ſic ſolus Chriſtus potuit eſſe redēptor ratiōe gratie vnionis:⁊ ratione puritatis ⁊ immunitatis. vt dictū eſt pſal. xvij. q2 vt ſic habet gratiā ⁊ meritū īfinitū extenſiue cōtra oēm culpam ⁊ penā:⁊ ſic ſolus Chriſt9 nos potuit redimere quo ad corpus et animam ab omni culpa et pena:et potuit dare de ſe pretium ſufficiēs pro omnibus preſentibus et futuris. Et per eandem rationem potuit dare ſufficiens pretium patri pro regno celorum ſuis membris poſſidēdo ⁊ cōferendo. Et ſic patet qualiter redemptio Chriſti oībus modis fuit copioſa. Et ideo cōcludit propheta/q q2 redemptio eſt copioſa apud Chriſtum:ideo redimet Iſrael ex oībus iniquitatibus eius. Sed q2 iſte pſal. eſt vnus de ſeptē pſal. penitentialibus:⁊ cōmuniter recitat p̄ pn̄ie:nō oportet vt poſt ſenſum ppheticum etiā moraliter exponatur pro quolibet penitente. Nota. ¶ Ad cuius intellectū eſt

notandū ſm Augu. ꝙ ſicut homo per grām eleuat̄ vſqꝫ ad ꝓpinquitatē dei:ita p pctm̄ depmit̄ ꝛ demergitur vſqꝫ ad ꝓfundū ꝛinferni/ꝛ elōgat̄ a deo. Jdeo dicebat Abrahā ad diuitē epulonē exiſtentē in ꝓfundo. Inter nos ꝛ vos magnum chaos firmatū eſt:ꝛ ſic oīs peccator dicit̄ eſſe in ꝓfundo miſerie ꝛ in ꝓfundo carcere pctī:ꝛ per ꝯñs qñ pctōr cognoſcit ſeipm̄ per grām preuenientē/ꝛ de ꝓfundis pctōꝝ clamat ad deū petendo veniā ꝛ remiſſionez de culpa ſua:ꝛ querit liberari ab illo carcere pctī. Et ſic de ꝓfundis dicit̄ clamare ad dn̄m/quaſi de ꝓfūdo ſtatu. ❡ Itē eſt iterū aduertēdū:ꝙ tres ſūt partes pnie.ſ.cordis cōtritio:ꝛ oris cōfeſſio:ꝛ operis ſatiſfactio. Et ſic oīs penitētia incipit a cordis cōtritione:ꝛ ſic peccator qñ incipit querere veniā/ꝛ incipit pn̄iam dicit̄ clamare de ꝓfundis cordis per cōtritionē. Dicit ergo Dauid in perſona cuiuſlibet penitentis. O domine ego clamaui ad te ꝛ clamo de profundis ꝛ intimis cordis mei:ideo exaudi vocem meam:remiſſionem indulgendo:ꝛ fiant aures tue miſericordie intendentes in vocem deprecationis mee:pniam meam acceptando:ꝛ noli attendere ad grauitatem pctī mei:nec dare penā cōdignam pctīs meis. Nā ſi tu obſeruaueris ꝛ reſpexeris iniq̄tates meas dādo penā condignā:q̄s ſuſtinebit/aut q̄s ſuſtinere poterit talem penam:quaſi dicat:nullus. Et ideo. O dn̄e ego ſuſtinui.i. expectaui.ꝛ expecto obtinere veniam per pniam:ꝛ hoc ꝓpter duo. Primo qꝛ apud te eſt propitiatio/id eſt infinita mia. Secundo propter legem tuam:quia ſemper per omnes patriarchas ꝛ prophetas ꝛ vtrāqꝫ legem tā euangelicā ꝙ veterem promiſiſti veniam penitētibus. Et ideo anima mea ſuſtinuit:id eſt expectauit in verbo eius:ſcꝫ dei qui talem veniā ꝓmiſit. Et ſic anima mea ſperauit in domino a cuſtodia matudina vſqꝫ ad noctem.i.a principio vite mee vſqꝫ ad mortem. Ergo totus Iſrael id eſt tota eccleſia fidelium ſperet in dn̄o:ꝛ vnuſquiſqꝫ peccator ſperet veniam per pniam:quoniā magna mia eſt apud deum:et copioſa redemptio eſt apud deum/propter cauſas iam dictas. Et ideo ipſe redimet Iſrael ꝛ totam eccleſiam fidelium ex omnibus iniquitatibus eius:quia pro eis effudit totū ſanguinem in cruce:et eos per mortem redemit ex cuius latere omnia ſacramēta eccleſiaſtica ſumpſerunt virtutem ad delendum omnia peccata:ꝛ infundendum ꝛ conferendum gratiā.

Tres partes pnie.

De pe. diſt.ij. c.ſ. De cō ſec.di. iiij.firmiſſime xv.q.ſ. c.illō.

Domine non eſt exaltatum cor meum:neqꝫ elati ſunt oculi mei. Neqꝫ ambulaui ī magnis: neqꝫ in mirabilib⁹ ſuper me.

Si non humiliter ſentiebam:ſed exaltaui animam meam.

Sicut ablactatus eſt ſuper matrem ſuam: ita retributio in animam meam.

❡ Titulus/Canticū graduum ipſi Dauid. Duodecimus gradus eſt ꝓfunda humilitas:ideo Dauid fecit hunc pſalmū pro aſcenſu duodecimi gradus templi:in quo deſcribit:ī quo ſtat vera humilitas. ❡ Ad cuius intelligentiā eſt notandum:ꝙ Judei quidam catholici dicunt ꝙ Dauid fecit hunc pſalmum ad placandum deum in peſtilentia data/qñ numerauit populū:in quo allegat ſuam humilitatem oſtendendo innocentiā ꝛ humilitatem ſuā ꝛc. Sed hoc manifeſte apparet irrationabile. Nā certum eſt ꝙ Dauid peccauit per ſuperbiā:qñ numerauit populum:ꝛ ideo fuit punitus in toto illo populo:in cui⁹ copia fuerat elat⁹ ꝛ gloriatus:ergo ſi Dauid velet placare iram dei nō ſe redderet innocentē:ſed peccatorē:ſicut fecit in veritate qñ dixit. Ego ſum qui peccaui:iſti qui oues ſunt ꝛc.ij. Reg. vltimo. Ex quo pꝫ:ꝙ ſn̄ia huius pſalmi nō poteſt conuenire alicui puro homini:maxime cū adiuret ſub anathemate ꝛ maledictione ſe nunq̄ ſuperbe ſenſiſſe. ❡ Ideo eſt aduertendū ꝙ pctm̄ primi parentis fuit exaltatio cordis ꝛ elatio oculorum:appetitus aſcendendi in magna ꝛ mirabilia ſupra naturā ꝛ facultatem ſuā:ꝛ ideo ꝑdidit felicitatē. Vn̄ lac ꝛ vbera felicitatis ipſorū primorū parētū erat poſſeſſio illius paradiſi in preſenti:in qua fruebātur bonis illius ꝛ fructibus ꝛc. et promittebatur eis ī futuro eterna felicitas:ꝛ hoc erat lac quo fruebantur:ꝛ felix mamilla quā ſugebant:dum vellent deo eſſe ſubiecti:ꝛ inferiores obediēto ſicut decet. Sed cū ſerpens oſtendit eis pomum vetitū ſuaue oculis ad videndū:ꝛ guſtui ad veſcendum:ꝛ dixit: qua hora comederitis eritis ſicut dij ſciētes bonū ꝛ malū:ꝛ qđ bonum ꝛ malum vt quidam dicunt eſt ſcire librū predeſtinationis ꝛ reprobationis/ꝛ numerum ꝛ perſonas electoꝝ:quod ſoli deo cōuenit: Jdeo quando Adam ꝛ Eua conſenſerunt huic falſe perſuaſioni:ꝛ ei appulerunt appetitum:tūc exaltatum aſt cor eorum vltra fas ꝛ licitum:ꝛ elati ſūt oculi eorū appetentes dei equalitatē:ꝛ voluerunt ambulare in magnis ꝛ mirabilib⁹ ſuper eos ꝛ eorū facultatem/volentes vſurpare ꝛ rapere diuinitatē/ꝛ qđ eſt mirabile ſuper omnem facultatē creature/ſcire predeſtinationem electorum. Et ſic volētes vſurpare ꝛ rapere diuinitatem ꝛ quod deo proprium eſt/perdiderunt felicitatem vtriuſqꝫ paradiſi:ꝛ fuerunt ablactati ab vbere matris. Nam ſicut puer cum ablactatur a matre et aufertur ipſi mamilla:putat perdere totum bonum ſuum:quiſi nō cognoſcit aliā felicitatē:ita perdidit totam felicitatē Adā cū ipſi fuit ablata felicitas paradiſi:et fuit eiectus foras in vallem lachrymarꝫ ꝛ miſeriarum:ꝛ ſic dicitur ablactatus ſuper matrem. Sed quia illud peccatū tranſiuit in omnes poſteriores ab eo per naturam ꝛ libidinoſam generationē deſcendentes:ꝛ oībus eis eſt ad culpam ꝛ ad penam damni imputatum:ideo de omnibus eſt verum dicere ꝙ exaltatum eſt cor eorūꝫ/ꝛ elati ſunt oculi:ꝛ ambulauerunt in magnis ꝛ in mirabilibus ſup ſe. Et ſic in punitionem ꝛ penam omnes ſunt ablactati ſuper matrē:ꝛ et priuati lacte felicitatis. ❡ Sed quia ſolus Chriſtus deſcendit ex Adam abſqꝫ ſeminali et libidinoſa generatione/ergo ſolus eſt inter mortuos liber de debito ꝛ iure a tali anathemate:ꝛ maledictiōe ꝛ ablactatiōe. Et ſi virgo Maria fuit libera:hoc nō fuit ſex debito:ſed ex gratia preuenīete vt alias dictū eſt. Solus ergo Chriſtus pōt dicere patri. Domine/non eſt exaltatum cor meum:nec elati ſunt oculi mei Adam:in quo omnes peccauerunt:quia nec mihi eſt imputatum illud pctm̄: nec fuit imitator ipſius Adam/nec ambulaui in magnis/id/eſt nec elegi honores ꝛ diuitias:nec ambulaui in mirabilibus ſuper me:qꝛ oīa patri meo at



tribuebam/cū dixi. Doctrina mea non eſt mea:ſed eius qui miſit me patris:ꝛ cum dixi. Nō quero gloriā meā:ſed ei⁹ qui miſit me patris. Et nō veni facere voluntatem meā:ſed eius:qui miſit me ꝛc. Et ideo ſubdit ſub anathemate. Si in omnibus actibus meis ꝛ predicationibus meis ꝛ miraculis non ſentiebam humiliter:ꝛ ſi exaltaui aīam meam mihi honores attribuēdo:ſi hoc feci/ſit talis retributio ꝛ punitio mea qualis fuit retributio:Ade:et ſic ſim ablactatus a lacte/ꝛ vbere paradiſi/ꝛ felicitatis ſicut eſt puer ablactat⁹ ſuper matrem. Sed qꝛ hoc nō feci:ideo nō ſum obnoxius illi anathemati ꝛ maledictioni ꝛ culpe:ſed ſolus inter mortuos liber. Ex quo patet/ꝙ ſupradicta verba nulli mēbro poſſunt cōuenire:ſed ſoli capiti Chriſto.

Speret Iſrael in domino: ex hoc nunc et vſqꝫ in ſeculum.

❡ Hic propheta exhortatur eccleſiam ꝛ fideles ad ſperandū in Chriſtū. Nā ſi ipſe eſt ſolus inter mortuos liber:non ablactatus ab illo lacte felicitatis: ergo ſolus ille nos poteſt omnes liberare ab illo anathemate ꝛ maledictione ꝛ reducere nos ad mamillā:ꝛ lac a quo ſumus ablactati:ergo in eo ſolo eſt ſperādum. Dicit ergo. Speret Iſrael in domino noſtro Jeſu Chriſto:ꝛ inuocet eū vt veniat ad liberandum nos/ex nunc dando gratiam:ꝛ in ſeculum cōferendo gloriā. Nota ergo ꝙ magnus theſaurus eſt in hoc pſalmiculo abſconditus:ꝛ quomodo peccant:qui nolūt pulſare vt eis aperiatur. Ex quo patet/q̄ cū eccleſia recitat iſtum pſalmum loquitur in perſona Chriſti/qui eſt caput eccleſie et corporis myſtici. Et etiaꝫ totus iſte pſalmus verificatur de tota eccleſia rōne capitis ſimpliciter:ſed per gratiam poteſt verificari rōne perſone virginis Marie/ratione gratie preuenientis. Et ſic etiā pōt verificari de quibuſdam iuſtis qui gratia preuenti nunq̄ actualiter peccarunt. Et ſic ſn̄ia huius pſalmi ſemper eſt referenda principaliter ꝛ ſimpliciter ad Chriſtum/qui eſt caput eccleſie.

Memento domine Dauid:ꝛ omnis manſuetudinis eius.

❡ Titulus/Canticum graduū. Licet in hoc titulo non explicetur actor huius pſalmi:tñ Hieronymus in epiſtola.cxiij. de obitu Paule aſſerit Dauid feciſſe iſtum pſalmū/dicēs. Bene Dauid iurauit/dicens. Si introiero in tabernaculū domus mee:ſi aſcendero in lectū ſtrati mei ꝛc. Unde eſt aduertēdū ꝙ.xiij.gradus aſcendentis in deum eſt profunda deuotio. Et ideo Dauid fecit iſtū pſalmuꝫ pro aſcenſu.xiij.gradus templi:in quo explicat deuotionez ſuam erga diuinum cultum. Et ideo ſacerdotes ꝛ leuite cantarunt hunc pſalmū quando introduxerunt arcaꝫ in templum:ꝛ etiam in dedicatione eiuſdem templi: vt patet.ij. Paraly.vj.cap.iuxta finem. Qui quideꝫ pſalmus fundatur ſuper promiſſione facta ipſi Dauid de Meſſia futuro/ꝛ de ꝑpetuitate regni eius ꝛ eccleſie. ❡ Que quidem promiſſio facta fuit ipſi Dauid quaſi in premiuꝫ. Primo ad ſatiſfaciendum eius manſuetudini ꝛ patientie in aduerſis. Scđo ad ſatiſfaciendum eius deuotioni ſiue deuoto propoſito de templo edificando:vt patet.ij. Regū.vij. vbi duo myſteria memorant̄. Primo ex parte Dauid de templo edificando deuotum propoſitum. Scđo ex parte dei/de meſſia et eius regno eterno firma promiſſio. Ex qua promiſſione Dauid ſemper fuit affectus ꝛ ſollicitus ad deſiderandū ꝛ petendū meſſiam de ſua domo ꝛ carne ꝓmiſſuꝫ:ꝛ ſic motus fuit ad faciendū iſtum pſalmū et plures alios/vt dictuꝫ eſt. In quo quidē pſalmo duo principaliter facit. Nā primo premittit de templo edificando ſuā deuotionem. Scđo de rebus ſibi promiſſis format petitionem:ibi. Surge dn̄e in requiem tuam. ❡ Quantū ad primum eſt aduertendū/ꝙ licet gratia precedat omne meritum in nobis:tamen cōmuniter premiū ſubſequitur meritum. Unde licet talis ꝓmiſſio facta fuerit ipſi Dauid:tñ hoc fuit propter aliqđ meritū precedēs:qđ quidē meritū non fuit ſine gratia p̄cedente. Unde duo merita fuerūt in ipſo Dauid:propter q̄ deus ꝓmiſit ipſi meſſiam de carne ſua:ꝛ perpetuitatē regni Chriſti. Primuꝫ fuit magna patientia/ꝛ māſuetudo in eius ꝑſecutionibus. Scđm meritū fuit ſumma deuotio:ꝛ propoſitū qđ habit ad edificandū templū/ꝛ amplianādum diuinū cultū:vt pꝫ.ij. Reg.vij. Nā ilico poſt explicationem eius boni propoſiti de templo edificando facta eſt ipſi a deo promiſſio. Eſt tñ verum ꝙ gratia dei preceſſit iſta merita. Nam nunq̄ Dauid potuiſſet habere tantā patientiā in ipſis ꝑſecutionibus:niſi fuiſſet diuina gratia preuentus ꝛ adiutus. Item nec Dauid habuiſſet tantum affectum ad edificādum templū/ꝛ ampliandū diuinū cultū:niſi diuina gratia fuiſſet impulſus. Sed non tollit̄ propterea quin ex his actibus aliquo modo de cōgruo mereretur ſibi factam ꝓmiſſionē:licet nō de cōgruo:vt ipſemet explicat in textu/cū dicit. Quis ego ſum domine deus meus:ꝛ que domus mea ꝛc. Duo ergo facit Dauid in hac prima parte anteq̄ formet ſuā petitionem. Nā primo allegat ſuā manſuetudinem ꝛ patientiam:ꝓpter quā facta eſt ſibi promiſſio. Scđo allegat ſuā deuotionē ꝛ ꝓpoſituꝫ de templo edificando:ibi. Sicut iurauit domino ꝛc. ❡ Quantū ad primū eſt aduertēdū ꝙ in pluribus Dauid oſtēdit ſuam māſuetudinē ꝛ patientiā. Primo:qꝛ cū tot beneficia feciſſet ipſi Sauli ꝛ toti populo Iſrael:quos liberauit de opprobrio ꝛ ſeruitute Philiſtinorum/qñ occidit gigātē:ꝛ cū Saul inuidia motus multoties voluit ipm̄ interficere:et nunq̄ ceſſauit ipſum ꝑſequi:tñ Dauid omnes has perſecutiones cum maxima patientia ꝛ manſuetudine tolerauit:vt patet p totū diſcurſum primi Regum. Scđo oſtendit ſuam maximam māſuetudinē ꝛ patiētiam:qꝛ bis poterat Saulē interficere:hoc eſt in ſpelūca quādo abſcidit ipſi particulā veſtis:ꝛ vt pꝫ.ſ. Regū.xxiiij.ca. Item quando abſtulit ipſi dormienti haſtam ꝛ ſcyphū:vt patet.ſ. Regū.xxvj. cap.ꝛ tamen in tanta opportunitate excuſauit ipm̄ de morte:dicens. Nolite ponere manum in Chriſtum domini. Tertio oſtendit manſuetudinē:ꝛ quia fleuit mortem Saulis:ꝛ ſcidit veſtimēta ſua ꝛ egit miſericordiam erga domum eius:vt patet.ij. Regū.ſ.cap. Quarto oſtendit maximam manſuetudinem ꝛ patientiam in perſecutione filij ſui Abſalōꝛ vt patet.ij. Reg.xvj.cap. Unde dicunt communiter ſacri doctores:quod ideo Dauid omnes has perſecutiones cum tanta manſuetudine ꝛ patientia tolerauit:quia in ipſis et etiam per ipſas preuidit in ſpiritu omnes perſecutiones Chriſti et eccleſie.

Quare de chriſto fuit facta ꝓmiſſio dauid.

Nam quia preuidit quod Chriſtus deus ⁊ homo/ et rex regum/ ⁊ dñs dominantium pro toto genere humano erat tot ⁊ tanta paſſurus anteꝙ̃ ſuũ regnũ ⁊ gloriam oſtenderet: ideo Dauid tanꝙ̃ figura ipſius Chriſti cũ maximo deſiderio ⁊ patientia voluit ꝑſecutiones tolerare. Que quidem patientia non fuit ſine gratia precedente ⁊ adiuuante: vt dictum eſt. Quia ergo in his perſecutionibus pro tanta patiētia ⁊ manſuetudine promiſſus fuit ipſi meſſias de domo ⁊ carne eius: ideo incipit in hoc pſalmo: dicēs. O domine Jeſu Chriſte: memento ipſius ſerui tui Dauid: ⁊ oīs māſuetudinis ⁊ patientie eiꝰ quā habuit in aduerſis ⁊ perſecutionibꝰ: pro qua manſuetudine promiſiſti ſumere carnem de domo eius in qua totum genus redimeres humanum. quaſi dicat. Fac quod promiſiſti. Et nota ꝙ litera Hieronymi habet. Memento domine Dauid: et omnis afflictionis eius/ id eſt manſuetudinis quā habuit in afflictionibus

ij. Reꝰ ſum. ij.

**Sicut iurauit domino: votum vouit deo Jacob.**

¶ Hic allegat ſcđam cauſam ⁊ meritum huiꝰ promiſſionis. Nam vt legitur. ij. Regu. ij. poſtꝙ̃ Dauid adeptus fuerat regnũ ſuper totum Iſrael: et quaſi quieuit a prelijs familiaribus ſue gentis: tunc introduxit arcā in Hieruſalē cum maximo honore: ⁊ tetēdit ipſi tabernaculũ iuxta domũ ſuam: ⁊ tūc ꝓpoſuit in corde ſuo edificare templum lapideum ⁊ magnificũ: in quo reponeretur arca domini ⁊ quieſceret a lōga peregrinatione. Et ꝓpoſuit etiam ampliare cultũ diuinum. Sed ex magno ⁊ ſecreto myſterio deus prohibuit ne ipſe edificaret illud templũ materiale: ſed filius eius Salomon. Veruntamen deꝰ vt ſatiſfaceret eius deuotioni ⁊ bono ꝓpoſito promiſit ipſi per Nathan prophetam meſſiam futurũ de ſua generatione: ⁊ regnũ eternũ eiuſdez. Quam promiſſionem licet ipſe Nathan non intellexerit in principio: niſi de templo materiali et de regno Salomonis terreno: tñ per ſucceſſionē tp̄is ⁊ per continuam orationē cōtemplando predictā promiſſionē fuit ipſi reuelata veritas ⁊ intelligentia ſpūalis illius ꝓmiſſionis/ maxime qñ fuit ipſi tradita deſcriptio templi a ſpũ ſancto: in qua intellexit totum myſterium incarnationis Chriſti: ⁊ paſſionis ⁊ reſurrectionis ⁊ noſtre redēptiōis. ¶ Vñ cognouit qualiter illud templũ materiale erat figura totius tēpli humanitatis Chriſti: in qua verbum diuinũ per vnionem perſonalē debebat requieſcere. Vñ ꝓprie arca illa ſignificabat humanitatez Chriſti: in qua Chriſtꝰ habitat ꝑſonaliter: ⁊ totum tēplũ ſignificabat totā eccleſiā: in qua Chriſtꝰ habitat ꝑ grām ⁊ myſticā vnionē. Et ideo Dauid poſtꝙ̃ vidit ꝙ nō poterat edificare illud tēplũ materiale in effectu/ voluit ipm̄ edificare in affectu. Et iō preparauit lapides/ ⁊ ligna/ ⁊ aurũ/ ⁊ argentũ/ ⁊ oīa neceſſaria ꝓ tēplo edificando: ⁊ ſic p̄cepit Salomoni vt edificaret illud templũ iuxta exemplar ⁊ deſcriptionē ſibi traditā: ⁊ ſic etiam diſtribuit oīa officia ad cultũ diuinũ ꝑtinētia per ſacerdotes ⁊ leuitas. Ex quo pꝫ ꝙ licet Dauid nō edificauerit tēplũ in effectu: tñ edificauit ipm̄ in affectu: vt pꝫ. j. Paral. xxviij. ca. Ex qua deuotione ⁊ ꝓpoſito meruit promiſſionē de meſſia futuro: ⁊ hoc allegat hic. quaſi dicat. O domine/ non ſolūmodo memēto manſuetudinis ipſius Dauid ⁊ patiētie ſupradicte: ſed etiam memēto ſicut ⁊ qualr̄ iurauit. i. cũ iuſto ⁊ firmo ꝓpoſito decreuit: ⁊ quō vouit votũ deo Jacob/ de tēplo edificādo. ⁊ ſic nō ſolūmō recorderis eiꝰ māſuetudinis: ſed etiā voti qđ vouit deo Jacob vt edificaret tēplũ deo Jacob. Et notanter dr̄ deo Jacob. Nā Dauid ꝯtēplās illud myſteriũ qualr̄. Jacob vidit ſcalā ⁊ erexit lapidē in titulũ effundēs oleũ deſup: ⁊ dixit. Nihil aliud eſt hic niſi domꝰ dei ⁊ porta celi: ꝑ hoc myſteriũ p̄uidit totũ edificium eccl̄ie future ꝑ Chriſtũ. Et iō dicit. Votum vouit deo Jacob. q. d. ꝙ vouit edificare tēplũ qđ fuit figuratum ꝑ myſteriũ ipſius Jacob. Ge. xxviij. cũ erexit lapidē in titulũ/ dicēs. Erit mihi dñs in deum: et lapis iſte in titulũ: ⁊ vocabitur domus dei ⁊c. Et explicat votum quod fecerat/ dicens.

ij. Regum.

**Si introiro in tabernaculuz domus mee: ſi aſcendero in lectum ſtrati mei.**

**Si dedero ſomnum oculis meis: ⁊ palpebris meis dormitationem.**

**Et requiem tp̄ibus meis donec inueniam locũ domino: tabernaculũ deo Jacob.**

¶ Si introiro in tabernaculũ domꝰ mee: ⁊ ponitur ſi ꝓ nō. i. nō itrabo in tabernaculũ domꝰ mee: nec aſcendā in lectũ ſtrati mei nec dabo ſomnũ oculis meis: nec palpebris dormitationē: nec dabo requiē tp̄ibꝰ meis. ſ. illis ꝑtibꝰ capitis vbi ſomnꝰ ſituatur: ⁊ vbi obſtruitur ſenſus cōis: ⁊ ſenſus exteriores ligātur q̄ tp̄a vocātur: cuiꝰ ꝑtis ſomnꝰ eſt paſſio. Iſta non faciā ſupple cũ quiete donec inueniā locũ dño: ⁊ donec iueniā tabernaculũ deo Jacob vbi arca reponatur. Vñ hic Dauid non dicit ꝙ non comederit: nec dormierit poſt votũ factũ: ſꝫ loquitur ſm̄ modũ loquēdi vulgarē: ſicut cũ q̄s dicit: non comedā/ nec bibā cũ q̄ete ſupple donec faciā qđ ꝓmiſi. Hoc aũt votũ fecit Dauid. ij. Reg. vij. cap. cũ dicit ad Nathā. Vides ꝙ ego habitē i domo cedrina/ ⁊ arca dñi poſita ſit i medio pellũ: ⁊ tūc Dauid fecit votum apud ſe edificare magnificũ templũ i quo arca quieſceret.

**Ecce audiuimus eam in effrata: inuenimꝰ eam in campis ſylue.**

**Introibimus in tabernaculũ eiꝰ: adorabimus in loco vbi ſteterũt pedes eius.**

¶ Ad cuiꝰ itelligētiā eſt notādũ/ ꝙ iſta arca dñi i q̄ figurabatur myſteriũ xp̄i ⁊ eccl̄ie fuit facta ꝑ Moyſen in deſerto: ⁊ iuxta mōtē Sinai. Exo. xxv. Scđo fuit portata. xl. annis ꝑ deſertũ ꝑ multas māſiōes. Tertio fuit itroducta i terrā ꝓmiſſiōis ꝑ Jordanē aq̄s tetrorſuz ꝯuerſis ſupra. xij. lapides. Joſue. iiij. Quarto fuit collocata i Silo/ q̄ ē i mōte ⁊ tribu Effraim. Quito fuit capta a Philiſteis: ⁊ tranſlata de ciuitate i ciuitatē eoꝝ: vt pꝫ. j. Re. v. ⁊ inde reducta i Berſames ſiue Chariathiariz. j. ca. vij. ⁊ inde i Maſphath: ⁊ inde in Gabaa: poſtea i Nobe: vbi erat tp̄e ſaulis: ⁊ cũ Dauid comedit panes ꝓpoſitiōis: ⁊ cepit gladiũ Golie ab Achimelech. j. Reg. xxj. Et exinde trāſlata eſt in Gabaa in domũ Aminadab/ quando Saul p̄cepit deſtrui ciuitatē Nobe/ ⁊ necari ſacerdotes. j. Regũ. xxij. Et exinde tranſtulit eā Dauid i domũ Obededom: vbi manſit ꝓpter mortem Ozei ⁊ exinde in Hieruſalem vbi Dauid tetendit ipſi tabernaculũ. ij. Re. v. Ex quo pꝫ ꝙ vltra. cccc. annos arca dñi peregrinata eſt ꝑ diuerſa loca: ⁊ nunꝙ̃ quieuit. Et ideo ꝓpter iſtas tā frequentes trāſmutationes Dauid fecit votũ de tēplo fixo edificando: et iō ait ⁊ ſubdit. Nō mireris ſup. quare feci tale votuz. Nā ecce audiuimus eam in effrata. i. in Silo terra Effraim: ⁊ poſtea inuenimus ipām vagā ⁊ inquietā in cāpis ſylue. i. in Gabaa in domo Obededom: et ideo volui ipſi edificare domũ ⁊ tēplũ vbi cōtinue quieſcat: ⁊ ſic introibimus in tabernaculũ eius: et adorabimus in loco vbi ſteterũt pedes eiꝰ. Litera Hierony. habet. Intremꝰ in tabernaculũ eiꝰ: ⁊ adorēmus in loco vbi ſteterunt pedes eiꝰ. Et tunc ſnīa eſt magis clara. q. d. Ideo iuraui tēplum edificare ne amplius arca dñi vagetur ⁊ peregrinetur per cāpos ⁊ ſyluas ſed ſit firma et quieta: ⁊ intremꝰ in tabernaculũ eius: et adoremus in loco arce vbi ſteterũt pedes eiꝰ. Et notanter dicitur. Audiuimꝰ eā in effrata. Nā dñi arca dñi fuit in Silo frequenter audiebātur reſponſa ex ea: vt pꝫ ꝑ totũ librũ Judicũ. Itez notanter etiā dicitur. Adorabimus in loco vbi ſteterunt pedes eiꝰ. Nā in arca federis dicebatur dñs habere pedes et ſedere ſup Cherubin. vt pꝫ. iij. Reg. vj. ⁊. j. paraly. xxviij. ⁊. ij. Paraly. iij. Et ſic deus dabat rñſa ex arca: ⁊ ſic deꝰ audiebat ſꝫ non videbatur. Et ſic illa arca figurabat corpꝰ ⁊ humanitatē Chriſti in qua deꝰ ꝑſonalr̄ latebat ⁊ audiebatur ab apl̄is ⁊ Judeis: ſed nō videbatur oculis corpis. Item ſicut illa arca capta eſt a Philiſteis ⁊ deluſa ꝓpter pctā ꝓpl̄i: ita humanitas Chriſti ſiue Chriſtus in humanitate fuit deluſus/ ⁊ tractꝰ/ ⁊ mortuꝰ/ et ſepultus. Itē ſicut philiſtini fuerūt puniti ꝓpter arcā: ⁊ percuſſi in poſteriora opprobrio ſempiterno: ita Judei fuerunt deſtructi/ et regnũ eoꝝ ꝓpter mortē Chriſti. Et ſicut in illa arca ⁊ tēplo deꝰ adorabatur/ ⁊ dicebatur habitare/ ⁊ habere pedes ſuos: ita deꝰ habitat in illa humanitate Chriſti ꝑ vnionē ſuppoſitalem: et dicitur habere pedes i illa humanitate/ immo illa humanitas dicitur quaſi pedes dei. Et etiā Chriſtus dicitur habitare in tota eccl̄ia ⁊ habere pedes in ea: ⁊ eo ꝙ eſt caput eccl̄ie. Ex ſupradictis pꝫ explicite tota deuotio ⁊ promiſſio ipſius Dauid.

**Exurge domine in requiem tuā: tu ⁊ arca ſanctificationis tue.**

**Sacerdotes tui induantur iuſtitiam: ⁊ ſancti tui exultent.**

¶ In hac. ij. parte Dauid exponit ſuā petitionē: vt deus impleat ſuā ꝓmiſſionē petendo meſſiā i lege ꝓmiſſum/ ⁊ edificationē eccl̄ie future. Verũtñ Judei moderni exponūt totā partē ſequentē de petitione tēpli materialis ꝑ Salomonē edificandi: et de ꝓſperitate ſacerdotij/ ⁊ regni tp̄alibꝰ Salomonis: dicētes ꝙ Dauid vel Salomō in hac pte petit vt tēplũ materiale edificetur/ ⁊ arca in eo reponatur: ⁊ cultus diuinꝰ ꝑ ſacerdotes augeatur: et exerceatur in eodē tēplo materiali. Sed iſta intelligentia eſt friuola ⁊ falſa. Primo qꝛ ꝓmiſſio facta ipi Dauid non fuit principaliter de tēplo materiali: nec de regno tp̄ali: vt pluries ꝓbatũ eſt. Scđo qꝛ Dauid non petit hic regē tp̄alē: nec tēplũ materiale. Hoc probatur Nā ſi deꝰ prohibuit ne Dauid edificaret hoc tēplũ materiale: aut hoc fecit: qꝛ Dauid erat indignus et Salomon dignꝰ/ aut propter aliā cauſā latētē ꝓpter aliqđ myſteriũ. Nō primũ. ¶ Nā Dauid ſemꝑ fuit dignior ⁊ ſanctior Salomōe. Naz in ſua prima vnctione recepit ſpiritũ ſanctũ ⁊ ſpm̄ gratie: vt pꝫ j. Reg. xvj. nec vnꝙ̃ Salomon fuit ipſi cōparandꝰ in manſuetudine/ ⁊ patiētia/ et deuotione: nec fidelitate. Nā oīa q̄ fecit Salomon erga cultũ diuinuz fecit ex precepto Dauid patris ſui/ nec aliq̄d expoſuit de ſuo. Nā oīa neceſſaria reliquit ipſi pater: vt ſupradictũ ē/ immo plura expoſuit Salomō in cōſtructione triũ tēplorũ idolis dedicatorũ ꝓ vxoribus alienigenis ꝙ vnꝙ̃ expoſuit in templo dñi: immo cā hmōi edificij impoſuit ꝓpl̄is exactiones pecuniaruz/ ⁊ onera importabilia: vt pꝫ. iij. Reg. xij. Itē Dauid/ nunꝙ̃ apoſtatauit ſicut Salomon. Itē licet Dauid peccauerit q̄nꝙ: tñ a fide nunꝙ̃ apoſtatauit. Et ſic dicitur ꝙ deus dicit: ꝙ Dauid fuit vir ſanguinis: ⁊ ꝓpter hoc non fuit dignꝰ edificare tēplũ: ꝑ eandē rationē pōt dici ꝙ Salomon fuit minꝰ dignꝰ. Nā Dauid nō effudit niſi ſanguinē īfideliũ pro defenſione diuine legis. ſoluz aũt legitur effudiſſe ſemel ſanguinē innocētē: hoc eſt in homicidio Vrie. Sed Salomō multũ ſanguinē effudit i principio. Nā fratrē ſuũ Adoniā ⁊ Joab interfecit: et eiꝰ ſanguine cornu altaris violauit. ergo minꝰ fuit dignꝰ edificare tēplũ. ⁊ ideo eſt dicenduz ꝙ illa ꝓhibitio habet aliā cauſam latentē. q. d. deꝰ. Tu Dauid non es dignꝰ edificare eccl̄iam: ſꝫ filiꝰ tuꝰ Jeſus ꝑ ſcđm carnē egredietur poſtea. Vñ in illa edificatione templi latebat totũ myſteriũ incarnationis. Naz ſicut Dauid p̄parauit oīa neceſſaria ꝓ illo tēplo/ ſꝫ Salomon dedit operā edificio: ita ꝑ hoc figurabatur ꝙ verbũ diuinũ ſolūmodo debebat ſumere carnē ex gñe Dauid ex puris ſanguinibus virginis: ſed non modo naturali: qꝛ ſolus ſpūs ſanctus debebat formare corpus Chriſti ex illis puris ſanguinibꝰ virginis: in qua carne ⁊ tēplo verbũ ꝑſonaliter habitauit. Itē ꝑ hoc eti ſignificabatur ꝙ nec Dauid nec aliq̄s alius poterat edificare eccleſiā niſi ſolꝰ xp̄s ꝑ Salomonē figuratꝰ. Ex q̄bus pꝫ ꝙ illa prohibitio potius facta eſt in figura tēpli ſpūalis: ⁊ nō ſolūmodo ꝓpter illud tēplũ materiale. Ex dictis ergo in hoc pſal. et in ceteris pꝫ ꝙ illa ꝓmiſſio nō eſt facta p̄ciſe nec principaliter de tēplo materiali: ſꝫ de tēplo ſpūali ꝑ Chriſtũ edificando. ⁊ hoc petit Dauid in hac parte. q. d. O dñe poſtꝙ̃ ego impleui votũ meũ ſicut iuraui ⁊ voui. Naz oīa neceſſaria ꝓ tēplo conſtruendo p̄parauit: ⁊ tēplũ in voto ⁊ affectu edificaui: ergo tu imple ⁊ fac qđ ꝓmiſiſti. ſ. mitte filiũ tuũ ⁊ ſumat carnē ⁊ cōſtruat tēplũ eccl̄ie: i quo oēs debemus ſaluari. Vñ dicit. O dñe Jeſu Chriſte poſtꝙ̃ ego fecit tēplũ ꝑ qđ figuratur myſteriũ incarnationis/ ergo ſurge in requiē tuā. i. veni. et accipe carnē ex virgine/ ⁊ ſume humanitatē i qua requieſcas: qꝛ hoc figurabat illa arca teſtamēti: et ſurgat etiam arca ſctificatiōis tue. ſ. tota eccl̄ia quā tu es edificaturꝰ ꝑ p̄dicationē tuā: ⁊ ꝑ mortē ⁊ paſſionez ⁊ ſacramētorũ inſtitutionē: ⁊ ſurgat eccl̄ia. i. edificetur in altũ ſupra firmā petrā/ q̄ dicitur arca ſanctificatiōis tue: eo ꝙ tu ſanctificabis ⁊ cōſecrabis eā ſanguine tuo: et ſctificaberis et adoraberis in ea. ¶ Vñ ē notādũ ſicut ſupra dictũ eſt: ꝙ arca dñi p̄mo figurabat humanitatē xp̄i: ⁊ ex cōſequēti figurabat eccl̄iam. ⁊ iō de vtraꝙ dicitur/ Surge dñe in requiē tuā: qꝛ in vtraꝙ quieſcit Chriſtꝰ et latet: et ponitur ſurgere ꝓ apparere. ⁊. ō dicit. Surge dñe i re-

A Quare ſolomon et nō dd edificauit tēplũ.

Nota.

Eccl̄ia a ſolo Xp̄o potuit edificari.

B Arca dñi eccleſia vt xp̄i humanitas.

quiem tuā.i.appare nobis in carne:⁊ oſtende te in eccl'ia. Poteſt hoc etiā referri ad reſurrectionē corporis Chriſti qđ p̄mū fuit ſolutū per mortē:et poſtea reedificatū p reſurrectionē:⁊ ideo dicit. Surge dn̄e in requiē tuam.i.ſurge a mortuis: tu ⁊ corpus tuū glorioſum:qđ eſt arca ſanctificatiōis tue:⁊ ſurgat etiā eccl'ia tecū. Nā tua reſurrectio erit cauſa noſtre reſurrectiōis. Vn̄ te reſurgēte ſurget eccl'ia que eſt arca ſanctificationis tue. Nā dabis poteſtatē ſacerdotibus ad cōficienda ſacramēta:et dabis eis dona ſp̄ūs ſancti ⁊ induētur virtute ex alto:vt ſancti tui apl'i exultent.⁊ ideo ſequit̄. Sacerdotes tui induant̄ iuſtitiā.i.virtutē ⁊ poteſtatē eccl'iaſticā et dona ſp̄ūs ſcti/⁊ ſancti tui ⁊ oēs fideles exultent in tali ſanctificatione. Duo ergo petit Dauid ī his duobus verſiculis ſub figura iſtius arce. Primo petit myſteriū incarnationis ⁊ reſurrectiōis. Scđo petit edificationē eccl'ie et noſtrā redēptionē ⁊ ſacramentoꝝ inſtitutionē. Itē p arcā ſanctificationis Chriſti pōt etiaꝫ intelligi virgo Maria:q̄ fuit arca ſanctitatis Chriſti:in qua Chriſt⁹ p nouē menſes quieuit ſcđm carnē:et poſtea ſingulariter ſemper requieuit ⁊ inhabitauit per gratiam.

de cō-
ſe.di.ſ.
§.ſ.in
princ.

**Propter Dauid ſeruum tuum: non auertas faciez Chriſti tui.**

¶ Hic delirāt Iudei dicentes:q̄ qn̄ Salomon introducebat arcā in tēplū:⁊ fuit ī iſto.xiij.gradu q̄ tunc clauſe fuerūt porte tēpli p ſe. Tunc Salomon putans q̄ hoc fuit factū ꝑpter peccatū Dauid pro homicidio Urie orando ad deum dixit:O dn̄e/non auertas faciē Chriſti tui.i.a Chriſto tuo Salomone q̄ eſt iuſtus/ꝑpter Dauid.i.ꝑpter pctm̄ Dauid Et dicunt Iudei q̄ tunc facta oratione ⁊ dicto iſto verſiculo illico fuerūt apte porte tēpli miraculoſe Sed hoc eſt manifeſte falſum ⁊ cōfictū: ⁊ cōtradicit toti ſcripture p̄cedēti:in qua dictū eſt. Memēto dn̄e Dauid:⁊ oīs māſuetudinis eius. ⁊ allegatur eius māſuetudo ⁊ deuotio. Apparet etiaꝫ p hoc dō ſeq̄t̄. Iurauit dn̄s Dauid veritateꝫ:vbi allegat̄ ipi facta ꝑmiſſio.ergo Dauid hic poti⁹ noīatur:vt ex eius meritis de⁹ impleat qđ petit̄ in hoc pſal. ⁊ nō oppoſitū/ſicut iſti dicūt. Eſt iō iſta oratio Dauidin qua rogat deū vt veniat ⁊ appareat in carnē/⁊ edificet eccl'iaꝫ:⁊ hoc vt ſatiſfaciat ſue deuotioni ⁊ māſuetudini:⁊ ſibi facte promiſſioni. Vn̄ dicit Dauid. O dn̄e/ſurge in requiē tuā ⁊c.⁊ ꝑpter Dauid ſeruū tuū.i.ꝑpter eius manſuetudinē ⁊ deuotionē te rogo:vt nō auertas ab eo faciē et notitiā ⁊ viſionem meſſie Chriſti tui.immo mitte ipſum in carnē:⁊ videat̄ ab oībus eius facies ⁊ humanitas ſicut ꝑmiſiſti:⁊ hoc fac ꝑpter Dauid ſeruū tuū.i.amore Dauid ſerui tui:⁊ ꝑpter manſuetudinē:⁊ fidē ⁊ deuotionem:quam tibi ſeruauit ſicut ꝑmiſiſti ⁊ iuraſti.

Act. ij.
e.
xxiiij.
q.ſ.lo-
quit̄ ⁊
c.oib⁹
xciij.
diſ.le-
gin⁹.
ij.reg.
vij.

**Iurauit domin⁹ Dauid veritatē ⁊ nō fruſtrabitur eum:de fructu ventris tui ponaꝫ ſuper ſedem tuam.**

**Si cuſtodierint filij tui teſtamētum meū: ⁊ teſtimonia mea hec que docebo eos:**

**Et filij eorum vſq̄ in ſeculum ſedebunt ſuper ſedem tuam.**

**Quia tenebre non obſcurabuntur a te: et nox ſicut dies illuminabitur: ſicut tenebre eius ita ⁊ lumen eius.**

¶ Hic oſtendit deuꝫ ſcire omnia/qꝛ nulla tenebra reſiſtit ipſi. eo ꝙ ipſe eſt lux per eſſentiam illuminans omnia. nam ſicut ipſi ſoli nō reſiſtit tenebra: cum de ſe ſit luminoſus: immo fugat tenebras ⁊ illuminat diaphanum: ita deus cum ſit lux per eſſentiam/fugat oēs tenebras ⁊ illuminat omnia. Dicit ergo Chriſtus loquens in perſona alicuius inſipientis: ⁊ dixi id eſt cogitaui: id eſt ſi cogitarē tanꝗ̄ inſipiens: forſitan tenebre cōculcabunt me/id eſt ponā me in aliquo tenebroſo loco vbi tenebre abſcondant me ne videat me deus. ſed hoc eſſet ſuperfluum et ſtultum ſupple. nam talis nox et tenebra mea eſſet illuminatio/et illuminata reſpectu dei q̄ lumine ſuo illuminat omnia ⁊ fugat ⁊ noctē ⁊ tenebras. Nam oculus catti ſimul illuminat mediuꝫ de nocte et videt murem: ergo a fortiori deus qui eſt ipſa lux per eſſentiam/fugat tenebras ⁊ illuminat ⁊ videt in tenebris: qꝛ pro eo nulla eſt tenebra. Unde hoc dicit propter. ſtultos peccantes in occulto qui putant ꝙ poſtꝗ̄ homines non vident peccata eorum: ſic nec etiam deus. Jdeo dicit: nox mea ⁊ illuminatio eſt manifeſta deo in meis delitijs ⁊ peccatis: id eſt peccata mea erunt ita deo manifeſta i nocte ſicut in die ideo ſequitur: Quia tenebre non obſcurabuntur: id eſt abſcondentur a te: nec aliqd̄ in eis latebit immo nox tibi ⁊ a te illuminabitur ſicut dies. ⁊ mutat perſonam per ſyneptesim/dicēs. Sicut tenebre eius: ita ⁊ lumen eius: id eſt deus eodem modo ſe habet in tenebris ſicut in lumine. ſicut ſe habet lumen ad eum: ita et tenebra: ſicut videt in lumine: ita in tenebris et non eſt differentia apud eum. Ab iſto ergo pſalmo accepit Salomon illud qd̄ dicit ſapientie primo. Spiritus dn̄i repleuit orbē terrarū et hoc qd̄ continet oīa ſcientiā habet vocis ⁊c. Jtē infra capitulo ſeptimo: Jn nationes per animas ſanctas ſe trāſfert ⁊c. Attingit ergo a fine vſqꝫ ad finē fortiter: ⁊ diſponit oīa ſuauiter. Jtē ab hoc pſalmo accepit Boetius quinto de cōſolatiōe carmine primo illud qd̄ dicit. Puro clarū lumine phebū melliflui canit oris. Homerus. Qui tn̄ intima viſcera terre Non valet aut pelagi radiorū. Jnfirma perrumpere luce. Haud. ſic magni cōditor orbis. Huic ex alto cuncta tuenti: nulla terre mole reſiſtūt ⁊c. Que ſint/q̄ fuerint/veniētꝫ: vno mētis cernit in ictu. Quē qꝛ reſpicit oīa ſolus verū poſſis dicere ſolē. Oīa ergo quinqꝫ predicta comprehendit Boetius in hoc carmine.

**Quia tu poſſediſti renes meos: ſuſcepiſti me de vtero matris mee.**

**Cōfitebor tibi quia terribiliter magnificatus es: mirabilia opa tua: ⁊ anima mea cognoſcet nimis**

¶ Hic probat ꝙ ſcientia dei etiā ſe extēdit ad cogitationes hominū: eo ꝙ illabitur mentib⁹ hoīm ⁊ poſſidet ſecreta cordis noſtri: ⁊ ꝑſcrutat̄ corda ⁊ renes: ⁊ interiora noſtra: qꝫ ſoli ipſi conuenit. Et ratio eſt. nā homo nō pōt ſcire niſi qd̄ capit per ſenſum: ſed cogitationes noſtre anteꝗ̄ faciant effectum nō capiunt l aliquā ſpeciē ad extra: iō nemo poteſt ſcire cogitationē alterius: nec etiam angel⁹ cum non habeat ſcientiā niſi eorū quoꝝ hꝫ ſpecies concreatas rerū que ſunt a deo facte ⁊ create ſecūdū ſpeciē ⁊c. Cogitatio autem ⁊ deſideriū hoīs et affectus volūtatis anteꝗ̄ eliciat actū ad extra manet in ſola voluntate: ideo ſoli deo eſt cognit⁹ qui illabitur volūtati/⁊ eſt ipſi intimus. Jdeo dicit hic Chriſt⁹: tu pater nō ſolū ſcis opera mea ꝓpter rationes iam dictas: ſed etiā ſcis cogitatiōes: meas eo qd̄ tu poſſediſti renes/id eſt ſecreta mea interiora: ⁊ cor meū ꝑ illapſum: quod tibi ſoli conuenit: q̄ perſcrutaris corda ⁊ renes: quia es intim⁹ oībus rebus: cum oībus influas eſſe ⁊ oīa dependeant a te in eſſe. ergo eſſe tuū eſt intimū oībus: aliter deficerēt oīa. Quia ergo tu poſſediſti renes meos: vt dictum eſt: ⁊ ſuſcepiſti me de vtero matris mee: in quo me formaſti: ideo mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me ⁊ de me: quā ſcientiā nemo pōt habere niſi tu ꝓpter ꝑdicta. iō ergo p̄re ceteris cōfitebor tibi grās agendo cū abſqꝫ ſemine viri ex ſolo opere ſpiritus ſancti i vtero virginali matris mee ex puris ſanguinib⁹ me formaſti. Jdeo dico tibi: ꝙ mirabilia ſunt opa tua i me: magiſqꝫ i ceteris iō anima mea hoc cognoſcet nimis ⁊ valde: ⁊ nō erit tibi ingrata: imo hec ſemper cognoſcet: ⁊ cōfitebit̄ tibi: ⁊ laudabit te grās agendo Litera vero Hieronymi hꝫ. Cōfitebor tibi qꝛ magnificaſti me. qd̄ idē eſt ſecundū expoſitionē predictā/⁊ magis clarā.

**Non eſt occultatum os meum a te quod feciſti in occulto: ⁊ ſubſtantia mea in inferioribus terre.**

¶ Hic oſtendit ꝙ nullū corpus opacū ⁊ ſpiſſum reſiſtit viſui ⁊ ſcientie dei. nā nos nō poſſum⁹ videre niſi per diaphanū illuminatū: ſed deus nō ſolū videt per diaphanū tenebroſum in nocte: vt dictum eſt ſed etiam per mediū ⁊ corpus opacū ⁊ groſſum penetrās lapides ⁊ muros: nā etiā videt oſſa nr̄a: que licet carnib⁹ ⁊ neruis ⁊ pellib⁹ ſint tecta/ſunt tamen ei manifeſta. ideo ait. Os meū quod poſuiſti in occulto corporis tanꝗ̄ fundamētū/nō eſt occultatum: immo manifeſtū: ⁊ tota ſubſtātia mea et vita ⁊ anima mea que eſt poſita i inferiorib⁹ terre huius corporis nō eſt occultata a te: immo manifeſta: ⁊ etiā ſubſtantia mea ⁊ totū corpus meum cū erit ſepultum in inferiorib⁹ terre nō erit tibi occultū: ⁊ ſubſtantia mea: id eſt aīa que eſt forma huius corporis ⁊ eſt in inferioribus terre: id eſt itima materie prime quā immediate informat ⁊ dat ipſi eſſe ſubſtantiale: nō eſt tibi occulta. Ex quo patet/ꝙ tibi non reſiſtit tempus: nec locus/nec tenebra/nec corpus opacū/nec ſecretū cordis: quia oīa penetras: quia es vbiqꝫ ⁊ ſemper: ⁊ p̄ cōſequēs oīa ſcis: ⁊ nihil te fugit: nec tibi reſiſtit. ¶ Nota ꝙ Abēzara per os intelligit potētiam exiſtētem in materia prima: Jdeo dicit ꝙ os meū/id eſt potētia mea non fuit tibi occultata. Et cum erā in embrione/id eſt dū ego eram in potētia in materia prima anteꝗ̄ haberem eſſe in actu: iam cognoſcebas me: quia non erat tibi occulta potētia mea in materia p̄ma ⁊ etiā ſubſtantia mea duꝫ erat in inferiorib⁹ terre id eſt in materia elementorū/nō erat tibi occulta. Jntelligit enim per terrā materiam elementorum. Quaſi dicat: non ſolū dū eram in materia elementorū: ſed etiam duꝫ eram in potentia materie p̄me anteꝗ̄ producerer/noſcebas me. Jdeo ſequit̄. Jmperfectū meū viderunt oculi tui/id eſt imperfectū meū informē anteꝗ̄ reciperet formaꝫ in embrione Sed iſte manifeſte mentit̄. Primo qꝛ tollit ſacr̄m latens in hac litera. Secūdo eſt heretic⁹: quia anima Dauid nunꝗ̄ fuit in potentia materie cum ſit a deo de nihilo creata in corpore ⁊c. ⁊ non ſit educta de potentia materie: ſed de foris per creationē: vt patet. xvj. de animalibus/⁊ in libro de proprietatibus elementorū. Jntendit ergo dicere Dauid ꝙ lꝫ oſſa noſtra ſint occulta ⁊ inuiſa: eo ꝙ ſunt carnib⁹ ⁊ pellibus cooperta: tamē ipſa oſſa ſunt deo manifeſta: quia carnes ⁊ pelles nō obſtāt diuine viſioni ⁊ cogitationi. Jtē ſubſtantia noſtra accidētib⁹ cooperta nō eſt ipſi deo occultata: nam licet viſus noſter non attingat ſubſtantiā: ſed ſola accidētia: tamen intellect⁹ ⁊ viſus diuinus attingit oīa ab infimis vſqꝫ in ſummū. ⁊ ſic licet ſubſtātia hominis que eſt anima ⁊ materia prima ſit occultata ⁊ abſconſa in inferioribus terre/id eſt corporis terreni tamen non eſt occulta: immo manifeſta ipſi deo.

**Jmperfectum meum viderunt occuli tui ⁊ in libro tuo omnes ſcribentur: dies formabuntur ⁊ nemo in eis.**

de cō. di. i. ſicut in ſacramentis

¶ Hic oſtendit ꝙ res ante ſuū eſſe erāt ab eterno cognite ipſi deo. Et ſic cognoſcit oīa anteꝗ̄ fiant. ¶ Ad cui⁹ euidētiā eſt notandū: qꝛ iſta. vij. ſe habent per ordinē apud deū reſpectu noſtri/ſcꝫ dilectio/electio predeſtinatio ſcriptio i libro vite/vocatio: iuſtificatio/magnificatio: ſiue beatificatio. Nā de⁹ p̄mo ab eterno dilexit ſuos futuros. Scd̄o elegit eos ſeparādo ab īprobis ⁊ reprobis futuris Tertio ſcripſit eos in libro vite ſecunduꝫ eternum propoſitū: qꝛ formaliter ⁊ diſtincte propoſuit eos ſaluare. Quarto p̄deſtinauit eos ad gloriā futurā preparādo eis gratiā. que quidē quatuor fuerunt ab eterno in diuina volūtate. Quinto ex tempore vnūquēqꝫ predeſtinatorū vocauit. Sexto ipos iuſtificauit in hac vita. Septimo ipſos magnificauit ſiue glorificauit ⁊ beatificauit in celo Sed de his ſeptē actib⁹ dei/omiſſis trib⁹: enumerat quatuor apoſtolus ad Romanos. viij. Ū dicit Quos deus predeſtinauit hos ⁊ vocauit: ⁊ quos vocauit hos ⁊ iuſtificauit: quos aūt iuſtificauit hos et magnificauit. in gloria ſupple. Sed ad Ephe. j. ponit quaſi tres primos: cū dicit. Benedictus de⁹ et pater domini noſtri Jeſu Chriſti/qui dilexit nos ⁊ elegit in ipſo ante mūdi cōſtitutionē: vt eſſemus ſancti ⁊ imaculati: ⁊ q̄ predeſtinauit nos ⁊c. Ex quo ptꝫ ꝙ quinqꝫ fuerūt ab eterno. Nam primo deus nouit

no bñ iſta ſeptem apud deū reſpectu noſtri



Quia

oēs tam bonos ꝙ̄ malos. Secūdo dilexit quos voluit futuros bonos. Tertio elegit bonos ſeparādo a malis/ ⁊ per ꝯñs tunc reprobauit etiā quos preſciuit ⁊ ꝑnouit futuros malos. Quarto bonos ſcripſit in libro vite/ ⁊ malos in libro mortis. Quīto bonis preparauit grām ⁊ hec dicit̄ predeſtinatio. Ex quibus oībus patet/ qḋ deus ab eterno prenouit omnes tam bonos ꝙ̄ malos. Nā dilectio preſupponit notitiā/ ſecūdū Auguſtinū/ ⁊ veritatē. ¶ Sʒ iterum eſt aduertendū: qḋ iſte liber ī quo oēs ab eterno ſunt ſcripti eſt duplex. Unus dicit̄ liber vite et predeſtinationis: alius liber mortis. In libro vite ſcribunt̄ oēs predeſtinati ⁊ electi. In libro autem mortis ſcribunt̄/ mali ⁊ reprobati. Sed etiaʒ liber vite eſt duplex. Unus qui dicit̄ liber vite ſecunduʒ eternū propoſitū/ in quo ſcribūtur ſoli ꝑdeſtinati quos de⁹ elegit ab eterno ⁊ ꝓpoſuit ſaluare. ⁊ iſte ꝓprie dicit̄ liber predeſtinationis. Secundus dicitur liber vite ſecūdū preſentē diſpoſitionē. nā quādocunq; quis eſt in gratia ſcribit̄ in iſto libro: q2 ꝑ illo tempore eſt deo charus ⁊ acceptus ſecūdū preſentē ⁊ talem diſpoſitionē/ eo ꝙ viuit per gratiam ſed quando perdit gratiā per peccatū tunc deletur de iſto libro vite ⁊ ſcribitur in libro mortis .i. dānationis. ⁊ quando per penitentiā reuertitur ad gratiam: tunc deletur de libro mortis: ⁊ reſcribit̄ ī hoc libro vite. ſed ſi eſt predeſtinatus nunq̄ deletur de primo libro vite: ſcʒ de libro ꝑdeſtinationis ſecundum eternū propoſitum. Ex quo ptʒ/ ꝙ multi ſunt ſcripti in libro ꝑdeſtinationis ſecundū eternū propoſitum/ qui non ſunt ſcripti in libro vite ſecundū preſentē diſpoſitionē. ſicut Paulus ⁊ Auguſtinus qui ab eterno fuerunt predeſtinati: ſed per multa tēpora fuerunt ſcripti in libro mortis ſecundū preſentem diſpoſitionē dum fuerunt in peccato et infidelitate/ Et multi poſſunt eſſe ſcripti in libro vite ſecundū preſentē diſpoſitionē qui ſunt ſcripti in libro mortis ⁊ reprobationis ſecundū eternū ꝓpoſitum: ſicut potuit eſſe Judas ſi aliquando fuit ī gratia. Secundo ſequit̄ ꝙ ſicut eſt duplex liber vite ſcilicet predeſtinationis ⁊ preſentis diſpoſitionis/ ita eſt duplex liber mortis. Unus ſecundū eternū propoſitū: in quo ſunt ſcripti omnes preſciti ⁊ reprobati quos deus ab eterno preſciuit ſine penitētia morituros: ⁊ alius eſt liber mortis in quo ſcribuntur oēs q̄ ſunt extra gratiā in peccato. Tertio ſequit̄ ꝙ nemo poteſt deleri de primo libro predeſtinationis/ nec de primo libro mortis ſiue reprobationis: q2 vterq; reſpicit eternū ꝓpoſitū. ſed taʒ de libro vite: q̄ de libro mortis ſecundū ꝑſenteʒ diſpoſitionē quotidie poſſunt hoīes deleri et reſcribi ⁊ ſcribi. Unde de hoc ſecūdo libro vite dicebat Moyſes/ domine dele me de libro vite ſi non dimittis eis hāc noxā. Exodi. xxij. Quia de primo libro nemo deſiderat nec pōt deleri. Quaſi diceret Moyſes/ Dñe ſi eis nō peperceris incidā in peccatū/ et murmurabo cōtra te: ⁊ ſic perdā grām: ⁊ per ꝯñs delebor de libro vite ſecundū preſentē diſpoſitionē.

Cauſa deſcriptionis ¶ Secundo eſt notandū ꝙ diuerſa eſt cauſa deſcriptionis horū duorū primorū librorū. Nā deus non ideo ſcripſit predeſtinatos in hoc libro: q2 bonos futuros prenouit: ſed q2 ipſe primo diligere et preeligere eos voluit: ⁊ vt boni eſſent eis grām ꝑparauit: ⁊ eos ad gratiā preparauit: vt dicit Apoſtolus ad Epheſios primo. qui elegit nos ante mundi conſtitutionē/ vt eſſemus ſancti ⁊c. Ex quo ptʒ ꝙ cauſa predeſtinationis ⁊ ſcriptionis in libro vite non eſt in predeſtinato: ſed in ſolo deo: Sed per oppoſituʒ eſt de reprobatis: nā deus nō fuit cauſa reprobationis eorū: ſed ideo eos ſcripſit ab eterno in libro reprobationis ⁊ mortis: q2 ab eterno preſciuit eos futuros malos. ⁊ in peccato morituros. Ideo liber mortis nō ponitur in deo niſi obiectiue: ſed ī reprobatis ponitur ſubiectiue: vt dictum eſt pſal. lxviij. In quo libro ſunt ſcripti infideles ⁊c. De quo pſalmo. lxviij. Deleantur de libro viuentiū: ⁊ cū iuſtis non ſcribantur. In libro autem vite et predeſtinationis eſt primo ſcriptus Chriſtus ab eterno: vt patet pſalm o. xxxix. In capite libri ſcriptum eſt d̄ me ⁊c. Et ex conſequenti eſt ſcripta virgo Maria: et poſtea apoſtoli: et ex conſequenti omnes martyres ⁊ omnes iuſti: vt ait Chriſtus Matthei. v. et. x. Et Luce. x. Gaudete et exultate quoniam nomina veſtra ſcripta ſunt in celis. Ex quo patet quod ſoli deo ab eterno eſt cognitus totus numerus electorum ⁊ reproborum. Probatur: q2 ab eterno eos ſcripſit in illis duobus libris: ⁊ ſic ſequitur quod etiā preſciuit ⁊ prenouit omnes futuros homines tam bonos ꝙ̄ malos: qui erunt in nouiſſimis temporibus Antichriſti. quorum nullus in preſenti tempore Ideo dicit Dauid in hoc verſiculo. O domine nō ſolū fuerūt note creature poſtq̄ fuerunt create: ſʒ etiam ab eterno antequam eſſent ī perfecto ſuo eſſe/ nā oculi tui viderunt me imperfectum id eſt anteqū fierem. Litera autem Hieronymi habet. Informem adhuc me viderunt oculi tui/ id eſt ab eterno anteq̄ formaret: ⁊ in libro tuo omnes ſcribent̄ id eſt ſunt ſcripti ab eterno ⁊ apparebunt ſcripti ī die iudicij: qū aperientur libri ſcʒ vnus liber qui eſt vite ⁊ alter qui eſt mortis. Apocaly. xx. Ergo ſi ab eterno omnes ſunt ſcripti in libro tuo mortis ⁊ vite: ergo ab eterno omnes prenouiſti/ ⁊ percipue me prenouiſti: quoniam in capite libri vite ſcripſiſti. Item dies formabuntur: ⁊ nemo eſt in eis. i. tempus nouiſſimum veniet: in quo nemo eſt adhuc: et tamen iam nouiſti omnes qui erunt in illo tempore: ⁊ ſic nihil ignoras. Ex his ergo ſed q̄ dicta ſunt poteſt ꝓbari ꝓpoſitio propoſita in principio. Nam ſi deus cognouit omnia nouiſſima ⁊ antiqua: eo ꝙ̄ cōprehendit ſimul omne tēpus: ⁊ eſt vbiq;/ ⁊ videt tā in tenebris ꝙ̄ in luce/ ⁊ tam per opacum ꝙ̄ per diaphanum ⁊ poſſidet ⁊ ſcrutatur renes ⁊ corda per illapſum: ⁊ ab eterno preuidit oīa anteq̄ formarētur ⁊ oēs hoīes ſcripſit in ſuis libris eligendo ⁊ predeſtinando iuſtos: ⁊ reprobādo malos ergo cognouit humilitatē/ ⁊ obediētiā: ⁊ patientiā/ ⁊ ſeſſionē/ ⁊ reſurrectionē Chriſti: ⁊ pōt ipm habere examīatū ⁊ probatū per oīa: ⁊ per ꝯñs Chriſtus iuſte poteſt mercedē petere. ¶ Ad cuius maiorem declarationē eſt aduertendū: eo ꝙ dicit: Probaſti me ⁊ cognouiſti me ⁊c. Nō qū deus tentauit Abrahā precipiēdo vt immolaret filiū vnicū ⁊ dilectū Iſaac/ nō tē tauit vt de nouo cognoſceret: ſʒ probaret eius obedientiam: nec voluit hoc probare apud ſe cum ab eterno cognouit ipſum obediturū ⁊ ſuis preceptis obtemperaturum: ſʒ vt toti mundo probatū redderet ⁊ oſtenderet: inquātū Iſaac. figurabat Chriſtū deo patri per omnia obtēperaturū: ⁊ ſic deus ꝓbauit obedientiā ipſius Abrahe: ⁊ obedientiam ⁊ humilitatem ipſius Iſaac: ſed deus nō cognouit patientiam per effectū: q2 effect⁹ illius ſacrificij nō ſecutus eſt: non ꝙ Abrahaʒ ⁊ Iſaac nō eſſent parati obedire: ſed q2 deus noluit: eo ꝙ illud fiebat in figura Chriſti/ ſed ſecutus ⁊ impletus eſt effect⁹ ſacrificij in ariete qui inter vepres apparuit: q̄ loco ipſius Iſaac imolatus eſt. per qḋ figuratur: ꝙ ſicut per mortē illius arietis fuit Iſaac liberat⁹ a morte: q2 loco illius aries mortu⁹ eſt: ita Chriſtus erat imolādus ꝓ toto genere hūano: cuius morte oēs eramus liberādi a morte ꝑpetua ad quā eramus deſtinati. Ex quo ptʒ/ ꝙ Chriſtus fuit figurat⁹ per Abrahā ⁊ Iſaac/ quo ad obedientiā ⁊ humilitatem qū decreuit pro oībus mori: cū dicit. Non ſicut ego volo ſed ſicut tu/ fiat volūtas tua. ſʒ figurat⁹ eſt ꝑ arietē cum realiter in cruce ſpōte paſſus eſt. Et ſic ptʒ/ ꝙ de⁹ pater nō ſolū probauit obedientiā ⁊ humilitatē Chriſti: ſed etiā cognouit ei⁹ paſſionem ⁊ ſeſſionē per effectū ⁊ per experientiā: ⁊ probauit ⁊ cognouit eius obediētiā/ ⁊ humilitatem/ ⁊ patientiam in tota ei⁹ paſſiōe ⁊ ſeſſione. Ideo dixit Chriſtus in principio. O dñe pater tu ꝓbaſti me. i. probatū oſtendiſti humilitatē ⁊ obedientiā meā: quia ſpōte me obtuli ad mortē: cū dixi in horto/ fiat volūtas tua/ ⁊ cognouiſti me ꝑ effectū: nō ſolū probaſti me in voto ſicut ꝓbaſti Abrahā: ſed cognouiſti ſeſſionē ⁊ reſurrectionē meā per effectū: quia ſicut immolatus fuit ille aries in effectu pro Iſaac: ita ego mortuus ſum pro omnibus realiter in actu.

Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui deus: nimis confortatus eſt principatus eorum.

Dinumerabo eos ⁊ ſuꝑ arenā multiplicabuntur: exurrexi et adhuc ſum tecum.

¶ In hac ſecunda parte Chriſtus explicat laborē ſuū apud patrem/ oſtendens ſe impleuiſſe oīa que ſibi per patrē fuerant impoſita/ ⁊ propter que pater ipſum miſit in mūdū. ¶ Ad cuius intelligētiaʒ eſt notandū: ꝙ Chriſtus in lege ꝓmiſſus tria erat facturus in mūdo in ſuo aduentu ⁊ legatione: que pertinebant ad officiū ſuū. Nā primo debebat implere ⁊ verificare oīa que fuerāt patriarchis ⁊ prophetis in lege ꝓmiſſa/ ⁊ breuiter debebat implere in ſe oēs ſcripturas veteris teſtamēti. vt ptʒ Matthei. xxvij. totū hoc factum eſt vt adimplerent̄ ſcripture prophetarū. Itē ipſemet ſaluator dicit Luc. xxiiij. Oportet impleri omnia que ſcripta ſunt in lege ⁊ prophetis ⁊ pſalmis de me. Itē Joan. xviij. Ad hoc natus ſum ⁊ ad hoc veni in mundū vt teſtimoniū perhibeam veritati/ id eſt vt verificē ⁊ impleā omnes ſcripturas. Secūdo venit Chriſtus ad vocandū ⁊ iuſtificandū per paſſionē ⁊ legē euāgelicam/ et eccleſiaſtica ſacramenta/ quos pater predeſtinauerāt: vt eos per reſurrectionē magnificaret. vt patet ad Romanos. viij. ⁊ Joānis. xiiij. cum dicit Nemo venit ad patrē niſi per me. Item Matthei. xx. Sedere ad dexterā meam aut ad ſiniſtram non eſt meum dare vobis: ſed quibus paratum eſt a patre meo: id eſt illis quos ab etreno ꝑdeſtinauit. Unde officium Chriſti fuit vocare ⁊ congregare ⁊ iuſtificare predeſtinatos per paſſionē ⁊ ſacramenta: ⁊ eos magnificare ⁊ ſublimare ad immortalitatem per generalem reſurrectiōdē. vt ptʒ Eſaie ⁊ Ezechi. xxxiiij. vbi dicit: Ecce ego ipſe requirā oues meas ⁊c. Tertio Chriſtus debebat cōſummare curſum ſuum: ⁊ officium huius mūdi in ſecūdo aduentu: puta cum fuerit cōpletus numerus electorū et predeſtinatorum: quia tunc debet venire ad iudiciū generale et tribuere vnicuiq; ſecūdum opera eius: puta obſtinatis penā eternaʒ: ⁊ iuſtis regnum celorum. vt ipſe dicit Matthei. xxv. ⁊ tunc reddet regnum ⁊ hereditatē deo ⁊ patri. vt ait apoſtolus prime ad Corinthios. xv. quia ſponſa erit ornata veſtibus immortalitatis: ⁊ tunc introducetur cum ſponſo in celeſtem Hieruſalem. vt patet Apoc. vigeſimo primo. Iſta ergo tria myſteria explicat Chriſtus per os Dauid in vltima parte huius pſalmi. Nam primo demonſtrat apud patreʒ in die iudicij qualiter ipſe vocauit ⁊ iuſtificauit ⁊ magnificauit omnes ꝑdeſtinatos ⁊ compleuit numerum electorum. Secūdo petit apud patrem vt deſtinent̄ dānati in penam eternam. Tertio petit pro iuſtis ⁊ electis gloriā eternā. Secundū ibi. Si occideris de⁹ peccatores. Tertiū ibi. Proba me de⁹.

¶ Quantū ad primum eſt aduertendum/ ꝙ in his duobus verſibus latet magnus theſaurus et maxima myſteria: ad que Iudei non poſſunt attingere/ eo ꝙ excecauit eos malitia eorū ne intelligant ſacramenta hic abſconſa: que ſine gratia intelligi non poſſunt. Nam totus iſte pſalmus ⁊ ſpecialiter iſti duo verſiculi fundantur ſuper quinq; ꝓmiſſiones inter ceteras factas patribus antiquis: in quibus Dauid in ſpiritu preuidit premiū paſſionis et reſurrectionis Chriſti. Ideo fecit iſtū pſalmum in quo introducit Chriſtū loquentē ⁊ petentē hereditatem regni celorū in premiū pro membris ſuis. vt dictuʒ eſt. Quarum promiſſionum prima facta eſt ipſi Abrahe Gene. xv. cum deus dixit. Noli timere Abraham: protector tu⁹ ego ſum/ ⁊ merces tua magna nimis. cui Abraham reſpondit. Domine quid dabis mihi cum vadam abſq; liberis ⁊c. cui de⁹ dixit. Non erit heres tuus Eliezer: ſed qui egredie͂t de vtero tuo ipſum habebis heredē. ⁊ educēs ipm foras: dixit. Suſpice celum et numera ſtellas ſi poteſt: et erit ſemen tuum ⁊c. per quod cognouit tunc Abraham et poſtea Dauid in ſpiritu et per reuelationem: ꝙ Chriſtus erat naſciturus ſecundū carnem de progenie Abrahe: cui competebat celuʒ in hereditatem: ⁊ qḋ filij Abrahe ſecundum ſpiritum et promiſſionē quos Chriſtus erat regeneratur⁹ per baptiſmū erant multiplicandi ſicut ſtelle celi: ⁊ et ꝙ ſoli Chriſto erat cognoſcendus numerus electorum et predeſtinatorum. Ex quo ptʒ/ ꝙ merces et ꝓmium et hereditas Chriſti ⁊ ſuorū non erat in terra: ſed in celo. Unde nos non habemus: ꝙ deus promiſerit hereditatem in celo: niſi in illo capitulo. ideo canit eccleſia: ſanct⁹ Michael repreſentet eas in lucem ſanctā: quā olim Abrahe promiſiſti ⁊ ſemini ei⁹ ⁊c. Uñ ꝑ illas ſtellas celi d̄ ſignabat̄ numerus predeſtinatorum et filiorum Abrahe ſecundum promiſſionem in celo collocandorū. ¶ Secunda promiſſio facta eſt eidem Abrahe Geñ. xxij. cum deus dixit Abrahe per angelum Per memetipſum iuraui: quia feciſti rem hanc ⁊ non pepercisti filio tuo vnigenito propter me/ benedicam tibi/ ⁊ multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas celi: et velut arenam que eſt in litore maris. poſſidebit ſemē tuum portas inimicorū ſuorū: ⁊ in ſemine tuo benedicentur omnes gentes ⁊c. Hic preuidit Dauid in ſpiritu

Xp̄s petit hereditatē pro ſuis membris.

tu ⁊ per ſacrificium Abrahe/⁊ Iſaac/ ⁊ illius arietis: qualiter Chriſtus erat pro oibus nobis immolandus ſicut dictū eſt: ⁊ qualiter premiuȝ paſſionis Chriſti a deo promiſſum erat hereditas celi: ⁊ q̄d Chriſtus erat naſcitur⁹ de genere Abrahe: in quo omnes gentes erāt per baptiſmū benedicende: et quomodo fideles nō ſolū erāt multiplicandi ſicut ſtelle celi: ſed etiā ſicut corpuſcula arene q̄ eſt in toto littore maris: ⁊ quomodo iſti filij Abrahe regenerati per Chriſtū erant poſſeſſuri portas inimicorū/ id eſt ſedes angelorū malorū/ qui de celo ceciderunt per ſuperbiā ⁊c. ℂ Sed eſt valde aduertendū/ q̄ in hac promiſſione notificant̄ ⁊ diſtinguunt̄ duplices filij Abrahe. Nā per ſtellas celi intelliguntur filij promiſſionis ⁊ populus xp̄ianus: ſed per arenam que eſt in litore maris intelligunt̄ filij carnis ⁊ terreni: ſicut ſunt Judei moderni: ⁊ Sarraceni: qui deſcendūt ab Abrahā per Iſmaeleȝ ⁊ Eſau. Unde locus illorū eſt celū. Sed locus iſtorum eſt ipſa terra. Etiam diſtinguunt̄ due ciuitates. Una celeſtis/ ⁊ altera terrena. ℂ Tertia promiſſio facta eſt ipſi Jacob Geñ. xxviij. in Bethel/ quando vidit ſcalā in ſomnis habentē pedē in terra ⁊ ſummitatem in celo: ⁊ angelos aſcendētes ⁊ deſcendētes: et vidit dominū innixū ſcale dicentem ſibi: tibi dabo terram hanc ⁊c. Ubi preuidit Jacob ⁊ Dauid/ quod Chriſtus erat crucifigēdus in cruce: per quā tanq̄ per ſcalam eramus in celū aſcenſuri. Per hoc etiā promittebat̄ Chriſtus cruci affigēdus: quia in cruce lucratus eſt nobis regnū celoruȝ ⁊c. ℂ Quarta promiſſio facta eſt a deo per os Jacob ipi Juda in perſona oim̄ fideliū. Gene. xlix. cū Jacob benedixit Juda dicens. Juda te laudabunt fratres tui: manus tue in ceruicibus inimicorum tuorum. Adorabunt te filij patris tui: catulus leonis Juda. Ad predam fili mi aſcēdiſti: requieſcens accubuiſti vt leo ⁊ quaſi leena. Qui ſuſcitabit eum? Non auferetur ſceptrū de Juda: nec dux de femore ei⁹ donec veniat qui mittendus eſt: ⁊ ipſe erit expectatio gentium: ligans ad vineam pullū ſuū: ⁊ ad vitem o fili mi aſinam ſuā: lauabit in vino ſtolam ſuā/ ⁊ in ſanguine vue palliū ſuū pulchriores ſunt oculi ei⁹ vino: ⁊ dentes eius lacte candidiores. ℂ In quib⁹ quidē verbis: vndecim myſteria intellexit David in ſpiritu. Primo q̄ Chriſtus rex Meſſias erat naſciturus de tribu Juda. Scd̄o/ q̄ in eius aduentu erat auferendū ſceptrū ⁊ prelatio de tribu Juda. Tertio/ q̄ totus populus Judeorum ⁊ omnes filij Iſrael aliarū tribuū debebant laudare Chriſtū videntes ſigna ⁊ miracula que facturus erat in Judea ⁊ Galilea: ⁊ propter predicationē ⁊ doctrinam. Quarto/ q̄ licet omnes filij Iſrael ſecundū carnē debebant eū laudare: tamē ſoli filij Iſrael ſecūdū ſpiritū ⁊ promiſſionē erant adoraturi Chriſtum: q2 non oēs Judei nec filij aliarū tribuū cōuerſi ſunt. ideo ait: Adorabunt te filij patris tui/ ſcilȝ Iſrael ſecundum ſpiritum. Quinto/ q̄ erat occidendus in ſanguine: cū dicit: Lauabit in vino ſtolā ſuā/ id eſt carnē ⁊c. Sexto/ q̄ erat aſcenſurus in crucē et ibi recuperaturus predā a diabolo. Septimo/ q̄ erat ſepeliēdus in ſepulcro q2 dicit/ Quieſcēs accubuiſti. Octauo/ q̄ inde erat reſurrectur⁹ virtute diuinitatis: ſicut leo ſuſcitat filios rugitu ſuo/ cū dicit. Ut leo ⁊ quaſi leena. q̄s ſuſcitabit eum? Nono/ q̄ poſt reſurrectionē erat ligaturus populū gentileȝ ad vineā/ id eſt ad eccleſiā/ ⁊ ſubiugaturus. Et etiaȝ aſinā. i. populū Judeorum: ⁊ ſic ex duobus erat facturus vnā eccleſiam fundatam ſupra petrā. Decimo/ q̄ apoſtoli/ ⁊ martyres/ ⁊ doctores/ qui ſunt oculi Chriſti: erāt honorandi. ⁊ debebant triumphare de Judeis ⁊ tyrannis: cū dicit: q̄ erāt pulchriores vino/ rōne ſanguinis effuſi. Et dētes Chriſti: qui ſūt omnes ceteri fideles per baptiſmū mūdati ⁊ iuſtificati: erant futuri cādidiores lacte ratione puritatis. Undecimo/ q̄ Chriſtus erat iudicaturus ⁊ puniturus ceruices inimicorū infidelium. ℂ Quinta promiſſio facta fuit ipſi Moyſi Deute. xviij. cū dicit dñs. Prophetā ſuſcitabo de medio fratrū tuorū ſimilē tui: ⁊ ponā verba mea in ore ei⁹: ⁊ loquetur q̄ ad eos quecunq̄ dixero illi. Et qui verba que loquet̄ nō audierit/ vltor exiſtā. In quibus v̄bis tria preuidit Dauid in ſpiritu. Prio/ q̄ Chriſt⁹ erat naſciturus ſm̄ carnem de populo Iſrael. Scd̄o/ q̄ ex parte dei patris erat nouam legē euangelicā nunciaturus ipſi populo Iſrael. Tertio/ q̄ omnes cōtēnentes Chriſtū ⁊ legē euangelicā erant in vltione grauiter puniendi per deū patrem. Ex ſupradictis etiam promiſſionibus ptȝ: q̄ Chriſtus in lege promiſſus in ſuo primo aduentu debebat nouam legē euāgelicā ferre/ ⁊ predeſtinatos qui ab eterno erāt ſcripti i libro vite/ vocare ⁊ iuſtificare: ⁊ i vnā eccleſiam cōgregare: ⁊ ad immortalitatem ſublimare: ⁊ vniuerſaliter omnia que erāt ſcripta in lege ⁊ prophetis adimplere/ que oia manifeſte adimpleuit ⁊ perfecit: vt ptȝ per totū diſcurſum euangelicum. Nam primo de ſemine Dauid carnem aſſumpſit: ⁊ legē euangelicā predicauit: ⁊ omnes per morteȝ et paſſionē redemit: ⁊ per ſe ⁊ per apoſtolos ſuos in eccleſiaȝ vocauit: et per ſacramēta eccleſiaſtica iuſtificauit/ ⁊ diſcipulos ſuos de infimo ſtatu ad apicem apoſtolatus ſublimauit ⁊ honorauit: ⁊ principes terre cōſtituit/ ⁊ eorū principatū per generationē baptiſmalē per totum mundū multiplicauit. Et ſic nō ſolūmodo honorauit apl'os: ſed etiā martyres ⁊ doctores ⁊ oēs fideles: quib⁹ cōtra mundū ⁊ diabolū in omnibus perſecutionib⁹ ⁊ tentationibus victoriam cōdonauit. Unde ex ſuis fidelibus alios quidem fecit p̄phetas: alios apoſtolos. alios euāgeliſtas: alios martyres/ alios virgines: alios doctores/ alios contemplatiuos/ alios penitētes. Et ſic vnūquēq̄ in ſuo gradu honorauit. Sed maxime honorabit eos in fine mundi: cum oēs electos completo electorum numero/ ad immortalitatem ſublimabit. ℂ Hoc eſt ergo q̄d Chriſtus dicit ad patrem in hac parte: dicit ergo. O pater iam ſunt mihi honorati amici tui. i. iam honoraui nimis. i. valde omnes amicos quos ab eterno dilexiſti ⁊ predeſtinaſti: q̄r eos ad finem vocaui: et per paſſionem ⁊ baptiſmum iuſtificaui: et dona gratiarum eis diſtribui: faciendo quoſdam apoſtolos: et quoſdam euangeliſtas ⁊c. et eis victoriam ptuli in oib⁹ perſecutionibus et tentationib⁹ cōtra diabolū ⁊ mundū: intantū q̄ idololatriā deleuerunt: et oēs reges ⁊ pricipes terre et populos gentiū iugo fidei ſubiecerunt. Ergo valde mihi. i. a me honorati ſunt: quia cum eſſent plebei ⁊ piſcatores eos principes terre cōſtitui: et principatus eorum nimis confortat⁹. i. augmentatus ⁊ multiplicatus eſt per omnes partes mundi: q2 ad predicationem eorum omnes regenerati ſunt: ⁊ facti ciues et filij eccleſie. Et ſic dinumerabo/ id eſt dinumeraui eos: quia completus eſt numerus electorū in eis. Unde tantū proſperatus eſt numerus electorū: q̄ ſuper arenam multiplicabunt̄. Et ſic iā impleui quod tu promiſiſti eidem Abrahe Gene. xv. ſcȝ q̄ multiplicares ſemen eius ſicut ſtellas celi. Itē impleui etiam illud q̄d promiſiſti Abrahe Geñ. xxij. ſ. q̄ multiplicares ſemen eius: ſicut arenam que eſt in litore maris: ⁊ in eo benedicerentur omnes gētes. Ecce q̄ in me qui ſum de genere Abrahe ſecundū carnem/ benedicte ſunt omnes gentes: ⁊ ſanctificate per regenerationē baptiſmalē: ⁊ oēs facti ſunt filij Abrahe ſecūdū promiſſionē ⁊ ſpiritū: ⁊ ſic multiplicati ſunt ſuper arenā que eſt in litore maris: ⁊ in eis complet⁹ eſt numerus electorū. Item iam impleui quod promiſiſti per Jacob. Geñ. xlix. in benedictione Jude: q2 iam accepi carnē ex tribu ei⁹: ⁊ iam abſtuli ſceptrū de tribu Juda: ⁊ iam aſcendi in crucē: ⁊ recuperaui predā quā diabolus tyrānice poſſidebat. Et iam quieui ⁊ accubui in ſepulcro: ⁊ iam ſurrexi a mortuis vt leo: ⁊ iam ſum tecū ſedens ad dexterā tuā/ ergo redde mercedē mihi/ id eſt da hereditatem regni celorum pro membris meis: ⁊ da malis penam eternā: ⁊ bonis gloriā p̄miſſam: poſtq̄ me cōſtituiſti iudicē viuorum ⁊ mortuorū: quia iam cōſummaui curſum meū: ⁊ cōpleui numerū electorū: et ſicut ſuſcitaſti me/ ſuſcita meos ad gloriam.

Si occideris deus peccatores: viri ſanguinum declinate a me.

Quia dicitis in cogitatione: accipient in vanitate ciuitates ſuas.

ℂ Poſtq̄ ſuperius examinauit cām ſuam: ⁊ iuſtificauit ſeipſum oſtēdens ſe peregiſſe ⁊ cōſummaſſe curſum ſuū: ⁊ laborē ſibi impoſitū: in hac particula fulminat ſententiā ɔtra impios ⁊ obſtinatos: deſtinās eos ad penā eternā. ℂ Ad cuius intelligentiam eſt notādū/ q̄ Chriſtu ex precepto patris venit in mūdū: ad declarandā legē et oſtendēdā mundo volūtatē patris ſui. Et ſic prio vocauit Judeos ad fidē euangelicā: in qua docuit ⁊ predicauit omnia iſta terrena: eſſe cōtēnenda: ⁊ ſpē et finē noſtrū in bonis celeſtibus eſſe cōſtituēdū. Sed ſcribe et phariſſei ⁊ maior pars Judeorum cū eſſent dediti ſuperbie ⁊ auaritie ⁊ mūdanis affectionibus: noluerūt venire: ſed tantū ſecuti ſunt cū duodecim apoſtoli et pauci diſcipuli ceteri autē nō ſolū cōtēpſerunt doctrinā eius: ſed etiā eū odio gratis habentes interfecerunt. et ideo poſt reſurrectionē Chriſtus miſit apoſtolos ſuos per vniuerſum mundū: ad predicandū euāgeliū omni creature. ad quoruȝ predicationē multi populi cōuerſi ſunt: ſed principes ⁊ reges illorum populorū apoſtolos interfecerunt. Et ſic per ſucceſſum tēporis ⁊ tyranni doctrinā Chriſti odio ⁊ irriſui habētes multa milia martyrū occiderunt. ℂ Unde Julianus apoſtata chriſtianos deridebat ⁊ doctrinā Chriſti: eo q̄ iſta terrena contēnebant: et in celo māſiones beatas promittebant. Unde Chriſtianis irridendo dicebat: Chriſtus precipit ⁊ dicit: ſi vis perfectus eſſe ⁊ vende omnia que poſſides: ⁊ da pauperibus: et habebis theſaurum in celo: et dicit etiā: qui nō renūciauerit oibus que poſſidet: nō pōt meus eſſe diſcipulus ⁊c. Unde dicebat iſte Julianus: vos chriſtiani poſtquam non poteſtis poſſidere bona temporalia nos auferemus ⁊ poſſidebim⁹ res veſtras/ vos autem poſſidere veſtras manſiones ⁊ ciuitates beatas quas in celo expectatis. Et Julianus auferebat chriſtianis bona tēporalia: et eos fuſtib⁹ cedebat: vt patet in eccleſiaſtica hiſtoria. Eodem modo Decius irridebat Laurētiū: et Datianus Uincentiū: et Paſcaſius Luciam: et Maxentius Chatarinam. vt patet in hiſtorijs eorū. Et ideo Chriſt⁹ oia iſta examinabit ⁊ iudicabit ⁊ improperabit obſtinatis ⁊ damnatis in vniuerſali iudicio: immo oēs ſancti ⁊ iuſti accuſabūt perſecutores ſuos añ Chriſtum iudicē in illa die petendo vltionem de eis. vt patet Sapiētie. v. quia tunc ſtabūt iuſti in magna conſtātia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt: et q̄ abſtulerunt labores illorum/ accuſando eos. Sed tūc illi tyranni videntes ſe cōfuſos: et vidētes pauperes et iuſtos quos ipſi contēpſerūt et occiderūt/ in tāto honore ſublimatos/ turbabuntur timore horribili dicentes intra ſe. Hi ſunt quos aliquando habuimus in deriſum ⁊ ſimilitudinē improperij: nos inſenſati vitam illorum extimabamus inſaniā ⁊ finē illoruȝ ſine honore. Ecce quomodo computati ſunt inter filios dei et inter ſanctos ſors illorum eſt ⁊c. Et tūc Chriſt⁹ iudex iuſtus examinatis oib⁹ iſtis fulminabit ſentētiam contra iſtos impios/ dicens. Diſcedite a me maledicti in ignē eternum. Mat. xxv. Et hoc eſt quod dicit Chriſt⁹ in hac particula. Uñ conuerſus ad patrem ait. O pater deus ſi occideris peccatoris. i. cū tu occides et deſtinabis peccatoris ad mortem eternā in die iudicij/ ego qui ero iudex ex parte tui/ cui iudiciū omne et poteſtatem cōmiſiſti: fulminando ſententiam dicam eis. O viri ſanguinū et peccatores ⁊ homicide: qui meos apoſtolos ⁊ martyres occidiſtis ⁊ iuſtos afflixiſtis: declinate et diſcedite a me maledicti in ignē eternum qui paratus eſt diabolo et angelis eius: eo q̄ dixiſti in cogitione et corde veſtro irridendo legem meam ⁊ apoſtolos et ceteros iuſtos: accipiāt chriſtiani ciuitates et manſiones ſuas quas in vanitate ⁊ fruſtra ⁊ in vanū expectant poſſidere in celo: ⁊ dūmodo nos fruamur bonis que in mundo ſunt: et poſſideamus et vſurpemus bona eorū. hoc vos tyranni et obſtinati et viri ſanguinum irridēdo dicebatis electis meis: ideo declinate ⁊ diſcedite a me in ignem eternum ⁊c. Et tunc Chriſtus conuerſus ad patrem iuſtificans ſeipſum dicit.

Nonne qui oderunt te domine oderam: et ſuper inimicos tuos tabeſcebam?

Perfecto odio oderam illos: inimici facti ſunt mihi.

ℂ O domine nonne bene ſcis q̄ ego oderam oēs iſtos obſtinatos qui oderūt te ⁊ contēpſerunt te et interfecerunt electos tuos. ⁊ tabeſcebā ⁊ indignabar ſuper inimicos tuos cū talia ſcelera cōmittebant: quaſi dicat: iſti obſtinati nō poſſunt habere excuſationē: quia iam veni in mūdum ⁊ predicaui cōtra vitia eorum exhortando eos ad iuſtitiā ⁊ virtutes: ⁊ indignabar ⁊ tabeſcebā ɔtra eos dicēdo. Ue vobis Scribe et Phariſſei qui comeditis domos viduarum ⁊c. vt patet Matth. xxiij. et per totum diſcurſum euangeliū. Unde in tali indignatione: non vitioſo: ſed perfecto odio oderam in eis non

Dupli- ces fi- lij abra he.

E- no. hu- ius p- miſſi- expoſi- tionē.

lxxxv. diſt. ca. odio. et xxiij. q. iiij. duo

naturā: ſed vitia: que quidē vitia capiebam delere inſerendo virtutes: ſed ipſi tanꝗ̄ mūdani ⁊ incorrigibiles inimici facti ſunt mihi: ⁊ ſic interfecerūt me. hoc idē fecerūt tyrāni in mēbris meis: q̄ꝛ multa milia martyrū occiderunt. Et quibus ptꝫ/ ꝙ iſti obſtinati nullā habēt excuſationē. Nā ſi non veniſſem ⁊ locutus eis non fuiſſem per me ⁊ diſcipulos meos ⁊ predicatores meos: peccatū nō haberent: nunc autē excuſationē non habent de peccato ſuo. Nam ſi opera nō feciſſem in eis que nemo alius fecit: peccatū nō haberēt: nūc autē ⁊ viderūt ⁊ oderūt me ⁊ patrē meū. Jo. xv. Et ſic iſti obſtinati facti ſunt inimici mihi et tibi O pater. Et ideo Chriſtus dicit ad oēs obſtinatos. O viri ſanguinū declinate a me et diſcedite in ignē eternum poſtꝗ̄ vocaui vos ad nuptias ⁊ ad cenam: ⁊ noluiſtis venire.

ſ. xxv. q. Proba me deus ⁊ ſcito cor meuꝫ: interroga me ⁊ cognoſce ſemitas meas.

xxiij. d. erubeſcant. Et vide ſi via iniquitatis ī me eſt: ⁊ deduc me in via eterna.

℃ Poſtꝗ̄ Chriſtus examinauit et iuſtificauit ſeipſum oſtendens ſe curſum ſuū peregiſſe: ⁊ fulminauit ſententiā cōtra obſtinatos ⁊ impios: nūc in fine pſalmi cōcludēdo ⁊ quaſi epilogando petit hereditatem regni celorum pro ſuis electis. vnde dicit. O dñe pater proba me ⁊ ſcito cor meum. i. iam ꝓbaſti me per effectū ⁊ ſciuiſti cor meum: quia nihil te latet nec tibi obſtat: q̄ꝛ nec remotio tēporis: nec loci diſtantia/ nec tenebra: poteſt impedire cognitionē tuā: quia oīa nouiſti anteꝗ̄ ſit vt dictū eſt. Et iam cognouiſti ſemitas meas: iam interrogaſti me de oībus. vide ergo ſi via iniquitatis in me eſt. et ponit ſi pro q̄ꝛ ⁊ non. i. tu vidiſti ⁊ vides q̄ꝛ in me non eſt via iniquitatis: q̄ꝛ iam examinaui oīa membra mea: et electos meos: ⁊ in eis nō inueni viā iniquitatis: nec peccatū. ergo deduc me cū eis in via eterna. quaſi dicat: da mihi hereditatē regni celoruꝫ ꝓ eis: quia pro eis laboraui et curſum conſummaui. ergo da eis coronā iuſtitie: q̄ꝛ iam vocaui eos ⁊ iuſtificaui et honoraui eos: ⁊ compleui numerum electorū. ergo de eis premiū laborū meorū. ℃ Sꝫ hic

Dubiū. videtur eſſe maximū dubiuꝫ. Nā videt̄ ꝙ Chriſtus non petit illā hereditatē regni celorū pro ſuis mēbris: ſed pro ſe. Nam nullum ſuorum mēbrorū poteſt dicere quin habeat in ſe viam iniquitatis/ niſi ſolus ipſe. Ergo nullus preter ipſum meret̄ de condigno illam hereditatē. ℃ Ad cuius intelligentiaꝫ

Rñſio via iniq̄tatis duplex. eſt rñdendū. Et primo notandū ꝙ via iniquitatis in homine eſt duplex. Una dicitur in anima / q̄ dicitur culpa peccati. Altera dicit̄ in carne/ que dicitur concupiſcentia et fomes peccati inflicta in nobis ex peccato primi parentis. Que quidem concupiſcētia dupliciter dicit̄ via iniquitatis. Uno modo: q̄ꝛ eſt veſtigiū quaſi im̄̄ſſum ⁊ relictū ex peccato primi parentis. Alio modo dicit̄ via iniquitatis inquātū tendit in culpā formaliter in aīa exiſtentē. Nā primo illa cōcupiſcētia ſiue fomes ꝑ ſuā vnionē ⁊ cōtuberniū cauſat peccatū ⁊ culpā originaleꝫ formaliter in aīa ſecūdū cōmunem modū loquēdi doctorū. Et per inſtigationē ⁊ cōſenſum cauſat culpam actualem ⁊ mortalē in eadē aīa. Itē eadē culpa impreſſa in aīa dicitur via iniq̄tatis inquātū relinquitur ex actu peccādi: ⁊ ſic dr̄ via iniquitatis: in qua via iniq̄tatis nullꝰ potuit euadere nec liberari/ niſi per gratiam preuenientē aut ſubſequentē ſicut pluries dictū eſt. Nam ſolus Chriſtus ſcḋm naturam fuit liber ab hm̄oī via iniquitatis: eo ꝙ non deſcendit ab Adam per naturalē propagationem. Sed non incōuenit quin per gratiam preuenientē ⁊ preſeruātē virgo Maria potuerit liberari ⁊ preſeruari/ vt dictum eſt pſal. xlv. Sed omnes alijs in oibus alijs fuit via iniquitatis tam in anima ꝗ̄ in carne: que via iniquitatis licet maneat in carne ꝗ̄ eius debitum ⁊ culpa remouetur ab anima: ⁊ delet̄ tur vt nō imputetur/ per baptiſmū. Nam vt inquit Augu. non tollitur cōcupiſcentia vt non ſit: ſed ne imputetur ad reatum. Sed per pniam deletur ab anima culpa actualis. Et ſic qū quis diſceſſerit ab hoc ſeculo cū vera pnia ⁊ charitate poteſt dicere ꝙ nullam habet viam iniquitatis in anima: ſed in finali reſurrectione totaliter erunt immunes electi a via iniquitatis in carne: q̄ꝛ reſurgent in corpora glorioſa ⁊ immortalia: ⁊ ſic poterunt dicere iuſti in illo ſtatu/ ꝙ nullam habent viam iniquitatis in ſe nec in corpe/ nec in aīa: ⁊ ſic de congruo ⁊ de condigno poterunt poſſidere hereditatē regni celoꝝ eis promiſſam. Et ideo Chriſtus poterit dicere in iudicio apud patrē. Proba me deus: q̄ꝛ via iniquitatis in me nō eſt: in me ꝑ naturā/ ⁊ in mēbris meis per gratiam: et ideo deduc eos in via eterna. Et ſic ptꝫ ꝙ in perſona mēbrorū petit hereditatem: tꝑ̄ in premiū ſui laboris. Et ideo aduertat bene lector quid intendat propheta in hoc pſalmo: q̄ꝛ nihil aliud intelligit niſi ꝙ introducit Chriſtū loquentē in iudicio finali ⁊ petētē regnū celorū in premiū ſui laboris pro mēbris ſuis: in quo fulminat ſniam contra obſtinatos/ ⁊ introducit ſanctos ⁊ electos in regnū celorū: qū reſtituet regnū deo patri. ſ. ad Corin. xv. ℃ Ex toto ergo iſto pſalmo colligitur quinq̄ principales cōcluſiones. ℃ Quarum prima eſt/ ꝙ deus pater probauit Chriſtum in omnibus actibus ſuis eſſe humilē ⁊ obediētē: ſcꝫ in tota vita/ ⁊ in morte/ ⁊ paſſione ⁊c. ℃ Scḋa concluſio/ ꝙ nihil obſtat nec reſiſtit diuine cognitioni: quia omnia ſimul prenouit anteꝗ̄ fiant. ℃ Tertia cōcluſio/ ꝙ ſicut Chriſtꝰ nouit numerū electorum predeſtinatorū: ita vocauit ⁊ iuſtificauit oēs quos pater ab eterno predeſtinauerat: qui quidem numerus predeſtinatorum eſt ſicut ſtelle celi. ℃ Quarta ꝯcluſio/ ꝙ ſicut Chriſtus vocauit ⁊ iuſtificauit oēs predeſtinatos q̄ libēter venerunt ad fidem/ ita reprobauit oēs obſtinatos qui contempſerūt regnū celoꝝ ꝓpter iſta terrena. ℃ Quinta concluſio/ ꝙ quia in Chriſto nulla eſt reperta iniquitas/ nec culpa/ nec via iniquitatis: q̄ꝛ nō ſolū fuit immunis a peccato: ſed etiā ab oī fomite: ⁊ cōpleuit officiū ⁊ laborē ſibi impoſituꝫ ⁊ voluntatem patris in oibus: ideo de iure debetur ipſi regnum celorum pro ſe ⁊ ſuis.

Ripe me domine ab homīe malo: a viro iniquo eripe me. ſ. q. ad ma ſim. q. ma.

Qui cogitauerunt iniquitates in corde: tota die conſtituebant prelia.

Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes: venenum aſpidum ſub labijs eorum.

℃ Titulus/ Ad victoriam ſiue in finē pſalmus David. Ex titulo ptꝫ/ ꝙ David fecit hūc pſalmū et dedit illum ad cantandū leuitis cū conatu eleuationis vocum: ad denotandum ꝙ loquitur de Chriſto qui eſt finis legis. In quo Chriſtus petit liberari a morte et paſſione per reſurrectionem. Et ideo cantabatur cū altis vocibus. In quo introducit̄ Chriſtus caput noſtrū ad loquendū nō ſolum pro ſe: ſed etiam pro toto corpore myſtico. Et primo petit liberari a perſecutoribus ſuis. Secūdo petit vltionem de ipſis ibi. Caput circuitus eorū. ℃ Quantū ergo ad primū eſt notandū: ꝙ David in perſecutione Saulis et ſuorū in mōte Gelboe preuidit ruinā et deſtructionē populi Judeorū Chriſtū perſequētium: ⁊ etiā tyrannorū ⁊ hereticoꝝ eccleſiam affligentiū. Et per detractores ⁊ alios ſatellites ipſius Saulis: qui coram ipſo Saule David accuſabant/ et detrahebāt/ ⁊ inſidias parabāt: preuidit accuſatores Chriſti et multos eccleſie: quos ꝓuidit etiam ꝓpter illud peccatuꝫ perituros. Et ſic motus a ſpiritu ſancto fecit iſtum pſalmū poſtꝗ̄ fuit in quiete et regno ſuo: et ſic David introduxit Chriſtū petentem liberari a ſuis crucifixoribus ſicut David fuit liberatus a ſuis emulis. ℃ Dicit ergo Chriſtus. O domine pater eripe me ab homine malo. i. a populo Judeoꝝ maligno: ⁊ eripe me a viro iniquo: ſcilꝫ a cetu phariſeoꝝ ⁊ ſacerdotū iniquoꝝ et iniuſtorū: qui ex inuidia ⁊ malitia meā mortē ꝓcurauerunt: qui cogitauerūt iniquitates ī corde: falſa teſtimonia contra me machinando: ⁊ querendo opportunitatem quomodo me dolo tenerent ⁊ occiderent. Et ſic quotidie conſtituebant prelia et vexationes cōtra me ſicut fecit Saul contra David. Acuerūt linguas contra me ante Pilatum et coram pontificibus: ſicut acuunt ſerpentes volentes mordere: et fuit quaſi venenū aſpidū ſub labijs eorum: cū imponebant mihi dicentes: hic dixit Poſſum deſtruere tēplum hoc ⁊ in triduo reedificabo illud ⁊c. Itē cum dixerunt me impedire dari cenſum Ceſari et turbare totaꝫ terram a Galilea vſq̄ ad Hieruſalē: et me regeꝫ facere et contradicere Ceſari. Itē acuerunt linguas ſuas cum veneno/ cum dixerunt Crucifige crucifige eum.

Cuſtodi me dñe de manu peccatoruꝫ: ⁊ ab hominibus iniquis eripe me.

Qui cogitauerūt ſupplātare greſſꝰ meos: abſcōderūt ſupbi laqueum mihi.

Et funes extenderunt in laqueum: iuxta iter ſcandalum poſuerunt mihi.

℃ Item domine non ſolum me eripias de Judeis: ſed etiaꝫ cuſtodi me de manu populi peccatoris tyrannorum eccleſiam et mēbra mea perſequētium. Et eripe me ab hominibus iniquis et crudelibꝰ tā Judeis ꝗ̄ gentilibus eccleſiā meā perſequentibus qui cogitauerunt et conati ſunt ſupplantare et deuiare greſſus meos/ id eſt apoſtolos ⁊ martyres et omnes fideles a fide euāgelica. et ſic ſuperbi tyranni abſconderunt ⁊ parauerunt laqueum mihi. i. eccleſie mee: quando cū minis aut precibus aut promiſſionibus volebant ꝑuertere fideles a lege mea ad ſuas ſuperſtitiones et idololatriam. Et hoc pōt referri ad Judeos qui volebāt ſupplantare pedes Chriſti: ⁊ inijcere laqueū vt caperēt eū ī ſermōe cū dixerūt/ qḋ eſt magnū mādatū ī lege? Et ſi licꝫ cenſū dari Ceſari an nō. Et cū obtulerūt ei mulierem deꝓhēſaꝫ in adulterio. iō ſequit̄. Et funes ſiue reſtes extēderūt mihi ī laqueū vt me ī ſermōe caperēt: et poſuerūt ſcādalū iuxta iter. i. iuxta legē q̄ eſt iter ⁊ via eūdi ad deū: ibi poſuerūt mihi ſcādalū vt offenderē ⁊ caderē: cū dixerūt: qḋ ē magnū mandatū ⁊c. puta ſi dixiſſeꝫ ꝙ mādatū de ſacrificijs erat maius tūc īcurrerūt īdignationē ppl'i: ⁊ ſi dixiſſē ꝙ mādatū ḋ eleemoſyna ⁊ ſubuētiōe ꝓximi erat maiꝰ: tūc me accuſarēt ⁊ poſſent me accuſare ḋ blaſphemia. Iſte ēt verſus pōt referri ad hr̄ticos q̄ poſuerunt ſimplicibꝰ laqueū ⁊ ſcādalū diuerſaꝝ hereſū iuxta legē Chriſti: q̄ eſt via ad vitam poſuerūt eīs iuxta ipam ſcādala qū ex aliquibꝰ dictis male ītelligendo ⁊ gloſſando ſumpſerunt occaſionē vt ſimplices deciperēt: ⁊ a fide ruere facerēt/ ⁊ in diuerſas ſemitas hereſum diuerterēt ⁊c. Ueruntū licꝫ heretici conati fuerint ꝑuertere oēs fideles a fide: tū nō ꝑualuerūt: q̄ꝛ Chriſtꝰ non ꝑmiſit: imo rogauit ꝓ Petro et tota eccleſia: ne deficeret fides eius. Luc. xxij. ne cōcuteret̄ a tyrannis idololatris nec hereticis. Iō hoc ꝓuidēs David dicit in perſona Chriſti.

Dixi dño deus meus es tu: exaudi dñe vocem deprecationis mee. xv. diſt. c. ſctā.

℃ Ego dixi dño patri meo rogādo ꝓ apl'is ⁊ martyribꝰ ⁊ tota eccl'ia mea: ne deficiat fides eiꝰ ī apoſtolis ⁊ martyribus et doctoribus ⁊ fidelibus oibꝰ vſq̄ ad iudiciuꝫ: ne preualeant Judei: nec tyranni: nec heretici: nec ipſe Antichriſtus cōtra ipſam eccleſiam: immo confundantur.

Domine dñe virtꝰ ſalutis mee: obumbraſti ſuper caput meū in die belli. lvj. di. c. naſci

℃ O dñe ſalutis mee. i. tu qui es vera ſalus/ ⁊ miſiſti ſalutē eccleſie mee: tu obūbraſti caput meum. i. ꝓtexiſti me ſcuto fidei ⁊ gratie in die ⁊ tēpore belli perſecutionis Judeoꝝ ⁊ tyrānoꝝ ⁊ hereticorum et Antichriſti: ſicut ꝓtexiſti David de Saule in figura mei. Et loquit̄ de preterito pro futuro ꝓpter certitudinē ꝓphetie: Et ſequitur pro eccleſia.

Non tradas me dñe a deſiderio meo peccatori: cogitauerūt cōtra me: ne derelinquas me ne forte exaltentur. xiij. q. ſ ca. his itaq̄.

℃ O dñe pr̄ rogo ne tradas me. ſ. mēbra mea ipſi pctōri ppl'o Judeoꝝ ⁊ tyrānoꝝ ⁊ hereticoꝝ ⁊ Antichriſto/ remouēdo me a deſiderio et firmo ꝓpoſito meo: q̄ꝛ firmiter ꝓpoſui fidē ſeruare ⁊ ꝓ ipa pati ⁊ mori. Et q̄ꝛ oēs iſti maliuoli. ſ. Judei ⁊ tyranni ⁊ heretici et Antixp̄s ꝑ ſucceſſionem tpis ſemꝑ cogitauerūt cōtra me: vt ꝑuerterēt: iō rogo ne derelinq̄s me ſupari ab eis: ne forte exaltentur ī ſupbiā ſi ſuperauerint me: imo ſuperent̄ ipſi ⁊ confundantur. Eſt etiā aduertendū ꝙ oīa v̄ba ſupradicta poſſunt eſſe v̄ba eccl'ie corpis myſtici directa ad caput nr̄ꝫ. ſ. ad Chriſtū petendo auxiliū ꝯtra oēs ꝑſecutiones eccleſie vſq̄ ad tpa Antichriſti incluſiue. Sed forſan meliꝰ eſt ꝙ ſint v̄ba xp̄i ad pr̄eꝫ in perſona ſui et eccl'ie ꝓpt̄ myſticā ⁊ indiſſolubilē vnionē corporis ad caput ⁊ ecōuerſo: ſicut dicit Chriſtꝰ ad Paulū in perſona eccl'ie ⁊ mēbrorū. Saule ſaule q̄d me pſequeris? vt frequēter per totū iſtū librū pſalmorum dictū eſt. Et iō iſte pſalmus cātat̄ in quibuſdā

ciijs ⁊ ludis ſcenicis magnas proſperitates in hoc
mũdo: ⁊ ꝑſuadebãt regibꝰ ⁊ principibꝰ eos deifica
ri ⁊ inter deos referri aut inter aſtra celi ſtellifica
ri poſt hanc vitã: ⁊ cũ talibꝰ adulationibus retine
bãt eos ⁊ ꝑſuadebãt ad omnes flagitium ⁊ vitiũ. Et
ideo qñ venerũt apl'i ⁊ ceteri doctores ad predican
dã legẽ euãgelicã inter eos que ꝓhibet oẽ vitiũ: ⁊
precipit ⁊ hortaꝛ oẽm virtutem/tũc videtes talẽ le
gẽ euangelicã eſſe oĩno cõtrariã flagitijs et nefan
dis ritibꝰ eoꝝ cõmoti ſunt ſacerdotes ⁊ pĩcipes
gentiliũ cõtra apl'os ⁊ oẽs Chriſtianos: ⁊ conati ſũt
extinguere ⁊ delere penitus totã religionẽ chriſtia
nã ⁊ legẽ euãgelicã: vt pꝫ ꝑ totũ diſcurſum eccl'ia
ſtice hiſtorie. Itaqꝫ iſtis gentibꝰ magis placebant
adulationes nefande ſupſtitionis ꝙ correctiões le
gis euangelice. Rogat ergo Chriſtus ne ſui fideles
incidãt in tam peſtiferã ſupſtitionẽ: dicit ergo. O
pr̃ ne ꝑmittas ſup. vt ego cõmunicẽ cũ hoibꝰ ⁊ fra
tribꝰ pctõribꝰ operantibꝰ iniquitatẽ/ne cõicẽ cum
electis ⁊ ſequacibꝰ eoꝝ: immo magis volo vt cor
ripiat ⁊ increpet me iuſtus in mĩa. i. ꝙ corrigãt me
predicatores legis euãgelice cũ charitate ⁊ mĩa: ꝙ
oleũ. i. adulatio pctõꝝ impinguet ⁊ vngat caput
meũ: vñ l'ra Hierony. habet. Corripiat me iuſtus et
arguat me/oleũ aũt amaritudinis non impinguet
caput meũ. Ex quo pꝫ ꝙ in nr̃a tranſlatiõe ponit
futurũ indicatiui ꝓ optatiuo: eo ꝙ Hebrei non ha
bẽt optatiuũ: ⁊ ſic pꝫ ꝙ iſte modꝰ loquendi eſt de
ꝓcatiuꝰ ſicut dictũ eſt et loquit hic metaphorice:
nã hic ponit oleũ ꝓ adulatione: nã ſicut oleũ ma
teriale vngit ⁊ mollificat res rigidas vt ſint tracta
biles: ita pariter adulator cũ ſuis blandis ṽbis et
adulationibus mollificat volũtatẽ ⁊ mentẽ ⁊ affe
ctũ hoĩs: ⁊ ꝑſuadet ad flagitia ⁊ facinora ⁊ vitã vo
luptuoſam: ⁊ ita poete cũ ſuis fabulis ⁊ fictis/⁊ mẽ
dacibus locutionibus perſuadebãt ppl'is ⁊ conci
tabant eos ad flagitia cõmittenda: ponit ergo hic
oleũ pro blãda adulatione: ⁊ caput ponit pro parte
rationali ꝗ decipit ⁊ trahitur a ſenſualitate. Dicit
ergo chriſtus in ꝑſona ſuoꝝ mebroꝝ. O pr̃ fac vt
non communicẽ cũ iſtis operantibꝰ iniquitatẽ nec
cũ electis ⁊ ſequacibꝰ eorum: nec ſequar electiões
eoꝝ/imo magis volo ꝙ corripiat mẽ ꝗlibet iuſtꝰ ⁊
doctor et predicator euãgelicꝰ in mĩa: ꝙ oleũ ⁊ fal
ſa adulatio ⁊ ꝑſuaſio alicuius peccatoris ⁊ falſi do
ctoris impinguet ⁊ demulceat ⁊ decipiat caput meũ
i. rationẽ meã. Hoc etiã totũ põt intelligi de falſa
⁊ mendaci adulatione. Thalmudiſtarũ ⁊ Rabino
rũ iudeoꝝ: qui ꝑſuadent ⁊ decipiunt populũ eoꝝ:
hoc etiã põt intelligi de quacunqꝫ falſa adulatiõe
⁊ perſuaſione incitante hoĩem ad pctm̃: vñ Chri
ſtus rogat pro ſuis ne adulatione ⁊ perſuaſione ali
cuius pctõris incidant in aliqđ pctm̃/vñ petit vt
ſui fideles ſint obedientes in correctione iuſtorum
i. quod patienter audiant predicationes ⁊ corre
ctiões p̃latoꝝ ⁊ maioꝝ ⁊ fratrũ ſuoꝝ iuſtoꝝ: ideo
dixi Petro. ſi peccauerit in te frater tuus vade et
corripe eũ inter te ⁊ ipſum ſolũ: ꝙ ſi te audierit: lu
cratꝰ eris fratrẽ tuũ. ideo hic dicit Chriſtus. Corri
piet. i. corripiat me iuſtus ⁊ p̃latꝰ in mĩa ⁊ zelo cha
ritatis. i. cũ patientia mẽbra mea audiãt correptio
ne factã cũ mĩa ⁊ charitate ⁊c. Itẽ ne audiãt adula
tiones: ideo ſubdit O leũ aũt pctõris. i. verbũ blan
dũ/⁊ ſuaſiuũ/⁊ adulatoriũ: nõ impinguet caput meũ
i. blandiatur ꝯſcientie mee. L'ra Hierony. habet: oleũ

Officiũ adulatoris.

fellis ⁊ amaritudinis: qđ idẽ eſt: nã verba adulato
ris licet videant blãda ⁊ ſuauia: tñ ſunt amara ad
cõmittenda alia pctã: dr̃ eñi adulator pctõr: qꝛ pri
mo mẽtit cũ adulaꝛ alteri/tribuẽdo ipſi qđ non ha
bet. Scđo/qꝛ hoc facit cauſa decipiendi ſimplices
ideo Chriſtus rogat vt deꝰ auertat talẽ peſtẽ a ſuis
fidelibꝰ ſimplicibus: imo ꝙ vnuſquiſqꝫ ſe reputet
peccatorem: ⁊ diligat corrigẽtẽ ſe ⁊ fugiat adulato
res. Et iſto modo Joãnes baptiſta fugit adulatores
quando dixit/non ſuꝫ ego Chriſtus: nec ſum dignꝰ
calciamenta eius ſoluere. Joã. i. Item quãdo dixit.
Illũ opportet creſcere: me autẽ minui ⁊c. Joan. iij.
Itẽ hanc adulationem fugerunt Paulus ⁊ Barna
bas/qñ ſacerdotes idoloꝝ volebãt eis honores di
uinos impẽdere. Actum. xiiij.

**Quoniam adhuc ⁊ oratio mea in bencpla
citis eorum: abſorpti ſunt iuncti petre iu
dices eorum.**

**Audient verba mea quoniam potuerunt
ſicut craſſitudo terre erupta eſt ſuper ter
ram.**

**Diſſipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernum
quia ad te domine domine occuli mei: in te
ſperaui non auferas animam meam.**

¶ In hac ſcđa parte Chriſtꝰ ꝓdicit cõuerſionẽ impe
ratoꝝ ⁊ regũ ad Chriſtũ ſub iugo fidei: vñ impera
tores ⁊ reges ⁊ tyranni ꝗ ante ꝓpter idola ꝑſeque
bant chriſtianos/poſt cõuerſionẽ ad fidẽ ꝓceperũt
idola deleri ꝓpter Chriſtũ: ⁊ qꝛ orõ ⁊ predicatio et
lex euangelica ante fuerat abominabilis ⁊ deſpecta
⁊ odioſa. poſtea fuit placibilis ⁊ decora in bñplaci
tis eoꝝ. ſ. regũ ⁊ gẽtiliũ. i. erit eis placibilis ⁊ acce
ptabilis: qñ colẽt eã obſeruabũt ⁊ cõuertent ad
fidẽ euãgelicã ⁊ vincti ⁊ ligiti et iuncti ſunt ipſi pe
tre. ſ. Chriſto: ꝗ eſt petra in qua fundaꝛ eccl'ia: erũt
ergo vincti ⁊ ligati ſub iugo legis Chriſti: qui ante
ligabant et torquebant ⁊ vexabant Chriſtianos/ꝙ
impletum fuit in Cõſtãtino ⁊ ceteris imperatori
bus ⁊ regibꝰ ꝗ ad fidẽ cõuerſi ſunt: ideo ſequit. Au
diẽt verba mea. i. legẽ meã euãgelicã/qñ potuerũt
facere ſup. miracula: nã verba Chriſti ſunt potẽtiſ
ſima ⁊ efficaciſſima ⁊ effectiua miraculoꝝ ⁊ ſani
tatũ: ⁊ ideo qñ vidit. Cõſtantinus qđ virtute noĩs
Jeſu et baptiſmi ipſe fuit liberatus et ſanatꝰ a le
pra: ⁊ videbãt ceteri reges ſigna ⁊ ꝓdigia ꝗ facie
bant apl'i ⁊ martyres: tunc voluerunt audire ṽba
Chriſti euangelica: ideo audiẽt ipſi reges ⁊ impe
ratores ⁊ iudices verba mea qñ potuerunt. i. po
tentiſſima fuerũt ad miracula facienda: et ad gen
tes cõuertendas: et corda hominũ penetrãda: etiã
fuerũt fructifera ſicut craſſitudo terre ⁊c. ¶ Unde
nota ꝙ craſſitudo terre ẽ i ſuperficie terre: ideo qñ
agricole volunt ꝙ ager ſit vber et frucificet: arant
et ſcindũt terrã aratro/et ſic erit craſſitudo terre
ad ſuperficiem: et ſic bene creſcit ⁊ germinat qđ
ſeminatur. Ita ergo germinauerunt et fructifica
uerunt verba euangelica in cordibus hominũ ab
apl'is ſeminata: nam apl'i ⁊ fideles diſpoſuerunt
corda hominũ gẽtiliũ ꝑ predicationẽ: ⁊ ſeminarunt
in eis verbũ dei: ⁊ illa corda facta craſſa per grãm
ſpũs ſcti fructificarũt fructꝰ fidei ⁊ bonoꝝ operũ
Et ideo ſequit in ꝑſona mẽbrorum: ideo diſſipata

[illegible]

Nota



ſunt oſſa noſtra. i. qꝛ verba euãgelica fecerũt fru
ctũ in nobis: ideo diſſipata ſunt oſſa noſtra: qꝛ ce
pimus ⁊ paſſi ſumus tormẽta ⁊ martyrium ꝓpter
Chriſtũ: i quo martyrio diſſipata ⁊ fracta ſunt oſſa
noſtra ſecus infernũ. Et ponit hic infernꝰ ꝓ foſſa.
nã frequẽter i ſcriptura ve. te. foſſa dr̃ infernꝰ: ſicut
dicit Jacob. Deſcẽdã in infernũ. i. in foſſam ꝑ mor
tẽ. Dicit ergo. Diſſipata ⁊ cõfracta ſunt oſſa noſtra
ſecus. i. vſqꝫ ad foſſaꝫ ⁊ mortẽ: qꝛ ꝓ fide ꝗdã fuerũt
decollati. ꝗdã laniati ꝗdã oſſibus fracti ⁊c. ¶ Põt
etiã incipere alia ſimilis ſententia ab illo loco Si
cut craſſitudo. quaſi dicat: ſicut tera nõ fructificat
niſi qñ craſſitudo erupta eſt ſup terrã: cũ agricola
arat ⁊ ſcindit ⁊ erumpit eã aratro: ⁊ tũc facit bonũ
fructũ: ita corpora martyꝝ fecerũt fructũ merito
rũ cũ fuerũt bene rupta ⁊ ſciſſa ⁊ laniata ⁊ oſſa eo
rum diſſipata ⁊ fracta vſqꝫ ad foſſam ⁊ mortem: qꝛ
ita meruerũt martyres optimas manſiones in ce
lo ⁊ ſummã beatitudinẽ: ⁊ ille fuit fructꝰ martyrij:
ſicut granũ frumẽti cũ mortuũ fuerit ſub terra mul
tũ fructũ affert ⁊c. Jo. xij. Ordinet ergo ſic litera in
ꝑſona ppl'i gẽtilis cõuerſi ad fidẽ/de quo innume
rabiles fuerũt diſſipati ⁊ cõfracti ad fidẽ xp̃i. Oſſa
noſtra diſſipata ſunt vſqꝫ ad mortẽ ⁊ foſſam ſiue ſe
pulturã: ⁊ ita fuerũt lacerata/⁊ fuerũt rupte car
nes: ſicut craſſitudo terre ẽ erupta ⁊ arata et ſciſſa
cũ vomere ⁊ aratro ſup terram: ⁊ ſicut terra ſic ru
pta ⁊ arata efficit craſſa ⁊ fructifera ⁊ facit bonos
⁊ vberes fructꝰ: ita corpora noſtra ſic laniata ⁊ ru
pta ꝓpter fidẽ fecerũt mirabiles fructꝰ in gloria ⁊
beatitudine. Qꝛ iſta litera eſt difficilis/ideo eſt vi
denda trãſlatio Hierony. ꝗ ſic habet in his tribus
verſibus. Qñ adhuc oratio mea ⁊ ꝑ malitijs eoꝝ
ſublati ſunt iuxta petrã iudices eoꝝ: ⁊ audiãt di
cta mea qñ ſuauia ſũt ſicut agricola cũ ſcindit ter
rã: ⁊ diſſipata ſunt oĩa oſſa nr̃a in ore iferni. ꝗ ꝗdẽ
trãſlatio ſatis ꝯcordat cũ ſupradicta expoſitione.
Judei aũt ꝗbus nõ eſt datuꝫ noſſe myſteriũ regni
dei ꝓpter malitiã eoꝝ: nõ poſſunt videre hãc veri
tatẽ ⁊ ſecretũ clauſum in hac litera: ideo dicũt hic
multa fatua ⁊ irrationabilia ⁊ diſcordia implican
tia cõtradictionẽ. Ideo nos agamus gratias ꝗbus
deus reuelauit arcana celeſtia. Sequẽdo ergo pre
dictã expoſitionẽ ſequit litera: qꝛ ad te dñe oculi
mei. qꝛ diſſipata ſunt oſſa noſtra vſqꝫ ad foſſam et
infernũ: qꝛ difficile ⁊ impoſſibile eſt talia tormẽta
perpeti ſine auxilio dei ſpeciali: iõ dicit. O dñe qꝛ
in his tormentis ad te ſunt fixi oculi mei petentes
auxiliũ: in te ſperaui in hoc conflictu: ideo rogo vt
nõ auferas aiãꝫ meã. quaſi dicat: licet occidaꝛ cor
pus ⁊ laceret vſqꝫ ad mortẽ tñ non perdaꝛ nec mo
riaꝛ aĩa ꝑdẽdo fidẽ ex timore tormẽtoꝝ: ſed ſalua
eam dando ipſi fortitudinẽ ⁊ cõſtantiã vt cõtẽnat
mortẽ corporalẽ. Et cuſtodi me a laqueo quẽ ſta
tuerũt mihi tyrãni. nã primo ꝓmittebãt magna do
naria vt negarẽ fidẽ: ⁊ cũ nolo addunt tormenta: et
ſic parant iſtos laqueos ad capiendũ me. nã ꝓmiſ
ſio dicit laqueꝰ vt capiar: tormẽta vero dicunt ſcã
dalũ vt ex infirmitate ruã ⁊ cadam: ergo libera me
a laqueo ꝓmiſſionis quẽ ſtatuerũt mihi: ⁊ a ſcan
dalis tormẽtoꝝ tyrãnoꝝ operantiũ iniqtatẽ. Ue
rũ tñ licet pctõres ⁊ auari ⁊ luxurioſi cadãt ꝓpter
voluptates ⁊ auaritiã ⁊ mũdani cadant in laqueo
⁊ retiaculo eiꝰ. ſ. impij ſ. tyrãni: ⁊ diaboli ꝗ parant
mihi hmõi laqueũ ⁊ ſcãdalũ ⁊ retiaculũ; qui quidẽ

pctõres cadẽt in hoc retiaculo negãdo fidẽ: tñ ego
cũ auxilio diuino ſingulariter ſum donec trãſeaꝫ.
quaſi dicat nõ cadã cũ eis. imo ſingularis ſine eis
⁊ immunis ⁊ illeſus trãſibo rumpendo laqueũ ⁊ re
tiaculũ: nihil mihi nocebit: ⁊ cõtẽnã donaria ⁊ mu
nera ⁊ tormẽta ⁊ mortẽ corporalẽ. Sed iſta vltima
particula magis ꝓprie ⁊ ꝑ ſe eſt exponẽda de xp̃o
capite. ¶ Quia ad te dñe dñe oculi ⁊c. In iſta vlti
ma parte Chriſtꝰ caput nr̃m loquit nõ ſolũ in ꝑſo
na nr̃a ſed etiã in ꝑſona ſui ꝑ reſurrectionẽ. ¶ Ad
cuiꝰ euidẽtiã eſt notandũ ſcđꝫ Aug. lib. Hypogno
ſticõ cõtra Pelagianos: ꝙ mors poſt lapſum Ade
nõ dr̃ naturalis: ſed pena pcti: qꝛ inflicta eſt nobis
ex pctõ primi parẽtis. Ex quo pꝫ ꝙ Chriſtus non
erat obligatꝰ ad mortẽ corporalẽ poſtꝙ nõ deſcen
dit ab Adã ꝑ naturalẽ gñationẽ: ſed voluit ſponte
mortẽ recipere ⁊ quaſdã alias infirmitates vt me
reret ꝓ nobis: ⁊ eſſet cauſa noſtre reſurrectionis
⁊ ꝓmitie reſurgẽtiũ. Et iõ Xp̃s in hac pte petit re
ſurrectionẽ a pr̃e vt reſurgat ad imortalitatẽ/oſtẽ
dẽs ꝙ ipſe nõ erat obligatꝰ morti poſtꝙ nõ cõpre
hendit ſub pctõ ipſius Ade. immo eſt immunis de
iure ⁊ debito. dicit ergo. O dñe oculi mei ſunt fixi
ſup. ad te. ideo nõ auferas animã meam. i. ne per
mittas vt maneat in inferno cum ceteris peccato
ribus. immo fac vt reuniatur corpori per reſurre
ctionem. qꝛ ſemper in te ſperaui.

**Cuſtodi me a laqueo quem ſtatuerunt mi
hi: ⁊ a ſcandalis operantium iniquitatem.
Cadent in retiaculo eiꝰ peccatores: ſingu
lariter ſum ego donec tranſeam.**

¶ Cuſtodi me a laqueo quẽ diaboli ſtatuerũt mi
hi: ⁊ ab ſcãdalis ⁊ occaſionibꝰ operantiũ iniqtatẽ:
qꝛ ego liber ſum a laqueo pcti. nã oẽs ceteri hoĩes
cadẽt in retiaculo ⁊ laqueo. i. cũ oẽs alij ſint pctõ
res: tñ ego ſingularis ſuꝫ. i. ſingulariter exẽptus et
immunis ⁊ ſolꝰ inter mortuos liber a peccato do
nec trãſeaꝫ de hoc mundo ad patrẽ ſup. quaſi dicat
Chriſtus. Ego ſum liber ab omni pctõ: nec obligor
ad mortẽ qꝛ nõ fui captus in retiaculo pcti ipſius
diaboli ſicut ceteri pctõres: et ideo de iure me de
bes reſuſcitare: qꝛ ſpõte aſſumpſi mortalitatẽ ⁊ in
firmitates humanas. ¶ Ad maiorẽ aũt intelligen
tiã huius vltime partis: tria ſunt videnda. Primo
qđ eſt iſtud retiaculũ in quo ceciderũt oẽs pecca
tores. Secundo. quare Chriſtus nõ potuit cadere
nec capit in hoc retiaculo. Tertio eſt videndũ quõ
Chriſtꝰ nos liberauit ab iſto retiaculo. ¶ Quantũ
ergo ad primũ eſt dicendũ ſcđm Aug. ꝙ retiaculuꝫ
in quo ceciderũt oẽs pctõres fuit eſus cibi ligni/ꝓ
hibiti quẽ comederũt primi parẽtes ꝯtra volunta
tẽ dei/quẽ cibũ multis noĩbus appellat Aug. Uñ
primo appellat ipm̃ hamũ inquantũ ſub eſca illiꝰ
ſuauis fructus latebat hamus veneni in quo capti
ſunt primi parentes. Scđo appellat ipm̃ laqueũ in
quo ipſi capti ⁊ illaqueati ⁊ ligati ſunt. Tertio ap
pellat illã arborẽ muſcipulã inquãtũ primi paren
tes mordẽtes fructũ fuerũt ibi morſi ⁊ capti ⁊ obli
gati diuine ſententie. Quarto appellat illũ fructũ
ſcãdalũ inquãtũ in eo offẽndẽtes ceciderũt. Quin
to appellat ipſum retiaculũ inquantũ non ſolũ pri
mos parentes: ſed etiã totã eoꝝ poſteritatem dia
bolus cõcluſit ⁊ cõprehendit in illo pctõ. Ille ergo

mors pena peccati.

xxiij. q. v. his. de pe. d. i. q. puero

Eſus ligni vetiti ⁊c.

fructꝰ ꝓhibitꝰ fuit hamus ⁊ laqueꝰ ⁊ muſcipula ⁊
ſcādalū ⁊ retiaculū qḋ diabolꝰ parauit in illo fru-
ctu: in quo cōpꝛehēdit oēs pctōꝛes filios Adam: qꝛ
Adā peccando oēs filios futuros obligauit ad pe-
nā dāni ſui pcti ⁊ trāſgreſſiōis: ꝓut pluries dictum
eſt. Nā ſicut Adā ꝑdidit ꝓ ſe illā originalē iuſtitiā
cū oibꝰ donis q̄ gratis a deo acceperat cum illa ori-
ginali iuſtitia. Ita ꝑdidit ꝓ oibꝰ ſuis poſteris oīa
illa dona ⁊ p̄mia illiꝰ originalis iuſtitie. Sꝫ vltra
illud dānū ex eſu illius ibi venenoſi fuit inflictus
q̄dā moꝛbꝰ cōcupiſcētie inoꝛdinate in carne ⁊ ſen-
ſualitate ipſoꝝ primoꝝ parētū: q̄ quidē moꝛbꝰ ve-
nenoſus taliter coꝛrupit totā carnē ⁊ appetitū ſen-
ſitiuū: ⁊ vlnerauit ⁊ debilitauit oēs potentias na-
turales/ ꝙ caro ſic coꝛrupta ⁊ vulnerata ilico facta
rebellis inſurrexit aduerſus ſpm̄ ⁊ rōnem: intm̄ ꝙ
incepit retrahere aīam ⁊ volūtatē ab oī bono ⁊ ho-
neſto ⁊ impellere ad oē malum. Et iſte fuit ſcḋs la-
queꝰ ⁊ retiaculū qḋ diabolꝰ parauit latēter in car-
ne ꝑmoꝛū parētū cōtra rōnē ⁊ volūtatē. Et eſt q̄dā
hamus latens ſub eſca carnis: cui carni ꝯſentiens
voluntas ilico capitur ⁊ obligat̄ actuali ⁊ moꝛtali
pctō. Et hoc eſt ſcḋm retiaculū: ⁊ laqueꝰ cōcupiſcē-
tie quē primi parētes trāſmiſerūt ſucceſſiue ī oēs
poſteros ꝑ libidinoſam gn̄ationem. Nā caro q̄ foꝛ-
mat̄ ⁊ concipit̄ ex tali libidinoſo cōcubitu nō pōt
eſſe ſine feditate: moꝛbo ⁊ illo fomite ꝯcupiſcētie.
Qui q̄dē moꝛbus ⁊ fomes dꝛ quoddā retiaculū ab-
ſconſum in carne. Nā p̄rio ꝑ ſolā vnionē cauſat cul-
pā originalē in aīa creata ⁊ infuſa ipſi in puris na-
turalibꝰ: qꝛ ꝑ ſolū cōtuberniū (eo ꝙ aīa fit vna pſo-
na cū tali carne infecta) efficit̄ obnoxia culpe ori-
ginali primoꝝ parentū: ⁊ ſic efficit̄ filia ire ⁊ vindi-
cte ⁊ debitrix originalis iuſtitie ꝑdite in Adā. Itē
rurſus hoc idē retiaculū cōcupiſcētie alliciēdo vo-
luntatē ad honoꝛes illicitos ⁊ carnales volupta-
tes ⁊ diuitias illicite acq̄ſitas ꝑ cōſenſum delibe-
ratū: capit aīam in pctō actuali ⁊ moꝛtali: ⁊ ꝑ ꝯſen-
ſum indeliberatū capit eā in veniali. Ex q̄bꝰ oībꝰ
ptꝫ ꝙ vnū ⁊ idē retiaculū cōcupiſcētie ⁊ fomitis la-
tēs in carne ꝑ ſolā vnionē capit aīam in culpa ori-
ginali obligās eā ad penā dāni priuans eam oibus
donis gratie ⁊ celeſtis gloꝛie. Et per cōſenſum de-
liberatum capit aīam in pctō moꝛtali obligādo eā
ad penā ſenſus eternā. Et ꝑ ſolū cōſenſum nō deli-
beratū capit aīam in pctō veniali. Ex ſupꝛadictis
etiā ptꝫ ꝙ duplex retiaculū parauit diabolꝰ cōtra
hoiem. Nā primū retiaculū ⁊ laqueū parauit in li-
gno ⁊ cibo pꝛohibito: in quo cepit primos parētes
in perſona: ⁊ cepit omnes poſteros in natura: qꝛ in
illo oēs fuimus priuati oibus donis gratie et glo-
rie ⁊ obligati ad penam damni: de quo ait Apl's ad
Roma. iii. ꝙ oēs ī Adā peccauerūt. i. oēs fuerunt in
illo venūdati ⁊ obligati ad penā dāni. Secundū au-
tem retiaculū parauit diabolus in carne ⁊ appeti-
tu ſenſitiuo vniuſcuiuſq;. Et hoc eſt retiaculū cōcu-
piſcētie in quo ꝑ ſolā vnionē aīe capit vnūquemq;
pſonaliter in originali: ⁊ per cōſenſum voluntatis
deliberatū capit aīam in actuali ⁊ moꝛtali: ⁊ ꝑ con-
ſenſum indeliberatū capit eā in veniali. De vtroq;
ergo retiaculo intendit dicere Dauid q̄n ait in pſo-
na xp̄i. Cadēt in retiaculo eiꝰ pctōꝛes ⁊c. ¶ Quan-
tum ad ſcḋm eſt dicendū ꝙ Chꝛiſtus nullo modo
potuit capi in primo retiaculo: nec in ſcḋo. Non in
primo/ qꝛ Adā non potuit obligare/ nec venundare

duplex retiaculū cōtra hoiem.

R

peccato ſuo ⁊ dāno niſi filios ſuos naturales ab eo
genitos imediate: vel mediate: ſed Chꝛiſtꝰ licet di-
cat̄ filius Adā ſm carnē inq̄ntū accepit carnē ex
virgine: tn̄ nō dꝛ filius naturalis ſm generationē
qꝛ nō ex ope Adā natꝰ eſt: ſꝫ ſolo ope ſpūs ſctī: ⁊ ſic
non potuit obligari/ nec venūdari in Adā. Nec po-
tuit etiā capi in ſcḋo retiaculo ꝯcupiſcētie carnis:
qꝛ Adā nō potuit traſferre in eū vitiū carnis ⁊ ꝯcu-
piſcētie poſtq̄ Chꝛiſtꝰ nō deſcēdit ab eo ꝑ gn̄atio-
nē naturalē. Et ſic ptꝫ ꝙ Chꝛiſtꝰ nec captus eſt in
retiaculo nature ꝑ gn̄alē obligationē: nec ī retiacu-
lo pſone ꝑ naturalē vel libidinoſam gn̄ationem. Et
iō dꝛ ſolꝰ iter moꝛtuos liber nō ſolū in pſona: ſꝫ et
in natura. Et iō ſolꝰ potuit totū genꝰ humanū libe-
rare. ¶ Sꝫ q̄d dicēdū de ꝟgine matre eiꝰ: Ad hoc
rūdet̄ ſicut dictū eſt pſal. xlv. ꝙ nō poſſumꝰ excuſa-
re q̄n fuerit capta in reaticulo nature: inq̄ntū fuit ma-
obligata in Adā cū tota natura ⁊ deſcēdētia natu-
rali ipſius Adā: q̄ oēs filios naturales obligauit et
venūdedit ad penā dāni pcti ſui: de quo dicit apl's
ad Ro. iii. ꝙ oēs in Adā peccauerūt: in natura ſꝫ
inq̄ntū i eo fuerūt obligati. Sꝫ illud pctm̄ nō po-
tuit trāſire in pſonā ꝟginis quo ad culpā origina-
lē nec moꝛtalē: nā lꝫ ꝟgo maria deſcēdat ab Adam
ꝑ naturalē gn̄ationē: tn̄ qꝛ caro eiꝰ fuit ſctificata ⁊
mūdata ab oī fomite ante aīationē: ⁊ aīa fuit ſimul
creata: ⁊ ſanctificata/ ⁊ gratificata/ ⁊ ī grā cōfirma-
ta/ ⁊ infuſa ī illa carne mūda. iō nec caro potuit in-
ficere aīam/ nec aīa infici a carne ꝑ culpā origina-
lē: ⁊ ſic pctm̄ nature nō potuit transferri a carne in
aīam: ⁊ ꝑ ꝯñs nec in pſonam: qꝛ ꝟgo Maria nunq̄
dicta eſt pſona humana niſi per aīam: ⁊ ſic fuit libe-
rata a pctō originali nature ꝑ p̄uiā ſctificationē
⁊ grām Chꝛiſti: Ex hoc etiā ſequit̄ ꝙ ꝟgo Maria
nunq̄ cecidit/ nec fuit capta in retiaculo diaboli
actualiter ⁊ moꝛtaliter nec venialiter: qꝛ fomes et
cōcupiſcētia q̄ eſt ſemē oīs pcti fuit extincta ī car-
ne ꝟginis ante aīationē ꝑ ꝟtutē ſpūs ſctī: vt dictū
eſt: ergo caro nō potuit ſurgere aduerſus ſpm̄/ nec
capere volūtatē ꝑ aliquē illicitū cōſenſum delibe-
ratū: nec indeliberatū. Et ꝑ ꝯñs nō fuit capta pſo-
naliter in retiaculo cōcupiſcētie: nec originaliter: nec
actualiter: nec venialiter pctō: licet fuerit obliga-
ta ſolum in natura: iō indiguit redimi ⁊ liberari in
pſona ꝑ grām ꝑuenientē. q̄ habuit ꝟtutē ex paſſio-
ne Chꝛiſti: vt pluries dictū eſt. Et ſic ptꝫ qualiter oēs
pctōꝛes ceciderūt in retiaculo diaboli ī natura vel
in pſona: a quo ſolus Chꝛiſtꝰ trāſiuit liber ⁊ ſingu-
laris tā in natura q̄ in pſona: ſed ſola virgo Ma-
ria fuit liberata ne caderet ī pſona. Ex ſupradictis
patet ꝙ ſolus Chꝛiſtus potuit redimere genus hu-
manū: ⁊ ſatiſfacere ꝓ pctīs oim. Qḋ ſic patet: nam
tria neceſſario requirebant̄ ad hoc ꝙ aliquis ſuffi-
cienter poſſet redimere totū genꝰ humanū: nā p̄i-
mo oppoꝛtebat vt eſſet liber ⁊ innoxius: nō captꝰ in
retiaculo ipſius diaboli: et non ſolū in pſona: ſed
etiā liber in natura: vt alios poſſet ab illo retiacu-
lo liberare: qꝛ inuolutus ⁊ obnoxius non pōt alios
de laqueo liberare ⁊ abſoluere. Secundo opꝛte-
bat vt haberet ſummā charitatē: vt eiꝰ paſſio ⁊ ob-
latio eſſet deo chara pro oibus ⁊ meritoꝛia ⁊ acce-
pta. Tertio opoꝛtebat vt eſſet deo pſonaliter vnitꝰ
per gratiam vnionis: vt ſua operatio ⁊ redemptio
eſſet meritoꝛie infinita: eo quod debebat remittere
culpam ⁊ penā infinitā: ⁊ recuperare pꝛemium ce-

leſte infinitū: vt dictū eſt pſal. cxxix. ideo nō potuit
eſſe niſi in ſuppoſito infinito. Sed qꝛ ſolus Chꝛiſtꝰ
habuit omnia iſta tria ꝓut dictum eſt pſal. xvii. et
xxi. ⁊ in pleriſq; locis: ergo ſolus Chꝛiſtꝰ potuit ge-
nus humanū ſufficienter redimere ⁊ liberare: q̄ nō
cecidit ī retiaculo alioꝝ: de cuiꝰ redēptionis modo
patebit in articulo ſequēti. ¶ Quātū ad tertiū eſt
dicendū ꝙ Chꝛiſtus q̄ vt hoīem perditū ⁊ captiuū
in retiaculo diaboli repararet ⁊ liberaret/ venerat
in carnē: ſicut eſt ſapientia ꝑ eſſentiā: ita ſapienter
hoīem liberauit: nam ſicut diabolus cogitauit ar-
tē malignā ⁊ callidā ad capiendū Adā cū tota ſua
gn̄atione ī ſuo retiaculo: ita Chꝛiſtꝰ ſapiēs reſtau-
ratoꝛ reperit artem ſapiētē ad rūpendū ratiaculū
diaboli ⁊ liberādū aīas ⁊ totū genꝰ humanū in il-
lo retiaculo obligatū ⁊ obnoxiū: ⁊ repperit nouum
retiaculū ad capiēdas aīas ꝑ grām: vn̄ ſicut diabo-
lus abſcōdit venenū ſub ſpecie fructꝰ ꝓhibiti tanq̄
hamū: quē fructū volēs moꝛdere Adā fuit moꝛſus
moꝛſu moꝛtis ⁊ captꝰ ī hamo ⁊ retiacula ⁊ laqueo
venenoſo latēte ſub ſpecie illiꝰ fructus: ita pariter
Chꝛiſtꝰ obiecit diabolo carnē ſuam tanq̄ eſcā: ſub
qua latebat hamꝰ ⁊ laqueus diuinitatis: ⁊ tetēdit
eā in cruce: ſed diabolus putās Chꝛiſtū eſſe purum
hoīem/ obnoxiū moꝛti/ obligatū in Adā voluit ipm̄
in cruce moꝛdere ꝑ moꝛtē ſicut ceteros: ſed ipſe ca-
ptus ⁊ moꝛſus fuit victꝰ in moꝛte Chꝛiſti: ſub cuius
carne latebat hamꝰ diuinitatis: ⁊ ſic diabolꝰ fuit
victus ⁊ captus in retiaculo paſſionis Chꝛiſti. Itē
rurſus: ſicut diabolus cepit Adā in retiaculo ſuo: ⁊
parauit ⁊ abſcōdit retiaculū cōcupiſcētie in carne
ipſius Adā ⁊ in gn̄atione naturali: per quā genera-
tionē libidinoſam Adā tranſtulit pctm̄ ſuū in oēs
poſteros particulariter: ita pariter Chꝛiſtꝰ abſcon-
dit ⁊ impꝛeſſit virtutē ⁊ pꝛetiū ſue paſſiōis in ſeptem
eccleſiaſticis ſacramētis: ꝑ q̄ quidē ſacramēta trā-
ſtulit virtute ſue paſſiōis pticulariter ī vnūquēq;
fidelē: vn̄ ſicut Adā per generationem libidinoſam
trāſtulit pctm̄ ſuū in filios: ita Chꝛiſtꝰ ꝑ regenera-
tionē baptiſmalē trāſtulit merita ſue paſſionis ad
rūpendū retiaculū diaboli ⁊ liberandū baptizatos
ab originali: ⁊ per pn̄iam tranſtulit merita ſue paſ-
ſionis ad abſoluendum a moꝛtali pctō oēs peniten-
tes: ⁊ ſic de ſingulis. Itaq; eſt dicendum ꝙ in vno-
quoq; ſacramento latet virtus paſſionis Chꝛiſti.
tanq̄ hamus ſub eſca: ⁊ tanq̄ retiaculū ſalubꝛe ad
capiendas aīas per gratiā: ⁊ ad rumpendū retiacu-
lum diaboli. Sed in ſacramento euchariſtie ſpecia-
liter ⁊ realiter continetur ipſe Chꝛiſtus verbū in-
carnatum: quem Chꝛiſtū ſub foꝛma panis ſuminꝰ
in cibū ſpiritualē ad refectionem ſpiritualem ⁊ re-
ſtaurationē bonoꝛum perditoꝝ: pꝛout dictum eſt
pſal. cx. Et ſic ptꝫ qualiter eccleſiaſtica ſacramenta
ſunt quedā retiacula ſpiritualia ad capiendas ani-
mas noſtras per gratiam paſſionis Chꝛiſti contra
retiaculū diaboli. per que quidē ſacramēta rūpit̄
retiaculū diaboli ⁊ liberātur fideles. Et ptꝫ quali-
ter ſicut Adā ꝑ generationē naturalē ⁊ libidinoſā
multiplicauit ⁊ generauit filios carnales in mūdo:
ad quos tranſtulit pctm̄ ⁊ ſemen ⁊ fomitē peccati:
ita pariter Chꝛiſtus ꝑ regenerationem baptiſma-
lē regenerauit ⁊ multiplicauit filios ſpirituales et
fideles in eccleſia: ad quos trāſtulit gratiā ⁊ virtu-
tem ſue paſſionis per baptiſmū aque vel flaminis
vel ſanguinis. Et ſic licet oēs peccatoꝛes fuerunt

capti ⁊ ceciderūt in retiaculo diaboli per pctm̄: tn̄
oēs poſſunt liberari a Chꝛiſto per retiaculū baptiſ-
mi ⁊ ceteroꝝ ſacramētoꝝ: eo ꝙ Chꝛiſtus ſingulari-
ter trāſiuit inter moꝛtuos liber nō captus in retia-
culo diaboli in perſona/ nec in natura. ¶ Ad cuius
intellectū maioꝛē eſt notādū ꝙ iſtud retiaculum ⁊
myſteriū crucis fuit figuratū Nume. xxi. vbi dicit̄
ꝙ q̄n populus murmurauit cōtra deū ⁊ Moyſen/
miſit deus ſerpētes ignitos q̄ moꝛdentes multos
occidebāt: qui penitentia ducti rogarunt Moyſen
vt rogaret pro eis dn̄m vt tollerent̄ ſerpentes. Et
tūc Moyſes ex pꝛecepto dn̄i ſuſpendit ſerpentem
eneū in ligno: Et tūc moꝛſi a ſerpente aſpiciētes il-
lum ſerpentē pendētē in ligno ſanabant̄ a moꝛſibꝰ
ſerpētū. Per qḋ myſteriū fuit figuratū qualr̄ Chꝛi-
ſtus redēptoꝛ mūdi debebat ſecū ſuſpendere ⁊ cru-
cifigere antiquum ſerpentem: qui in ſuo ligno ꝓhi-
bito momoꝛderat primos parētes moꝛſu moꝛtife-
ro: qui quidem moꝛſus venenoſus trāſlatus eſt in
omnes poſteros: ⁊ ſic per vnius hominis delictum
moꝛs introiuit in totum oꝛbem terrarum. Et ſic ptꝫ
ꝙ moꝛs ⁊ oēs infirmitates ⁊ defectus ⁊ oīs culpa ⁊
omnia peccata ſunt effectus ⁊ pene illius peccati ⁊
moꝛſus illius antiqui ſerpentis. Et ideo Chꝛiſtus
vt nos liberaret a moꝛſu antiqui ſerpētis ⁊ ab om-
nibus effectibꝰ ⁊ veſtigiis illius moꝛſus/ voluit in-
dui veſte illius ſerpētis: ſcꝫ moꝛte ⁊ ceteris coꝛpo-
ralibus defectibus ⁊ penalitatibꝰ ꝓuenientibꝰ ex
illo peccato/ pꝛeter culpam: eo ꝙ aſſumpſit in illa
carne oēs penas peccati pꝛeter culpā vt frequēter
dictū eſt: ⁊ ſic dicit̄ Chꝛiſtus induiſſe veſtē penali-
tatū antiqui ſerpentis: ⁊ cū tali veſte crucifixus eſt
in cruce: ſed venit diabolus ⁊ voluit moꝛdere Chꝛi-
ſtū ſicut ceteros: ſed ipſe captus eſt hamo diuinita-
tis latentis ſub carne: et ſic in cruce ſimul cū Chꝛi-
ſto crucifixū eſt pctm̄ noſtrū cū omnibꝰ penalitati-
bus ſuis: et moꝛtuum eſt pctm̄ noſtrū cū Chꝛiſto: ſꝫ
chꝛiſtus ſurrexit ad vitā gloꝛioſā manente ſerpen-
te antiquo in ſepulcro cum ſuis penalitatibus. Et
ideo dicit Augu. in ſermone de martyꝛibus: ꝙ chꝛi-
ſtus vt vinceret ⁊ occideret moꝛtē veſtitus eſt moꝛ-
te: moꝛs aūt ibi in cruce occiſa eſt: ſꝫ dn̄s ſemꝑ vi-
uit. Et ſicut Moyſes exaltauit ſerpentē in eremo: ⁊
ita Chꝛiſtus cū veſte ſerpentis: ſcꝫ cum penalitati-
bus exaltatus ⁊ crucifixus eſt in cruce: et ſicut oēs
qui fuerunt moꝛſi a ſerpente aſpiciebant ſerpentē:
et ſanabantur: ita omnes quos momoꝛdit aſtutia
Sathane aſpicientes ⁊ contemplantes Chꝛiſtū in
cruce pendentem ſanabūtur a moꝛſu ſerpentis an-
tiqui. Et ſic patet qualiter noſtra redemptio et ſa-
lus fuit figurata per exaltationem ⁊ ſuſpenſionem
ſerpētis enei in ligno: et peccatum noſtrum fuit ſi-
gnificatum per moꝛſum antiqui ſerpentis. Et patꝫ
etiā qualiter ſicut ſerpens antiquus parauit retia-
culum in ligno in quo momoꝛdit ⁊ cepit Adam cū
omnibus poſteris: et ſauciauit omnes moꝛſu ⁊ ve-
neno peſtifero: ita Chꝛiſtus parauit laqueum ⁊ re-
tiaculum in cruce: vbi cepit et crucifixit ſerpentē
antiquum: ⁊ ſic liberauit genes humanum a moꝛ-
ſu illius. Item ſicut diabolus particulariter para-
uit retiaculum: ⁊ laqueum cōcupiſcentie ⁊ fomitis
in carne vniuſcuiuſq; ad capiendum vnumquemq;
pſonaliter in originali ⁊ veniali ⁊ actuali: ita Chꝛi-
ſtus parauit retiaculum ſuum ſpirituale in vno-
quoq; ſeptem eccleſiaſticoꝝ ſacramentoꝝ: cuius

ſerpēs eneus fuit in ver. teſ. figura xp̄i.

retiaculi eſca patẽs eſt viſibilis forma: ſed hamus latens eſt inuiſibilis gratia illius ſacramenti: que quidẽ grã reficit et ſaluat/ et liberat fideles: ⁊ extinguit ⁊ occidit antiquum ſerpentem. Et ſic patet qualiter oẽs peccatores preter Chriſtũ ceciderũt in retiaculo antiqui ſerpentis per mortez. Et quõ oẽs fideles ⁊ iuſti ceciderunt in retiaculo Chriſti per gratiam. Et quõ antiquus ſerpens fuit crucifixus in ligno cũ Chriſto: ⁊ captus cũ retiaculo crucis. Et hec eſt cauſa quare ſerpẽs antiquꝰ diabolꝰ fugit crucem: eo ꝙ ibi fuit ſuſpenſus cum veneno ſuo: ⁊ ibi fuit extinctum venenum ſuum: ⁊ per cõſequens ibi fuit captus ⁊ victus Et ſic patet qualiter ſerpens antiquus primo fuit ſuſpenſus figuraliter in deſerto. Numeri. xxi. ſed poſtea fuit realiter ſuſpenſus in cruce cum Chriſto: quia pater in Chriſto poſuit iniquitates omnium noſtrum: cuiꝰ liuore ſanati ſumus. Eſaie. liij.

extra de reli. et vene. ſanc. c. vnico.

**V**Oce mea ad dominum clamaui: voce mea ad dominum deprecatus ſum.

Effundo in conſpectu eius orationem meam: et tribulationem meam ante ipſum pronuncio.

In deficiendo ex me ſpiritum meum: ⁊ tu cognouiſti ſemitas meas.

¶ Titulus/ Eruditio ſiue intellectꝰ Dauid cũ eſſet in ſpelũca oratio. Judei ⁊ quidam Catholici exponunt hunc pſalmum prout eſt oratio Dauid petentis liberari de manu Saulis ⁊ perſecutione: cũ eſſet in ſpelunca Odola latens cuz amicis ſuis: ꝗ ad eũ cõfugerãt: vt patet. j. Reg. xxij. ⁊ ſic exponũt ad literam tantũ ſm illũ ſenſum in quo Dauid petit liberari a peſecutione: ⁊ petit regnuz: vt ſuos amicos ⁊ ſequaces poſſet exaltare. Sed hec expoſitio eſt friuola faciens iniuriam huic pſalmo priuando ipſum ſacramento prophetie de Chriſto ⁊ eccleſia: quod manifeſte in ſe cõtinet. Item talis expoſitio manifeſte falſificat titulum: in quo dicitur: ꝙ iſte pſalmus eſt eruditio Dauid ⁊ intellectꝰ: facta a ſpiritu ſancto: manifeſtum eſt enim ꝙ Dauid non indigebat erudiri a ſpiritu ſancto: ſi tantum narrat perſecutionem ſuã: et petit donũ temporale in hoc pſalmo: nã ipſe expertus erat ſuã perſecutionem: ergo non erat ipſi neceſſaria eruditio ſpiritus ſancti ad ſcribendum eam: ſicut Ceſar in cõmentarijs ſcripſit omnia prelia que geſſit: et victorias ſuas ex ſola memoria ſine lumine ſpeciali ſpiritus ſancti. Ex quo patet ꝙ aliud ſacramentũ maius intendit hic Dauid predicere per illam hiſtoriam: et ſub figura illiꝰ hiſtorie: vnde per hoc ꝙ Dauid fugit a Saul ad regem Get/ ne occideret euz: figurabatur quõ Chriſtus fugit vſqz ad mortem corporalẽ crucis: ⁊ latuit in ſpelunca ſepulcri corpus eius: ⁊ anima deſcendit ad ſpeluncam inferni/ ⁊ venerunt ad eum oẽs patres veteris teſtamenti ꝗ erant in limbo: vt eos inde liberaret. Et ſicut multi amici Dauid erant afflicti in ciuitatibus a Saul ⁊ expectabant exaltationem Dauid vt ipſi liberarentur/ ita apoſtoli et totum genus humanum in illo triduo expectabant vt Chriſtus reſurgeret a mortuis: ⁊ rediret ab inferno et ſpelunca ſepulcri vt omnes liberaret ⁊c. Hoc ergo preuidens Dauid in ſpũ per illam fugam ⁊ latitationem/ fecit hũc pſalmum: in quo introducit Chriſtum loquentẽ: ⁊ petentẽ a patre liberari ꝑ reſurrectionẽ a ſpelũca ſepulcri: ſecũdũ ꝙ Dauid fuit eruditꝰ a ſpũ ſctõ: ⁊ ſic erudit nos vt credamus reſurrectionẽ Chriſti ⁊ noſtrã redemptionẽ predictã ⁊ figuratã in hoc pſalmo/ qui dicitur eruditio Dauid ⁊ oratio Chriſti: in quo duo facit: nã primo manifeſtat Chriſtꝰ patri ſuã afflictionem ⁊ paſſionẽ. Scdõ petit liberari. ibi. Clamaui.

¶ Quãtũ ergo ad primuz dicit. Voce mea ad dñm deũ patrem meum clamaui cõquerendo de ꝑſecutoribꝰ ⁊ crucifixoribꝰ meis: ⁊ voce mea ⁊ nõ ꝑ aliũ deprecatꝰ ſum ad deũ petẽdo reſurrectionẽ. Effundo in conſpectu eius orationẽ meam in horto: et in cruce: ⁊ pronuncio tribulationem ⁊ paſſionez meã ante ipſum cõquerendo de crucifixoribus: nam cognouiſti ſemitas ⁊ intentiones meas in deficiendo ſpiritum meũ. i. quando intantũ tribulauerunt me ꝙ deficiebat in me ſpũs vitalis ⁊ fortitudo pre tormentis intolerabilibus: ⁊ etiã defecit anima a corpore: qꝛ ſeparata fuit ab eo in triduo. Unde ideo defecit in me ſpiritus ⁊ fortitudo corporalis.

In via qua ambulabam: abſconderunt ſuperbi laqueum mihi.

Conſiderabam ad dexteram ⁊ videbam: ⁊ non erat qui cognoſceret me.

Perijt fuga a me: et non eſt qui requirat animam meam.

¶ Scribe ⁊ phariſſei abſcõderũt mihi laqueũ temtatiõis vt me caperẽt in ſermone ⁊c. ⁊ abſconderũt laqueũ imponẽdo falſa crimina: ⁊ in fine abſconſo modo impoſuerũt laqueũ mortis: ⁊ iõ defecit i me ſpũs ⁊ corpalis fortitudo: qñ fui captus in horto. Nã ꝯſiderabã ⁊ reſpiciebã ad dexterã/ ſi erat aliqs apl's ꝗ cognoſceret me ⁊ iuuaret: ⁊ nullus fuit: nam me relicto oẽs fugerũt. Item in toto tpe paſſionis cõſideraui ⁊ reſpexi ad dexterã. i. ad partẽ ꝓſperã: ⁊ ſi aliqs inueniretur qui eſſet in mei fauorem ⁊ loqueret pro me: ⁊ nõ erat ꝗ cognoſceret me ad preſtãdum auxilium ⁊ fauorẽ: imo oẽs cõſpirarũt ferẽdo ſniam mortis cõtra me: et ſic perijt oĩs fuga et refugium humanum a me: nec fuit aliquis ꝗ requireret ⁊ defenderet animam meã. i. vitam meã: imo oẽs clamabãt crucifige crucifige eum. Et ſic nullus fuit mihi ad dexteram: ſed omnes fuerunt mihi ad ſiniſtram: quia omnes fuerunt aduerſarij.

Clamaui ad te dñe: dixi tu es ſpes mea: portio mea in terra viuentium.

Intẽde ad deprecationem meam: quia humiliatus ſum nimis.

Libera me a perſequentibus me: quia confortati ſunt ſuper me.

Educ de cuſtodia animam meam ad confitendum nomini tuo: me expectãt iuſti donec retribuas mihi.

¶ Expoſita ſuperius querimonia: in hac ſecunda parte petit liberari per reſurrectionẽ/ dicẽs. O dñe pater poſtꝗ deſtitutus fui ab omni auxilio humano in mea paſſione: et non inueni ad dexteram ꝗ iuuaret me: ⁊ fugit a me oĩs fuga ⁊ refugiũ: ideo omni auxilio ⁊ ſpe humana poſtpoſita cõuerti me ad te ⁊ clamaui ad te: ⁊ refugi ad te: ⁊ clamaui ⁊ dixi tu dñe pater es ſpes ⁊ portio mea in terra viuẽtium. Nã poſtꝗ in hac terra mortaliuz me dereliquiſti in poteſtate crucifixorũ vſqz ad mortem ſine humano auxilio: ideo dixi fiat voluntas tua: ſed tunc poſui ſpez meã in te: vt mihi dares hereditatẽ eternam pro me: et pro membris meis in terra viuentium: ⁊ illam peto: ⁊ mortalẽ ⁊ terrenã cõtẽno. Intende ergo ad depcatiõez meã: qꝛ poſtꝗ humiliatus ſum nimis. i. valde ꝑ paſſionẽ et mortẽ: qꝛ humiliatus ſum vſqz ad mortẽ crucis: iõ libera me de crucifixoribus perſequentibꝰ me/ qñ cõfortati ⁊ roborati ſunt ſuꝑ me: poſtꝗ in poteſtate eorum me reliquiſti: ⁊ ideo cum ingenti odio ⁊ iniquitate putantes me annihilare: ⁊ memoriã ⁊ poteſtatẽ meaz de mũdo abolere/ crucifixerunt me: ⁊ ſic tandẽ poſitum in hac ſpelũca ⁊ ſepulcro: in quo adhibuerunt cuſtodes armatos ne diſcipuli mei venirent ad furandũ corpus meũ: et adhibuerũt magnũ lapidem cõtra ſepulcrũ ne quis poſſet faciliter amouere: et ſigillarunt oſtiuz ne aliqua fraus poſſet fieri: et ſic tenent corpus meũ tanꝗ in carcere. Educ ergo de carcere inferni primo aĩam meã: et corpus meũ de hac cuſtodia. ſ. ꝙ oĩa mẽbra mea exeant de inferno cum antiqua preda ſanctorũ patrum: ⁊ recuperent corpus de ſepulcro ꝑ glorioſam reſurrectionem: et egrediatur aĩa mea ſimul cũ corpore de hac cuſtodia ſiue ſepulcro: ad cõfitẽdũ nomini tuo. i. vt manifeſtẽ nomẽ tuũ et potentiã poſt reſurrectionẽ: et liberentur oẽs fideles electi/ qꝛ oẽs tam patres in limbo ꝗ preſentes ⁊ futuri electi me expectant: vt retribuas mihi aĩam per reſurrectionẽ: ⁊ retribuas mihi regnum celorum per Adam perditum: vt poſſim hic per gratiam liberare eos. ⁊ in futuro eis regnum celorum elargiri.

iij. q. i. ſi nulli nobium.

xj. q. iij. c. aduerſitas.

xj. q. i. c. xxiij. q. i. cum alia autem.

de ſanc. ⁊ ... de ... damna- ...

**D**Omine exaudi orationem meã: auribus percipe obſecrationem meam: in veritate tua exaudi me in tua iuſtitia.

¶ Huic pſalmo preponitur talis titulꝰ in Hebreo tranſlatione Hieronymi et in. lxx. ſ. Pſal. Dauid. abſqz alio addito. Sed in ꝗbuſdã biblijs reperitur additũ: Qñ pſequebat eũ Abſalõ filius ſuus. Sed hoc forſan fuit additũ ab aliquo doctore/ eo ꝙ ꝗdã Hebreoꝝ dicũt ꝙ Dauid fecit hũc pſal. in illa perſecutione Abſalon filij ſui de qua pſecutione petit liberari a deo/ petendo in fine pſalmi vltionem de inimicis ſuis. Et ſic gloſſant iſtuz pſalmũ literaliter ꝑciſe de pſecutione. ⁊ hãc expoſitionẽ pſequuntur etiaz quidam catholici. Sed talis expoſitio eſt inutilis fidei eccleſie/ tollens dignitatem ꝓphetie ipſi Dauid: ꝗ non fuit minus ꝓpheta in hoc pſal. ꝗ in ceteris. Itẽ talis preciſa expoſitio occultat alta myſteria latẽtia: ⁊ immo ſatis explicita in hoc pſal. quinõ ptinet ad ſacrã ſcripturã: nec eũ feciſſet Dauid cãtari in tẽplo: nec nos cãtaremus ipſum in eccleſia: niſi aliqua myſteria de Chriſto in eccl'ia cõtineret: vt ſepius dictũ eſt de ceteris pſal. Ideo ſaius ⁊ melius dicũt ꝗdã alij magiſtri Hebreorũ dicentes ꝙ Dauid fecit hunc pſal. cxlij in pſona ipſiꝰ Adã harison. i. Adaz primi hoĩs: ꝗ loqꝉ in hoc pſal. ſicut ⁊ pſal. xxxvij. ⁊. xcj. ⁊. cj. Uñ dicunt ꝙ Adam in hoc pſal. deflet caſum ſuũ: ⁊ petit a deo liberari de miſerijs corporalibꝰ ⁊ tẽporalibus: quas traxit ex illo peccato. ⁊ ſic exponunt iſtum pſalmum. Se iſti multipliciter deficiunt in tali expoſitione. Primo qꝛ putant ꝙ ſolus primus homo ꝓ ſe loquiꝉ in hoc pſal. Scdõ. qꝛ putãt ꝙ nõ petit liberari niſi de miſerijs ⁊ afflictionibꝰ tẽporalibꝰ et corporalibꝰ. Tertio. qꝛ putant ꝙ talẽ petitionẽ nõ petit ꝑ Chriſtum meditatorem ſine cuius interceſſione nulla oratio apud patrẽ põt exaudiri. Et hoc faciunt iſti qꝛ nullam habent fidẽ de Chriſto deo ⁊ hoĩe redẽptore ⁊ glorificatore et eterno premiatore. Et ideo relictis oĩbus ſupradictis defectibus ſequendo ꝙ verum eſt: eſt dicendũ ꝙ non ſolus Adã primus homo pro ſe: ſed ipſe Adã cum tota ſua poſteritate fidelium/ qꝺ dicit corpus myſticũ ſiue homo myſticus loqꝉ in hoc pſalmo deflens caſuz/ ⁊ petens liberari per Chriſtũ meditatorem ⁊ redẽptorẽ. ⁊ nõ ſolũ petit liberari ab infirmitatibus corporalibꝰ: ſed primo ⁊ principaliter a ſeruitute peccati quã ibi incurrit: ⁊ ab omnibꝰ peccatis ꝗ poſtea ex illa occaſione perpetrauit. quã quidẽ liberationẽ totius generis humani potuit ꝓuidere Dauid in ſpiritu per liberationez ſuã de perſecutione Abſalonis. ꝓpter qꝺ fecit hunc pſalmũ in pſona ipſius Adaz loquentis in hoc pſalmo. ¶ Quatuor ergo facit. Nam primo conatur deũ inclinare ad miam ſe humiliando: et ſuã fragilitatem allegando. Secũdo conqueritur de antiquo ſerpente: mala que ſibi procurauit explicando. Tertio petit liberari per Chriſtũ. Quarto petit vltionẽ de diabolo pſuaſore ⁊ auctore oĩm maloruz. Scdm ibi. Quia perſecutus eſt inimicus animam meam: humiliauit ⁊c. Tertiũ ibi. Memor fui dierum antiquorũ: meditatus ſum in oĩbus ⁊c. Quartũ ibi. Educes de tribulatione aĩam meã. ⁊c.

¶ Quantum ad primum eſt preaduertenduz ſicut dictum fuit pſalmo. xj. ⁊. xiiij. ꝙ ſicut tota veritas ipſius Adam ante lapſum conſiſtebat in adequatione ⁊ conformitate ad primam veritatem que eſt verbum diuinum: ita et tota ſua originalis iuſtitia conſiſtebat in adequatione ⁊ conformitate ſue voluntatis ad diuinam voluntatem ſeruando eiꝰ preceptum. que quidem iuſtitia radicabaꝉ in charitate ordinata: ⁊ gratia qua erat deo gratus et acceptus/ ⁊ ipſe diligebat deum ordinate. ſ. ſuper oĩa: ⁊ omnia alia propter deum. Et ſic Adam dicebatur verus ⁊ iuſtus ⁊ ſanctus manendo in tali veritate ⁊ iuſtitia ⁊ ordine charitatis ⁊ dilectionis. Cum ergo Adam peccauit: perdidit veritatem et iuſtitiã ⁊ ſanctitatem: eo qꝺ deuiauit a prima veritate magis credendo verbis mulieris: que primo fuit ſeducta a diabolo: ꝗ verbis dei ꝗ preceperat ne comederet: et deuiauit a diuina võlũtate que eſt metrum ⁊ regula omnium actuum iuſtorum ⁊ iuſtitie ⁊ deuiauit ab ordine charitatis: que ordinat actuz dilectionis in deum ⁊ proximum: ⁊ ſic manſit Adã mendax ⁊ iniuſtus et inordinatus et peruerſus in ordine potentiarum anime. Et perdẽdo illam originalem iuſtitiam que in ſe includebat charitatez et gratiam: in quibus radicabatur: perdidit etiam omnia ſeptez premia illius originalis iuſtitie. immo de neceſſitate incurrit penas cõtrarias: qꝛ incurrit neceſſitatẽ moriendi et patiendi ⁊c. ⁊ incurrit debitum recuperandi originalẽ iuſtitiam cum

Juſtitia ade cõſiſtebat ib.

gratia ⁊ charitate cū oībus ſuis premijs: et ſic mā-
ſit ſubditus ⁊ debitor ⁊ obnoxius diuine ſententie
cū tota ſua poſteritate filiorū: pro quibus etiā ac-
ceperat illam originalem iuſtitiam cum ſuis pre-
mijs. Ex quibus patet ꝙ Adam aut aliquis filiorū
nullo pacto cum veritate ⁊ iuſtitia poterat cū deo
cōtendere in iudicio quin exiret cōdennatus: poſt-
ꝙ̄ tranſgrediendo diuinum preceptum perdiderat
omnem veritatem ⁊ iuſtitiam: q2 in veritate quam
deo promiſerat non ſtetit: ⁊ a diuina voluntate de-
uiauit: et ſic nihil habebat ſuū niſi peccatū ꝑ qḋ ꝑ-
didit omnia bona gratuita que de⁹ in eius natura
plantauerat gratis. Et ſic Adam per nullā iuſtitiā
merebatur audiri. ¶ Secundo eſt notādum ꝙ to-
ta veritas dei erga nos ꝯſiſtit in ſeruādo promiſſa
⁊ nō fallendo in reuelatis in lege/ ⁊ tota ei⁹ iuſtitia
ꝯſiſtit in ſeruādo veritatē in promiſſis ⁊ reuelatis
in lege: ⁊ tribuendo vnicuiqꝫ qḋ ſuū eſt. ſ. remune-
rando bona ⁊ puniendo mala. Et ſic ptꝫ qualiter iu-
ſtitia diuina includit veritatē in promiſſis et reue-
latis: quia quaſi iniuſtus reputaretur deus niſi im-
pleret ꝓmiſſa ⁊ reuelata in lege et prophetis. Et iō
in ſacra ſcriptura ſepe per veritatē intelligitur di-
uina iuſtitia: vt frequēter dictū eſt. Ex ſupradictis
ſequitur: ꝙ diabolus fecit deum mendacem: qñ di-
xit mulieri: Nequaqꝫ moriemini ⁊c. Scit enim de⁹
q2 qua hora comederitis eritis ſicut dij, ſciētes bo-
num ⁊ malum. Aſſerebat enim diabolus deū men-
dacem in verbis ⁊ in cōminatione mortis: ⁊ etiam
aſſerebat ipſum inuidum: et ꝑ cōſequens negabat
ipſum eſſe deum. Et ſic Adā aſſentiēdo ſuaſui mu-
lieris/ que primo fuit ſeducta: licet nō negauit deū
verbis ⁊ directe tamen negauit ipſum factis et in-
directe: prout dictuꝫ fuit pſalmo. xiij. Et ſic Adā nō
ſtetit nec manſit in veritate et iuſtitia: ⁊ in qua fuit
creatus modo ſupradicto. Ideo nullo modo pote-
rat in iudicio cum deo contendere. Deus autē ſem-
per manſit ⁊ perſeuerauit ⁊ perſeuerat in veritate
ſua ⁊ iuſtitia ſeruando veritatē in promiſſis et re-
uelatis ⁊ puniendo mala: ⁊ remunerando bona: et
ſeruando veritatē in verbis ſuis: ⁊ in illa cōmina-
tione ſententie quaꝫ comminatus fuit ipſi Adam.
Nam ilico incurrit mortem ſpiritualem ipſius ani-
me, perdendo gratiam per quam ſpiritualiter viue-
bat: et ilico incepit mori in corpore perferendo in-
firmitates ⁊ cetera mala: que inducunt mortē ſuc-
ceſſiue. Item ilico incepit tendere in mortē: q2 vita
hois nil aliud eſt niſi via in mortē, q2 quicquid vi-
te retro eſt mors tenet: vt inquit Seneca. Itē deus
manſit verax in promiſſis ⁊ reuelatis in lege ⁊ pro-
phetis. Nam quando venit plenitudo tēporis mi-
ſit filium ſuum in carnē ad redimendū Adam cum
tota eius poſteritate. ſicut promiſit ipſi Adam qñ
eiecit ipſum de paradiſo: et ſicut promiſerat oībus
patriarchis et prophetis. qui impleuit omnia que
erant ſcripta de eo in lege et prophetis: vt patet ꝑ
totum diſcurſum euangelicū. Itē manſit iuſtus in
ſua iuſtitia ⁊ inconcuſſa ſententia nullum bonū re-
linquendo irremuneratū: nec malum impunitum:
nam per paſſionem Chriſti filij ſui: cuius meritum
fuit infinitū in virtute extenſiue: voluit punire oīa
peccata preterita ⁊ futura: ⁊ redimere Adam cū to-
ta ſua poſteritate a miſerabili ſeruitute: et reſuſci-
tare ipſum a morte eterna participando illam paſ-
ſionē ⁊ merita eius per fidem ⁊ gratiaꝫ Chriſti. per

n Verita. dei in hoc cōſiſtebat.

quam gratiam non ſolum quilibet homo abſolui-
tur ab illa ſententia: ſed etiā meretur premium vi-
te ⁊ glorie eterne. ⁊c. Ex quibus patet ꝙ ſolus de⁹
manet in ſua veritate et iuſtitia: et ideo ſolus ipſe
poteſt contendere nobiſcum in iudicio: et non Adā
nec aliquis filiorum eius quin exeat condemnat⁹:
poſtqꝫ nulla manſit in eis veritas nec iuſtitia. Et
ideo preuidens in ſpiritu ex promiſſione et reue-
latione ſibi facta ſe non poſſe liberari a ſupradicto
peccato cū ſua poſteritate niſi per Chriſtuꝫ in lege
promiſſum: vt inquit Auguſtinus lib. Cur deus ho-
mo. Hinc eſt ꝙ in hoc pſalmo orat deum patrem vt
mittat filiū ſuum in carnē ad redimendū ipſum. et
vt deū inclinet ad miſericordiaꝫ: ⁊ ad exaudiendū
petitionem ſuā: allegat veritatē ⁊ iuſtitiam dei cō-
tra ſuā iniuſtitiā. Unde ait ¶ O dñe deus exaudi
orationem meā ⁊ petitionem meā: et percipe obſe-
cratione ⁊ deprecationeꝫ meā auribus tue miſeri-
cordie. Et nota ꝙ oratio dicit ſimpliciter aſcenſum
mentis in deum. Deprecatio autem dicit orationē
petendo liberari ab aliquo malo. Sed obſecratio
dicit orationē ⁊ deprecationem factam cum ſacris
verbis aut cum ſacrificijs aut oblationib⁹ aut cū
vehementi affectu ⁊ effectu. ⁊ ſic iſte homo myſti-
cus cum oībus ſupradictis conditionibus dirigit
ſuam orationeꝫ petendo Chriſtum vt veniat: quia
oēs patres veteris teſtamenti cum tali et ſub tali
fide et ꝓteſtatione Chriſti futuri offerebant ſacri-
ficia ⁊c. Ideo ſubdit. O domine non peto vt exau-
dias me in mea veritate et iuſtitia: q2 nulla eſt in
me: q2 iam perdidit ipſam originalē iuſtitiā et gra-
tiam ⁊ charitatem in Adam per illam tranſgreſſio-
nem primi precepti: quando comedi cibum prohi-
bituꝫ: ⁊ ſic non ſum dignus exaudiri per aliqḋ bo-
num proprium: q2 nihil meum habeo niſi peccatū:
ꝑ qḋ mereor eternaliter puniri. Sꝫ tu dñe exaudi
me in tua veritate: qua ꝓmiſiſti filiū tuū ad mere-
dimendum in carnē mittere: ⁊ exaudi me in tua iu-
ſtitia veritatem in promiſſis ſeruando: ⁊ vt veritas
legis ⁊ prophetarum maneat inconcuſſa. Itē exau-
di me in tua iuſtitia quam debes facere per paſſio-
nem Chriſti filij tui: per quam peccatuꝫ totius ge-
neris humani eſt in cruce puniendum ⁊ remitten-
dum: et per cuius reſurrectionem ⁊ aſcenſionem vi-
ta eterna eſt nobis reſtituenda. quam paſſionem
omnes fideles debent participare per fideꝫ et gra-
tiam ipſius Chriſti: per quem omnes ſunt iuſtifi-
candi: per cuius fidem ſaluantur omnes preſentes
preteriti et futuri. Quaſi dicat: iuſtifica me et viui-
fica me per fidem ⁊ paſſionem Chriſti: q2 illa eſt ve-
ritas ⁊ iuſtitia patris quā ꝓmiſit in mūdo: ꝑ quaꝫ
impletaꝫ deus redditur verax ⁊ iuſtus in lege ⁊ ꝓ-
phetis ⁊ euangelio. Deinde cum ſubdit/

**Et non intres in iudicium cum ſeruo tuo: quia nō iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.**

¶ Oſtendit iſte homo nullam eſſe in ſe veritatem
nec iuſtitiā per quaꝫ mereatur exaudiri: nec intra-
re cum deo in iudicium: eo ꝙ in Adā perdidit om-
nem iuſtitiam. Dicit ergo. O domine ſi ita eſt ꝙ in
me nulla ſit veritas nec iuſtitia: ergo non velis in-
trare in iudicium cum ſeruo tuo. Nam tu bene po-
tes intrare in iudicium ſecurus cum ſis dñs et iu-
ſtus et verax: ſed ego non poſſum tecum intrare:
nec in iudicio cōtendere/ cū nulla ſit in me iuſtitia
quia nullus apud te iuſtificabitur hō viuēs in hac
vita: eo ꝙ oēs peccauim⁹ in adā: ⁊ i eo perdidimus
iuſtitiam: ⁊ facti fuimus rei ⁊ iniuſti ⁊ obnoxij ſen-
tentie tue: et ibi fuimus percuſſi et ſauciati: ⁊ om-
nes ibi conſtituti fuimus peccatores et ideo nul-
lus apud te iuſtificabitur homo. Ergo non intres
in iudicium cum ſeruo tuo: nec velis tractare me
ſecundū culpam meam: ſed ſecundum iuſtitiam et
veritatem tuam: qua promiſiſti veniam peccato-
ribus: ⁊ promiſiſti mittere filium tuum ad iuſtificā-
dum omnes peccatores.

**Quia perſecutus eſt inimicus aīaꝫ meaꝫ: humiliauit in terra vitā meam.**

¶ Quia ſuperius dixit ꝙ nullus hō viuens poteſt
apparere iuſtus apud deū: nec cū eo intrare in iu-
diciū: cū in nullo homine reperiat̄ propria iuſtitia
in hac ſecūda parte explicando miſerias ſuas oſtē-
dit vnde euenerūt ipſi iſta mala. ⁊ quomodo fact⁹
eſt iniuſtus apud deum. Et dicit qḋ iſta mala ⁊ iſta
iniuſtitia nō prouenit ipſi ex natura ſpecifica: nec
a deo creante. ¶ Nam primo deus creauit in eo bo-
nā naturā ſpecificā: quia quo ad ſpecies ſuas oīa
que fecit deus erāt valde bona naturaliter. Geñ.
primo. Nam ſpecies ſunt ſicut numeri. viij. Meta-
phyſice. et ſic oēs participāt illud primū ens ſecū-
dum maiorem ⁊ minorē ꝑfectionē. et ideo oīa entia
a eo nihil habent naturaliter niſi bonū. Sed vltra
bonū nature plantauit deus i illo primo hoīe mul-
ta bona gratuita: ſcꝫ illam originalē iuſtitiaꝫ ⁊ gra-
tiam gratificā ⁊ ſciētiā oīm rerū: ⁊ cetera ꝓmia ori-
ginalis iuſtitie. Et ſic quicqḋ deus in hoīe planta-
uerat erat bonū ⁊ nullum malum. Sꝫ cū iſte homo
attētauit deſcendere ab Hieruſalem in Hierichot
deuiando a diuina volūtate/ incidit in latrones. ſ.
diabolos: qui eū expoliarunt ab oibus bonis gra-
tuitis. ſ. ab illa originali iuſtitia cum omnibus pre-
mijs ſuis: ⁊ inſup vulnerauerunt eū in carne vulne-
re ⁊ morbo concupiſcentie ⁊ corruptionis: ⁊ in aīa
vulnere mortalis culpe: ⁊ ſic de neceſſitate factus
eſt mortalis corpore ⁊ aīa: et ſpiritus qui dñabat̄
carni ilico fuit impugnatus ⁊ afflictus a carne: ⁊ to-
tus ordo ꝑſone fuit ꝑuerſus. Nā oīa inferiora que
ante obediebāt rōni: inceperūt rebellare. Et h̄ eſt
qḋ intendit dicere iſte hō i hac ſcḋa parte: Uñ ait
O dñe ego nō habeo ius querele cōtra te: ſed con-
tra diabolū: et cauſa quare apud te nō iuſtificabit̄
omnis viuens: nō eſt a te: ſed a diabolo. Nā tu dñe
bonū ſemē ſeminaſti in me ſed venit inimicus dia-
bolus ſerpēs antiquus: et extincto bono ſemine ſe-
minauit ꝫizaniā. Quia dū eſſem poſitus in illa feli-
ci paradiſo terreſtri venit iſte inimic⁹ ſerpens anti-
quus: et hūiliauit in terra vitā meā. Nā cū eſſeꝫ im-
mortalis ad libitū: q2 poteram nō mori edendo de
ligno vite: tamē comedēdo de ligno ſcientie boni ⁊
mali mihi ꝓhibito eiectus ſum ab illa paradiſo: ⁊
ꝑdidi lignū vite: et factus ſuꝫ de neceſſitate morta-
lis/ et ſic iſte inimic⁹ humiliauit ⁊ deiecit vitā meā
felicē i hac terra miſerabili: i qua tanqꝫ exul dego
⁊ laboro. Ille ergo inimicus ſerpēs antiqu⁹ hūilia-
uit ⁊ deiecit ⁊ relegauit me ab illa paradiſo in hac
terra: ⁊ lachrimarū valle: ⁊ ille deiecit vitaꝫ meā in
terra ꝑ mortē: q2 moriēdo ſuꝫ reuerſus in terram ⁊
puluerē terre de qua fuerā aſſumpt⁹ et formatus.

**Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſeculi et anxiatus eſt ſuper me ſpirit⁹ meus in me turbatum eſt cor meum.**

¶ Iſte inimic⁹ nō ſolū humiliauit vitā meā i mor-
tē corporalē: ſꝫ etiā i mortē peccati ſimul cū diabo-
lis. Nā collocauit me in locis obſcuris inferni īter
diabolos ſicut mortuos ſcl'i. i. īter diabolos ad mor-
tē eternā deſtinatos vt poſt primā mortē corporis
inccurrā mortē eternā aīe: et habitē cuꝫ diabolis ī
locis obſcuris inferni ineternum. Litera Hierony-
mi hꝫ. Collocauit me inter mortuos antiquos. id
eſt inter diabolos q̄ primo ab antiquo mortui fue-
rant ꝑ pctīn: ⁊ i illo obſcuro inferno collocati/ Itē
iſte inimicus nō ſolū me occidit quo ad corp⁹ ⁊ ani-
mā et ab illa paradiſo deiecit in hac terra miſera:
et poſt mortē in locis obſcuris collocauit: ſꝫ etiam
taliter carnē meā vitio cōcupiſcentie ⁊ fomitis vul-
nerauit ꝙ illico inſurrexit aduerſus ſpm: ⁊ cōtinue
ſtimulat eū: intantū ꝙ ſemper anxiatus eſt ſuper
me ſpiritus meus: ⁊ ſtimulatus eſt ⁊ afflict⁹ a carne
⁊ cōcupiſcentia. Itē quarto: tot⁹ ordo fuit peruer-
ſus et turbat⁹. Nā caro q̄ debebat obedire volūta-
ti ⁊ rōni: nunc facta rebellis perturbat iudiciū ⁊ ra-
tionē: ⁊ ſic qḋ nolo hoc ago: ⁊ quod volo hoc non
facio. Et ſic ex tali peruerſitate turbatum eſt in me
cor meū ⁊ volūtas: ⁊ ideo qñqꝫ iudicio bonū malū
et malū bonū. Et ſic ptꝫ qualiter ego nō poſſum re-
torquere iſtam culpā niſi in inimicū diabolū: qui
mediante muliere ⁊ per mulierē decepit: ⁊ ſeduxit
me: ⁊ ſic expoliauit me omni iuſtitia ⁊ grā: ⁊ oibus
bonis gratuitis. Unde ſequitur ꝙ nul⁹ viuēs pōt
apud te iuſtificari: nec tecuꝫ in iudiciū intrare. er-
go non intres in iudicium cum ſeruo tuo domine
ſed exaudi me in tua iuſtitia.

xv. q. ij. viſio ⁊. iij. q. i. nul i c. xxx iiij. q. i. mira nur.

vi. q. i. c. ſi oī in gloſ

**Memor fui dieruꝫ antiquorū: meditat⁹ ſum in omnibus operibus tuis: ⁊ in factis manuum tuaruꝫ meditabar.**

¶ Poſtqꝫ ſupius explicauit miſerias ſuas ⁊ cauſā
ſue miſerie: nūc in hac tertia parte petit auxiliū: ⁊
petit iuſtificari ꝑ Chriſtū: q2 iā ſciebat Adā cū ſua
poſteritate patriarcharū ex reuelatiōe ⁊ frequēti-
bus ꝓmiſſionib⁹ ꝙ null⁹ poterat iuſtificari ⁊ ſal-
uari: niſi per Chriſtū. ¶ Ad cuius intellectū eſt no-
tandū: ſecundū Aug. cōtra aduerſariū legis ⁊ pro-
phetarū ſicut dictū fuit pſal. ciij. quod tota creatio
huius mūdi naturalis fuit figura recreationis mū-
di ſpūalis que eſt eccleſia. ⁊ ſic Dauid ꝑ illam crea-
tionē mūdi materialis ꝓuidit in ſpiritu recreatio-
nē eccl'ie: ⁊ per formationē ꝓmi hois ꝓuidit myſte-
riū incarnationis. Uñ per hoc ꝙ tota trinitas con-
currit ad creationē vniuerſi: q2 pater per verbū di-
xit fiat lux: et facta eſt lux ⁊c. et ſic pr̄ verbū fecit oīa: ⁊
per ſpiritū ſanctū viuificauit oīa creata: q2 ſpirit⁹
dñi ferebatur ſup aquas ⁊c. per hoc preuidit Dauid
in ſpū qualiter tota trinitas debebat cōcurrere ad
noſtrā regenerationē. Naꝫ pater debebat mittere
verbū ſuū in carnē: ⁊ per verbū incarnatū debebat
nobis loqui: ⁊ notificare nobis voluntatem ſuam/
dando legē euangelicā: ⁊ per illud verbū incarna-
tū nos debebat redimere ⁊ iuſtificare: ⁊ ꝑ ſpiritum
ſanctū pater ⁊ filius in nobis debebat omnē grām
infundere ⁊ nos per grām viuificare: ⁊ ſic oīa que ꝑ-
didimus ꝑ peccatum: debebamus recuperare per

Tota trinitas noſtram opatur regnātionē.

regeneratione͂. Ite͂ per hoc ꝙ deus formauit corpꝰ Ade ex terra virgine: ⁊ ſeparauit i͂ eo ſpiraculũ vite ⁊c. ꝓuidit Dauid qualiter pater ꝑ ſpiritũ ſanctũ debebat formare corpus Chriſti ex puris ſanguinibꝰ in vtero virginis Marie: q̄d corpus ſimul cũ aĩa verbũ debebat ꝑſonaliter aſſumere: vt illa humanitas eſſet inſtrumentũ noſtre rede͂ptiõis ⁊c. Et ſic pꝫ qualiter per myſteriuꝫ creatiõis Dauid preuidit totũ myſteriũ incarnationis: ⁊ noſtre redemptionis. Et iõ ex hoc moue͂ ad petendũ liberari ꝑ Chriſtũ in perſona totius corporis myſtici. Unde ait O dñe ego memor fui dierum antiquorũ/ id eſt illorũ ſex dierũ in quibus feciſti oĩa opera mũdi: ⁊ meditabar ⁊ conte͂plabar in oĩbus operibus tuis et in factis manuũ tuarũ que feciſti in illis ſex diebus antiquis ⁊ primis: vbi ꝓuidi totũ myſterium totius noſtre rede͂ptionis. Nã per hoc ꝙ verbum creaſti oĩa: preuidi qualr̄ per verbũ tuum incarnatum nos oẽs debebas recreare ⁊ redimere: et per ſpiritũ ſanctũ viuificare ſpiritualiter: et vitã ſpiritualem quã perdidimus in Adã nobis reſtituere. Ite͂ per myſterium formatiõis hoĩs ex terra virgine preuidi myſterium incarnatiõis. Ite͂ per dormitione͂ ipſius Ade preuidi totum myſterium noſtre rede͂ptionis. Nã per hoc ꝙ Adam ſopore dormiuit ego ꝓuidi in ſpiritu qualiter Chriſtus debebat in cruce vera morte ſoporari pro redemptiõe totiꝰ generis humani: ⁊ per hoc ꝙ Adã dormiente ex vna coſtarũ eius formata fuit mulier ⁊ exiuit per latꝰ eius: per hoc preuidit qualr̄ Chriſto mortuo in cruce ex latere eiꝰ debebat exire tota eccleſia/ q2 exinde exiuit ſanguis ⁊ aq̃ in remiſſione͂ peccatorũ / et exinde exiuit virtus oĩm ſacramentorũ eccl̄ie: ſcꝫ virtus baptiſmatis: per quã regñati ſunt oẽs fideles: ⁊ formata eſt ⁊ multiplicata tota eccl̄ia. ⁊ exinde exiuit virtꝰ cõfirmationis ꝑ quã eſt roborata: ⁊ virtus penitentie per quã quotidie recõciliãtur et ſanãtur fideles ⁊c. Dicit ergo Dauid in ꝑſona ipſiꝰ corporis myſtici. ⁊ etiã hoc dicit Adã primus homo cũ tota ſua poſteritate fideliũ. Ego memor fui dierum antiquorũ/ ſcꝫ illorũ ſex primorũ dierũ: ⁊ meditatus ſum in oĩbus operibꝰ tuis que feciſti in illis ſex diebus: ⁊ meditabar ⁊ cõte͂plabar in factis manuũ tuarũ: ⁊ in omnibus myſterijs preuidi myſteriũ incarnationis: ⁊ in illa dormitione ꝓuidi totuꝫ myſteriũ paſſionis Chriſti: et eccleſie formationis et totius generis humani regenerationis et redemptionis et reparationis.

ce cõſe di. ij. c. iterat **Expandi manus meas ad te: aĩa mea ſicut terra ſine aqua tibi.**

¶ Uidens ergo ꝙ genus humanũ per aliũ nõ poteſt reparari niſi per te O Chriſte/ ideo expandi: et iugiter expãdo ad te manus meas orãdo ⁊ obſecrãdo vt venias ad liberandũ ⁊ redimendũ ⁊ iuſtificãdum ⁊ refrigerãdũ me: quoniã aĩa mea e͂ ſicut terra ſine aqua tibi. ¶ Ad cuius intellectum eſt notãdum/ ꝙ lꝫ rõnes ſeminales paſſiue oĩm plantaruꝫ ſint indite ipſi terre a principio: vt inquit Auguſtinus ſuper Geneſim: tñ tales rationes ſeminales paſſiue nõ poſſunt excitari ad generandũ niſi per celeſte͂ influentiã actiuam. Ite͂ cũ vita plantarum ⁊ cuiuſlibet viue͂tis mixti ꝯſiſtat i͂ calido ⁊ humido: ⁊ terra de ſe ſit naturaliter frigida ⁊ ſicca. Ideo nunquam de ſe germinabit aliquod viuens: niſi humectetur per aquã: ⁊ ſic e͂ neceſſaria aqua ipſi terre ad hoc ꝙ germinet ⁊ nutriat plãtas: q2 ex eiſde͂ nutrimur: ⁊ ſumꝰ primo ⁊ ſcdo de generatione: et primo ⁊ quarto Metheororũ. Et ſic pꝫ ꝙ impoſſibile eſt ꝙ terra germinet plãtas: ⁊ ꝙ nutriat ſine aq̃. Ita ergo a ſimili facta fuit aĩa hoĩs poſt pctm̃ per abſentiã gratie. Nã deus creauit primo aĩam hoĩs cũ ipſis pote͂tijs ſenſitiuis ⁊ intellectiuis. et has potentias humectauit humore grẽ ⁊ iuſtitie originalis ⁊ oĩꝫ virtutũ ⁊ calefacit ꝑ charitate͂: ⁊ ſic aĩa Ade viuebat per grãꝫ ⁊ charitate͂. ſꝫ ꝑdita iuſtitia ꝑdidit totã vitã: ⁊ ſic manſit illa aĩa ſicca ⁊ frigida abſqꝫ humore grẽ ⁊ calore charitatis cũ ſolis pote͂tijs naturalibꝰ paſſiuis: que nullo modo poterant germinare aliud bonũ opus niſi recuperare͂t humore͂ grẽ ⁊ calore͂ charitatis. i͂ q̄bꝰ conſiſtit vita ſpũalis anime. Et ſic mãſit anima ſicut terra ſine aqua. Et hoc eſt ergo q̄d intendit dicere iſte homo. Unde ait. O dñe q2 conſideraui omnia opera creationis ⁊ in oĩbus operibus ⁊ factis manuũ tuarũ meditabar: in quibus preuidi totũ myſteriũ noſtre redemptionis/ q̄d nõ põt fieri niſi ꝑ te: ⁊ vidi q̄d aĩa mea erat facta ſicca ſicut terra ſine aqua tibi/ id eſt quã aquã ⁊ charitate͂ ⁊ gratiã non potes habere niſi a te: iõ expandi ad te manus meas: vt mittas ⁊ pluas de celo iſtam aquã ⁊ imbrem: ſcꝫ verbum tuum: et aperiatur terra ⁊ germinet ſaluatorem: Unde iſte imber verbi dei deſcendat primo in vterum virginalem per incarnationem: vt poſtea. pluat imbreꝫ et gratiam ⁊ virtutem ſue paſſionis in aĩam meã. vt refrigeret et viuificet eam/ ⁊ faciat germinare opera meritoria. Et ideo:

Nota aĩa pctõ.

**Velociter exaudi me domine: defecit ſpiritus meus.** S. c.

¶ Domine velociter exaudi me accelerando aduentũ tuũ ad viuificandũ me per grãm: qm̃ iam defecit ſpũs meꝰ in me. i. defecit gratia per quam viuebam. Nã ſicut deficiente ſpiritu ⁊ anima moritur corpus ita dificiente gratia moritur anima.

**Non auertas faciem tuam a me: ⁊ ſimilis ero deſcendentibus in lacum.** De bõ ptiſ. c. maiores.

¶ Nõ auertas facie͂ tuã a me. i. nõ auertas filium tuũ incarnatũ/ q̄ dicit facies tua/ ꝑ quã tu notificaris in mundo: q2 ſicut ꝑ facie͂ notificat homo: ita ꝑ humanitate͂ fuit deꝰ pater notificatꝰ: q2 ꝑ ipm̃ filiũ locutus e͂ nobis. Et ideo nõ auertas a me iſtã hũanitate͂ in qua tu Chriſte debes pati: ⁊ pro quã: q2 ſi nõ veneris ſilis ero diabolis deſce͂de͂tibus in lacũ inferni: q2 ſemꝑ cum eis in inferno manebo: niſi tu veneris. Quaſi dicat: ſi nõ redimis me: erit peccatum meum quaſi irremiſſibile: ſicut peccatũ diaboli: cuius oppoſitum promiſiſti: et mihi reuelaſti.

**Auditam fac mihi mane miſericordiã tuã quia in te ſperaui.** pſl. a f. c. vol auten.

**Notam fac mihi viam in qua ambuleꝫ: q2 ad te leuaui animam meam.**

¶ Ueni ergo in carne͂ ⁊ loquere mihi: ⁊ ſonet vox tua in auribus meis: et audiatur vox turturis in terra noſtra: et auditam fac mihi mane miſericordiam tuam/ id eſt tranſeat iſta vox veteris legis ⁊ vmbra peccati: et oriatur ſol iuſtitie et fiat mane gratie per aduentũ tuum: et audiã ego voce͂ miſericordie tue ⁊ voce͂ euangelicã/ per quã intendo et ſpero iuſtificari: quia in te ⁊ non in altero ſperaui iuſtificari. Et notam fan mihi viam in qua ambulem per tale͂ vocem euãgelicam. Nam ſicut ambulaui per totã nocte͂ per viã legis obſcurã: ita deſidero ambulare in mane ⁊ in die gratie per viam legis euangelice: que eſt lucida ⁊ clara abijciens oẽs tenebras peccatorũ ⁊ ignorãtie. Ideo auditam fac mihi iſtam vocem euangelicam que annunciat miſericordiam ⁊ rede͂ptionem tuam. quoniaꝫ ad te leuaui animam meam ſemper orando vt venias: et etiam ad te leuabo animam meam in aduentu tuo recipiendo te in verum Meſſiam.

ꝓ **Eripe me de inimicis meis ad te confugi: doce me facere voluntate͂ tuam quia deus meus es tu.**

¶ Ueni Chriſte in carneꝫ: et eripe me de inimicis meis diabolis: qui me per tot te͂pora in captiuitate ⁊ ſeruitute peccati tenuerunt: qm̃ ad te confugi: quia nõ habeo aliud refugium ad quod cõfugiam: nec alium ſaluatorem: nec redemptoreꝫ preter te. Et ideo doce me facere voluntatem tuam per lege͂ euangelicam: quoniam tu ſolus es deus meus et legiſlator: qui debes manifeſtare voluntatem patris in mũdo: ⁊ ſic ego tanꝗ verum deum meum patri conſubſtantialem te confitebor ⁊ recipiã in aduentu tuo. Deinde cum dicit/

pſl. q. ſ uos auẽs. **Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuuꝫ domine viuificabis me in equitate tua.**

A trini tas ope ratur indiui ſe. ¶ Petit diſponi per ſpiritũ ſanctũ. ¶ Ad cuiꝰ i͂tellectum eſt aduertendũ ſicut ſupradictũ eſt: ꝙ ſicut tota trinitas indiuiſe operata eſt et concurrit ad creatione͂ vniuerſi: ita etiam tota trinitas operata eſt noſtrã rede͂ptione͂ indiuiſe. Nã ſicut pater ꝑ verbũ dixit oĩa quo ad ſpecies ⁊ eſſentias ſuas: et dicendo per verbũ ſpirauit eſſe et vitã naturalem in rebus per ſpirituꝫ ſanctũ: Ita pariter in noſtra regeneratione et rede͂ptione pater per filiũ nos redemit ⁊ regenerauit: ⁊ per fide͂ regenerãdo ſpirauit in nobis gratiam per ſpiritũ ſanctũ. ⁊ ſic indiuiſe tota trinitas concurrit. ⁊ operata eſt noſtram rede͂ptionem. Sed ipſa rede͂ptio intantũ attribuitur filio inquantum facta eſt inſtrumentaliter per humanitate͂: cui verbũ perſonaliter vnitum eſt: et ſanctificatio et regeneratio intãtum attribuit ſpiritui ſancto: inquãtũ pater ⁊ filius nos ſanctificãt et gratiã inſpirãt per ſpiritũ ſanctũ. Et iõ iſta ſanctificatio ⁊ regeneratio ⁊ gratie i͂ſpiratio ad extra vnicus actus eſſentialis eſt totiꝰ trinitatis. Et iõ tales locutiones que fiunt de operationibus eſſentialibus trinitatis ad extra: ꝓferuntur cõmuniter cũ verbo ſingulari. ¶ Secũdo eſt notandũ q̄d

S ꝓs tri nitatẽ manife ſtauit. Chriſtus vt doceret ⁊ reſeraret ⁊ manifeſtaret mũdo myſterium trinitatis/ primo venit in carne͂ miſſus a patre: vt ipſe freque͂ter dicit ꝑ totũ diſcurſuꝫ euangelicum: ⁊ ſic incarnatus tulit legem euãgelicam declarãdo legem vetereꝫ: ⁊ ſic etiam in carne paſſus ⁊ mortuus eſt pro nobis et reſurrexit/ ⁊ impleto curſu noſtre rede͂ptionis aſce͂dit in celũ. Sꝫ poſtea Chriſtꝰ: vt oſte͂deret nõ ſolũ ee͂ duas perſonas in diuinis: ſed etiã eſſe tertiã ꝑſonã. miſit ſpm̃ ſanctũ in ſigno viſibili ſuꝑ diſcipulos in die penthecoſtes. Sꝫ vt oſte͂deret ꝙ iſte ſpũs ſanctus ꝓcedit ab vtroqꝫ/ dixit Jo. xv. Cũ venerit paraclitꝰ q̄ a patre ꝓcedit: que͂ mittet pater in noĩe meo ⁊c. Item vt magis explicaret Chriſtꝰ ꝙ ſpũs ſanctꝰ nõ ſolũ procedit a pr̃e: ſed e͂t ab eo: ſubdit. Si aũt abiero: mittã vobis eũ. Ite͂ vt oſte͂deret ꝙ actus noſtre regeneratiõis ⁊ ſanctificatiõis ⁊ gratie creatiõis et infuſionis et inſpirationis non ſit ſine ſpũ ſancto: i͂mo a patre ⁊ filio per ſpm̃ ſanctũ/ ⁊ ꝑ cõſeque͂s a tota trinitate: iõ ſubdit. Ille vos docebit oĩa: ⁊ ſuggeret vobis oĩa que dixi vobis ⁊c. Item vt hec omnia oſte͂deret ꝑ effectũ: iõ in die pentecoſtes Chriſtus miſit ſpiritũ ſanctũ ſuper diſcipulos in ſigno viſibili: qui diſpoſuit mentes eorũ: ⁊ infudit ⁊ inſpirauit i͂ eis ſepte͂ chariſmatũ dona ⁊c. quã ſpiratione͂ ad extra facit pater ⁊ filiꝰ ꝑ ſpm̃ ſanctũ: vt dictũ eſt. Propheta ergo Dauid oĩa ſupradicta ꝓuidens in ſpũ: poſtꝗ ſuperiꝰ exorauit ⁊ petiuit vt Chriſtꝰ veniret in carne͂ ad docendũ viã ſalutis per legem euãgelicã: ⁊ ad notificandã diuinã volũtatem: ⁊ ad liberandũ ⁊ eripie͂dũ genus humanũ de inimicis diabolis per morte͂ ⁊ paſſione͂ ⁊ reſurrectionem ⁊c. nũc in hoc verſu petit vt Chriſtꝰ mittat ſpiritũ ſanctũ ſuũ vt dirigat ⁊ illuminet: ⁊ ſanctificet: ⁊ inſpiret dona grãrũ ſuper totũ collegiũ diſcipulorũ in die pe͂tecoſtes: et per cõſeque͂s ſucceſſiue ſuper totam ecleſiã et corpus myſticũ per eccleſiaſtica ſacramenta. Unde ait. O dñe Jeſu Chriſte poſtꝗ docueris me voluntate͂ tuã per lege͂ euangelicã: ⁊ eripueris ⁊ redemeris me per mortem ⁊ paſſionem ⁊ reſurrectione͂ ⁊c. rogo vt mittas ſpirituꝫ ſanctum.

¶ Et ille ſpiritus tuus bonus: qui dicitur ſpiritus tuus eo ꝙ nõ ſolũ a patre: ſed etiã a te procedi: q2 ab vtroqꝫ ꝓcedit tanꝗ ab vno ꝑncipio: Qui quide͂ ſpiritꝰ dicitur bonus eſſentialiter ⁊ per eſſentiam/ inquantũ idem eſt cõſubſtantialis patri ⁊ filio: et dicitur etiã bonus inquãtum ſpirat gratiaꝫ dona in mentibus hoĩm: per quã grãm homo dicitur bonus ⁊ gratus et acceptꝰ apud deũ. Et dicit etiaꝫ bonus iſte ſpiritus: q2 dirigit hoĩes in bonũ fine͂ per fidem ⁊ ſpem/ ⁊ ordinatam charitate͂. Iſte ergo ſpiritus tuus bonus deducet ⁊ diriget me ꝑ gratiaꝫ ⁊ ordinatã charitate͂ in terrã rectã ⁊ patriã viue͂tiũ: ad quã nemo poteſt peruenire niſi dirigat a ſpiritu ſancto per gratiam et charitatem ordinatam. ſ. vt diligat deũ in ſe ⁊ propter ſe/ ⁊ proximum ꝓpter deũ. Sed q2 iſte ſpũs ſanctus nõ eſt a ſe: ſꝫ a patre ⁊ filio: ita ꝙ nõ hꝫ q̄d ſpiret a ſe: ſed ab vtroqꝫ ſpirãdo accipit quicquid hꝫ: ⁊ ſic pater ⁊ filius ſpirat grãm ⁊ ſanctificat per ſpiritũ ſanctũ: ideo tu pater ⁊ filij viuificabis me a morte peccati: ⁊ ſãctificabis me per iſtum tuũ ſpũm ſanctũ: ⁊ hoc facies in equitate ⁊ iuſtitia tua: q2 viuificabis ⁊ iuſtificabis me a morte peccati ⁊ iniuſtitie ad vitam grẽ ⁊ iuſtitie. Unde ſicut pater ⁊ verbũ viuificat oĩa creata ſpirando eſſe per ſpm̃ ſanctũ qui ferebat ſuper aquas. i. ſuper oĩa creata ⁊ mobilia/ cõferendo eſſe ⁊ vitã: quia viuere viuentibus eſt eſſe: ita pariter pater ⁊ verbũ per ſpm̃ ſanctũ viuificauit oẽs fideles a peccato cõferendo grãm: per quã viuunt ſpũalr̄ fideles. Et ſic lꝫ viuificare per grãm ſit actus totiꝰ trinitatis: tamen attribuitur ſpiritui ſãcto: eo modo quo dictũ e͂ſt: ꝓpter rationes/ iã dictas. Iõ cantat eccleſia i͂n ſymbolo. Credo in ſpm̃ ſanctũ dñm ⁊ viuificãtem: qui ex patre filioqꝫ procedit.

T Spũs ſanctꝰ dr bonus.

**Educes de tribulatione animam meam: ⁊ ī miſericordia tua diſperdes oēs inimicos meos.**

xxij. q. ij. ſi q̄li bet. v. q. v. nõ oĩs.

¶ In hac quarta pte petit vltionē de diabolo ⁊ etiam petit cõuerſionē populi gentilis: imo per conuerſionē populi gentilis vltionē de eo petit. ¶ Ad cuius intellectū eſt aduertendum ꝙ poſtq̄ apoſtoli receperunt ſpiritū ſctm̄: illico in die pētecoſtes inceperunt predicare veritatem euãgelicā in Hieruſalem: ⁊ per ſacras ſcripturas cõuicerunt ſcribas ⁊ phariſeos: intantū ꝙ illa die baptizati ſunt tria milia hoīm. Et exinde incepit ⁊ ꝓceſſit creſcere eccleſia Chriſti ex iudaiſmo, vt pꝫ in actibus apoſtolorū. Sed exinde diſperſi ſunt oēs apoſtoli per totum orbē iuxta preceptum Chriſti. Et ſic cõuertendo populū gentilē diruebāt ⁊ cõminuebant omnia ſimulacra idolorū: que totaliter cõminuta ſunt ꝑ conuerſionē magni Cõſtantini: quia tunc cõtritis omnibus idolis omnes reges ⁊ populi gentilium fuerunt baptizati. Et ſic diaboli nõ ſolū fuerūt eiecti ab animabus hominū per baptiſmū: ſed etiam a ſimulacris idolorum: in quibus dabant falſa reſponſa, ⁊ adorabant ab omni populo gētili. Et ſic omnes diaboli fuerūt ꝯfuſi ⁊ eiecti ⁊ diſperſi. Hoc ergo ꝓuidens Dauid in ſpiritu dicit in perſona corporis myſtici. O dñe Jeſu Chriſte poſtq̄ miſeris ſpm̄ ſanctū in apoſtolos: ⁊ per dona gratiarū deduxeris ⁊ direxeris me in terrā rectā: ⁊ viuificaueris me ab omni pctõ per eccleſiaſtica ſacramenta ⁊c. tunc educes de tribulatiõe peccati aīam meam per baptiſmū ⁊ cetera ſacramēta habentia virtutem ex tua paſſione meritorie ⁊ a tota trinitate poteſtatiue: in quibꝰ ſpirat̃ gratia ꝑ ſpiritū ſanctuꝫ. Et primo educes de tribulatione aīam meā in conuerſis de iudaiſmo: ⁊ poſtea in conuerſis de ꝓplo gentili: ⁊ ſic diſperdes oēs inimicos meos diabolos: q̄ habitabant in animabus per peccatum.

xxiij. q. iiij. diſpli cet.

**Et perdes omnes qui tribulant animam meam: quoniam ego ſeruus tuus ſum.**

¶ Ex conſequenti perdes omnes diabolos eijciendo a ſimulacris idolorꝫ, qui tribulāt animā meā. decipiendo per falſas ſuperſtitiones et ritus deteſtabiles: quia demones reſpondētes ex ſimulacris. cogebant patres immolare filios, vt dictū eſt pſalmo vndecimo. Et ſic demones inimici humane nature non ſolum tribulabāt homines in anima: ſed etiam in corpore per talia nefanda ſacrificia et ceteros labores execrabiles. Sed oēs iſti ritꝰ nefandi fuerunt a mundo eliminati ⁊ extirpati per predicationē euangelicam in cõuerſione populi gētilis: nec potuit mundus abſolui: nec liberari a tali tribulatione ⁊ miſerabili ſeruitute niſi ꝑ Chriſtū. vt narrat Lactantius in libro diuinarū inſtitutionum: et Euſebius in quinto de preparatiõe euangelica: ⁊ Augu. ix. ⁊ x. de ciuitate dei. De hac ergo tribulatione petit liberari iſte hõ myſticꝰ ꝑ Chriſtū ī hͦ vltimo verſu. vñ ait. O dñe Jeſu xp̄e tunc per predicationē euangelicā perdes ⁊ diſꝑdes et cõfundes oēs demones qui tribulāt aīaꝫ meā per falſas ſuꝑſtitiones: quoniā cõminutis idolis, ego ſeruꝰ tuꝰ ſum ꝑ baptiſmū: id eſt tūc cõuerſus ad fidē efficiar ſeruꝰ tuus ꝑ baptiſmū: et nõ ero ãplius ſeruus diaboli ꝑ tales ſuꝑſtitiones: imo cõminuē oīa noīa idolorꝫ de terra. zacha. xiij. Tota ergo ſententia huiꝰ pſalmi cõſiſtit in hoc: qꝛ Adā cum tota poſteritate petit liberari per Chriſtū ⁊ legem euangelicā a peccato ⁊ ignorantia: ⁊ ſanctificari: ⁊ virigi per ſpm̄ ſanctū: ⁊ liberari ab idololatria ꝑ predicationem aplõꝝ ⁊ martyrū, ⁊ doctrinā ſacrorum doctorū. Sed qꝛ qđ conuenit toti corpori myſtico rõne peccati ipſius Adā qđ fuit remiſſum per mortē ⁊ paſſionem Chriſti: cõuenit etiam cuiqꝫ peccatori ⁊ penitēti rõne peccatorū mortaliū propriorū, ideo totus iſte pſalmus poteſt eſſe vox cuiuſlibet peccatoris penitentis ⁊ deſiderantis per penitentiā liberari ⁊ iuſtificari. Ideo eccleſia aſſignauit ⁊ elegit iſtum pſalmū ⁊ collocauit ipſum in numero ſeptē pſalmoꝝ penitētialiū ⁊ collocatur ſeptimus in ordine ratione ordinis libri pſalmoꝝ: qui quidē pſalmus inter ceteros inclinat deum ad miſericordiam propter magnam humilitatem quā in ſe oſtēdit: et ꝓpter filium quem interponit interceſſorem apud patrē, ⁊ ſpm̄ ſanctū inſpiratorē, vt inq̄t Hieronymus. Et ideo ꝓpter cõſolationē ⁊ humilitatē fideliū ⁊ precipue penitētiū. oportet ꝙ exponatur ꝑticulariter ꝓ quolibet penitēte. ¶ Introducit ergo q̄libet penitēs ad loquēdū in hoc pſalmo. In q̄ quatuor facit. Nā primo petit ſuā orõnē exaudiri allegando ſuā indignitatē. Scđo explicat ſuas miſerias retorquēdo pctm̄ in diabolū ꝑſuaſorē. Tertio petit liberari per virtutē penitētie: ⁊ infuſione noue gratie ſpūs ſcti. Quarto petit vltionē de diabolo per eiectionē ab aīa ſua. Scđm ibi. Quia ꝑſecutus. tertiū ibi. Memor fui dierū. quartū ibi. Educes de tribulatiõe. ¶ Quātū ergo ad primū vidēs peccator ſe oī iuſtitia ⁊ grā expoliatū: ⁊ pcti veneno ſauciatū et vulneratū: ⁊ in ſeruitute pcti cõſtitutū et a deo abiectū, ꝯſiderans quātū eſt miſerabilis ſtatus pctõris: ⁊ q̄ diro ſupplicio et eternis penis expectat puniri, ⁊ cõſiderās q̄ felix eſt ſtatꝰ viri iuſti: et quā felicitatē expectat poſſidere: ⁊ vidēs ꝙ a tali miſero ſtatu ⁊ miſerabili ſeruitute nõ põt liberari niſi per pñiam que eſt ſecūda tabula poſt naufragium: ideo recurrit ad pñiam. Sed qꝛ penitentia incipit ab eiectiõe ⁊ deteſtatiõe pcti per recurſum ad deum, qui ſolus pctm̄ põt remittere et gratiā cõferre: ideo iſte peccator humiliādo ſe ipm̄ recurrit ad deū, dicens. Domine exaudi orationem meā: auribus percipe obſecrationē meā: et nõ pero vt tu me exaudias in mea veritate et iuſtitia: qꝛ nulla eſt ī me. Primo in me nulla eſt veritas: quia factus ſum tibi mendax quando tranſgreſſus ſum ⁊ violaui legem tuam quā in baptiſmo ſeruare ꝓmiſi. Item factus ſum iniuſtus q̄n tranſgrediendo precepta a tua volūtate deuiaui ⁊ charitatē amiſi. Et ſic nil mãſit meum in me: niſi ſolum pctm̄. Et ſic non ſum dignus exaudiri: qꝛ nulla veritas aut iuſtitia eſt in me. Et ideo exaudi me in tua veritate qua promiſiſti penitentibꝰ veniā ⁊c. exaudi me in tua iuſtitia obſeruādo veritatē in ꝓmiſſis, ⁊ exaudi me in tua iuſtitia facta per tuā paſſionē quā ſuſcepiſti ad iuſtificandū oēs peccatores penitētes. Ex qua paſſione penitētia habet virtutē iuſtificandi peccatores. Ergo exaudi me in tua iuſtitia paſſionis faciēdo me participē tue paſſionis, ⁊ applicādo mihi merita tue paſſiõis, ⁊ per talia merita remitte mihi culpā ⁊ reatū ⁊ penam quā merui ex pctis ꝑpetratis. Et qꝛ in me nulla eſt veritas nec aliqua iuſtitia propter peccatū: ideo rogo ne intres in iudicium cū iſto inutili ⁊ indigno ſeruo tuo. Nā ego primo fui factus tibi filius adoptiuus ꝑ baptiſmum. Sed quia perdidi illam gratiam ꝓpter peccatum actuale qđ perpetraui: ideo iam nõ ſum dignus vocari filius tuus. Et iõ recipe me in ſeruum tuum: ⁊ fac ſicut vnū de mercenarijs tuis: ⁊ non intres in iudiciū cū ſeruo tuo recordādo ⁊ imputando peccata mea: ⁊ ſecūdū peccata mea me puniendo: quia nõ iuſtificabit̃ tibi omnis viuens: qꝛ propter naturā corruptā ⁊ vitiū cõcupiſcentie nullus poteſt peccatū vitare: nec dei precepta implere: niſi tua grā fuerit adiutus ⁊ preuentus. Et ſic nullus poteſt cõfidere in viribꝰ ſuis: nec quis põt in conſpectu tuo iuſtitiā ſuā allegare, cū nil habeat proprium niſi peccatum ⁊ vitium ⁊ inclinationē ad peccandū. Deinde cū dicit. ¶ Quia perſecutus eſt inimicus aīam meā ⁊c. Retorquet culpā ſuā in diabolum ꝑſuaſorē ⁊ tētatorē. Vñ ait. O dñe bñ poſſum dicere: ⁊ iõ dico ꝙ nõ intres mecū in iudicium: et ꝙ nõ poſſum apparere iuſtificatus in conſpectu tuo. Et cā eſt: qꝛ inimicꝰ hūane nature diabolus ſemper perſecutus eſt aīam meā me tentando, ⁊ ad ſcelera impellendo: ⁊ ad luxuriam ⁊ auaritiam ⁊ ſuꝑbiam ⁊ cetera peccata alliciendo. Et ſic iſte inimicus: qꝛ ipſi cõſenſi humiliauit ⁊ deiecit in terra vitā meā: qꝛ cecidi a grā per quā ſpūaliter viuebā ſequendo iſta terrena: ⁊ ſic cecidi a vita in mortẽ peccati. Et ſic iſte inimicꝰ me collocauit in obſcuris tenebris peccatoꝝ inter mortuos ſeculi, id eſt inter diabolos mortuos ⁊ deſtinatos ad mortē eternaꝫ. Unde ego erā collocatꝰ per grām inter viuos angelos et iuſtos: ſed iſte inimicus alliciendo me ad peccatuꝫ me collocauit inter mortuos pctõres et demones ad penā ⁊ mortem eternā deſtinatos. Et ſic ſemper ſpūs meꝰ eſt anxiatꝰ ⁊ anguſtiatꝰ ⁊ afflictus ab iſto inimico. Et cor meum. i. voluntas mea que deberet deo ſemper obedire: ſemꝑ eſt turbata ⁊ infeſtata ab iſto inimico. Iteꝫ ſpūs meus eſt anxiatus: qꝛ culpa aſſidue remordet cõſcientiam meā: ⁊ perturbat cor meū ⁊c. ¶ Deinde cū dicit. Memor fui dierū antiquoꝝ ⁊c. petit remiſſionē peccatoꝝ, allegādo conſuetam ⁊ antiquā dei miām: qui cõſueuit antiquis tēporibus miſereri ſemꝑ ⁊ parcere penitētibus: et ſuccurrere ⁊ ſubuenire afflictis clamātibus ad ſe. Unde ait. Ego fui memor ⁊ recordatus ſuꝫ dierum antiquoꝝ ⁊ ꝑteritorum, ⁊ mediatus ſum in oībus operibus tuis q̄ feciſti in tpe antiquo: et in factis manū tuarū meditabar: qꝛ ſemꝑ conſueuiſti miſeris ſubuenire. Nā liberaſti me de diluuio, et filios Iſrael de ſeruitute egyptiaca: ⁊ de ſubmerſione in mari rubro: ⁊ pluiſti eis manna de celo: ⁊ eduxiſti aquā de petra: ⁊ multotiens liberaſti eos de manu inimicoꝝ tpe iudicū: ⁊ remiſiſti ipſi Dauid peccatum adulterij ⁊ homicidij per pñiam: et remiſiſti pctā multa ipſi Magdalene: ⁊ pepeciſti latroni in extremis ⁊c. Et iõ memor oīm iſtorum confidens de tua cõſueta miā expandi ad te manus meas omni alio auxilio deſtitutus: ⁊ tanq̄ aridꝰ ⁊ ſiccus. Nam aīa mea ſine grā eſt facta ſicca ⁊ arida tibi. i. in cõſpectu tuo. ſicut terra ſine aqua: q̄ nullo mõ poteſt fructificare nec plãtas germinare: ſic aīa mea ſine tua grā facta ſicca ⁊ inepta nullo modo põt vitare pctā: nec opa meritoria facere. Et iõ velociter exaudi me ne pereā: qꝛ iam defecit ſpūs meus niſi ꝑ gratiam viuificet̃ ⁊ reſurgat: ⁊ recuperet vitā quā perdidit per peccatū. Et ideo non auertas faciem mie tue a me, veniā denegādo. qꝛ ſi tuā faciē auertis ſicut auertiſti a Juda ꝓditore: tunc ero ſimilis diabolis ⁊ dānatis deſcedentibus in lacū inferni. ergo nõ auertas: ſed aduerte ⁊ cõuertē ⁊ flecte faciē tuā ad me, ⁊ reſpice me ſicut reſpexiſti Petrum ⁊ Magdalenā et latronem. Nā cõuerſus ad mulierē magdalenā dixiſti. Remittunt̃ tibi pctā tua. Et cõuerſus ad latronē dixiſti. Hodie mecuꝫ eris in paradiſo. Ergo cõuerte faciē tuam ad me ſicut cõuertiſti ad illos, vt nõ ſim ſimilis deſcendētibus in lacū: ſed ſimilis aſcēdentibꝰ in celū. Et auditā fac mihi mane miſericordiā tuam, id eſt fac vt ego audiam vocem mie tue: ſicut audiuit Chananea ⁊ Magdalena et latro, ⁊ audiā ꝙ dicas mihi, fiat tibi ſicut vis: ſicut dixiſti Chananee: ⁊ remittuntur tibi pctā, ſicut dixiſti Magdalene: ⁊ nec ego te condēnabo, ſicut dixiſti mulieri adultere. Fac mihi ergo mane. i. ꝑ penitentiā auditā miam tuā: ſicut feciſti oībus ſupradictis: qꝛ ego in te ſperaui ⁊ nõ in altero. Nā conſiderādo ⁊ meditando ꝙ oībus ſupradictis ſubueniſti ⁊ pepeciſti, ⁊ pctā remiſiſti: ideo in te ſperaui liberari: ⁊ in te ſpem ⁊ fiduciā poſui vt mihi remittas ſicut ⁊ illis. Et ideo notā fac mihi viam pñie i qua ambulē, vt poſſim ꝑficere pñiam. Quaſi dicat poſt q̄ dediſti mihi grām preuenientẽ vt velim facere penitentiā: da mihi grām cooperantē vt perſequar grām ꝑficiētē vt perficiā penitentiā: ⁊ grām cõfirmatā vt poſſim deinceps ambulare immaculatꝰ in via ⁊ lege tua. q̄m ad te leuaui ⁊ leuare intēdo animā meā ꝑ cõtēplationē: orādo vt me ſemper in tali grā conſerues. Eripe ergo me de inimicis meis tam viſibilibꝰ q̄ inuiſibilibus, ne ampliꝰ incidā in peccatū poſtq̄ egero penitentiā: quoniam ſemꝑ ad te cõfugi, ⁊ cõfugere ⁊ recurrere intēdo in omnibꝰ operationibus ⁊ periculis meis. Et ideo doce me facere voluntatē tuam legē euangelicā obſeruādo ⁊ in me grām inſpirando vt poſſim mala cauere et bona operari: quia deꝰ meus ⁊ protector ⁊ rector ⁊ gubernator es tu, id eſt te in gubernatorem ⁊ directorem accipio. Sed qꝛ tu hoc non facis niſi per latentem inſpirationē ſpūs ſancti tui, qui in aīas hominū ſe transfert: ⁊ inſpirādo grām ⁊ diſponendo eos per gratiam amicos dei ⁊ ſanctos ⁊ prophetas ⁊ bonos ⁊ iuſtos facit. Ideo mitte mihi illum ſpiritū tuū bonū: ⁊ ille ſpiritus tuus bonus deducet ⁊ diriget me in terrā rectam viuētiū per viā rectam legis euãgelice. Et ſic per iſtū ſpiritū bonū viuificabis me in equitate tua. i. facies me viuere per gratiā ſecūdū iuſtitiā tuā euangelicam. Et hoc facies ꝓpter nomē tuum quod eſt ſaluator: eo ꝙ ſalꝰ ideꝫ eſt qđ vita integra ⁊ eterna, ſicut dictū eſt pſalmo octauo. Ergo ſi tu es Jeſus ⁊ ſaluator ⁊ dator ſalutis: ergo ad te pertinet viuificare ⁊ iuſtificare. Et propter nomē tuū Jeſus: qđ eſt nomen ſalutis ⁊ vite perfecte, viuificabis me in equitate et iuſtitia tua. Et ſi oīa ſupradicta egeris, id eſt ſi exaudieris me: ⁊ cõuerteris faciē mie tue ad me: ⁊ feceris mihi auditam miam tuam ⁊ docueris me facere voluntatē tuam: ⁊ ſpūs tuus bonus deduxerit me ꝑ viam rectā: ⁊ tu viuificaueris me a pctõ ꝑ gratiam ⁊ penitentiā propter nomen tuū: tunc educes animam meā de tribulatione mortis et peccati ſeruitute, ⁊ ſic diſperdes oēs demones inimicos meos ⁊

Pſal. miſer. loq̄. tia

Pe adp teni duc

Nõ iuſtificat niſi per ſpiritū ſctm̄.

et fugabis eos a me qui ante mihi dñabant: ꝛ me in ſeruitute tenebant: qꝛ adueniente gratia fugat peccatũ cũ diabolo auctore ſuo. Et ſic in p̄ſenti diſperdes ꝛ fugabis inimicos meos a me: ſed in die iudicij perdes ꝛ dãnabis oẽs demones qui in hac vita tribulant aĩam meam. Quaſi dicat: nũc diſperdes ꝛ fugabis me per penitentiam meam: ſed tunc perdes ꝛ dãnabis eos cum dices. Ite maledicti in ignem eternum qui paratus eſt diabolo ꝛ angelis eius ꝛc. Sed ego ſeruus tuus ſum/ et intendo eſſe ineternũ/ vt ſim de numero iſtorũ quibꝰ dicens. Venite benedicti patris mei ꝛc. ¶ Tota etiam iſta vltima ꝛ quarta pars põt legi deprecatiue: vt ſit ſenſus. O dñe Jeſu Chriſte educ de tribulatione pctĩ aĩam meã per penitentiã: ꝛ diſperde diabolos inimicos meos vt fugiãt a me: ꝛ pdes eos in die iudicij: qꝛ ego ſeruus tuus volo eſſe ꝛ nõ ſeruus peccati ſicut fui vſq̃ modo ꝛ ante pniam factã. ¶ Ex toto iſto pſalmo tã ſcd̃m expoſitionẽ propheticam q̃ moralem poſſunt recolligi decẽ cõcluſiões. ¶ Prima cõcluſio. ꝙ nullus homo viuens põt iuſtificari de ſe apud deũ in hac vita: nec cũ eo cõtẽdere. probaẽ. Quia nil veritatis ꝛ iuſtitie habet homo de iure ſue nature niſi ſolũ peccatũ ꝛ penalitates eius. ¶ Secunda concluſio. ꝙ antiquus ſerpens inimicus hũane nature perſecutus eſt primũ hominem in principio tentãdo ipſum mediante muliere: et p eſum ligni prohibiti deiecit ipſum in mortẽ corporis et anime. ꝛ ſic homo neceſſario factus eſt mortalis ꝛ paſſibilis: et morbo concupiſcẽtie in carne corruptus: ex qua corruptione ſpũs ſemp anxiatur a carne: ꝛ totus ordo fuit in eo ꝑturbatus. quẽ morbum ꝛ corruptionem ꝛ neceſſitatem moriẽdi ꝛ patiendi Adam tranſtulit in omnes poſteros. ¶ Tertia cõcluſio. ꝙ eundẽ ordinẽ ſeruat diabolus in tẽtando oẽs homines quẽ tenuit in tentando primos parẽtes. Nam ſicut ibi primo tẽtauit Euã incipiendo a parte fragiliori: ꝛ poſtea Eua ſeduxit ꝛ tentauit virũ: ſed cũ vir cõſentiens mulieri comedit fructũ vetitũ fuit peccatũ cõſummatũ: per qḋ introiuit mors in orbẽ terrarũ. Ita pariter diabolus primo mouet ſenſualitatẽ in quolibet hoĩe obijciẽdo ipſi aliquod delectabile vel vtile apparẽs bonum: ꝛ tunc ſenſualitas obijcit ꝛ ſuadet volũtati et rõni vt ſequatur ꝛ admittat. ſi aũt voluntas rõnalis cõſentit ſenſualitati. tunc peccatũ eſt cõſummatum: qḋ quidem peccatũ precipitat hominẽ in mortem ſpũalem: ꝛ manet ſpũs hoĩs anxiatus ꝛ ꝑturbatus a culpa peccati. Et ſic patet qualiter diabolus plãtauit cõcupiſcentiã in ſenſualitate loco ligni prohibiti: cuius fructus ſunt luxuria ꝛ auaritia. i. concupiſcentia carnis et pecuniarũ ꝛ honorum ꝛ vindicte ꝛc. que occidit hominẽ. ¶ Quarta cõcluſio. ꝙ aĩa ſine grã dei eſt ſicut terra ſine aqua: que non poteſt fructificare. ¶ Quinta ꝯcluſio. ꝙ anima noſtra viuit per gratiam: ꝛ ideo deficiente gratia deficit ſpiritus vite in ea. ¶ Sexta cõcluſio. ꝙ oẽs illi a quibus deus auertit faciem negando gratiã/ deſcendũt in lacũ inferni. ¶ Septima cõcluſio. ꝙ lex euangelica quã Chriſtus tulit/ docet viam in patriam: ꝛ facere diuinã voluntatẽ. ¶ Octaua cõcluſio. ꝙ pater ꝛ filius per ſpiritũ ſanctũ ſpirauit apoſtolis dona gratiarum: et dirigit omnes iuſtos in terram rectam. ¶ Nona concluſio. ꝙ Chriſtus per predicationem apoſtolorum ꝛ baptiſmũ diſperſit

Tẽtãdo hoĩm diabolꝰ ſeruat ordinẽ ſicut fecit in adã ꝛc.

ꝛ fugauit diabolũ de mũdo ꝛ de ſimulachris idolorũ. ¶ Decima cõcluſio: ꝙ Chriſtꝰ perdit ꝛ deſtruit pctm̃ in quolibet penitente per pniam ꝛ eccleſiaſtica ſacramẽta. ¶ Sed cõtra p̄mã cõcluſionẽ arguitur: in qua fundaẽ tota ſnĩa huius pſalmi: vbi dicitur ꝙ nullus viuens ſe põt apud deũ iuſtificare: et videtur ꝙ illud dictum ꝓphete nõ ſit vl'r verũ. Nã Joãnes Baptiſta ꝛ ſancti innocentes: de quibꝰ dicitur in Apocalypſi ꝙ ſine macula ſunt ante thronũ dei/ ꝛ multi alij q̄ nunq̃ actualiter peccarũt poſſunt iuſtificari apud deũ: ꝛ cũ eo i iudicio cõtendere. Itẽ ṽgo Maria nõ ſolũ põt ſe iuſtificare apud deũ de pctõ actuali ꝛ veniali: ſed etiã de originali: ꝙ nunq̃ habuit/ nec ad ipſaꝫ tranſiuit: vt probatũ fuit pſal. xlv. igitur concluſio falſa. In oppoſitũ eſt ꝓpheta in preſenti pſalmo dicens. Nõ iuſtificabit in cõſpectu tuo omnis viuẽs. ¶ Reſpõdetur quotãter dicit ꝓpheta. Nõ iuſtificabitur in conſpectu tuo oĩs viuens. Nam licet multi poſſint iuſtificare ſe apud hoĩes de peccatis q̄ non cõmiſerunt: ꝛ intrare ſecuri in iudicium et cõtendere cũ iudice defendendo ſuam iuſtitiam: tamen apud deũ nullus poteſt ſe iuſtificare a peccato de iure ſue nature. ¶ Ad cuius intellectum eſt notãdũ: ꝙ licet homo poſſit iuſte defendere apud quemlibet iudicem ea que ſunt de iure nature: tñ nõ ſemp ea que ſunt largita ex mera gratia ſiue gratis: Nã ſi aliquis naturaliter ſeruꝰ liberaẽ gratis a dño: ꝛ vlt'ra libertatẽ recipit aliqua bona tp̄alia ab illo dño: licet apud alios poſſit defendere iuſte ſuam libertatem ꝛ illa bona collata: tñ hec nõ poſſet defendere in iudicio apud dñm: qꝛ nõ poteſt ſe negare eſſe ſeruũ a natura/ ꝛ liberatũ per grãm: et dñm poſſe ſibi auferre omnia bona collata poſtq̃ retinuit ſibi tale ius. Et ſic licet talis ſeruus libertati donatus cum ceteris poſſit contendere in iudicio ſuam iuſtitiam allegãdo et defendendo: tamẽ nõ cũ dño: nec apud dñm. Ita pariter eſt dicendum. Nam cũ in Adã oẽs poſteri fuerint perpetue ſeruituti peccati obnoxij/ et obligati ꝛ mancipati: ꝛ incurrerint corruptionem nature per quã liberũ arbitrium eſt vulneratum ꝛ claudicatũ/ ꝛ libertas bene agẽdi amiſſa ꝛ neceſſitas peccandi inflicta: vt ꝓbat Augu. lib. de ꝑfectiõe iuſtitie hoĩs: ꝛ ſic nulla manet iuſtitia in hoĩs niſi p grãm donec ꝑficiaẽ. Ergo ſequiẽ ꝙ nullus homo viuẽs apud deũ põt allegare aliquã iuſtitiã ꝓpriã de iure ſue nature: qꝛ oẽs iuſti fuerũt ab illa ſeruitute per grãm ꝛ p iuſtitiã fidei Chriſti liberati. Et ſic licet innocentes et multi ſancti viri nõ cõmiſerint multa peccata et ſcelera actualia/ et fecerint multa bona: nõ eſt eis apud deum ſimpl'r imputandũ: qꝛ hoc nõ fecerũt ex proprijs viribꝰ: nec ex natura ſua corrupta: ſꝫ ex grã Chriſti p̄uenientẽ ꝛ p̄ſeruante a pctõ ꝛ impellẽte ad bona facienda: qꝛ ſi fuiſſent relicti in ſua natura corrupta peiora facinora potuiſſent ꝑpetrare q̄ Nero ꝛ Judas ꝛc. Et ideo dicit Augu. in homilia de peccatrice ꝛ phariſeo: quod non eſt peccatum qḋ fecit homo quin faciat alter homo niſi iuuetur a deo a quo factus eſt homo. Item idem in libro de virginibus/ dicit ꝙ virgines non poſſunt in ſe gloriari ſi ſeruarunt virginitatem et vitarunt vitia carnis: nec debent minus diligere deum ſi non remiſſa ſunt eis peccata multa ſicut mulieri peccatrici ꝛ latroni: qꝛ licet deus non remiſerit eis peccata que nõ cõmiſerunt

[illegible]

tamen remiſit eis oĩa peccata que commiſiſſent: ſi deus per grãm eos non preueniſſet: ꝛ in ſua natura corrupta dereliquiſſet. Ideo concludendo dicit eis Auguſtinus. Deputate vobis a deo eſſe dimiſſũ qcquid a vobis nõ eſt illo regente cõmiſſum ꝛc. Item licet omnes ſupradicti ſãcti poſſent gloriari apud homines ſe nõ peccaſſe actualiter: tamen non poſſent gloriari ſe non fuiſſe obnoxios culpe originali vt inquit Auguſtinus ſecundo de baptiſmo paruulorũ: ꝛ libro de natura ꝛ gratia. Item lꝫ virgo Maria nunq̃ habuerit in perſona peccatuꝫ originale: tamẽ hoc nõ habuit ex ꝓpria natura: ſed ex gratia Chriſti preueniente ꝛ ſanctificãte ipſam in p̄mo inſtanti ſui eſſe: que ꝓhibuit ne pctm̃ nature tranſiret in ꝑſonã: vt dictũ eſt pſal. xlv. ꝛ. cxl. lꝫ fuit p gratiam p̄ſeruata. Et ſic patet ꝙ nec virgo Maria poteſt introire in iudiciũ apud deũ allegãdo naturalem iuſtitiam: cũ ipſa ſcd̃m naturam fuerit obligata cum ceteris in Adam. Ex quibus oĩbus patet: ꝙ nec iuſti nec peccatores poſſunt intrare in iudiciũ cũ deo. Nã pctõres non poſſunt cõqueri de deo: nec imputare deo ſcelera ſua: ſed ſibi ipſis ꝛ nature ſue corrupte qꝛ deus bonam naturam creauit in Adã: ſed ipſe peccator corrupit eaꝫ: ꝛ ſic vnuſquiſq̃ tractus et illectus a cõcupiſcentia ſua peccat: qꝛ deus actor maloꝝ non eſt. Jacobi primo: nec iuſtus poteſt gloriari de iuſtit. a ſua: quia nõ eſt currẽtis nec volentis: ſed dei miſerentis. Et ſic o deus: nũq̃ iuſtificabitur in cõſpectu tuo omnis viuens.

[illegible]

**Benedictus dñs deus meus qui docet manus meas ad prelĩuꝫ: ꝛ digitos meos ad bellum. Miſericordia mea et refugium meum: ſuſceptor meus et liberator meus. Protector meus ꝛ in ipõ ſperaui: qui ſubdis populum meum ſub me.**

¶ Titulus/ Pſalmus Dauid. Hieronymꝰ in ꝓlogo huius libri dicit: ꝙ Dauid fecit hũc pſalmuꝫ quando ſtetit ꝯtra Goliath. ideo in aliquibus biblijs additur iſta particula: ſcꝫ Pſalmus Dauid cum ſtetit contra Goliath. Unde legiẽ primi Reg. xvij. ꝙ cum veniſſent Philiſtei cõtra Saul et filios Iſrael anteq̃ ꝑlium cõmitteret ſurrexit Golias Getheꝰ de gñe giganteo ꝛ incepit blaſphemare verbis et contẽnere deũ Iſrael et legem Moyſi: dicens. Eligite ex vobis virũ ꝛ deſcẽdat ad ſingulare certamẽ: qui ſi ꝑcuſſerit me erimus vobis ſerui: ꝛ ſi ꝑcuſſero eũ vos ſeruietis nobis ꝛc. contra quẽ Dauid iuuenis venit indutꝰ armis regalibus ipſiꝰ Saul. ſed cum nõ eſſet talibꝰ armis aſſuetꝰ exutus illis armis cepit quinq̃ lapides de torrẽte ꝛ poſuit in perã: ꝛ exiuit contra Getheũ in baculo et funda. Golias autẽ erat munitus caſſide ferrea ꝛ lorica erea et lancea robuſta grãdi ad modũ liciatorij. ꝯ quẽ Dauid proiecit lapidẽ in noĩe dñi et infixit euꝫ in fronte ipſiꝰ Golie: et deiecit ad terrã: et ꝓprio gladio euaginato caput ipſiꝰ Golie amputauit: quo viſo Philiſtei ꝓſtrati ſunt: ꝛ diſꝑſi fugerũt. et ſic Dauid liberauit Iſrael de opprobrio ſeruitutis ꝛ vindicauit iniuriã dei. Per h' ex p hãc victoriã preuidit Dauid in ſpũ ꝛ reuelatiõe totũ myſteriũ pugne Chriſti cuꝫ diabolo. Nã ſicut Dauid adoleſcẽs vicit Goliã ꝛ abſtulit ipſi caput ꝛ liberauit Iſrael a ſeruitute et ſubiecit Philiſteos: ita Chriſtꝰ depoſitis armis regalibus i. occultata diuinitate/ apparens in hũanitate congreſſus eſt cũ diabolo: et cũ pera ꝛ lapide obedientie et patiẽtie ꝛ hũilitatis ſe obiecit contra diabolũ ꝛ abſtulit ipſi caput. nã primo abſtulit ipſi gladiuꝫ quo erat armatꝰ ꝛ p̄cinctꝰ/ ꝛ ſolebat iterficere oẽs hoĩes q̄ q̇dẽ gladiꝰ erat peccatuꝫ origiale quo oẽs vulnerabat diabolus ꝛ ſibi ſubijciebat. hũc gladiũ abſtulit Chriſtꝰ et cũ eo ipꝫ decapitauit: ꝛ abſtulit ipſi caput. i. ptãtẽ ꝛ ſic liberauit genꝰ hũanũ ꝛ ſubiecit ppl'm gentilẽ ad fidẽ. Unde baculus Chriſti in illo certamine fuit crux: et lapis fuit humilitas et patiẽtia. vñ Dauid p̄uidens hoc myſteriũ poſt habitã victoriã: ꝛ dũ fuit in q̇ete fecit hũc pſalmũ. In quo Dauid quatuor facit. Naꝫ primo agit Dauid gratias de victoria habita ꝯtra Goliã. Scd̃o petit aduentũ Chriſti vt veniat ad pugnã ꝯ diabolũ: quam ipſe preuidit in ſpũ p pugnã ſuã ꝛ victoriã. Tertio ꝓmittit ſe grãs acturũ. Quarto petit vt liberet eccleſia de ꝑſecutiõe tyrannoꝝ ꝛ hereticorũ. Scd̃m ibi. Dñe iclina. Tertiũ ibi. Deus cãticũ. Quartũ ibi. Et erue me. Dicit ergo Dauid. Bñdictus ſit dñs deus meꝰ q̄ docet et docuit manꝰ meas ad ꝓliũ ꝯ Goliã ꝛ direxit digitos meos ad bellũ cũ eſſeꝫ adoleſcẽs et iexpertꝰ et iſuetꝰ i armis nã ego nõ erã ſufficiẽs niſi ipſe me direxiſſet: et idõ ipſe eſt mĩa mea et refugium meũ: ad quẽ ſemp refugio. et ipẽ eſt ſuſceptor meus in omni caſu: ꝛ liberator meꝰ de oĩ periculo: qꝛ ipſe ex ſola miſericordia ſua et nõ meis meritis me liberauit. Et probo ꝙ hoc factũ eſt ex dei miſericordia et non meis viribus. Nam.

**Domine quid eſt homo quia inotuiſti ei: aut filius hominis quia reputas eum?** ẽ. viij. a.

¶ Id eſt: quid ſum ego cũ ſim adoleſcẽs ꝛ ruſticus et pauper/ cui tam grandẽ victoriam innotuiſti: et tam grãde myſterium innotuiſti et reuelaſti: nam per meã victoriam de Golia reuelaſti et innotuiſti mihi victoriam quã tu es habiturus de diabolo in cruce: qua reuelatione ego non ſum dignus meis meritis. Aut quid ſum ego filius hominis. i. filius Eſai: qꝛ reputaſti me i tãto honore ſupple tantam victoriam tribuendo et quod maximũ eſt tam magnum myſterium mihi reuelando: et ſic loquitur d' ſe in tertia perſona. Et ſubdit.

**Homo vanitati ſimilis factus eſt: dies eiꝰ ſicut vmbra pretereunt.** Job. viij. et de pe. di. ij. c. ſi.

¶ Nam homo in ſua natura ꝛ in ſuis viribus deſtitutus vanitati ſimilis factus eſt et fragilis ꝛ mortalis. naꝫ dies eius ſicut vmbra p̄terierunt. Ex quo patet ꝙ Dauid ſe reputat indignuꝫ tanta victoria et reuelatiõe tanti myſterij futuri p Chriſtuꝫ: Põt etiã dici ꝙ hic Dauid loquitur in ꝑſona corporis myſtici. nã p hoc myſterium ꝛ victoriã ſuã quã habuit cõtra Goliã p̄uidit etiã in ſpũ qualiter Chriſtus in aduẽtu ſuo d'bebat nos ita armare vt etiã vinceremus diabolũ et cõculcaremꝰ. naꝫ Chriſtꝰ dedit nobis primo baculũ fidei et ſpei: cũ quo audemꝰ ire cõtra diabolũ: et lapidẽ fidei quẽ ipſi obijcimꝰ et cuꝫ eo ipm̃ occidimꝰ. Et dedit nobis gladiũ charitatis quo caput ꝛ ptãtẽ eiꝰ abſcidimꝰ. Quã victoriã figuratiue p ſuã p̄uidit. Idõ dicit totũ corpꝰ myſticum. Bñdictꝰ dñs deꝰ meꝰ ꝛc. qꝛ tantã mĩam et dilectio/

nem homini oſtendit ⁊ tantā dignitatē ipſi ꝯceſſit cum homo ſit fragilis ⁊ parui momenti: ⁊ ꝑ hoīe q̄ eſt tā parui pretij velit de celo deſcendere ⁊c. ⁊ ideo ait. Quid eſt homo ⁊c.

de ſum matri. ⁊ ſi. ca tho. c. dñnanius. ſ. q. ſ. c. multe xi. q. iij. c. ira ſepe. et xvi. q. ſ. c. viſis

**Domine inclina celos tuos ⁊ deſcende: tāge montes ⁊ fumigabunt.**

**Fulgura coruſcationem et diſſipabis eos: emitte ſagittas tuas et conturbabis eos.**

**Emitte manum tuam de alto: eripe me et libera me de aquis multis: ⁊ de manu filiorum alienorum.**

**Quorum os locutum eſt vanitatē: ⁊ dextera eorum dextera iniquitatis.**

¶ Hic petit aduētū xp̄i ſibi reuelatū. nā poſtꝙ aduēt⁹ xp̄i ad pugnādū ⁊ vicēdū diabolū ⁊ liberandū nos de ꝑtāte ei⁹ innotuit ipſi ꝑ reuelationē ⁊ figurā ſue victorie de Golia/ dicit: O dñe Jeſu xp̄e iclina celos. i. maieſtatē tuā de celo ad terrā: ⁊ deſcende ꝑ hūilitatē: vt tu q̄ ab eterno es de⁹ ī ſinu pr̄is efficiaris hō in vtero virginis matris: ⁊ q̄ es īmortalis ꝑ diuinitatē/ efficiaris mortalis ſcd̄m hūanitatē: ⁊ q̄ ab eterno es ī forma dei et de⁹/ appeas nobis in forma ſerui: et ſic tāge montes. i. ap̄ſos dādo eis ꝑtātē ⁊ ſp̄m ſanctū/ ⁊ fumigabunt legē tuā euāgelicā ꝑ mūdū ꝑdicādo. Et emitte fulgura ⁊ coruſcatiōes mittēdo fulmina euangelica: ⁊ diſſipabis eos. ſ. diabolos ⁊ īfideles ⁊ totā idololatriā. Et emitte ſagittas tuas. i. ap̄ſos q̄ ſunt ſagitte in manu potētis: ⁊ ꝟba euangelica q̄ ſūt ſagitte acute miſſe in corda inimicoꝝ regis: ⁊ cōturbabis eos ⁊ ꝯfundes oēs īfideles: q̄ſdā ꝯuertēdo: quoſdā ꝑdendo. Itē tāge cū tua potētia ⁊ ꝟtute mōtes. i. diabolos ſuperbos: ⁊ mēbra eoꝝ. ſ. reges ⁊ ꝑncipes paganos ⁊ tyrānos: ⁊ fumigabunt ⁊ cremabūt puniti. Et fulgura. i. fulgurādo mitte coruſcatiōes ⁊ fulmina euangelica per ap̄ſos tuos: et diſſipabis eos. ſ. diabolos eijciēs a ſimulacris: ⁊ gentiles ab idololatria q̄ſdā ꝯuertēdo: ⁊ q̄ſdā ꝑdēdo ⁊ puniendo. ⁊ emitte ſagittas tuas. ſ. euangelicas: ⁊ ꝯturbabis eos: vt ſupra. Et emitte manū. i. potētiā ⁊ ꝟtutē tuā de alto celo ⁊ libera me de aq̄s ⁊ ꝑſecutiōib⁹ multi. ſ. de tētationib⁹ ⁊ ſeruitute diaboli: ⁊ de manu ⁊ ꝑtāte filioꝝ alienoꝝ. ſ. tyrānoꝝ q̄ non ſūt de filijs dei ſʒ diaboli: ⁊ nō ſūt filij ꝟtutū: ſʒ vitioꝝ: q̄ ſūt filij alieni a te et etiā libera me de manu iudeoꝝ q̄ facti ſūt alienati negādo te/ ⁊ facti ſūt filij mūdi ⁊ diaboli cū dixerūt Nō habem⁹ regē niſi Ceſarē. Jō ſequit: Quoꝝ os locutū ē vanitatē dicēdo blaſphemias ꝯ te et iproperia ī domo Anne ⁊ Caiphe ⁊ añ Pilatū: et ī cruce cū dicebāt Si fili⁹ dei es deſcēde de cruce ⁊c. Et ēt os eoꝝ locutū eſt vanitatē ꝯ te qñ dicebāt ꝙ diſcipuli furati erant corpus tuum de ſepulcro ⁊c. Itēʒ quando perſequebantur apoſtolos in primitiua eccleſia loquentes blaſphemias contra Paulum ⁊c et de hac perſecutione petit eccleſia per Chriſtum liberari. ſ. per mortem et paſſionē petit liberari a diabolo: et per reſurrectionē ⁊ ſpiritus ſancti miſſionem a perſecutione iudeorum.

Dauid petit xp̄i aduentū.

**Deus canticum nouum cantabo tibi: in pſalterio decachordo pſallam tibi.**

¶ Hic pollicet ſe gratias acturū ꝑ beneficio redēptiōis recepto dicēs. O de⁹ cū feceris hoc. ſ. reſurgēs a mortuis/ ⁊ viceris diabolū: ⁊ liberaueris me de ei⁹ ꝑtāte/ ⁊ aſcēderis in celum ⁊ miſeris ſp̄m ſanctū: et armaueris ap̄ſos diuerſis donis gratiarum tunc canticū nouū cantabo tibi: nō canticū veteſta. q: poſtꝙ venerit Chriſtus veritas figurata dimittam figuras ⁊ cerimonias ⁊ offeram nouum ſacrificiū euchariſtie: et predicabo legē nouā euāgelicā et noua ſacr̄a abolitis veteribus ſacramētis: ⁊ pſallā tibi in pſalterio decachordo. i. decē chordarū: ⁊ preceptorū ſimul cū cōſilijs euāgelicis: q: tūc vere ſeruabunt precepta data in mōte Sinai: que vſq; ad aduentū Chriſti nuuꝙ fuerunt perfecte intellecta nec ſeruata: vt patet Matth. v. quia antiq̄ nō reſpiciebant affectū et voluntatē per quam iuſtificamur: ſed ſolū effectuʒ ⁊ actum ad extra: ideo nunꝙ vere ſciuerunt cantare/ nec pſallere in pſalterio decē chordaruʒ vſq; quo Chriſt⁹ docuit nos nouiter pſallere ⁊ cantare cū ſacramētis noue legis. Ideo hoc eſt cāticū nouū qd̄ cātabo tibi. ſ. lex euāgelica: q̄ declarat pſalterium decē chordaruʒ veteris leg. Itē lex euāgelica dicit etiā pſalteriū decachordum: ſiue decē chordarū: eo ꝙ nihil aliud continet et explicat niſi decē myſteria no. legis q̄ per Chriſtum erant explicāda/ ſcʒ myſteriū trinitatis et incarnationis: ⁊ predicationis Chriſti/ et miraculoſē operationis/ et paſſionis/ et reſurrectionis: et aſcēſionis: et ſp̄s ſancti miſſionis: et eccleſie cōgregationis/ et finalis noſtre glorificationis. Unde hoc eſt canticū nouum qd̄ cōtinue cantat tota eccleſia et cōfitetur et ꝑdicat: et hoc eſt pſalteriū decē chordarum/ qd̄ cōtinue ſonat et predicat ⁊ pulſat. Item cantat etiam eccleſia canticū nouū ⁊ pſalteriū virginis Marie. ſ. Magnificat anima mea dñm. qd̄ q̄dem canticum ⁊ pſalterium continet. x. chordas. i. x. verſus: vt patet intuenti. ¶ Eſt ergo triplex pſalterium/ decachordum/ et canticū nouū. ſ. pſalteriuʒ x. preceptorū moraliū: vt pſalterium decem myſteriorū noui teſt. et pſalterium virginis Marie. Hoc ergo triplex pſalteriū ꝓmittit cantare Dauid ī perſona totius eccleſie pro gratiarum actionibus dicens. Deus canticū nouū cantabo tibi. i. totā legē euangelicam: et in pſalterio decachordo pſallā tibi. i. decē myſteria noui teſta. per Chriſtū explicata predicabo et cōfitebor tibi/ et etiā cātabo et pſallā tibi pſalteriū et canticū virginis in officio quotidiano veſperaꝝ: et etiam cātabo tibi canticū nouū celebrando nouas feſtiuitates/ ſcʒ natiuitatis/ paſſionis/ ⁊ reſurrectionis ⁊c. In quib⁹ cōſtituā noua officia eccleſiaſtica: et ceſſabunt veteres feſtiuitates q̄ erant figure nouarum feſtiuitatum: hoc ergo canticū nouū cantabo tibi agēdo gratias: eo ꝙ dediſti ſalutem regib⁹ chriſtianorū eos per fidē a nefando ritu idololatrie liberando. Et nota qd̄ idem pſalterium cantabant antiqui qd̄ ⁊ nos: ſed illi cātabant hoc pſalterium in figura ⁊ prophetice: nos autem cantamus in re et euangelice: q: iā oēs ille decē chorde ſunt complete per Chriſtum.

**Qui das ſalutem regibus: qui redemiſti Dauid ſeruum tuum: de gladio maligno eripe me.**

**Et erue me de manu filiorum alienorum: quorum: os locutum eſt vanitatē: et dextera eorum dextera iniquitatis.**

¶ Hic incipit alia ſētentia ⁊ petitio. Nā poſtꝙ corpus myſticum petijt liberari de ſeruitute diaboli ⁊ ꝓmiſit cātare canticū ⁊c. hic petit liberari de poteſtate ⁊ ꝑſecutione tyrannorū ⁊ hereticorū. Nam hoc etiā ꝓuidit Dauid in ſpiritu ꝑ victoriā ſuā. nā ſicut amputato capite Golie ⁊ ſuperato/ Philiſtei fuerūt diſꝑſi/ ⁊ fugati ⁊ in finē ipſi Dauid ſubiecti: Ita ꝓuidit Dauid in ſpiritu: ꝙ tyranni ⁊ imperatores ⁊ gētiles ꝑſecutores eccl'ie erāt ſupandi: et eccleſie iugo ſubijciendi. ⁊ hoc petit hic Dauid ī ꝑſona totius eccleſie dicēs: O dñe Jeſu Chriſte: q̄ quōdā das ⁊ dediſti ſalutē regib⁹ Iſrael ⁊ victoriā ꝯtra paganos ⁊ redemiſti ſpecialiter Dauid ſeruum tuū de poteſtate Golie: eripe me nūc in hac ꝑſecutione de gladio maligno ⁊ crudelitate tyrannorum ⁊ infideliū ⁊ hereticorū. ¶ Nota ꝙ ſicut verbū dei dicit gladius benignus penetrās corda hoīm/ ⁊ amputans ſentes peccatorū: ita ꝑ oppoſitū culpa ⁊ peccatū dicit gladius malign⁹ ⁊ venenoſus occidens aīas hoīʒ morte perpetua. nā iſto gladio diabolus occidit aīas. Ita ſpecialiter culpa originalis dicit gladius diaboli/ quo occidit et interimit aīas ad mortē damni priuans eas vita eterna. Et ꝯcupiſcētia ⁊ fomes inflict⁹ carni/ eſt alius gladius malignus diaboli: quo occidit aīam ꝑ cōſenſuʒ ad mortem ſenſus ⁊ pene. ⁊ de hoc gladio maligno petit hic primo liberari. Et etiā alius gladius malignus q̄ dicit ꝑtās tyrānorū ⁊ crudelitas: quo gladio tyrāni ꝑſecuti ſunt martyres: ⁊ de iſto gladio ſpecialiter petit eccl'ia liberari a reſurrectione Xp̄i vſq; ad Cōſtantinū: q: tūc ille gladius fuit fractus. Eſt etiā alius gladius malign⁹: q̄ fuit prauitas ⁊ ꝑuerſio hereticorū. q̄ īualuit cōtra eccleſiā poſt magnū Cōſtantinū. ⁊ de hoc etiā eccl'ia petit liberari virtute Chriſti. dicit ergo de gladio maligno eripe me. ⁊ pro. i. erue me de manu ⁊ ꝑtāte et gladio filiorū alienorū. ſ. tyrannorū ⁊ hereticoꝝ filiorū diabolorū: q: illorū ſunt filij quos ſequūtur quoꝝ ⁊ opa faciunt. os quorū. ſ. tyrānorū locutū ē vanitatē blaſphemādo Chriſtū ⁊c. ⁊ os hereticorum ꝑuertendo ſcripturas ad falſum ſenſum ⁊ proferendo hereſes ⁊ falſas ſectas. ⁊ ideo dextera eorū. ſ. poteſtas ⁊ ꝓſperitas eſt dextera. i. ꝑtās tenebrarū ⁊ iniq̄tatis: que nō pōt durare: immo auferetur ꝑ aduentum lucis et iuſtitie ⁊ punitionis dei.

**Quorum filij ſicut nouelle plantationes: in iuuentute ſua.**

**Filie eorum compoſite: circumornate vt ſimilitudo templi.**

**Promptuaria eorū plena: eructantia ex hoc in illud.**

**Oues eorum fetoſe abundantes in egreſſibus ſuis: boues eorū craſſe.**

**Non eſt ruina macerie neq; tranſitus neq; clamor in plateis eorum.**

**Beatum dixerūt populū cui hec ſunt: beatus populus cuius dominus deus ei⁹.**

¶ Ad cuius declarationē eſt notandū ꝙ gladi⁹ et ꝑtās ⁊ crudelitas malorū tyrannorū ꝯſiſtit in dñio ⁊ tyrannide. ⁊ copia diuitiarū ⁊ filiorū ⁊ ī ꝓſperitate mūdana. nam cū q̄s videret ſe in tali ꝓſperitate poſitū: ⁊ maxime illi tyrāni ponebāt felicitatē ſuā in hac mundana ꝓſperitate cōfidētes in ſuo dñio ⁊ tyrānide ⁊ in ſuis diuitijs ⁊ ꝑdijs ⁊ copia filiorū q̄bus aſſumebant vxores filias alienorū regū ⁊ pricipum ⁊ ſuas pulchras filias dabant in vxores ceteris regib⁹ ⁊ pricipib⁹. ⁊ ſic fortificabāt ⁊ cōciliabāt ⁊ roborabant potētias ſuas: ⁊ in hoc cōfidētes cōtēnebāt deū: putātes nihil eis poſſe nocere: ⁊ ſic ꝑſequebant panperes ⁊ cōmittebāt omne nefas: nec volebant audire legē euāgelicam q̄ ꝑcipit oēm iuſtitiā. ſ. nulli nocere ⁊ oībus ꝓdeſſe ⁊c. ⁊ ideo perſeq̄bant chriſtianos: ⁊ conabant cū ꝓmiſſionibus aut minis ⁊ tormentis eos ad ſuā ꝑfidiā adducere. Ex quo ꝑʒ ꝙ gladius ⁊ dextera ⁊ potētia eorū conſiſtebat ſcd̄ʒ opinionē eorū in ꝓſperitate huiuſmūdi ī qua cōſtituebāt felicitatē ⁊ beatitudinē: ⁊ hos beatos vocabāt q̄b⁹ ſupradicta ꝓſperitas aderat Sʒ dicit Dauid ꝙ falſa erat eorū opinio: nā beatitudo eſt ſtatus oīm bonoꝝ aggregatiōe ꝑfect⁹/ ſed habētes talia ſūt mali ⁊ flagitioſi/ alieni ab omni virtute ergo nō ſunt bt̄i. Itē bt̄itudo eſt bonū ꝑ ſe ſufficiēs: cōtētās habētē: ſed poſſidētes talia nūꝙ cōtentant: immo ſēper cupiūt plura hr̄e: ſicut ꝑʒ de Alexandro: ergo null⁹ talis ē bt̄ūs nec felix. Itē bt̄itudo eſt bonū ꝓpriū qd̄ nō pōt auferri: ſed oīa ſupradicta bona tp̄alia faciliter auferunt: vt filij ⁊ regnū ⁊c. ſicut ꝑʒ d̄ Craſſo ditiſſimo: q̄ ꝑdidit primo infeliciter filiū ⁊ poſtea regnū ⁊c. Ergo nullus talis eſt felix. Itē beatus eſt q̄ habet q̄cq̄d vult: ⁊ nihil mali vult: ſed nullus talis habet q̄cq̄d vult: ⁊ vult ⁊ cōmittit omne malū: vt ꝑʒ de Sardanapalo ⁊ Pharaone ⁊ Nerone ⁊ ceteris grecis. Ex quo ꝑʒ ꝙ ſolus ille ppl's eſt bt̄ūs q̄ colit deū: nā talis cōtēnit oēm ꝓſperitatē mūdanā q̄ affert oīe malū: ⁊ delectat in cōtēplatione diuinorum/ ⁊ operat ſcd̄m virtutē ⁊ iuſtitiā ⁊ ꝑcepta euāgelica: cui dat in premiū in celo illa ſumma bt̄itudo/ q̄ eſt ſtatus oīm bonorū aggregatione ꝑfectus: ⁊ bonū ꝑ ſe ſufficiēs: qd̄ nō pōt auferri. Et hoc eſt qd̄ hic dicit Dauid: cū dicit. dxtera eorū. i. mūdanorū ⁊ tyrānorū: ⁊ ꝑtās ⁊ ꝓſperitas eſt dextera iniq̄tatis/ ī qua ponūt ſuā bt̄itudinē: nā illos putāt bt̄ōs ſupple quorū filij ſunt in magna copia ī iuuētute ſua: ſicut nouelle plantationes oliuarū aut aliorū virgultoruʒ. i. habēt copiā filiorū iuuenū. i. habēt oliueta nouella in circuitu. vt dictū eſt pſal. cxxvij. ⁊ filie eorum ſunt pulchre: ⁊ cōpoſite ⁊ circūornate in veſtib⁹ et iocalib⁹ ſicut ſimilitudo. i. ad ſimilitudinē vni⁹ tēpli bñ ornati. hos ergo putāt felices. Itē putant ſe eſſe felices in poſſeſſione multorū ꝑdiorū ⁊ vinearū ⁊c. ⁊ ſi ꝓmptuaria ⁊ torcularia ⁊ cellaria et horrea eorū ſunt plena vini ⁊ frumenti ⁊ olei: ⁊ ſic ſūt eructātia iſta ꝓmptuaria. i. effundentia ex hoc in illud. i. ex iſta vegete in illā: ex hoc horreo in illud: et ex hoc cellario in illud. i. qd̄ ſufficiat ad implendū multa cellaria ⁊ horrea ⁊c. Itē putāt ſe bt̄ōs in poſſeſſione multorū armētorū ⁊ gregū pecudū id ō dicit: tūc ſe putāt beatos: ſi oues in magno ſunt numero ⁊ fetoſe ⁊ plene fetibus ⁊ pregnātes ⁊ abundantes in egreſſib⁹ ⁊ partub⁹ ſuis: ⁊ boues ⁊ vacce eorū ſunt graſſe in numero ⁊ carne. Itē quarta

ꝓſperitas eſt cauſa crudelitatis.

Quid ſit beatitudo

btitudo eorũ eſt q̃ habẽt ciuitates ⁊ domos fortes ⁊ inexpugnabiles ⁊ bene muratas nõ diſruptas: ne ꝑ eas inimici poſſint hr̃e ingreſſuꝫ neq̃ trãſituꝫ ad capiendas ciuitates ⁊ oppida: vt ſit clamor in plateis eoꝝ ꝑ ingreſſuꝫ inimicoꝝ rupta maceria ⁊ muro: ſicut ſolet fieri clamor mulierũ ⁊ viroꝝ dũ inimici capiũt violẽter ciuitates ⁊ trucidãt infantes ⁊ interficiunt viros ⁊ expoliant domos ⁊c. Btũ ergo dixerunt hoĩes mundani pplm cui hec bona ſupradicta inſunt: ⁊ ꝓſperitates tꝑales. Sꝫ dicit propheta. (Nota.) Ego dico tibi ꝙ ſolus ille ppls eſt btũs cuius verus deꝰ eſt dñs eiꝰ. i. q̃ colit verũ ⁊ vnũ deum trinũ in ꝑſonis: ⁊ vnũ in eſſentia: q2 talis ppls viuit ſm deũ ⁊ ſm legẽ euãgelicã/ q̃ precepit oẽs ꝟtutẽ ⁊ iuſtitiã: cuiꝰ p̃miũ eſt ſumma ⁊ vera btitudo in celo: nã q̃ i ſupradictis bonis tꝑalibꝰ cõſtituunt ſuã btitudinẽ ſemper fallunt: ⁊ eis accidit ĩfelicitas ⁊ miſeria ꝑ amiſſionẽ taliũ bonoꝝ tꝑaliũ ⁊ ꝑ aduerſitates que iugiter īteruenĩũt ⁊ accidũt. Beatꝰ ergo ſolꝰ ppls cuiꝰ dñꝰ deꝰ eiꝰ. Libera ergo me domine a tali gladio maligno: ⁊ a tali dextera ⁊ ptãte ⁊ ꝓſperitate iniq̃tatis ⁊ de tali ptãte tenebrarũ. Sed tñ aduertendũ eſt ꝙ tota iſta litera iſtoꝝ ſex verſuũ vltimoꝝ. ſ. ab illo loco/ Quoꝝ filij ſicut nouelle ⁊c. contrariũ ſenſum videt̃ habere in libro ⁊ in tranſlatione Hieronẏ. nam dicit ſic. Et ſint filij noſtri q̃ſi plantatio creſcẽs in pueritia ſua: filie noſtre ſicut angeli ornati ad ſimilitudinẽ tẽpli: promptuaria noſtra ⁊c. ⁊ tauri noſtri pingues ⁊c. ⁊ non eſt egreſſus: nec eiulatus in plateis noſtris: beatus ppls cui talia ſunt beatus populus cuius dñs deus ſuꝰ. Et ſic tota iſta litera videtur referri ad populũ dei ponunt felicitatẽ ſeu partẽ felicitatis in copia bonorum tꝑaliũ: ⁊ in cultu diuino. Sed hoc videtur ſuſpectũ ⁊ tollit ſenſum ſpiritualẽ ⁊ ꝓpheticũ ꝓ ſtatu eccleſie Chriſti/ ⁊ de vera btitudine: ⁊ cõfirmat ꝑuerſam opinionẽ gentiliũ ⁊ tyrãnoꝝ: ⁊ ꝯtradicit ei qđ dictũ: eſt Dextera eoꝝ dextera iniq̃tatis. Iđ putãt multi hãc literã vitiatã in hac parte ⁊ in aliquibus alijs locis cũ ſuis punctis quã vitiarũt et ꝑuerterũt rabini coꝝ tꝑe Conſtantini cõgregati ĩ Egypto: cũ viderũt oẽs gẽtiles et multos Iudeos cõuerti ad fidẽ Chriſti: ⁊ ſic voluũt dicere ꝙ tꝑe Hieronẏ. iam erat biblia ſiue ſcriptura vet. teſt. in aliquibꝰ locis vitiata ꝑ apices ⁊ pũcta q̃ totalr̃ mutant ſenſum Et iđ trãſlatio. lxx. īterpretũ eſt in dubijs magis amplectẽda: q2 minꝰ ſuſpecta ꝓpter rationes ſupradictas: nã illa interpretatio fuit facta ꝑ. cc. annos ante aduẽtũ Chriſti: et tũc lr̃a vet. teſt. nõdũ potuit eſſe vitiata nec ſuſpecta. Etiã poſſumꝰ exponere lr̃am hebraicã modernã ad bonũ ſenſum ſpũalẽ: vt dicat Dauid ⁊ corpus myſticũ petens aduentũ Chriſti ⁊ ꝓſperitatẽ eccl'ie: ſint filij/ noſtri. i. apl'i: ⁊ martyres ⁊ fideles in magna copia/ virẽtes in virtutibus ⁊ gr̃a ſicut plantationes nouelle oliuarũ. Et filie nr̃e. ſ. virgines ſint ſpecioſe ⁊ ornate virtutibus ſicut angeli ad ſil'itudinẽ tẽpli: et promptuaria ⁊ torcularia ſacramentoꝝ eccleſiaſticoꝝ ſint eructantia ⁊ ꝓfundẽtia copiã vini ⁊ olei. i. operũ mĩe ex hoc pplo in illũ: ⁊ oues noſtre ſint fetoſe ⁊ abũdãtes in egreſſibus ⁊ partubꝰ ſuis regenerãdo filios ꝑ baptiſmũ: ⁊ copiã meritoꝝ aie nr̃e generent ꝑ bona opa: ⁊ ſint boues noſtre craſſe. i. aie nr̃e ⁊ opa nr̃a ſint craſſa pinguedine gr̃e ⁊ meritorũ: ⁊ aia noſtra ſit fortis ne capiat̃ ab inimicis diabolis: nec ſit eiulatus ĩ plateis aie noſtre ex penis inferni. Nã btũs ppls cui talia bona ſpũalia ſunt: ⁊ btũs ppls cuiꝰ dñs deꝰ ſuus. Et iſto modo bene põt iſta lr̃a aptari ad bonũ ſenſum: ſed in veritate lr̃a. lxx. interpretũ videt̃ magis cõſona lr̃e p̃cedenti: ideo tene qđ placeat. ¶ Totus etiã iſte pſalmꝰ põt eſſe vox Chriſti: q̃ in principio loquit̃ ĩ ꝑſona capitis agens gr̃as patri: q̃ direxit manũ et potentiã ſuã cõtra diabolũ: ⁊ triũphauit de illa: ſicut Dauid triũphauit de Golia. Sed poſtea loquit̃ in perſona corporis petẽdo vt pr̃ mittat filiũ in carnẽ ad liberãdũ ipm de manu ⁊ ptãte diaboli. Et poſtea petit vt liberet ipm de ꝑſecutione tyrãnoꝝ ⁊ oim̃ infideliũ. ¶ Ex quo pſal. põt recolligi due principales cõcluſiones. Quarũ prima eſt ꝙ ſicut Dauid triũphauit de Golia ⁊ liberauit illũ populũ de manu philiſtinoꝝ: ita Chriſtus deſcẽdẽs in carnẽ liberauit genus humanũ primo de poteſtate diaboli. Scđo liberauit eccleſiã de manu oim perſecutoꝝ. Scđa ꝙ licet homines infideles et mundani ⁊ alieni a fide ponant ſuam filicitatem in copia filioꝝ ⁊ bonorum tẽporaliũ: tñ ſolꝰ eſt beatus in veritate qui colit vnum deum: quia ille expectat veram ⁊ eternam beatitudinem in celo.

**Exaltabo te deus meus rex: et benedicam nomini tuo in ſeculum ⁊ in ſeculum ſeculi.**

**Per ſingulos dies benedicam tibi: ⁊ laudabo nomen tuum in ſeculum: et in ſeculum ſeculi.**

**Magnus dominus ⁊ laudabilis nimis: et magnitudinis eius non eſt finis.**

¶ Huic pſal. p̃ponitur talis titulus. ſ. Hymnꝰ Dauid. ad denotandũ ꝙ Dauid fecit hũc pſal. ad laudandũ deũ in tẽplo cũ cãtico ⁊ exultatione. Nã vt ſupra dictũ eſt in ꝓlogo hymnꝰ dicit̃ laus dei cum exultatione ⁊ cãtico. Nã laus que dirigit̃ creature nõ põt dici hymnꝰ ꝓprie. Itẽ ſi talis laus nõ ſit cũ exultatiõe: nõ põt etiã dici hymnꝰ: ſicut ſunt tragedie et threnoꝝ liber Hieremie ⁊ carmina ipſiꝰ Iob q̃ oia potiꝰ dicunt̃ tragedie ⁊ lamẽtatiões. Et ideo q2 Dauid intendit laudare deũ in hoc pſal. cum letitia agẽdo gratias de bñficijs q̃ cõtulit mũdo a principio mundi vſq̃ ad finem: ideo intitulat̃ iſte pſal. Hymnꝰ Dauid: iđ ꝓcedit ꝑ ordinem alphabeti hebraici ab Aleph: vſq̃ ad Thau. itaq̃ tot ſunt verſꝰ in hoc pſal. quot ſunt lr̃e in hebreo. Et ſic ſunt. xxij. verſus iuxta numerũ lr̃arũ hebraicarũ. Et ſic vnuſquiſq̃ verſus incipit a ſua lr̃a diſtincta. Eſt verũ ꝙ vna lr̃a omittit̃: loco cuius altera geminat̃: ⁊ ſic manet numerus ꝑfectꝰ qđ nõ factũ eſt abſq̃ myſterio. ¶ Ad cuiꝰ intellectũ eſt notandũ ꝑut dictũ eſt pſal. cxviij. ꝙ ſicut vnaqueq̃ lr̃a hebrea ſignificat aliquod myſterium in lege: ita totꝰ diſcurſus alphabeti hebraici ſignificat totũ diſcurſum diuine legis: ⁊ totũ diſcurſum hoĩs myſtici peregrinãtis ꝑ iſtã legẽ in vtroq̃ teſtõ ab Adã vſq̃ ĩ finẽ mũdi. Et ideo q2 Dauid in ꝑſona hoĩs myſtici ꝑegrinantis ꝑ iſtã legẽ in vtroq̃ teſt. intendit laudare deũ ⁊ agere gr̃as de oibus bñficijs a deo receptis ⁊ memorare oia opa mirabilia q̃ deꝰ fecit ĩ vtroq̃ teſtã a principio mundi vſq̃ in finẽ diſcurrendo ꝑ omnes etates ⁊ oia ſecula ⁊ oẽs gñationes: hinc eſt ꝙ ſcripſit hunc pſal. ſcđm ordinẽ ⁊ diſcurſum alphabeti hebraici: q2 in vtroq̃ teſt. ſemꝑ vnus deꝰ fuit laudatus ⁊ cultus ⁊ inuocatꝰ. ¶ Scđo eſt notãdũ ſm Aug. lib. de vera religione/ ꝙ cultus latrie preſupponit fidẽ: iđ vnuſq̃ſq̃ colit deũ ſcđm fidẽ quam habet de deo. Et iđ dicit ꝙ oẽs patres ve. te. crediderũt deũ creatorẽ ⁊ redemptorẽ: ⁊ ꝑ cõſequẽs trinũ ⁊ vnũ: nam articulus creationis p̃ſupponit articulũ trinitatis. Que q̃dẽ fides incepit ab Adam primo cultore dei: nã Adã ꝑ ordinẽ creationis potuit noſſe in ſpũ myſteriũ trinitatis. nã ꝑ hoc ꝙ deꝰ ꝑ verbũ creauerat oia: q2 dic. do fiat lux facta eſt lux ⁊c. ergo deꝰ habet verbũ ſibi ꝯſubſtãtiale: ⁊ ſic potuit noſſe patrẽ ⁊ filiũ. Sed ꝑ hoc ꝙ ſpũs dñi ferebat̃ ſuꝑ aquas ad viuificandum oia creata: nouit ſpm̃ ſctm̃ in diuinis: ⁊ ſic nouit in ſpũ tres ꝑſonas in diuinis. ſ. patrẽ ⁊ filiũ ⁊ ſpm̃ ſctm̃ cũ vnitate ſubſtantie. Et hoc potuit habere Adã ex doctrina angeloꝝ. Rurſus ait Aug. ſuꝑ Geñ. ⁊ ſuꝑ Io. ꝙ myſteriũ incarnatiõis fuit reuelatũ ipi Adã in illo ſopore: licet nõ fuit preſciꝰ ſui caſus. Et ſic Adã añ lapſum habuit fidẽ trinitatis ⁊ incarnatiõis. Rurſus dicit Aug. lib. Cur deꝰ homo. ꝙ Adã poſt lapſum preuouit totũ myſteriũ humane redẽptionis: nam qñ deꝰ eiecit eũ a paradiſo ꝓmiſit ipſi de ſua ꝓgenie carnẽ aſſumere: ⁊ in illa humanitate mortẽ ⁊ paſſionẽ ſubire: vt poſſet Adã cũ tota ſua poſteritate redimere: ⁊ ei immortalitatẽ ⁊ felicitatẽ quã ꝑdiderat reſtituere. Et ſic dicit Aug. ꝙ ab Adã ⁊ eius ſucceſſoribꝰ iã dñi in carnẽ p̃ſtolabat̃ aduẽtus: vt ſi de inſtãti miſeria doleret: tñ de ſuo ſueq̃ poſteritatis remedio iã de longinquo gauderet. Et ſic p2: ꝙ Adã expectabat Chriſtũ deum ⁊ hoĩem gñis humani redẽptorẽ ⁊ humane ruine reſtauratorẽ: ⁊ ſic credidit deũ trinũ ⁊ vnũ creatorẽ ⁊ gubernatorẽ ⁊ redẽptorẽ: ⁊ glorificatorẽ: ⁊ ſub tali fide incepit colere deũ ⁊ ipi latriã exhibere: ⁊ hãc fidẽ ⁊ ritũ colẽdi deũ docuit filios ſuos ⁊ nepotes. ¶ Nouit ergo Adam quatuor eſſentialia in deo. Primo ſummã oĩpotentiã qua mundũ creauerat: ⁊ ſummã ſapiẽtiã qua oia creata gubernat ⁊ conſeruat: ⁊ ſummã miam qua genꝰ humanũ debebat redimere et reſtaurare: ⁊ angelicã ruinã reparare: ⁊ ſummã iuſtitiã qua diabolũ reprobauerat: ⁊ bonos angelos beatificauerat. ꝑ quã etiã iuſtitiã malos hoĩes debebat punire: ⁊ iuſtis ſuã gloriã dare. Et iđ ſub tali quadruplici rõne Adã deũ coluit ⁊ adorauit. ſ. inquãtũ trinus ⁊ vnꝰ: ⁊ creator ⁊ gubernator ⁊ redẽptor ⁊ p̃miator. Sed q2 p̃uidit Adã in ſpũ ⁊ reuelatione qualiter filiꝰ dei verbũ incarnãdũ ſcđa in trinitate ꝑſona debebat oia ſupradicta cõplere ⁊ mũdo notificare: q2 debebat notificare dei pr̃is oĩpotentiã in miraculoꝝ operatione ⁊ gñis humani reparatione et inferni expoliatione: et debebat notificare dei ſummã ſapientiã in legis euãgelice datione: ⁊ ſummã miam in nr̃a redẽptione ꝑ mortẽ ⁊ paſſionẽ: ⁊ debebat notificare ſummã iuſtitiã in finali iudicio iđ appellauit ipm verbũ incarnãdũ/ nomẽ dñi: eo ꝙ oia ſupradicta debebat ĩ ſe oſtẽdere ⁊ mũdo notificare: ſicut dictũ eſt pſal. viij. Et iđ Adã q̃ oibꝰ creaturis noia impoſuerat: inuocauit deũ incarnatũ ſub noĩe q̃tuor literaruꝫ. ſ. ioth. he. vau. he: q̃ ſignificãt illa ſupradicta myſteria in Chriſto: vt dictũ ẽ pſal. viij. Et ſub tali fide ⁊ rõne Adã ⁊ Abel ⁊ Seth inuocabant nomẽ dñi. ſ. Chriſtũ: in lege ꝓmiſſum. Et ſic Enos incepit inuocare nomẽ dñi. i. cõfecit aliquas orõnes ad inuocãdum Chriſtũ futurũ redẽptorem. Et ſic oẽs ſucceſſores vſq̃ ad Moyſen inuocauerũt nomẽ dñi: ⁊ exinde vſq̃ ad Chriſtũ. ¶ Quia ergo Dauid ĩ hoc pſal. in ꝑſona totiꝰ corporis myſtici incipiẽdo ab Adam ⁊ diſcurrendo ꝑ oẽs gñationes intendit laudare nomẽ dñi q̃ eſt Ieſꝰ verbũ dei: ꝑ quẽ ſupradicta quatuor ſunt mundo notificata ⁊ effecta: iđ tria principaliter facit in hoc pſalmo. (Materia ps.) nã primo laudat deũ ſiue nomẽ dñi de oĩpotẽtia ⁊ ſapiẽtia quã deus oſtẽdit in veteri teſtamento in mundi creatione et gubernatione ſui ppl'i. Scđo laudat deũ de mĩa ⁊ potentia ⁊ ſapientia quã maxime deꝰ oſtendit in noſtra redẽptione ꝑ verbũ incarnatũ. Tertio laudat deũ de iuſtitia: quã maxime Chriſtꝰ oſtendet in fine ſeculi malos eternaliter puniẽdo: ⁊ iuſtis eternã gloriã largiẽdo. Et ſic ĩ toto iſto pſalmo laudat deũ tanq̃ creatorẽ ⁊ gubernatorẽ ⁊ redẽptorem ⁊ glorificatorẽ: q̃ oia ꝑtinent ad cultuꝫ latrie. Scđa pars erit ibi. Miſerator et miſericors. Tertio ibi. Iuſtus dñs in oibus vijs ſuis. Quãtũ ergo ad primũ dicit iſte homo myſticus ꝓ ſtatu veteris teſtamẽti. O deꝰ meꝰ ꝑ creationẽ: ⁊ rex meꝰ ꝑ gebernationẽ: ego ſemꝑ te exaltabo. i. exaltũ predicabo et laudabo ⁊ benedicã nomini tuo benedictione laudis: ꝑ qđ nomẽ nobis notificat̃ tua oĩpotentia in mũdi creatione: ⁊ miraculoꝝ operatione ⁊ notificatur tua ſumma ſapientia in gubernatione totiꝰ vniuerſi. Et q2 nõ deſiſtis in tua oĩpotentia ſemꝑ creata cõſeruando: ⁊ mirabilia opando: nec ceſſas ꝑ tuã ſapientiã oia creata diſponẽdo ⁊ gubernando ſucceſſiue: iđ nõ bñdicã te in vno ſolo ſeculo et etate: ſed in ſeculũ ſeculi oẽs etates: immo per ſingulos dies ⁊ etates ſine interuallo ⁊ intermiſſione bñdicã tibi/ ⁊ laudabo nomẽ tuũ in ſcl'm ſcl'i. Nã ſicut tu ĩ nulla etate ceſſaſti a bñficijs: ita ego nõ ceſſabo bñdicere ⁊ laudare nomẽ tuũ: ⁊ gr̃as agere ⁊ cultũ latrie tibi exhibere tanq̃ creatori ⁊ gubernatori ⁊ redẽptori ⁊ glorificatori. Et hanc laudẽ ⁊ latriã exhibebo tibi in ſignũ ſumme oĩpotẽtie ⁊ maieſtatis ⁊ ſapie ⁊ mĩe ⁊ iuſtitie: q̃m tu es magnus dñs ⁊ laudabilis nimis/ ⁊ magnitudinis tue nõ eſt finis. ideo tibi debet̃ cultus latrie. Sed q2 iſtã tuã magnitudinẽ oſtẽdiſti ſucceſſiue ab initio mũdi ꝑ oẽs gñationes tã in nouo q̃ ĩ veteri teſtamẽto: Iđ

**Generatio et generatio laudabunt opera tua: et potentiam tuam pronunciabunt.**

¶ Generatio ve. te. ⁊ gñatio noui te. laudabũt opa tua mirabilia/ ⁊ potentiã tuã ꝓnunciabũt: et p̃dicabunt. Nã patriarche ⁊ ꝓphete ꝓnũciabũt: ⁊ ſcribent ea que feciſti in ve. te. vt patet in libris legis Moyſi ⁊ Ioſue ⁊ Iudicũ et regũ ⁊ oim ꝓphetarũ ⁊ apl'i ⁊ martyres ⁊ doctores predicabũt ea mirabilia que feciſti in nouo teſtamento.

**Magnificentiam glorie ſanctitatis tue loquentur: ⁊ mirabilia tua narrabunt.** He.

**Et virtutem terribilium tuorum dicent: et magnitudinem tuam narrabunt.** Vau. Scin.

**Memoriã abundantie ſuauitatis tue eructabunt: ⁊ iuſtitia tua exultabunt.** Zain.

¶ Primo generatio vete. teſta. narrabāt ⁊ loqueā tur magnificētiā ſanctitatis ⁊ glie tue quā oſtēdiſti in mōte Sinai in datiōe legis: ⁊ qñ apparuiſti Moyſi in rubo: ⁊ qñ duxiſti illum pplm in colūna nubis in die/ ⁊ tota nocte in illuminatiōe ignis: et dicēt virtutē operū terribiliū q̄ oſtēdiſti in egipto ⁊ in trāſitu maris rubri: ⁊ ſic magnitudinē tuā narrabunt illo cantico. Cantemꝰ dño glorioſe enī magnificatꝰ eſt ⁊c. Itē memoriā abūdantie tue dicēt: qñ dediſti eis māna ⁊ coturnices de celo in abundātia. Et tua iuſtitia exultabūt: q2 proſtrauiſti oēs inimicos eoꝝ. Uñ pres ve. te. nō ſolū exultabūt: et exultabāt: ⁊ exhibebāt tibi latriā ꝓpter illa bñficia tpalia: ſed principaliter ꝓpter futura myſteria humane redēptiōis q̄ in nouo teſt. p Chriſtū facienda et cōplēda figurabāt. Et ſic oia ſacrificia ⁊ oblatiōes ⁊ cetera q̄ fiebant ⁊ offerebanť in vet. teſt. tā in lege nature q̄ ſcripture nō erāt niſi q̄dā ꝓteſtatiōes q̄ fiebāt in ſignaculū fidei de Chriſto futuro: vt dictum eſt pſal. xxxix. ⁊ l. Et ſic in oībus colebatur et inuocabatur Chriſtus Jeſus/ qui eſt nomen domini: vt dictum eſt pſal. viij. Deinde cum dicit/

Theth

**Miſerator et miſericors dominus: patiēs et multum miſericors.**

**Suauis dominus vniuerſis, ⁊ miſerationes eius ſuper omnia opera eius.**

de pe. di. ſ. c. ſerpēs

¶ Iſte homo myſticꝰ laudat deū de miſericordia/ quā maxime notificauit per verbū incarnatū in noſtra redēptione: in qua quidē redēptione Chriſtus nō ſolū oſtēdit ſummā dei miam: ſed etiā ſummam oipotentiā/ ⁊ ſapientiam/ ⁊ iuſtitiā quā prio Chriſtus notificauit mūdo p ſe efficiēter carnē aſſumēdo: ⁊ legē euāgelicā dādo/ ⁊ genꝰ humanū liberando/ ⁊ i ſe iuſtificādo: ſed poſtea oia iſta notificarūt ⁊ pdicarūt apli/ ⁊ martyres/ ⁊ doctores per vniuerſum orbē. Dicit ergo ꝓpheta: dñs Jeſus Chriſtus deꝰ ⁊ hō eſt ⁊ erit miſericors habitualiter ⁊ eſſentialiter ⁊ miſerator effectiue: ⁊ erit ⁊ ē patiēs mortē ⁊ paſſionē p toto gñe humano. Et ſic eſt multum ⁊ magis miſericors in teſt. nouo genꝰ humanū redimēdo de ptāte ⁊ ſeruitute diaboli/ ⁊ morte eternaq̄ in ve. te. liberādo filios Iſrael de Egypto: et de oibus aliis periculis ⁊ captiuitatibꝰ tpalibꝰ: q2 ibi deꝰ ſolū fuit ſuauis illi pplo particulari liberādo ipm de illa tpali ⁊ particulari captiuitate: ſ3 dñs nr̄ Jeſus Chriſtus in teſt. nouo fuit ſuauis et miſericors vniuerſis pplis ⁊ nationibꝰ ⁊ linguis: q2 oēs p mortē ⁊ paſſionem de captiuitate ⁊ morte eterna liberauit. Et iō redēptio eius dicit copioſa: vt dictū ē pſal. cxxix. Ex qbꝰ pt3 q̄ miſeratiōes eiꝰ ſunt laudabiles nobis ſuper oia opa eiꝰ: q2 l3 iſta quatuor. ſ. potētia/ ⁊ ſapientia/ ⁊ mia/ ⁊ iuſtitia ſint equaliter i deo inquātū ſunt eſſentialia: tñ oia iſta magis ſunt oſtēſa in nr̄a redēptiōe p miam: q2 maius opꝰ fuit genꝰ hūanū iuſtificare q̄ mundū creare: vt inq̄t Aug. ſup Ioā. ⁊ ꝓut declaratū ē pſal. cij. Sed q2 Chriſtꝰ nunq̄ laudauit ſe: imo ſemp ſe humiliauit oia opa ſua pr̄i attribuēdo: vt pt3 p totum diſcurſum euāgelicū: ſed opa ⁊ miracula que fecit laudabāt eū/ ⁊ oſtendebāt ipſum eſſe verū deū: ⁊ dabant teſtimonium de ipſo. Ideo ſubdit ꝓpheta:

Ioā. xliiij. diſt. c. qñ.

**Confiteantur tibi domine omnia opera tua: et ſancti tui benedicant tibi.**

**Gloriam regni tui dicent: et potentiam tuam loquentur.**

**Ut notā faciant filiis hominū potentiam tuā: ⁊ gloriā magnificentie regni tui.**

lamed

**Regnum tuū regnū oīm ſeculorū: ⁊ dominatio tua in omni gñatione ⁊ gñationē.**

¶ Cōfiteanť tibi oia opa tua. ⁊ oſtēdāt tuā oipotētiā in miraculis: ⁊ tuā ſapiētiā in datiōe legis euāgelice/ ⁊ tuā miam in paſſiōe: ⁊ tuā iuſtitiā ⁊ iudiciariā poteſtatē in aſcēſione. Sed q2 Chriſtꝰ nō ſolū oſtēdit iſta ſupradicta effectiue in Hierlm ⁊ terra ꝓmiſſionis p ſeipm opando: ſed etiā voluit q̄ iſta p aplos/ ⁊ martyres/ ⁊ doctores notificarent: ⁊ pdicareť euāgeliū p vniuerſum mundum dicretur: ⁊ iō ſubdit. Et ſcti tui. ſ. apli ⁊ martyres ⁊ doctores dicēt ⁊ pdicabūt gliam regni tui. ſ. qualr reſurrexiſti in corpore glioſo. Et qualiter aſcēdiſti in celū/ ⁊ accepiſti a pr̄e poteſtatē iudiciariā in celo et in terra ⁊c. Et ſic apli et oēs fideles loquenť ⁊ pdicabūt potentiā: ⁊ notā faciēt potentiā ⁊ maieſtatē ⁊ gloriā tuā oibus filiis hoīm: ⁊ oibus nationibꝰ p predicationē euāgelii. Et notā faciēt magnificētiā regni tui. Et qño regnū tuū nō eſt regnū particulare ⁊ tpale: ſed regnū vle in celo ⁊ in terra ⁊ in inferno: ⁊ regnū oīm ſeculoꝝ ⁊ eternu3: ⁊ dominatio tua non eſt in vna gñatione/ nec in vna etate: ſed in oi gñatione et gñationem. Et hoc regnum tu Chriſte fuiſti adeptus ꝓpter tuā humilitatē/ ⁊ veritatem/ et obedientiam vſq3 ad mortem crucis.

**Fidelis dominus in omnibus verbis ſuis: et ſanctus in omnibus operibus ſuis.**

**Alleuat dominus omnes qui corruūt: et erigit omnes eliſos.**

¶ Quia fuiſti fidelis in oibus verbis tuis: q2 oiaq̄ erāt in lege ⁊ ꝓphetis ſcripta ⁊ ꝓmiſſa cōpleuiſti: ⁊ ſic fuiſti ſanctꝰ et iuſtus i oibus operibꝰ tuis: q2 ſicut docuiſti verbis ita operibꝰ feciſti: q2 incepiſti facere et docere: ⁊ q2 nō ſolū docuiſti verbis: ſed etiā factis. Fuit ergo Chriſtus fidelis in oibus verbis ſuis vera docēdo: ⁊ ſanctus in oibus operibus iuſta ⁊ ſancta operādo: ⁊ q2 ipe alleuat ⁊ ſubleuat oēs qui corruūt. i. ſubleuauit a morte eterna Adam ⁊ oēs qui per pctm̄ corruūt. Et erigit ⁊ ſanat p eccleſiaſtica ſacramenta omnes eliſos et vulneratos p peccatū. Et ſicut o domine Jeſu Chriſte nūc ante tuū aduentū oēs expetabant te: vt venires ad redimendū: ⁊ dares eis eſcā ⁊ refectionē redēptiōis in tpe oportuno quod dicit tps gratie: ita pariter poſt factā redēptionē in hoc tempore opportunō/ quod eſt tempus merendi ⁊ penitēdi.

**Oculi omnium in te ſperant domine: et tu das eſcā illorū in tēpore oportuno.**

**Aperis tu manum tuam: et imples omne animal benedictione.**

¶ Oculi oīm ſperant in te: vt des eis eſcam gratie ſpiritualē eccleſiaſticoru3 ſacroꝝ ad refectionē ſpiritualē. Et ſic tu Chriſte aperis manum tuam ⁊ theſaurum diuitiarum ⁊ meritorū tue paſſionis: ⁊ ſic imples omne animal rōnale tua benedictione: quaſi dicat: tu Chriſte non ſolum es largus ⁊ benignus ⁊ miſericors oibus aīalibus tam irrationalibus q̄ rationabilibus: q2 oibus ꝓuides de cibo corporali ad cōſeruādā vitā corporalē: ſed magis oſtēdiſti tuam miam erga genꝰ humanū: nā oculi oim bonū patriarcharū ⁊ ꝓphetarū ⁊ fideliū ſperabāt in te: vt dares eis eſcā redēptionis: ſed tu aperuiſti manū tuā. i. latus tuū: vnde emanauit pretiū noſtre redēptiōis ⁊ virtus oīm eccleſiaſticoꝝ ſacroꝝ: ex quibus imples omne animal rōnale bñdictiōe ſpūali. Nā per baptiſmū ſanas ab originali: ⁊ confers fidē ⁊ ſpē ⁊ charitatē. Et p cōfirmationē ꝯfers ſeptē dona ſpūs ſcti: ⁊ p pniam cōfers remiſſionē omniū mortaliū ⁊ venialiū: ſ3 per euhariſtiā totaliter cōfers vitam ſpiritualem ⁊c. Deinde cum dicit

**Juſtus dominus in omnibus viis ſuis: et ſanctus in omnibus operibus ſuis.**

¶ Laudat deū de iuſtitia quā Chriſtus oſtendit in hac peregrinatiōe p iudiciū occultū: ⁊ quā maxime oſtēdet ⁊ notificabit i fine mūdi iudicio manifeſto/ nā ante finale iudiciū deꝰ dat gliam bonis/ ⁊ punit malos tā tpaliter q̄ eternaliter: ſed hoc facit iuſto ⁊ occulto iudicio: ſicut videmꝰ q̄ puniuit Iudeos ⁊ tyrannos: ſed in finali iudicio manifeſte deſtinabit oēs malos ⁊ obſtinatos in penā ꝑpetuam: ⁊ iuſtos in gloriā eternā. Dicit ergo: Juſtus eſt dñs Jeſus Chriſtus in oibus viis ſuis: ⁊ ſctūs/ ⁊ bene ordinatus in oibus operibus et iudiciis ſuis/ tribuens vnicuiq3 ſm opera ſua: ⁊ ſm bonam aut malam intentionem ⁊ voluntatem ſuam.

**Prope eſt dñs oibus inuocantibus eum: oibus inuocantibus eum in veritate.**

**Uoluntatē timētiū ſe faciet: ⁊ deprecationē eorū exaudiet: ⁊ ſaluos faciet eos.**

**Cuſtodit dominus omnes diligentes ſe: ⁊ omnes peccatores diſperdet.**

¶ Ipſe eſt ꝓpe. i. ꝓpitius oibus inuocātibꝰ eū: nō aūt oibus inuocātibꝰ petendo falſa ⁊ friuola bona tpalia: ſed eſt ꝓpotius inuocātibꝰ eū in veritate. i. petētibꝰ vera bona ſpūalia ad vitā eternā: ſicut petūt ſcti ⁊ iuſti. Et iō voluntatē ⁊ votū ⁊ petitionem iuſtoꝝ timētiū ſe faciet: ⁊ orōnem eoꝝ exaudiet cōferēdo eis gratiā in pñti: ⁊ gloriā in futuro: et ſic ſaluos faciet eos: ſicut pt3 de ſcis viris q̄ non petebant tpalia: ſed ſpūalia: ideo licet paterenť in preſenti: tñ deꝰ exaltauit eos in glia: et cuſtodiuit oēs diligētes ſe liberādo eos a morte eterna: S3 oppoſitū fecit de prauis ⁊ pctōribus tam iudeis q̄ tyrānis q̄ hereticis q̄ ꝑſecuti ſunt eccleſiam ⁊ viros iuſtos: nam oēs illos pctōres ⁊ obſtinatos et infideles deſtruxit ⁊ diſpſit ⁊ diſpdet i iudicio finali. Na3 primo deſtruxit ⁊ diſperſit totū ppl'3 iudaicū crucifixorē Chriſti et perſecutorem aploꝝ. Scdo deſtruxit Neronē et Domitianū et Dioclecianū ⁊ oēs tyrānos. Tertio deſtruxit ⁊ diſſipauit oēs hereticos. Sed punitio omnium iſtorum magis erit manifeſta in finali iudicio: qñ oēs iſtos deſtinabit in penā eterna3: cum dicet Chriſtus. Ite maledicti ignem eternū ⁊c. Deinde cum dicit:

**Laudationē dñi loquetur os meum: ⁊ benedicat oīs caro nomini ſancto eius: in ſeculum ⁊ in ſeculum ſeculi.**



¶ In hoc vltimo v̄ſu q̄ incipit a lr̄a Tau: q̄ ſignificat ſignū ſiue terminū ſiue finē: p quā vult ſignificare regnū celoꝝ ſiue vitā eternam: nam ſicuť lr̄a tau eſt vltia vltra quā nulla eſt alia lr̄a apud hebreos: ita vita eterna eſt vltimus finis intentus ab oibus fidelibꝰ: ⁊ eſt finis oīm actuū humanoꝝ: ⁊ ſicut ſagittariꝰ dirigit ſagittā in ſignū: ita oēs fideles dirigūt actus ſuos in deū: ⁊ ꝓpter vitā eternā cōſequēdam. Itē ſicut poſt lr̄am tau nō eſt alia lr̄a: ita poſt vitā eternā nulla eſt alia vita. Item ſicut finis non eſt finis/ ſed finit ⁊ terminat illud cuiꝰ eſt finis: ita regni celoꝝ non eſt finis: ſed eſt finis oīm tēporum: ⁊ omnis vite: ⁊ omnium actuum humanorum: ⁊ omnis humani ⁊ rōnalis appetitꝰ. Et ideo recte ſignificať per lr̄am tau. Et iō in hoc vltimo verſu ponit vltimū finē oīm actuum humanorū: qō eſt laudare deū in eternū ſine fine: nā oēs beati poſtq̄ cōſecuti ſunt vltimū finē q̄ cōſiſtit in fruitione ſummi boni/ tūc ex imēſo gaudio oēs ꝓrūpunt in ꝑpetuas laudes dei: ſicut dictū ē pſal. lxxxiij. Bti q̄ habitāt i domo tua dñe: i ſcl'a ſcl'oꝝ laudabūt te. Itē pſal. cxlix. Exultabūt ſcti in gliā ⁊c. Et ſic illa exultatio cū cāticis diuine laudis cōputať in btitudine ſcōꝝ. Et iō Dauid in pſona totius corporis myſtici in fine totius peregrinatiōis huiꝰ vite ab Adā vſq3 ad finē mūdi: ſicut hic ſemp laudauit deū p gratiam: ita ibi promittit laudare deū ſine fine: ⁊ ineternu3 p gliam/ iō cōcludit dicēs. Laudationē dñi loqueť os meu3: in illa celeſti glia cātādo deo ⁊ agēdo gr̄as de bñficio creatiōis ⁊ redemptionis: ⁊ nr̄e glorificationis. Et ſic oīs caro humana p Chriſtū redēpta bñdicat nomini eiꝰ q̄ eſt Jeſus Chriſtus filiꝰ dei: p quē ſumus creati/ gubernati: ⁊ redēpti/ ⁊ finalr glificati/ ⁊ ſctificati. Et talis laus ⁊ benedictio nō erit tpalis: ſed eterna ſine fine in ſcl'm ⁊ in ſeculū ſcl'i: q̄ eſt eternitas ⁊ iterminabilis vite tota ſimul ⁊ pfecta poſſeſſio. Ex dictis in toto iſto pſal. pt3 qualr hō myſticꝰ ſ. Adā cū tota ſua poſteritate fideliū p vnam legem ambulauit ⁊ pegrinatus eſt ab Aleph vſq3 ad Tau. i. a principio mūdi vſq3 ad finē: diſcurrendo p oēs etates ſub vna fide Chriſti/ in quo diſcurſu iſte hō p ſingulos dies ⁊ etates abſq3 intermiſſiōe laudauit deū tanq̄ oipotentē/ ⁊ creatorē/ ⁊ gubernatorē/ ⁊ redemptorē: ⁊ glorificatorē. Et ſub tali rōne exhibuit deo cultū latrie. Et ſemp in vtroq3 teſtamento inuocauit nomen dñi. ſ. v̄bū incarnatū q̄ eſt Jeſus filiꝰ dei deꝰ ⁊ hō. Eſt verū q̄ iſte hō myſticꝰ ſemper p totū teſtamētū vetꝰ inuocauit nomē dñi ſub hoc noie Adonai q̄tuor lr̄is ſcripto. ſ. ioth/ he/ vau/ he: ſed in toto nouo teſtamēto inuocat ip3 ſub hoc noie Jeſus agendo gr̄as de beneficio redēptiōis: ⁊ petēdo bñficiū glorificatiōis. Et ſic deꝰ ſemp fuit laudatus ⁊ cultꝰ: ⁊ Jeſus Chriſtus inuocatꝰ eſt in vtroq3 teſt. abſq3 itermiſſiōe: vñ nulla fuit etas in qua deꝰ nō fuit laudatꝰ. ¶ S3 cōtra totā expoſitionē huiꝰ pſal. poſſet argui: nā a Noe vſq3 ad Abrahā fuit ſecunda etas mūdi. Sed in ſacra ſcriptura nō repeť q̄ aliq̄s coluerit verū deū: nec inuocauerit nomē dñi poſt Noe vſq3 ad Abrahā: quem deus vocauit ⁊ eduxit de Hur Chaldeorū: ⁊ de cultu idolorū q̄ pr̄ eiꝰ Thare adorabat: vt pt3 Geñ. xi et. xii. ergo ſequiť q̄ per aliqō tps verus deꝰ nō fuit adoratꝰ: nec nomē dñi inuocatū vſq3 ad Abraha3 q̄ in terra Chanaā ex precepto ⁊ nutu dei edificauit altare: et inuocauit nomen dñi ibi. Geñ. xii. ¶ Ad hanc queſtio-

Not. de litera tau ſignificāte finē noſtrū.

B Obiectio.

Rñſio.

ſtionem reſpōdet Augu. xvj. de ciuitate dei. cap. ij. dicēs. ꝙ licet a Noe vſq; ad Abraham ꝑ annos amplius ꝙ mille nō ſit facta memoratio in ſacra ſcriptura de aliquo iuſtoꝝ ꝗ deū coleret: tñ nō eſt credēdū qđ aliqñ aliq̄s defuerit ꝗ deū coleret in ciuitate dei q̄ ſemꝑ fuit cōtinuata ab Adā vſq; ad chriſtū: ſed Moyſes ſcripto libri Geñ. ſoluꝫ ſcripſit ea geſta q̄ nō ſolū narrāt p̄terita: ſed etiā pnūciabant ꝛ figurabant futura myſteria de Chriſto ꝛ eccleſia/ ꝓpter vitādā ꝓlixitatē. Ex quibus verbis Aug. ptꝫ

Nota ſemper fuerūt fideles.

ꝙ ꝑ totū illud ſpatiū tp̄is ſemꝑ deus reuelauit aliquib⁹ fidē vnius dei creatoris: ꝛ redēptoris: et per cōſequēs fidē Chriſti futuri: ꝑ quā exhibebāt cultū latrie: ꝛ ſaluabanť. Et ſub hac fide Adā/ ꝛ Seth/ ꝛ Abel/ ꝛ Enos: ꝛ oēs ſucceſſores inuocabant nomē dñi in prima etate: ꝛ in ſcđa Noe ꝛ omnes ſucceſſores vſq; ad Abrahā. ¶ Hoc etiā poteſt confirmari Geñ. xiiij. Nā anteꝗ̄ Abrahā vocaretur et exiret de Chaldea et Meſopotamia ex p̄cepto dei/ iā Melchiſedech rex Salem erat ſacerdos dei altiſſimi: ꝛ colebat vnū deū creatorē ꝛ redemptorē: q2 in figura Chriſti obtulit deo panē ꝛ vinū ꝓ Abrahā: ꝛ recepit decimas ab eo: ꝛ bñdixit ei: imo bñdixit Chriſtū in illo/ in quātū ꝓuidit in ſpū Chriſtū ex Abrahā ſm̄ carnē naſciturū. Et tñ Melchiſedech non erat de genere Abrahe nec Thare. Et ſic ſequiť ꝙ Melchiſedech habuit ritū colēdi vnū verū deū/ ꝛ fideꝫ Chriſti futuri per doctrinaꝫ parentū deſcedentiū a Noe/ vel ex ſingulari ꝛ ſpeciali reuelatione. Et ſic ptꝫ ꝙ p̄ter Abrahā fuit alijs facta reuelatio de fide Chriſti futuri. Et ſic nō defuit aliq̄s in illa etate ꝗ coleret vnū verū deū ꝛ inuocaret nomē dñi ſub fide Chriſti futuri: vt ciuitas dei ſine intermiſſione ꝑſeueraret ſub vero cultu dei ꝛ fide Chriſti: ꝑ quaꝫ fidē dicit vna ciuitas ꝛ eccl'ia ab Adā vſq; ad finem

H mūdi. ¶ Sed nunc reſtat dubiū an Abrahā anteꝗ̄ a deo vocareť ꝛ exiret de Hur Chaldeoꝝ adorauerit idola ſm̄ conſuetudinē patrie ꝛ patris ei⁹ Thare? Super hoc dubio ſunt due ꝯrie opiniōes. Nam quidā dicūt ꝙ Abrahā adorauit idola anteꝗ̄ a deo vocaretur. Et ꝓ parte ſua allegāt illud ꝙ dñs dixit per Joſue viti. cap. Trās fluuiū habitauerūt pr̄es veſtri ab initio: Thare pr̄ Abrahā ꝛ Nachor ſeruierunt dijs alienis ꝛc. Ex quo habent iſti/ ꝙ Abrahaꝫ ſimul cū patre ꝛ patrib⁹ ſuis p̄deceſſoribus adorauerunt idola in Chaldea. Sed alij tenentes oppoſitū allegāt pro ſe illud qđ dixit Achior Amonites ipſi Holopherni/ narrando ꝓgeniē ꝛ progreſſum ꝛ ortū ppl'i Iſrael. Judith. v. vñ ait Ppl's iſte ex progenie Chaldeoꝝ eſt. hic primū in meſopotomia habitauit: q2 noluerunt ſequi deos patrū ſuoꝝ qui erant in terra Chaldeoꝝ: deſerentes itaq; cerimonias patrū ſuoꝝ: q̄ in multitudine deoꝝ erāt: vnuꝫ deū celi coluerūt: q̄ ꝛ p̄cepit eis vt exirent inde/ et habitarēt in carnē ꝛc. Ex his verbis volūt quidam innuere ꝙ Abraham nunꝗ̄ adorauit idola in Chaldea: ſed ſemꝑ adorauit vnū deū celi: ſed vt fugeret cerimonias ꝛ ritus patrū ꝛ p̄deceſſorū ſuoꝝ exiuit de Chaldea nolēs adorare multitudinem deorū: et hoc ex p̄cepto dei. Et ſic manet iſta q̄ſtio ex vtraq; ſui pte dubia propter auctoritates adductas. Et iō Augu. reliq̄t ipam indeterminatā: vt ptꝫ. xvj. de ciui. dei. c. xij. ꝛ. xiij. eo ꝙ ex ſacra ſcriptura nō reperitur alia aliq̄ auctoritas q̄ ꝯfirmet alterā ptē/ ſꝫ vnaqueq; opinio pōt rñdere ad ꝯriā auctoritatē/ vt pꝫ intuēti. Eſt verū ꝙ Aug. magis videť adherere ſecūde opinioni. ſ. ꝙ Abrahaꝫ nunꝗ̄ adorauit idola: ꝑ hoc qđ dicit ibidē: ꝙ vna remāſit dom⁹ Thare: in qua cuſtodia ē plātatio ciuitatꝭ. Sufficit ḡ: ꝙ non defuit in illa etate q̄ deꝰ verū coleret ꝛ laudaret: et nomē dñi ſub fide xp̄i futuri inuocaret vt dictū eſt.

Lauda anima mea dñm: laudabo dñm in vita mea: pſallaꝫ deo meo q̄ꝫdiu fuero.

¶ Titulus/ All'a. ꝛ ita intitulanť q̄nq; ſequētes: ad denotandū ꝙ Dauid fecit iſtos ſex pſal. ad laudādū deum in ceteris feſtiuitatib⁹. Jn hoc pſal. primo excitat aīam ſuā ad laudandū deū. Scđo exhortať oēs ne ponāt ſpē ſuā in aliqu ohoīe: ſꝫ in ſolo deo. ibi. Nolite ꝯfidere. Dicit ergo O aīa mea lauda dñm: a quo tot bñficia recepiſti. ſ. eſſe per creationē ad imaginē ſuam: q2 te fecit aptū ad participādū ſuā beatitudinē: ꝛ ideo laudabo deū in vita mea narrando oīa beneficia: ꝛ pſallam deo meo. i. ſimul laudādo exercebo opa legis implendo diuina precepta/ q̄ꝫdiu fuero: ꝛ vitaꝫ ꝑ gratiam: ꝛ in futuro per gloriam.

Nolite cōfidere in principibus: neq; in filijs hominum in quibus non eſt ſalus.

Exibit ſpiritus eius ꝛ reuertetur in terraꝫ ſuam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.

¶ Hic excitat alios ad ponēdū ſpē in ſolo deo ꝛ aduētu Chriſti ꝑ quē erat futura vera redemptio. Et p̄io exhortať oēs ne ꝯfidāt: nec ponāt ſpē ſuā i aliquo hoīe: vt in p̄ncipib⁹. Scđo dicit ꝙ ponāt ſpem ſuā in ſolo deo ꝛ xp̄o futuro. Nā in fide ꝛ ſpe Chriſti futuri oēs ſaluabanť. Dicit ergo. O fideles nolite confidere in p̄ncipib⁹ hui⁹ mūdi: nec in filijs hoīm in q̄b⁹ nō eſt ſal⁹ nec redēptio: nec vll⁹ eoꝝ vos poterit ſaluare/ nec redimere: cum ipſi ſint pctōres et fragiles/ ꝛ trāſitorij/ vt ptꝫ de oīb⁹ q̄ voluerūt ponere ſpem ſuā in regib⁹ ꝛ p̄ncipibus: tñ in fine perierūt: q2 eos nō potuerūt liberare: ſicut ptꝫ de Manaſſe ꝛ Sedechia: q̄ ex cōfidentia regis Egypti perierūt capti a rege Babylonis. Et rō ē. Nā oēs p̄ncipes mūdi ſunt mortales: ꝛ faciliter pñt ꝑdere regnū: ꝛ iō lꝫ in vita ſua dēt fauorē alicui: tamen poſt mortē non pñt fauere: ꝛ ſic affliguntur q̄ in eis ꝯfiſi ſunt: vt ptꝫ de curialib⁹ ipſius Saul q̄ poſt mortem ei⁹ diſpſi ſunt ꝑdētes oīa bona tpalia: ꝛ etiā vitaꝫ cū fauore: ꝛ iō dicit. Exibit ſpūs illi⁹ p̄ncipis in q̄ ꝯfidebāt/ ꝛ mortu⁹ reuerteť corpus i terrā ſuā: de qua hō aſſumpt⁹ ꝛ cōpaginat⁹ eſt: ꝛ ſic incinerabiť ꝛ putreſcet: ꝛ in illa die mortis ꝑibūt oēs cogitatiōes ꝛ affectiōes/ ꝛ ſpes eoꝝ principū/ ꝛ eoꝝ q̄ in eis ꝯfiſi ſunt: q2 ꝑdēt fauorē ꝛ ea q̄ poſſidebāt. ſ. dignitates ꝛ oīa q̄ exſpectabāt: ꝛ ſic manebūt cōfuſi: ꝛ etiā fugati ꝛ diſperſi ſicut ſatellites ipſius Saul.

Beatus cuius deus Jacob adiutor eius: ſpes eius in dño deo ipſius qui fecit celum ꝛ terram: mare ꝛ omnia que in eis ſunt.

¶ Hic oſtēdit ꝙ in ſolo deo eſt confidēdū: ꝛ in ſolo Chriſto ſperandū: q̄ hꝫ oīpotentiā/ ꝛ eſt rex regum ꝛ dñs dominātiū. Dicit ergo: beatus eſt ille hō vel ille ppl's: cui⁹ de⁹ Jacob. ſ. Chriſtus qui promiſſus



eſt ipſi Jacob cuꝫ vidit ſcalā ꝛc. Geñ. xxviij. ꝛ Geñ. xlix. cū dixit. Nō auferet ſceptrū ꝛc. ergo beat⁹ eſt ille pplꝰ cui⁹ Chriſt⁹ eſt protector ꝛ adiutor. i. q̄ accepit eū in ꝓtectorē ꝛ adiutorē: ꝛ beatus eſt ille cui⁹ ſpes ei⁹ eſt in dño deo ipſi⁹ Jacob: q̄ q̄dē deus fecit celū ꝛ terrā: ꝛ oīa q̄ in eis ſunt. Nā licet oppa reat in carne humana tñ ipſe fecit celuꝫ ꝛc. q̄ q̄dem de⁹ ſiue Chriſtus cuſtodit veritatē in ſcl'm. Nā ea q̄ ꝓmiſit in lege an̄ icarnationē/ oīa fuerūt impleta i lege euāgelica: ꝛ oīa q̄ ꝓmiſit in lege euangelica adimplebuntur in celo. Propterea ſubditur.

Qui cuſtodit veritatem in ſeculuꝫ: facit iudicium iniuriam patientibus: dat eſcam eſurientibus.

¶ Cuſtodit veritatē: cū ipſe ſit ipſa veritas: ꝛ facit iudiciū pauperib⁹ ꝛ afflictis patiētib⁹ iniuriā vindicādo de ꝑſecutorib⁹ eorum ꝛ puniendo eos. ꝛ dat eſcā eſurientibus. ergo in eo eſt ponenda ſpes. Vñ de⁹ i teſtamēto veteri fecit veritatē cū dixit Jſrael de Egypto: ſicut ꝓmiſerat Moyſi: ꝛ in teſtamento nouo eduxit ꝛ redemit genus humanū de tenebris inferni ꝛ pcti. Itē in teſtamento veteri fecit iudiciū iniuriā patiētib⁹ cū puniuit egyptios ꝛ ſubmerſit i mari ꝛ dedit eſcā eſurientib⁹: cū dedit filijs Jſrael māna ad māducandū ꝛc. ꝛ in teſtamento nouo puniuit demōes et iudeos crucifixores Chriſti: ꝛ dedit eſcā euchariſtie fidelib⁹ eſuriētib⁹. Et dñs Jeſus ſoluit compeditos ꝛ ligatos in corpore et in aīa. ſ. pctōres ꝛc. ꝛ dñs Chriſtus illuminat cecos in corpore: ꝛ in aīa: vt ptꝫ ꝑ totū diſcurſum euangelicū q̄ illuminauit cecū a natiuitate: ꝛ duos cecos i Hiericho: ꝛ illuminat nos omnes fugādo tenebras peccatorum ꝛ ignorantie.

Dominus ſoluit compeditos: dñs illuminat cecos.

Dñs erigit eliſos: dñs diligit iuſtos.

Dñs cuſtodit aduenas: pupillum ꝛ viduā ſuſcipiet: ꝛ vias peccatorū diſperdet.

¶ Erigit eliſos ꝛ curuos ꝛ paralyticos: ꝛ: dirigit ꝛ mā diligit iuſtos. ꝛ ideo ſicut erigit ꝛ rectificat eliſos ꝛ curuos ꝛ obliquos in aīa: et dirigit eos remouendo obliq̄tatē pctī: ita diligit ꝛ amat iuſtos ꝛ rectos. quare ex eliſis ꝛ obliq̄s ꝛ curuis ꝑ pctm̄ facit iuſtos ꝑ gratiā. Et dñs Jeſus Chriſtus cuſtodit aduenā ꝛ ppl'm gentilē: ꝛ ſuſcipiet pupillū ꝛ viduā: q2 ſibus ſubuenit: ꝛ ſuſcipiet ad fidē ppl'm gētilē qui erat pupill⁹ ſine patre ꝛ ſine lege: ꝛ erat vidua ſine viro: quia nō habebat virū nec ſpōſum nec legem: ꝛ ſed Chriſt⁹ ſuſcepit illū ppl'm: ꝛ factus eſt ſponſus eius: ꝛ Chriſtus vias pctōꝝ iudeoꝝ obſtinatoꝝ diſperdet ꝑ mūdū. ꝛ ciuitatē eoꝝ ſuccendet ꝛc. Nā reprobata ſynagoga elegit populuꝫ gētilem. Et ideo Dauid conuertitur ad eccleſiam/ dicens.

Regnabit dñs in ſecula deus tuus Sion. in generatione ꝛ generationem.

¶ O Sion Chriſtus deus tuus regnabit in celo et in ſecula. i. in eternū ꝑ gloriaꝫ: ꝛ in hac eccl'ia in generatione ꝛ generationē vſq; ad iudiciū ꝑ gratiam ꝛ fidē. Naꝫ eius ciues hic viuent ꝑ fidē vſq; ad iudiciū: ꝛ et in celo in eternū ꝑ gl'iam. Ex quo ptꝫ: ꝙ licet hic pſal. realiter enumeret bñficia facta a deo temporalia in teſtamēto veteri tñ principaliter intelliguntur bñficia ſpūalia nobis collata a Chriſto in teſtamento nouo. qđ ptꝫ manifeſte ꝑ id qđ dicit. Dñs erigit eliſos: dñs diligit iuſtos. Et ſic pſalmus iſte non ē alien⁹ a ꝓphetia/ immo p̄ncipl'r excitabat illū ppl'm ad ponendū ſpē ꝛ ad expectandū Chriſtuꝫ futurū redēptorē in cuius fide ſaluabantur.

Laudate dñm q̄m bonus eſt pſalmus: deo noſtro ſit iocunda decoraq; laudatio. xxiij. q. v. c. ſ. xcij. di ſt ic ſ. i gloſ.

¶ Licet huic pſal. nō p̄ponať titul⁹: tñ ipſe eſt de ſe alleluiatic⁹: q2 incipit ab all'a. Nam all' interp̄tať laudate deū: vt ſepi⁹ dictum eſt. ſed iſte pſal. incipit ſic in hebreo. All'a q̄m bon⁹ eſt pſal. ꝛc. q̄ q̄dē pſal. ſi l'raliter exponatur⁹ in quātū Dauid inuitat ppl'm ſuū ad laudandū deuꝫ: Deus laudā dus. Primo propter bñficia q̄ ſpecialiter tulit illi ppl'o: Scđo ꝓpter bñficia q̄ vniuerſaliter cōtulit ꝛ confert toti humano gñi i dādo pluuiā ꝛ eſcā ꝛ victum oībus: tūc facilis eſt expoſitio ꝛ intellect⁹ ei⁹. Sed q2 iſte pſal. nō eſt alien⁹ a prophetia ꝛ myſtico ſenſu ſicut ceteri: iō preſuppoſita l'ra q̄ poti⁹ eſt figura exponend⁹ eſt ꝓphetice/ ꝓut cōtinet bñficia a Chriſto collata ipſi eccl'ie. Naꝫ ad hunc ſenſum legiť in eccl'ia noſtra. Jn quo pſal. duo facit. Naꝫ primo excitat oēs ad laudandū Chriſtū ꝓpter beneficiū redēptiōis. Scđo ſpecialiter Chriſtianos iam redēptos ꝛ congregatos in eccl'ia ꝓpter bñficia ꝛ dona gratiarū ꝛ ſacramētorū ipſi eccl'ie collata ibi. Precinite dño Dicit ergo ad primuꝫ. O vos oēs redempti laudate dñm nr̄m Jeſum Chriſtuꝫ: q̄m pſalm⁹ eſt bon⁹ ipſi. i. q̄cūq; laus et honor eſt ipſi decēs et debitus: nec poſſumus ipſi ſufficientes gr̄as agere nec ſatiſfacere ꝓ tantis bñficijs ab eo receptis. iō ſequiť/ ſit ergo deo noſtro iocunda laudatio ex deuotione cordis: ꝛ decora ꝛ mūda ex puritate et ſine pctō quaſi dicat. ſit cuꝫ deuotione ꝛ affectu ꝛ puritate cordis. Nā decorū ꝛ iocūdū ad virtutē pertinet iuſtitie: vt ptꝫ quinto Ethicorum. Et enumerat beneficia redemptionis/ dicens.

Edificans Hieruſalem dñs: diſperſiones Jſraelis congregabit. iiij. q. ſ. c. loq̄tur. et c. oib⁹

¶ Dominus Jeſus edificans per redēptionē Hieruſalē. ſ. eccleſiā fideliū ꝛ deſponſans eam ſibi congregabit diſperſiones Jſraelis. i. a quatuor ventis congregabit exules filios Adā ex Judaiſmo et gētilitate: ꝛ faciet eos in eccleſia filios Jſrael ſpirituales ſecundum promiſſionem.

Qui ſanat contritos corde: et alligat contritiones eorum. vij. q. ſ. ſuggeſtuꝫ. et de conſe. diſ. iij. proprie. in fine.

¶ Chriſtus etiam per eādem virtutem paſſionis ſonat contritos corde ꝛ penitentes ab infidelitate cuiuſlibet peccati: ꝛ alligat contritiones: ꝛ fracturas eorum cataplaſmate et medicina ſacramentorum: ꝛ ſic facit eos filios Jſrael licet eſſent ante gētiles et alieni et idololatrie.

Qui numerat multitudinem ſtellarum: ꝛ omnibus eis nomina vocat. xxxij. di. erubeſcāt

¶ Tertio Chriſtus numerat multitudinē ſtellarū ꝛc. Jſta eñ multitudo ſtellarū eſt numerus electorum ꝛ predeſtinatorū. quem in figura oſtendit dñs Abrahe Geñ. xv. cum dixit. Suſpice celū ꝛ numera.

ſtellas ſi potes: ſic erit ſemen tuuƺ Item Gen̄. xvij. Multiplicabo ſemē tuum ſicut ſtellas celi: et ſicut arenā q̄ eſt in littore maris ⁊c. quē numeruƺ ſolus xp̄s nouit: vt dictū eſt ſupra pſal. cxxxviij. Jō iterū dicit hic Dauid de xp̄o. Qui nūerat multitudinem ſtellarū. i. numerū electorū ⁊ p̄deſtinatorū: ⁊ oībus eis noīa vocat. vt ip̄e Chriſtꝰ ait Jo. x. Ego cognoſco oues meas ⁊c. Nā bonꝰ paſtor vocat eas nominatim ⁊c. Vn̄ ſicut deꝰ electos oēs ab eterno p̄deſtinauit ⁊ elegit: ita ex tpe oēs vocat naturaliter ⁊ iuſtificat: vt ait apl's ad Ro. ix. Quos predeſtinauit hos et vocauit: ⁊ iuſtificauit. Ex quo ptƺ ꝙ ſoli xp̄o eſt datū: ⁊ cōuenit numerare multitudinē iſtarum ſtellarū: ⁊ vocare noīa eoruƺ. Jō ſequit̄ de Chriſto.

de pſe. di. ij. c. acceſſerunt.

**Magnus dn̄s noſter, ⁊ magna virtus eiꝰ: ⁊ ſapientie eius nō eſt numerus.**

**Suſcipiens manſuetos dn̄s: humilians autem peccatores vſq ad terram.**

Magnus inquātuƺ deꝰ ⁊c. Quā magnitudinē et ſapientiā oſtēdit Chriſtꝰ dn̄s: q̄ ſuſcepit māſuetos ⁊ humiles corde ad eccl'iam ⁊ fidē et veniam: quos exaltauit in gl'ia: ⁊ humiliauit pctōres ſuperbos et obſtinatos vſq ad terrā ⁊ centrū inferni ad penā ꝑpetuā. Nā primo ſuſcepit apl'os ⁊ diſcipulos ex iudeis: ⁊ ꝯſtituit eos principes ſup oēm terrā: et ſupbos iudeos humiliauit ⁊ deiecit vſq ad terraƺ deſtruēdo eorū ciuitatē ⁊ regnū ⁊ ſacerdotiū et etiam vſq ad infernum ⁊ ſic deiecit eos in corpore et aīa.

**Precinite dn̄o in confeſſione: pſallite deo noſtro in cithara.**

Hic excitat eccl'iam ad laudē Chriſti ꝓpter bn̄ficia donoꝝ ⁊ gratiarū ⁊ ſacramētorū ipī collata ad eſcā ⁊ cibū ⁊ vitā aīe. Dicit ergo. o vos fideles precinite. i. precipue ⁊ ſpecia iter canite dn̄o in cōfeſſione laudis: ⁊ pſallite dn̄o in cithara fidei: ſpei: ⁊ charitatis: que ſūt tres chorde ipſius cithare: ſicut decē p̄cepta ſunt decē chorde pſalterij. ideo nō ſolum cantate voce: ſed corde ⁊ opere ipſi Chriſto.

xcij. diſti. c. j. i gloſ.

**Qui operit celum nubibus: ⁊ parat terre pluuiam.**

Naƺ ſicut celum obtegitur nubibus: ſed nubes cōſtricte ⁊ cōpreſſe emittunt pluuiam in terraƺ: ita deus obtexit ſcripturam veteris teſtamenti nubibus figuraruƺ ⁊ cerimoniarum: ſed venit Chriſtus ⁊ cōpreſſit nubes virtute donorū ſpiritus ſancti: ⁊ miſit ⁊ parauit pluuiaƺ intelligentie: ⁊ ſenſus ſcripturarum aperuit nobis per ſe et per apl'os ſuos: dando eis dona ſpiritus ſancti ⁊c. Item Chriſtus obtexit ſacramenta eccleſiaſtica nubibus ſenſibilium formarum: ⁊ cū pluunt nobis pluuiam inuiſibilis gratie dum ſacramenta eccleſiaſtica ſunt cōprehenſa ⁊ credita per fidem: ⁊ compreſſa per charitatem. Et ideo ſequitur.

Ē. ciij.

**Qui producit in montibꝰ fenum: ⁊ herbā ſeruituti hominum.**

Nā Chriſtus ex tali pluuia ſacre ſcripture ꝓduxit in montibꝰ. i. in apl'is ⁊ doctoribus fenū: et bonā herbā paſcualē doctrine ad ſeruitutē. i. vſum et cibū hoīm ſimplicium Nā apl'i ⁊ doctores et prelati paſcūt homines ⁊ oues ſimplices illa herba doctrine. Item paſcunt etiam ſimplices illa herba et eſca ⁊ gratia ſacramentoruƺ: puta euchariſtie et ceterorum. Jdeo ſequitur.

**Qui dat iumentis eſcā ipſorum: et pullis coruorum inuocantibus eum.**

Qui dat iumētis. i. ppl'is ſimplicibꝰ: ⁊ ouibꝰ xp̄i q̄ ſunt iumenta. i. adiumēta eccl'ie: q̄ laborāt ꝓ eccleſia: vt tpaliter ipſi ꝓuideāt: eſcā ſpūalē. ſ. euchariſtiā: ⁊ cetera ſacramenta: q̄ eſt eſca ipoꝝ iumētorū. ſicut habet̄ in lr̄a Hierony. q̄ dat iumētis panē ſuū. iō ly ipoꝝ refert̄ ad ly iumētis. ⁊ dat etiā eſcā pullis coruorū inuocantibꝰ eū. Vn̄ ē aduertēdū ꝙ pulli coruorū qū egrediunt̄ ab ouo ſūt albi per aliquot dies: ⁊ iō parētes dimittunt eos putantes non eſſe filios ſuos vſq q̄ ſiūt nigri: ⁊ ſic illi pulli ꝑ illos dies ſemꝑ habēt ora apta verſus celum: ⁊ paſcunt̄ rore celi. ꝑ q̄ð figurant̄ gentiles ad fidē Chriſti cōuerſi. nā cū ſint filij īfideliū ⁊ nigroruƺ ꝑ pctm̄ ⁊ infidelitatē: tn̄ ipī renati ſunt albi ⁊ puri ꝑ fidē et regenerationem baptiſmalē. Et licet tales fideles conuerſi fuerint priuati hereditate tpali: et bonis tpalibꝰ a parentibꝰ infidelibus: vt ptƺ de Cecilia, Agatha ⁊c. tn̄ Chriſtꝰ pauit eos in eccl'ia iſta bonis gratie ſacramētorū ⁊ doctrine legis: ⁊ gl'ie in futuro. iō dicit/ et dat eſcā pullis coruoꝝ. i. filijs infideliū ad fidē cōuerſis inuocātibꝰ eū: quibꝰ nō defuit gr̄a Chriſti: q̄ deꝰ non acceptat diuites huiꝰ ſeculi et robuſtos corꝑe nec magnates nec ſupbos ad eccleſiā ⁊ gratiā ſuā ⁊ vitā eternaƺ: ſƺ mitos ⁊ humiles corde ⁊ timentes eū. ⁊ iſtos vocauit: ⁊ his dedit p̄dictā eſcā ⁊ gratiā: licet ſint priuati bonis tēporalibꝰ: q̄ tales ſunt dei chari: ⁊ accepti ad vitā eternā/ ad fruendū illa eſca celeſti. Jdeo ſequitur.

**Non in fortitudine equi voluntatem habebit: nec in tybijs viri beneplacitum erit ei.**

**Beneplacitum eſt dn̄o ſup timētes eum: ⁊ in eis qui ſperāt ſup miſericordia eius.**

Item/ Chriſtus non eliget principes ⁊ reges ad aplatū nec ad gloriaƺ: nec erit ei beneplacitū in tibijs viri. i. in fortitudine corporū: q̄ a nobis non q̄rit iſta: ſed fortitudinē ſpūalē ⁊ humilitatē ⁊ timorē. iō ſequit̄: Beneplacitū eſt dn̄o ſup timentes eū: ⁊ in eis q̄ ſperant ſup mīa. i. de mīa eius. i. nō acceptat ſupbos ⁊ potētes huiꝰ ſeculi: nec confidentes in viribꝰ ſuis: ſed timētes eū ⁊ humiles ⁊ penitentes ⁊ iuſtos: q̄ nō ponunt ſpem in diuitijs ⁊ bonis tpalibꝰ: nec cōfidūt de viribꝰ ſuis: ſed ꝯſtituūt ſpē ſuā in deo: ⁊ ſperant in mīa dei: ⁊ cōfidūt de ea omni auxilio humano ⁊ tēporali poſtpoſito.

**Lauda Hieruſalem dn̄m: lauda deum tuum Sion.**

Jſte pſal. licet in hebreo ſit ſine titulo: tn̄ de ſe mōſtrat ꝙ eſt all'aticus: eo ꝙ incipit ab all'a. ſ. lauda Hieruſalē ⁊c. iō in q̄buſdā byblijs p̄ponit̄ all'a vt titulus. ⁊ q̄ videbat̄ aliq̄bꝰ ꝙ iſte pſal. videtur memorare reedificationē ipſiꝰ Hierl'ƺ poſt relaxationem captiuitatis Babylonice factā ꝑ Aggeum ⁊ zachariā: iō p̄ponit̄ Aggei et zacharie cū all'a. Sed talis expoſitio videt̄ inutilis. Nā manifeſtū ē ꝙ Hierl'm poſt reedificationē nūq̄ fuit in tāta pace nec ꝓſperitate: immo ſemꝑ fuit in tribulatione ⁊ litigio: vt ptƺ in libris Eſdre ⁊ Neemie et Maccabeorū: niſi velint



velint dicere ꝙ illa reedificatio fuit figura edificationis eccl'ie: ⁊ renouatiōis per xp̄m future: vel q̄ in illa Hierl'm ⁊ Siō terrena erat incipiēda et inchoāda eccl'ia xp̄i: et q̄ ad illā erat xp̄s venturus ⁊ in ea vniuerſalē eccliam incepturꝰ ꝑ ſuā p̄dicationē ⁊ mortē ⁊ paſſionē ⁊ reſurrectioneƺ ⁊c. Ex q̄ ptƺ ꝙ Dauid inuitat ad laudandū deū Hierl'm. et Siō ſpūalē: in q̄ ſunt bona ſpūalia hic memorata: vt patebit/ q̄ eccleſia a Chriſto recepit i eiꝰ aduentu. que q̄dē bona futura in eccl'ia Dauid ꝓuidit in ſpū. iō excitat eccl'iaƺ ad gr̄aꝝ actiōes ⁊ laudent ꝓ tātis ⁊ tot bn̄ficijs receptis. Jō. prio excitat ad laudē. Secūdo dat rōnē q̄re eccl'ia dƺ Chriſtuƺ laudare enumerādo bn̄ficia: ibi/ Qm̄ cōfortauit. Dicit ergo primo. O Hierl'ƺ. i. eccl'ia q̄ vere es viſio pacis: lauda xp̄m dn̄m tuū in ſuo aduentu. ⁊ o Siō vera ex qua ⁊ de qua deꝰ videt̄ et ſpeculat̄. lauda xp̄ƺ deum tuū qui ipſe eſt dn̄s ⁊ deꝰ tuus ꝑ ſpūalē cultū/ q̄ in te ſola ⁊ nō extra colit̄ deus: q̄ ad te vēturus eſt in carnē: ⁊ multa bona collaturus iō p̄cipue ip̄m laudare tenerís. Jtē etiā tertio cōcitat oēs ciues celeſtes illā Hierl'm ⁊ Siō celeſtē: vt laudēt dn̄m deum in ſcl'a ſcl'oꝝ cū gl'ia et felicitate. Et pōt ēt dici ꝙ prio Dauid excitat ad gr̄aꝝ actiones illā Hierl'm materialē: vt agat deo gr̄as: eo ꝙ xp̄s in eā erat vēturꝰ ⁊ in ea totū myſteriū nr̄e redēptionis oꝑaturꝰ: ⁊ in ea Hierl'm ſpūalē edificaturus: ⁊ oīa bona ſpūalia infra memorata collaturꝰ: q̄ ibi oīa iſta dona fuerunt data ⁊ ich data. Et exinde exhortat̄ ad gr̄aruƺ actiones Hierl'm ſpūalē ex illa Hierl'm materiali exortam/ et toto orbe diffuſam: in qua perſeuerant oīa iſta bona ſpūalia. Et ex conſequenti excitat ad huiuſmodi laudē Hieruſalem ſupernā in qua ineternum perſeuerant bona glorie.

**Quoniam cōfortauit ſeras portaruƺ tuarum benedixit filijs tuis in te.**

**Qui poſuit fines tuos paceƺ ⁊ adipe frumenti ſatiat te.**

**Qui emittit eloquium ſuum terre: velociter currit ſermo eius.**

gno Medorum ⁊ Aſſyriorũ ⁊ Perſarũ. De Judeis autẽ trãſmigratis ⁊ captiuatis maior pars remanſit: tũ qꝛ iã ibi poſſidebãt domos ⁊ vineas et oliueta ⁊ ꝑdia ⁊ ceteras poſſeſſiones: iõ noluerũt illa relinq̃re: tũ qꝛ timebãt laborẽ et pericula itineris/ et ſic plures mãſerũt i Babyloniaꝗ̃ redierũt. qð ptꝫ. Nã Heſter ⁊ Aſſuerꝰ fuerunt ꝑ magnũ tp̃s poſt relaxatã captiuitatẽ ꝑ Cyruz: quo tp̃e habitabant in Chaldea ⁊ media ⁊ Aſſyria ⁊ Perſide/ ⁊ etiã i ethiopia magna mltitudo hebreoꝝ ⁊ Judeoꝝ de illa captiuitate: vt pꝫ ꝑ totũ diſcurſum lib. Heſter. Ex quibus ptꝫ ꝙ amore bonoꝝ tp̃aliũ ⁊ ex timore laboꝝ itineris maior pars voluit remanere in illa captiuitate: ⁊ minima pars venit ad libertatẽ: Sed illi q̃ mãſerũt in Babylonia: bñ fuerũt puniti: naꝫ poſt deſtructionẽ factã ꝑ Cyrũ: et Dariũ tota prouincia Chaldeorũ paſſa eſt grauẽ ſterilitatẽ ⁊ peſtilentiaꝫ hoĩm ⁊ aĩaliũ ⁊ multa alia miſerãdo diſcrimina et tribulatiões: ſicut dicũt oẽs hiſtoriographi orientales: ⁊ prout ꝓphetauerũt Eſaias ⁊ Ezechiel ⁊ quaſi oẽs ꝓphete minores. Et ſic ptꝫ ꝙ Judei remanentes in Babylonia ex amore bonoꝝ tp̃aliũ/ ⁊ volentes vitare labores ⁊ pericula itineris: et cõtẽnẽtes libertatẽ ⁊ cultũ diuinum/ iuſto dei iudicio inciderũt i maiora pericula ⁊ tribulatiões: ⁊ paſſi ſũt ſterilitatẽ et famẽ et penuriã bonoꝝ tp̃aliũ. Per hoc ꝑfecto myſteriũ ꝑuidit Abacuc in duplici ſpũ propheticu totã cecitatẽ et obſtinationẽ et iniq̃tatẽ in qua manet ppl's Judaicus. Uñ ꝑuidit qualr̃ Chriſtus in lege et ꝓphetis ꝓmiſſus erat venturꝰ inter eos: ⁊ debebat eos abſoluere a iugo legis ⁊ captiuitate pctĩ: ⁊ dare eis legem libertatis ⁊ gratie: et vocare eos ad Hierl'm ſpiritualem quã ipſe edificauerat: Sed ꝑuidit qualiter maior pars Judeorum debebat cõtẽnere Chriſtũ meſſiã ⁊ legẽ libertatis. et hoc ꝓpter amorẽ bonorum tẽporaliũ. Et ſic ſponte erat manſura ſub iugo legis: ⁊ ſub captiuitate diaboli ꝑpetua et cõfuſione Babylonis mãſura. Et ſic ꝑuidit q̃lr̃ minor pars illius ppl'i erat Chriſtũ ⁊ legẽ euãgelicã ſuſceptura: ⁊ ꝑuidit qualr̃ illa parua pars que fuit collegiũ apoſtoloꝝ et diſcipulorum/ debebat edificare nouã Hierl'm ⁊ eccl'iaꝫ ſupra firmã petrã que eſt Chriſtꝰ. Et ꝑuidit etiam qualiter Judei remanẽtes in ſua obſtinatiõe nõ ſolũ debebant ꝑdere oĩa bona tẽporalia: ſed etiaꝫ ſpũalia et eterna. Naꝫ primo ꝑ quatuor annos paſſi ſunt ſeditiones ⁊ bella inteſtina ⁊ furta et homicidia: vt ait Joſephꝰ lib. de bello Judaico: ⁊ poſtea fuerunt obſeſſi: ⁊ intolerabilẽ inediã paſſi: ⁊ tandẽ fuerunt capti: ⁊ partim interfecti ⁊ trucidati: ⁊ partiꝫ capti et diſꝑſi ꝑ mũdũ: ⁊ ciuitas fuit euerſa ⁊ tẽplũ icenſuꝫ: ⁊ ſic ꝑdiderũt bõa tp̃alia ⁊ etiam ſpũalia: qꝛ ꝑdiderũt ſacerdotiũ ⁊ ſacrificiũ: ⁊ lex fuit deſiccata ⁊ arida facta: qꝛ nõ ampliꝰ facit fructũ cũ ſit mortua: et nõ ſolũ mortua: ſed etiã eis mortifera. vt dictuꝫ eſt pſal. l. Oĩa ergo ſupradicta ꝑuidens Abacuc in ſpũ ꝑmo dedolet ⁊ expaueſcit talẽ obſtinationẽ ⁊ ſententiã ⁊ dãnationẽ tẽporalẽ ⁊ ſpũalẽ obſtinatorum Judeorũ. Scðo gaudet ⁊ conſolaꝛ ſe eſſe de illa ſocietate Judeorũ: ⁊ fideliũ: q̃ Chriſtũ erant recepturi: ⁊ etiã de illis q̃ cũ Chriſto in celũ erant aſcẽſuri ⁊ de limbo liberãdi. ¶ Dicit ergo ꝓpheta in ꝑſona ſui ⁊ eccl'ie: O dñe: ego vidi ex reuelatiõe qualiter maior pars ppl'i Judaici debet damnari ⁊ in ſua obſtinatione ꝑmanere. Nam qñ tu fueris egreſſus in ſalutẽ populi tui: ipſi nõ recipiẽt te: nec doctrinam tuã: immo ꝑſequenꝛ ⁊ crucifigent te: ⁊ ſic ſpõte permanebũt in ſua ꝑfidia ⁊ obſtinatione ⁊ captiuitate diaboli: propter qð cõdẽnabis eos ad penam ⁊ captiuitatẽ ꝑpetuã in corꝑe ⁊ aĩa. Ita minor pars eorũ recipiet legẽ tuã. ex q̃bus facies ppl'm tuũ et eccleſiã ſimul cuꝫ ꝯuerſis de ppl'o gẽtili. Ideo cũ ego audiui ingratitudinẽ ⁊ obſtinationẽ et dãnationẽ illius ppl'i ſic alienati cõturbatꝰ eſt venter meꝰ. i. interiora mea: ⁊ a voce tue reuelationis cõtremuerunt labia mea: ne poſſint talia proferre ⁊ ſcribere in hoc cantico. Sed qꝛ ex alia parte video me eſſe de grege ⁊ ſocietate illius populi que te receptura eſt: et debet tecum aſcendere in Hieruſalem ſpiritualem per gratiã: ⁊ in ſuꝑnã ꝑ gloriam: Ideo.

**Ingrediatur putredo in oſſibus meis: et ſubter me ſcateat.**

**Ut requieſcã in die tribulationis: vt aſcẽdam ad populum accinctum noſtrũ.**

¶ Nõ timeo labores: nec ꝑicula: nec paſſiões: tñ nõ curo ſi ingrediaꝛ putredo ⁊ dolor in oſſibꝰ meis: et ſubter me ſcateat ⁊ ſerpat quicunq; dolor et labor: vt. i. dũmodo requieſcã tecũ in die tribulationis et damnationis Judeoꝝ: ⁊ aſcẽdã tecuꝫ ad populum noſtrũ accinctũ: et ꝑparatuꝫ ad ambulãduꝫ in lege tua euãgelica/ ⁊ accinctũ ad pugnam contra diabolũ: et inimicos fidei. q. d. Dũmõ ego ſim de ſocietate et numero tui ppl'i fidelis: ego ſuꝫ ꝑparatꝰ ad perferẽdas ⁊ tolerãdas oẽs ꝑſecutiones vſq; ad mortem incluſiue. ¶ Et nota ꝙ propheta appellat diem tribulationis non ſolum futurũ ſtatuꝫ Judeorũ in inferno: ſed etiã preſentẽ ſtatum in hac vita. Nam de futuro ſtatu nõ eſt dubiũ: qꝛ in ſecula ſeculorũ cruciabunꝛ. Sed etiaꝫ ꝑſens ſtatus ẽ dies tribulationis eorũ. Nã pẽo ſunt in captiuitate tp̃ali et ſpũali ſine regno ⁊ ſacerdotio exules a ſua patria: ⁊ vltra hoc ſunt ſine lege ⁊ fructu legis: qꝛ nullũ fructũ habent ex obſeruãtia: qꝛ non ſolum eſt eis mortua ſed mortifera. Jð orõ et ieiunia ⁊ oblationes ⁊ oĩa opa legis: q̃ faciũt: vertunꝛ eis in pctũ/ vt dictũ ẽ pſal. xlix. ⁊. l. ⁊. cviij. Jð lꝫ non ſemꝑ patiantꝛ ſterilitatem bonorũ tp̃aliũ: tñ ſemꝑ patiunꝛ ſterilitatẽ legis: et bonorũ ſpũalium. iõ eorũ ſtatus dicꝛ dies tribulationis: ſicut dies legis euãgelice ẽ: annus benignitatis ⁊ fecũditatis ꝓpter abundãtiã bonorũ ſpũaliũ pſal. lxiij. Sed ꝙ ſtatus iudaicus ſit dies tribulatiõis ⁊ ſterilitatis: ꝓbaꝛ. qꝛ poſt aduentũ Chriſti

**Ficus enim non florebit: ⁊ non erit germẽ in vineis.**

**Metietur opus oliue: ⁊ arua nõ afferent cibum.**

**Abſcindetur de ouili pecus: ⁊ non erit armentum in preſepibus.**

¶ Ficus. i. lex vetus figurata ꝑ ficulneam nõ florebit: qꝛ iam fuit maledicta ꝑ Chriſtũ: ne amplius faceret fructuꝫ. Matthei. xxj. Et non erit germẽ nec fructus nec palmes in vineis illiꝰ populi ⁊ legis: q̃ ꝑcepta cerimonialia nõ germinabunt. ¶ Uñ nota ꝙ lex diuina ⁊ eccl'ia dei ab Adaꝫ vſq; ad vltimũ iuſtum dicꝛ vna ſcðm Gregorium ⁊ oẽs doctores: vt dictum eſt in prologo. Sed iſta lex aut eccleſia in ſacra ſcriptura quandoq; appellaꝛ vinea. cuiꝰ palmites ſũt Chriſti fideles. Quãdoq; appellaꝛ oliua cuius rami ſunt fideles. Quandoq; dicꝛ aruũ ſeu ager cuiꝰ fructꝰ ⁊ ſegetes ſunt fideles. Quandoq; appellatur ouile dei. cuius oues ſunt fideles. Sed poſt aduẽtũ Chriſti oẽs Judei obſtinati fuerũt abſciſſi ab hac oliua et vinea ⁊ agro ⁊ ouili: in quoꝝ locis fuerũt inſerti cõuerſi de populo gẽtili: vt ait apoſtolus ad Romanos. Ideo iſta vinea: ⁊ oliua: ⁊ ager: non facit eis amplius fructũ: qꝛ lex iã fecit et protulit fructũ in tẽpore determinato. ſ. in aduẽtu Chriſti. Et ideo fuerũt ipſi abſciſſi rami cerimonialiũ: ⁊ nati ⁊ orti ſũt in eodem trũco legis rami euãgelici q̃ ꝓferũt fructus euãgelicos eccleſiaſticorũ ſacroꝝ/ et fructus gr̃e. Ex quibus ptꝫ ꝙ lex vetꝰ cũ illis ramis ⁊ palmitibus veteribꝰ iam abſciſſis et aridis/ nullũ iam fructũ profert. Ideo dicit. Nõ erit germẽ i vineis: ⁊ metieꝛ opus oliue. Nã ſicut vinea legis non facit vuas ſed labruſcas: ita oliua legis nõ facit oliuas: ſꝫ amurcas: ⁊ mentita eſt in fructu ſuo. ⁊ eadẽ rõne arua legis nõ afferũt cibũ: ſed venenũ mortiferũ. Itẽ cũ ille ppl's ante aduẽtũ Chriſti eſſet ppl's peculiaris ⁊ de ouibꝰ dei: poſtea fuit abſciſſus ab ouili dei: et iã nõ paſciꝛ nec comedit in ꝑſepibus dei/ qꝛ deũ negauit. Daniel. ix. Uñ populus gẽtilis qui non erat plebs dei: factꝰ eſt plebs dei per baptiſmũ: ⁊ ppl's Judaicꝰ factꝰ ẽ nõ plebs dei ⁊ abſq; mia per infidelitatem. Oſee. j. Ideo dicit ꝙ populus Judaicus qui ex oue factus eſt pecus abſcindeꝛ de ouili dei: ⁊ factus armẽtũ beſtiarum non erit in precepibus cum ouibus Chriſti.

**Ego autem gaudens gaudebo: ⁊ exultabo in deo Jeſu meo.**

**Deus dominus fortitudo mea: ⁊ ponet pedes meos quaſi ſeruorum.**

**Et ſuper excelſa mea deducet me victor i pſalmis canentem.**

¶ Quaſi dicat in ꝑſona ppl'i fideles. Poſtq̃ Judei ſponte abiecerũt Chriſtũ: ⁊ voluerũt manere ſub iugo legis: ⁊ abſcindi ab ouili Chriſti/ ego gaudẽs in preſenti ꝑ gr̃am ⁊ fructus euangelicos: gaudebo in futuro ꝑ gloriaꝫ in Chriſto deo Jeſu ⁊ ſaluatore meo quẽ recepi per fidẽ. Quia ipſe Jeſus q̃ eſt deꝰ ⁊ fortitudo mea/ ponet: ⁊ preparabit pedes meos aptos ⁊ veloces quaſi ſeruorũ ad ãbulãdũ in lege euangelica: ⁊ ad aſcẽdẽdũ in Hierl'ꝫ ſuꝑnã ꝑ gl'iaꝫ. et ipſe deducet me gr̃a ſui ſuꝑ excelſa mea. i. ſuper cacumina celeſtia mihi ꝓmiſſa. Et ipſe victor ꝯtra diabolũ deducet me canẽtẽ in pſalmis gr̃e in ꝑſenti et in pſalmis glorie in futuro. quaſi di. Judeis et oibꝰ infidelibꝰ manẽtibꝰ reprobatis ⁊ dãnatis i ſua obſtinatiõe/ ego gaudebo cũ Jeſu deo redẽptore ⁊ glorificatore: hic per gr̃am ⁊ in futuro ꝑ gloriam.

## Secunda expoſitio.

¶ Secũdo modo iſta vltima ps ab illo loco audiui ⁊ conturbatus ⁊c. poteſt exponi de pena dãnatorum ⁊ gaudio iuſtorum poſt iudicem. Unde dicit ꝓpheta. O domine: ego audiui ex reuelatione mihi facta in ſecudo capitulo damnationem magne meretricis ⁊ ciuitatis diaboli/ quam facturꝰ es i vltimo iudicio de perſecutoribus iuſtoruꝫ. ⁊ ideo conturbatus eſt venter meus ⁊c. Sed qñ audiui gloriam quã daturus es iuſtis in meritũ et premium perſecutionũ: tũc fui cõſolatus ⁊ volo ꝙ ingrediatur putredo in oſſibꝰ meis. i. paratus ſum pati oẽs perſecutiones ⁊ aduerſitates i hac vita: vt requieſcam in die tribulationis. i. in die iudicij: ⁊ aſcendã ad populũ noſtrũ iuſtorũ accinctũ ⁊ liberatũ et expeditum ab iſtis miſerijs huiꝰ mũdi cũ quo aſcendã in celũ. Unde poſt diẽ iudicij ficus iſtorũ diuitum mundanorũ nõ amplius florebit: nec erit amplius germẽ in vineis eorũ: ⁊ opus oliue mẽtietur eis ⁊ arua nõ afferent fructuꝫ eis. quaſi di. oĩa iſta bona mundana perdẽt in illa die: nec poterunt eis ꝓdeſſe. Ego autem quia iſta bona mũdana cõtẽpſi ꝓpter Chriſtũ et ꝓpter celeſtia: in illa die gaudẽs gaudebo ⁊ exultabo in deo Jeſu meo meſſia in lege promiſſo: qꝛ ipſe ẽ deꝰ ⁊ fortitudo mea: ⁊ ponet pedes meos veloces quaſi ſeruorũ ad aſcẽdẽdum in celũ: ⁊ deducet me ſuꝑ excelſa celeſtia canẽtẽ in pſalmis glorie: Ipſe eñ victor ⁊ triũphator de mũdo ⁊ diabolo deducet me ſecũ cũ ppl'o victorie canentem victoriã ſuam in pſal. glorie.

## Ad monitio auctoris.

Hec ergo ſupradicta in hac expoſitione ſunt que diuino auxilio frens potui haurire ⁊ extorquere ex intelligentia huius cantici ſecũdũ ſanã fidem et doctrinã. Ideo oro ⁊ obſecro frẽs meos fideles catholicos: vt velĩt cum charitate attẽdere ad intelligẽtiã huiꝰ cantici: qꝛ difficilimũ eſt ad intelligendum: Primo quia eſt de rebus altiſſimis. Secũdo qꝛ ꝓcedit ꝑ vocãbula metaphorica et i iuſurpata ⁊ extranea. Tertio ꝓpter diuerſitatem tranſlationũ. Nã quaſi oẽs interꝑ̃tes fuerũt diuerſi in interpretatione ⁊ traductiõe huiꝰ cãtici: eo ꝙ in hebreo ꝓcedit ꝑ verba metaphorica ⁊ multũ equiuoca. ¶ Et ideo dicunt hebrei ꝙ quatuor partes ſunt in ſacra ſcriptura multũ difficiles ad intelligẽdũ: quas nõ debent legere niſi ꝓuecti et antiqui doctores. Quarũ prima eſt primũ et ſecũdũ ⁊ tertiuꝫ cap. libri. Geneſis. Secunda eſt liber canticorũ Salomonis. Tertia eſt liber Ezechielis in primo capitulo: et quadrageſimo cap. vſq; ad finem Quarta aũt eſt iſtud canticũ Abacuc. qꝛ ideo intitulaꝛ oratio Abacuc ꝓ ignorantia: ſiue ꝓ ignorãtibꝰ: eo ꝙ ab omnibꝰ ignoraꝛ eiꝰ vera intelligentia: vſquequo veniat rex meſſias ad declarandum ipſum. Et ſic ptꝫ ꝙ non ſolum apud nos ſed etiam apud Hebreos hoc canticũ reputatur difficilimuꝫ Et ideo ſi lector fidelis nõ valet attingere plenam intelligentiã ex hac ſupradicta expoſitiõe: rogo qð pergat ad alios catholicos expoſitores: quia deus voluit cõicare ⁊ reuelare ſingulis diuiſim theſauros ſapientie ſue prout ipſi placuit. iõ oportet lectorẽ cũ charitate accedere: ⁊ ſtudiũ adhibere.

Audite celi q̃ loquor. Hoc canticũ cãtat eccleſia i laudibus diei ſabbati ꝙ cãticũ reperiꝛ ſcriptum Deutero. xxxij. et fecit ipſum Moyſes ex ꝑcepto dñi: ⁊ ꝑcepit vt reponereꝛ in arca federis: vt eſſet i teſtimoniũ ꝯ filios Iſrael quotiẽs peccarẽt ⁊ apoſtatarẽt et recederẽt a dño: vt ptꝫ i capitulo ꝑcedẽti. xxxj. Uñ dicit dñs ad Moyſen. Ecce tu dormies cũ patribꝰ tuis. Et ppl's iſte ꝯſurgens fornicabiꝛ poſt deos alienos ⁊c. Et iraſce

No. bene contra nolentes facere bonum ꝓpter grãm.

dente. x xxxij.

tur furoꝛ meus ꝯ̄ eū in die illa: ⁊ derelinquā eū: ⁊ ab
ſcondā faciē meā ab eo. Et erit in deuoꝛationē: ⁊ i-
uenient eū oīa mala ⁊ afflictiões ⁊c. Nūc itaqꝫ ſcribi
te vobis cāticū iſtud: ⁊ docete filios Iſrael vt me-
moꝛiter teneāt ⁊ oꝛe decātēt: vt mihi ſit carmē iſtud
M ꝓ teſtimonio īter filios Iſrael ⁊c. ¶ Ex ſupꝛadic-
tis īferunt cōcl'ones. ¶ Pꝛia cōcluſio/ ꝙ Moy. fe-
cit hoc cāticū ex ꝓcepto dñi. ¶ Scḋa ꝯcluſio ꝙ de⁹
ꝓnouit ⁊ reuelauit ipſi Moyſi qualr ille ppl's de-
bebat foꝛnicari: ⁊ ſequi deos alienos cū eſſet ī ter-
ra ꝓmiſſa poſtquam eſſēt incraſſati: ⁊ impinguati.
¶ Tertia ꝯcluſio: ꝙ Moyſes poſuit hoc cāticū in
arca federis: vt eſſet teſtimoniū ꝯ̄ filios Iſrael: vt
qñ viderēt punitiones in eis cognoſcerēt ħ eis fuiſ
ſe pꝛedictū. ¶ Quarta cōcluſio: ꝙ Moyſes ꝓnouit
ex reuelatione oēs punitiões venturas illi ppl'o ꝓ
pter peccatū vſqꝫ ad extremū tp's. Unde concludit
in illo. xxxi. c. Noui enī ꝙ poſt moꝛtē meā iniq̄ age-
tis: ⁊ declinabitis cito ⁊ via quā ꝓcepi vobis ⁊ oc-
current vobis mala in extremo tp'e qñ feceritis ma
lum ⁊ cōtra deū ⁊c. Ex dictis in hoc capitulo et ex-
dicēdis in hoc cātico ptꝫ manifeſte Moyſen fuiſſe
ſi Moy- verū ꝓphetā: eo ꝙ nouit ī ſpū ex diuina reuelatio
ſes ha/ ne futurā rebellionē ⁊ idololatriā illius ppl'i: et ꝓ-
buerit uidit pariter futuras punitiões ⁊ deſtructiões q̄s
duplicē ille ppl's erat paſſurus ꝓpter ſupꝛadicta peccata:
ſpm̄ ⁊ qualr ille maledictiões dāte ſupꝛa in cap. xxviij.
debebāt illū ppl'm cōpꝛehēdere. Et ideo Moyſes
fecit hoc canticū: in quo narrat ⁊ pꝛedicit bñficia
q̄ de⁹ fecit illi ppl'o: ⁊ pꝛedicit ingratitudines et ſce
lera que ille ppl's erat perpetratur⁹ cōtra deū ⁊ pu
nitiones quas erat paſſurus. Et ſic ptꝫ Moyſen
fuiſſe verū pꝛophetā ⁊ habuiſſe ſpiritū pꝛophetie
de futuris cōtingentibus. ¶ Sed eſt querendū an
Moyſes habuerit duplicē ſpm̄ ꝓphetie in hoc cā-
tico. ſ. an ſpiritus ⁊ lumē ꝓpheticum Moyſi atti-
gerit ⁊ peruenerit vſqꝫ ad Chꝛiſtū ⁊ eccleſiā an fue-
rit terminatus in geſtis vete. teſta. Dictū eſt enī in
pꝛologo tractatu. ij. ⁊. iij. ꝙ ſpiritus ſimplex ꝓphe-
ticus eſt ille qui tangebat mētē ꝓphete tantum ħ
futuris contingentibus in illo populo in vete. te-
ſta. in quibus determiabat notitia ꝓphete Sꝫ ſpi
ritus ꝓpheticus duplex erat: q̄ trāſcēdebat futura
cōtingentia ve. te. immo per geſta ꝓterita ⁊ pꝛeſen
tia ⁊ futura vete. te. manducebat mentē ⁊ notitiā
ꝓphete vſqꝫ ad myſteria Chꝛiſti ⁊ eccleſie. quē du
plicē ſpm̄ ⁊ lumē ꝓpheticū habuit et adept⁹ eſt Da
uid ⁊ Eſaias et ceteri. iij. maioꝛes. ⁊. xij. ꝓphete mi/
noꝛes/ ⁊ pluries dictū eſt. Et ideo eſt videndum an
Moyſes ī hoc cātico habuit hūc ⁊ talē ſpiritū ⁊ lu
mē duplex ꝓpheticū/ ⁊ an notitia ſua ꝓphetica ꝑ-
uenerit vſqꝫ ad Chꝛiſtū ⁊ eccleſiā. ¶ Ad cuius ītel
ligētiā eſt ꝓnotandū: ꝙ due fuerūt punitiões gña-
O les illius ppl'i: ⁊ due deſtructiões ⁊ euerſiones et
Due de- incēſiões gñales illius templi ⁊ ciuitatis hierl'm.
ſtructi Pꝛima fuit facta per Nabuchodonoſoꝛ ⁊ Caldeos
ones Scḋa fuit ꝑ titū ⁊ Romanos. Pꝛia aūt fuit ꝓpter
hierl'm pctm̄ idolatrie. Scḋa ꝓpter odium ⁊ homicidium
⁊ tēpli. ꝑpetratū ꝯ̄ meſſiā in lege ⁊ ꝓphetis ꝓmiſſū qꝛ nō
ſolū ipm̄ negauerūt ⁊ audire noluerūt: ſed etiā oc-
ciderūt. Iō pꝛia captiuitas ⁊ deſtructio fuit remiſ
ſa ⁊ reſtaurata ꝑ Cyrū: ⁊ ciuitas ⁊ tēplū redificatū
ꝑ zoꝛobabel ⁊ Ieſum ſacerdotē magnū. Scḋa autē
fuit irremiſſibilis ⁊ irreparabilis: vt ptꝫ ad oculū
Has ꝑfecto duas captiuitates ⁊ deſtructiones no-
uerūt ⁊ ꝓdixerūt q̄ſi oēs ꝓphete. Pꝛio enī Dauid ꝓ-
uidit ⁊ ꝓdixit captiuitatē ꝓmā ꝑ Babylonios: ⁊ eius
remiſſionē: vt ptꝫ pſal. lxxviij. ⁊ lxxix. ⁊. cxxxvj. Sꝫ
perpetuā captiuitatē ſecūdā ⁊ irreparabile ꝓdixit
pſal. xxvij. dicens Deſtrues illos ⁊ non reedificabis
eos. Item de ſcḋa captiuitate dicit pſal. xciiij. Ho
die ſi vocem ei⁹ audieritis nolite obdurare coꝛda
veſtra ⁊c. Itē Eſaie. xliij. Educ foꝛas populū cecū
⁊ ſurdū ⁊c. Item Eſaie. l. Ecce in iniquitatibus ve-
ſtris vēditi eſtis: et in ſceleribus veſtris dimiſi ma
trem veſtram: qꝛ veni: ⁊ nō erat vir: ⁊ vocaui ⁊ nō
erat qui audiret: hoc idem cap. lxv. Itē Dan. ix. de
pꝛima captiuitate ⁊ eius remiſſiōe: ⁊ reedificatiōe
dicit. Ruſum reedificabit platea/ ⁊ muri in angu
ſtia tp'is. Sed de Scḋa captiuitate et deſtructione
dicit. Poſt hebdomadas. lxij. occidet Chꝛiſtus: et
nō erit eius ppl's q̄ eū negatur⁹ eſt et ciuitatē ⁊ ſā
tuariū diſſipabit ppl's cū duce venturo: ⁊ finis eius
vaſtitas: ⁊ poſt finem belli ſtatuta deſolatio: ⁊ vſqꝫ
ad ꝯſummationē et finem ꝑſeuerabit ſtatuta deſo-
latio. Sufficit ergo ꝙ oēs ꝓphete in hoc cōcoꝛdāt
ꝙ ſecūda deſtructio ⁊ captiuitas erat ventura illi
ppl'o: eo ꝙ erat negatur⁹ deū. ⁊ nō debebat recipe-
re nec audire meſſiā. ī lege ⁊ ꝓphetis ꝓmiſſū: immo
erat ipm̄ occiſurus. Et oēs cōcoꝛdāt in hoc. ſ. ꝙ illa
ſecūda captiuitas erat irreparabilis ⁊ ꝑpetua. Et
ꝙ ppl's gētilis erat eligēdus: ⁊ loco populi Iudai-
ci ſubſtituēdus: vt ptꝫ ꝑ totū diſcurſum ꝓphetarū
que oīa iſta ꝓnouerūt ⁊ pꝛedixerūt in duplici ſpū
oēs ꝓphete. Quā etiā vltimā perpetuā deſolatio-
nē et repꝛobationē ꝓpter pctm̄ negatiōis Chꝛiſti
pꝛeuidit Moyſes in duplici ſpū ꝓphetie Deuter.
xviij cū dicit ipſi deus. Pꝛophetā ſuſcitabo eis de
medio fratrū ſuoꝝ ſimilē tui: ⁊ ponā verba mea ī
oꝛe eius. Loqueturqꝫ ad eos quecūqꝫ dixero illi.
Et quicunqꝫ verba q̄ loquet audire noluerit/ vltoꝛ
exiſtā. Ex quibus ptꝫ ꝙ Moyſes pꝛeuidit ex diui
na reuelatione in duplici ſpū Chꝛiſtū naſciturū de
illo ppl'o ſm̄ carnem: in cuius oꝛe deus pater debe
bat ponere verba ſua: imo deus pater erat locutu
r⁹ nobis ꝑ os Chꝛiſti: qꝛ q̄cquid habet: habet a pꝛe
naſcēdo: Et ſic ꝓuidit qualr deus erat nobis locu-
tur⁹ ī carne: ⁊ ꝓuidit qualr ille ppl's. i. maioꝛ pars
eius non erat ipm̄ auditur⁹: imo negaturus. Et ſic
ꝓuidit vltimā et ꝑpetuā vltionē ⁊ deſtructionē eo-
rū. Ex q̄bus ptꝫ ꝙ Moyſes non ſolū ꝓuidit pꝛimā
captiuitatē Iudeoꝝ futurā ꝓpt pctm̄ idololatrie:
ſꝫ ēt ꝓuidit ſcḋam captiuitatē ⁊ ꝑpetuā deſtructio
nē ſcḋi tēpli ꝓpter pctm̄ īfidelitatis et odij ⁊ homi
cidij ꝑpetrati ꝯ̄ Chꝛiſtū. Et hāc duplicē captiuitatē
et deſtructionē ppl'i Iudeoꝝ: et templi et ciuitatē
ꝓdicit Moyſes in hoc cantico. Et ꝓcepit ipſum re
poni in arca vt eſſet teſtimoniū cōtra illū ppl'm: ne
allegarent ignoꝛātiā: quin deus ꝓmonuiſſet eos: et
ꝓdixiſſet eis punitionē ſui pctī/ appellando celū et
terram in teſtimonium. In quo cantico duo pꝛinci
paliter facit. Pꝛio enī ꝓmittit ꝓemiū et exoꝛdium
Scḋo exequit narrationē: ibi. Date magnificētiā
deo noſtro. ¶ Quātū ad pꝛimum: qꝛ ſuperius dicit
Moyſes ꝙ faciebat hoc canticū in teſtimoniū cō-
tra filios iſrael: vt ipm̄ nulla deleret obliuio: cōtra
quos inuocabat celum et terram: ideo nūc in exoꝛ
dio huius cātici teſtatur celum et terrā ⁊ appellat
ea in teſtimoniū ꝯ̄ illum ppl'm: et petit diuinū auxi
lium inuocādo nomē domini. Dicit ergo Moyſes



**Audite celi que loquoꝛ: audiat
terra verba oꝛis mei.**
¶ O celi/ audite q̄ loquoꝛ. ſ. ſnīam dei
datā ꝯ̄ ppl'm Iudaicū: ⁊ ſicut eſtis im
mobiles a loco: ſitis mihi teſtes cōtra
illū ppl'm qui rebellatur⁹ ⁊ blaſphematur⁹ eſt con
tra deū ſuum. Et terra q̄ eſt imobilis audiat verba
oꝛis mei. Et ſit mihi teſtis de immobili ſnīa data a
deo ꝯ̄ iſtū ppl'm. Et tā celi q̄ terra ſitis mihi teſtes
qualr volo ꝓdicere ſnīam dñi ⁊ punitionē contra
illū ppl'm ꝓpter futurū pctm̄ idololatrie ⁊ infideli
tatis: q̄ꝺ ꝑpetratur⁹ eſt ꝯtra dñm ⁊ meſſiā ſuū: ne
poſſit allegare ignoꝛātiā qñ euenerint ſibi iſta ma
la. Itē vos celeſtes ⁊ angelice creature/ audite que
loquoꝛ vt ſitis mihi teſtes. Et terra. i. oēs habitato
res terre/ audiāt verba oꝛis mei: q̄ ego annūcio ex
parte dei cōtra illū ppl'm rebellē. Deinde cū dicit/
**Concreſcat in pluuiam doctrina mea fluat
vt ros eloquium meum.
Quaſi imber ſuper herbā ⁊ quaſi ſtille ſup
gramina: quia nomen dñi inuocabo.**
¶ Captat beniuolētiā dei. ⁊ petit auxiliū ⁊ gratiā.
Pꝛimo vt ipſe abūde poſſit loq̄. Scḋo vt faciat fru
ctū in ppl'o. et ad hoc inuocat nomē dñi tetragran-
maton: q̄ꝺ eſt verbū incarnatū. ſ. Ieſus Chꝛiſt⁹ meſ
ſias in lege ꝓmiſſus: in cui⁹ virtute Moyſes fece-
rat oīa miracula: ⁊ in cui⁹ fide ⁊ ſpe oēs fideles ve.
te. ſaluabant. Unā ait. Ego Moyſes inuocabo no-
mē dñi: q̄ eſt dñs Ieſus ī carne futur⁹ ⁊ venturus: ſi
ne quo nullū donū: nulla gr̄a pōt nobis dari a pꝛe
luminū. Hoc inquā nomē dñi īuocabo: vt doctrina
mea moꝛalis ⁊ ꝓphetica in hoc cātico ꝓnūcianda
creſcat abūdet vt pluuia ſolet abūdare: ⁊ eloquiū
meū fluat affluenter ſicut ros. ⁊ fluat ⁊ creſcat iſta
doctrina ſup mētes hoīm ad itelligēdum: ⁊ ſup vo-
lūtates eoꝝ ad operādū/ q̄ſi ⁊ ſicut imber fluit ſuper
herbā et facit eā germinare. Et ſicut ſtille cādētes
ſup gramia faciūt ea creſcere: ⁊ ꝓſparitita pariter
doctrina mea faciat fructū fidei ī mētib⁹ audiētiū:
et fructū charitatis in volūtatib⁹ eoꝝ. Unā ē aduer
tēdū: ꝙ recte Moyſes īuocat Ieſum: q̄ ē nomē dñi
ad gr̄am īpetrādā: qꝛ ex reuelatiōe ſciebat eū eſſe
in oīb⁹ mediatoꝛē: dei et hoīm: ꝑ quē de⁹ erat remiſ
ſur⁹ pctā hoīm et daturus omnē gr̄am: ⁊ in virtute
cuius: et ad cuius inuocationem Moyſes fecerat
oīa miracula in Egypto ⁊ in mari rubꝛo ⁊c.
**Date magnificentiam deo nr̄o: dei ꝑfecta
ſunt opera: ⁊ omnes vie eius iudicia.
Deus fidelis ⁊ abſqꝫ vlla iniq̄tate: iuſtus et
rectus.
Peccauerunt ei: ⁊ non filij ei⁹ in ſoꝛdib⁹.**
¶ Pꝛemiſſa inuocatiōe diuini auxilij ī exoꝛdio hic
incipit ſuā narrationē: in qua tria facit: ſcḋm ꝙ hꝫ
tres partes ꝓncipales. Nā pꝛimo ꝓdicit ꝓmā pu-
nitionē illi⁹ populi ꝓpter peccatū idololatrie. Se
cūdo ꝓdicit punitionē ſecūdā ꝓpter peccatū odij
et moꝛtis Chꝛiſti. Tertio ꝓdicit electionē ⁊ ſubſti-
tutionē ppl'i gētilis ad eccleſiā loco ppl'i Iudaici.
Scḋa: ibi. Et dixi. vbinā ſūt. tertia: ibi: Laudate gē
tes. In ꝓma pte tria facit. Pꝛio enī explicat breui-
ter bñficia q̄ ſpecialr ille ppl's recepit a deo ꝓ na-
tiōibus. Scḋo ꝓdicit ingratitudinē ⁊ apoſtaſiam
quā ille populus erat ꝑpetratur⁹ cōtra deū ꝓpter
idololatriā. Tertio ꝓdicit futurā punitionem ⁊ de-
ſtructionē eoꝝ ꝓpt illud pctm̄. Scḋm: ibi. Incraſ-
ſat⁹. tertiū: ibi. Uidit dñs ⁊ ad iracūdiā. ¶ Quan-
tū ad pꝛimū eſt aduertēdū: ꝙ pꝛopter quatuoꝛ de⁹ P de⁹ ma
eſt de ſe magnificādus ab oīb⁹. Pꝛimo qꝛ eſt perfe- gnificā
ctus: ⁊ ꝑfecta opa creauit ⁊ fecit: Scḋo qꝛ ſapiens d⁹ ab
in cōdēdo legē nature. Tertio qꝛ fidelis in pꝛomiſ- oīb⁹ ꝓ
ſis: quia neminē fallit. Quarto qꝛ rectus ⁊ iuſt⁹ in pter q̄
iudicādo: qꝛ tribuit vnicuiqꝫ ſecundū opa ſua. Unā tuoꝛ.
ꝓpter iſta quatuoꝛ tenet magnificare deū nō ſolū
populus Iudaicus: ſed etiam oēs ppl'i: qꝛ oēs equa
liter iſta receperunt a deo. Dicit ergo Moyſes. O
ppl'i date magnificentiam deo nr̄o ꝓpter beneficia
gñalia recepta: qꝛ oīa opa dei ſunt perfecta in ſua
natura. Et ſic fecit hoīem ꝑfectum in ſua natura: et
oēs vie legis eius in q̄b⁹ ꝓcepit hoīes ambulare/
ſunt vera iudicia ⁊ iuſta. ⁊ ſic eſt iuſtus in conden-
do legē: et fidelis ī ꝓmiſſis: et iuſtus rectus abſqꝫ
vlla iniq̄tate in iudicādo et reddēdo vnicuiqꝫ pu-
nitiones et ꝓmia ſcḋm merita aut demerita. Ex q̄
patet: ꝙ oēs tenent deū magnificare. Sꝫ ꝓpl'us
Iſrael recepit a deo legē ⁊ bñficia: qꝛ magis deus
ſe oñdit eis amicū dando legē ſpecialē ⁊c. Iō ſub-
dit. Peccauerūt ⁊ nō filij eius. quaſi di. iſte ppl'us
magis tenebat deū magnificare et laudare: eo ꝙ
elegerat ipſum tanqꝫ filiū dādo ipſi legem ſpālē: tñ
ipſi nō filij. i. nō tanqꝫ filij peccauerūt in ſoꝛdibus
⁊ ſpurcitijs idololatrie ⁊ alioꝝ ſcelerū. quaſi di. q̄ꝺ
licet debebant deum magnificare tanqꝫ patrem: tñ
ipſi tanqꝫ non filij blaſphemauerunt eum in ſoꝛdi-
bus idololatrie ⁊ ſupſtitionis deteſtabilis. Et iō
Moyſes incipit repꝛobare et obiurgare totam ſuc
ceſſionem illius populi/ dicens.
**Generatio praua atqꝫ ꝑuerſa: heccine red xxiij. q.
dis domino popule ſtulte ⁊ incipiens?
Nunquid nō ipſe eſt pater tuus qui poſſe-
dit te: ⁊ fecit ⁊ creauit te?
Memento dierum antiquoꝛum: cogita ge
nerationes ſingulas. Iob. viij.
Interroga patrem tuum: ⁊ annunciabit ti
bi: maioꝛes tuos ⁊ dicēt tibi. Gene. xlix.
Qñ diuidebat altiſſimus gentes: qñ ſepa-
rabat filios Adam: conſtruxit terminos
ppl'oꝝ iuxta numeꝝ filioꝝ iſrael.**
¶ O. gñati praua ⁊ ꝑuerſa ī fide/ heccine reddis
dño. i. has gr̄as reddis dño pro tātis bñficijs rece-
ptis: o popule ſtulte in eligēdo īſipiēs in iudican-
do ⁊ cognoſcēdo/ q̄a cōtēpſiſti bonum ⁊ elegiſti ma
lū: ⁊ tanqꝫ īſipiēs oblitus es bñficioꝝ receptoꝝ:
et non cognouiſti creatoꝛē tuū et elegiſti creaturā
vanā et falſam/ cōtēdēdo verū deū oīm creatoꝛem:
nunqd ipe de⁹ nō eſt pr̄ tuus: q̄ pꝛimo fecit te quo
ad coꝛpus de terra: et creauit te quo ad animā de
nihilo ſpirādo in coꝛpus foꝛmatū de terra ſpiracu-
lū vite: et poſtea poſſedit tāqꝫ ppl'ꝫ peculiarē et ꝓ-
pꝛium pꝛe ceteris populis? Memēto dierum anti
quoꝝ a pꝛincipio mūdi: et cogita gñationes ſingu-
las ab Adam vſqꝫ Noe et Abꝛaham: et maxime ab
Abꝛahā quē ſeparaui de Chaldea/ vſqꝫ ad exitū de

Egypto. Et interroga patrẽ tuũ quẽcũqꝫ carnaleꝫ/ ⁊ patrẽ tuuũ Abrahã:q̃ fuit principium hui⁹ ppl'i. ⁊ maiores tuus. ſ. Iſaac ⁊ Jacob: ⁊ oẽs. xij. patriarchas ⁊ oẽs duces ⁊ ſacerdotes. Et dicẽt tibi totum diſcurſuꝫ tue gñatiõis ⁊ beneficioꝝ a deo receptorũ ꝑ ſucceſſionẽ. Et dicẽt tibi principiũ ⁊ modũ electionis hui⁹ ppl'i ad deũ: ⁊ dicẽt tibi qñ ⁊ quomodo diuidebat altiſſimus gẽtes: ⁊ qñ ſeparabat filios Adã. ¶ Ad cui⁹ intellectũ eſt notãdũ ſecũduꝫ hiſtoriographos: ⁊ deſcẽdẽtes a tribus filijs Noe poſt diluuiũ fuerunt diuiſi ꝑ Aſiã Europã ⁊ Aphricã in. lxx. generatiões ſeu ppl'os ſiue nationes aut regiões. Itẽ cũ ante edificationẽ turris Babel oẽs generatiões eſſent labij ⁊ lingue ⁊ idiomatis vni⁹: tñ poſt cõfeſſionẽ linguaꝝ diuiſi ſũt i. lxx. linguas. Itẽ legit̃ Geñ. xlix. ꝙ oẽs aĩe filioꝝ Jacob: q̃ ingreſſe ſunt ĩ Egyptũ cũ Jacob pr̃e ſuo/ fuerunt. lxx. Ex quo ptꝫ ꝙ nũerus populoꝝ tã in diuiſione gñationũ filioꝝ Noe: ꝙ̃ in diuiſione linguarum fuit iuxta numerũ filiorũ Iſrael q̃ ingreſſi ſunt in Egyptũ cũ Jacob patre ſuo. Et hoc ẽ qđ dicit hic. Interroga patrẽ ⁊ maiores tuos. Et dicẽt tibi/ qñ ⁊ qũo altiſſimus diuidebat gẽtes poſt diluuiũ: ⁊ in edificatione turris Babel ⁊ qũo ſeparabat filios Adã ĩ illis duab⁹ diuiſionib⁹: Qũo cõſtituit ⁊ diſtinxit terminos populorum. i. diuiſit eos. in. lxx. populos ⁊ linguas iuxta numerũ filiorũ Iſrael qui ingreſſi ſunt in Egyptum cum Jacob patre ſuo.

xi q. iij ad mẽſam.

**Pars autem domini populus eius: Jacob funiculus hereditatis eius.**

¶ Et tñ ex illis. lxx. linguis ⁊ ppl'is de⁹ ſolũ elegit ſibi vnum. ſ. ppl'm Iſrael: q: Jacob fuit pars dñi: ⁊ ppl's: ⁊ fuit funiculus ⁊ ſors et portio hereditatis eius. In tranſlatione aũt ipſorũ. lxx. habet̃. Conſtituit terminos ppl'oꝝ iuxta numerum filioꝝ dei. qđ idẽ eſt: eo ꝙ ſoli filij illi⁹ ppl'i dicebantur filij dei. Alia trãſlatio habet/ ſcđm numerum angeloꝝ. Et tũc ĩtellect⁹ põt eſſe ſatis cõformis litere ſequẽti. Nã vnuſq̃ſqꝫ ppl's ſiue natio aut regnũ hꝫ ꝓprium angelũ cuſtodẽ. et quot ſunt ppl'i tot ſunt ãgeli cuſtodes: qui dicunt̃ archãgeli: ĩ quãrũ ſunt principes regnorũ: q̃bus dãtur in cuſtodiã: vt ptꝫ de angelo ⁊ principe regni Perſarũ. Dañ. x. Ex quo ptꝫ ꝙ numerus ppl'orũ qui fuerunt diuiſi ꝑ linguas ⁊ nationes poſt diluuiũ: aut in cõfuſione turris Babel fuit ſecũdũ numerũ angeloꝝ ad cuſtodiã illoꝝ ppl'orũ deputatoꝝ. Sed lꝫ de⁹ deputauit vnicuiqꝫ illorũ ꝓpriũ angelum ⁊ principẽ ad cuſtodiam: tñ deus voluit ſibi eligere illũ ppl'ꝫ in ꝓpriũ. Et ipſemet voluit eſſe ꝓprius princeps ⁊ cuſtos illi⁹ ppl'i: ⁊ licet haberet Michaelẽ archãgelũ i miniſtrum: vt patet Dañ. x. Et hoc intendit dicere Moyſes ĩ hoc paſſu ſcđm iſtã trãſlationẽ. Vñ ait. Interroga patrẽ tuũ ⁊ maiores tuos: ⁊ dicẽt tibi q̃r qñ altiſſim⁹ diuidebat gentes: ⁊ ſeparabat filios Adam poſt diluuium: ⁊ in ꝯfuſione linguarũ turris Babel: tunc cõſtituit terminos ppl'orũ. i. nationũ ⁊ ꝓuinciarũ mũdi iuxta nũerũ angeloꝝ deputatorum ad cuſtodiam regnoꝝ. ¶ Sed Jacob. i. ſ. ple ſua fuit ps dñi et ppl's eius ſibi ad cuſtodiã ⁊ regimẽ electus. Et fuit funiculus ⁊ ſors et portio hereditatis eis: q: ipſe ſpecialr̃ elegit ſibi hũc populũ in hereditatẽ. Unde probo ꝙ dñs elegit ſibi iſtũ populũ in hereditatẽ: ⁊ ꝓpriam cuſtodiã. ⁊ regimen. Nam

**Inuenit eum in terra deſerta: in loco horroris et vaſte ſolutionis.**

**Circunduxit eum et docuit: et cuſtodiuit quaſi pupillam oculi ſui.**

¶ Dñs inuenit iſtũ ppl'm in terra deſerta ⁊c. Quia primo inuenit Abraham in Caldea terra deſerta ⁊ ſemota a vero cultu diuino: ⁊ reduxit in Aram Meſopotamie: ⁊ exide in terrã Chanaã: vbi edificauit altare dño: ⁊ incepit inuocare nomen dñi. Geñ. xij. Et exinde inuenit filios Iſrael loco horroris/ id eſt in horrido loco Egypti ſub dura ſeruitute: ⁊ poſtea inuenit Moyſen in loco vaſte ſolitudinis iuxta montem Oreb cuſtodientem oues ſoceri ſui Jetro: ⁊ vocauit ipm de rubo: ⁊ miſit ipm ad Pharaonem: ⁊ cũ multis ſignis ⁊ prodigijs eduxit illum populũ de Egypto: et circũduxit ipm per deſertũ: et docuit eũ legẽ et precepta i mõte Sinai: et cuſtodiuit eũ ab oĩ periculo: ſicut pupillã oculi ſui. Primo cuſtodiuit eũ in mari rubro. Scđo cuſtodiuit ipm et liberauit ab inedia et fame ⁊ ſiti/ dãdo ipſi aquã de rupe Oreb: et dulcorando aquas Marat: et mittendo mãna. Et.

**Sicut aquila prouocans ad volandũ pullos ſuos: ⁊ ſuperuolitans expandit alas ſuas: et aſſumpſit eum atqꝫ portauit in humeris ſuis.**

¶ Ad cui⁹ intellectũ eſt notãdũ ſecũdũ naturales ⁊ ſm experientiã/ ꝙ aq̃la pre ceteris auib⁹ ⁊ aĩalibus nutrit filios ſuos: vñ q̃tuor mirabilia bñficia oſtẽdit filijs pre ceteris. Nã primo ſplẽdide paſcit eos ⁊ nobilib⁹ cibis. ſ. ꝑdicib⁹ ⁊ leporib⁹ et cuniculis ⁊c. Scđo ſapienter cuſtodit/ collocãdo nidũ in altis rupib⁹/ ne q̃s poſſit accedere ad tollẽdum filios. Tertio prudẽter docet eos volare ⁊ venari ⁊ cibũ querere volitãs ſup eos/ oſtẽdẽdo eis venationẽ: vt rapiãt ⁊ diſcãt cibũ procurare. Quarto collocat filios in loco fertili ⁊ copioſo ciborũ: vñ qñ filij ſunt iam ꝑfecti ⁊ habiles ad venãdũ ⁊ q̃rendũ cibũ: tũc pr̃ ⁊ mr̃ q̃runt eis locũ ⁊ terminũ ſemotũ ⁊ aptũ: ⁊ portãt filios illuc. ſ. maſculũ et feminã: ⁊ dimittũt ⁊ collocãt eos ibi in illo loco fertili ⁊ copioſo/ ⁊ ipſi reuertunt̃ ad terminos ſuos. Ita ergo pariter fecit de⁹ erga illũ ppl'm. Nã primo cuſtodiuit eũ ab oĩ periculo. Scđo cibauit ipm mãna de celo et coturnicibus. Tertio docuit ipm dando legem. Quarto collocauit ipſum in terra ꝓmiſſa fluente lacte ⁊ melle/ ⁊ ſic deus fuit ſil'is aq̃le in cuſtodiendo ⁊ cibãdo ⁊ docendo ⁊ collocãdo illum ppl'm. Dicit ergo Moyſes ꝙ de⁹ circũduxit ⁊ docuit ⁊ cuſtodiuit illũ ppl'm: ſicut facit aq̃la ꝓuocãs ad volãdũ pullos ſuos ⁊ volitans ſup eos: vt cuſtodiat: ⁊ ipſi addiſcant volare: ⁊ ſic de⁹ ad modũ aq̃le expandit alas ſuas: extẽdendo nubẽ ſup eos in die/ ne vrerẽtur ardore ſolis. Et aſſumſit eũ quaſi ſuper humeros ⁊ aſportauit eum per totum deſertum. Et.

**Dominus ſolus dux eius fuit: et non erat cum eo deus alienus.**

¶ Solus deus abſqꝫ alio deo alieno fuit dux illi⁹ populi per. xl. annos in toto illo itinere ⁊ peregrinatione: tandem autem conſtituit eum ſuper illam terram excelſam quam ipſi promiſerat. Que quidem terra ꝓmiſſionis primo dicitur excelſa: eo ꝙ eſt ſita in alto loco reſpectu Egypti/ et Arabie/ et Chaldee. Et etiã erat excelſa reſpectu deſerti Arabie in copia aquarũ ⁊ fructuũ ⁊ omnium ciborum.



**Conſtituit eum ſuper excelſam terram: vt comederet fructus agrorum.**

**Ut ſugeret mel de petra: oleumqꝫ de ſaxo duriſſimo.**

**Butyrũ de armento ⁊ lac de ouibus: cum adipe agnorũ ⁊ arietũ filiorum Baſan.**

**Et hircos cum medulla tritici: ⁊ ſanguinẽ vue biberent meraciſſimum.**

¶ Ideo deus cõſtituit ⁊ collocauit eũ in illa terra ſup illã terrã fertilẽ. vt comederet fruct⁹ agrorũ: ⁊ quib⁹ illa terra abũdat: ⁊ ſugeret ille ppl's mel de petra/ q: ibi apes mellificãt in cauernis petrarũ et rupiũ. Et ſugeret ⁊ colligeret oleũ de ſaxo duriſſimo: q: in tera lapidoſa ⁊ ſaxoſa creſcũt oliue: que reperiunt̃ abũdãter in illa terra. Et vt ſugeret butyrũ de armẽto vaccarũ: ⁊ lac de ouib⁹ q̃ erãt ĩ magna copia in illa terra: q: Chananei erant maximi cultores terre. Et iđ plãtauerãt oliuas ⁊ vineas et ceteras arbores ⁊ ſeminauerant agros: ⁊ nutriuerãt greges ouiũ ⁊ armẽta boũ in magna copia: q̃s quideꝫ oues ⁊ arietes ducebãt Chananei de terra filiorũ Baſan vltra Jordanẽ furto aut ꝓ̃cio: eo qđ terra Baſan illis tꝑib⁹ abũdabat in paſcuis ⁊ gregib⁹ oniũ. Et iđ dicit: ꝙ cõſtituit dñs illũ populum ſuper illã terrã copioſam: vt ſugeret mel de petra oleũqꝫ de ſaxo duriſſimo: ⁊ butyrũ de armẽto: ⁊ lac do ouib⁹: cũ adipe ⁊ pinguedine agnorũ ⁊ arietũ filioꝝ Baſan: q: terra filioꝝ Baſan abũdabat. i. his. Et vt comederet hircos nõ cũ hordeo: nec cũ furfure/ ſꝫ cũ medulla ⁊ farina tritici. Et vt biberẽt ſanguinẽ vue. i. vinũ meraciſſimũ ⁊ puriſſimuꝫ. Itaqꝫ de⁹ dedit eis illã terrã: ⁊ cõſtituit eos dños ſuper eã: vt comederẽt fruct⁹ q̃s nõ plãtauerãt: ⁊ frumẽtũ qđ nõ ſeminauerãt: ⁊ agnos ⁊ arietes q̃s nõ nutriuerãt: ⁊ biberẽt vinũ de vineis q̃s nõ plantauerãt: q̃ oĩa ſupradicta patẽt ꝑ totũ diſcurſum Exodi/ ⁊ Leuitici/ ⁊ Numeri/ ⁊ Joſue. Deinde cũ dicit/

**Incraſſatus eſt dilectus ⁊ recalcitrauit: incraſſatus impinguatus dilatatus.**

**Dereliquit deum factorẽ ſuum: ⁊ receſſit a deo ſalutari ſuo.**

**Prouocauerunt eũ ĩ dijs alienis: ⁊ in abominationibus ad iracundiã concitauerunt.**

**Immolauerunt demonijs ⁊ nõ deo: dijs quos ignorabant.**

**Noui recenteſqꝫ venerunt: quos nõ coluerunt patres eorum.**

**Deum qui te genuit dereliquiſti: ⁊ oblit⁹ es domini creatoris tui.**

¶ Predicit futurã ingratitudineꝫ ⁊ ſcelera ⁊ pctm̃ idololatrie illi⁹ ppl'i. Unde dicit ꝙ ille ppl's pre ceteris deo dilect⁹/ cui de⁹ tot bñficia cõtulerat/ ⁊ tot ſigna amoris oſtenderat/ incraſſat⁹ eſt ex abundantia delitiarũ: ⁊ impinguatus ex abũdãtia diuitiarũ et dilatatus in dñio ⁊ honore: ⁊ ſic oblitus beneficiorũ a deo receptorũ recalcitrauit cõtra deũ: ſicut equus pinguis ⁊ delitioſus cõtra dñm. Vñ dereliquit deũ factorẽ et creatorẽ ⁊ bñfactorẽ ſuũ: ⁊ receſſit et apoſtatauit a deo ſalutari ſuo: q ui toties ſaluauerat ⁊ liberauerat eũ de captiuitate Egypti: ⁊ et de alijs periculis. obliti tot bñficioꝝ receſſerunt a deo vero: ⁊ adheſerunt dijs alienis. Et ſic ꝓuocauerunt deum ad furorẽ ⁊ vindictã in dijs alienis. i. colendo deos alienos: ⁊ cõcitauerũt eũ ad iracundiã in ſuis abominationib⁹. Nã poſt morteꝫ Joſue immolauerũt ſacrificia demonijs ⁊ nõ deo ſuo vero: ſed demonijs dijs ſuis falſis: quos ignorabant eſſe deos: qui q̃dẽ dij falſi noui recẽteſqꝫ venerũt inter eos q̃s pr̃es eoꝝ Abrahã/ Iſaac/ ⁊ Jacob/ ⁊ Moyſes/ ⁊ Aaron/ ⁊ ceteri antiq̃ nõ coluerunt/ imo abominati ſunt et exhorruerũt. qđ q̃dẽ ſcel⁹ ꝑpetrarũt filij Iſrael in terra eis data: vt ptꝫ ꝑ totũ diſcurſuꝫ lib. Judicũ ⁊ regũ. Vñ Moyſes ꝓuidens talia ſcelera futura illius ppl'i apoſtraphat ad eum/ exprobrando ⁊ obiurgãdo. et dicit. O popule ſcelerate dereliquiſti deum qui te genuit ⁊ honorificauit: ⁊ oblitus es dñi creatoris tui ſequendo deos alienos. quaſi dicat nõ impunitus abibis ꝓpter tantam ingratitudinem. Et ideo deinde cum dicit/

**Vidit dñs: ⁊ ad iracundiam cõcitatus eſt: quia prouocauerunt eum filij ⁊ filie.**

¶ Predicit illi⁹ ppl'i punitionẽ ⁊ deſtructionẽ. Ad cuius euidẽtiã eſt primo notãdũ: ꝙ ille ppl's nõ ſemel ſed multotiẽs apoſtatauit a deo: ⁊ ſecutus eſt deos alienos. Vñ ilico poſt paruum tꝑs poſt morteꝫ Joſue fornicat⁹ eſt cũ dijs terre: ſed de⁹ incepit eos opprimere per reges finitimos: ſed ſuſcitauit eis Othoniel q̃ liberauit eos. Et ſic in. cc. annis decies apoſtatarũt: ⁊ decies de⁹ liberauit eos per iudices quotienſcũqꝫ reuertebant̃ ad dñm: vt patet ꝑ totũ diſcurſuꝫ libri Judicũ. Et iterũ tꝑe Regum Salomõ incepit idololatrare: ⁊ tria tẽpla idolorũ fabricare: ⁊ q̃ ꝑſeuerauerũt i Hierl'm vſqꝫ ad tꝑa Joſie. Itẽ poſt Salomonẽ diuiſi ſunt i duo regna. Vñ regnũ Iſrael ſemper perſeuerauit in idololatria: ⁊ ꝓ maiori parte reges Juda ⁊ Hierl'm perſeuerauerunt in eadẽ. Sed cuꝫ tam reges Iſrael ꝙ̃ Hierl'm frequenter moniti per ꝓphetas nollent deſiſtere a via ſua mala: ideo de⁹ incepit primo attediari contra Iſrael ⁊ auertere faciẽ ſuã ab eis: ⁊ incepit eos ſucceſſiue punire. Nã primo venit Tethaglatphalaſar rex Aſſirioꝝ: ⁊ ĩfeſtauit regnũ Iſrael: ⁊ aſportauit duas tribus cũ dimidia que habitabãt vltra Jordanẽ: ⁊ etiã partẽ eorũ qui habitabãt citra Jordanẽ: et trãſtulit eos in Aſſyrios. iiij. Reg. xxxv. q: ſemꝑ perſeuerabãt reges Iſrael in eadẽ idololatria. Ideo venit Salmanaſar ⁊ trãſtulit ⁊ aſportauit in captiuitatẽ ſeptẽ tribus cũ dimidia/ q̃ remanebãt citra Jordanẽ de regno Iſrael. Et ſic fuit penitus deletũ illud regnũ ꝓpter ſcelera ſua: ⁊ maxime ꝓpter pctm̃ idololatrie: vt patet. iiij. Reg. xxv. Poſt mortẽ aũt Joſue incepit de⁹ ꝓpter idẽ pctm̃ punire regnũ Hieruſaleꝫ ⁊ Juda per reges Chaldeorum vidẽs obſtinationẽ eorũ. Nam primo venit Nabuchodonoſor: ⁊ cepit Joachim regẽ Hieruſalem: ⁊ occidit euꝫ/ ⁊ duxit ſecũ pueros oẽs de ſemine regio in Babyloniã: inter quos duxit ſecum Danielem/ ⁊ Ananiã/ Azariã/ ⁊ Miſaelẽ/ cum multis

iiij. re. xxv. e pe. diſt. iij. ꝓductio. §. ſ. et xv. q. ſ. reuertimini.

alijs nobilibꝰ. Et iſti dicti filij obſides de Hierl'm. Iterū poſt tres annos reuerſus eſt Nabuchodonoſor ⁊ tranſmigrauit Hieroniā cū decē milibꝰ nobiliū in Babyloniā: ⁊ cōſtituit Sedechiā in regem Hierl'm. Sed cū Sedechias in ſuis ſceleribus cum oī pp'lo pſeueraret/pmiſit deꝰ vt cōtra regē Babylonie rebellaret: ⁊ ſic venit Nabuchodonoſor i Hieruſalē: ⁊ obſedit eā in gyrū .xviij. mēſibus: intantū ꝙ matres ex inedia coacte ſunt comedere ꝓprios filios. Et ſic capta ⁊ incenſa eſt ciuitas cū tēplo et a fundamentis euerſa: ⁊ rex oculis orbatus et cū oī populo ductꝰ eſt captiuus in Babyloniam: ⁊ ibi miſerabiliter interfectus. ⁊ ſic fuit finis miſerabilis illorū duorū regnorū ꝓpter peccatum idololatrie: et quos frequēter deus per ꝓphetas monuerat: ⁊ multotiens eis pepercerat: ⁊ per magna tpa eos ad penitentiam expectauerat. Sed finaliter vidēs obſtinationeꝫ eorum decreuit a ſuis regnis eos eijcere: ⁊ in terras alienas in captiuitatē ⁊ ſeruitutē ⁊ redigere: poſtꝙ maluerūt dijs alienis ꝙ proprio deo ſeruire. Hāc ergo futurā deſtructionē ⁊ captiuitatē predicit Moyſes ex parte dei: ⁊ cōminat̄ illi populo. ⁊ loquit̄ ſemper ꝑ verba de ꝑterito ꝓpter certitudinē ꝓphetie: et ſentētie dei. Unde lꝫ deꝰ per magna tempora expectauerit correctionē illius populi: tamē quia finaliter vidit obſtinationem ⁊ incorrectionē eorum: ideo ad iracundiā concitatus eſt: quia filij ſui ⁊ filie/quos in filios ⁊ populum peculiarem ſibi elegerat ꝓuocauerūt eū ad iram ⁊ vindictam: quia eſt generatio praua: ⁊ infideles ⁊ rebelles filij. Ideo

xlv. di. c. ſcilicet Iud. et xxiij. q. v. ca. ſi audieris.

**Et ait: abſcondā faciem meam ab eis: ⁊ cōſiderabo nouiſſima eorum.**

**Generatio eñ peruerſa eſt: ⁊ infideles filij**

¶ Deus ait. Ego abſcōdā faciē meā ab eis/auxiliū ⁊ fauorē ſubtrahendo ⁊ negando: ⁊ cōſiderabo nouiſſima ſcelera eorū. i. ſecūdū nouiſſimā obſtinationē ⁊ impenitentiā eorū reprobabo ⁊ puniā eos: eo ꝙ eſt generatio praua ⁊ incorrigibilis: ⁊ infideles filij ⁊ apoſtate et idololatre. ¶ Unde notanter dicit/conſiderabo nouiſſima eorū: quia aliter ſe hꝫ deus in predeſtinādo hoiem: ⁊ aliter in reprobando. Unde deus nō ꝑdeſtinat hoiem: qꝛ nouit ipſum futurū bonum ⁊ iuſtū: ī immo ꝑdeſtinauit ipm ab eterno: ⁊ ꝑparauit grām iſti: vt ſit bonꝰ ⁊ iuſtus: qꝛ elegit nos ante mūdi cōſtitutionē: vt eſſemꝰ ſancti/ad Ephe. i. Sed per oppoſitū eſt de reprobatis. Nam nō ꝑſciuit/nec reprobauit eos deꝰ ab eterno/ vt eſſent mali ⁊ dānati. ſed quia preſciuit eos ſemper ⁊ finaliter malos impenitentes/ideo eos reprobauit. Et ideo dicit deus de illo populo quem preſciuit in ſua idololatria obſtinatum/Conſiderabo nouiſſima ſcelera eorū incorrigibilia ⁊ nouiſſimaꝫ impenitentiā ⁊ obſtinationem eorum. ⁊ ſecundum illa nouiſſima puniam eos abſqꝫ miſericordia. Et ideo reddens cauſam ſubdit

℟ No. de prede ſtina tione.

xxviij. diſtin. c. ido lola tria. et xxij. q. i. c. ſcien dum. xiv. di.

**Ipſi me prouocauerūt: in eo qui non erat deus.**

¶ Sequendo deos alienos: ⁊ contempſerunt me.

**Et iritauerunt in vanitatibus ſuis.**

¶ Et ſuperſtitionibus/relinquendo verū cultū. Ideo

**Et ego prouocabo eos in eo qui non eſt populus meus.**

¶ Id eſt ſubijciam eos populo alieno: ſcꝫ babylonico qui non eſt populus meus: ſed alienus.

**Et in gente ſtulta irritabo illos.**

¶ Id eſt cōtemnā illos: ⁊ ponā in gēte inhumana: ⁊ crudeli: que affligat eos ſine miſericordia. quaſi dicat. Sicut idololatrādo me negauerūt eſſe deum ſuū ⁊ adheſerūt dijs alienis ⁊ falſis: ita ego negabo eos eſſe pp'lm meū: ⁊ ſubijciā eos gēti aliene et ſtulte ⁊ crudeli. Queadmodū fuerūt Chaldei: q̄ ciuitatē ⁊ tēplū icēderūt: ⁊ eos trucidauerūt ⁊ captiuos i Babyloniā duxerūt: ⁊ crudeliter eos ⁊ abſqꝫ miā trucidauerunt ⁊ afflixerunt ⁊c. Unde ſubdit

ca. fea illud. et. xx iij. q. i. non. ſucce tur.

**Ignis ſuccenſus eſt in furore meo: ⁊ ardebit vſqꝫ ad inferni nouiſſima.**

¶ In illo templo et ciuitate: ⁊ combu ret ciuitateꝫ ⁊ templuꝫ vſqꝫ ad infima foſſe fundamēta. Uñ ſcol hebraice idē eſt qđ foſſa inferior latine. Nā anteꝙ muri edificent̄ prius foditur ⁊ cauatur foſſa in qua iaciuntur fundamenta ſuper que edificantur muri ⁊ parietes. Et ſic dicit quod ille ignis cōbuſſit templum et ciuitatem vſqꝫ ad fundamenta: q̄ latebant in foſſa inferiori: et ideo ſubdit.

**Deuorabitqꝫ terram cū germine ſuo: ⁊ mōtium fundamenta comburet.**

¶ Ignis ille deuorabit totā terrā Iudee cū germine. i. cū oībus arboribus ⁊ vineis ⁊ ſegetibus ⁊c. ⁊ cōburet fundamēta mōtiū. i. ꝑdia ⁊ poſſeſſiones q̄ erāt in mōtibus ⁊ radicibꝰ montiū: qꝛ oia cōbuſſerunt ⁊ deſtruxerūt Chaldei in illa obſidione. ¶ Et nota ꝙ ille ignis nō ſolū intelligitur de igne materiali cōbuſſit ciuitatē ⁊ templū ⁊ totā terrā: ſed etiā intelligit̄ de igne furoris et ire dei: q̄ accēſus ⁊ effuſus eſt ſup illū populū ꝑpter ſupradicta ſcelera eiꝰ: qꝛ totalr̄ decreuit delere eos. Et iđ ſubdit.

**Congregabo ſuper eos mala: ⁊ ſagittas meas complebo in eis.**

**Conſumentur fame: ⁊ deuorabūt eos aues morſu amariſſimo.**

**Dentes beſtiarum īmittā in eos. cū furore trahentium ſuper terrā atqꝫ ſerpentium**

**Foris vaſtabit eos gladius et intus pauor: iuuenem ſimul ac virginem lactentem cum homine ſene.**

¶ Ego congregabo ſuper eos multa mala: et prelia ⁊ ſeditiones ⁊ ſic ſagittas meas. i. ſagittas mee vindicte cōplebo in eis per Chaldeos in illa obſidione: intantū ꝙ cōſument̄ deficient et peribunt fame. Et aues. i. Chaldei veloces ad modū auium deuorabūt eos morſu amariſſimo: ⁊ dētes beſtiarū i. crudelitatē Caldeoꝝ ad modū beſtiaꝝ īmittā in eos cū furore trahētiū. i. reptiliū draconū atqꝫ ſerpētū. i. mittā ꝯtra eos Chaldeos: q̄ deuorabūt eos tanꝙ beſtie ⁊ dracones ⁊ ſerpētes ⁊ gryphones et aq̄le. Et ſic gladiꝰ cū machinis ⁊ tormentis ⁊ telis vaſtabit eos foris cōtinue inijciendo arma bellica cōtra ciuitatē: ⁊ intus vaſtabit eos pauor cōtinuꝰ: vaſtabit dico iuuenē ſimul ac v̄ginem ⁊ infantē lactentē in vberibꝰ matris ſue/cū homine ſene. quaſi dicat: ꝙ tātus erit ſtrepitus armoꝝ ⁊ machinaꝝ ⁊ tormētoꝝ in illa obſidiōe/ꝙ oēs ſtatꝰ ⁊ ꝯditiōes

iiij. q. glo. xx. xx. reli. ſimi. et la. dil. illud et xxiij. q. v. audi. ro.



ab hoīe ſene vſqꝫ ad infantē lactētē in ſinu ⁊ vbere matris tremēt ⁊ pauebūt videns iminere eis interitū: vſque quo deueniāt in finalē deſtructionem et captiuitateꝫ. Que oia mala fuerunt cōpleta in illo populo ⁊ tēplo et ciuitate: vt ptꝫ. iiij. Regū vltimo ⁊ ſecūdi paralypomenon vltimo cap.

**Et dixi: vbinā ſunt: ceſſare faciam ⁊c.**

¶ Hec eſt ſcđa pars huiꝰ narrationis ⁊ cōminationis: quā Iudei cōtinuāt cū ꝑcedēti exponentes totū de deſtructione Hierl'm facta ꝑ Chaldeos / nullā faciētes mētionē de deſtructiōe ſcđi tēpli ⁊ ciuitatis et de vltia captiuitate facta ꝑ Romāos. Sed dictū eſt ſupiꝰ qualr̄ Moyſes ꝑuidit in ſpū ꝑ reuelationē totū diſcurſum illiꝰ pp'li vſqꝫ ad Chriſtū: et ſubſtitutionē pp'li gētilis: et ꝑuidit deſtructionem vtriuſqꝫ tēpli. Et iđ poſtꝙ ſupius moyſes in ꝑſona Chriſti ꝑdixit: ⁊ cōminatꝰ eſt deſtructionē ꝑmi tēpli ⁊ ciuitatis q̄ facta fuit ꝑ Chaldeos: nunc in hac ſcđa parte ꝑdicit: ⁊ cōminat̄ deſtructionē ſcđi templi ⁊ ciuitatis: ⁊ ꝑpetuā captiuitatē illiꝰ pp'li: q̄ fuit facta ꝑ Romāos in vindictā mortis xp̄i. ¶ Ad cuius itellectū eſt notandū: ꝙ Iudei ꝓpter pctm̄ idololatrie ⁊ obſtinatiōis merebant̄ nō ſolū deleri: et eijci de terra ſua: ſed totalr̄ deleri de mundo nullo remanēte: nec vnꝙ ad ꝓpria reuerti: ſꝫ deſcendere ad inferni nouiſſima. ſꝫ deus noluit Iudeos totalr̄ de mūdo delere: nec eos in perpetua captiuitate detinere: ne Nabuchodonoſor ⁊ ſui ſucceſſores ſuperbirēt de victoria ſua putantes deū Iudeoꝝ eſſe victū ab eis: ⁊ Iudeos nō ēē traditos ſue poteſtati ꝓpter pctā cōmiſſa contra deū: ſꝫ in ꝓprijs viribꝰ de ipſis Iudeis obtinuiſſe triūphū. Et iđ deus voluit poſt .lxx. annos reducere illū pp'lm in terrā ſuaꝫ: et excitauit ſpm̄ Cyri: vt dimitteret captiuitatē: ⁊ daret licentiā Iudeis reedificādi ciuitatē ⁊ tēpluꝫ: vt ibi libere deo ſeruirēt vſqꝫ ad aduentū meſſie: ⁊ deincepꝰ a pctīs abſtinerent ⁊ corrigerēt: ⁊ meſſiā in lege ꝓmiſſuꝫ fideliter reciperent in illo ſcđo tēplo reedificato. ſed ipſi peiꝰ pctm̄ ꝑpetrarūt et cōmiſerūt cōtra deū. Nā venit Chriſtꝰ deꝰ ⁊ hō meſſias in lege ꝓmiſſus vt legē declararet: et eos de captiuitate liberaret: ſed qꝛ doctrina Chriſti erat eorū ſuꝑbie cōtraria et auaritie. iđ cōceperūt inexorabile odiū cōtra eū: ⁊ occecati in ſua malitia cōtra legeꝫ ⁊ oēm iuſtitiā ipm morti tradiderūt: ⁊ qđ peiꝰ fuit ſpōte in ſua malitia ⁊ obſtinatione manere voluerūt. Et ſic facta ſunt nouiſſimā pp'li illiꝰ peiora oībus ſceleribꝰ peioribꝰ. iđ punitio eoꝝ fuit eterna in corpore ⁊ aīa. Nam per Titū ⁊ Romanos ciuitas cū tēplo fuit incēſa: et ipſi partim fame conſumpti ⁊ trucidati: ⁊ totū reſiduū in ꝑpetuā captiuitateꝫ ⁊ ſeruitutē fuit deſtinatū ⁊ per totū orbē diſperſum: et aīe eoꝝ fuerunt ad eternaꝫ penā cōdēnate. Et ſic in corpore et aīa fuerunt puniti. Et hoc eſt qđ ꝑdicit ⁊ cōminat̄ deus per Moyſen in hac ſcđa parte in qua tria facit. Pmo eñ explicat cām quare deus noluit totaliter eos in prima captiuitate de mundo delere: ſed eos a captiuitate in Hierl'm reuocare. Secundo explicat irremiſſibile pctm̄ qđ cōmiſerunt cōtra deū: ⁊ meſſiā eius. Tertio ꝑditionem eorū ⁊ finalē deſtructionem ⁊ perpetuā dānationē. Scđm ibi. De vinea Sodomorū. Tertiū ibi. Nonne hec cōdita ſunt apud me. ¶ Quātū ad primum eſt aduertendū ꝙ duplici de cā deus voluit ſeruare reſiduū illius populi: ⁊ nō totaliter de terra extirpare ⁊ delere: immo voluit poſt .lxx. annos eos in terram ſuā reuocare per Cyrū. Pma cā fuit propter ſuperbiā regū Babylonie ⁊ oīm Chaldeorū: ne putarent victoriam ſuā contra Iudeos ꝓueniſſe ex viribus ſuis/⁊ non ex pctīs Iudeorū: et ne ꝓpter hoc contēnerēt deū Iſrael/dicētes eū eſſe impotētē et victum. Unde Balthaſar fecit conuiuiū: ⁊ in vaſis ſacris tēpli dabat potū cōcubinis ⁊ ceteris in cōtēptuꝫ dei: vt patet Daniel. v. Scđa/vt remaneret tēpus penitendi/vt recordati punitionis et captiuitatis facte: iterū nō peccarent nec rebellarēt cōtra deū: ſed per punitionē factam de ꝑterito cauerent pctā de futuro/ne amplius rebellarēt cōtra deū in carne vēturū ſed ipſuꝫ reciperēt tanꝙ ſaluatoreꝫ ⁊ meſſiam: ⁊ eius doctrinaꝫ ſequerent̄. Et hoc eſt qđ dicit dominus per Moyſen in hac parte. vnde ait dicens vbinā ſunt iſti Iudei ſcelerati.

deꝰ ſaluauit ꝑtē in deorū.

**Ceſſare faciam ex hoībus memoriā eorū. Sed propter irā inimicorū diſtuli: ne forte ſuperbirent hoſtes eorum: ⁊ dicerent. Manus noſtra excelſa: ⁊ non dominus fecit hec omnia.**

de pe. diſ. i. c. cacitur nitas. §. deus enim.

¶ Ceſſare faciam memoriā eorū ex hoībus: ⁊ delebo et extirpabo eos totaliter de mundo/ne āplius nominentur in memoria hoīm: ſecunduꝫ ꝙ merentur peccata eorum. quaſi dicat. Ita debuiſſem facere. ſ. delere memoriā eoꝝ. Sed ego diſtuli eoꝝ vitam propter iram ⁊ temeritatē ⁊ ſuperbiam inimicorum ſuorum Chaldeorum: ne forte hoſtes eorum Chaldei ſuperbirent et gloriarent̄ de viribus ſuis et de potentia ſua: et dicerent/manꝰ et poteſtas noſtra excelſa fecit hec omnia. i. ſuperauit et captiuauit Iudeos et incendit Hieruſalem cuꝫ templo. Et non fecit hoc dñs deus eorum: immo fuit victus a nobis: nec potuit nobis reſiſtere: quia eius vaſa ſacra aſportauimus in Babyloniam: ⁊ damus in eis bibere cōcubinis et familiaribus noſtris: vt patet Danielis. v. Secunda cauſa quare deus noluit totaliter Iudeos delere ſed eos de captiuitate reuocare/fuit vt ex preterita punitione caſtigarentur ⁊ corrigerentur: ⁊ precauerent futuram et nouiſſimam rebellioneꝫ: ſed quando veniret meſſias reciperent eum. Sed quia hoc non fecerunt Iudei: immo totum oppoſitū: ideo ſubdit Moyſes.

xxiiij. q. ij. c. in eccl'iaſtico. et ix. q. iij. c. aliorum.

**Gens abſqꝫ conſilio eſt et ſine prudentia: vtinam ſaperent ⁊ intelligerent: ac nouiſſima prouiderent.**

**Quomodo perſequebatur vnus mille: ⁊ duo fugarent decem milia.**

¶ Iſta gens Iudaica eſt abſqꝫ conſilio et ſine prudentia. ¶ Unde eſt aduertendum ſicut dictum eſt in principio qđ iſta doctrina ſimul eſt moralis et prophetica. Et ideo ſimul docet intelligere verum bonum et cauere malum futurū. Ideo dicit qđ iſta gens fuit ſine cōſilio inquantum neſciuit diſcernere inter bonū ⁊ malum eorū que ſunt ad finē: ⁊ fuit ſine prudentia inquantum neſciuit memorare preterita et diſpenſare preſentia et preuidere futura: ⁊ immo ſemper in omnibus eligit peiorem parteꝫ dimittendo deū verū a quo tot bona receperat: et ſe

quēdo deos falſos: ꝓpter qđ peccatum tot pſitiones paſſa eſt. Et ſic illa gēs ē et fuit ſemꝑ ſine conſilio in nō diſcernēdo: et ſine prudentia in male eligēdo / et malū nō cauendo: ſed ſemꝑ ad deteriora ꝑcipitādo et ꝓcedendo vſquequo xp̄m occiderunt. Et ideo ſubdit. Utinā iſti Judei ſaperent ſcripturas. i. diligēter explorarēt et īueſtigarēt et ꝑſcrutarētur cū ſapore ſcripturas: qꝛ hoc ꝑtinet ad ſapiētiā q̄ eſt de rebus diuinis et altiſſimis: que in ſola ſacra ſcriptura reperiunt̄. Et vtinā itelligerēt. i. ad itelligendū ſcripturas cuꝫ humilitate et rōne ſe ꝑpararent nō ad ſenſum carnalē: ſed ſpūalē: Et ſic ꝓuiderent. i. ꝓcul viderēt nouiſſima myſteria de xp̄o et eccleſia: q̄ in ſcripturis latēt et occultant̄. Et ſic ꝓuiderent q̄ꝫ Chriſtꝰ eſt finis nouiſſimꝰ totius legis: et quō oēs ſcripture loquūtur de xp̄o tanq̄ ꝺ fine nouiſſimo. Uñ ſi iudei fuiſſent vſi bono conſilio in diſcernēdo: ꝛ bōa ꝓuidēria in eligendo: et ſapuiſſent ꝛ intellexiſſent ſacras ſcripturas ad veruꝫ ſenſum: ꝛ prouidiſſent nouiſſima myſteria figurata ꝑ ſacrā ſcripturā: non negaſſent nec occidiſſent Chriſtum: patrem peſſimā ꝛ malā eligēdo. Itē ſi cū conſilio ꝛ prudentia ſapuiſſent ꝛ itellexiſſent victorias et punitiones ꝑteritas / quō deꝰ puniuerat eos propter peccata ſua quotiēs peccauerāt: ꝓuidiſſent nouiſſima: ꝛ cauiſſent iterū peccare. Uñ ſi ſapuiſſent: et intellexiſſent: et recordati fuiſſent quō ꝓpter idolatriā totiēs puniuerat eos per finitimos tp̄e Judicū et Regū: et finaľr ꝑ Chaldeos fuerunt afflicti et deſtructi et a finibꝰ expulſi ꝛ captiuati in Babylonia: tunc ꝓuidiſſent nouiſſima ꝛ non occidiſſent nec negaſſent xp̄m. Itē ſi ſapuiſſent et itellexiſſent oīa ſupradicta: et cognouiſſent et cognoſcerēt quō ciuitas cū templo fuit incenſa ꝑ Chaldeos: et ppľs ductus captiuus: et quō vnus Chaldeus fugabat mille Judeos: et duo fugarent decem milia Judeorum in illa obſidione: tunc cognoſcerent q̄ hoc nō euenit ex defectu et debilitate dei: nec ex viribus ꝛ potentia Chaldeorum et aliorum aduerſariorum: ſed ex peccato idololatrie Judeorum. Unde.

Chriſtus eſt finis legis.

## Nonne ideo quia deus ſuus vendidit eos: ꝛ dominus concluſit illos?
## Non enim deus noſter vt dij eorum: et inimici noſtri ſicut iudices.

¶ Nonne ideo iudeis euenit iſta pſecutio: qꝛ deus ſuus vendidit illos et tradidit in manus inimicorū: ꝛ dñs cōcluſit illos in illa obſidione ꝓpter peccata ſua ſuꝑ. ꝛ nō ex oīpotentia dei: q. d. imo. ꝓpter peccata illius ppľi: qꝛ deus noſter non eſt deus victus ꝛ impotens ſicut dij eoꝝ / q̄ ab eis dicunt̄ q̄n̄q̄ victi et impotentes: vt pꝫ in libro Eneidos primo: vbi dicit Juno. Gens inimica mihi. Tyrrhenuꝫ nauigat equor: Iliū in Italiam portās victoſq̄ penates. Itē in lib. ij. eiuſdē Uirgilij. Heu nihil inuictis fas quēq̄ fidere diuis. vbi alij legunt inuitis. i. nolentibus. Ex quo pꝫ q̄ dij Troianorū ꝛ aliorū gentiliū ſunt ipotentes ꝛ victi: ſed deus noſter non eſt ipotens ſicut dij eoruꝫ / imo eſt oīpotentiſſimus: de quo inimici noſtri infideles poſſunt eſſe iudices et teſtes: eo q̄ experti ſunt multotiens omnipotētiā dei noſtri: vt patet in portentis et ſignis Egypti: et in tranſitu maris rubri: vbi dixerunt: Fugiamꝰ Iſraelem: dominus enim pugnat pro eis contra nos. Exodi. xv. Itē Seon rex Amorreorū ꝛ Og rex Baſan ꝛ oīa regna Chanaan ſunt iudices ꝛ teſtes de oīpotentia dei noſtri: qꝛ in ingreſſu terre promiſſiōis non manſit ſpiritus nec vires in hoſtibus: intantū q̄ vnus de populo Hebreorū fugabat mille de Chananeis. Item Nabuchodonoſor punitꝰ a deo dixit q̄ non erat alius deus ſuper terrā niſi deꝰ Hebreorū. Danieľ. iij. ꝛ. iiij. ꝛ. v. Et vltimate Cyrꝰ et darius reges Perſaꝝ: q̄ iterfecerūt Balthaſarē regē Babylonie ꝛ ſubiugarūt regnū et relaxarūt captiuitatē: ſunt iudices et teſtimoniū de oīpotētiā dei: vt pꝫ Eſdre primo. Ergo ſequitur q̄ deſtructio regni Judeorū nō ꝓuenit ex viribꝰ Chaldeoꝝ nec ex oīpotētia dei: ſꝫ ex peccatis Judeoꝝ. In tota ergo ſupradicta particula oſtendit Moyſes q̄ licet Judei ex ſuis demeritis ꝛ pctō idololatrie meruiſſent totaliter deleri a memoria hominū: tamen deus voluit eis ꝓlōgare vitā propter tria. Primo ne inimici infideles ſuperbirent ꝛ gloriarent̄ de viribus ſuis: et attribuerent victoriaꝫ dijs ſuis. Scđo vt Judei ſaperent ꝛ intelligerent ſcripturas / ꝛ cōſiderarēt punitiōes factas ꝛ per illas cauerēt futura pctā: ꝛ ꝓuiderent nouiſſima myſteria de Chriſto ꝛ eccleſia: ꝛ reciperent Chriſtū in aduētu ſuo ne ſibi eſſent iterū rebelles ſicut prius. Tertio ne gētiles putarent deum noſtrum eſſe impotentē et victum: ꝛ non potuiſſe iuuare cultores ſuos: ſed vt Judei cognoſcerent illam punitionem ſibi fuiſſe inflictaꝫ propter ſcelera et peccata ſua et propter idololatriam / deo permittente ipſos rebellare regi Babylonie ꝛ per ipſum affligi. Deinde cum dicit /

Deus pater xp̄o.

## De vinea Sodomorum vinea eoruꝫ: et de ſuburbanis Gomorre.
## Uua eoꝝ vua fellis: ꝛ botrꝰ amariſſimus. Fel draconum vinum eorum: ꝛ venenum aſpidum inſanabile.

¶ Predicit vltimū pctm̄ Judeorū cōmiſſum cōtra deū ꝛ meſſiā in lege ꝓmiſſum. Unde ſupra dixit deꝰ q̄ ideo reliq̄t ꝛ reuocauit eos a captiuitate ad terrā ſuā. Primo vt inimici nō ſuperbirēt ꝛ putarent deū noſtrū impotentē. Scđo vt Judei deinde ſaperēt ꝛ intelligerēt ſcripturas ꝛ ꝓuiderēt nouiſſima de Chriſto vēturo: ꝛ nō negarēt: ſed reciperēt ipm̄: ꝛ deinde cauerēt rebellare cōtra deū: ſed ipſi iudei fuerūt ſine ſapientia ꝛ cōſilio ꝛ prudētia: qꝛ peiora ſcelera cōmiſerūt q̄ prius. Nā ante deſtructionem primi tēpli peccauerunt ꝑ idololatriā: ſꝫ poſt captiuitatē in fine ſecūdi tēpli nō ſolū fuerūt deo rebelles negando Chriſtū meſſiam ſuū: ſed etiaꝫ ex odio ipm̄ occiderūt / ꝛ in eadē infidelitate et obſtinatiōe permāſerūt: quoꝝ pctm̄ ꝛ eius grauitatē explicat deus per Moyſen ꝑ cōparationeꝫ vinee ꝛ vue ꝛ vini. ¶ Ad cuius intellectuꝫ eſt notandū: vt pꝫ Eſa. v. q̄ totus ille ppľs ab Adā et Iſrael vſq̄ ad aduentū Chriſti dictꝰ fuit vinea chriſti: vt dictum eſt pſal. lxxix. ꝛ Ezechieľ. xvij. Quam vineam coluerunt patriarche et ꝓphete ꝛ oēs fideles vete. teſt. expectādo vt faceret illā ſalutarē vuā et botrū q̄ fuit Chriſtus: qui quidē botrus ꝛ vua fuit torta et exp̄ſſa in torculari crucis / ex qua exp̄ſſum eſt vinū ſacroꝝ ad ſalutē oīm fidelium ſimul cū vino gñalis redēptionis: ꝛ ſub tali fide ꝛ ſpe oēs fideles ver. te. colebant iſtā vineā ꝛ legem Moyſi. Sed iſta vinea legis iam ꝓtulit vuā ſuā in aduentu ſuo: ꝛ collegiuꝫ apl'orū ꝛ fideliū iā ꝓtulerūt fructū fidei colligendo iſtā vuā ꝑ fidē: ſed ſynagoga non fecit vuas fidei ſꝫ labruſcas amariſſimas infidelitatis ꝛ odij ꝛ homicidij cōtra Chriſtū. Et ſic ex vinea dñi facta eſt vinea Sodomorū ꝛ Gomorre Et ſic pꝫ quod domus Iſrľ q̄ erat vinea dñi exercituū diuiſa fuit i duas partes Quarū minor recepit Chriſtū ꝑ fidem: et ſic fecit verū fructū: ꝛ collegit de vinea legis vuā ſalutarē q̄ fuit xp̄s ex qua vua expreſſit vinuꝫ redēptionis ꝛ ſacroꝝ. Et ſic iſta minor portio manſit vera cū ſuo fructu Altera aūt pars maior nō fecit vuas fidei: ſed labruſcas amariſſimas infidelitatis odij ꝛ homicidij: qꝛ nō ſolū nō recepit Chriſtū: ſed negauit ꝛ occidit eū ꝛ ſic ex lege nō collegit fructum ſalutis ꝛ redēptionis ſed damnatiōis: et ſic facta eſt pars vinee Sodomorū tota ſynagoga Judeorū q̄ Chriſtū negauit / vſq̄ in hodiernū diem. Et iō dicit Moyſes. qꝛ iudei nō ſapuerūt legē nec intellexerūt eā nec ꝓuiderūt nouiſſima xp̄i q̄ in lege erant figurata ꝛ ꝓmiſſa ꝛ in ꝓphetis ꝓnūciata: iō vinea eorū facta ē de vinea Sodomorum ſterilis et ceca ¶ Ad cuius intellectū eſt iterū notādū q̄ Sodoma interꝑratur ſterilis ꝛ cecitas: aut pecꝰ aut declinatio dicit̄ eni cecitas: eo qđ ex paſſione vitiorū ꝑcuſſa fuit cecitate mētis intātū q̄ ꝑdidit iudicium rationis: ꝛ oēs effecti ſunt beſtiales i moribꝰ: qꝛ abutebant̄ vitio luxurie in maſculos. Iō Sodoma interp̄retat̄ pecus ꝛ beſtia / Uñ voluerūt abuti duobus angelis q̄ ingreſſi ſunt in domum Loth. niſi q̄ ꝑcuſſi ſunt cecitate. ꝛ ſic facti ſunt ceci corꝑe ꝛ mente. Uñ Sodoma cū ſuburbanis ꝛ ciuitatibus adiacentibꝰ ſubmerſa ꝛ cōbuſta eſt ꝛ ſteriľ facta: vt pꝫ Geñ. xix. Hoc idē factū eſt ꝺ Gomorra cum ſuis vicis ꝛ ruribꝰ ꝛ ſuburbāis. Iō Gomorra interꝑtat̄ cecitas ꝛ ſeditio aut timor popularis. Et qꝛ ppľs Judaicus ſiue ſynagoga fuit ꝑcuſſa cecitate mentis et odij in aduentu Chriſti: ꝛ non fecit fructū fidei / iō đr ceca ꝛ ſterilis ꝛ beſtiaľ ꝛ ſeditioſa ſicut Sodoma ꝛ Gomor. Et ſic iam nō đr vinea dñi: ſꝫ vinea Sodomorū ꝛ Gomorre. Uñ ſicut ſocietas apl'oꝝ et diſcipuloꝝ ꝛ oīꝫ ꝯuerſorū facta eſt vinea dñi ꝑ fidē: ita ſynagoga ꝑ infidelitatē ꝛ cecitatē fctā eſt vinea Sodomorū ꝛ Gomorre. ¶ Tertio eſt vlterius notandū q̄ ſicut in vinea conſiderant̄ tria ꝑ ordinē. ipſa vinea: que eſt congregatio vitium ꝛ palmitū viridiū Secundo vua q̄ inde colligit̄. Tertio vinum qđ ex vuis exprimitur: Ita pariter vinea eccľie fuit ipſa congregatio apoſtolorū ſub virore viuius fidei adunatorum. Fructus autem ſiue vua huius vinee fuit charitas qua Chriſtum receperunt. Uinuꝫ autem fuit gratia ꝛ effectus redemptionis. Et etiā vinum huius vinee fuit ꝑdicatio euangelica et operatio miraculorum: q̄ apoſtoli ex fide ꝛ charitate expreſſerunt. Per oppoſitū ſynagoga. Nam qꝛ illa vinea erat ceca ꝛ in odio cōtra Chriſtū inueterata: ideo peperit vuas et botros amariſſimos mendacij et falſi teſtimonij contra Chriſtum. Et ſic fecit deuꝫ et legē mēdacē / quando Chriſtū negauerūt. Uñ Judei primo cōceperunt odium cōtra Chriſtū in corde ꝛ cecitate mentis. Secundo protulerūt mendaciū ꝛ falſum teſtimoniū ꝛ blaſphemiā cōtra eum in ore. Tertio cōmiſerunt homicidiū. i. operatione qñ ipſum crucifixerūt. Quarto manſerunt in infidelitate ꝛ obſtinatione ꝛ damnatione ꝑpetua. Radix ergo ꝛ vitis illius vine e Sodomorum eſt cecitas ꝛ odium inueteratum: vua autem fuit mendacium ꝛ falſum teſtimonium ꝛ blaſphemia dicta ꝯtra Chriſtum vinum fuit homicidiū ꝛ mors Chriſti. Acetuꝫ autem factum ex illo vino eſt obſtinatio acerrima ꝛ damnatio amariſſima: ꝛ deſolatio que manet et ꝑſeuerat in illo populo vſq̄ in finē Hoc eſt ergo q̄ intendit dicere Moyſes in hac particula. ſ. q̄ deus noluit totaliter delere iſtam vineam in illa captiuitate Babylonis: immo vocauit ipſam vt ſaperet ꝛ intelligeret legem: ꝛ nouiſſima myſteria Chriſti ꝓuideret ꝛ Chriſtū in aduentu ſuo ꝑ fidē reciperet ꝛ veras vuas fidei ꝛ verū vinū colligeret ꝛ faceret ꝛc. Sed totū oppoſitum fecit. Nam vinea et ſynagoga degenerās a lege ꝛ recedens a deo facta ē de vinea Sodomorū ꝛ ſuburbanis Gomorre ꝑ odium ꝛ cecitatem mentis. Et ideo vua eorū fuit vua fellis, ꝛ botrus amariſſimus: q̄ñ negauerunt Chriſtū ꝛ legem prophetas mendaces fecerunt ꝛ falſum teſtimonium contra Chriſtū dixerunt ꝛ amara cōuitia ꝛ opprobria inflixerunt. Et vinuꝫ eorum fuit tanq̄ fel draconum: quando ipſum amare morti ꝛ cruci tradiderunt: ꝛ ipſi acetum felle mixtuꝫ porrexerunt. Acetum autem eorum fuit venenum inſanabile obſtinationis ꝛ infidelitatis: quod in eis ꝑſeuerat qꝛ eſt eis inſanabile ſicut venenuꝫ aſpidū ¶ Unde ſynagoga quaſi per omnia facta eſt ſimilis aſpidi. Nam ſicut aſpis eſt ſurda ꝛ ſeca ita ſynagoga poſt Chriſtum manſit ceca ꝛ ſurda: quia nec pōt nec vult audire veritatē ſacre ſcripture: immo ponit ſibi caudam obſtinationis in aure dextra ne audiat vocem euangelicam: vt dictum eſt pſalmo lvij. Item ſicut venenū aſpiduꝫ eſt inſanabile: Ita venenum obſtinationis et odij ſynagoge ꝛ peccatuꝫ eſt inſanabile vſque ad iudicium. Itē eorum damnatio venenata eſt inſanabilis ꝛ pena irremiſſibilis ꝛ in finibilis ſicut peccatum Sodome fuit inſanabile. Et ſic pꝫ quomodo ſynagoga facta eſt de vinea ſodomoꝝ: ꝛ de ſuburbanis Gomorre: poſt q̄ negauit et crucifixit Chriſtum. Unde notanter dicit. ꝺ ſuburbanis Gomorre. Nam ſicut Sodoma et Gomorra habebant ſuburbana: ſcilicet vicos et rura confinia: que participabāt peccata ꝛ punitionem illarum ciuitatū: qꝛ cum ciuitatibꝰ fuerunt punita ſuburbana: ꝛ ſic māſerūt deſtructa ꝛ ſterilia. Ita pariter oīa ſuburbana ipſiꝰ Hierl'm q̄ conſenſerunt in necem Chriſti: ꝛ oēs Judei q̄ manent in eadem obſtinatione dicuntur de vinea Sodomoruꝫ ꝛ de ſuburbanis Gomorre: qꝛ ſynagoga cum ſuis ſuburbanis ꝛ ſequacibus obſtinatis Judeis dicta eſt Sodoma ꝛ Gomorra. ſ. ceca ꝛ ſterilis ꝛ beſtialis ꝛ damnata. vt pꝫ Eſaie. ſ. vbi appellat principes ſynagoge principes Sodomorū ꝓpter cecitatem ꝛ obſtinationem ꝛ beſtialitatē. Itē ſicut Sodoma ꝛ Gomorra habuerunt ſuburbana que participarunt peccatum earum: ita pariter peccatum cecitatis ꝛ odij Judeorū habuit ſuburbana peccata. Nam ex illa cecitate ꝛ odio ꝓruperunt in mēdacium ꝛ falſum teſtimonium: ꝛ blaſphemiā ꝛ homicidium: ꝛ infidelitatem: ꝛ obſtinationem ꝛ venenum inſanabile odij et rancoris qđ habent contra Chriſtum ꝛ Chriſtianos Et iſta ſunt peccata ſuburbana illius peccati Judeorū. Ideo dicit Moyſes. Uinea eorum de vinea Sodomorum et de ſuburbanis Gomorre. Deinde cum dicit.

Synagogo aſpicis

xxxij. di.c.erubeſcant xxij.q.ij.ſi quis liber.et.xxiij.q.ij. ſti. iiij. ca. diſplicet

Nonne hec condita ſunt apud me: et ſignata in theſauris meis.

Mea eſt vltio et ego retribuam eis in tempore: vt labatur pes eorum.

Iuxta eſt dies perditionis: ⁊ adeſſe feſtināt tempora.

¶ Predicit punitionē pctī ſupradicti q̄ fuit facta ꝑ Titū ⁊ exercitū Romanū ⁊ deſtructiōe ſcdi templi. Dicit ergo de⁹. Nōne hec ſcelera ſupradicta cōmiſſa contra Chriſtū ⁊ meſſiam/condita ⁊ repoſita ſunt apud me ⁊ bene ſignata et ſigillata in theſauris meis.i.in memoria mea: q̄ eſt arca ⁊ theſaurus oīm p̄teritoꝝ p̄ſentiū ⁊ futuroꝝ: noui oīa anteq̄ fiant: quaſi dicat: nō oblitus ſū iniuriā factā chriſto filio meo. Et ideo dico vobis: ꝙ mea eſt vltio.i. ad me ptinet facere vltionē ⁊ vindictā huius pctī d Iudeis. Et ideo ego retribuā eis penā in tempore cōſtituto: ſʒ differo modicū: vt magis labat pes eorū ad alia ſcelera. Unde hoc dicit: q2 in illis.xl.annis quos deus dedit eis ad pniām/plura ſcelera cōmiſerunt ad maiorem punitionē ⁊ penā eorū. Iudei gloſſāt. ly vt ꝓ quotieſcunque: hoc eſt: ego retribuam eis quotieſcūq3 labat pes eoꝝ ad peccādū. Uel ly vt poteſt poni pro licet.i.licet in illis.xl.annis labat pes eorum ad peccandū: tū non diu differetur eorum punitio: q2 iuxta eſt dies pditionis eorū. Itē licet modo cōcedatur eis poteſtas vt occidāt Chriſtū: tamen iuxta et prope eſt dies perditionis eorū Et tempora feſtinant et properant adeſſe.i.vt cito fiat et compleatur eorum deſtructio et punitio per Titum ⁊ Romanos. Quia

xv.q.i.ea.firmiſſime.

Iudicabit dominus populum ſuum: et in ſeruis miſerebitur.

¶ Hoc dicit Nam quando deus ſtatuit mittere Titum ⁊ Ueſpaſianum cum exercitu Romano contra Hieruſalē: prius anteq̄ obſideretur / apparuit angelus domini: ⁊ precepit omnibus fidelibus Chriſtianis: vt recederent ab Hieruſalē: ⁊ fugerēt futurum excidium ciuitatis: vt ait Euſebi⁹.in.ij.eccl'iaſtice hiſtorie. Et ſic Chriſtus condēnauit ⁊ puniuit oēs iudeos obſeſſos in Hierl'm: ſʒ miſertus eſt chriſtianis eos auiſando vt fugerent illā ſtragē et punitionē: ſed tota congregatio maloꝝ ⁊ obſtinatorū Iudeorū manſit ⁊ fuit incluſa ⁊ obeſſa in ciuitate: quorum partim fuerūt machinis belloꝝ in muris interfecti: partim fame conſumpti: partim gladio in captione trucidati: et ceteri in captiuitatem diſperſi. Et ideo ſubdit/quod deus ⁊ quilibet alius

vi.q.i.ſunt plurimi. Hiere.ij. Luce.xviij.

Uidebit ꝙ infirmata ſit man⁹. ⁊ clauſi quoque defecerunt: reſiduiq3 cōſumpti ſunt.

Et dicent vbi ſunt dij eorum in quibus habebant fiduciam:

De quorum victimis comedebant adipes ⁊ bibebant vinū libaminum.

¶ Infirmata ⁊ debilitata ſit man⁹ ⁊ ptās illi⁹ ppl'i in illa obſidione. ⁊ clauſi ⁊ obſeſſi defecerūt in virtutib⁹ victualib⁹ ⁊ in concilio: et oibus neceſſarijs ⁊ reſidui cōſumpti ſunt fame ⁊ gladio ⁊ captiuitate. Et tūc Romani vidētes Iudeos obſeſſos et deſtitutos a deo/dicēt: vbi ſunt dij eorum ſcʒ Iudeorū in quibus habebāt fiduciā: de quoꝝ victimis ⁊ ſacrificijs comedebāt adipes ⁊ pinguedinē: ⁊ bibebant vinū libaminū ⁊ oblationum: Surgant ergo dij veſtri/o Iudei ⁊ opitulentur vobis ⁊ protegāt vos in hac veſtra neceſſitate: ⁊ liberent vos de manibus noſtris. ¶ Et nota ꝙ Romani ⁊ gentiles loquebant̄ ſm cōſuetudinē ſuā. Nā ſicut ipſi gētiles colebant plures deos quibus offerebāt diuerſa ſacrificia: ita putabant ꝙ Iudei colerent plures deos propter multitudinem ⁊ diuerſitatem ſacrificiorū ⁊ holocauſtoꝝ ⁊ oblationū ⁊ libaminū. Item putabant ꝙ dij ciuitatis obſeſſe ⁊ capte pariter vincebātur cum ciuitate a dijs exercitus vincētis ⁊ triūphantis: ſicut dictū eſt de dijs Troianorū. Secūdū ergo hanc conſuetudinē dicebant Romani Iudeis obſeſſis: vbi ſunt dij eorum in q̄bus habebant fiduciam: quaſi dicerent: aut dormiūt aut ſunt victi. Et maxime hoc dicebant gentes exercitus: eo ꝙ ſentiebāt q̄n populus obſeſſus cōtinue clamabāt ad dominum in templo: ⁊ offerebant oblationes ⁊ ſacrificia. Et tamen deus nō exaudiebat eos ſicut dictum eſt pſalmo.xvij. Clamauerunt ad dñm nec exaudiuit eos. eo quod iam erat clauſum celum orationibus eorū. Et ideo gentes exercitus habebant cām dicendi: Dij veſtri

Surgant: et opitulentur vobis: ⁊ in neceſſitate vos protegant.

¶ Quaſi dicerent: fortiores ſunt dij Romanorū ꝙ Iudeorum. Sed ad hoc reſpondet deus dicens.

Uidete ꝙ ego ſum ſolus: et non ſit alius deus preter me.

¶ Quaſi dicat: vos Romani putatis ꝙ in Iſrael ⁊ Hieruſalem ſint plures dij. ꝙ dij veſtri ſunt fortiores dijs Hieruſalē: eo ꝙ non opitulant̄ eis nec protegūt eos in hac neceſſitate ⁊ obſidione ⁊c. Et ego dico vobis vt videatis ⁊ conſideretis bene ꝙ ego ſum ſolus deus: ⁊ nō ſit ali⁹ de⁹ preter me. Et ideo ſi vellem liberare iſtū populū ego bene poſſem liberare. Sed ego dimiſi eū ꝓpter peccata ſua: et ſic permiſi vt rebellarent cōtra Romanos: vt venirēt cōtra Hieruſalē: ⁊ abſtuli ⁊ abſtraxi auxiliū meū ⁊ cuſtodiā angeloꝝ ab eis: ⁊ tradidi eos in man⁹ veſtras puniendos. Et ſic non gloriemini: nec putetis deos veſtros victores: q2 ego ſum ſolus deus nec eſt alius deus preter me quia dij veſtri ſunt falſi et impotentes. Et ideo ego per vos Romanos tanq̄ per miniſtros volui punire iſtum populum propter peccata ſua Unde.

Ego occidam ⁊ ego viuere faciam. percutiam et ego ſanabo: et non eſt qui de manu mea poſſit eruere.

¶ Ego occidam iſtum populum Iudaicū: ⁊ viuere faciam populum gentilem per fidē. Et ego percutiā iſtū populum cecitate et liuore: et ſanabo populū gentilē a peccata. Et non eſt aliquis qui poſſit eruere ſe: nec aliquē aliū de manu mea. Item quoſdā de iſto populo occidam per pctm̄ /et quoſdam eorum faciam viuere per fidem et gratiam: ſicut fuerunt apoſtoli/et etiam multi qui quotidie conuertuntur. Et quoſdam ego percutiam cecitate Et quoſdam ſanabo per baptiſmū ⁊ penitentiā Et ſic nemo poteſt eruere de manu mea quem ego puniā Quapropter ſum qui punio iſtū populū: ⁊ non dij gentium ſicut vos putatis. Et ideo ego deus.

Leuabo ad celum manum meam ⁊ dicam: viuo ego ineternum.

Si acuero vt fulgur gladium meum: ⁊ arripuerit iudicium manus mea.

Reddam vltionē hoſtibus meis: ⁊ his qui oderunt me retribuam.

Inebriabo ſagittas meas ſanguine: ⁊ gladius meus deuorabit carnes.

De cruore occiſorum: ⁊ de captiuitate nudati inimicorum capitis.

¶ Leuabo manum meā in celū.i.cum iureiurādo dicam. Uiuo ego ineternū.i.ſicut viuo ego ineternum: ita ſententia mea contra populū Iudaicum eſt immobilis ⁊ ſtabilis ⁊ firma. Quod ſi acuero (⁊ ponitur ſi pro quando).i.q̄n ego acuero gladium ſententie mee vt fulgur cōtra Iudeos: ⁊ manus mea arripuerit iudicium.i.ꝓpoſuerit ⁊ decreuerit iudicare eos ⁊ punire: tūc reddam vltionē ⁊ vindictam hoſtib⁹ meis Iudeis qui me crucifixerūt. Et retribuā vicē his q̄ oderūt ⁊ negauerūt me. Et inebriabo ſagittas meas.i.Romanos ſanguine Iudeorū. Et gladius meus deuorabit carnes eorum in excidio Hieruſalem. Et inebriabo ⁊ ſatiabo ſagittas et gladios meorū de cruore inimicoꝝ occiſorū/⁊ captiuitate capitis nudati ⁊ abſciſſi: ⁊ captiuitate tēpli nudati ⁊ expoliati. Uñ Iudei gloſſant. de captiuitate nudati.i.capitū abſciſſorū. ponendo ſingulare pro plurali: vt ſepe fit in ſcriptura. Unde capita abſciſſa dicuntur nudata ⁊ expoliata ⁊ ſeparata a corpore. Et ſic de cruore iugulatorū ⁊ capitū abſciſſorum Romani ſatiarunt gladios ſuos.

Laudate gentes populū eius: q2 ſanguinē ſuorum vlciſcetur.

Et vindictam retribuet in hoſtes: ⁊ propitius erit terre populi ſui.

¶ Hec eſt tertia pars principalis: in qua p̄dicit cōuerſionē ppl'i gentilis ad Chriſtū ⁊ eius eccleſiam. ¶ Unde poſtq̄ ſuperius predixit finalem deſtructionem illius templi ⁊ reprobationē illius populi: q2 poſt predicationē euangelij ipſa ſynagoga iā non amplius fuit de vinea domini: ſʒ de vinea Sodomorum: ⁊ de ſuburbanis Gomorre ⁊ diaboli: Iō deus voluit ſuſtinere populum gentilem ⁊ vocare ad eccleſiam: vt ex conuerſis de populo gentili cū apoſtolis ⁊ conuerſis de Iudaiſmo fieret vna eccleſia. Et quia populus gentilis qui ante abominabatur deum cum populo ſuo: poſt conuerſionem laudat deum ⁊ populum eius: Ideo cōuerſus Moyſes ad populum gentilem: dicit / o gentes laudate populum dei qui remanet conuerſus de Iudaiſmo: poſtquam populus Iudaicus reprobatus eſt: ⁊ ex populo dei factus eſt de populo et vinea Sodomorū. In Hebreo habetur. Exultare gentes populo ei⁹. Tranſlatio.lxx. habet: Letamini gentes cum plebe. Et ita allegat hunc textum Apoſtolus ad Romanos.xv. Et ſic litera eſt magis clara ad populum. vnde dicit Moyſes. Poſtq̄ ſynagoga receſſit ⁊ eſt reprobata a populo dei: ergo vos gentes venite ad fidem Chriſti: ⁊ letamini cum plebe eius: ⁊ gaudete de beneficio redēptionis: ⁊ gratie ſacramentorum/poſtq̄ Iudei indignos ſe fecerunt. Quia Chriſtus vlciſcetur et vindicabit ſanguinem ſeruorum ſuorum: ſcilicet Stephani ⁊ Iacobi ⁊ aliorum: quem Iudei effuderunt. Et etiam retribuet vindictam in hoſtes tyrānos ⁊ reges paganorum qui perſecuti ſunt eccleſiam ⁊ effuderunt ſanguinem martyrum: ⁊ finaliter Chriſtus erit propitius terre populi ſui.i.totius eccleſie toto orbe diffuſe: q2 finaliter Iudeis trucidatis et captis et ſubiectis ⁊ diſperſis: ⁊ tyrānis ⁊ infidelib⁹ extirpatis et correctis: deus proſperabit eccleſiam ſuam. quod impletum eſt per conuerſionē Conſtantini.

¶ Ex ſupradictis patet: qualiter doctrina Moyſi in hoc cantico non ſolum fuit moralis: ⁊ exhortatoria ⁊ comminatoria: ſed etiam prophetica/prenuncians geſta futura in illo populo. Et ſic Moyſes fuit vere propheta in hoc cantico. Et non ſolum habuit ſpiritum ſimplicem ꝓphetie predicens ſolum ventura in illo populo: vt gloſſant Iudei ⁊ quidam catholici hoc canticum/vſq3 ad captiuitatem Babylonie incluſiue/⁊ liberationem eius: ſed habuit duplicem ſpiritū prophetie per quem ſua prophetia ſe extendit vſq3 ad Chriſtum ⁊ eccleſiam et ad deſtructionem ſecundi templi ⁊ ciuitatis ⁊ electionem et ſubſtitutionem populi gentilis in eccleſia et populo dei. Unde manifeſte predicit Moyſes deſtructionem primi templi et ciuitatis et captiuitatem factam per chaldeos propter peccatum idolatrie et ingratitudinis. vt pʒ ab illo loco. Peccauerunt ⁊ non filij eius. vſq3 ad illum. Et dixi vbi ſunt. Secundo p̄dicit deſtructionem ſecundi templi/⁊ ciuitatis ꝓpter aliud peccatum grauius. primo ꝙ vinea illi⁹ populi facta eſt de vinea Sodomorum: ⁊ ſuburbanis Gomorre propter cecitatē et amariſſimum odium: ⁊ venenum peccati eorum factum eſt inſanabile ⁊ irremiſſibile. quod non potuit eſſe aliud in ſecundo tēplo niſi negatio ⁊ mors chriſti. vt manifeſte patet ab illo loco. Et dixi vbi ſunt. vſq3 ad illum locum. Laudate gentes populum eius. Uñ poſt deſtructionē primi templi et tēpus captiuitatis Babylonice predicitur reuocatio eorū ⁊ prorogatio ſtatus illi⁹ populi: ne inimici ſuperbirent: ⁊ vt ipſi Iudei ſuperent ⁊ intelligerent ⁊ prouiderēt nouiſſima myſteria de Chriſto et eccleſia in lege ⁊ prophetis promiſſa ⁊ prenunciata. Sed poſt deſtructionē ſecundi tēpli ⁊ ciuitatis factam ꝑ Romanos non promittitur nec predicat̄ relaxatio huius captiuitatis in qua p̄ſeuerat: nec predicitur reedificatio templi ⁊ ciuitatis. Sʒ predicitur ſubſtitutio populi gētilis. Et vocant̄ gentiles vt veniant ad eccleſiam ad laudandum deū cū apoſtolis. ⁊ recipiantur cum eis ad eccleſiā ⁊ gaudeant beneficio redemptionis: ſicut fuit ꝓphetatū zacharie.viij. circa finem. vbi dicitur: ꝙ venient populi multi ⁊ gentes robuſte ad querendum dominū exercituum in Hieruſalem/⁊ deprecandam faciem domini. Et in diebus illis apprehendent decem homines ex omnibus linguis gentium ⁊ apprehendent fimbriam viri Iudei dicentes. Ibimus vobiſcum. Audiuimus enim ꝙ deus vobiſcū eſt. Quod fuit impletum quando gentiles videntes ſigna et miracula et doctrinam apoſtolorum ſponte et cum gaudio queſierunt ⁊ petierunt recipi in eccleſiam

Chriſti cum conuerſis de iudaiſmo ⁊ ſynagoga reprobata ⁊ abdicata. Unde de cõuerſione ⁊ ſubſtitutione populi gẽtilis patet per totum diſcurſum legis et prophetarũ. Et hoc voluit dicere Moyſes cum concludit. Laudate gentes populum eius ⁊c.

¶ Finitur expoſitio Canticorum ferialium edita per longe reuerendum Dominum Jacobum Perem de valentia epiſcopum Chriſtopolitanum.

¶ Eiuſdem in Cãticum Marie prefatio.

¶ Ex Hiſpanorũ regum illuſtri propagine nobiliſſime filie ac dilectiſſime domine Elizabeth de Billena abbatiſſe ſacri monaſterij ſancte Trinitatis vrbis valentie: Jacobus Perem epiſcopus Chriſtopolitanus in filio virginis ſalutem

INgenti cum affectu oraſti ſepenumero imbecillitatem meam domina dilectiſſima: vt qui commẽtarios in Pſalmos David quondam edideram: et Cantica ferialia ſimul cum cantico Ambroſij ⁊ Auguſtini: non multo poſt tempore expoſueram. Nunc autem ad canticum Uirginis exponendum animum appellare non negarem. Indignum enim ac reprehenſibile exiſtimabas: ſi inter tot labores mihi dudum aſſumptos canticum tante virginis maneret omiſſum. Addebas preterea: ne in illius laudibus explicandis calamo parcerẽ. Et ne prolixitatis metu: aut quouis alio ſiniſtro reſpectu: cuncta eius priuilegia: dignitateſq̃ a deo eidem largitas ſilentio pateterer pertranſire. Et hoc vt habeant que in ſuo ſacro collegio tecum domino ſeruiunt virgines ⁊ filie: vnde in laudibus virginis die noctuq̃ contemplentur. Quod quidẽ opus tam arduũ et inextricabile mihi aggrediendum perdifficile exiſtimani. Hoc eſt enĩ illud pſalterium decachordũ: quod David in ſuis pſalmis in perſona virginis Marie: et totius eccleſie ſepenumero cantandum pollicetur. Quod quidem canticum ipſa intemerata virgo afflata ſpiritu ſancto decem breuibus verſibus abſoluit ⁊ decantauit. Quis ergo digne cogitare queat huius cantici inacceſſibilem profunditatem: in quo non ſolum cuncta myſteria ac promiſſiones patriarcharum: et vaticinia prophetarum fuiſſe completa in Chriſto dignoſcuntur: verumetiam tota veritas euangelica breui ſermone reſeratur: Aut quis denique tante virginis laudum immenſitatem poterit humanis verbis explicare: et tot beneficia ipſi a deo collata paruo libro cõſcribere: que illum ſuo virgineo gremio meruit geſtare: cui angeli ſeruiunt: demones contremiſcunt: celi parent: ⁊ muta obediunt elementa: Quid ergo dicam pauper ingenio: egens eloquio: preſertim cum mihi egritudine oculorũ pergrauato non modo calami officio vti non conceditur: verum etiam legendi facultatem liberam videam denegari: Ueruntamen tante virginis deuotione compulſus: ⁊ ea quam erga me ſemper geſſiſti charitate cõuictus, tuis deuotis exhortationibus ſatiſfacere: ⁊ put mihi deſuper fuerit condonatum obedire conabor. Et quid ſibi velit virgo Maria in hoc altiſſimo cãtico ſuperno ſemper fretus auxilio: et tuis tuarũq̃ filiarum orationibus premunitus: perſcrutari tentabo. Tandem autem ad virginis filium mea verba conuertens: ſimul cum eadem virgine tympaniſtria noſtra hoc pſalterium decem chordarum canere incipiam.



MAgnificat anima mea dominũ.

¶ Huic cantico preponitur talis titulus. ſ. Canticũ virginis Marie: eo quia ipſa ipſum edidit: et primo cantauit: ſicut dictum eſt. Sed q2 totum iſtud canticum ⁊ eius ſententia ⁊ intelligentia fundat̃ i verbis angeli Gabrielis quando ſalutauit virginẽ Mariã i incarnatione filij dei: et in verbis Elizabeth quando Maria ſalutauit eam: ideo ad conſequendam intelligentiam huius cantici neceſſario eſt prehabenda intelligentia illorum verborum. Et iõ anteq̃ veniamus ad expoſitionem ⁊ diuiſionẽ huius cantici: breuiter percurremꝰ dicta angeli ⁊ Elizabeth Luce. j. vñ ait Lucas euangeliſta: ꝙ in menſe ſexto poſt cõceptionẽ Johãnis baptiſte / miſſus eſt angelꝰ Gabriel a deo in ciuitatẽ Galilee: cui nomẽ Nazareth / ad ꝟginẽ deſpõſatã viro: cui nomen erat Joſeph de domo David: ⁊ nomẽ ꝟginis Maria. In qbꝰ ꝟbis verificant̃ dicta ꝓpheta⁊: ꝙ chriſtus ex ꝟgine erat naſciturus: put predixerat Eſa. vij. Ecce virgo ↄcipiet ⁊ pariet filiũ ⁊c. Et etiã verificant̃ ꝓmiſſiões patriarcharũ: ꝙ Chriſtꝰ erat naſciturus ex David: ⁊ ꝑ ↄñs de tribu Juda: ⁊ de gñe Jacob: ⁊ Abrahe ſm carnẽ: ſicut eis fuerat promiſſus. Et iõ ſubdit Lucas: ꝙ Gabriel igreſſus ad virginẽ Mariã explicauit ſuã legationẽ ex pte dei dicẽs. Aue grã plena: dñs tecũ. Bñdicta tu in mulieribꝰ. ¶ In qua quidẽ legatiõe ⁊ in qbꝰ ꝟbis / q̃tuor bona / noua / ⁊ magna beneficia annũciat angelus. Primo virgini Marie ⁊ ex conſequenti toti generi humano annunciat vniuerſalem redemptionem ⁊ ſalutẽ generis humani / cum ait. Aue. Secundo annũciat plenitudinẽ grẽ quã ꝑrio cõſecuta eſt Maria: ⁊ exinde tota eccl'ia / cum ait. Grã plena. Tertio annũciat aduẽtũ filij dei in eiꝰ vterũ: ⁊ exinde in totã eccleſiã: cũ ſubdit. Dñs tecũ. Quarto annunciat bñdictionẽ ⁊ dignitatez Marie ſup oẽs mulieres: cũ ſubdit. Bñdicta tu in mulieribꝰ. ¶ Ad quo⁊ intellectũ eſt notãdũ: ꝙ q̃tuor mala incurrerũt primi parẽtes ex tranſgreſſiõe ꝓcepti dei in eſu ſibi ꝓhibiti. Prio incurrerũt mortẽ corpis ⁊ aie. Scdo iraz ⁊ indignationẽ dei. Tertio exiliũ. Quarto Eua ſpecialiter ſimul cũ oibꝰ mulieribꝰ icurrit maledictionẽ erũnarũ ⁊ miſerie i ↄceptibꝰ ⁊ ptubꝰ ſuis. Que oia q̃tuor mala fuerũt denũciata i ſnia data ꝓmis parẽtibꝰ: qñ angelꝰ eiecit eos de terreſtri paradiſo. Unde tũc annũciata fuit eis mors / qñ deꝰ dixit Ade. Puluis es ⁊ in puluerẽ reuerteris. Et tũc fuit annũciata ira dei ↄ eos: qñ ſe nouerunt nudos ab oi grã: ⁊ audierũt vocẽ furibũdã dei deãbulãtis ad aurã poſt meridiẽ: in q̃ voce timuerũt ⁊ ſe abſcõderũt a facie dei cognoſcẽtes ſe irã ⁊ indignationem dei incurriſſe. Itẽ tũc fuit annũciata Eue ⁊ omnibꝰ mulieribꝰ ſpãlis maledictio: cũ dixit ei: multiplicabo erũnas tuas ⁊c. Sed tũc fuit eis annũciatũ perpetuũ exiliũ ⁊ ſepatio a deo: qñ eiecti ſunt de padiſo / ⁊ in hãc vallẽ lachrymarũ emiſſi ⁊ relegati. Sed oia ſupradicta quatuor mala fuerũt annũciata primis parẽtibꝰ a deo ꝑ angelũ tanq̃ ꝑ ſubſtãtiã mediũ: vt inqt Aug. Iõ ꝑ angelũ voluit deꝰ annunciare ꝟgini Marie in hac legatiõe abſolutionẽ gñalẽ factã per xp̃m ab illis quatuor malis ſupradictis. Nã primo ſicut angelꝰ primis parentibꝰ annũtiauit mortẽ corpis ⁊ aie: ita ꝑ oppoſitũ nũc annũciat Marie vitã ⁊ ſalutẽ: ⁊ ꝑ ↄñs abſolutionẽ a morte: cũ dixit ei. Aue. i. ſalue: ⁊ ſalus ſit tibi ⁊ toti gñi humano. Unde ſalꝰ idez eſt qd vita integra ſine defectu cõtra oẽm morbũ ⁊ mortẽ: ſicut dictũ eſt in expoſitione pſal. viij. ⁊ dicet̃ infra. Itẽ ſcdo illis angelus denũciauit irã ⁊ indignationẽ: ſz Marie annũciat grãz: ⁊ ꝑ ↄñs abſolutionẽ ab illa ira: cũ ſubdit. Grã plena. Itẽ tertio illis denũciauit perpetuũ exiliũ a facie dñi: ſz Marie annũciat recõciliationẽ ⁊ reunionẽ dei ad nos: ⁊ ꝑ ↄñs reuocationem ab exilio: cũ ſubdit. Dñs tecum. Itẽ quarto illis denũciauit maledictionẽ: ⁊ ſpecialiter ipſi Eue cũ oibus mulieribꝰ: ſed Marie annũciat bñdictionẽ ſuper oẽs mulieres: ⁊ ꝑ ↄñs annũciat ipſi ꝓſeruationẽ ⁊ exẽptionẽ ab oibus maledictiõibꝰ ⁊ erũnis ſuper oẽs mulieres: cũ ſubdit. Bñdicta tu in mulieribꝰ. Et iõ virgo Maria vidẽs ꝙ iſta ſalutatio ⁊ annunciatio erat totalr̃ cõtraria denũciatiõi ⁊ ſnie date primis parẽtibꝰ: hinc eſt ꝙ turbata eſt in ſermone eiꝰ: ⁊ cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. i. cogitãdo iſtam nouã ſalutationẽ cõtrariã denũciationi facte primis parẽtibꝰ. turbata eſt in ſermone eiꝰ nõ valens reddere rñſum angelo ſue legatiõis. Sz tũc angelus vidẽs ipſam turbataz pre cogitatiõe: ait ei. Ne timeas maria: inueniſti enĩ grãm apud deũ ⁊c. In quibꝰ ꝟbis nil aliud facit angelus: niſi ꝙ ſub ꝟbis claris ⁊ mãifeſtis explicat ſupradicta quatuor myſteria: q̃ ſupra dixerat iplicite quaſi ſub ꝟbis obſcuris: vñ ait. Ne timeas Maria. i. ne timeas iſtã ſalutationẽ eſſe fictã ⁊ vanã aut fraudulẽtã: q2 a deo tibi miſſus ſum. Et ne mireris: q2 dixi tibi grã plena: q2 tu pre ceteris inueniſti grãm apud deum: q2 nõ ſolũ grãm gratifice vniõis cũ deo: ſz etiaz m̃ñalis vniõis. Et iõ nõ mireris q2 dixi. Dñs tecũ. Nã licet deꝰ cũ ceteris ſit ꝑ vnionẽ gratificã: tñ tecũ erit ꝑ vnionẽ gratificã ⁊ maternã. Et ſic tecũ erit nõ ſolũ per grãm in mẽte: ſz ẽt ꝑ incarnationẽ i vẽtre. Naz ecce cõcipies in vtero: ⁊ paries filiũ. Et q2 iſte filiꝰ tuꝰ dz ſaluare totũ ppl'm ſuũ a pctis eo⁊: ⁊ afferre ſalutem toti gñi humano: iõ vocabis nomẽ eiꝰ Jeſum: qd interpretat̃ ſaluator ⁊ dator vite et extinctor mortis ⁊ miſerie. Et iõ ne mireris ꝙ dixi tibi Aue. i. ſalue: q2 tibi annũcio ſalutẽ quã iſte filiꝰ tuꝰ Jeſus affert toti mũdo. Nã hoc nomẽ Jeſus. i. ſaluator eſt nomẽ potẽtie ⁊ ſapiẽtie ⁊ iuſtitie ⁊ mĩe: q̃ quidẽ quotuor ſoli deo cõueniũt. Et iõ hic filiꝰ tuꝰ Jeſus erit magnꝰ in potẽtia iuxta ꝓprietatẽ ſui nominis: ⁊ filius naturalis altiſſimi vocabit̃: ⁊ ꝑ ↄñs erit deꝰ: q2 iſtud nomẽ Jeſus ſoli deo ⁊ filio dei cõuenit ꝓpter ſupradictas quatuor ꝓprietates quas cõprehendit hoc nomẽ Jeſus. i. ſaluator: vt dictuz eſt pſal. viij. ⁊ dicet̃. j. Et q2 iſte Jeſus eſt verꝰ filius naturalis dei pr̃is: iõ dñs pr̃ dabit ei ſedez David pr̃is ſui. Et regnabit in domo Jacob in eternũ: ⁊ regni eiꝰ nõ erit finis. ¶ Ad cuiꝰ intellectũ eſt notãdũ: ꝙ Chriſtꝰ eſt filiꝰ dei naturalis / ſz nõ carnalis. Et eſt filiꝰ virginis naturalis ⁊ carnalis: ⁊ eſt filius David nõ naturalis: ſed carnalis. i. ſm carnẽ. Et ſic etiã eſt filiꝰ ipſiꝰ Jacob ⁊ Abrahe ⁊ ipſiꝰ Adam: inquãtũ ab eis deſcẽdit ⁊ fuit eis ꝓmiſſus ſm carnẽ. Et iõ eſt iterũ aduertẽdũ: ꝙ duplex regnuz fuit ꝓmiſſum ipſi David. ſ. vnum tpale: qd iaz poſſidebat ⁊ fuit ꝓmiſſuz eiꝰ ſucceſſoribꝰ ꝑ Salomonẽ ⁊ ſuos poſteros: ⁊ m̃ quantũ nõ deuiarent a ꝓceptis ⁊ lege dei. Et ſic ꝑſeuerauit illud regnũ tpale vſq̃ ad ca-

Nota.

Explicat angelus ꝓdicta.

Xp̃s cuius ſit filius.

ptiuitatē Babylonis: ſed p figurā illi⁹ pmiſit ipſi regnū eternū ſpūale ⁊ celeſte p chriſtū filiū ſuū futurū ſm carnē eo ꝙ gñatio Dauid ſm carnē producta eſt vſq ad virginē Mariā: de qua nat⁹ eſt Jeſus rex etern⁹: q obtinuit ſedē regni eterni tanꝙ heres dei pr̄is: cui⁹ eſt fili⁹ naturalis. Et iō ſedes regni eterni dr̄ ſedes Dauid pr̄is Chriſti: inquantum fuit ipſi in xp̄o ⁊ p xp̄m pmiſſa. ij. Reg. vij. cū dixit dn̄s ipſi Dauid. Cū cōpleti fuerint dies tui: et dormieris cū pr̄ib⁹ tuis: ſuſcitabo ſemē tuū poſt te: q egredief de vtero tuo: ⁊ firmabo regnū ei⁹: ipe edificabit mihi domū noi meo: ⁊ ſtabiliā regnum eius vſq in ſempiternū. Ego ero ei in pr̄em: ⁊ ipſe erit mihi in filiū ⁊c. Nūc aūt manifeſtū eſt ꝙ iſta verba nō pñt intelligi pcife de Salomone: q2 Salomon anteꝙ Dauid dormiret cū pr̄ib⁹ ſuis iā fuerat ſuſcitat⁹ ad vitā ⁊ in regnū. Et ei⁹ regnū nō fuit eternū/ ſed tpale: et in breui diuiſum: ⁊ final'r deſtructū. Et Salomō licet fuerit fili⁹ Dauid: tamē nō filius dei. Et iō iſta pmiſſio regni eterni facta eſt in xp̄o: q fuit fili⁹ dei naturalis: ⁊ fili⁹ Dauid ſm carnē: qui p multos annos poſt mortē Dauid de vtero virginis Marie fuit ſuſcitat⁹ ⁊ cōcept⁹ opere ſpūs ſcti. Que quidē Maria pueniebat ex vtero ⁊ gñatione Dauid natural'r ⁊ carnal'r ope Adā ⁊ naturali gñatiōe: ⁊ ſic ſm oēs pphetas Chriſt⁹ dr̄ filius Dauid ⁊ regnū ei⁹ eternum/ dr̄ regnū Dauid: vt pz Hiere. xxij. ⁊ xxxiij. ⁊ Eze. xliiij. ⁊c. Et ad iſtū intellectū dixit angel⁹ Marie: ꝙ dn̄s pr̄ dabit xp̄o ſedē Dauid pr̄is ſuis. i. ſedē regni eterni ipſi Dauid in xp̄o promiſſam pſal. cxxxi. di. Jurauit dn̄s Dauid veritatē: ⁊ nō fruſtrabit eū: de fructu vētris tui ponā ſuper ſedē tuā. Sed q2 iſtud regnū eternū non ſolum fuit pmiſſum ipſi Dauid p xp̄m: ſ3 ēt ipſi Jacob. Gene. xxviij. ⁊ maxime. xlix. cū dixit. Nō auferef ſceptrū de Juda: nec dux de femore ei⁹: donec veniat q mittendus eſt: ⁊ ipſe erit expectatio gētiū ⁊c. Ex qbus pz ꝙ regnū xp̄i pmiſſum ipſi Jacob nō erat pcife p filijs ſm carnē: ſed p filijs Jacob ſeu Iſrael ſm ſpm̄ ⁊ pmiſſionē in xp̄o regenerandis: cuiuſmodi fuerunt nō ſolū Judei: ſed ēt gētiles ad fidē venturi. Et iō ſubdit angel⁹: ꝙ iſte Jeſus fili⁹ dei Marie ⁊ Dauid regnabit ineternū in eccl'ia q eſt vera domus Jacob ⁊ Iſrael. Sed q2 iſta eccleſia militans eſt via ad triumphātē/ ⁊ eterniſicaf p illā ⁊ in illa: ideo ſubdit. Et regni ei⁹ nō erit finis. ¶ Sed quia virgo Maria vouerat virginitatē abſolute abſq aliqua cōditione: ⁊ cū tali ⁊ ſub tali voto fuerat cōiuncta cōiugio ipſi Joſeph: vt infra patebit: iō dixit ad angelum. Quō fiet iſtud: q2 virū nō cognoſco: nec cognoſcere intēdo: cū ſim alligata voto virginitatis ⁊c. Quī nō ſum iūcta viro Joſeph ad procreandā prolē: ſed ad ſolū mutuū obſequiū ſemper intacta ⁊ inuiolata virginitate. Et tūc rn̄dēs angelus dixit ei. Spūs ſpūs ſupueniet in te: et virt⁹ altiſſimi obūbrabit tibi: Ideoq3 qd naſcef ex te ſctm̄/ vocabitur fili⁹ dei. ¶ Ad quoꝝ verboꝝ intelligentiā eſt aduertēdū: ꝙ quatuor icōpatibilia videbat Maria ſm naturā in hoc myſterio ex verbis angeli. Primū ꝙ poſſet cōcipere nō violato voto virginitatis/ ⁊ poſſet hr̄e prolē. Scōm ꝙ ſimul poſſet eſſe virgo ⁊ fecunda ⁊ mater. ſ. ꝙ fet⁹ poſſet ſibi afferre fecūditatē nō auferendo virginitatē/ ⁊ econuerſo. Tertium ꝙ ipſa poſſet hr̄e plē nō de Joſeph: abſq eius iniuria. Quartū qūo illud germē cōceptū ſub

¶ Quatuor incōpatibilia ⁊c.

tali cōiugio ⁊ nō de Joſeph poſſet eſſe non adulterinū/ nec per pn̄s maledictū i lege. Et iō dixit qūo fiet iſtud ⁊c. Et iō angel⁹ remouet hāc dubitationē declarando modū huius ineffabilis myſterij incarnatiōis: oſtēdēs ꝙ l3 iſta quatuor ſint incōpaſſibilia ⁊ icōpatibilia ſm naturā apud hoies: tn̄ iſta p grām ſunt cōpatibilia ⁊ cōpoſſibia apud deū. Nā ſi talis gñatio fuiſſet facta natural'r ex ſemie viri: non potuiſſet fieri abſq illa quadruplici iniuria. ſ. abſq violatiōe voti: ⁊ abſq corruptiōe virginitatis: ⁊ abſq iniuria ipſi⁹ Joſeph cōiugis virginis: et abſq maledictiōe adulterina germinis cōcepti. Sed eo modo quo facta eſt iſta benedicta incarnatio: nullū ſupradictoꝝ incōuenientiū fuit ſecutū. Et iō ait angel⁹: ſpūs ſctūs ſupueniet in te ⁊ virt⁹ altiſſimi obūbrabit tibi. Vn̄ nō iteruenīete adulterio tollif iniuria ipſius Joſeph et ſacri cōiugij/ ⁊ maledictio adulterina: ſ3 interuenēte ſolo ſpū ſctō tollif violatio voti: ⁊ corruptio virginitatis: ⁊ tollif gñalis ſnīa ⁊ obligatio facta in Adā. Et iō tale germē fuit natural'r liberū ⁊ ſctm̄: nō ſolū a maledictiōe adulterina: ſ3 ēt ab obligatiōe Adā natural'r liberū. Et rōne operationis ſpūs ſcti et dr̄ natural'r ſctm̄ oia ſctificās. Et dr̄ fili⁹ dei. Pmo rōne ſpūs ſcti formantis q eſt virt⁹ pr̄is. Scdo rōne vnionis perſonalis verbi q eſt fili⁹ naturalis pr̄is. Dicit ergo angelus: o Maria tu dubitas de modo hui⁹ ſacratiſſime cōceptiōis: ne ſit cū iniuria tui voti virginitatis ⁊ cum iniuria fidei cōiugalis. Et ego dico tibi: ꝙ nulla ſequef iniuria/ nec incōueniēs: q2 iſta cōceptio non fiet mō hūano/ ſ3 diuino: nec fiet ope Adā: ſed ope ſpūs ſcti. Et ſic nec derogabit voto: nec virginitati: nec fidei cōiugali. Nā ille ſpūs q in tua creatiōe et aiatiōe venit in te: ⁊ ſctificauit te p grām pſeruātē te ab oi malo/ ⁊ cōfirmātē in oi bono/ ille idē ſpūs ſcūs q tūc venit in te ad ſctificādū: nūc ſupueniet in te ad obūbrādū. Et ſicut tūc p illā ſctificationē factā tn̄ pmo inſtāti tue creatiōis ⁊ aiationis te pſeruauit ab oi culpa originali: veniali ⁊ actuali: ita nūc p iſtā obūbrationē te pſeruabit a violatiōe voti ⁊ a corruptiōe virginitatis ⁊ ab iniuria fidei coniugalis. Nā iſte ſpūs ſctūs formabit corp⁹ filij tui i vtero tuo ex puris ſanguinib⁹/ ⁊ ſimul creabif ſeo aīa rōnalis oībus pfectiōib⁹ habitual'r ornata. Et ſic corp⁹ illud ſimul tpe erit formatū ⁊ aiatū et per verbū pſonal'r aſſumptū. Et iō hoc germē ſctm̄ qd naſcef ex te vocabif fili⁹ dei. ¶ Unde eſt aduertēdū ꝙ quatuor dicit angel⁹: q ſunt valde aiaduertēda. Nā pmo dicit: ſpūs ſctūs ſuperueniet in te. Secūdo dicit: virt⁹ altiſſimi obūbrabit tibi. Tertio dicit: ideoq3 qd naſcef ex te ſctm̄. Quarto/ vocabitur fili⁹ dei. Et ideo eſt vidēdū de vnoqq3: q2 altiſſima importat myſteria. Vn̄ p pmū qd dicit. ſ. ſpūs ſctūs ſupueniet i te/ denotat ꝙ ſpūſſctūs iā ante venerat in eā: ſ3 nūc debebat ſupuenire in eā: nā ſupuenire pſupponit ante venire: p qd denotaf ꝙ ſpūs ſctūs iā venerat in Mariā in pmo inſtāti ſue creatiōis ⁊ aiatiōis: q2 illa ſctiſſima aīa ſimul fuit creata ⁊ ſanctificata et corpori infuſa: ⁊ q quidē ſanctificatio in gratia pſeruauit ea3 ab oi malo ⁊ pctō tā originali et actuali ꝙ veniali: ⁊ cōfirmauit in omni bono: ſicut dictum eſt in expoſitiōe pſal. xlv. ⁊ clari⁹ dicetur infra. Item ſecūdo dicit ꝙ virtus altiſſimi obūbrabit tibi: vnde dicit Auguſti. Virtus altiſſimi nō ſolum obumbrauit ipſi ventrē: ſed etiam mentem.

¶ Vn̄ eſt aduertendū. ꝙ ſicut illa ſctificatio facta in creatiōe ⁊ aiatione virginis non ſolū ſctificauit aiam ſed etiā corpus et carnē: in ea fomitē penitus extinguēdo aut ligādo. Et per cōſequēs nulla fuit pniꝙ lucta: nec pugna carnis aduerſus ſpm̄. Et per cōſequēs ſicut p illā ſanctificationē fuit pſeruata ab originali culpa: ita etiam ab actuali ⁊ veniali. q2 ſicut aīa nō potuit infici a carne in ſua creatione ⁊ infuſione ⁊ aiatione p culpā originalē: ita poſtea in vita volūtas nec potuit cōtaminari: nec vinci a fomite cōcupiſcentie carnis: q2 iam erat extinct⁹ aut ligatus. Et ſic nullā potuit facere pugnā. Ita ergo pariter ſicut virt⁹ ſpūſſcti ſctificauit corp⁹ et aiam virginis ſimul in illa ſctificatione pſeruando eā ab omni culpa tam originali ꝙ actuali et veniali. Ita pariter qm̄ ſpūs ſctūs ſupuenit ⁊ iterū venit ſup eā in ſua annūciatiōe: ⁊ obūbrauit ipi nō ſolū ventrē: ſed etiā mētē. Et fecit duos effect⁹. nā obūbrādo vētrē formauit corp⁹ xp̄i ex puris ſanguinib⁹ eius p̄ter oēm viri concurſum aut cōmerciū: ⁊ ſic pſeruauit eā a violatiōe voti et a corruptiōe virginitatis mētis ⁊ corpis: ⁊ ab oi iniuria maritali et cōiugali excuſando oē adulteriū. Sed q2 nō ſolū virt⁹ ſpūs ſancti obūbrauit vētrē: ſed etiā mētē virginis: iō pter effectū quē fecit i vētre virginis fecit aliū effectū in ei⁹ mēte ⁊ aīa. Nam intm̄ illuſtrauit ⁊ eleuauit ⁊ ſublimauit illā aiam: ꝙ reddidit ipi itellectū purgatū ab oi ignorantia: vt poſſet penetrare celeſtia: ⁊ itelligere oēs ſacras ſcripturas ad verū ſenſum euāgelicū: ⁊ ſic dedit ipſi ſpm̄ pphericū ⁊ euāgelicū: ⁊ facta eſt pphetiſſa ſil' ⁊ euangeliſta: vt patebit in hoc cātico: q2 ſimul pphetauit de futuro: ⁊ euāgelizauit de pn̄ti. Et ad hūc intellectū dicit Damaſcen⁹: ꝙ ſpūs ſctūs ſupuenit i Mariā purgans eā. qd non eſt intelligendum ab aliquo peccato: ſed ꝙ reddidit ipi intellectū purgatū ad penetrandū ea q erant ſup naturā. Et ſic habuit intellectū adaptatū ⁊ purgatū/ de quo loquif cōmentator. iij. de aīa/ ad intelligēdas ſubſtantias ſepatas ⁊c. S3 vltra h̄ habuit ſpm̄ pphericū: ⁊ euāgelicū: quem fuit adepta in illa obūbratione ſpūs ſcti. Et ſic pz quō ſpūs ſctūs ſupuenit in virginē: ⁊ quō ſpūs ſanctus obūbrauit ipſi nō ſolū vētrē: ſed etiā mētē. ¶ Tertio autē eſt aduertēdū pp̄ter illud qd ait: Jdq3 qd naſcef ex te ſanctū. ꝙ nullū germē humanū pōt dici natural'r liberū a pctō ⁊ ſctm̄ ⁊ bn̄dictū p̄ter xp̄m. Et rō eſt: nā oē germē humanū p̄ter xp̄m deſcendit ab Adā p libidinoſam gñationē vt pbat Augu. in li. de bap. paruulorum: ſed libidinoſa gñatio fit ex inordinato appetitu et fomite morbido: inflicto in Adā pp̄ter pctm̄/ et trāſlato in oēs poſteros p libidinoſā gñationē ſ3 inordinatio opponitur ſcītati ⁊ iuſtitie: q2 ſctm̄ dicif bn̄ ordinatū ⁊ iuſtū: et pctm̄ dicif inquātū deuiat ab ordine. Et iō nullū germē humanū deſcēdēs ab Adā p naturalem ⁊ libidinoſam gñationē pōt dici natural'r liberū a pctō: nec pōt dici natural'r ſanctū nec bn̄dictū: q2 oēs vt ſic deſcendunt ex illa inordinata ppagine pcti: vt inqt Aug. Sed q2 xp̄s non deſcendit ab Adā eo mō p naturalē gñationē: ſed ſolo ope ſpūs ſcti: ꝑut dictum eſt: iō ſolū illud germē eſt natural'r liberū a pctō ⁊ natural'r ſanctū ⁊ bn̄dictū. Et iō ſolus xp̄s potuit alios liberare ⁊ bn̄dicere et ſanctificare. Et iō virgo Maria nō pōt dici naturaliter libera nec natural'r ſctā: ꝙ eo venit ex illa ppagine et gñatione

pcti ipſius Adā. vt inqt Aug. ſ3 q2 in pmo inſtāti ſue creationis fuit ſctificata p grām xp̄i: iō pctm̄ nature et maledictio nō potuit trāſire a natura in pſonā. vt patebit: ⁊ ſic nō pōt dici natural'r libera: ſ3 liberata p grām: vt patebit. Et iō ipſa nec aliqs alius ſanct⁹ potuit alios liberare nec ſctificare/ ſed ſol⁹ xp̄s q eſt inter mortuos liber ⁊ ſanct⁹ ſanctorū. Jō dicit Aug. ſup Joannē: ꝙ ſol⁹ ille infans innocens eſſe potuit q nō ex ope Adā natus eſt: ſed ope ſpūs ſancti. Et iō ſolus ille agn⁹ innocēs tollit pctā mūdi. Et ſic pz qualiter dupliciter xp̄s dicif germen ſanctū. Primo: q2 nō ex inordinato opere Adā conceptus eſt. Et ad hūc intellectū dicit angelus. Jdq3 qd naſcef ex te ſanctū. i. q2 germē qd naſcef ex te: non erit ex opere Adā: ſed ope ſpūs ſcti: iō erit germē ſanctū. Et ſic opus ſpūs ſcti non ſolū excuſauit illud germē ab adulterio: ſed etiam ab ope Adā: fecit liberū. Et ſic fuit naturaliter ſanctū ſumēdo naturā p gñatione nō per natura ſpecifica. Et ex hoc ſequif quartū qd ꝯcludit angelus. ſ. ꝙ illud germē ſanctū vocabif fili⁹ dei. Et hoc dupl'r. Nā primo illud germē non ē formatū ope Adā: ſ3 ope ſpūs ſcti/ q eſt virt⁹ dei: ergo nō erit fili⁹ natural'r ipſi⁹ Adā: ſed fili⁹ dei naturalis. Itē illd germē ſil' fuit formatū et filio dei pſonal'r vnitū. ergo eſt naturalis fili⁹ dei. Et iō l3 iſtud germē ſctm̄ ſit fili⁹ Adā ſ3 carnē tm̄: tn̄ nō ſm naturā: q2 nō natural'r ex eo cōceptus eſt: nec ope Adā: ſ3 opere ſpūs ſancti. Et iō principaliter dicif fili⁹ dei illud ſctm̄ germē/ q2 a filio dei naturali pſonaliter aſſumptū eſt. Et ſic pz intelligentia verborum angeli. ſ. quō ſpūs ſanctus ſanctificauit virginē: q̄n primo venit in eā in ſua creatione: eā ab omni malo pſeruādo ⁊ in omni bono confirmādo. Scdo/ qūo ſupuenit in eā ipſi vētrē ⁊ mētē obūbrando/ ⁊ qūo pſeruauit eā a violatione voti: ⁊ corruptione virginitatis: ⁊ ab adulterino fetu ⁊ ab iniuria cōiugali: immo ſeruauit in ea votū et virginitatē ⁊ fidē cōiugalē et ſanctitatē plis ſimul cū fecunditate. Itē tertio pz qūo illud germē fuit naturaliter ſanctū ⁊ liberū ⁊ bn̄dictū. Quarto qualiter eſt naturalis fili⁹ dei: licet ſcdm carnē ſit fili⁹ Dauid ⁊ Adā ⁊c. Et ſic etiā pz qualiter angel⁹ abſoluit dubitationē ⁊ queſtionē virginis Marie. ſ. qūo pñt ſe cōpati iſta quatuor incōpoſſibilia apud naturam. ſ. ꝙ ipſa poſſet concipere et parere abſq violatione voti ⁊ corruptione virginitatis: ⁊ abſq adulterino fetu et iniuria fidei coniugalis. Nam oſtendit angelus qd licet iſta ſint incompatibilia et incompoſſibilia apud naturam. tamen ſunt poſſibilia apud deum. Et ideo dat ipſi exemplū de Elizabeth naturaliter ſterili et ſene: que conceperat Joānē in ſenectute ſua ſexto mēſe ante: p hoc oſtēdens nō eſſe impoſſibile apud deū oē vbū et factū qd eſt impoſſibile apud naturā. Qd audiens Maria dixit: Ecce ancilla dn̄i fiat mihi ſm verbū tuū. Et tunc ſub tali aſſenſu fidei ſupuenit ſpūs ſanct⁹ in eam et obumbrauit ipſi vētrem eo modo quo dictum eſt: et concepit filiū dei ſicut dixerat ipſi angelus. Et obumbrauit ⁊ illuſtrauit ipſi mentem et fecit eam prophetam ⁊ euangeliſtā. Et ideo filius dei qui erat in vtero eius: et continue inſtillabat eam radios diuinorum ſecretorum: ilico mouit eā vt iret ad viſitandā Elizabeth: vt ſanctificaret Joannē Baptiſtā in vtero mr̄is. Et ſic virgo Maria exurgēs ide cū feſtinatiōe abijt i mōtana iude iter

xp̄s dr̄ germē ſanctū

Saluta maria eliza beth.

Hieruſalẽ ⁊ Bethleẽ. Et ingreſſa domum zacharie
ſalutauit Elizabeth annũciãdo ipi ſalutẽ: ſicut aũ
angel⁹ annũciauerat ipſi ſalutẽ totius gñis huma
ni. Que q̄dẽ vox ſalutationis primo ꝑuenit vſq̄ ad
aures Elizabeth / ⁊ exinde peruenit vſq̄ ad Joannẽ
exiſtentẽ in eius vtero. Et ſic illa vox ſalutationis
fuit q̄dã inſtrumẽtũ ⁊ vehiculũ ꝑ qđ xp̃s ex vtero
virginis emiſit ſpm̃ ſctificationis in Joannem Ba
ptiſtã. q̄ q̄dẽ ſanctificatio mundauit ipm̃ ab origi
nali: ⁊ ꝯfirmauit ipm̃ in gratia: ⁊ accelerauit in eo
vſum liberi arbitrij: vt cognoſceret dñm ſuũ: ꝓut
cõiter teneť. Et idõ ilico audita tali voce exultauit
infans in vtero Eliſabeth. Que q̄dẽ exultatio vt di
cunt aliq̄: fuit talis q̄ cũ naturaľr fetus habeat fa
ciẽ verſus dorſũ matris. tũ tũc infans cõuertit fa
ciẽ verſus pectora m̃ris / et verſus virginẽ Mariã
amplectẽtẽ ipſam Elizabeth. vt ex vtero faciľr poſ
ſet adorare xp̃m exñtẽ in vtero virginis. Et ideo fe
cit magnũ motũ in vtero m̃ris. q̄ q̄dẽ mot⁹ nõ fuit
cũ dolore ⁊ moleſtia m̃ris ſed cũ gaudio. Et idõ dr̃:
q̄ exultauit infans p̄ gaudio in vtero ei⁹. ⁊ tunc re
pleta ſpũ ſctõ Elizabeth exclamauit voce magna:
⁊ dixit. Bñdicta tu ⁊c. Ex quo ptz q̄ pri⁹ fuit reple
tus ſpũ ſctõ infans q̄ mater: q̄ꝛ prius exultauit pre
gaudio q̄ mater: licet ꝑ pri⁹ trãſierit vox Marie ꝑ
aures Elizabeth ad infantẽ. Sed hoc nõ eſt mirũ.
Nã radij ſolares pri⁹ trãſeunt ꝑ aerẽ ad terram: tñ
prius gñant calores in terra q̄ in aere: eo q̄ termi
nanť ad terrã: et idõ ibi cauſant vehemẽtẽ calorẽ: ſꝫ
poſtea reflexi cauſant calorẽ i aere: ⁊ eodẽ mõ cau
ſant lucẽ. Ita ꝑiter factũ eſt ibi. Nã xp̃s exñs in vte
ro Marie emiſit virtutẽ ſanctificatiuã ꝑ vocẽ ei⁹.
in Joannẽ Baptiſtã tranſeuntẽ ꝑ aures Elizabeth
vſq̄ ad infantẽ: ſed facta exultatione et ſctificatiõe
in Joãne Bap. tunc quaſi ꝑ quãdã reflexionẽ lumẽ
ſpũs ſancti repleuit Elizabeth: ⁊ fecit eã ꝓphetam
de preterito ⁊ pñti ⁊ futuro / ſcđm q̄ de triplici tpe
tetigit mentẽ eius. ⁊ idõ de pñti dixit: Bñdicta tu in
ter mulieres. i. ſup oẽs mulieres: q̄ꝛ tu es ⁊ fuiſti et
eris p̃ſeruata a maledictionẽ aliarũ mulierũ in cõ
cipiendo ⁊ gerẽdo ⁊ pariendo filiũ. Sed q̄ꝛ hoc non
habuit Maria ꝑ naturã: ſed ꝑ grãm filij vltra con
munẽ legẽ ⁊ ſniam datã in p̃ris parẽtib⁹: idõ ſubdit
Et bñdict⁹ fructus vẽtris tui. q. d. q̄ fruct⁹ ventris
tui. ſ. xp̃s filius dei incarnat⁹ in vtero tuo: quẽ ſup
naturaľr concepiſti: te bñdixit ꝑ grãm. ⁊ q̄ꝛ ipſe eſt
naturaľr liber ⁊ ſctũs ⁊ bñdict⁹: idõ te i tua creatio
nis in carne: quia illa ſacratiſſima aĩa ſine dolore
immo cuꝫ ſummo gaudio ad tempus ſeparata fuit a
corpore cũ deſiderio vidẽdi gloriã: ⁊ cũ certa ſpe re
cuperandi corpus glorioſum in ꝯcũtu: prout ipſi fue

rat a filio pmiſſum. Ideo illa mors non fuit dolo-
roſa: nec triſtis: ſed leta ⁊ felix ⁊ glorioſa. Secundo
aũt hoc factũ eſt in pmiũ ſingulare ⁊ ſpeciale. Naꝫ
poſtꝙ virgo maria inter ceteros hoies mundi fue-
rat miniſtra xp̃i ⁊ ſecreta cubicularia ⁊ cameraria:
⁊ pre ceteris cũ labore ſeruierat: ⁊ pre ceteris fue-
rat paſſa ſupradicta tria gñã martyrii ꝓpter xp̃m.
ſ. martyriũ pſecutiõis ⁊ doloꝝ ⁊ tormẽtoꝝ: eo mo-
do quo dictũ eſt: ſimul cũ xp̃o in illa paſſione: ergo
ratio fuit ne iterum torqueret in morte: ſed ſine do
lore ⁊ triſtitia diſcederet: ⁊ tertia die ad inſtar filii
ſui in corp⁹ glorioſum reſurgeret: vt ſicut fuerat ſo
cia paſſionis: ita eſſet ſocia reſurrectionis ⁊ glorie
Chriſti. Alia aũt cauſa fuit inquãtũ Chriſtus tanꝙ
fili⁹ debuit honorificare matrẽ ſuã inquãtũ fuerat
ſibi decẽs ⁊ poſſibile: ⁊ inquãtũ erat eadẽ caro ma
tris ⁊ filii. Et ſic poſſunt aſſignari oẽs ille decẽ cau
ſe: quas aſſignat Aug. in libello de aſſumptiõe vir-
ginis: quib⁹ probat virginem mariã nõ fuiſſe in ſe
pulcro incineratã: ſed in breui ſicut fili⁹ in corpus
glorioſum fuiſſe ſuſcitatã per filiũ: ⁊ in ſupremo ce
lo cũ filio collocatã. Et ꝑ hoc breuiter patꝫ decima
dignitas qua ꝑ filium virgo maria fuit magnifica- O
ta. ¶ Undecima dignitas virginis marie fuit: qꝛ Maria
ſup oẽs choros ⁊ hierachias angeloꝝ ⁊ oĩm beato ſup cho
rum meruit exaltari: ⁊ collocari imediate poſt chri ros an
ſtũ filiũ ſuũ: ꝓut canit eccl'ia et predicãt oẽs ſancti gelorũ
doctores. Et hoc multiplici rõne. Quarũ pma eſt: exalta
qꝛ eodẽ ordine fuit in celo collocata imediate poſt tur.
filium: quo ab eterno fuit pdeſtinata. Et ideo ſicut
de⁹ ab eterno preſcripſit eã in libro predeſtinatio-
nis imediate in ſcdo gradu poſt Chriſtũ hoiem: et
predeſtinauit eã ad gratiã: ⁊ vt eſſet ſanctior vniuer-
ſis creaturis poſt Chriſtum: ⁊ vt eſſet mater dei: et
ſuperaret oẽs creaturas in ſanctitate et dignitate
in hac via: ita collocauit eã in pria ſup oẽs creatu
ras imediate poſt xp̃m: qꝛ ordo glĩficatiõis ſeqtur
ordinẽ ⁊ gradũ predeſtinationis: eo ꝙ pdeſtinatio-
reſpicit glĩficationẽ tanꝙ finẽ vltimatũ cuiuſcũq
creature rõnalis. ¶ Ad cui⁹ intellectũ eſt notãdũ:
ꝙ qñ dicit ꝙ pdeſtinatio eſt ab eterno ad gratiam
preparatio: nõ eſt intelligẽdũ: ꝙ grã ſit finis pde-
ſtinationis: ſed diſpoſitio ad finẽ: nec pdeſtinatio
reſpicit gratiã tanꝙ finẽ vltimatũ: ſed tanꝙ diſpo-
ſitionẽ ad finẽ vltimatũ: qui eſt glĩficatio ⁊ beatifi
catio. Nã ſm Aplm ad Rom. viii. quos de⁹ ab eter-
no pdeſtinauit: hoc ⁊ filius ꝑ grãꝫ vocauit: ex tpe
ſupple: ⁊ qs vocauit hos idẽ fili⁹ iuſtificauit: et qs
iuſtificauit: hos ⁊ magnificauit: ſupple per gloriaꝫ
in celo. ¶ Ex quib⁹ ptꝫ: ꝙ licet glorificatio ſit finis Nota
vltimatus in executiõe: tñ eſt a deo primarie inte-
tus ſm eternũ propoſitũ ſue voluntatis. ad Ephe.
i. Et ideo predeſtinatio nil aliud eſt niſi preparatio
gratie ſm eternum propoſitum: per quaꝫ quis poſ
ſit cõſequi futurã felicitatẽ in celo ſm gradum gra
tie et charitatis ſibi collate in via: qꝛ eiuſdẽ eſt in-
tẽdere finem/ et preparare ea que ſunt ⁊ diſponunt
ad finẽ. Et ideo ſicut xp̃s ſublimauerat virginẽ ma
trem ſuã in ſupremo gradu oĩm gratiaruꝫ/ et meri-
toꝝ: ⁊ dignitatũ in hac via: ſm ꝙ de⁹ pr̃ ab eterno
eã predeſtinauerat: ita collocauit et ſublimauit eã
in ſupremo gradu Chriſtus imediate poſt ſeipm in
glĩa celeſti. Item ſicut dei eſt preparare grãm ab
eterno: et ex tẽpore per Chriſtũ eã conferre: ita ho-
minis eſt per talẽ grãm opari ⁊ mereri in hac vita

vitã eternã in futurũ. Sed qꝛ virgo Maria a prin-
cipio ſui meruit vitã eternam ꝑ quãdã excellentiaꝫ
in oĩ ſtatu ⁊ etate ſup oẽs gradus ⁊ etates/ ⁊ ſuper
oẽs cuiuſcũq ſtatus ⁊ etatis ⁊ gradus in hac via:
ꝑ quondã excellẽtiã fuit collocata in glĩa celeſti
in ſupremo gradu poſt xp̃m ſup oẽs alios ſtatus et
ordines ⁊ hierarchias oĩm aliarũ creaturarum. Et
hoc ptꝫ diſcurrẽdo ꝑ oẽs etates ⁊ ſtatus v̈ginis Ma
rie: qꝛ in quolibet ſtatu meruit ſup oẽs creaturas.
Unde dictum eſt in ſcda dignitate v̈ginis Marie:
ꝙ ipſa fuit ſctificata in pmo inſtanti ſui eẽ ꝑ ſupmã
grãm habitualẽ in ſupremo gradu poſt xp̃m. ergo
ſequit ꝙ in eodẽ inſtanti iã meruit ſupmũ gradum
glĩe poſt xp̃m ſup oẽs ſanctificatos: et hoc ex ſolis
meritis paſſionis xp̃i. Item dictũ eſt in ſcda digni-
tate ꝙ vſus liberi arbitrii fuit acceleratus in virgi
ne Maria in vtero matris an̄ natiuitatẽ: ⁊ poſt na
tiuitatẽ in ſua infantia ⁊ pueritia: ⁊ per conſequẽs
habuit ꝓpriã opationẽ meritoriam poſtꝙ opabat
Maria ꝑ grãm confirmatã ⁊ ad ꝓpoſitũ. ¶ Ex quo ptꝫ: ꝙ
in vtero virgo Maria iã incepit mereri vitã eternã in vtero
mere- matris ſup oẽs ſctificatos in vtero: in quibus vſus
batur. liberi arbitrii fuit accelerat⁹: ⁊ ſic etiã ꝑ tale libeꝝ
arbitriũ acceleratũ meruit in ſua infantia ⁊ pueri
tia operando ꝑ grãm a ꝓpoſito ſup oẽs infantes ⁊
pueros: qꝛ ſcdm gradũ grẽ ⁊ charitatis eſt meritũ
opationis ꝓprie. Et ſic virgo maria ĩ ſua infantia ⁊
pueritia iã excellenter meritorie opabat ⁊ mereba
tur in ſua operatione: vt dictũ eſt: ⁊ ſic iã meruit co
ronã glĩe excellenter ſup oẽs ĩfantes ⁊ pueros illi⁹
etatis ⁊ ſtatus. Itẽ dictũ eſt ĩ q̃rta dignitate qualr
virgo maria fuit ſingularis in ſua deſponſatione ⁊
cõiugio: qꝛ ſimul cũ virginitate ſeruauit fidẽ ɔiuga
lẽ ſup oẽs ɔiuges: ⁊ fidẽ virginalẽ ſup oẽs virgĩes.
Et iõ ſicut meruit coronã virginalem ſup oẽs virgi
nes ſeruando ea q̃ virginis ſunt: ⁊ ptinẽt ad ſtatuꝫ
virginalẽ/ Ita etiã meruit coronaꝫ ɔiugalẽ ſup oẽs
coniuges ſeruãdo fidẽ ⁊ ſtatũ ɔiugalẽ. Itẽ eodẽ mõ
meruit coronã ſup oẽs concipiẽtes ⁊ pregnãtes et
pturientes et lactãtes ⁊ xp̃o miniſtrãtes ⁊ ſuiẽtes:
qꝛ nulla mulier cũ tanta diligentia ⁊ charitate nu-
triuit filiũ ſuũ. Et nullus ex miniſtris xp̃i cũ tanta
charitate ⁊ cũ tanta familiaritate ⁊ diuturnitate ⁊
cũ tanto labore miniſtrauit xp̃o: ſicut fecit maria:
ꝓut dictũ ẽ. Itẽ meruit aureolã ſup oẽs martyres
⁊ aplos et doctores: qꝛ oẽs ſupauit in martyrio et
fide ⁊ doctrina: ꝓut dictũ eſt. Item meruit ſup oẽs
viduas coronã poſt obitũ Joſeph ⁊ poſt xp̃i aſcen-
ſionẽ: viuendo in ſtatu viduali: exẽplo vite ⁊ doctri
ne alios docendo: Unũ totũ ſpatiũ tẽporis ab aſcen
ſione xp̃i vſq ad obitũ ſuũ/ virgo maria diſtribue-
bat in duas partes. Naꝫ in vna parte tẽporis occu
pabat in vita actiua. ſ. eleemoſynas largiendo et
ieiunando ⁊ loca ſancta quotidie viſitando. In alia
aũt parte tpis occupabat circa vitã cõtẽplatiuam
in orõnibus et meditationib⁹ rerũ diuinarũ: puta
contẽplãdo myſteriũ incarnationis ⁊ ɔuerſatiõis
xp̃i in hac vita/ ⁊ myſteriuꝫ noſtre redẽptionis: et
contẽplando glĩam filii ſui ⁊ oĩm beatorũ: in quoꝝ
ſocietate frui deſiderabat. In qua quidẽ cõtẽplatio-
ne ſepe conſolabat familiari ɔſortio angeloꝝ ⁊ col
loquio. Et etiã ſepe rapiebat in ſpũ magis ꝙ Ma-
gdalena vſq ad tertiũ celuꝫ. Et ſic virgo Maria in
vita actiua meruit ſup oẽs actiuos: ⁊ in cõtẽplati
ua ſup oẽs cõtẽplatiuos. Ultimo aũt meruit in ſuo

obitu ſup oẽs ab hoc ſeculo diſcedentes: qꝛ cũ ma-
iore charitate diſceſſit: ⁊ cũ maiori deſiderio cupie
bat diſſolui ⁊ eſſe cũ xp̃o. ¶ Et ſic ptꝫ qualr in me P
rito exceſſit oẽs ſtatus hoim ⁊ etates. Et nõ ſolum
exceſſit in merito oẽs ſtatus hoim: ſed etiã oĩm an
gelorũ. Nam licet fuerit equalis angelis in purita-
te: tñ ſuperauit celſitudinẽ oĩm angeloꝝ in chari-
tate ⁊ diuine maternitatis dignitate: ⁊ vt inq̃t Aug.
Et ideo virgo Maria meruit hierarchiã non ſoluꝫ
ſup oẽs ſtatus hoim/ ſed ſuper oẽs ordines ⁊ hierar
chias angelorum in potioribus bonis xp̃i filii ſui:
eo ꝙ per quãdã excellẽtiã meruit ⁊ adepta eſt coro
nã glĩe ſup oẽs ſtatus ⁊ ſup oẽs cõditiones hoim ⁊
angelorũ. Ideo in die eius aſſumptiõis cantat ipa
eccleſia in lectione miſſe illud eccl'iaſti. xxiiii. In oĩ
bus requiem queſiui: ⁊ in hereditate dñi morabor
⁊c. q̃ſi dicat virgo Maria. Ego q̃ſiui requiem vite
eterne in oĩbus ſtatib⁹ ⁊ etatibus: ⁊ in oĩbus cõdi-
tionibus ⁊ opatiõib⁹ meritoriis. Sed qꝛ in oĩb⁹ il-
lis merui coronã vite ꝑ excellentiã ſup oẽs hoies ⁊
angelos: iõ morabor ineternuꝫ in hereditate dñi. i.
in potioribus bonis filii mei ſuper oẽs ordines et
hierarchias oĩm hoim ⁊ angeloꝝ. Et ſic etiã cantat
ipſa eccl'ia. Exaltata ẽ ſancta dei genitrix ſuper cho
ros angeloruꝫ ad celeſtia regna. Item maria virgo
aſſumpta eſt in ethereũ thalamũ/ in quo rex reguꝫ
ſtellato ſedet ſolio. Et ſic ptꝫ vndecima dignitas
virginis marie: qua dignificauit ⁊ magnificauit eã
filius eius in fine ſui curſus ⁊ peregrinationis/ que
eſt finis aliarũ dignitatũ. ¶ Sꝫ adhuc reſtat duo-
decima dignitas: quã ſingulr exercet virgo maria
erga peccatores clamantes ad ſe/ peregrinantes in
hoc ſeculo: que dicitur dignitas itercẽſſiõis: ꝑ quã C
virgo maria ſola dicitur mater grẽ ⁊ miſericordie Maria
⁊ aduocata peccatoꝝ: ⁊ mediatrix inter nos ⁊ xp̃z. pꝛ pec-
Nã ſicut deus pater conſtituit xp̃m hoiem media- ribus
torẽ inter hoies ⁊ deũ: propter qđ homo xp̃s Jeſus tendit.
dicit mediator dei ⁊ hominum ꝑ aplm: ⁊ dicitur ad
uocatus apud patrẽ: ad Hebr. Ita pariter Chriſtus
caput eccleſie cõſtituit virginẽ matreꝫ ſuã aduoca
tam et mediatricẽ ſingularem inter nos ⁊ ipm. Unũ
Chriſtus dupliciter dr mediator dei ⁊ hoim inquan
tum homo. Primo qꝛ eſt medius in dignitate: qꝛ mi
nor parte ſcdm humanitatẽ ⁊ maior et dignior oĩ
hoĩe ⁊ angelo et in ratione eſt: ꝙ ſit medius interceſ-
ſor ⁊ redemptor inter nos ⁊ deum. Item qꝛ eſt dei
filius ſuper oĩa dilectus: quia gratia ⁊ remiſſio non
datur niſi interceſſione alicuius predilecti: ⁊ vt te-
neat mediũ inter bonificatorẽ ⁊ bonificãdũ. propt
has ergo duas cauſas xp̃s cõſtituit virginem ma-
trẽ ſuã mediatricẽ inter nos ⁊ ipm. Nam primo eſt
minor filio: ſed maior oĩ alia creatura in gratia et
gloria: ⁊ in omni dignitate: vt dictũ eſt. Scdo quia
eſt ſibi mater ⁊ predilecta ſup oẽs alias creaturas
Et ideo nunꝙ negat ipſi petitionẽ. nam ſicut pre ce-
teris filius diligit matrẽ: ita nõ põt negare ipſi pe-
titionẽ: qꝛ amor ⁊ dilectio eſt cauſa impetrationis
cuiuſcũq rei poſtulate. Item virgo maria pre cete
ris diligit filiũ ſuum: ⁊ pre ceteris ipſi miniſtrauit:
ergo filius non põt ipſi negare vicẽ amoris ⁊ retri-
butiõis/ quin audiat eam: ⁊ annuat ipſi i oĩ iuſta pe
titiõe ex priuilegio ipſi cõceſſo: eo ꝙ cõſtituit eam
mediatricẽ ⁊c. ¶ Unde ẽ valde aduertendũ: ꝑ ꝓpt
cõſeruatione reipublice militãtis: ⁊ ad reparatio- N
nẽ reipublice triũphantis: ⁊ cõplendũ numeꝝ ele

ctorũ neceſſe fuit vt cõſtitueret xp̃s mediatricẽ virginẽ matrẽ ſuã inter nos ⁊ ip̃m: poſtq̃ eiuſdem eſt tendere in finẽ: ⁊ p̃parare et diſponere ea q̃ ſunt ad finẽ. Unde manifeſtũ eſt: q̃ oẽs pctõres peccãt cõtra deũ patrẽ p̃ inobediẽtiã preuaricãdo eius precepta: ⁊ ideo p̃ talẽ culpã merent̃ penam eternã: et etiã tpalẽ: q: ꝓpter culpã occultã merent̃ penam eternã in futuro: ſed ꝓpter pctã publica merentur penã eternã in futuro ⁊ penas temporales in p̃ſenti: de q̃b⁹ nemo põt liberari niſi p̃ itercesſiones xp̃i mediatoris. Sed quia oẽs pctõres poſt baptiſmũ vltra hoc q̃ peccãt p̃ inobediẽtiã ↄ deũ patrẽ: peccant etiã grauiter p̃ ingratitudinẽ cõtra filium: eo q̃ eos redemit per ſuã paſſionẽ: ⁊ fecit eos ſue paſſionis participes per baptiſmũ/⁊ iõ peccando poſt baptiſmũ vident̃ contẽnere ⁊ deſpicere paſſionem Chriſti/⁊ ſic nullus peccator meret̃ q̃ xp̃s ampli⁹ intercedat p̃ ipſo apud patrẽ: ſine cuius intercesſione nemo põt liberari a pena eterna: nec tẽporali: nec culpa quam ipſe volũtarie ꝑpetrauit: ⁊ iõ fuit neceſſe: vt xp̃s cõſtitueret matrẽ ſuã predilectã mediatricẽ inter nos et ip̃m: vt in ſimilib⁹ caſibus intercedat p̃ nobis inter nos et ip̃m: ⁊ mitiget iram eius ꝓpter talẽ ingratitudinẽ: ⁊ vt filius placatus p̃cibus matris intercedat p̃ nobis apud patrẽ. Et ideo dicit beatus Bernadus q̃ ſicut filius p̃ nobis ſemper oſtendit patri latus ⁊ vulnera: ſic mater filio pect⁹ ⁊ vbera. Et hoc videm⁹ manifeſte de multis deuotis virgini Marie: qui in grauibus peccatis ⁊ ſceleribus laborantes/tñ finaliter venerũt ad pniam. Et etiã inter peccata liberantur a magnis malis ⁊ periculis tẽporalibus: ne pereant in eis: ⁊ ꝑducant̃ ad finalẽ pniam. Itẽ videmus quaſdã ciuitates ⁊ populos ⁊ oppida/q̃ propter pctã publica patiunt̃ multa diſcrimina ⁊ pſecutiones ⁊ infirmitates ⁊ aduerſitates. ſed q: diuina officia virginis Marie in eis frequẽtant̃: ⁊ deuote celebrantur. iõ miraculoſe ab illis aduerſitatib⁹ liberãtur: ⁊ nec puniunt̃ quãtũ eoꝝ ſcelera merent̃. Qd̃ non fit: niſi ꝓpter iuges p̃ces virginis Marie fuſas pro deuotis eius apud filium: qui placatus p̃cib⁹ mr̃is intercedit p̃ nobis apud patrẽ. ⁊ ſic in hac peregrinatione nõ relinquit̃ nobis aliud refugiũ in nr̃is tribulationib⁹ ⁊ aduerſitatibus/ niſi recurrere ad virginẽ Mariã mediatricẽ: vt velit placare iram filij: qui ꝑmittit nos flagellari ꝓpter ingratitudinẽ. Et hoc ꝓbat Aug. in libro Cur deus hõ: dicens. Eſt adhuc quoddã ſingulare p̃ſidium et refugium poſt deũ: ⁊ maxima fiducia quã in illo regno habemus. Reginã. ſ. ſororẽ noſtram ⁊ dei genitricẽ ſemperq̃ virginẽ Mariã/q̃ nõ ceſſat apud deũ p̃ hoĩb⁹ ſemper interuenire/Et maxime p̃ illis: quos filiũ ſuũ cõgrue imitari videt: ⁊ pro illis q̃ aliq̃n de malo ad bonũ redire voluit. Credere aũt indubitãter poſſumus q̃m non eſt aliquid: qd̃ filius matri ſue potẽti debeat negare aut velit. Hec eſt reuera ṽgo Maria: de qua ꝑceſſit dei ſophia: q̃ peccatoribus ſatis eſt via: ⁊ quã patefcit ſalutis via: Qui ergo ab ea auxiliũ poſtulauerit: ⁊ poſtulãs pſeuerauerit nunq̃ ab ea vacuus receder/Fruſtra enim alios ſctõs oraret ille: quẽ iſta nõ adiuuaret: ⁊ vt magis dicã/ qd̃ alij ſcti minime auderẽt: hec quadã ↄgruẽti auctoritate a filio poſtulans obtineret. Hec Augu. in q̃b⁹ ṽbis nobis oſtendit q̃ xp̃s poſt ſe h̃ ſingulare refugium nobis reliquit: ⁊ quomodo poſt Chriſtuꝫ hanc virginẽ habemus aduocatricẽ: que p̃ nobis intercedere non ceſſat: ⁊ quomodo rõne affinitatis maternalis ⁊ filialis dilectionis/nil Chriſt⁹ poteſt ipſi negare: ergo ſemp̃ ad ipſam ante oẽs ſctõs eſt recurrẽdũ. Et hec eſt vltima et ſingl'aris dignitas qua Chriſtus dignificauit ⁊ magnificauit virginez matrẽ ſuã: q: cõſtituit ipſam mediatricẽ inter nos ⁊ ipſum. ❡ Duodecim ergo ſunt dignitates et priuilegia ſingularia virginis Marie: ı̃ q̃bus Chriſtus fili⁹ eius ſup̃ oẽs alias creaturas eam dignificauit ⁊ magnificauit. Primo: q: ſingulariter eam ab eterno predeſtinauit. Scd̃o: q: ſingul'r eam in ſua creatione ſanctificauit ⁊ et ab omni pctõ preſeruauit. Tertio: q: in vtero matris in ea vſum liberi arbitrij ⁊ rõnis ſingulariter ad merẽdum accelerauit. Quarto: q: in eius coniugio fidem virginitatis ſimul cũ fide coniugali ſeruauit. Quinto: q: ſingulariter ſine viro ⁊ corruptione cõcepit/et abſq̃ omni erumna cũ virginitate peperit. Sexto: q: in tali cõceptu et partu mater dei et filij dei eſt effecta. Septimo: q: in illa obũbratiõe ſpũs ſancti intellectu purgatũ ⁊ heroicum eſt adepta: et propheta: ⁊ euangeliſta ſimul effecta. Octauo: q: familia eius deuotius et laborioſius Chriſto miniſtrauit. Nono: quia coronã ⁊ aureolã martyrij ſup̃ oẽs apl'os ⁊ martyres eſt conſecuta. Decimo: q: a ſnĩa incinerationis fuit excepta. Undecimo/q: ſuper oẽs hierarchias hominũ et angelorũ in celo ĩmediate poſt filiuz eſt collocata ⁊ exaltata. Duodecimo: q: mediatrix inter hoĩes et Chriſtũ in ſingulare p̃ſidiũ eſt conſtituta. Hec ergo virgo Maria mater dei eſt illa mulier amicta ſole/⁊ habens lunaꝫ ſub pedibus ſuis: quã vidit Joannes in Apocalypſi. Et hec eſt illa corona et diadema ſtellarũ duodecim in capite eius: que ſunt. xij. dignitates et priuilegia que per grãm meruit virgo Maria: quib⁹ correſpõdent. xij. premia in gloria. Et ideo ſicut iſtis. xij. dignitatibus dignificauit ⁊ magnificauit Chriſtus virginez in hoc ſeculo p̃ grãm: ⁊ et in celo p̃ gloriã: propter quas oẽs generationes predicãt eã beatã: ita ipſa in hoc cãtico agendo gratias magnificat deum dicẽs. Magnificat ⁊c. Quaſi dicat: aĩa mea magnificat dñm: qui potens eſt et ſctm̃ nomẽ eius/ꝓpter iſta duodecim magna priuilegia que fecit mihi: q: ex hoc: quia fecit mihi iſta magna: oẽs generationes dicent me beatam. Et hoc de ſecũdo p̃ncipali queſito. ❡ Sed nunc reſtat reſpõdere ad tertiũ principale queſitũ. ſ. quare virgo Maria dixit in hoc cãtico q̃ omnes generationes debebant ipſam dicere ⁊ p̃dicare beatã per ſupradicta. xij. priuilegia et dignitates cuꝫ nos videamus Judeos ipſam blaſphemantes ⁊c. Ad hoc reſpõdetur qd̃ iſta tria noĩa: ſcꝫ gentes/ nationes: et generationes/cõiter in ſacra ſcriptura ſignificãt ppl'm gẽtilẽ qui viuebãt ſm̃ naturam ⁊ carnem: ⁊ non ſm̃ legem dei: vt dictũ eſt per totã expoſitionem libri pſalmorum: que quideꝫ gentes ⁊ generationes erant venture ad fidem Chriſti: et debebãt fieri filij Iſrael et Abrahe ſm̃ ſpm̃ et laudare nomẽ dñi ⁊ deũ Iſrael ⁊ meſſiã in lege promiſſum: vt videmus eſſe cõpletũ. Que quidam gñationes ſicut nunc laudant nomẽ dñi: qui eſt Chriſtus verbũ incarnatũ: ita pariter laudãt ṽginẽ matrez eius/⁊ dicũt eã beatam. Que quidem gñationes licet nõ ſimul venerũt ad fidẽ: ſed ſicut ſucceſſiue venerunt per oẽs partes mundi: ita ſucceſſiue laudauerũt nomẽ dñi: ⁊ beatã dixerũt matrẽ eius: q: non fuit aliqd̃ regnũ nec ꝓuincia q̃ non venerit ſucceſſiue ad fidẽ Chriſti: ſicut dictũ eſt pſal. lxxi. ⁊. cix. ⁊ ſic Judeis reprobatis blaſphemantib⁹ Chriſtũ ⁊ matrẽ eius: oẽs gñationes populi gẽtilis venerunt ad fidẽ: ⁊ laudarũt Chriſtũ: ⁊ beatã dixerũt matrẽ ei⁹. ❡ Sed q: nr̃is demeritis exigentibus Arabia que in multis hereſibus laborabat/receſſit a vera fide xp̃i fraude Mahometi ⁊ ſuorũ/⁊ incidit ĩ illã ſectã que poſtea maiorẽ partẽ mundi decepit ⁊ vſurpauit: ⁊ iõ in magnã partẽ fuit perturbata a vera laude Chriſti: ⁊ virginis matris eius: eo q̃ negat xp̃m eſſe deũ. Sed non tantũ fuit pturbata: quin dicat xp̃m ſctm̃ ſup̃ oẽs hoĩes/⁊ filiũ ſpũs dei: ⁊ virginẽ Mariã beatã ſup̃ oẽs mulieres ⁊ ſup̃ oẽs gñationes. Aſſerũt etiã Chriſtũ eſſe maximũ prophetam/ ſctm̃ ſup̃ oẽs ſanctos: ⁊ ſapientẽ ſup̃ oẽs ſapientes: ⁊ pphetã ſup̃ oẽs ꝓphetas: ⁊ potentez in miraculis ſup̃ oẽs potẽtes: natum ex ṽgine ſine patre. *[Nota de ... ...]* Unde Mahometus volens cõmendare ſeip̃m: ⁊ auctoriꝫare fraudẽ ſuã/finxit in Alcorano ſuo ⁊ in capl'o filiorũ Iſrael: q̃ quadã die dum erat in oratione fuit rapt⁹ ab angelo Gabriele ⁊ portatus a Mecha in Hierl'm. Et exinde aſcẽdit ĩ celũ cũ angelo vſq̃ ad oratoriũ dei: a quo accepit librũ Alcorani: qd̃ interpretat̃ collectio p̃ceptorũ dei: ⁊ iõ cõmuniter itroducit deũ ad loquẽdũ quaſi p̃ totũ Alcoranum. Et ſic in capl'o Elbachera dicit de⁹. Dedimus Jeſum filiũ Marie: ⁊ vt faceret ꝓdigia ⁊ miracula manifeſta: ⁊ fecimus euꝫ p̃ ſpm̃ ſanctũ. Itẽ infra dicit: Inſufflauim⁹ in Mariã de ſpũ noſtro. Itẽ ibidem dicit: q̃ xp̃s fuit ſue matri p̃ angelũ annunciatus: ⁊ p̃ ſpm̃ ſanctũ ſanctificatus ⁊ cõceptus ex virtute dei de matre virgine ſanctiſſima ⁊ puriſſima ſuper oẽs mulieres. Itẽ in capl'o Elmeide/dicit deus. Limitauimus veſtigia oĩm hoĩm p̃ Jeſum filiũ Marie veraciſſimũ patenter: ⁊ dedimus ei euangeliũ: in quo eſt vera directio: et lux et veritas manifeſta: et ſic Mahometus q̃nq̃ appellat Chriſtuꝫ verbum dei: ⁊ quandoq̃ ſpiritũ dei/⁊ nunciũ dei: quandoq̃ aĩam dei: ſed nõ vult appellare ip̃m deũ: cõcordãdo cum hereſi Arriana. Itẽ in cõmendationẽ virginis Marie dicit in capl'o amarã: q̃ dixerũt angeli ad Mariã: O Maria Deus pretulit te ſup̃ oẽs mulieres. O Maria De⁹ euangelizat tibi de verbo ſuo: ⁊ nomen Chriſtus Jeſus fili⁹ Marie. Item in capitulo Elneſſa dicit. Nõ dicais de deo niſi veritatẽ: q: Jeſus filius Marie eſt nuncius dei: ⁊ verbum dei: qd̃ ipſe poſuit in ea p̃ ſpiritũ ſanctũ. *[Nota ... ſarraceni dicunt mariã ſctam.]* Et ſic dicunt oẽs Alfaquini. i. doctores ſarracenorũ: q̃ poſtq̃ deus et angeli ⁊ Mahometus appellant virginẽ Mariam ſanctã ⁊ beatã: q̃ ſit anathema oĩs ille: qui eam nõ fuerit venerat⁹. Unde quidã Alfaquinus vocatus Aben Rodoam volens exponere illa verba q̃ dixerunt angeli ad beatam Mariã. ſ. O Maria Deus p̃tulit ⁊ elegit te ſup̃ oẽs mulieres ⁊c. dicit in ſuo libro quem intitulat librum Mariem/q̃ illa verba tanq̃ conſolatoria dicebant angeli tripudiantes in partu virginis Marie: letificantes eam de filio ſuo magno ꝓpheta: quẽ in virginitate pepererat. Itez dicit in eodẽ libro q̃ q̃n Herodes cum ſuis militibus querebat pueruꝫ Jeſum in Bethleem ⁊ Hierusalẽ: vt interficeret eum cum ceteris innocẽtibus: tunc virgo Maria tranſibat inter eos cũ puero in vlnis: ⁊ non videbãt puerũ nec matrẽ: ⁊ eo q̃ angeli occecabãt eos: ⁊ ſic ṽgo Maria trãſiuit illeſa vſq̃ ad fines Jude: ⁊ intrans in egyptũ. Itẽ dicit: q̃ q̃dã agricole annunciauerũt Herodi qualiter viderant Mariã fugientẽ cum puero in egiptum: quo audito Herodes cõfeſtim miſit milites qui occiderent infantẽ ⁊ matrẽ. q̃ quidẽ milites inſequentes in deſcenſu cuiuſdã collis viderũt Joſeph cũ Maria ⁊ infantẽ in fundo vallis iuxta quẽdã fontẽ: tũc cõcito paſſu inceperunt currere cõtra eos: quos vidẽs Maria dixit ad infantẽ. O fili ecce milites Herodis veniunt ad interficiendũ te ⁊ me: ergo ſalua te metip̃m ⁊ me. *[Not. de fuga in egyptũ]* Erat autẽ ibi iuxta fontẽ quedam antiquiſſima ficulnea habẽs trũcũ groſſiſſimũ ⁊ latũ ⁊ cõcauũ ex nimia antiquitate: ad q̃ ficulneã ſe appodiauit virgo Maria tenens infantẽ in brachijs. Que quidẽ ficulnea illico ſe aperuit in duas partes ad tactũ virginis Marie: ⁊ tunc Maria cũ infante poſuit ſe intra ficulneã apertã: ⁊ q̃ ſtatim iterũ clauſa eſt occultans matrẽ cũ puero. Uenientes autẽ milites ad fontẽ nõ inuenerũt nec viderunt niſi ſolũ Joſeph cũ aſino. Qui dixerunt: vbi eſt mulier: quã ꝓſpeximus de colle tecũ exiſtẽtẽ iuxta fontẽ cũ puero in manibus: Quib⁹ Joſeph reſpõdit. neſcio Uos videtis nullũ mecũ eſſe niſi aſinũ cum iſta ficulnea: forſan iſta ficulnea viſa eſt vobis mulier. *[Nota.]* Tunc milites putantes ſe deluſos ĩ viſu reuerſi ſũt. via qua venerant: ⁊ ſic iterũ aperta ficulnea Maria exiuit illeſa ⁊ ſedens ſuper aſinũ ꝓfecta eſt in egyptum ſimul cũ filio et Joſeph. Itẽ dicit vlterius: q̃ Maria ꝑuenit cũ puero ad locũ prope magnã ciuitatem q̃ nũc dicitur Cayre: vbi eſt fons ex cui⁹ aqua rigat̃ vna vinea: ex q̃b⁹ vitibus diſtillat balſamuꝫ: in quo fonte Maria quotidie lauabat pannos pueri Jeſu ⁊ lauabat ſeipſaꝫ ant eq̃ faceret zala. i. orationẽ. *[Exemplum.]* Et iõ firmiter credunt oẽs ſarraceni/q̃ iõ ſola aqua illi⁹ fontis eſt vtilis. ⁊ habet virtutẽ ad rigandũ illã vineã: eo q̃ virgo Maria lauabat ſe et pannos Jeſu in illo fonte: ⁊ iõ nulla alia aqua habet illã virtutẽ: preter illam. *[No. d̃ ſepulcro ṽginis.]* Et hinc eſt qd̃ nullus ſarracenus audet ſe lauare in illo fonte ante orationẽ. dicunt enĩ q̃ nullus eſt dign⁹ lauari in illo fõte vbi virgo Maria lauit ſe: ⁊ cũ filio ſuo. Itẽ dicunt ſarraceni/q̃ dum virgo Maria fuit in illo loco egypti: nulla mulier parturiẽs potuit periclitari: ſi virgo Maria imponeret ipſi manus. ⁊ iõ oẽs parturientes vocabant eã vt imponerẽt ſibi manus. Itẽ dicunt q̃ oẽs mulieres habẽtes infantes infirmos veniebant ad Mariam: ⁊ ipſa imponebat man⁹ infantis Jeſu ſuper eos ⁊ ſanabantur a quacunq̃ detinebãt̃ infirmitate: Itẽ ego audiui a fide dignis quidã cauſa viſitãdi loca ſãcta fuerũt ĩ Hierl'm/qualiter ſarraceni venerant̃ valde ſepulcrũ virginis Marie: qd̃ eſt in valle Joſaphat/vbi frequẽter Sarraceni faciunt zala. i. orationem. immo dicit mihi quidã miles: qd̃ decies iuit in vna die ad ſepulchrũ virginis vt faceret orationẽ ⁊ nunq̃ potuit intrare: q: ſemper inueniebat ibi ſarracenos facientes orationẽ: qui nõ permitebãt ipſũ intrare dicentes ipſum nõ eſſe dignũ intrare ſepulchrũ tãte virginis. Unde ſarraceni nõ habẽt in tãta veneratiõe ſepulchrum xp̃i ſicut ſepulchrũ virginis: eo qd̃ nõ credũt ip̃z fuiſſe mortuũ nec ſepultũ: immo dicũt: qd̃ q̃n Judei voluerũt rapere ip̃z in orto: qd̃ angeli rapuerũt xp̃m in celũ: ⁊ ibi manet viuus in ſocietate dei vſque. ad Antichriſtũ: q: tunc mittet eũ deus: vt interficiat.

Antichriſtū: vt dicit Mathometꝰ in Alcorano. Immo dicunt quidā Alphaquini: ꝙ Jeſus Chriſtꝰ non ſolū interficiet Antichriſtū: ſed etiam oēs Judeos: eo ꝙ voluerunt ipm̄ interficere. Ex quibꝰ oibꝰ ptꝫ ꝙ licet ſarraceni decepti per Mahometū non habeant rectā fidem de diuinitate Chriſti: tn̄ venerantur ipſum tanꝗ verbū et ſpm̄ ⁊ animam dei et nuncium dei et prophetā ſup oēs ꝓphetas: et venerantur virginē Mariā matrē Chriſti aſſerentes ipſam virginē ante partū: ⁊ poſt partū eſſe puriſſimam et ſanctiſſimā ſup oēs mulieres abſque omni peccato: immo ſi quis oppoſitū diceret lapidibꝰ obrueret: Et ſic predicant ipſam beatam ſup oēs gn̄ationes. ¶ Ex quibus ptꝫ ꝙ nō ſolū oēs generationes populi gentilis: que ſucceſſiue per oēs partes mūdi venerūt ad fidem Chriſti: dixerunt beatam virinē mariā: ſed etiam modo tā ſarraceni ꝙ chriſtiani oēs deſcendentes de generatiōe ⁊ natione populi gētilis dicunt et predicant virginē Mariā beatā et felicē vt dictum eſt: licet Judei blaſphemēt ipſaꝫ. Et hoc intēdebat dicere Maria: cū dixit. Beatā me dicēt oēs gn̄ationes. quaſi diceret: iudeis reprobatis et in ſua cecitate obſtinatis: beatā me dicent oēs generationes. ſ. populi gētilis: q̄ ad fidē conuertentur Et hoc declarabit Maria in ſequentibus: cū dicet ꝙ filius ſuus diſpſit iudeos ſuperbos: et depoſuit de ſede ſacerdotali: ⁊ exaltauit hūiles gentiles credentes/ ⁊ īpleuit eos bonis ſpūalibꝰ. Et ſic oēs iſti credentes ⁊ exaltati dicunt beatā virginē Mariaꝫ Hoc eſt ergo argumentū: qđ virgo Maria facit in prima parte huius cantici. ſ. qꝛ deus eſt oīpotēs et nomē eiꝰ et ſanctū: qđ eſt verbū īcarnatū. ſ. Jeſus Chriſtus deus ⁊ homo ideo fecit magna mihi matri ſue. i. magnis dignitatibus ⁊ priuilegijs me magnificauit: et ideo ex hoc beatā me dicent oēs gn̄atiōes conuerſe ex populo gētil. i. iudeis reprobatis ⁊ ideo magnificat aīa mea dn̄m: ⁊ exultauit ſpūs meuꝫ in deo ſalutari meo: prout latius patebit.

Luc. i. de pe. di. i. c. ſerpēs

## Et miſericordia eiꝰ a progenie ī ꝓgenies timentibus eum.

¶ Hec eſt ſcđa pars huius canticū: qua virgo maria magnificat deum in ꝑſona totius eccleſie propter bona q̄ tota eccleſia recepit in aduētu Chriſti: ꝑ hoc volens oſtendere: ꝙ nō ſolū ipſa obligat deū magnificare: eo qđ filius ſuꝰ eam magnificauit ⁊ dignificauit priuilegijs ⁊ dignitatibus ſupradictis: ſed etiā tota eccleſia obligat deū magnificare: eo ꝙ Chriſtꝰ eam redemit ⁊ exaltauit: ⁊ multis bonis ſpūalibus repleuit ⁊ ditauit. Ad cuius intellectū ē notandū: ꝙ qꝛ dictū eſt ſupra/ qđ Chriſtus filius virginis eſt nomē dei potens ⁊ ſctm̄ ⁊ ꝑ ꝯn̄s cōtinet in ſe eſſentialiter et naturaliter oīpotentiā ⁊ ſummā ſapientiā ⁊ iuſtitiā ⁊ mīam: ⁊ ſic dicit brachium patris ⁊ ſapientia pr̄is: ideo venit in carnem ad notificandā et exercēdā oīpotētiā ⁊ ſapientiā/ ⁊ iuſtitiam ⁊ mīam in mundo in opere noſtre redēptionis. Hoc ergo volens oſtēdere/ quatuor facit virgo Maria in hac ſcđa parte huius cantici. Nam primo dicit: qualiter Chriſtus exercuit ſuā mīam erga timētes deū et humiles ī ſuo aduētu. Scđo qualr̄ exercuit ſuam potentiam contra ſuperbos: eos diſperdēdo ꝺ mente cordis ſui. Tertio qualiter exercuit ſuā iuſtitiā potentes ſuperbos et ingratos deponēdo de ſede: ⁊ humiles exaltando. Quarto qualiter ſuam exercuit ſapientiā ſimul ⁊ mīaꝫ eſuriētes humiles replēdo bonis: ⁊ diuites ingratos et ſupbos inanes relinquendo. Scđm ibi Fecit potētiā. Tertiū ibi depoſuit potētes: Quartū ibi Eſurientes impleuit ⁊c. ¶ Quantū aūt ad primū ē aduertendū: ꝙ licet Chriſtus venerit in carnē ad oſtendendā ⁊ exercēdā oīpotentiā ⁊ iuſtitiā et ſapientiam ⁊ mīam: tn̄ principalr̄ venit ad oſtendēdā mīam ſuā in oꝑe noſtre redemptiōis: ⁊ ſeruitute ⁊ captiuitate pctī nos liberādo: ꝙ nō potuit fieri abſqꝫ oīpotentia ⁊ ſapiētiā ⁊ iuſtitia. Ideo patres veteris teſta. oēs expectabāt eū: vt faceret nobiſcū mīam nos a pctō liberando. Ideo dicebat Dauid pſal. lxxix. Excita potentiā tuā ⁊ veni: oſtende facieꝫ tuā ⁊ ſalui erimꝰ. Iteꝫ pſal. lxxxiiij. Oſtende nobis dn̄e mīaꝫ tuā: et ſalutare tuū da nobis. Sed qꝛ actꝰ actiuoꝝ ſunt in patiente diſpoſito: ideo opꝫ: ꝙ homo diſponat per aliquaꝫ diſpoſitionem vt ſit aptus ad taleꝫ grām et mīam Chriſti ⁊ remiſſioneꝫ pctōꝝ recipiendā. Sed qꝛ humilitas eſt prima diſpoſitio ⁊ radix oīm ꝟtutum et gratiarum: ſicut ſupradictum eſt/ ideo oportet qđ homo diſponat per humilitateꝫ ad grām et mīam Chriſti capeſſandā Vn̄ ſicut ſupbia reddit hominē ineptum ad omnem virtuteꝫ ⁊ grāꝫ recipiēdā: ita humilitas reddit ipſum aptuꝫ ⁊ habileꝫ ad omneꝫ virtutem ⁊ gratiā capeſſendā: ⁊ remiſſionem cuiuſcūqꝫ delicti ⁊ veniā cōſequendā. Ideo dicit Jaco. in canonica ſua cap. i. quod deus ſuperbis reſiſtit: humilibꝰ aūt dat grām. Item pſal. xvij. Tu ppl'ꝫ humileꝫ ſaluū facies: ⁊ oculos ſupboꝝ humiliabis. Et ſic ptꝫ/ qđ ſicut oportet ꝙ ex parte dei ſit ſctitas: et mīa ad gratiam et veniā et remiſſionem conferendam: ita oportet vt ex parte hominis ſit humilitas ad talem gratiam et remiſſionem recipiendam et merendā et conſequendā: qꝛ deus reſpiciens humilitatem ⁊ timorem in homine: dat ipſi gratiam ⁊ veniam/ ⁊ releuat ipſum a miſeria in qua eſt Vnde ſicut ſupbis ⁊ temerarijs negat veniā: ita humilibꝰ ⁊ timentibꝰ nō negat mīam ⁊ remiſſioneꝫ pctōꝝ Et iō hec eſt cā quare Chriſtꝰ nō vſus eſt mīa cū diabolo ſupbo: ⁊ Judeis obſtinatis: qꝛ eoꝝ ſuperbia et temeritas nō meruit veniam et remiſſionem: qꝛ erāt īepti ⁊ indiſpoſiti ad mīam ⁊ veniā capeſſendam: ⁊ ſic non profuit eis mīa ⁊ paſſio Chriſti. Sed profuit omnibus humilibꝰ et timentibus: deū quales fuerunt oēs fideles et apl'i ⁊ diſcipuli de populo iudaico: ⁊ conuerſi an fidem Chriſti de populo gentili. Et hoc intendit dicere virgo Maria in hoc verſu. Vnde ait: ꝙ ſicut dn̄s cuius nomen eſt potens: ⁊ ſctm̄ reſpexit humilitateꝫ ī ea ꝓpter quā fecit ipſi magnalia ſupradicta: ita pariter reſpexit humilitatem ⁊ timoreꝫ in ceteris omnibus fidelibꝰ: ⁊ ideo miſericordia eius non ſuperuenit nec ꝓfuit ſupbis et temerarijs ⁊ impenitentibus diabolis. et Judeis obſtinatis: ſed profuit omnibus humilibus et fidelibus timentibus eū cōuerſis tam de populo gentili ꝙ iudaico. Que quidem mīa ꝓceſſit primo a progenie Judeoꝝ in apoſtolis ⁊ ceteris fidelibꝰ recipientibus Chriſtū ex illo populo: ⁊ et ſucceſſit in progentes gentiliū predicatiōe apl'oꝝ: et ita fructus redemptiōis ſubuenit ⁊ ꝓfuit ſucceſſiue omnibus timentibus deū a progenie in progenies et ab etate vſque in finem mundi. ¶ Ad huiuſmodi autem intellectum eſt aduertendum: ꝙ iſta ſe habent per ordinē. ſ. hūilitas ⁊ timor dei: ⁊ et charitas affectiua: ⁊ ſpes. qꝛ vltimū preſupponit primuꝫ: ⁊ ꝑ ordinē oīa ſequntia. Nā ex humilitate ſequit timor dei: ⁊ ex timore ſequit fides: ⁊ ex fide charitas: ⁊ ex ea charitate ſequit ſpes. ⁊ ideo q̄ nō habet humilitatē nullū alioꝝ pōt habere. Nā ſupbus nec timet hoīes nec timet deū. ⁊ ſi nō timet deū nō credit: ⁊ ꝑ conſequens nō diligit nec ponit ſpem in eo. Sed ſi homo eſt humilis timet diuinū iudiciū: ⁊ ꝑ cōſequēs credit: ⁊ exinde amat deū: ⁊ ꝑ cōſequēs ponit ſpem in eo. ¶ Ex quo ptꝫ ꝙ fides q̄ eſt principiū virtutū theologaliū preſupponit ⁊ includit humilitatē cum timore. Et hanc humilitatē fide ſpe ⁊ charitate formatā oſtendit virgo Maria qn̄ dixit. Ecce ancilla dn̄i: fiat mihi ſcđm verbū tuū. Et hanc humilitatē reſpexit deus in ea: ꝓpter quā voluit ex ea carnem aſſumere: ⁊ ꝓpter quā fecit ipſi magna ſupradicta eo modo quo dictū eſt. Et iō dicit Maria: ꝙ ſicut deus reſpiciēdo in ea humilitatē fecit ipſi magna ſupradicta: ita reſpiciēdo humilitatem ⁊ timorē in oībus fidelibꝰ a ꝓgenie in ꝓgenies eiꝰ mīa ꝓfuit oībus timentibus: eo ꝙ humilitas q̄ eſt radix oīm virtutū: ⁊ timor dei: q̄ eſt initiū ſapiētie: eſt q̄dā diſpoſitio ad recipiēdā mīam dei ⁊ fructū ⁊ effectum redēptionis. ¶ Sed eſt iterū aduertendū/ ſicut dictum eſt pſal. xviij. ꝙ quadruplex pōt eſſe timor. ſ. ſeruilis: filialis: caſtus: ⁊ ſanctus. Aliter enī timet ſeruus: aliter filiꝰ: aliter vxor: aliter vir iuſtꝰ ⁊ ſanctus. Seruus enī timet facere malū ne verberet a dn̄o. Filius vero timet patrem: ne priuet ipm̄ hereditate. Vxor vero timet virū: ne ſeparetur ⁊ dimittat illā. Sed vir iuſtus ⁊ ſctūs timet peccare cōtra deū: nō ꝓpter aliqđ ꝓpriū intereſſe: ſed ne diſpliceat deo: quē diligit ī ſe/ ⁊ ꝓpter ſe: ⁊ plus ꝙ ſeipm̄. qꝛ vir ſanctꝰ oblitus ſuipſius diligit deū ſup oīa: et ſi q̄d aliud diligit: illud diligit in deo ⁊ propter deum: ⁊ ſic diligit ſe in deo ⁊ non principaliter in ſe. ⁊ iſte talis timor eſt cum ſumma charitate: que mittit foras oēm ſeruilē timorē: licet includat timorē filialē ⁊ caſtū: qꝛ timor ſanctꝰ etiam timet ꝑdere deū ⁊ eius hereditatē. Eſt verum ꝙ timor ſeruilis quo timēt peccare mali formidine pene: licet non ſit pfectꝰ: tn̄ nō eſt malus eo ꝙ opponit temeritati. Vn̄ licet talis timor non ſit meritoriꝰ: tn̄ pōt eſſe principiū ⁊ via ad timorē filialē ⁊ caſtum ⁊ ſanctū qꝛ trahit hoīem ad alios tres ſequentes timores ſcđm ordinē pfectionis. qꝛ timor ſeruilis trahit ad filialē: ⁊ filialis ad caſtū: ⁊ caſtus ad ſanctū: qui cōſtituit hoīem in ſumma pfectione. Vn̄ ſicut acus ſe habet ad filū: qꝛ pforando trahit ipm̄ cōiungendo pannū vnū cū altero: ⁊ miſſa acu foras manent partes panni cōſute ⁊ iuncte ꝑ filū: Ita pariter timor ſeruilis formidine future pene pungit ⁊ penetrat cor hoīs. Et exinde trahit ſecū ad timorē filialeꝫ ne ꝑdat pctō gl'iam dei: ⁊ ſic pctōꝝ iam magis adheret deo. Et exinde ille talis nititur recuperare deū ꝑ penitētiā: ⁊ ſic iā eſt in amore ⁊ timore caſto ⁊ vxorali: timendo ne ꝑdat deū ⁊ ꝑ cōſequens gloriam eius: ⁊ ſic timebit ipſi diſplicere ſolum ꝓpter eiꝰ bonitatē. Et ſic miſſo foras timore ſeruili: manet aīa hoīs cōſuta ⁊ cōiuncta deo filo timoris et amoris ſancti ſub quadā extaſi in deū transformata, vt inquit Diony. ⁊ magis in deo amato ꝙ in corde qđ informat ⁊ animat. vt inquit Aug. Virgo aūt Maria licet iam in ſua prima ſanctificatione fuerit a deo diſpoſita ꝑ humilitatē formatā fide ⁊ ſpe ⁊ charitate: ⁊ ꝑ conſequens timore filiali ⁊ caſto ⁊ ſancto qui quidem timor ſanctus cōſtituebat ipaꝫ in ſummo gradu perfecionis. ⁊ reſpiciens deus in ea hanc humilitatem ſic formatam: fecit ipſi cetera magna ſequentia. ſ. virginē cū fide coniugali ⁊ cum fecūditate: ⁊ matrem dei ⁊c. tn̄ ad hoc ꝙ deus det homini grātiā gratificam ex meritis ſue paſſionis. oportet ⁊ ſufficit ꝙ ſit diſpoſitus ꝑ humilitatē formatā timore ſaltē ſeruili ⁊ filiali. ſ. ꝙ timeat penas futuras/ ⁊ timeat perdere gloriā quam deus ꝓmiſit diligentibꝰ ſe: ⁊ immo deſideret talē gloriam/ ⁊ gratiā ꝑ quā deus dat talem gloriam. qđ non pōt fieri ſine fide ſaltem informi: ⁊ tunc deus informat illā fidē per charitatem ⁊ ſpem firmam: ⁊ per conſequens per gratiam. Sed qꝛ apoſtoli ⁊ ceteri diſcipuli ad primā vocationē habuerūt talem humilitatem ⁊ timorē ⁊ fidē audiendo Chriſtū: ⁊ populus gētilis audiendo apoſtolos: ⁊ ō ſicut fides apoſtoloꝝ fuit poſtea firmata ⁊ formata per charitatem ⁊ gratiā: ita etiam ⁊ humilitas ⁊ fides gentiliū: ⁊ oībus iſtis profuit miſericordia redēptionis Chriſti ſemꝑ preſuppōnēdo ꝙ Chriſtus per gratiā preuenientē diſponebat primo corda eoꝝ ꝑ humilitatē timore ſeruili ⁊ filiali formatā: ad recipiendā gratiam redēptionis. qꝛ cuius eſt introducere formā/ eiuſdē eſt diſponere materiā ⁊ ſubiectū: vt dictum eſt. Et iō dicit virgo Maria: ꝙ mīa eius ⁊ fructus redēptionis tantū ꝓfuit ſic timentibꝰ deū: ⁊ nō reſiſtentibꝰ: ⁊ hoc a ꝓgenie in progenies. Nam talis mīa ⁊ fructꝰ redemptionis: primo datus eſt apl'is ⁊ diſcipulis xp̄i: q̄ erant de ꝓgenie Judeoꝝ: Et exinde ꝓceſſit in ꝓgenies gentiliū per predicationem apoſtoloꝝ ⁊ diſcipuloꝝ. ⁊ ſic etiā tranſiuit ſucceſſiue ex vna ꝓgenie ⁊ etate in aliā vſqꝫ ad magnum Conſtantinū: ⁊ exinde ab vno regno in alterum: et ex vna lingua in alterā: vſqꝫ q̄ totꝰ mundus ꝑuenit ad fidē xp̄i: et ſic in catholicis xp̄ianis ꝑſeuerabit a ꝓgenie vſqꝫ ad finē mūdi: vbi recipiemꝰ vltimam perfectionē ⁊ p̄miū ex meritis paſſionis Chriſti in corpore glorificato ⁊ aīa beata. Deinde cum dicit/

## Fecit potentiam in brachio ſuo: diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.

Luc. i. xvij. q. iiij. ca. miror. in glo.

¶ Explicat qđ ſuperius implicite dixit. ſ. ꝙ deus oīpotens cuius nomen eſt ſanctum et miſericors vſus fuit ſua miſericordia cum ſolis humilibus timentibus eum: qꝛ miſericordia eius ſolis timentibus deū ⁊ humilibus profuit. hic autē dicit ꝙ deus cum ſit potens non vſus eſt miſericordia: ſed iuſtitia ⁊ potentia cum ſupbis ⁊ temerarijs ⁊ obſtinatis Judeis: ⁊ ceteris infidelibus: eo ꝙ non ſolū noluerunt recipere beneficiū miſericordie ⁊ redemptionis Chriſti: ſed etiā ex nimia ſupbia ⁊ auaritia noluerūt diſponi per humilitatē ⁊ timorē: nec audire ꝑdicationē ⁊ legē Chriſti: q̄ diſponit ad graciam redēptionis recipiēdā. Et ſic nō ſolum formā: ſed nec etiā diſpoſitionē voluerūt recipere: qꝛ noluerunt intelligere: vt bene agerent immo cōtēpſerūt: ⁊ toto conatu reſtiterūt: ⁊ gratis oderūt Chriſtum ⁊ crucifixerūt. Et ideo Chriſtus nō ſolū puniuit eos pena damni auferendo ab eis fructū redēptionis et regnum dei: ⁊ dando ipm̄ timentibus eum: ⁊ populo gētili facientī fructū humilitatis ⁊ fidei: ſed etiā puniuit eos pena ſenſus ⁊ diſperſionis ⁊ captiuitatis ī p̄ſenti: ⁊ pena eterni ignis ī futuro. Et ſic oſten

dit in eis potentiā puniendo: ⁊ non miām redimendo. Et hanc potentiā oſtēdit deus pater ꝑ filium: ⁊ q̄ dicit̄ brachiū patris. Nam filiꝰ dei incarnatus dicitur nomen pr̄is: inquātum pr̄ per ipſum filiū incarnatū ſeipm̄ mūdo notificauit ⁊ manifeſtauit: et dicit̄ mia patris: inquātū ꝑ ipm̄ mundū redemit. Sed dicit̄ brachiū patris: inquantū per ipm̄ ſuam potentiā exercuit in miraculis faciendis: ⁊ in malis puniendis ⁊ diabolis ſuperandis. Et ideo dicit virgo Maria: ꝙ deus pr̄ non fecit miam: ſed potentiam in brachium. i. cū filio ſuo cōtra ſuperbos Judeos ⁊ infideles: ſed fecit potētiā ⁊ iuſtitiā eos puniendo: ⁊ ſic diſperſit eos ſupbos mente cordis ſui.

Filius dr̄ pr̄is brachium.

Phariſei ſupbi.

℄ Ad cuiꝰ intellectū eſt notādū/ ꝙ Scribe ⁊ Phariſſei ⁊ ſequaces eorū multiplr̄ fuerūt ſupbi in mēte: ⁊ intentione cordis ſui. Et ideo Chriſtus multipliciter diſperſit eos a ſuperbia ⁊ mēte ſupbie cordis ſui. Unde primo Scribe ⁊ Phariſſei erant ſuperbi gloriantes de ꝓpria natura carnali: ⁊ de generatiōe. Et iō putabāt ꝙ ſoli filij Abrahā ⁊ Iſrael erāt ſaluādi: ⁊ debebant eſſe liberi ab oi ſeruitute. Et ideo dixerūt Chriſto Joā. viij. Nos ſemē Abrahe ſumꝰ: ⁊ nemini ſeruiuimꝰ vnq̄. Sc̄do erāt ſuperbi in honoribꝰ. Nā licet oſtēderēt humilitatē exterius: tn̄ intrinſecus erāt lupi rapaces. Matt. v. Et querebāt primos accubitus in menſis: ⁊ ſalutationes in foro: ⁊ vocari ab hoibus rabi/ vt ptꝫ Matt. xxiij. Tertio erant ſupbi in dn̄io: q2 timebāt ꝑdere cathedrā Moyſi: in qua iudicabāt iudicia: et timebāt ꝑdere ſceptrū ⁊ ſacerdotiū ⁊ emolumēta oblationū ⁊ ſacrificioꝝ: et ideo dixerūt. Si hūc dimittimus: veniēt Romani ⁊ tollēt locū noſtrū ⁊ gentē. Joā. xj. Et ex tali ſupbia et mala mēte cordis ſui: ⁊ mala intētiōe crucifixerūt Chriſtū. Quarto fuerūt ſuperbi in mente cordis ſui/ ⁊ inflati intelligentia ſcripturarū: Nam ſicut erāt carnales ⁊ tꝑales: ita tam ſcripturā trahebant ad ſenſum carnalē ⁊ ad lucrum ſuū. Et ideo noluerunt humiliari ad audiendā doctrinā Chriſti: q̄ ſcripturā legis ⁊ ꝓphetarum eis ſpūaliter ⁊ ad verū ſenſum declarabat: ⁊ cōtra eoꝝ ſupbiā ⁊ auaritiā ⁊ cecitatē p̄dicabat: vt ptꝫ ꝑ totū diſcurſum euāgelicū. Et iō timētes perdere ſacerdotiū ⁊ ſceptrū iudiciale: ⁊ ꝑdere locū ⁊ gentē ⁊ bona tꝑalia ⁊ honores: interfecerūt Chriſtū: putātes oia ſupradicta pericula euadere: ⁊ ipſum de terra poſſe delere: ⁊ ſic putabāt manere in ſupbia mētis cordis ſui: et putabāt manere in ſupbo ꝓpoſito ⁊ mala intentione. Sed de tali ſupbia ⁊ mala mente cordis ſui diſperſit ⁊ deiecit eos dn̄s nr̄ Jeſus Chriſtꝰ poſt ſuā reſurrectione: q2 in oia pericula ⁊ maiora q̄ vitare cupiebāt: inciderūt: et totū oppoſitū euenit eis vt ꝓbatū fuit pſal. ij. Nam primo venerūt Romani ⁊ obſederūt ciuitatē eoꝝ: ⁊ poſt lōgam obſidionē: ⁊ famē: ⁊ mutuam ſtragē: ⁊ cedes: ⁊ internas ſeditiones ⁊ homicidia inteſtina Romani ceperunt ciuitatem: et combuſſerunt eam cum tēplo: ⁊ in ore gladij reſiduū eorum partim trucidauerunt: et partim ꝑ mūdū in captiuitatē diſꝑſerūt: ⁊ ſic ꝑdiderūt locū: ⁊ gentē: ⁊ ſacerdotiū: ⁊ oblationes: ⁊ honores/ ⁊ hoſtiā: ⁊ ſacrificiū: ⁊ q̄d peius eſt ꝑdiderūt itelligētiā ſcripture legis ⁊ ꝓphetarū: ⁊ māſerūt obſtinati in ſua cecitate: nō valētes ꝑcipere veritatē ſacre ſcripture: q̄ eſt cibꝰ ⁊ potꝰ ſpūalis ipſius aie: ſed tanq̄ canes latrātes circuibunt ciuitātē ſacre ſcripture vſq̄ in finē mūdi. Sed q2 nūq̄ ſaturabunt: nec guſtabūt veritatē latētē in ſcriptura: q2 nunq̄ eueniet eis q̄d deſiderabāt: ⁊ ideo ſemꝑ murmurāt ⁊ murmurabūt expetātes fruſtra ſuum falſum Meſſiā: vt dictū eſt pſal. lviij. ⁊ ſic vadūt diſperſi ⁊ captiui ꝑ mundū ſemꝑ ſub ſeruitute. Et ſic ptꝫ qualr̄ deꝰ pr̄ fecit potētiā in brachio ſuo: q̄ eſt Chriſtꝰ: q2 ꝑ Chriſtū oſtēdit potentiā ſuā cōtra Judeos obſtinatos. Et q̄ō diſꝑſit ſupbos mente cordis ſui: ⁊ deiecit eos a ſupbia ⁊ mala mente ⁊ malo ꝓpoſito cordis ſui: q2 oia mala q̄ putabant vitare euenerūt eis. Et fruſtrati ſunt in deſiderio mentis cordis ſui/ ⁊ in bonis q̄ cōſequi putabāt Chriſtum occidendo. ℄ Et nota ꝙ virgo Maria tanq̄ vera ꝓpheta loquit̄: ⁊ ꝓnūciat futurā deſtructionē Judeoꝝ ꝑ verba de p̄terito ꝓpter certitudinem ꝓphetie: quā videbat in ſpū ꝓphetico/ quē filiꝰ exiſtens in vtero infundebat in mētē eiꝰ: q2 filius eſt ille q̄ loquebat̄ ꝑ linguā matris. Et iō maiorē. i. clariorē certitudinē de futuris myſterijs Chriſti habuit q̄ aliquis alioꝝ ꝓphetarū/ ⁊ modū d. ſpſionis. Et ideo per verba de preterito p̄dicit futurā diſperſionē et deſtructionē Judeorū. Deinde cum dicit/

## Depoſuit potentes de ſede: et exaltauit humiles.

Luc. i. Jaco. iiij. i. Pet. v. a. in q̄d̄ nullū

℄ Oſtendit qualiter Chriſtus in ſuo aduentu exercuit ſuā iuſtitiā ꝯtra ingratos: eos de ſede poteſtatis deponēdo/ ⁊ hūiles in locū eoꝝ exaltādo ⁊ ſubſtituēdo. ℄ Ad cuiꝰ itellectū eſt notādū: ꝙ ſicut iuſtitia dictat vt ſupbus humilietur: ⁊ humilis exaltet: ita dictat vt ingratus deponatur de ſede dignitatis ⁊ ꝑtātis: ⁊ hūilis ⁊ gratꝰ exaltet̄ ⁊ ſubſtituat̄ ⁊ ſuccedat in locū eiꝰ. Et ita fecit Chriſtꝰ tanq̄ iuſtꝰ iudex. Nā ipſe primo ante incarnationē liberauerat illū populum de captiuitate egypti: ⁊ expulſis Chananeis dedit illis terrā ꝓmiſſiōis: ⁊ dedit eis regnū ⁊ ſacerdotiū in ea: ⁊ dedit eis ꝓphetas: per quos promiſit eis futurum ſaluatorem/ ⁊ redemptorē aiaꝝ ⁊ glorificatorem ⁊c. Qui poſtea venit in carnē: ſicut ꝓmiſerat/ et incepit exercere officiū ſibi a patre iniunctū. i. legē ⁊ ꝓphetas ad verā intelligentiā declarare/ et virtutes interere/ ⁊ vitia carpere ⁊ extirpare/ ⁊ miracula operari. Sꝫ Scribe ⁊ Phariſſei ſupbi ⁊ inuidi/ et de tot ⁊ tantis bn̄ficijs ingrati: timētes ꝑdere dn̄ium ⁊ ſedē iudicialē ⁊ ſacerdotalē et bona tꝑalia/ noluerūt Chriſtū audire: ſed ipſum ſunt ꝑſecuti ⁊ finaliter crucifixerūt: ꝑut dictum eſt. Bene ergo merito ⁊ iuſte depoſuit eos Chriſtus de ſede ſacerdotali et iudiciali: ⁊ tranſtulit regnū et ſacerdotiū in poplm̄ chriſtianū. Et exaltauit hoies pauperes et humiles et piſcatores in ſedem ſacerdotalē: queadmodum fuerūt aplī ꝯ̄uerſi de pp̄lo gētili. Et hoc intēdit dicere v̄go maria cū ait. Depoſuit potētes de ſede. i. depoſuit ſcribas ⁊ phariſſeos de ſede ⁊ cathedra Moyſi in qua ſedebāt iudicātes iudicia et diſcernētes cāſ iudiciorum/ deſtruentes pauperes ⁊ viduas ⁊ pupillos dilatādo iudicia/ ⁊ falſo mō gloſſando ſcripturā legis ⁊ ꝓphetaꝝ. Et depoſuit potētes p̄ncipes ſacerdotū de ſede ſacerdotali. Et loco eoꝝ exaltauit humiles aplos: q̄ ſucceſſerūt i ſacerdotio. Et etiā exaltauit humiles gentiles/ q̄ ex humilitate cordis ſui crediderunt Chriſto ⁊ euangelio: ideo ſucceſſerūt in ſacerdotio/ ad quos fuit tranſlata lex et ſacerdotiū: quo ad verā intelligentiā. Et nō ſolū Chriſtus depoſuit potētes ſcribas ⁊ phariſſeos de ſede iudiciali: ⁊ principes ſacerdotū de ſede ſacerdotali: ſꝫ etiā potentes ciues Judeoꝝ depoſuit de ſede ⁊ loco ⁊ ciuitate ⁊ libertate: q2 cōbuſta ⁊ euerſa ciuitate cum tēplo: ⁊ cōbuſtis et deſtructis ceteris ciuitatibus Judee ⁊ Galilee/ eos de tota terra ꝓmiſſionis eiecit: ⁊ in captiuitatem redegit: ⁊ per totum mūdū diſperſit: ⁊ humiles chriſtianos de populo gētili pro maiori parte exaltauit. Item.

## Eſurientes impleuit bonis: ⁊ diuites dimiſit inanes.

rias venerint ad adorādū xp̄m in p̄ſepio ſicut pa-
ſtores:eo ꝙ domꝰ zacharie vix diſtabat a Bethleē
ꝑ vnum miliare. In ſexto autē loco in pſona ⁊ vice
totius populi gentilis facti veri Iſraelite per fi-
dem/venerunt magi ab oriente ⁊ adorarunt Chri- Item magi.
ſtum tanq̄ deum ⁊ hoīem ⁊ dñm totius vniuerſi:⁊ et
ſpecialē regē iudeorum:⁊ per ꝯñs verum meſſiam
in lege promiſſum:vt pꝫ Matth. ij. et ſic pꝫ qua-
liter illi magi facti veri Iſraelite ſuſceperūt chri-
ſtum in pſona et vice totius populi gentilis q̄ erat
futurus verus Iſrael ⁊ ſemē Abrahe per fidem:et
erat bñdicendus:⁊ regenerandus in Chriſto tanq̄
verum ſemē Abrahe ſm̄ repromiſſionē ipſi factā:
prout ſupradictū eſt. In ſeptimo autem loco ſuſce-
pit eum Simeon iuſtus in tēplo in perſona totius
Iſrael ⁊ in perſona legis. Unde cum virgo Ma- Item ſimeon.
ria nō obligaret̄ apparere in templo in quadrage-
ſimo die poſt partum:eo ꝙ nō ſuſcepto ſemine:ſed
opere ſpūs ſācti cōceperat:nec cum erūnis ⁊ ſor-
dibus aliarum mulierum:ſed cū puritate ⁊ virgi-
nitate peperat:nec Chriſtus erat obligatꝰ ad pre-
ſentādum in templo/eo quod ſolus inter mortuos
liber in Adam non fuerat obligatus:eo quod non
ex opere Adā cōceptus fuerat:nec in carnem pec-
cati venerat:ſed ſponte voluit ſubijci legi:vt eos q̄
ſub lege erant redimeret:et a iugo legis liberaret:
ideo licet ꝟgo Maria ſola inter omnes mulieres
per filij gratiam erat ab illa lege excepta:tamē mo-
nitu ⁊ voluntate filij venit in quadrageſimo die
a natiuitate ſecundum legem Moyſi ad preſen-
tandū filium ſuum in templo ipſi Simeoni:p̄ tūc
vicē gerenti ſummi ſacerdotis/⁊ preſentauit ip̄m
illi. quaſi diceret virgo maria. O Simeon:ecce fi-
lius meus:quem licet videas venire in ſimilitudi-
nem carnis peccati:vt damnet peccata omnium in
carne ſua:tamen non habet vllum peccatū:qꝛ non
ex opere Adā cōceptus:nec natus eſt. Ideo nō pre-
ſento ipſum tibi tanq̄ peccatorem:ſed tanq̄ pctōꝝ
omnium ſaluatorem. ⁊ redēptorem:⁊ totius Iſrael
a iugo legis liberatorem ⁊c. Tunc Simeon iuſtus
qui diu expectauerat ⁊ optauerat redemptionem
Iſrael ⁊ acceperat reſponſum a ſpiritu ſancto non
viſurum ſe mortem:niſi prius videret Chriſtum
domini/cognouit in ſpiritu illum ſibi preſentatum
eſſe ſaluatorem mundi. Ideo cū gaudio ⁊ lachry-
mis accepit illum in vlnas ſuas/et benedixit deum
gratias agendo:⁊ dixit. Nunc dimit tis ſeruum do-
mine ſecundum verbum tuum in pace. Quia vi-
derunt oculi mei ſalutare tuum. Quaſi diceret. O
domine poſtq̄ oculi mei viderunt ſaluatorem mū-
di:iam non eſt amplius quos deſiderare queam.
Ideo quia iam deſiderium meū impletū eſt ſecun-
dum ꝓmiſſionē mihi factā:ideo dimitte me in pa-
ce:quia cōtentus recedā ab hoc mundo:quia ſcio
in breui liberari ⁊ exire de limbo inferni per iſtum
ſaluatorē quē preparaſti ante faciem oīm populo-
rū:vt ſit lumen ad reuelationem ⁊ illuminationem
gentium:⁊ ſpiritualem gloriam plebis tue Iſrael
quaſi diceret:iſte non erit ſoluator temporalis ſo-
lius populi Judaici:vt dicunt ſcribe et phariſſei:
ſed erit illuminator ⁊ glorificator omnium gentium
et plebis tue Iſrael:⁊ ſic erit redemptor vniuerſa-
lis:quia omnes fient iſrael in eo ꝑ lumen fidei. Et
tunc Simeon cōuerſus ad virginem Mariā annū-
ciauit ipſi totum myſteriū paſſionis ⁊ reſurrectio-
nis Chriſti:⁊ noſtre redemptionis:⁊ predixit obſti-
nationē multorū Judeorū. Et tunc etiā Anna pro-
phetiſſa p̄dicabat ip̄m vniuerſalē redēptorem om-
nibus qui expectabant redēptionem iſrael. vt pꝫ
Luce. ij. Et ſic patet qualiter Simeon in perſona le-
gis ⁊ ſacerdotij ⁊ totius veri Iſrael ſuſcepit Chri-
ſtum puerum ſuum. ſ. ſibi promiſſum tanq̄ redem-
ptorē ⁊ meſſiā ⁊ ſaluatorem. Sed poſtea in trigeſi-
mo anno in tēpore oſtenſionis ſue:ſuſceperūt ip̄m
apoſtoli ⁊ diſcipuli:⁊ mulieres que Chriſtum ſunt
ſecute vſq̄ ad paſſionem ⁊ ſepulturā incluſiue. Et
exinde poſt ſpiritus ſancti miſſionē ſuſcepit ipſum
magna multitudo conuerſorum de Judaiſmo:vt
patet per totū diſcurſum Actuū apoſtolorū. Ulti-
mo autē totus populus gentilis factus verus Iſ-
rael per fidē ⁊ regenerationē baptiſmalē ſuſcepit
Chriſtum puerum ſuum ſibi promiſſum in Abrahā
vt patet Geñ. xxij. ⁊ in iacob. Geñ. xlix. ¶ Ex q̄bus
M patet ꝙ Simeon iuſtus fungēs pro tunc ſuo ſacer-
dotio in tēplo:⁊ tanq̄ ſyndicus ⁊ procurator legis ⁊
ſacerdotij ⁊ oīm patriarcharū ⁊ pphetarū ⁊ totius
iſrael:ſuſcepit Jeſum puerū ſuū tanq̄ redempto-
rē ⁊ meſſiā ⁊ ſaluatorem iſrael:⁊ ſic cōfeſſus eſt ip̄ꝫ
ſaluatorē ⁊ lumen gentiū ⁊ gloriam plebis dei Iſ-
rael. Sed magi primicerij populi gentilis ſuſcepe-
runt ip̄m in dñm. Sed apoſtoli tanq̄ primicerij et
p̄ncipes totius eccleſie Chriſti ſuſceperunt ipſum
in redēptorē ⁊ glorificatorē. que quidē eccleſia fuit
cōgregata ex conuerſis de populo gentili ⁊ iudaico
que dicitur vere iſrael ⁊ ſemē Abrahe ſecundum fi-
dem. Et ſic patet qñ ⁊ qñ et ꝑ quos ſuſcepit iſrael
puerū ſuū:prout ſecūdo querebat̄. ¶ Quātum ad
N tertium eſt dicēdū ꝙ deus recordatꝰ mīe ſue mul-
totiēs ⁊ multis modis locutus eſt ad patres vete.
teſta. ⁊ ꝑ diuerſa ſecula ſucceſſiue locutus eſt ipſi
Abrahā ⁊ ſemini eius Chriſtum promittendo. Naꝫ
in prima etate locutus eſt ad Adam poſt lapſum et
poſtq̄ eiecit ipſum de paradiſo. Unde dicit Augu.
in lib. Cur deus homo ꝙ deꝰ licet in puniēdo Adaꝫ
ꝓpter inobedientiā fuerit vſus iuſtitia:tamen recor-
datus ſue miſericordie ꝓmiſit ipſi mittere filium
ſuū in carnē:q̄ eum cum tota ſua poſteritate ꝑ car-
nem ſuam redimeret:vt ſi de inſtanti miſeria dole-
ret:tamen de ſuo ſueq̄ poſteritatis remedio iam
de longinquo gauderet ⁊c. Et ſic etiam locutus eſt
ad Abel de Chriſto futuro:⁊ ad Enos qui incepit
inuocare nomen dñi. qḋ quidē nomen nil aliud eſt:
niſi verbum incarnatum:vt frequenter dictum eſt.
Et ſic etiam locutꝰ eſt ad Enoch:qui per fidē Chri-
ſti futuri placuit deo ⁊ tranſlatus eſt in paradiſuꝫ.
eccleſi. xliiij. Item in ſecundo ſeculo ⁊ etate locutꝰ
eſt ad Noe:⁊ fecit cum eo pactū fidei poſt diluuiuꝫ
promittendo ipſi Chriſtum ſaluatorem mundi per
figuram ⁊ myſteriam arcus federis celeſtis/dicēs.
Et nō erunt vltra aque diluuij ad delendā vniuer-
ſam carnē ⁊c. Arcū meum panā in nubibus celi:et Noe. de arcu federis.
erit ſignum federis inter me ⁊ terram:eritq̄ arcus
meus in nubibus:⁊ videbo illum ⁊ recordabor fe-
deris ſempiterni ⁊c. Geñ. ix. Per qḋ myſteriū preui-
dit Noe totum myſterium incarnationis et noſtre
redēptionis. Nā ille arcus qui dicitur iris/nil aliḋ
eſt niſi imago ſolis in profundo nubis rorate iam
quaſi digeſte. que quidē imago cauſat tres princi-
pales colores p̄ter alios minus principales. ſ. co-
lorē rubeum ⁊ viridē ⁊ ceruleum. per qḋ fuit ſigni-
ficatū:qualiter filius dei eſt qui imago patris/de-
bebat deſcendere de celo ⁊ poni ⁊ latere in nube hu-
manitatis ⁊ fieri homo:qui dicit̄ Chriſtus:in quo ē
verbum ⁊ caro ⁊ anima tanq̄ tres colores. Unde ſi-
cut quando apparet ille arcus federis in nube am-
plius non timetur tempeſtas nec diluuium:qꝛ ille
arcus videtur ſedare oēm tēpeſtatem:ita quādo fi-
lius dei apparuit incarnatus in mundo iā amplius
non timuimus diluuium damnationis. Et ſic deus
reſpiciens ad illum arcum recordatur federis ⁊ pa-
cti:ne amplius inducat diluuiū. Ita pariter deus
reſpiciens Chriſtum verbum incarnatū tanq̄ ima-
ginē ſuam:ſemper recordatur miſericordie ſue. Et
ſic recordatus per merita paſſionis filij ſui figura-
ta per colorē rubeū/liberauit totum genus huma-
num de diluuio perpetue mortis et ſeruitatis:et
quotidie liberat nos a peccatis reſpiciendo meri-
ta paſſionis chriſti filij ſui Et hoc myſterium incar-
nationis ⁊ redemptionis generis humani preuidit
Noe in ſpiritu per illum arcum federis:⁊ etiaꝫ per
liberationem a diluuio factam per arcā. ⁊ ſub tali
fide xp̄i futuri redemptoris ſaluatus eſt Noe cum
ſuis filijs fidelibus in primo ⁊ ſecundo ſeculo. Iteꝫ
in tertia etate locutꝰ eſt deꝰ ipſi Abrahā promitten-
do filium ſuum ſaluatorē mundi:cum dixit: Suſpi-
ce celum:⁊ numera ſtellas:ſi potes:⁊ ſic erit ſemen
tuum. Et tunc quia credidit Abrahā ſaluatorē mū-
di futurū de ſuo ſemine ſecundū carnē:ideo repu-
tatū eſt ei ad iuſtitiā. Geñ. xv. Et etiam locutus eſt
deus ipſi Geñ. xxij. in ſacrificio Iſaac:quādo dixit
Per memetipſum iuraui:qꝛ feciſti rem hanc ⁊ non
pepercisti filio tuo ꝓpter me/multiplicabo ſemen
tuum ſicut ſtellas celi:⁊ ſicut arenā que eſt in litto-
re maris:⁊ in ſermone tuo benedicentur oēs gen-
tes. In quibus verbis preuidit Abrahā in ſpiritu ⁊
credidit ipſum futurum ex ſua gñatiōe ſecundum
carnem:in quo oēs gentes erant benedicende ⁊ re-
generande per fidē baptiſmalē:⁊ fieri ſemen Abra-
he ſecundū repromiſſionē. Et preuidit etiam totuꝫ
myſterium paſſionis xp̄i. ſ. qualiter xp̄s erat cruci-
figendus in illo loco ⁊ mōte:vbi ip̄e immolauerat
arietē. Ideo appellauit nomē loci illius dñs vide-
bit. In Hebreo aūt habetur. In loco dñs videbitur
q. d. ꝙ dñs Jeſus xp̄s deus ⁊ homo videbit̄ cruci-
figi in hoc loco. ſicut in veritate cōpletum eſt:qꝛ in
eodem loco crucifixꝰ eſt xp̄s:vbi Abrahā immola- Locutꝰ eſt deꝰ poſteris Abrahe.
uit illum arietem. Deinde autē deꝰ locutꝰ eſt ſemi-
ni eius. i. poſteris Abrahe de xp̄o per ſingula ſecu-
la ⁊ ſingulas etates. Nam in eadem tertia etate lo-
cutus eſt ipſi iſaac promittendo ipſi chriſtū. Geñ

xxvij. Unde qñ Jacob venit ad Jſaac cooptis manibꝰ pellibꝰ hedi ſimulās fratrē ſuū Eſau: ⁊ petijt bñdictionē ⁊ oſculatꝰ eſt eū Jſaac: ⁊ ſentiens fragrātiā ⁊ odorē veſtimētoꝝ/ bñdicēs eū dixit. Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni cui bñdixit dñs ⁊c. tūc Jſaac ꝓuidit in ſpū: qualiter filiꝰ dei debebat fieri hō ⁊ indui ⁊ ſumere carnē de gñe Jacob: ⁊ qꝛ iā tunc ſenſit odorē ⁊ fragrātiā veſtimentoꝝ humanitatis Chriſti: que fuerunt merita paſſiōis xp̄i quibus genus humanū fuit recreatū. Itē in eodez tertio ſeculo mūdi deus locutꝰ eſt ipſi Jacob Geñ. xxviij. qñ vidit ſcalā ſtantē ſup terrā. cuiꝰ ſummitas tangebat celū: ⁊ angelos aſcēdētes et deſcendētes per eā: ⁊ dñm innixū ſcale dicentez. Ego ſum deus Abraham ⁊ Jſaac. vbi facta eſt ipſi repromiſſio de Chriſto futuro. Itē iaz clariꝰ ꝓuidit Jacob Chriſtū incarnandum. Geñ. xxxij. qñ luctatꝰ eſt cū angelo in forma viri. Itē clarius preuidit in ſpū ⁊ predixit Jacob miſterium incarnationis ⁊ paſſionis chriſti et conuerſionem gentium. Geñ. xlix. quando dixit. Non auferetur ſceptrū de iuda: nec dux de femore eius donec veniat qui mittendus eſt ⁊ ipſe erit expectatio gentium ⁊c. Itez in quarta etate locutus eſt deus ipſi Moiſi ꝓmittendo xp̄m: quando Exo. xxxiij. dixit. Ego oſtendam omne bonum tibi: ⁊ vocabo te nomine tuo. Et miſerebor cui voluero ⁊c. Et ponam te in foramine petre: ⁊ protegam te dextera mea donec tranſeam: tollamqꝫ manū meam ⁊ videbis poſteriora mea ⁊c. Item clarius promiſit deꝰ filiū venturū in carnem quando dixit Deute. xix. Prophetā ſuſcitabo de medio fratrum tuoruz ſimilez tui: ponam verba mea ī ore eius: loqueturqꝫ ad eos quecūqꝫ dixero illi ⁊c. Item in quinta etate ⁊ ſeculo mundi locutus eſt deus ipſi dauid ꝓmittēdo ipſi Chriſtum in carnem: quādo dixit ipſi. ij. Regum. vij. Cū dormieris cum patribus tuis ſuſcitabo ſemen tuuz poſt te: quod egredietur de vtero tuo: ⁊ firmabo regnū eius: ipſe edificabit domū nomini meo: ⁊ ſtabiliā thronū regni eius vſqꝫ in ſempiternū. Ego ero ei in patrē: ⁊ ipſe erit mihi in filium ⁊c. Itē hoc idē patet pſal. lxxxviij. ⁊ cxxxi. Item in eadem etate deus locutus eſt Eſaie promittendo Chriſtum/ dicens cap. vij. Ecce virgo cōcipiet ⁊ pariet filium: ⁊ vocabitur nomen eius emanuel ⁊c. Item cap. ix. Paruulus natus eſt nobis ⁊ filius datus eſt nobis: et factus eſt principatꝰ ſuper humerum eius: et vocabitur nomen eius admirabilis: deus fortis: princeps pacis pater futuri ſeculi ⁊c. Hoc idem patet per totum diſcurſum Eſaie. Item Hieremie. xxxi. Nouum creauit dominus ſuper terram/ femina circundabit virum ⁊c. Item ca. xxxiij. Germinare faciam Dauid germē iuſtū: ⁊ faciet iudiciū ⁊ iuſtitiam in terra: ⁊ ſaluabitur Juda ⁊ Hieruſalem: ⁊ hoc eſt nomē quo vocabunt eū. Dñs iuſtus noſter ⁊c. Item Ezechie. xxxvj. Cū ſanctificatꝰ fuero in vobis effundam ſuper vos aquam mundā: et mūdabimini ab oibus inquinamentis ⁊c. In ſexta autem etate locutus eſt dominus per angeluz Gabrielem ipſi Danieli/ dicens. Septuaginta hebdomade abbreuiate ſunt ſuper populum tuū: et ſuper vrbem ſanctam tuam vt conſummetur preuaricatio: ⁊ finem accipiat peccatum ⁊ deleatur iniquitas: et inducatur iuſtitia ſempiterna: et impleatur viſio et ꝓphetia: ⁊ vngatur ſanctus ſanctorū ⁊c. Itez in eadem ſexta etate promiſit deus ipſi Aggeo mittere filium ſuum in illud ſecundum ⁊ vltimum templum/ dicēs. Adhuc modicum eſt: ⁊ ego commouebo celum ⁊ terrā ⁊ mare ⁊ aridam: ⁊ mouebo oēs gentes. Et veniet deſideratus cunctis gentibus: et implebo domum iſtam gloria: dicit dominus: magna erit gloria domus iſtius nouiſſime plusqꝫ prime ⁊c. Item zacha. ij. Lauda et letare filia Sion: quia ecce ego venio ⁊ habitabo in medio tui. Et applicabuntur gentes multe ad dominum in die illa: erunt mihi in populum ⁊c. Itē cap. ix. Ecce rex tuus venit iuſtus et ſaluator: ipſe pauper ſedens ſuper aſinā ⁊ ſuper pullum filium aſine ⁊c. Item vltimo in eadez ſexta etate locutus eſt dñs Malachie. iij. dicens. Ecce ego mitto angelū meum: ⁊ preparabit viam ante faciem meā ⁊ ſtatim veniet ad templum ſanctum ſuum dominator quem vos queritis: ⁊ angelus teſtamēti: quem vos vultis ⁊c. Que quidem prophetia ſimul cū prophetia Aggei fuit impleta: quando virgo Maria preſentauit Chriſtum filium ſuum Simeoni in tēplo. Quia tunc ſuſcepit iſrael puerum ſuum: ſicut deus locutus fuerat ad patres noſtros: ⁊ promiſerat ipſi Abraham ⁊ ſemini eius ſucceſſiue per ſecula ⁊ etates. Et ſic patz qño ⁊ qñ ⁊ ad quos patres locutus eſt dñs in teſtamento veteri, ꝓmittendo Chriſtū venturū: ⁊ qño hoc promiſit ipſi Abraham ⁊ ſemini eius in ſecula. Et ideo dixit virgo Maria concludendo cāticū ſuum: ꝙ ipſa magnificat dñm agendo grās: qꝛ iaz ſuſcepit iſrael puerū ſuum recordatꝰ mīe ſue. Sicut locutꝰ eſt ad patres noſtros Abrahā ⁊ ſemini eius in ſecula. Ubi notandum ꝙ deus dupliciter fuit recordatus mīe ſue. i. ad modum recordantis ſe habuit. Primo pro mittendo filium ſuum in carnē ad ſaluandū ꝑplm: ſicut dicit Aug. lib. Cur deus homo: qꝛ ne deſperaret Adā ⁊ ſui ſucceſſores/ miſertus dñs ꝓmiſit filiū ſuū in carnē/ Secundo fuit dñs recordatꝰ mīe ſue mittēdo ipm ſicut promiſit. Et ideo ly recordatus mīe ſue poteſt dupliciter ordinari. Uno modo cum ly ſicut locutꝰ eſt: vt ſit ſenſus: quod iam ſuſcepit iſrael puerū ſuum: ſicut dñs recordatus quondam mīe ſue locutus eſt ad patres noſtros. Scdo modo ly recordatus mīe ſue pōt facere orationem ꝑ ſe per verbum ſubſtātiuum ſubintellectum referēdo ad tp̄s miſſiōis: vt ſit ſenſus ꝙ iam ſuſcepit iſrael puerum ſuum: eo ꝙ deus in hac ſeptima etate recordatꝰ eſt miſericordie ſue mittendo filium ſuuz: ſicut quondam locutus eſt ad patres noſtros ⁊c.

Deus fuit re- plr re- cordatus mi- ſericor- die.

¶ Item eſt aduertendū: ꝙ ly Abraham eſt datiui caſus indeclinabiliter: ſicut hoc nomen Abraham frequenter ponitur indeclinabiliter per omnes caſus: ſicut ibi. Deus Abraham deus iacob ⁊c. Item pſal. ciiij. Semen Abraham ſerui eius: ⁊ filij iacob electi eius: et ideo ly Abraham et ſemini eius regitur ab illo verbo locutus eſt/ iterū repetito referēdo diuerſa vt ſit ſenſus/ ſcilicet ſicut deus locutus eſt ad patres noſtros prime et ſecunde etatis/ ſcilicet Adā ⁊ Noe: ⁊ ſicut locutus eſt ipſi Abraham ⁊ ſemini eius. ¶ Iterum eſt aduertēdum: qđ ly in ſecula: dupliciter poteſt ordinari. Primo cū ly recordatus mīe ſue: ⁊ tunc eſt idem qđ ineternum: vt ſit ſenſus: deus recordatus miſericordie ſue in ſecula i. ineternum: qꝛ ineternū mīa eius. Alio modo pōt ordinari cum ly locutus eſt: et tunc idem eſt quod per ſecula. i. per ſingula ſecula et etates. ſ. iſrael ſuſcepit puerum ſuum ſicut deus recordatus mīe ſue locutus eſt quondam per ſingula ſecula ad patres noſtros: ⁊ locutus eſt per ſingula ſecula ſucceſſiue Abraham ⁊ ſemini eius. Nam in primo ſeculo ⁊ etate mūdi locutus eſt ad Adam ⁊ in ſcdo ſeculo ad Noe et in tertio ſeclo locutꝰ eſt ipſi Abrahā: ⁊ ſic ſucceſſiue ſemini eius. Naz in quarto ſeculo locutꝰ eſt ipſi Moyſi. Et in qnto ipſi Dauid ⁊ Jſaac et Hieremie ⁊ Ezechie. et ceteris. Et in ſexto locutꝰ eſt Danieli: ⁊ Aggeo ⁊ zacharie ⁊ Malachie. Sed in ſeptimo ſeculo deus adimpleuit qđ ꝓmiſerat omnibus ſupradictis: qꝛ miſit filium ſuū in carnē. Et ſic Jſrael ſuſcepit puerū ſuū Jeſum/ ſicut deus recordatꝰ mīe ſue oibus ſupradictis per ſingula ſecula ꝓmiſit. ¶ Ex in hoc cōcluditꝛ pſalteriū decachorduz ⁊ canticum nouū virginis Marie. Quod quidē canticū bñ merito dicitꝛ pſalteriū decachordū ꝓpter eius concordiam ⁊ ꝓportionatā harmoniā et melodiam. Nam nullū canticū reperitꝛ in ſacra ſcriptura cum tanta harmonia ⁊ ꝓportione artizatū. Habet enī decem chordas: quarū nulla diſcrepat ab alia: imo prima cōcordat cum vltima ⁊ ecōuerſo: ⁊ ſemꝑ media concordat cū ꝓcedente ⁊ ſubſequēte. Et vita eiꝰ non in rebꝰ mundanis ſꝫ in deo ſaluari ſuo exultās in vl'i ſalute ⁊ redēptione. Itē Maria exultauit in deo ſalutari ſuo: eo ꝙ dñs reſpexit humilitatē eius/ faciēdo ipm matrē ſuā. Et qꝛ fecit ipſam matrē ſuā: ideo dicunt eā beatā oēs gñationes: imo ideo dicūt eaz beatā oēs gñationes: eo ꝙ dñs ꝗ potens eſt et nomen eius ſctm̄: fecit ei magna. i. quia magnificauit eaz magnis priuilegijs: ⁊ ſupradictis duodecim dignitatibus eā ſuper oēs alias puras creaturas dignificauit. Item quia deus potens eſt et ſanctū nomē eius: ideo non ſolū extendit potentiaz et mīam ſuā ad matrē ſuā: ſed etiam mīa eius ſucceſſiue proceſſit a progenie in progenies: ⁊ profuit ⁊ ſubuenit oibus timentibꝰ ⁊ credētibꝰ eū. Et ſic inquātū deꝰ eſt ſanctus/ vſus eſt mīa cū oibꝰ timētibꝰ eū. Sed inquātū potēs: fecit potentiā in brachio ſuo: qđ eſt verbū incarnatū ⁊ filiꝰ eius: cōtra oēs ſuperbos et obſtinatos: cū ꝗbꝰ nō eſt vſus mīa: ſed potētia ⁊ iuſtitia quia diſperſit oēs demones ⁊ Judeos ⁊ obſtinatos ſuperbos de ſuperba mēte ⁊ mala intētione cordis ſui. Nā depoſuit omnes ſupradictos potentes de ſede p̄tātis in qua ſedebant: ⁊ exaltauit humiles et obedientes et fideles. Nam loco demonū exaltauit homines iuſtos in ſede eorū. Et loco ſcribarum ⁊ phariſſeorum et ſacerdotū exaltauit apoſtolos et omnes chriſtianos in ſacerdotium ⁊ intelligentiam legis. Et loco tyrannoruz exaltauit chriſtianos reges et imperatores. Item eſurientes gētiles ad fidem conuerſos impleuit bonis gratie in preſenti: ⁊ glorie in futuro: ſed iudeos diuites in lege et prophetis reputatos dimiſit inanes et vacuos: ⁊ priuauit bonis ſupradictis. Sed quia omnia iſta fecit Chriſtus in ſuo aduentu: qui eſt brachium dei: ideo Jſrael ſuſcepit puerum ſuum Jeſum qui fecit omnia ſupradicta. Et ideo Jſrael ſuſcepit eum: eo ꝙ ipſi Jſrael fuerat promiſſus: ſicut deus recordatus miſericordie ſue locutꝰ eſt quondam ad patres noſtris in prima ⁊ ſecunda etate: et poſtea locutus eſt ipſi Abrahā et ſemini eius in ſecula. id eſt per ſingulas etates ⁊ ſecula ſucceſſiue: ⁊ eo modo quo dictum eſt.

¶ Et ſic explicitū eſt canticuz virginis Marie cum eius expoſitione.

## Prefatio in Canticum zacharie.

Conſummata aūt ⁊ cōpleta expoſitione cantici virginis Marie/ rurſus fui rogatus a ꝗbuſdā ſacerdotibus filijs meis: vt poſt tantū laborē aſſumptuz nō mitterē cetera tria cātica euangelica: puta canticum zacharie/ et Simeonis: ⁊ angelorū. Et ideo deuotioni eoꝝ ſatiſfacere cupiens in expoſitione ſupradictorum canticorū breuiter me expediam. ¶ Ad quorum generalem intelligētiaz eſt notandum. ꝙ licet cantica vtriuſqꝫ teſtamenti fuerint facta ſemper ad laudē dei agendo grās pro aliquibus beneficijs receptis tamen eſt differentia inter cantica noui teſtamenti ⁊ veteris. Nā cantica veteris teſtamenti ſemper fuerunt facta agendo gratias pro aliquibus bonis temporalibꝰ tunc receptis: ſed prout figurabāt ⁊ ſignificabāt futura beneficia noſtre redemptionis conferēda in nouo teſtamento per aduentum Chriſti: quia aliter illa cātica non pertinerēt ad ſacrā ſcripturā ſicut pluries dictū eſt. Sed cantica euangelica non ſunt facta pro beneficijs temporalibus: ſed pro beneficijs ſpiritualibus per illa beneficia tēporalia veteris teſtamenti figuratis. Que quidem bñficia ſpūalia recepimus ī aduētu Chriſti. Et ſic cātica euāgelica ſunt gratiarum actiones: eo ꝙ iā recepimꝰ beneficia nr̄e redēptionis que ī veteri teſtamēto fuerunt ꝓmiſſa et deſiderata ⁊ figurata ⁊ vaticinata de futuro. Et iđ cantica euāgelica ſunt potiora ⁊ digniora: ꝗ legalia ⁊ ꝓphetica. Quia potior eſt poſſeſſio ꝗ ſpes. Et potior finis: ꝗ ea que ſunt ad finē. Sꝫ qꝛ ſicut incarnatio ⁊ natiuitas xp̄i fuit finis legis veteris/ ita fuit principiū nr̄e redēptionis: iđ in incarnatione ⁊ natiuitate xp̄i facta ſunt quatuor cātica per quatuor dignas ⁊ autēticas perſonas/ ⁊ hoc ſucceſſiue/ agēdo gratias ꝓ aduētu xp̄i nr̄e redēptionis et ſalutis auctoris. ¶ Quoꝝ ꝑmū cātauit virgo Maria ī domo Elizabeth paulopoſt incarnationē dicēs. Magnificat anima mea dñm. De ꝗ ſupradicta expoſitio facta eſt. Scdm canticū cantauit zacharias in tertio menſe ab incarnatiōe xp̄i in natiuitate Joannis baptiſte ꝓcurſoris eiuſdem xp̄i dicēs. Bñdictus dñs deus Jſrael ⁊c. Tertiū cātarunt angeli in die ⁊ hora natiuitatis eiuſdez ſaluatoris dicentes Gloria in altiſſimis deo ⁊c. Quartum tandem canticū cantauit Simeō iuſtꝰ quadrageſimo die poſt natiuitatē xp̄i: qñ fuit in tēplo ꝑſentatus dicēs. Nunc dimittis ſeruū tuum ⁊c. Sed qꝛ canticum virginis ſuperius fuit expoſitum: ideo cetera tria cantica ſuperno ſuffragante preſidio ſunt nobis breuiter differenda. Eſt verum: qđ licet cāticū angelorum ſit tertium in ordine temporis et ſcripture euangelice: tamen erit vltimum in ordine expoſitionis: Ideo primo ad expoſitionem cantici zacharie eſt accedendum.

cātica poſtea cu[...] euāgelica.

Benedictus dñs deus Jſrael ⁊c.

¶ Ad intellectū ⁊ argumētum huius cantici eſt notandū: prout ſcribitꝛ Luce. i. ꝙ circa tēpus incarnationis xp̄i inter fideles illius tp̄is: in ꝗbꝰ manſerat vera fides ⁊ ſpes Jſrael ⁊ Abrahe de xp̄o futuro ⁊ myſterio noſtre redēptiōis: fuit vnꝰ zacharias vir Elizabeth: vnus de. xxiiij. ſacerdotibꝰ electis: ꝗ ſcdm vices ſuas et hebdomadas miniſtrabant in

tēplo. Et ideo cũ iſte zacharias vir ſanctus ⁊ iuſt⁹ videret ſceptrũ de Juda eē ablatuȝ/⁊ regnũ iudeorum in poteſtate Herodis viri alienigene ⁊ tyranni: qui multis modis affligebat pplm: ⁊ videret populũ iudeorũ deprauatũ per falſam doctrinã ⁊ fermentũ ſcribarũ ⁊ phariſeorũ: q̄ iã deprauauerant ⁊ corruperant ſcripturã legis ⁊ pphetarũ falſo mõ ⁊ ad ſuum lucrũ gloſſando: ⁊ videret inſtare tēpora aduentus Meſſie: eo ꝙ iam erant cõplete. lxx. hebdomade Danielis pphete: in quarũ fine promiſſus Chriſtus debebat venire: Hinc eſt ꝙ diebus ac noctib⁹ deum orabat: vt deus mitteret xp̄m filium ſuum ad liberandũ genus humanum de ſeruitute peccati: ⁊ ad liberandũ illum populũ ab errore ſcribarum ⁊ phariſeoꝝ ⁊ hereticoꝝ: ⁊ de manu Herodis tyranni: vt oēs libere ⁊ recte poſſent deo ſeruire in iuſtitia ⁊ veritate ⁊ ſanctitate ſecundũ veruȝ intellectũ ſacre ſcripture. ¶ Sed factũ eſt cum zacharias fungeretur officio ſacerdotali in tēplo ſecundũ vicē ſuam: quadam die appuit ipſi angelus Gabriel ſtãs a dextris altaris incēſi: qui dixit ipſi.

verba angeli ad zacha riã. Non timeas zacharias. quoniã exaudita eſt deprecatio tua: de acceleratione aduent⁹ Chriſti ſupple. Uñ Elizabeth vxor tua pariet tibi filiuȝ: ⁊ vocabis nomē ei⁹ Joañē. Et erit gaudiũ tibi: ⁊ exultatio. Et multi i natiuitate ei⁹ gaudebũt: eo ꝙ ipē erit ꝑcurſor xp̄i q̄ʒ totus mũdus deſiderat ſupple. Uñ iſte puer ſpiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſue: et multos filiorũ Jſrael conuertet ad dñm deũ ipſorum. Et ipſe preibit tanq̃ ꝑcurſor ante illum. i. Chriſtum i ſpũ ⁊ virtute Helie. vt conuertat corda patrũ in filios: ⁊ incredulos deprauatos per ſcribas ⁊ phariſeos ꝯuertat ad prudētiã ⁊ verã intelligentiã iuſtorum parare. i. ad parãdum dño plebē perfectã: q: ꝑparabit corda eorum vt recipiant Chriſtũ ⁊ legē iuſtitie eius et euangelice veritatis ⁊c. Sed quia zacharias dubitauit in verbis angeli ideo mãſit mutus non loquēs vſquequo v̄ba angeli fuerunt īpleta vt patet Luc. j. Et iõ poſtq̃ Elizabeth cõcepit Joannē Baptiſtã: in menſe ſexto ideȝ angelus Gabriel miſſus a deo nũciauit Marie virgini incarnationē filij dei ex ea/dãdo ipſi exēplum de Elizabeth q̄ cõceperat filiũ in ſenectute ſua. Uñ poſtq̃ virgo Maria cõcepit filiũ dei ilico exurgēs abijt cũ feſtinatione a Nazareth in Judeã: ⁊ igreſſa domũ zacharie ſalutauit Elizabeth: ⁊ manſit cũ ea trib⁹ mēſib⁹ vſq ad natiuitatē Joannis Baptiſte. Quem ſuſcepit virgo Maria in manibus: et

maria ſuſce pit ioã nem in mani bus. interrogauit zachariã quē vellet vocari eum: q ui accepto pugillari ſcripſit: dicēs: Joannes eſt nomen eius. Et tũc apertum eſt os zacharie. Et plenus ſpiritu ſancto: ꝓut Chriſtus exiſtēs in vtero virginis inſpirauit in eũ: agēs deo gratias cantauit hoc canticum: dicens: Benedictus dominus deus Jſrael. Jn quo quidē cantico duo ꝓncipaliter facit. Naȝ primo agit gratias: q: iam venit Chriſtus ad complendũ omnia promiſſa patriarcharũ ⁊ pphetarũ. Secũdo dirigit verba ad puerũ natũ/cõmendãdo ipſum de officio precurſoris: q: erat precurſor Chriſti. Scdm ibi. Tu puer propheta altiſſimi ⁊c. ¶ Ad

Scri ptura d: dei teſtm̃. intellectũ ergo ꝑme ptis eſt notãdum ꝙ tota ſacra ſcriptura legis ⁊ pphetarũ frequēter appellat teſtamentũ dei. cui⁹ rõ eſt. Nã teſtamētũ dr̄ a teſtando: qđ idē eſt qđ affirmare. Et iõ vtriuſq iuris ꝓfeſſores diſpoſitionē oim̄ bonoruȝ confirmatã per mortē teſtatoris appellãt teſtamentũ. Uñ diffinientes teſtm̃ dicunt/ꝙ teſtm̃ eſt vltima voluntas teſtatoris. i. diſpoſitio oim̄ bonorũ per vltimam voluntatē teſtatoris cõfirmatã. Ultimã aũt volũtatē appellat illã q̄ per mortē finit ⁊ confirmat. Et iõ nũq̃ diſpoſitio teſta: eſt valida: nec ꝯfirmata niſi ꝑ mortē teſtatoris: eo ꝙ ꝑ totuȝ tp̄s ante teſtator potuit mutare voluntatē: ⁊ ꝑ ꝯñs diſpoſitionem ſuoꝝ bonorũ: iter ideo heres non recipit hereditatē: niſi poſt mortē teſtatoris. Et iõ illa diſpoſitio oim̄ bonoꝝ q̄ facta eſt ꝑ magnũ tp̄s ꝑ teſtatorem nõ dr̄ donatio: nec cõceſſio: ſed q̃dã ſpõſatio ⁊ ꝓmiſſio: q̄ nõ ſortit effectũ: niſi ꝑ mortē teſtatoris. Ex quib⁹ oĩbus ptȝ ꝙ tota ſcriptura legis ⁊ pphetarũ añ aduentũ xp̄i nõ ꝓprie poterat dici teſtamentũ reſpectu illi⁹ populi. ſed ſola diſpoſitio teſt. inquantũ ꝓmittebatur eis xp̄s in carnē vētur⁹: q̄ eos de ſeruitute pcti debebat liberare: ⁊ bona ſpũalia gr̄e ⁊ glorie in hereditatē cõferre. Sȝ reſpectu dei ſemꝑ dictũ ē teſtm̃ inquãtum voluntas dei ſemꝑ fuit ⁊ eſt firma ⁊ immutabilis. Sed reſpectu illoꝝ fidelium ⁊ noſtri nunq̃ fuit verum teſtm̃: vſquequo ꝑ Chriſtũ ⁊ eius mortē fuit cõfirmatũ. Uñ xp̄s deus q̄ olim illud teſtm̃ diſpoſuerat ꝑ ꝓmiſſiões factas patriarchis ⁊ pphetis: poſtea veniēs in carnē cõfirmauit ꝑ ſuã mortē ⁊ paſſionē. Et iõ tunc oēs fideles veteris teſt. ſimul nobiſcũ receperunt repromiſſiões: vt inq̄t Apl's ad Heb. xi. Et ſic ptȝ qualiter teſtm̃ nouum nil aliud eſt: niſi cõfirmatio veteris teſt. facta per chriſtum in ſua incarnatiõe ⁊ cõuerſione ⁊ morte et reſurrectione ⁊ aſcēſiõe. Et ideo tota ſcriptura vtriuſq legis nõ eſt niſi vnum teſtm̃. ſ. ante aduentum xp̄i diſpoſitũ: et per aduētuȝ xp̄i cõfirmatũ: q: tota ſacra ſcriptura veteris legis nil aliud fuit: niſi quedã diſpoſitio teſta. Jdeo dicit pſal. lxxxviij. Diſpoſui teſtamentum electis meis. Sed tota ſcriptura no. legis nil aliud eſt niſi confirmatio veteris facta per mortē xp̄i. Jdeo dixit ſaluator. Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine. i. ꝑ meuȝ ſanguinē nouiter cõfirmatum. j. ad corin. xj. Et iõ hec eſt cauſa quare pr̄iarche ⁊ prophete ⁊ oēs fideles veteris teſt. cum tãto affectu deſiderabãt aduētũ chriſti. i. vt veniret ad cõfirmãdum teſtm̃ ſuum: ⁊ vt reciperēt ꝓmiſſiões faciēdas de beneficio redēptiõis. Et hec eſt cauſa quare v̄go Maria ⁊ zacharias ⁊ Simeon cantarũt cãtica noua agēdo gr̄as i cõceptione ⁊ natiuitate chriſti: eo ꝙ ꝑ xp̄m totum teſtamētum vet⁹ in breui erat cõfirmandum: imo iam incipiebat confirmari. Et ideo eſt videndum q̄ ſunt illa bona in veteri teſt. ꝓmiſſa: et in nouo teſt. per xp̄m confirmata ⁊ completa pro quibus zacharias agit gratias in hoc cantico. ¶ Ad qđ dicit: quod primo chriſtus promiſit venire in carnē ad viſitãdũ plebē ſuam ⁊ oues ſuas: vt ptȝ Ezechie. xxxiiij. Secundo promiſit redimere populũ ſuũ: vt patet pſal. cxxix. Tertio promiſit exaltare regnum Dauid ſpiritualē: de ipſo carnem aſſumendo: vt patet. ij. Reg. vij. ⁊. xxiij. et pſal. lxxxviij. ⁊. cxxxj. Hoc ideȝ patet Eſa. vij. et. ix. et Hieremie. xxiij. et. xxxiij. et Ezechiel. xxxiiij. Sed talis promiſſio prius facta fuerat ipſi Abrahe. Et ideo zacharias in hoc cantico agit gratias: quia omnes illas promiſſiones putat eſſe cõpletas poſtq̃ myſterium incarnationis erat factum: ⁊ eo quod Chriſtum in carne aſſumpta omnia illa erat in breui completurus. Et ideo dicit

**Benedictus dñs deus Jſrael: quia viſitauit ⁊ fecit redemptionem plebis ſue.**

¶ Quaſi dicat. q: iam viſitauit nos ꝑ ſuã ꝑſentiaȝ ⁊ ꝑdicationē ⁊ miraculorũ operationē. Et iam fecit redemptionē plebis ſue ꝑ ſuã mortē ⁊ paſſionem.

**Et erexit cornu ſalutis nobis: in domo Dauid pueri ſui.**

**Sicut locutus eſt per os ſanctorum: qui a ſeculo ſunt prophetarum eius.**

**Salutem ex inimicis noſtris: et de manu omnium qui oderunt nos.**

**Ad faciendam miam cũ patribus noſtris: ⁊ memorari teſtamenti ſui ſancti.**

**Juſiurandum quod iurauit ad Abraham patrem noſtrum. daturum ſe nobis.**

**Ut ſine timore de manu inimicorũ noſtrorũ: liberati ſeruiamus illi.**

**Jn ſanctitate ⁊ iuſtitia coram ipſo: omnibus diebus noſtris.**

¶ Et iaȝ erexit cornu. i. regnũ ſalutis noſtre in domo Dauid pueri ſui/de virgine Maria carnem aſſumendo. per qđ myſterium exaltauit domum Dauid: eo ꝙ virgo Maria erat de domo Dauid. Et exaltauit humanã naturam inquantum dignatus eſt noſtram naturam aſſumere. Et ideo in domo Dauid exaltauit ⁊ erexit cornu. i. victoriam noſtre ſalutis. Nam humanam naturam que ꝑ peccatum ipſius Adã erat ꝓſtrata: Chriſtus erexit ipſam aſſumendo/⁊ poſt mortē ⁊ paſſionem in ea reſurgendo. Quatuor ergo modis erexit humanã naturã ꝓſtratam. Uno modo ipſam ꝑſonaliter aſſumendo ꝑ incarnationē. Scđo modo ipſam liberando per mortē ⁊ paſſionē. Tertio ipſam glorificãdo per reſurrectionē. Quarto in celo inter angelos collocando ꝑ ſuã aſcenſionē. Et totũ hoc fecit Chriſt⁹ ſicut quõdam locutus eſt. i. ꝓmiſit per os ſanctorũ prophetarum eius/qui a ſeculo ⁊ in principio mũdi ſunt. i. hoc fecit vt impleret ⁊ verificaret ꝓmiſſiones q̄ facte ſunt eis a ſeculo ⁊ principio mundi/diſcurrēdo ꝑ omnia ſecula ⁊ etates. Nã in primo ſeculo ⁊ etate Chriſt⁹ redēptor fuit promiſſus ipſi Adaȝ ⁊ Abel ⁊ Enos et Enoch. Et in ſcđa etate fuit ꝓmiſſus ipſi Noe. Et in tertia ipſi Abrahã ⁊ Jſaac ⁊ Jacob. Et i quarta ipſi Moyſi ⁊ Joſue. Et in quĩta ipſi Dauid ⁊ omnibus pphetis primi tēpli. Et in ſexto ſeculo ⁊ etate fuit ꝓmiſſus ipſi Daniel ⁊ Aggeo cũ pphetis ſecũdi tēpli: ꝓut dictũ eſt in cantico virginis. Et iõ Chriſtus venit in carnē ⁊ viſitauit nos ꝑ incarnationē: ⁊ fecit redēptionē plebis ſue ꝑ mortem et paſſionē. Et erexit cornu ſalutis noſtre per reſurrectione ⁊ aſcēſionem: ſicut locutus eſt ⁊ ꝓmiſit ꝑ os ſanctorũ pphetaruȝ ⁊ patriarcharũ eius qui ſunt ⁊ fuerũt a ſeculo ⁊ mundi principio per oĩa ſecula/et per oēs etates vſq ad Chriſtũ. Uñ cõſecuti ſumus ſalutem ꝑ Chriſtũ ex inimicis noſtris. i. ſaluauit et liberauit nos ex inimicis noſtris diabolis: ⁊ de manu infidelium qui oderunt nos: ⁊ hoc per morteȝ et paſſionem ⁊ per eccl'iaſtica ſacramēta: ⁊ ꝑ predicationē apoſtolorũ. Jtem Chriſtus iam viſitauit nos ⁊ venit ad faciendam miam cũ patribus noſtris. i. venit ad liberandum eos de limbo inferni ſicut locutus eſt ⁊ promiſit ꝑ os ſanctorũ pphetarũ eius: ⁊ maxime zacharie. ix. q̄ dixit. Tu vero in ſanguine teſtamenti tui eduxiſti vinctos de lacu vbi nõ erat aqua. Jtem Chriſtus dignatus eſt memorari teſtamenti. i. promiſſi ⁊ pacti ſui ſancti veniendo in carnem: ſicut locutus eſt ⁊ ꝓmiſit ipſi Dauid pſalmo lxxxviij. dicens. Jn eternũ ſeruabo illi miam meaȝ ⁊ teſtamentum meum fidele ipſi. Et ponam in ſeculum ſemen eius: ⁊ thronum eius ſicut dies celi. Neq̄ prophanabo teſtamentum meum. Et que procedunt de labijs meis non faciam irrita ⁊c. Jtem Chriſtus non ſolum impleuit teſtamentum ⁊ promiſſionem factam ipſi Dauid ⁊ omnibus pphetis veniendo in carnem: ſed memoratus ⁊ recordatus promiſſionis et teſtamenti ſui ſancti: adimpleuit iuſiurandum qđ iurauit ad Abraham patrem noſtrum Geñ. xxij. quando ſub iureiurando promiſit deus daturũ ſe nobis in carnē ad redimendũ nos per mortem ⁊ paſſionem per figurã ſacrificij ipſius Jſaac: ⁊ per immolationem illius arietis. vbi dixit dñs. Per memet ipſum iuraui: q: feciſti rem hanc/multiplicabo ſemen tuũ ſicut ſtellas celi ⁊c. Et in ſemine tuo benedicentur oēs gētes. Et ſemen tuũ ſcilicet chriſtus/poſſidebit portas inimicorum ſuorum. i. expoliabit infernum eius portas ereas confringendo. Et eiecto principe huius mundi foras ſubijciet ⁊ poſſidebit populum gentilem. Et iõ ſubdit zacharias/dicens: Dominus Jeſus adimpleuit iuſiurandum: qđ iurauit ad Abraham patrem noſtrũ veniendo in carnē: ⁊ ꝑ mortē ⁊ paſſionem nos liberando: vt liberati de manu diabolorum et infidelium inimicorũ noſtrorũ: libere ⁊ ſine timore ſeruili ſeruiamus illi in ſanctitate ⁊ iuſtitia in lege euangelica que ſanctificat ⁊ iuſtificat hoiem. Que quidem lex euangelica data ꝑ chriſtũ dicitur lex li-

lex euã gelica iuſtifi cat. bertatis amore future beatitudinis: ⁊ non dicit lex ſeruitutis formidine pene tẽpalis: ſicut lex Moyſi: nec onerosa iugo cerimoniarum ſicut illa. Jtem lex euangelica dicitur lex iuſtitie: q: iuſtificat ꝑ fidem articulorũ ⁊ per charitatem ⁊ obſeruantiam preceptorum. nõ ſolũ in effectu: ſed etiã in affectu. Et dicitur lex ſanctitatis: q: ſanctificat per gratiã ſacramentorum. Et ideo dicit: vt in ſanctitate ⁊ iuſtitia ſeruiamus illi oĩbus diebus noſtris: eo ꝙ lex vet⁹ ſub qua in timore ſeruiebamus: nõ de ſe ſanctificabat: nec iuſtificabat niſi per ſolam fidem chriſti futuri: ꝓut frequēter dictum eſt. ¶ Nota etiã ꝙ tota iſta cõſtructio ⁊ ſententia poteſt dependere ab illo verſu: ſcilicet Sicut locutus eſt ꝑ os ſanctoruȝ ⁊c. vt ſit ſenſus. Benedictus dñs deus Jſrael: quia viſitauit ⁊ fecit redēptionem plebis ſue. Et erexit cornu ſalutis noſtre ⁊c. ſicut locutus eſt. i. ſicut promiſit ꝑ os ſanctorum pphetarũ eius. Nam ipſe locutus eſt. i. loquendo promiſit ſalutem ex inimicis noſtris. i. promiſit mittere ſaluatorem qui ſaluaret et liberaret nos de inimicis noſtris tam diabolicis ꝗ infidelibus: ⁊ de manu ⁊ poteſtate omnium inimicoꝝ qui oderunt nos. Et hoc locutus eſt ⁊ promiſit per Samuelem: ⁊ Nathan: ⁊ ꝑ ip̄m Dauid pſal. lxxxviij. dicēs. Jnueni Dauid ſeruũ meum: oleo ſancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: et brachium meũ confortabit eum. Nihil proficiet inimicus in eo: ⁊ filius iniquitatis. i. diabolus non appo

niet nocere ei. Et cõcidam a facie eius inimicos ei⁹ ⁊ odiẽtes eũ in fugã cõuertã. Itẽ iam Chriſtus viſitauit plebẽ ſuam: ⁊ venit ad faciendam miam cum patrib⁹ noſtris: ſicut locutus eſt ⁊ ꝓmiſit in eodeȝ pſalmo dicens. Miſericordias dñi ineternũ cantabo. Qm̃ dixiſti ineternũ mia edificabitur in celis: ⁊ preparabitur mia tua in eis ⁊c. Item iam Chriſtus erexit cornu ſalutis noſtre aſſumendo carnem de domo Dauid: ſicut locutus eſt in eodem pſalmo/ dicẽs. Diſpoſui teſtamentum electis meis: iuraui Dauid ſeruo meo: vſqȝ ineternum preparabo ſemẽ tuum ⁊c. Item infra. Et veritas mea ⁊ miſericordia mea cum ipſo: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. ¶ Item iam memoratus et recordatus eſt teſtamẽti ſui ſancti veniendo in carnẽ: ſicut locutus eſt ⁊ promiſit memorari teſtamẽti ſui: dicẽs in eodẽ pſalmo. Neqȝ ꝓphanabo teſtamẽtum meum/ ⁊ que procedunt de labijs meis non faciam irrita. Item Ineternum ſeruabo illi miam meam: ⁊ teſtamẽtuȝ meum fidele ipſi. Item iam adimpleuit iuſiurandum: qḋ iurauit ad Abraham patrem noſtruȝ daturum ſe nobis in carnem: ſicut locutus eſt ⁊ ꝓmiſit ipſi. Geñ. xxij. Item iam venit Chriſtus ⁊ liberauit nos de iugo legis ⁊ de falſo fermẽto ſcribarꝫ ⁊ phariſſeorũ: ⁊ dedit nobis legem euangelicã q̃ eſt lex libertatis ⁊ ſanctitatis ⁊ iuſtitie: vt de manu inimicorũ noſtrorũ nõ ſolũ demonũ: ſed etiã ſcribarum ⁊ phariſſeorꝫ q̄ corruperunt legem: ⁊ de manu infidelium liberati ſeruiamus illi in ſanctitate et iuſtitia: Et hoc fecit Chriſtus/ ſicut locutus eſt et promiſit Eſaie. ij. Quia de Sion exibit lex ⁊ verbum dñi de Hierl'm. Itẽ Hiere. xxxj. Dabo legẽ meã ĩ cordibus eorũ/ ⁊ in viſceribus eorũ ſcribã eã. Itẽ Malachie. iij. Erunt offerentes dño ſacrificia in iuſtitia/ ⁊ placebit dño ſacrificiũ Juda ⁊ Hierl'm ⁊c. ¶ Propter oia autẽ q̃ dicta ſunt / in hac prima pte eſt aduertendũ: ꝙ v̄go Maria ⁊ zacharias ⁊ Simeon ⁊ ẽt angeli in q̄tuor cãticis euangelicis tenẽt mediũ inter ꝓphetas ⁊ euãgeliſtas. Nam ꝓphete predixerunt de xp̃o ⁊ eccleſia oia que erant mere futura. Et apl'i et euangeliſte ſcripſerũt ⁊ p̃dicarunt ea q̃ iam erant facta ⁊ completa. Sed ſupradicti quatuor cãtarũt de Chriſto ⁊ eccleſia: ea q̃ partim erant facta. ſ. myſterium incarnatiõis: ⁊ partim incepta/ ſed nondũ cõpleta: ſicut myſteriũ noſtre redemptionis. Nam Chriſtus a primo inſtanti ſue incarnationis incepit noſtram redemptionẽ in propoſito ⁊ affectu: ꝓ nobis patrem orãdo: et etiã in affectu: qꝛ ilico mouit matrem vt iret ad viſitandam Elizabeth/ vt ſanctificaret Joannẽ Baptiſtã. Et ſic reſpectu xp̃i vnicus fuit act⁹ non interpollatus nr̃e redẽptionis a primo inſtanti incarnationis vſqȝ ad aſcẽſionẽ incluſiue: vt dictũ eſt ſupra pſal. xxix. Et hec ẽ cauſa quare virgo Maria in ſuo cantico: ⁊ zacharias in iſto iã predicãt futurã redẽptionẽ per verba de preterito: non ſolũ ꝓpter certitudinẽ ꝓphetie: ſicut faciebãt ꝓphete: ſed etiã qꝛ myſteriũ noſtre redemptiõis iã erat inceptũ ⁊ de propinquo cõplendũ. Et ideo dicit virgo Maria. Fecit potentiã in brachio ſuo ⁊c. Et dicit zacharias. Quia viſitauit ⁊ fecit redemptionẽ ⁊c. Et Simeon dicit. Quia viderũt oculi mei ſalutare tuũ ⁊c. Et angeli dixerunt. Gloria in altiſſimis deo. Et in terra pax hominibus ⁊c. Eo ꝙ myſterium noſtre redemptionis licet nondũ eſſet cõpletum: tamen iam erat inceptum. Nam qui incepit: pluſq̄ȝ dimidiũ habet: vt inq̄t ꝑhs/ et Horatius. Et iõ iſti q̄tuor loquunt̃ ꝑ verba de p̄terito: qꝛ ptim ſunt euãgeliſte: ⁊ ptim ꝓphete: vt pꝫ intuẽti.

Nota.

**Et tu puer propheta altiſſimi vocaberis: preibis eniȝ ante faciẽ domini parare vias eius.**

**Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius: in remiſſionem peccatorum eorum.**

**Per viſcera miſericordie dei noſtri: in quibus viſitauit nos oriens ex alto.**

**Illuminare his qui in tenebris et vmbra mortis ſedent: ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.**

¶ Hec eſt ſcd̃a pars principalis hui⁹ cãtici: in qua cõmẽdat puerũ nouiter natũ. ſ. Joannẽ Baptiſtam in dignitate officij precurſoris. Vñ poſtq̄ȝ in prima parte egit gratias de bñficio incarnationis/ benedicẽdo xp̃m deũ incarnatũ exiſtẽtẽ in vtero virginis Marie: nũc cõuertit ⁊ dirigit verba ſua ad Joãneȝ nouiter natum: quẽ v̄go Maria tenebat in vlnis ſuis. Et ſic poſtq̄ȝ ſupius p̄dixit Chriſtũ fore mundi ſaluatorẽ ⁊ redẽptorẽ: hic predicit ioannem Baptiſtam fore Chriſti precurſorẽ. ¶ Ad cuius intellectũ eſt aduertẽdum ꝙ zacharias ex duplici reſpectu ⁊ notitia loquit̃ verba ſequẽtia in commendationeȝ pueri. Nã primo hoc habuerat ex reuelatiõe angeli Gabrielis ſtantis a dextris altaris incenſi: q̄ ipſi reuelauerat cõceptionẽ ⁊ natiuitatẽ ⁊ ſanctitatẽ ⁊ officiũ Joãnis: qñ ipſi dixit: vxor tua Elizabeth pariet tibi filiũ ⁊c. Item dixit vltra quo ad officium ſuũ. Multos filiorum Iſrael cõuertet ad dominuȝ deũ ipſorũ: Et ipſe precedet ante illuȝ in ſpiritu et virtute Helie: vt conuertat corda patrũ in filios et incredulos ad prudentiã iuſtorum parare dño plebem ꝑfectã. quaſi diceret: ꝙ ſicut Helias tanq̄ȝ precurſor precedet Chriſtũ in ſcd̃o aduẽtu ad cõuertẽdos incredulos ad Chriſtum: ita Joannes Baptiſta tanq̄ȝ p̄curſor p̄cedet eundem Chriſtum ſaluatorem in primo aduẽtu dirigẽdo corda hominum ad chriſtũ recipiẽdũ ⁊c. Sed qꝛ ꝓ tũc dubitauit zacharias nõ credens verbis angeli: ideo fact⁹ eſt mut⁹ nõ valens loqui vſqȝ ad circũciſionẽ pueri. Et ideo tũc data ſibi facultate loquẽdi: manifeſtauit reuelationẽ ſibi factã de ſctitate ⁊ officio pueri/ dicens. Tu puer ꝓpheta altiſſimi vocaberis ⁊c. Scd̃a autẽ cã hui⁹ ꝓphetie fuit noua repletio ſpũs ſcti. Nã lꝫ angelus ipſi illa ante reuelaſſet: tñ nõ potuit tunc cape illud myſteriũ. Sed cũ virgo Maria teneret puerũ in manib⁹ loquẽs ipſi zacharie petẽdo queȝ vellet vocare eũ: tũc Chriſtus inmiſit ſpũ ꝓpheticũ in zachariã ꝑ vocẽ virginis Marie. Et ſic zacharias repletus ſpũ ſancto intellexit diſtincte reuelationẽ factã ante ſibi ab angelo. Et iõ ꝓphetando officium precurſoris/ dicit. O puer tu vocaberis ꝓpheta Chriſti ſaluatoris altiſſimi. Et non ſolum ꝓpheta: ſed pluſq̄ȝ propheta. Nã quem alij ꝓphete de longinquo p̄dixerũt vẽturũ: tu digito oſtendes veniſſe/ dicens. Ecce agnus dei. Et p̄dicabis ipſum de propinquo venturũ ad baptiſmũ: ⁊ legẽ euangelicã daturũ. Itẽ eris p̄curſor altiſſimi/ enim pro qꝛ: quia preibis añ dñm Jeſum Chriſtũ parare. i. ad parandũ vias eius. ¶ Vñ nota ꝙ Joãnes Baptiſta multipliciter p̄iuit añ Chriſtũ. Nã primo p̄iuit añ cõceptionẽ ⁊ natiuitatẽ ⁊ p̄iuit añ ipm tãq̄ȝ p̄curſor ad pniam faciendã: ⁊ ad p̄dicationẽ ⁊ ad baptiſmũ ⁊ mortẽ: ⁊ p̄nunciauit ipm in limbo patrum. ⁊ ſic etiã multipl'r parauit vias eius. i. p̄parauit corda hoim ad ſequẽdũ vias xp̃i: ⁊ ad ſequẽdũ xp̃m ĩ oibus vijs ſuis. Vñ ſicut xp̃s dux ⁊ caput ⁊ legiſer noſter ꝑ multas vias duxit nos in gloriã ſuã. ſ. per viã pnie ⁊ baptiſmi ⁊ obſeruantie legis euãgelice ⁊ ꝑ viã ꝑſecutionis vſqȝ ad mortẽ ⁊ paſſionem: ita Joãnes fuit Chriſti p̄curſor ⁊ nunct⁹ in oib⁹ illius vijs: et ꝑ oẽs illas vias dixerit corda hoim illius tp̃is vt reciperẽt xp̃m/ vt pꝫ Mat. iij. ⁊ Marci. j. ⁊ Luc. iij. ⁊ Joã. j. Nã primo p̄parauit ⁊ direxit corda hoim ad xp̃m ꝑ viã pnie: qꝛ ĩ tertio anno ingreſſus eſt deſertũ ⁊ fuit ibi vſqȝ ad. xxix. annũ. Itẽ idẽ egreſſus venit in regionẽ Jordanis predicans baptiſmũ pnie: ⁊ ſic dirigebat hoies in xp̃m ꝑ viaȝ baptiſmi. q̄ quidẽ baptiſmus licet nõ tolleret pctm̃: tñ diſponebat hoies ad baptiſmũ xp̃i: qui vere tollit pctm̃. Itẽ p̄parauit corda hoim ad legẽ xp̃i ſuſcipiẽdam: qñ dixit turbis: q̄ habet duas tunicas det vnã nõ hñti. Et q̄ habet eſcas ſimil'r faciat. Itẽ qñ dicebat militib⁹. Neminẽ cõcutiatis: eſtote cõtẽti ſtipẽdijs veſtris. Itẽ publicanis: nihil amplius ꝙ cõſtitutũ eſt vobis faciatis ⁊c. Item parauit viam dñi ad ꝑſecutionẽ ⁊ mortẽ ſuſcipiẽdã: qꝛ propter veritatẽ p̄dicandã ad Herode caput eius abſciſſum eſt. ⁊ ſic etiã p̄parauit viã Chriſti ad limbum: qꝛ aduentũ eius ad liberãdos patres in limbo prenunciauit. Et ſic in oibus p̄iuit añ faciem dñi parare vias ei⁹. Quas q̄dẽ vias xp̃i p̄parauit ad dandã et cõferendã ſcientiã ſalutis plebi Chriſti: in remiſſionẽ pctõrũ eorũ: qꝛ p̄dicauit baptiſmũ pnie in remiſſionẽ pctõrũ: dicens: pniam agite: ⁊ appropinquabit in vos regnũ celorum. qꝛ veniebãt hoies ad Joãnẽ cõfitentes pctã ſua: et baptizabant̃ ab eo: vt pꝫ Marci. j. Vñ licet baptiſmus ⁊ pnia ⁊ doctrina Joannis non cõferrent ꝑ ſe ſalutẽ ⁊ grãm: tñ dirigebant in ſcientiem ſalutis euãgelicã: in baptiſmũ ⁊ ſacramenta euãgelica: q̄ conferũt ꝑ ſalutem ⁊ grãm: ⁊ remiſſionẽ pctõrum. Et iõ oia q̃ faciebat Joannes: anteq̄ȝ Chriſt⁹ baptizaret̃: ſe habebant ad legẽ euãgelicã: et ad eccl'iaſtica ſacramẽta per Chriſtũ inſtituta tãq̄ȝ via in terminũ: et diſpoſitio ad formam: ⁊ ſic p̄parabant corda hoim ad formam ꝑfectionẽ ſuſcipiendã ab eis ⁊ dandã ꝑ Chriſtum. Sed qꝛ oia iſta dedit nobis Chriſt⁹ ꝑ viſcera miſericordie: et merita paſſionis eius: ideo ſubdit quod Chriſtus dedit plebi ſue remiſſionẽ peccatorũ eorꝫ: non per aurũ nec argentũ: ſed ꝑ viſcera miſericordie ſue dando proprium ſanguinẽ in pretiuȝ/ ⁊ offerẽdo ſe ꝓ nobis ad mortem in cruce. in q̄bus viſceribus miſericordie Chriſtus oriẽs ab eterno ex alto ſinu patris viſitauit nos ex tp̃e carnẽ aſſumẽdo. viſitauit eñ nos incarnat⁹ ⁊ nr̃a humanitate indutus: vt nobis poſſet familiarit̃ loqui: ⁊ legẽ euãgelicam daret: ⁊ vita ⁊ exemplo doceret: illuminare. i. ad illuminandũ: ⁊ lumẽ p̄bere his q̃ in tenebris ⁊ vmbra mortis ſedent ⁊ ad dirigendos pedes noſtros in viã pacis. ¶ Vñ eſt aduertendũ: ꝙ multipliciter ſedebant hoies in tenebris ⁊ vmbra mortis: ⁊ multipliciter Chriſtus illuminauit ⁊ p̄buit eis lumen: ⁊ direxit pedes noſtros in viaȝ pacis. Nam primo oẽs fideles veteris teſt. ſedebant in limbo inferni qui eſt vmbra mortis ⁊ lacus tenebrarum. ſed Chriſtus deſcendit ad inferos. ⁊ expoliauit limbum et purgatoriũ/ ⁊ eduxit eos de illo loco tenebrarũ ad lumẽ. ⁊ de illa vmbra mortis ad vitã celeſtem. Secundo ſedebat in tenebris idolorum ⁊ vmbra mortis totus populus gentilis: ſed per fidem Chriſti et predicationẽ apoſtolorũ gentium ppl's qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnã. Eſaie. ix. Itẽ tertio totus popul⁹ Iſrael ſedebat in tenebris cerimonialibus ⁊ vmbra mortis legis: ſed xp̃s ſol iuſtitie eduxit fideles de illa vmbra mortis: ⁊ de illis tenebris ad lumen euangelicũ: ⁊ direxit pedes noſtros in viam pacis: q̃ eſt lex euangelica. Vñ lex vetus dicit̃ via vmbroſa ⁊ tenebroſa ratione cerimonialiũ. ⁊ dicitur vmbra mortis: qꝛ litera de ſe occidit. Sed lex euangelica dicit̃ via lucis: eo ꝙ illuminat legem veterem. Et dicitur via vite: qꝛ legem veterem mortuã illuminando viuificauit. Et dicit̃ via pacis: eo ꝙ cum deo nos pacificat ⁊ recõciliat ⁊ qꝛ finis eius eſt pax ⁊ reqes eterna. vt patebit in cantico angelorũ. Oia ergo iſta preuidens zacharias ꝑ Chriſtum facienda: ⁊ per Joannem Baptiſtam corda hoim ad iſta p̄paranda ⁊ dirigenda/ ⁊ dicit. Tu puer ꝓpheta altiſſimi vocaberis: p̄ibis eñ ante faciem dñi parare vias eius ⁊c. ¶ Sed propter ea que dicta ſunt in hoc cãtico: occurrũt/ ⁊ inſurgunt duo dubia. Quorum primum eſt propter illud quod dictum eſt in prima parte: ſcilicet iuſiurandum quod iurauit ad Abraham patrem noſtrum daturum ſe nobis. Nam nõ videtur ꝙ deus per illud iuſiurandum Gene. xxij. promittat daturum ſeipſum nobis ⁊ venire perſonaliter ad nos: ſed ſolum promiſit Abrahe ꝙ in ſemine ſuo benedicerentur omnes gentes. qḋ potuit fieri abſqȝ hoc ꝙ ipſe veniret in carnem. Secundũ dubium inſurgit: ꝓpter illud quod dicit. Preibis ante dominuȝ parare vias eius ⁊c. Nam cum tota ſcriptura legis ⁊ prophetarum nil aliud ſit niſi via in Chriſtum tanq̄ȝ in terminum et finem: ergo non oportuit venire Joannem Baptiſtam ad parandas ⁊ dirigendas vias in Chriſto: qꝛ iam erant ſatis parate per patriarchas ⁊ prophetas. Et ſic per ſacras ſcripturas poterant oẽs Judei cognoſcere Chriſtum eſſe meſſiam in lege promiſſum ſcd̃m opera faciebat. ¶ Quantum ad primum dñt dicendum. ꝙ ſi ſubtiliter volumus ſpeculari myſterium ſacrificij Abrahe/ ⁊ ea que ibi ſcripta ſunt: videbimus qualiter ibi deus ſub illo iureiurando promiſit daturum ſemetipſum nobis ad immolandũ: ⁊ per conſequens perſonaliter venire in carnem. Unde ibi dicit̃: qḋ poſtq̄ȝ deus prohibuit ne Abraham occideret puerum Iſaac: ſed immolauit ⁊ obtulit arietem pro filio ſuo. i. loco filij ſui: tunc dixit ipſi deus per angelum. Per memetipſum iuraui dicit dñs. ꝙ multiplicabo ſemen tuum ⁊c. Et in ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Et poſſidebit portas inimicorum ⁊c. In quibus verbis et per quod ſacrificium preuidit et fuit ipſi Abraham reuelatum in ſpiritu: qualiter deus erat in carnem venturus vt immolaretur pro nobis in illo eodem loco vbi Abraham immolauit illum arietem loco Iſaac filij ſui. Et ideo appellauit nomen loci illius/ dominus videbit. In hebreo autẽ ſcribitur Adonai hiere. i. dñs videbitur. Et ſcribitur ly dñs cum illis

multiplicit̃

Dubia duo.

Dubiuȝ primũ.

Dubiuȝ ſcd̃m.

Abraham ſemetipſum promiſit daturum nobis.

ſurrectionẽ. quã q̄dez pacẽ ⁊ imortalitatez: ſz nõdũ poſſideam⁹ in ſctõ: tñ iã poſſidem⁹ in merito ꝑ baptiſmũ: vt inq̇t Ambro. in ſermõe martyrũ: quã xp̃s reſeruat nobis ꝓ nouiſſimo die. Et ſic pꝫ ꝙ ꝑ xp̃m ois pax fuit recupata / ſꝫ nũc iã poſſidem⁹ pacẽ aĩe cũ corpe: q2 tũc abſterget de⁹ oẽz lachrymã ab oculis iuſtorũ. ⁊ iã nõ erit vltra luct⁹ neq₃ clamor neq₃ dolor neq₃ vllus eſt⁹. Apo. xxi. Ergo bñ merito angeli annũciarũt pacem hoĩb⁹ redditã in xp̃i natiuitate. ℂ Quãtũ aut ad q̇ntũ q̄ſitũ vbi q̄rebaẗ q̄ ſunt hoĩes bone volũtatis ꝓ q̄b⁹ pax xp̃i annũciaẗ: ⁊ in q̄b⁹ cõſiſtit bõitas volũtatis hoĩs: ꝓ hmõi reſpõſiõe eſt aduertẽdũ ꝙ bonum dr̃ de beo beas beaui. qḋ idẽ eſt ꝙ ꝯtẽtare ⁊ ſatiare ⁊ q̇etare. Et iõ bonũ ẽ illḋ qḋ beat ⁊ ſatiat ⁊ q̇etat appetitũ ⁊ volũtatem. Et q2 oẽ tale eſt appetibile ⁊ optabile iõ vnã ⁊ idez inq̇tũ beat ⁊ cõtẽtat volũtatẽ dr̃ bonũ: ſꝫ inquantũ appetiẗ ⁊ optaẗ dr̃ optimũ. Et ſic q2 bonũ beat ⁊ cõtẽtat volũtatẽ ſiue appetitũ: iõ in diffinitiõe btitudinis ⁊ felicitatis poniẗ bonũ. Uñ dr̃. i. Ethicorum ꝙ btitudo ſiue felicitas eſt bonũ ꝑ ſe ſufficiẽs delectãs habentem. Item Boe. dicit ꝙ beatitudo eſt ſtatus oĩm bonorũ aggregatiõe ꝑfect⁹: quo adepto nihil eſt qḋ ampli⁹ deſiderari q̄at. Aug. xiij. de trini. dicit ꝙ btũs eſt q̄ hꝫ quicq̄d vult ⁊ nihil mali vult. Ex quib⁹ pꝫ ꝙ bonũ ſꝑ poniẗ in diffinitiõe btitudinis: eo ꝙ eſt illud qḋ beat ⁊ btificat ⁊ cõtentat habẽtẽ. Et q2 oẽ tale appetiẗ ⁊ optaẗ ab oibus: iõ oẽs diffinientes bonuꝫ dicũt bonũ eſſe illḋ qḋ oia appetũt. pͥo Ethicorꝫ. Et iõ cũ deus ſit ſumme bonus: ⁊ ipſa bonitas ꝑ eſſentiã / vnicuiq₃ nature ſpecifice dedit in ſua creatiõe aliquã naturalem ꝑfectionez cõſequẽtẽ formã ⁊ naturã illius: vt appareat bonitas artificis in artificiato. ꝑ quã ꝑfectionẽ creatura nõ dr̃ eſſentialr̃ / ſed naturalr̃ bona ꝑ participationez: inq̇tũ ꝑ illã ꝑfectionez ꝑticipat diuinã bonitatem: ⁊ per illã ꝑfectionẽ ois res eſt appetẽda ⁊ diligẽda ſuo mõ. Et iſto mõ dr̃. vj. meta. ꝙ ſicut verũ ⁊ falſũ ſunt in intellectu: ita bonũ ⁊ malum ſunt in rebus. Et iõ appetit⁹ nr̃ moueẗ ad rẽ cõſequẽdã ad extra ꝓpter illud bonũ qḋ eſt in ea. Sꝫ q2 voluntas hoĩs põt ordinate aut inordinate diligere ⁊ appetere illã rẽ bonã / iõ ꝓpẗ talem amorẽ ⁊ appetitũ ordinatũ vel inordinatũ voluntas hoĩs dr̃ bona vel mala / eo ꝙ modus ⁊ ordo diligẽdi ⁊ appetẽdi dꝫ ſeq̄ modum ⁊ ordinẽ rerũ eſſendi in bõitate. Et iõ q2 ſol⁹ de⁹ eſt bon⁹ ꝑ eſſentiã: ⁊ ꝑ ꝯñs eſt ꝑ ſe ⁊ ꝓpter ſe bon⁹ ⁊ nõ referibilis ad aliud bonũ / ⁊ eſt cã omniũ aliorũ in bonitate / a quo ⁊ ꝑ quem oia alia bona ſunt bona / ⁊ ad quẽ ſunt referibilia: iõ de⁹ eſt ꝑ ſe ⁊ ſuꝑ oia ⁊ ꝓpter ſe diligendus ⁊ appetẽd⁹ tanq̃ finis vltiatus in q̄ dꝫ ſiſtere appetit⁹ ⁊ voluntas nr̃a. Et oia alia debem⁹ diligere ⁊ appetere in deo ⁊ ꝓpter deũ amatũ / ⁊ primo deſideratũ. Modus ḡ ⁊ ordo diligẽdi deum eſt vt eũ diligam⁹ ſuꝑ oia ⁊ ꝑ ſe ⁊ ꝓpter ſe: ⁊ mod⁹ diligẽdi ꝓximũ eſt / vt ipm diligam⁹ in deo ⁊ ꝓpẗ deũ / eo ꝙ ẽ imago dei / ⁊ ꝑticipat dei bõitatẽ ſuꝑ oẽs alias inferiores creaturas. Et tũc volũtas ſic diligens deũ ſuꝑ oia: ⁊ ꝓximũ in deo cui⁹ eſt imago. ſuat modũ. Et diligẽdo deũ ꝓpter ſe ⁊ ꝓximũ ꝓpẗ deũ: ſeruat ordinez: q2 de⁹ creauit hoĩem: vt deũ cognoſceret ⁊ amaret: ⁊ amãdo frueret ⁊ ei⁹ btitudinẽ ꝑticiparet. ergo ſm eũdez ordinez tenemur deũ ⁊ ꝓximũ diligere. Et iſte talis ordo ⁊ mod⁹ diligẽdi deũ ⁊ ꝓximũ facit volũtatem hoĩs bonã: ⁊ tũc volũtas hoĩs dr̃ bona: q2 ſuat modũ ordinem in dilectiõe dei et ꝓximi: ⁊ in hoc ꝯſiſtit tota bonitas ei⁹. Et deuiãdo ab iſto mõ ⁊ ordine diligẽdi dr̃ mala ⁊ ꝑuerſa / vnde ſtat ꝙ volũtas q̄ eſt naturalr̃ bona. inq̇tũ eſt pars imaginis dei / diligendo aliqḋ bonum naturale: illa efficiaẗ mala moralr̃: ⁊ theologice: nõ ſuãdo modũ ⁊ ordinem in diligendo ⁊ appetendo. Nã q̄nq₃ auarus diligit deũ nõ ſuꝑ omnia: q2 magis diligit pecunias: nec diligit deũ ꝓpter ſe: nec vt det ſibi vitam eternã: ſꝫ pecunias: vt det ſibi abũdãtiã in ſclo. Et hoc videm⁹ manifeſte d̃ mlr̃is: q̄ orãt deũ vt ꝯſeruet filiũ in ſanitate ⁊ liberet ipꝫ ab egritudine: tñ ſi ille fili⁹ moriẗ: nõ ãpli⁹ curãt de deo: ſignũ eſt ergo ꝙ ille nõ diligebat deũ ſuꝑ oia: nec ꝓpter ſe: ſed magis diligebat filiũ q̃ deũ / ⁊ nõ diligebat deũ ꝓpẗ ſe: ſed vt liberaret filiũ ſuũ / aut daret ipſi copiã bonorꝫ tẽporaliũ. Et ſic etiã ille nõ diligebat filiũ in deo: nec ꝓpter deũ ad futurã btitudinẽ / ſꝫ ꝓpẗ gaudiũ hui⁹ mundi. Et iõ talis volũtas dr̃ mala ⁊ ꝑuerſa: q2 ꝑuertit modũ ⁊ ordinem in diligẽdo deũ ⁊ ꝓximũ et bona tpalia. Et iõ dicit Aug. ꝯ̃ Fauſtum / ꝙ pctm̃ et culpa nihil aliud eſt niſi ꝑuato modi ⁊ ordinis circa bonũ diligẽdũ / q̄ñ illud qḋ moderate ⁊ ordinate dꝫ diligi ⁊ appeti diligiẗ ⁊ appetiẗ immoderate et inordinate ꝯ̃ ſuum debitum modum ⁊ ordinẽ. Et ſic talis volũtas dr̃ mala. ℂ Ex q̄b⁹ oib⁹ pꝫ ꝙ debit⁹ modus ⁊ ordo diligẽdi deũ ⁊ ꝓximum faciunt bonã voluntatẽ. ℂ Item aũt eſt aduertẽdũ ꝙ triplex eſt offm̃ bone voluntatis hoĩs in hac peregrinatione. Pͥo ꝙ ſuet modũ ⁊ ordinem in diligendo deũ ⁊ ꝓximũ. ſ. deũ ſuꝑ oia ⁊ ꝑ ſe et ꝓpter ſe: et ꝓximum in deo et ꝓpter deum: et iſto mõ dr̃ voluntas bona. Scḋo vt ipa volũtas in oibus cõformeẗ et obediat diuine voluntati et legi diuine: in q̄ ſ'lucet diuina voluntas. Et ſic dr̃ iuſta: eo ꝙ agit iuxta diuinã voluntatem et legem: ⁊ nõ deuiat ab ea. Tertiũ offm̃ bõe voluntatꝭ eſt: vt oẽs ſuas opatiões dirigat et referat et ordinet i deũ et ad cõſequẽdã felicitatẽ eꝛ̃nã in xp̃o nobis ꝓmiſſam / tanq̃ finez vltimatũ / et ſic talis volũtas dr̃ ſctã et bñ ordiata. Nã ſctm̃ dr̃ a ſanciãdo: quod eſt bñ res in ſuũ bonũ finẽ vltimatũ ordinare / ⁊ ſic patet quõ voluntas hoĩs in hac vita dr̃ bona et iuſta et ſctã et bñ i oib⁹ modificata et ordinata. Sꝫ q2 iſta tria officia nõ põt exercere volũtas nr̃a in hac via niſi ꝑ fidem ⁊ charitatez ⁊ ſpẽ: iõ ſole iſte tres virtutes theologales faciũt volũtatẽ bonã theologice ⁊ meritorie. Qḋ ꝓbaẗ: nã cuꝫ nil ſit volitũ niſi cognitũ / ergo opꝫ vt intellectus eleueẗ ꝑ fidem ad inherẽdũ articulis fidei / ⁊ ad aſſirmandũ ea q̄ ſunt. ſ. ſuã naturalem capacitatez de myſterio incarnatiõis ⁊ nr̃e redemptiõis ⁊ future glorificatiõis / qḋ nõ põt fieri ſine conſenſu voluntatis: ꝑcipiendo intellectui vt hereat his q̄ cape nõ põt. Secũdo eſt neceſſaria charitas in voluntate / vt diligat deũ ſuper oia ⁊ ꝓximũ ſicut ſeipm / que quidez charitas eleuat volũtatem hoĩs vt magis diligat xp̃m q̃ patrem ⁊ matrẽ ⁊ filios ⁊ vxorẽ ⁊ omnia bona temporalia / et diligat ꝓximũ ſicut ſeipm: ꝑ quã charitatez volũtas cõformet ſeipam totaliter diuine volũtati et ꝑceptis euãgelicis / et omnia cõtemnat ꝓpter deũ. Tertio eſt neceſſaria ſpes / vt cõtemptis omnib⁹ rebus terrenis volũtas cõſtituat ſuã ſpẽ et finẽ in bonis celeſtib⁹ et oia ordinet et dirigat in illũ finẽ ꝓpẗ quẽ ꝑferat oẽs ꝑſecutiões hui⁹ mũdi vſq₃ ad mortez incluſiue / ſicut fecerũt apli et martyres ⁊ oẽs ſcti ⁊ iuſti. ℂ Ex q̄bus oib⁹ pꝫ / q̄lr ſola fides ⁊ Charitas ⁊ ſpes faciũt voluntatẽ hoĩs bonã in hac vita: ⁊ meritoriam pacis eterne ꝑ xp̃m ꝯferẽde poſt hanc vitã. Nã fides oñdit qḋ bonum eſt diligẽdũ: charitas ordinat volũtatẽ ad diligendũ: ꝙ ſic eſt forma fidei q2 bonũ qḋ credimus ordinate amam⁹: ſpes autẽ eſt forma vtriuſq₃: q2 bonuꝫ qḋ credim⁹ ⁊ amam⁹ illud cõtẽptis oib⁹ terrenis ſperam⁹: ⁊ in ipꝫ oẽs operationes nr̃as dirigimus. ℂ Ex q̄b⁹ pꝫ ꝙ ſoli fideles veri ⁊ iuſti ſunt hoĩes bõe volũtatis meritorie vite eterne: quã nobis xp̃s ꝓmiſit. Et iõ ſolis hoĩbus bone volũtatis: q̄ ſunt veri fideles ⁊ iuſti ꝑ fidẽ xp̃i: ⁊ ſpẽ ⁊c. charitatẽ: annũciarũt angeli pacẽ in hoc ſclo ꝑ grãm ⁊ in futuro ꝑ gl'iam: q̄ñ dixerunt in h̄ cantico. Gl'ia in altiſſimis deo. Et in terra pax hoĩb⁹ bone volũtatis: q̄ſi dicerẽt gaudeam⁹ oẽs tã angeli q̃ hoĩes: q2 nat⁹ eſt hodie ſaluator. Nã ꝑ ei⁹ aduentũ erit deo gl'ia in altiſſimis: q2 augebiẗ numer⁹ laudantiũ deũ in gl'ia celeſti. Et in terra erit pax ⁊ recõciliatio hoĩb⁹ bone voluntis cũ deo ⁊ angelis ei⁹ in p̃nti per grãm et in futuro ꝑ gl'iam. q̄ſi dicant: ⁊ ꝑ oppoſitum: ꝙ iſta pax quã xp̃s attulit hoĩb⁹ bone volũtatis non erit cũ infidelibus ⁊ iniuſtis ⁊ pctõribus obſtinatis: q2 talis pax cõſiſtit in cõiũctiõe ⁊ vnione hominis ad deũ per grãm ⁊ fidem ⁊ ſpem ⁊ charitatẽ in p̃nti: ⁊ gl'iam in futuro: ⁊ ꝑ charitatẽ ad ꝓximũ: qḋ nullus infidelis ⁊ iniuſtus ⁊ pctõr obſtinat⁹ põt hr̃e / cum h̄eat carẽtiã ⁊ ꝑuationẽ iſtorꝫ. ḡ in eis nulla poteſt eſſe pax quã xp̃s ꝓmiſit hoĩb⁹ bone voluntatis q2 non eſt pax impijs. Eſaie. xxviij. cũ ſint a deo ſepati. Et hoc de p̃ma ꝑte hui⁹ cãtici. ℂ Scḋam aũt partẽ huius cantici addidit eccleſia: q̄ eſt declaratiua ⁊ executiua p̃me partis. Quã Teleſphor⁹ papa addidit cãtãdã in eccl'ia. Eſt verũ ꝙ quidã autumant ꝙ Teleſphorus fuit prim⁹ q̄ fecit cãtari cãticũ angelorũ in miſſa. ſ. Gl'ia in excelſis deo. Et in terra pax hoĩb⁹. ſicut añ ipm Sixtus fecerat cãtari Sãctus ſctũs ⁊c. Sed poſtea venit Gelaſius papa qui cõfecit p̃fationẽ añ ly ſanctus ſctũs. Et ita pariter fecit additionẽ q̄ ſeq̇ẗ poſt cãticũ angelorꝫ. ſ. Laudamus te. Bñdicim⁹ te ⁊c. Que q̄dẽ additio tanq̃ declaratiua ⁊ executiua ſupradicti cãtici angelorꝫ hꝫ duas ꝑtes. Quarũ prima correſpõdet p̃me ꝑti cãtici ſupradicti. i. Gl'ia ĩ alti. deo. Scḋa ꝟo q̄ incipit. Dñe fili vnigenite. corrñdet ſcḋe ꝑti. ſ. ly. Et in terra pax hoĩb⁹. Et iõ quãtũ ad intellectũ p̃me partis hui⁹ additiõis: eſt aduertẽdũ: ꝙ q2 angeli dixerũt in p̃ma ꝑte: Gl'ia in excelſis deo. iõ rñdẽs dicit eccl'ia in prima ꝑte hui⁹ additiõis. O dñe de⁹ pr̃ oĩpotẽs: q2 ãgeli dixerũt in natiuitate filij tui: Gl'ia in excelſis deo: iõ nos tanq̃ ciues ſctõrꝫ: ⁊ domeſtici dei ⁊ ſocij angelorꝫ / iã ĩ hac eccl'ia laudam⁹ te: ſicut angeli in celo: ⁊ iã bñdicim⁹ te ⁊ adoram⁹ te. Et iã agim⁹ tibi grãs ꝓpẗ magnã gl'iam tuã / quam nos ꝑ filiũ tuũ ꝑticipare feciſti. ℂ Ad cui⁹ maiorẽ euidẽtiã ẽ notãdũ: ꝙ duplex ẽ officiũ huius eccl'ie duꝫ ꝑegrinaẗ ĩ hac via quorum vnũ deo latrie cultum exhibere. ⁊ in h̄ cõuenit cũ eccl'ia triũphanti btõrum Scḋm offm̃ eſt ꝓ neceſſitatib⁹ exorare ſiue neceſſaria petere. et h̄ facit eccl'ia ĩ additiõe hui⁹ cãtici. Nã pͥo exhibet deo verã latriã. Scḋo petit neceſſaria ſpũalia ibi. Dñe fili vnigenite. ℂ Quãtum aũt ad p̃mũ ẽ aduertẽdũ ꝙ latrie cult⁹ ꝯſiſtit in laude ⁊ bñdictiõe ⁊ adoratiõe ⁊ grãrũ actiõe ꝓ bñficijs receptis. Et h̄ facit eccl'ia ĩ hac pͥa ꝑte huius additionis. Uñ laudare deũ idẽ ẽ qḋ eius ꝑfectiões commẽdare. Et bñdicere idẽ eſt qḋ bñficia nobis exhibita memorare. Adorare aũt idẽ ẽ eḋ cũ ꝓſtratiõe nos deo in ſignũ ſũmi dñĩ ſubiectos cõfiteri. Gl'ificare aũt idẽ eſt qḋ eius gl'iam lõge lateq₃ preconizare. Hãc ergo latriã exhibet deo eccl'ia in hac ꝑte cũ icipiendo cõſtructionem ⁊ ſñiam in ly ꝯfice deus rex celeſtis: ait: dñe de⁹ rex celeſtis. q2 ꝑ xp̃m maieſtatẽ tuã laudãt angeli: ⁊ ab oib⁹ beatis daẗ tibi gl'ia in celo: iõ nos ĩ hac ꝑegrinatiõe tanq̃ ſocij angelorꝫ verã latriã exhibẽtes iã laudamus te: tuam oĩpotẽtiã ⁊ ſapiam ⁊ iuſtitiã ⁊ miãm ꝯmẽdãtes: et bñdicim⁹ te. tua bñficia memorãtes: ⁊ adoramus te cũ ꝓſtratiõe ⁊ ꝓcidẽtia nos tue maieſtati tanq̃ creatori ⁊ gubernatori ⁊ vl'ri dño eẽ ſubiectos cõfitẽtes. Et gl'ificam⁹ te: tuã eternã gl'iam ⁊ btitudinẽ p̄conizãtes. Et agimus tibi grãs ꝓpẗ magnã gl'iam et btitudinẽ tuã: quã nobis cõicaſti: ⁊ ei⁹ nos fieri ꝑticipes voluiſti. Sꝫ q2 eccl'ia dũ ꝑegrinatur in hac via ſꝑ eſt in ꝯtinua pugna ꝯ̃ diabolũ ⁊ mundum et carnẽ: ⁊ cõtinue fluctuat iter mũdanas varietates q̄ ſꝑ ipediũt iter nr̃m: ne ꝑueniam⁹ ad terminũ et patriã ⁊ ſocietatẽ btõrꝫ: iõ in hac ſcḋa ⁊ vltima ꝑte petit hmõi ipedimẽtũ remoueri: ⁊ ꝯ̃ diabolũ ⁊ carnẽ et mũdũ roborari. Sꝫ q2 h̄ nõ poſſumus obtinere niſi ꝑ xp̃m mediatorem dei ⁊ hoĩm: Jõ eccl'ia in hmõi petitiõe inuocat xp̃m iterponẽdo ipm ĩterceſſorẽ. Sꝫ q2 tria ſũt q̄ ipediũt nr̃m iter ad vitã eternã in hac ꝑegrinatiõꝫ. Quorꝫ p̃mũ eſt culpa quam cõmiſim⁹. Scḋꝫ fragilitas carnis ⁊ corruptio ſenſualitatis ꝑ quã pctã futura ſine grã vitare ñ poſſumus. Tertiũ eſt pena ꝓ cl'pis cõmiſſis debita per quã in purgatorio detinemur: iõ eccl'ia ad iſta remouẽda inuocat xp̃m mediatorẽ: ſine cui⁹ meritis ⁊ grã iſta remoueri nõ valẽt. Jõ ait. O dñe fili dei vnigenite Jeſu xp̃e: ⁊ dñe de⁹ agn⁹ q̄ es filius p̃ris q̄ ſol⁹ tollis pctã mũdi: miſere nobis cl'pas ⁊ pctã cõmiſſa dimittẽdo. q̄ſi di. tu puer xp̃e ⁊ agn⁹ dei pi⁹ et miſicors: q̄ ꝓ pctĩs nr̃is in cruce occiſus ⁊ immolat⁹ es: iõ ad te ꝑtinet tollere pctã mundi ⁊ ſoluere ⁊ ſatiſfacere ꝓ pctĩs oĩū nr̃z. ḡ applica merita tue paſſiõis: dele ⁊ laua cl'pas nr̃as ſãguine tuo. Item tu q̄ tollis pctã mũdi. i. ad quẽ ꝑtinet tollere ⁊ relaxare pctã ñ ſolũ ſubueniẽdo: ſꝫ ⁊ p̃ſuando ⁊ ꝑueniẽdo: iõ ſuſcipe dep̄catiõnẽ nr̃am ne iterꝫ in alia pctã icidam⁹: ꝑ grãm ꝑueniẽdo. Jtẽ tu q̄ ſedes ad dexterã p̃ris tanq̃ iudex ⁊ tributor ⁊ diſpẽſator premiorũ miſere nobis p̄eas ĩ purgatorio plẽarie remittẽdo: ⁊ nobis tuã gl'iã largiẽdo. Uñ tõ dñe Jeſu xp̃e: iõ inuoco te tanq̃ mediatorẽ ⁊ interceſſorẽ petendo ſupradicta: eo q2 tu ſol⁹ ſupradicta potes facere q̄m tu ſol⁹ es ſctũs ꝑ eſſẽtiã: inq̇tũ de⁹: ⁊ ꝑ naturam inq̇tũ hõ aſſũpt⁹: ⁊ iõ tu ſol⁹ nos potes ſctificare ꝑ grãm ⁊ a pctõ liberare. Et tu ſol⁹ es dñs vniuerſalis ⁊ heres p̃ris. Jõ potes nr̃as dep̄catiões exaudire: ⁊ per ꝯñs de malis futuris ꝯ̃ diabolum ⁊ ꝯ̃ carnẽ ⁊ mũdũ liberare. Jtẽ tu es ſol⁹ altiſſimus ſedendo a dextris. i. in potioribus bonis p̃ris tanq̃ diſpẽſator. ḡ remittẽdo oẽm penã debitã in purgatorio potes nobis dare gl'iam in celo. Sꝫ quia dictio excluſiua addita vni perſone nõ excludit aliaꝫ in actiõibus eſſentialibus: ideo ſubdit cum ſancto ſpũ in gl'ia dei p̃ris. q̄ſi di. Quinta tu Chriſte es ſol⁹ ſctũs ⁊ dñs altiſſimus ſimul cum ſctõ ſpũ in glori

In quo cõſiſtit bonitas voluntaꝰ hoĩs.

Ordo et modus diligendi deum.

Triplex officiũ bone voluntatis.

Sola fides ⁊ charitas ⁊ ſpes faciũt bonã voluntatem.

Nota.

Duplex offm̃ eccl'ie.

Tria ipediũt iter ad vitam eternã.

pristiõ potes oĩa supradicta q̃ petimꝰ nobis exhibere. Et sic p̃tꝫ supficialis intelligẽtia huiꝰ cantici angelorum cũ sua additione. Et p̃tꝫ etiã intelligentiã aliorum triũ canticorum euãgelicorũ. s. cantici ṽginis Marie ⁊ zacharie: ⁊ iusti Simeonis. ¶ Hec aũt oĩa q̃tuor cãtica euãgelica supra exposita ꝯueniũt in hoc: q2 vnũquodq3 eorum agit grãs de natiuitate ⁊ aduẽtu saluatoris: p quem oĩa pmissa ⁊ vaticinia ⁊ desideria patriarcharum ⁊ ꝓphetarum fuerũt completa. Et iõ ecclĩa q̃tidie frequẽter ista q̃tuor cãtica: ⁊ distribuit ea cãtãda in q̃tidiano officio ecclesiastico in diuersis horis iuxta ꝓprietatẽ vniuscuiusq3 cãtici. Uñ ecclĩa cãtat tria cãtica semp in fine triũ horarũ. s. i fine vesperorum ⁊ cõpletorij ⁊ laudum matutinaliũ post psalmos Dauid. ad denotandum q̃ ista cãtica sunt euãgelica: ⁊ sunt finis ⁊ terminꝰ ⁊ complementũ legis ⁊ ꝓphetarum: q2 lex p Moysen data: sꝫ grã ⁊ veritas p xp̃m facta est. Et iõ ecclĩa grãs agendo cãtat ista cãtica post psal. Dauid. Sꝫ

(no. q̃ ista q̃tuor cãtici cãtanꝰ ⁊ quare)

cãtat spẽcialr cãticũ ṽginis in officio vesperorum. Prio rõne dignitatis psone q̃ condidit ipm. Scdo q2 fuit p̃miũ nõ solum in dignitate rõne persone: sꝫ etiã in tpe: q2 fuit p̃mo cõditũ. Et iõ cãtatꝰ in vesperis: a quibus incipit officiũ cuiuscũq3 festiuitatis: Quia oẽ officium a vesp̃is p̃mis incipit: ⁊ in scdis desinit. Cãticũ aũt zacharie. s. Bñdictꝰ dñs deus Israel. cãtatꝰ in fine laudũ matutinaliũ: q̃si in crepusculo diei. ⁊ hoc iuxta ꝓprietatem cãtici: eo q̃ sicut in crepusculo aurore iã lucifer est ortꝰ: q̃ est stella veneris annũciãs solẽ depropinq̃ṽturũ super terrã: ita pariter qñ zacharias fecit illud cãticũ: xp̃s adhuc erat i vtero aurore. s. virginis marie: sed Jo. baptista eiꝰ nũciꝰ ⁊ p̃cursor/ iã tũc erat ortꝰ ⁊ natꝰ tanq̃ annũciator solis iustitie d̃ ꝓpinquo ex vtero virginis nasciturĩ ⁊ orituri. iõ dixit zacharias d̃ io. baptista: Tu puer ꝓpheta altissimi vocaberis p̃ibis em̃ añ dñz ⁊c. Et ifra. Illuminare his q̃ in tenebris ⁊ vmbra mortis sedẽt ad dirigẽdos pedes nostros i viã pacis. Bñ ergo ⁊ merito ecclĩa cãtat cãticũ zacha. in aurora. Cãtic. ṽo simeõis cãtat ecclĩa in fine diei iuxta crepusculũ noctis: ⁊ h̃ iuxta ꝓprietatẽ simeõis cõditoris illiꝰ cãtici. Nã postq̃ oculi eiꝰ viderũt saluatorem mũdi: diu p̃triarchis ⁊ ꝓphetis ⁊ toti mũdo desideratũ: tũc in fine vite sue positus ⁊ iuxta noctẽ mortis desiderauit mori: postq̃ in breui sperabat de libo p̃x̃m educi: ⁊ in regnum celorum itromitti. Et iõ dixit. Nũc dimittis seruũ tuum dñe sm̃ ṽbũ tuũ in pace ⁊c. Et iõ pari mõ ecclĩa q̃iã xp̃m recepit: ⁊ videt q̃tidie p fidẽ/ in p̃sona filiorũ pfectorũ: q̃ iã iã bonũ certamẽ certarũt ⁊ fidẽ consũmarũt: ⁊ cupit dissolui a vinculis corporis huiꝰ: et eẽ in p̃ria cũ xp̃o. ⁊ iõ in hmõi signũ ⁊ memoriã cãtat ecclĩa cãticũ Simeõis i fine diei in officio cõpletorij: tãq̃ in cõplemẽto nr̃i cursꝰ ⁊ vite desiderãdo requiẽ ⁊ vitã futurã. ¶ Cãticũ aũt ãgelorũ cãtãt in p̃ncipio misse post introitũ ⁊ Kyrie: i diebꝰ festiuis eo q̃ i missa rep̃sentatꝰ mysteriũ icarnationis ⁊ natiuitatis ⁊ passiõis ⁊ resurrectiõis ⁊ ascensiõis xp̃i. Et xp̃s i missa nõ offertꝰ mortal: sꝫ iã imortal ⁊ gl̃iosus. Et iõ i missa ista ecclĩa cõicat cũ triũphãti: q2 eodẽ pane angelorum reficitꝰ ista ⁊ illa. Nã eodem pane q̃ illa fruitꝰ facialr p clarã visionẽ ⁊ ap̃hẽsionem: reficitꝰ ⁊ fruitꝰ ista sacr̃alr p fidẽ ⁊ charitatẽ i sacro altari: ⁊ iõ ecclĩa tãq̃ ãgelorum socia cãtat in missa canticũ eorum: dicẽs. Gl̃ia in excelsis deo ⁊c. Ad quã gl̃iam nos p̃ducat xp̃s/ qui viuit ⁊ regnat cum p̃re ⁊ sp̃ũ scrõ per secula seculorum. Amen.

¶ Finis expositionũ in cãtica euãgelica.

## ¶ Expositio Cantici Ambro. ⁊ Augu.

Te deũ laudamꝰ ⁊c. Istud cãticum cantat ecclĩa Roma. ⁊ latina i oĩbus festiuitatibꝰ dñi nr̃i Jesu xp̃i ⁊ btẽ ṽginis Marie ⁊ oĩm scrõrum angelorum/ aplorum/ martyrum: ꝯfessorum atq3 ṽginũ i fiñ matutinaliũ finita. iij. vigilia/ siue nocturno. Et intitulatꝰ cãticũ Ambro. ⁊ Augu. eo q2 Aug. ⁊ Amb. cõfecerũt ipꝫ vt patebit. Sup quo q̃dẽ cãtico fuit rogatꝰ a q̃dã reuerẽdo sacre theologie magro mihi dilectissimo: vt post expõnem septẽ cãticorum ferialiũ i[illegible] exponerẽ: ⁊ iuxta sanã ⁊ familiarẽ intelligẽtiã ad ꝯsolationẽ oĩm sacerdotũ ⁊ religiosorũ declaratũ redderẽ. Et iõ ad honorẽ dei ⁊ vtilitatem nr̃e sacre reipublice: ⁊ vt tãti viri petitioni ⁊ deuotiõi satisfacerẽ: diuino ꝯfisus auxilio: hoc cãticũ in quo fides totiꝰ xp̃iane religiõis ꝯtinetꝰ/ supficialr exponẽdũ suscepi. ¶ In cuiꝰ q̃dẽ expõne sic p̃cedetur. Nã prio est vidẽdum q̃ de cã ⁊ quo sp̃ũ btũs augu. ⁊ Ambro. fuerũt ad faciẽdũ ⁊ cãtãdũ h̃ canticũ: cũ in vtroq3 testõ non sit ꝯsuetũ fieri ⁊ cantari nouũ cãticũ nisi p aliquo magno mysterio ꝯtingenti pp̃lo ⁊ ecclesie. Scdo aũt exponetꝰ l̃ra huiꝰ cãtici. Tertio tãdẽ post expõnẽ videbitꝰ q̃re tota ecclĩa cũ tãta veneratiõe ⁊ celebritate suscepit illud cãticũ: ⁊ publice p̃cepit ipm cãtari in vĩ ecclĩa cũ non cõtineatꝰ in nouo nec in ve. test. sicut cetera cãtica q̃ cãtat ecclĩa. ¶ Quãtũ ergo ad primũ ẽ dicẽdũ ⁊ notãdũ sm̃ Aug. in libello de ṽbis dñi/ ⁊ li. ꝯ Faustũ: q̃ lꝫ xp̃s a principio ⁊ successiue permiserit q̃ rp̃s ⁊ sm̃ diuersa tp̃a ecclĩam affligi p malos ⁊ infideles: ⁊ hoc in vtroq3 testõ: tñ non ꝯmisit ipam totaliter extingui: sꝫ semp suscitauit aliquẽ saluatorẽ ⁊ defensorẽ q̃ eã liberaret: ⁊ hoc i vtroq3 test. Nã qñ affligeretꝰ in egypto: suscitauit Moysen: q̃ illũ pp̃lm de illa captiuitate liberauit. Et qñ affligeretur i terra ꝓmissiõis: suscitauit Othoniel ⁊ Jepte ⁊ Gedeõ ⁊ Sãson: ⁊ ceteros q̃ illũ pp̃lm liberarũt de manu ifideliũ ⁊c. ¶ Sꝫ multo ampliꝰ ⁊ mirabilius hoc fecit xp̃s i no. te. Nã nõ solũ suscitauit defensores ad defendẽdã ecclĩam suã: sꝫ ẽt voluit vt illi q̃ ante fuerãt atroces p̃secutores: postea ẽent fideliores ⁊ ardẽtiores ecclĩe defensores ⁊ p ecclĩa pugnatores: ⁊ hoc p successionẽ tp̃is sm̃ q̃ habuit diuersos p̃secutores: Uñ ecclĩa tres habuit p̃secutiões: quarũ p̃ia fuit illico post ascẽsionẽ xp̃i p scribas ⁊ pharisseos: iter quos Paulꝰ fuit atrocior p̃secutor. Sed xp̃s vt obstinationẽ iudeorum cõfunderet: ⁊ veritatẽ fidei euãgelice ꝯfirmaret: miraculose btũ. Paulũ tanq̃ vas electionis suscitauit: ⁊ ex p̃secutore fecit ecclĩe defensorẽ ⁊ euãgelice fidei p̃dicatorẽ: vt p̃tꝫ in actibꝰ aplorum. Itẽ scda p̃secutio fuit p pp̃lm gentilẽ. s. p impatores ⁊ reges ⁊ tyrannos: sꝫ in illa p̃secutiõe de illomet pp̃lo suscitauit xp̃s martyres q̃ auxerũt ⁊ rigarũt ecclĩam ⁊ cõfirmarũt eã sanguie suo. Et tãdem de numero impatorũ suscitauit magnũ Cõstãtinũ: q̃ post baptismum ecclĩam xp̃i a p̃secutiõe q̃etauit: ⁊ eã fauoribꝰ ⁊ diuitijs ditauit: ad cuiꝰ exẽplũ oẽs reges terre sunt ad fidẽ ꝯuersi. Et sic dicit Aug. q̃ reges terre q̃ ꝓpter idola p̃seq̃bantur christianos postea facti christiani ꝓpter xp̃m idola de mũdo deleuerũt. q̃ fuit mutatio dextere excelsi: q2 oĩs hũana p̃tãs subiugata est iugo xp̃i. Sed post conuersionem pp̃li gentilis diabolus hũani gñis inimicus suscitauit noua bella ⁊ diuersas p̃sequutiões contra ecclesiã. s. curiositatẽ philosophorũ ⁊ detestabiles sectas hereticorum. s. Arrianorũ. Manicheorũ Pelagianorum ⁊ multorum aliorum h̃reticorum. Sꝫ tũc xp̃s de numero philosophorum suscitauit Origenẽ: q̃ magnã multitudinẽ philo. gẽtiliũ per rõnes naturales ad finem xp̃i conduxit: ⁊ cõplures nõ solũ hereticos sꝫ etiã heresiarchas ad lucẽ veritatis reconciliauit: vt inquit Hiero. in li. Illustriũ virorum. ⁊ Euse. li. v. de ecclĩastica historia. Sꝫ inter ceteros vt dicit Possidoniꝰ de numero philophorũ ⁊ hereticorũ suscitauit Augu. ad defendẽdã ecclesiã suam. Uñ dicit Possido. q̃ diuina ꝓuidẽtia creauit istũ hoiem q̃si quoddaꝫ stupẽdũ in natura hũana: vt postea in diuina sciã illustratꝰ oẽm hũanã curiositatẽ confunderet ⁊ extingueret. Et p̃mo pmisit deꝰ eũ feda ipietate Manicheorum maculari: vt maiori euidẽtia posset illam ipugnare: ⁊ oẽm aliã hereticã prauitatẽ ab ecclĩa eliminare put postea factũ est. Ut non solũ Possido. scriptor historie. B. Aug. sed ẽt ipsemet Aug. dicit in libris cõfessionũ: q̃ q̃cq̃d de magnitudinibꝰ ⁊ nũeris ⁊ ceteris mathematicis dici põt: p seipsuꝫ legit: ⁊ itellexit: ⁊ nullo tradẽte cognouit. Itẽ de naturis rerũ ⁊ causis ⁊ principijs sup oẽs coetaneos suos attingeret. xxij. annũ discreuit ⁊ disputauit: ⁊ oẽs suos magr̃os superauit: imo sibi discipulos fecit. Itẽ dicit q̃ diuina ꝓuidẽtia pmittente codeꝫ tpe in sectã Manicheorũ icidit: q̃ negabãt xp̃ꝫ esse hoiem ṽbũ iacernatũ/ sed solũ deũ. Et sic negabant xp̃m esse mortuũ ⁊ passum: ⁊ p ꝯñs negabãt totum mysteriũ nr̃e redẽptiõis: ⁊ virtutẽ sacrorũ ex illa passiõe manẽtẽ. in qua q̃dẽ secta laborauit p nouẽ annos. Itẽ dicit Possido. q̃ August. eodẽ tpe venit Romã ex Africa cum magna caterua discipulorũ ipm sequentiũ: ⁊ ibi legit in scholis publicis Rhethoricã ⁊ alias scientias hũanas p aliquot dies: cuius fama fuit diffusa p totã Italiam vsq3 Mediolanũ. Tũc Mediolanenses in quorum vrbe sp floruerat studiũ artis oratorie ⁊ scientiarũ humanarum: miserũt legatos Romam rogãtes vt mitterẽt eis Augustinũ vt legeret in eorũ ciuitate. Tũc Roma miserũt eis Augusti. tãq̃ in hũanis disciplinis tenẽtẽ principatũ. Sed accidit tunc tp̃is: cũ Aug. cũ ingẽti honore in ciuitate Mediolani fuisset receptꝰ: ⁊ i scholis legere cepisset: q̃ tũc beatꝰ Ambrosiꝰ illã ecclesiã administraret: q̃ quotidie pp̃lo catholico predicabat. cuius famã audiẽs Augu. statuit cũ magna discipulorũ caterua: potiꝰ cã disputandi q̃ audiẽdi ad eũ accedere. cũ quo de incarnatione ṽbi multis diebꝰ disputauit. Uidens aũt beatꝰ Ambro. virum humanis verbis inuincibilẽ: recurrit ad diuinã virtutẽ ⁊ auxiliũ: et indixit sp̃ale ieiuniũ in pp̃lo/ et orõnẽ: vt supno lumine deꝰ Augu. illustraret. ⁊ sic accidit post spatiũ tp̃is ⁊ lõgas disputatiões ⁊ altercatiões: vt q̃dã die dũ beatꝰ Ambro. predicaret: ⁊ rõnes de icarnatiõe verbi explicaret: tũc btũs Aug. illustratꝰ veritatẽ fidei p̃cipiẽs q̃si stupefactꝰ vt immobilis pmãeret. Et tũc resipiscere icipiẽs statuit q̃tidie p̃dicationẽ bti Ambr. audire cũ magna humilitate: ⁊ tãdẽ i fide catholica sufficienter istructꝰ statuit baptizari. Tũc btũs Ambro. videns q̃ p tot mẽses ⁊ dies laborauerat cũ tãta sollicitudiẽ p cõuersiõe illiꝰ hoĩs ⁊ tãdẽ deꝰ p̃duxerat ipm ad baptismũ: ⁊ p̃uidens ẽt in sp̃ũ q̃r ille hõ debebat oẽs h̃reses extirpare: ⁊ ecclesiã dei suis scripturis ⁊ p̃dicatiõibꝰ defẽdere ⁊ ãpliare: ⁊ iõ dũ effudit aquã sup caput eiꝰ: magna voce exclamauit dicẽs: Te deum laudamꝰ. Et sic ãbo expleuerũt istõ cãticũ. ¶ Hoc aũt mysteriũ refert beatꝰ Datiꝰ q̃rtꝰ ab ambro. Mediolañ. ep̃s i sua chronica sub his ṽbis: dicens. Eodẽ tpe. s. xij. Theodosij maioris anno/ cõtigit vt q̃dã magnꝰ sapiẽs: tũ Manicheorũ errore seductꝰ noie Augu. argu. dialecticis ⁊ sophisticis armatꝰ venit ad btũ ambro. nõ cã audiẽdi sꝫ rep̃hendẽdi grã. sed cũ btũ ambro. de incarnatione p̃dicãtẽ inuenisset/ oblitꝰ sui ⁊ l̃rarũ oĩm ac cognitionũ/ pellẽs ac tremẽs oĩbꝰ vidẽtibꝰ q̃ ibi aderãt obriguit. Ac ẽt finita orõne ⁊ ãmonitiõe quã ad pp̃lm beatꝰ Ambr. administrabat: p̃mũ ad ipm Aug. ꝑuenit. Ac btũs ambro. cognita eiꝰ sciẽtia patefactaq3 eiꝰ disciplina: q̃d in arte valeret: q̃literq3 in fide catholica dissentiret p sp̃m scr̃m cognoscens/ qualiterq3 fidelis ⁊ catholicꝰ futurꝰ esset: placidissime ⁊ multũ charitatiue eũ suscepit. Itaq3 letabatꝰ btũs ambro ⁊ sup eũ: sicut in euãgelio de quodaꝫ p̃re legitꝰ q̃ cadens sup collũ filij sui quẽ p̃diderat osculabatꝰ eũ. Tandẽ nõ post multos dies nutu diuĩo sicut m̃ltis vidẽtibꝰ ⁊ sibi ꝯsentienbꝰ palã aberrauerat: sic i fontibus/ q̃ btõ Joãni ascribuntꝰ/ deo opitulãte a beato ambro. cũctis fidelibꝰ astãtibus ⁊ videntibꝰ: i noie scẽ ⁊ indiuidue trinitatis baptiza ⁊ ꝯfirmatꝰ est. In q̃bus fontibus ꝓut sp̃ũs scr̃s dabat eloq̃ illis/ Te deũ laudamꝰ decãtãtes: cũctis q̃ aderãt audiẽtibꝰ ⁊ vidẽtibꝰ simulq3 mirãtibus posteris ediderunt: q̃d ab vniuersa ecclĩa catholica vsq3 hodie tenetꝰ ⁊ religiose decãtatꝰ: ⁊ quasi ditati multis diuitijs ⁊ iestimabilibꝰ margaritis mutuo i deo delectãtes cum grãrum actiõe cibũ sumentes ⁊ magno gaudio gauisi cõfortati sunt. Hec Datiꝰ. x. li. sue Chronice ca. s. Et supradictis ṽbis oñdit Datius Cosmographꝰ q̃d Aug. añq̃ veniret ad baptismũ iaꝫ erat i oĩ scia famosissimꝰ. Scdo q̃ erat fedo errore ⁊ fermẽto manicheorũ maculatꝰ. Tertio: q̃ sola ṽtute sp̃ũs scti ⁊ nõ hũana scia fuit a btõ ambro. cõuictꝰ ⁊ illustratꝰ. Quarto: q̃ sup̃mo gaudio letatꝰ est btũs ambro. in eiꝰ cõuersiõe. Et hoc idẽ dicit Possidoniꝰ. q̃ grãde festum fecit btũs ambro. in vrbe Mediolañ. in illa die celebrari: qua nouum filiũ ⁊ athletã ⁊ defensorẽ illa die ecclĩa genuisset: ⁊ nouũ ꝯ hereticos pugnatorẽ pturisset. Quinto ẽt oñdit Datius q̃ btũs ambro. in sp̃ũ ꝓphetico p̃uidit qual ⁊ quãtus erat aug. futurus in ecclĩa dei. Sexto: q̃ tã btũs augu. q̃ btũs ambro. sp̃ũ scrõ illustrati cõfecerũt illud cãticũ. s. Te deũ laudamꝰ. ⁊ per ꝯñs dicta i hoc cantico fuerunt a sp̃ũ scrõ eis ifusa. Septio oñdit q̃ beatus augu. a principio huius baptismi recepit non solũ grãm gratũ faciẽtẽ: sed etiã dona sp̃ũs sancti ad intelligẽdas ⁊ exponẽdas sacras scripturas: ⁊ et per ꝯñs habuit sciam ifusam: q2 ex tpe cõfessus est ꝓfundissima mysteria i hoc cãtico: imo ꝓphetice locutus est: ꝓut videbitꝰ i expositiõe ⁊ in fine eiusdẽ. Ex supradictis g̃ p̃tꝫ vñ ⁊ qua de cã ⁊ quo spiritu ambro. ⁊ augu. cõfecerũt istud cãticũ. ¶ Ex supradictis etiã verbis Datij et possidonij põt r̃nderi ad id quod q̃ritꝰ in principio. s. quare in conuersione vnius solius hoĩs cantatũ est nouũ canticũ: cũ nõ Nota.

fuerit cõſuetudo in ſcriptura vtriuſqꝫ te. nouũ canticũ fieri niſi ꝓ aliq̃ magno myſterio vtili toti populo ⁊ eccl'ie. Ad qꝺ rñdet᷑: ꝙ verũ eſt ꝙ in eccleſia vtriuſqꝫ te. nõ factũ nec cãtatũ eſt nouũ cãticũ: niſi ꝓ grãꝝ actiõe alicuiꝰ magni myſterij ⁊ bñficij facti vel reuelati. Et ſic Moyſes cũ toto ppl'o cantauit ⁊ ſcripſit illud cãticũ: Cãtemꝰ dño gl'ioſe ⁊c. pro bñficio liberatiõis de Egypto: ⁊ de mari rubro: et ꝓut figurabat vl'em redẽptionẽ ꝑ xp̄m faciẽdã. Et ſic etiã Anna cantauit cãticũ nouum in natiuitate Samuelis: eo ꝙ nõ ſolũ ꝓuidit Samuelẽ futurum ꝓphetã: ⁊ rectorẽ illius ppl'i: ſed et̃ ꝓuidit xp̄ꝫ futurũ redẽptorẽ ꝑ Samuelẽ figuratũ. vt pꝫ. j. Regum ij. et ꝓut fuit expoſitũ i eodẽ cãtico. ⁊ ſic etiã Eſaias fecit nouũ canticũ Eſa. xij. eo ꝙ fuit ipi reuelatus aduentꝰ xp̄i in carnẽ: et myſterium nr̃e future redẽptionis: vt ibidẽ expoſitũ eſt: ⁊ ita et̃ Ezechias fecit nouũ cãticũ ꝓ ſua liberatione inquãtũ figurabat nr̃am redẽptionis. ⁊ ita etiã tres pueri cãtarũt nouũ cãticũ ꝓ ſuã liberatione de camino ignis ardẽtis / ꝓut ibidẽ expoſitũ eſt. Ita et̃ in no. te. virgo Maria tympaniſtria nr̃a cãtauit nouũ cãticum in cõceptiõe ſaluatoris agẽdo grãs q̄ ſaluatorẽ queꝫ patriarche ⁊ ꝓphete cecinerãt futurũ / ipa concepe rat. Ita et̃ zacharias cãtauit nouũ cãticũ i natiuitate Joãnis bapti. eo ꝙ erat annũciaturꝰ ſaluatorẽ in deſerto ⁊ paraturꝰ vias eius. ⁊ ita etiã angeli cãtarũt Glia in excelſis i natiutate ſaluatoris. Luce. ij. Et etiã Simeõ iuſtꝰ cãtauit nouũ cãticum qñ vidit: ac tenuit xp̄m in vlnis ſuis dicẽs. Nũc dimittis ſeruũ tuũ ⁊c. Sicut g̊ Anna cãtauit nouũ canticũ in natiuitate filij ſui Samuelis: eo ꝙ dñs abſtulerat ab ea opprobriũ ſterilitatis ⁊ cõuitiorum emule ſue: ⁊ q̄ ꝓuidit Samuelẽ ꝓphetã ⁊ rectoreꝫ ppl'i Iſrl': ⁊ ꝓncipal'r q̄ ꝓuidit ſpũ xp̄m vl'eꝫ futuꝝ redẽptorẽ: ita g̊ parit̃ eccl'ia ꝑ annã figurata cãtauit nouũ cãticũ i regñatiõe ⁊ baptiſmali natiuitate bti augu. eo ꝙ ꝓuidit btũs ambro. in ſpũ q̃l'r illa die eccl'ia ſpũal'r genuerat vnũ filiũ / q̄ eaꝫ debebat liberare ab opprobrio ⁊ incurſibꝰ hereticoꝝ: ⁊ ſuis ſcripturis ⁊ ꝑdicatiõibꝰ eccl'iam debebat ampliare. Itẽ ſicut zacharias cãtauit nouũ cãticuꝫ in natiuitate Jo. bap. eo ꝙ plenꝰ ſpũ ſc̃tõ ꝓuidit ipm ꝑcurſorẽ dñi / dicens. Bñdictus dñs deꝰ Iſrl' ⁊c. Ita pariter btũs ambro. cãtauit nouũ cãticũ in baptiſmali natiuitate bti aug. eo ꝙ ꝓuidit ipm futurum xp̄i ꝑcurſorẽ ⁊ viarũ xp̄i directorẽ. Nam ſicut Joã. bap. fuit ꝑcurſor xp̄i ꝑparãdo corda hoim ad xp̄m recipiẽdũ: ita aug. fuit ſucceſſor in declarãdis ſcripturis: ⁊ hereticis expugnãdis: ⁊ liberãdo eccl'iaꝫ ab icurſibus eorũ: ⁊ ad cõfirmãda corda fideliũ i fide xp̄i: ꝓut poſtea cõpertũ e᷑: ⁊ ꝓut diffuſe infra videbit᷑. Hec ẽ ergo cã vñ fuit motꝰ. B. ambro. ad cãtãdũ iſtud canticũ: ⁊ q̄re placuit diuine ꝓuidentie: vt in natiuitate baptiſmali bti aug. nouũ cãticũ in eccleſia cãtaret᷑ ⁊ cõfiteret᷑. quaſi diceret. B. amb. Te deũ laudamus. i. tota eccl'ia laudet deũ: quia labor meꝰ nõ fuit caſſus nec vanꝰ: q̄ iſte q̄ erat eccl'ie rebell' / tãdẽ ꝑuenit ad baptiſmũ: ⁊ factꝰ ẽ eccl'ie filius. Itẽ q̄ iſte q̄ erat eccl'ie ipugnator ⁊ inimicꝰ erit eccleſie defẽſor: ⁊ hr̃ticoꝝ expugnator: ⁊ extirpator: ⁊ totiꝰ eccl'ie illuſtrator ⁊ ampliator. Uniuerſa ergo laudet deũ eccl'ia q̄ hodie talẽ filiũ i h̄ fõte baptiſmatis gñauit. Et dicit Poſſidoniꝰ ꝙ grãde feſtũ fecit. B. ambr. illa die in ppl'o Mediolañ. ⁊ eccl'ia celebrari in cõuerſiõe illius viri ꝑ quẽ eccl'ia erat tot et tãta bona receptura. His ergo habitis cum dei auxilio ad expoſitionem huius cantici accedamꝰ.

Figura baptiſmi augu.

## Te deum laudamus.

¶ Pro cuiꝰ cãtici expõne ⁊ diuiſiõe ẽ priꝰ aduertẽdũ: ꝙ ſicut i hoc cãtico ſil' cõtinent᷑ multa myſteria et officia: ita multipl'r põt diuidi. Nã vno modo Amb. ⁊ Aug. laudãt deũ agẽdo grãs ꝓ bñficijs receptis: ⁊ petũt bñficia futura. Et ſic põt diuidi hoc cãticũ i duas ptes ꝓncipales. Nã p̄io laudãt deum trinũ ⁊ vnũ / gubernatorẽ et creatorẽ ⁊ gl'ificatorẽ / agẽdo grãs ꝑ bñficijs creatiõis ⁊ gubernationis et vl'is redẽptionis. Scðo petunt vt vl'is redẽptio ſubueniat oībꝰ filijs eccleſie: ⁊ oẽs ꝑticipemꝰ bñficiũ redẽptiõis ⁊ gl'ificationis. Scða ps erit ibi. Te ergo q̄s ⁊c. Scðo mõ iſtud cãticũ põt cõſiderari inquãtũ i eo Amb. ⁊ Aug. in ꝑſona eccl'ie: et ad inſtructionẽ oĩm fideliũ cõfitent᷑ oẽm catholicã ꝟitateꝫ. Et ſic põt diuidi i duas ptes. Nã in p̄ia cõfitet᷑ oẽꝫ veritatẽ catholicã ꝑtinẽtẽ ad deũ in ſe q̄ ad noſtrã creationẽ et gubernationẽ. Scðo cõfitẽt᷑ oẽs ꝟitates catholicas ꝑtinentes ad xp̄m deũ icarnatũ / neceſſarias ad noſtrũ redẽptionẽ ⁊ iuſtificationẽ. Secũda erit ibi. Tu rex gl'ie xp̄e. Tertio põt cõſiderari hoc cãticũ inq̄tũ in eo cõtinet᷑ triplex confeſſio ad noſtrã iuſtificationẽ. ſ. cõfeſſio fidei ⁊ latrie et pñie ſine q̄ nemo põt iuſtificari: vt patebit i fine expõis. Et ſic iſtud cãticũ põt diuidi in tres ptes. Nã in prima fit cõfeſſio vere fidei. In ſcða cõfeſſio latrie. In tertia at̃ cõfeſſio pñie. Scða ibi. Per ſingl'os dies. Tertia ibi. Dignar᷑ dñe die iſto. Sꝫ q̄ laudãdo deu. ⁊ agẽdo grãs ꝓ vniuerſis bñficijs receptis: ⁊ petẽdo grãm ⁊ auxiliũ ꝓ bñficijs futuris: de neceſſitate cõfitemur oẽm catholicã ꝟitatẽ ad nr̃aꝫ iſtructiõeꝫ ⁊ cõfitẽdo oẽm catholicã ꝟitatẽ neceſſario facimẽ triplicẽ cõfeſſionẽ. ſ. fidei / latrie / ⁊ pñie: iõ ꝑma diuiſio cõtinet ſcðam et tertiã. Iõ ꝓcedẽdo ſm ꝑmã diuiſionẽ i hac expõne includemꝰ ſcðaꝫ ⁊ tertiã. Naꝫ nemo põt iuſtificari ꝑ triplicẽ cõfeſſionẽ q̄n cõfiteatur oẽꝫ veritatẽ: ⁊ agat grãs ꝓ bñficijs receptis: et petat futura ꝓut magis declarabit᷑ exponẽdo literã: ⁊ i fine totiꝰ expõnis. Et iõ ꝓcedamꝰ ſm primã diuiſionẽ: inquãtũ principal'r duo faciũt Ambr. et Aug. Nã primo laudant deũ creatorẽ ⁊ redẽptorem agẽdo grãs ꝓ bñficio creatiõis ⁊ redẽptionis. Secundo petunt in perſona eccleſie participare beneficiũ redẽptiõis ⁊ gl'ificatiõis: ⁊ in eis ꝑſeuerare et ꝑficere: ibi. Te ergo q̄s. ¶ Quãtũ ad primũ duo faciũt Ambr. ⁊ Aug. P̄io eñ laudãt deũ trinũ ⁊ vnũ creatorẽ: ⁊ gubernatorẽ: agẽdo grãs ꝓ bñficio creatiõis / memorãdo bñficia q̄ receperũt ꝑ creationẽ / et cõtinue recipiũt ꝑ gubernationẽ. Scðo laudant xp̄m deũ icarnatũ recreatorẽ: ⁊ redẽptoreꝫ: ⁊ gl'ificatorem: agendo grãs ꝓ bñficio nr̃e redẽptionis ⁊ gl'ificatiõis / ibi. Tu rex gl'ie xp̄e. ¶ Sꝫ q̄ dictũ eſt ꝙ nemo põt deũ laudare / nec agere grãs ꝓ beneficijs recepis niſi priꝰ cõfitear᷑ eiꝰ nobilitatẽ ⁊ ꝑfectionẽ ⁊ memoret bñficia collata: eo ꝙ cõfeſſio fidei ꝑcedit latriã vt patebit: iõ Amb. ⁊ Auguſt in ꝑſona totius eccl'ie laudãdo deũ cõfitent᷑ eiꝰ nobilitatẽ: ⁊ excellẽtiã: ⁊ ꝑfectiões ⁊ bñficia. ⁊ ſic tria faciunt in hac. ſ. pte. Nã p̄io laudãt ⁊ cõfit᷑ vnũ ſolũ deũ gubernatorẽ ⁊ creatorẽ oĩꝫ. Scðo oñdũt q̃l'r deꝰ pamhliꝰ ⁊ ꝑfectiꝰ laudat᷑ ab ãgel' ⁊ btis i eccl'ia triũphati. Tertio cõfitẽt᷑ ⁊ laudãt deũ trinũ ⁊ vnũ in hac eccleſia exp̄mẽdo myſteriũ trinitatꝭ. Scðꝫ ibi. Tibi oẽs ãgeli. iij. ibi. Te ꝑ orbẽ terraꝝ. Sꝫ q̄ in hac prima pte laudãt deũ dñm ⁊ patrẽ / iõ iſti tres termini. ſ. deꝰ ⁊ dñs ⁊ pr̃ ſũt declarãdi: q̄ quãdã diſtictioneꝫ iportare vident᷑. ¶ Ad cuiꝰ itellectũ ẽ aduertendũ ꝑmo: qꝺ iſtꝺ nomẽ deus d᷑ a theos grece qꝺ idẽ eſt qꝺ ſpeculabile ⁊ iſenſibile ⁊ actus purꝰ ⁊ imaterialis ⁊ q̄d ꝑ ſe intelligibille latine. Et iſto mõ dicit q̄d vnũ ſolũ ⁊ idepẽdẽs ⁊ ifallibile ⁊ eternũ: ⁊ vnũ neceſſe eſſe ipoſſibile al'r ſe hr̃e. Sꝫ q̄ deus: vt probat Ariſto. ⁊ cõmẽtator. xij. meta. ⁊ Auicenna ⁊ algazel in ſua metaphyſica. imuio ſcðꝫ Damaſcenũ d᷑ pelagus ⁊ fõs oĩm ꝑfectionũ eſſential'r. Et iſto mõ non eſt niſi vnꝰ ſolus deꝰ vt ꝓbant oẽs ſupradicti: ⁊ ꝓbant oẽs doctores ſupra ꝑmũ ſniaꝝ di. ij. Itẽ iſtud nomẽ dñs d᷑ a dñando qꝺ idẽ eſt qꝺ totã domũ diſponere. regere / ⁊ gubernare ad ſuã voluntatẽ ⁊ arbitriũ: ⁊ ꝓpt᷑ ſeipm mouere. Et iõ ꝓcurator aut filius non d᷑ dñs domus lꝫ totã domũ diſponat et regat ⁊ gubernet: ſꝫ q̄ h̄ nõ facit ꝓpt᷑ ſe / nec ad nutũ ſuũ: ſꝫ ad nutũ ⁊ preceptũ ⁊ ad volũtatẽ dñi domꝰ ⁊ prĩſfamilias: iõ nec ꝓcurator nec filius nec ſeruꝰ d᷑ dñs domus: ſꝫ ſolus ille ꝓpt᷑ quẽ ⁊ ad cuius nutuꝫ fiũt oĩa. Quia g̊ ſolus deꝰ ꝑ ſe gubernat ⁊ regit vniuerſum: a quo dependet celũ ⁊ tota natura i eſſẽdo ⁊ gubernando: ⁊ ꝓpter queꝫ tanq̄ ꝓpt᷑ amatũ ⁊ deſideratũ oẽs intelligentie mouẽt orbes / ⁊ regũt oĩa iſta iferiora / vt inq̄t Ariſto. xij. meta. ⁊ oẽs angeli faciunt ꝟbũ. i. ꝑceptũ eius ad audiendã vocẽ ſmonũ eius. vt pꝫ ꝑs. cij. Et iõ ſicut eſt vnus ſolus dñs vniuerſi: ⁊ ſicut non põt eẽ niſi vnus deꝰ: ita nõ põt eẽ niſi vnus dñs ⁊ vnꝰ ꝑnceps ⁊ dux huius exercitus totiꝰ vniuerſi: vt ꝓbat Ariſto. xij. meta. Iõ iꝓprie ⁊ valde eq̄uoce reges ⁊ ꝑncipes mundi dicunt᷑ dñi: q̄ non a ſe habẽt ptãtẽ: ſed a deo: nec ꝓpt᷑ ſe regũt: ſꝫ ꝓpter deũ qui eſt dñs vl'is oĩm: cui oẽs ſunt reddituri rõnẽ. Uñ Seneca in Thyeſte. Uos q̄bus rector maris atqꝫ terre Jus dedit magnũ necis atqꝫ vite Ponite inflatos tumidoſqꝫ vultꝰ. Quicq̄d a vobis minor extimeſcit: maior h̄ vobis dñs minatur. Oẽ ſub regno grauiore regnũ eſt ⁊c. Hoc auteꝫ idem magis explicat᷑ ſapie. v. ⁊ vj. ꝑ. to. Et ſic pꝫ q̃l'r ſicut eſt ſolus deus: ita ẽ vnꝰ ſolus dñs vniuerſi gubernator ⁊ rector. Item iſtud nomen pr̃ d᷑ a patir grece qꝺ eſt idẽ qꝺ ꝑncipiũ latine. Et iõ genitorem vocamus patrẽ: eo qꝺ eſt ꝑncipiũ gñatiõis actiuũ: ⁊ genitricẽ vocamus matrẽ eo qꝺ eſt q̄ſi materia ⁊ ꝑncipiũ paſſiuũ in tali naturali gñatione. Sed improprie ⁊ eq̄uoce genitor carnalis d᷑ pr̃: quia lꝫ ſit ꝑncipiũ particl'are ⁊ imediatũ in tali gñatiõe: tñ h̄ non agit niſi in ꝟtute corpoꝝ celeſtiũ: ⁊ maxie ſol'. q̄ ſol ⁊ hõ generant hoiem. ij. de aĩa. Et iõ philoſophi ⁊ poete vocarunt ſolẽ patrẽ hoĩmqꝫ deorumqꝫ Sꝫ adhuc ſol valde eq̄uoce vocat᷑ pr̃: q̄ lꝫ ſit principiũ oĩm gñabiliũ / ⁊ ſpecial'r hoĩm: tñ hoc non hꝫ a ſe: ſꝫ a deo q̄ ẽ ꝑncipiũ. Itẽ lꝫ ſol concurrat ad generationẽ corpis: tñ non ad ꝓductionẽ aĩe rõnalis niſi ſolus deꝰ. Itẽ lꝫ oĩa gñabilia ⁊ corruptibilia dependeãt a corpibꝰ ⁊ itelligẽtijs celeſtibꝰ q̄ ad formã tñ non quo ad materiã ꝑmã: q̄ oĩa agentia creata ꝑſupponunt illã: ⁊ ſic materia ꝑma ⁊ aĩa intellectiua ⁊ celũ a ſolo deo pñt ꝓduci ꝑ ſolã creationẽ: qui ſolus eſt ꝑncipiũ oĩm in gñe cauſe efficiẽtis formalis ⁊ final'r. ⁊ q̄ a ſolo deo dependent oĩa creata ſecundũ totũ ſuũ eſſe: iõ ſolus deus d᷑ verus pr̃ ⁊ ꝑncipiũ oĩm: q̄ ab ipo patrata ⁊ principiata ſunt oĩa. Et iõ dicit Boetius. iij. de conſolatione carmine. v. ꝙ ſicut deus eſt vnus i gubernãdo: ita ẽ vnꝰ ſolꝰ pr̃ i creãdo. vñ ait. Oẽ hoĩm genꝰ i terris ſimili ſurgit ab ortu. Unus eñ rerũ pr̃ eſt vnꝰ cũcta miniſtrat. Ille dedit celo radios: dedit cornua lune ⁊c. Et ſic ad iſtum intellectũ ait ſaluator Mat. xxiij. Patrẽ nolite vocare vobis ſup terrã: vnꝰ ẽ eñ pr̃ veſter qui in cel' ẽ. ⁊ ſic etiaꝫ d᷑ in ſymbolo eccl'ie: Credo i vnũ deũ patrẽ oĩpotentẽ ⁊c. Et ſic pꝫ: ꝙ ſicut eſt vnus ſolus deus: ita vnꝰ ſolus dñs et pr̃ laudandus ⁊ colendus. Iſtas ergo tres ꝓprietates eſſentiales cõfitent᷑ in ꝑmis de deo Amb. ⁊ Augu. ſ. ꝙ vnꝰ eſt ſolus deus ⁊ dñs ⁊ pr̃ oĩm: agendo grãs ꝓ bñficijs receptis. ⁊ hoc in perſona totius eccl'ie. Uñ videns. B. Amb. ꝙ deus cõpleuerat deſideriũ ſuum: q̄ deduxerat Augu. ad baptiſmũ / ꝓ quo tm̃ laborauerat / ⁊ preuidens in ſpũ qual'r iſte debebat eẽ defenſor eccleſie: ⁊ diſſipator hereticoruꝫ: ⁊ dilucidator totius ſacre ſcripture: iõ in perſona totius eccleſie agens gratias vni ſoli deo exclamauit dicens:

## Te deum laudamus.

¶ Non dixit: nos deos laudamꝰ: ſed te vnũ ſolum deũ laudamus / pro tantis bñficijs receptis ſupple. Et confitẽdo vnũ ſolũ deũ agit gratias ꝓ tantis beneficijs: q̄ in illa die magna beneficia recepit tota eccl'ia per cõuerſionẽ illius hois. Tunc autẽ Augu. exiſtens in fonte baptiſmatis reſpondit.

de cõſe. di. iij. c. vlti.

## Te deum confitemur.

¶ Quaſi dicens: tu ambroſi vnũ ſolũ cõfiteris deũ: ⁊ ꝑdicas ipm eſſe laudandũ ⁊ colẽdũ. Et ego cõfitẽdo fidẽ meã confiteor ipm deũ eſſe vnũ ſolũ dñm et gubernatorem totius vniuerſi. Et hoc aſſero ⁊ confiteor contra multos gẽtiliũ q̄ negãt diuinã ꝓuidẽtiã ſe extendere ad actus hoĩm: ⁊ ad iſta iferiora: et contra Manicheos q̄ dicũt deũ eſſe dñm ⁊ gubernatorẽ ſolũ rerũ iuiſibiliũ: ⁊ dicunt diabolũ eẽ dñꝫ ⁊ rectorem huius mũdi inferioris. Et ſic aug. cõuerſus ad deũ dicit. Te dñm cõfitemur. i. ſicut confitemur te eſſe vnum ſolũ deum: ita vnũ ſolũ dñm ⁊ diſpenſatorẽ ⁊ rectorẽ ⁊ gubernatorẽ ⁊ ꝓuiſorẽ toti. vniuerſi. Tunc autẽ beatꝰ ambroſius ſubdidit.

xxiiij. q. j. qd culpatur. et diſ. iij. c. q̃ ʒ.

## Te eternum patrem omnis terra veneratur.

¶ Quaſi diceret: Augu. te cõfitet᷑ dñꝫ ⁊ gubernatorẽ vniuerſi. Et ego ſimul cum eccl'ia te confiteor patrẽ ⁊ creatorẽ vniuerſi: a quo tanq̄ ab vno ſolo ꝑncipio oĩa ex tpe dependẽt ꝑ creationẽ quo ad totũ ſuũ eẽ in gñe cauſe efficiẽtis: formal' ⁊ final'. qꝺ ẽ ꝯ Ariſt. ⁊ alios philoſophos ⁊ oẽs gentiles: q̄ putant mundũ fuiſſe ab eterno. iõ oĩs terra. i. oẽs fideles terre te venerant᷑ tanq̄ patrẽ oĩm. ¶ Nota ꝙ ml'ti dicunt ꝙ Ambro. in hoc cãtico ſolũ locutꝰ eſt in ꝑncipio dicens. Te deũ laudamꝰ. ⁊ ꝙ Aug. ꝓſecutꝰ eſt totũ reſiduũ vſqꝫ in finẽ cõfitẽdo fidẽ ſuã: ſicut tenẽt adultiore ꝓprio cõfiteri fidẽ ſuã publice qñ baptizant᷑. Et ſic ſcðm iſtos hoc canticũ totũ eſt cõfeſſio fidei bti Aug. quã ꝓfeſſus eſt i baptiſmo. Sꝫ q̄ cõiter tenet᷑ ꝙ ambo alternatim fecerunt hoc cãticũ: vnuſq̄ſqꝫ ꝓferendo ſuã ſniam: iõ ſic ꝓcedemus i eiꝰ expoſitione referẽdo ſingl'a ſingulis. ¶ Sꝫ dubitatur: nã licet p̄ia perſona dicat᷑ pr̃ eternꝰ reſpectu filij: eo ꝙ ab eterno ꝓducit verbum tamẽ tota trinitas vnꝰ deꝰ nõ d᷑ dñs nec pr̃ eternꝰ totiꝰ vniuerſi:

x. q. iij. ca. ad menſaꝫ.

B dubiũ.

qꝛ iſta ſunt relatiua ex tpe:⁊ iō ſicut mūdꝰ non eſt
eternꝰ:ita deꝰ nō eſt eternꝰ dn̄s ⁊ gubernatoꝛ ⁊ pr̄
eiꝰ/ſ; ex tpe. Uel eſt dicendū ꝙ pr̄ non ſumit̄ h̄ eſſē
rn̄ſio. tial'r:ſ; perſonal'r reſpectu filij: Ad hoc rn̄det̄ ꝙ pr̄
in hoc loco ſumit̄ eſſential'r reſpectu totiꝰ vniuer
ſi:ſed ly eternū non determinat nec cōnotat pater
nitatē ⁊ relationē ſcd̄m diuinā ſubſtantiā ⁊ deū eſ
ſential'r. q̄ſi di. ſicut vl'is eccl'ia te cōfitet̄ eternū et
vnū deū ꝯb eterno:ita te venerat̄ vnū dn̄m ⁊ pr̄em
ex tpe. i. te deū eternū cōfitet̄ dn̄m ⁊ patrē ex tpe ⁊
iſte modus ſeruatur qn̄q; in ſacra ſcriptura: ⁊ ita
dr̄ pſal. lxxiij. Deꝰ aūt rex nr̄ an̄ ſcl'a opatꝰ eſt ſalutē
in medio. Un̄ manifeſtū eſt: ꝙ ly an̄ ſcl'a non deter
minat ly rex nr̄:nec ly opatꝰ eſt ſalutē in medio ter
re/ſ; determinat ly deus. i. deꝰ q̄ eſt an̄ ſcl'a: poſtea
factus hō ⁊ rex nr̄:operatꝰ ē ſalutē in medio terre.
Itē iſte modꝰ ſeruat̄ pſ. lxxxix. cū dr̄. Dn̄e refugiū
factus es nobis a gn̄atiōe in gn̄ationē. Priuſq; for
no. bn̄ maret̄ terra ⁊ orbis a ſcl'o ⁊ in ſcl'm tu eſt deus Tūc
manifeſtū eſt qd̄ deꝰ non fuit dn̄s/nec refugiū nr̄m
ab eterno priuſq; mōtes fierent:⁊ formaret̄ terra ⁊
orbis:ſicut intelligebāt Origeniani hūc paſſum ſ;
ſic eſt legenda ⁊ pūctuāda ⁊ itelligēda iſta l'ra. ſ. tu
dn̄e q̄ nunc es dn̄s nr̄:es deꝰ in ſcl'm: priuſq; montes
fierent ⁊ orbis formaret̄:ſ; ex tpe p creationē et re
dēptionē factꝰ es refugiū nr̄m. Et iſto mō eſt intel
ligendꝰ iſte paſſus in h̄ cātico. Nā illū quē ꝯfitētur
eſſe vnū deū imoꝛtalē ⁊ eternū ab eterno:illū eun
dē cōfitent̄ eſſe dn̄m ⁊ patrē vniuerſi ex tpe. Pōt ēt
dici: ly eternū patrē capi perſonal'r quē ſil' cū filio
⁊ ſpū ſctō oīs terra venerat̄. qꝛ ſicut opa trinitatis
eſſentialia ſunt inſeparabilia ad extra: ita cultus
latrie nō ſeparat perſonas in diuinis:qꝛ deo eſſen
tial'r debet̄. Sed melius videt̄ ꝙ ly patrē teneatur
eſſential'r reſpectu vniuerſi: eo qd̄ infra fiet ſpecia
lis et expreſſa confeſſio de myſterio trinitatis: ſed
hic exprimitur myſterium creationis. Quaſi dicat
Ambro. ſicut te cōfitemur vnū deum et dn̄m guber
natorē:ita oīs terra iā te venerat̄ eternū patrē et
creatorē:qꝛ totus ppl's gētilis iā venit ⁊ veniet ad
fidē:q̄ confitet̄ creationē mūdi quā an̄ negabat. Q̄
fidē maxime confirmauit Auguſtinꝰ iſte in ſcriptis
⁊ pdicationibꝰ ſuis. Et iō ſubdit Augu. tu Ambroſi
dicis:qd̄ tota terra iā venerat̄ vnū deū ⁊ vnum do
minū ⁊ patrem creatorē. Et ego dico tibi:qd̄ peram
plius ⁊ pfectius venerat̄ deꝰ in celis ab āgelis tan
q̄ dn̄s ⁊ creatoꝛ. ⁊ ſic cōuerſus ad deū dicit.

## Tibi omnes angeli:tibi celi ⁊ vniuerſe po teſtates.

xxxviij diſti. ſi q̄a in gloſ. apoc. iiij. eſa. vj. lib.

## Tibi cherubin ⁊ ſeraphin inceſſabili voce proclamant Sanctus ſctūs ſctūs dominꝰ deus ſabaoth ⁊c.

¶ Ad cuius intellectū eſt valde aduertendum qd̄
iſtud participiū ſctūs eſt preteriti tpis ab iſto ver
bo ſancio:qd̄ idem eſt qd̄ recte vitā ⁊ actꝰ hūanos
dirigere ⁊ ordinare. Et iō leges imperatoꝛum ⁊ ple
biſcita dicunt̄ ſanctiones. i. recte ordinationes: eo
qd̄ recte ordinant actus humanos. Et ſic ergo ille
hō dicit̄ ſctūs:q̄ eſt bn̄ ordinatus in actibus et opa
q̄s dr̄ ſctūs. tionibus ſuis:⁊ bn̄ inſtituit ⁊ ordinat vitā ſuā. Et
ſic ſanctitas dicitur quedam iuſtitia ⁊ vita iuſta et
iuſte ordinata ⁊ regulata. Et ſic illos vocamꝰ ſan
ctos in eccleſia qui iuſte et ordinate vixerunt ſe

cundum legem dei. Sed quia voluntas ei lucet in
diuina lege:iō ille dr̄ iuſtꝰ ⁊ ſctūs q̄ ꝯformat volun
tatē ſuā cū diuina volūtate:⁊ ſubordinat ſe diuine
voluntati ſeruādo diuinā legē. Et ſic ptz qual'r ſcti
tas dicit quendā ordinē ad deū:⁊ quādā cōformita
tē:⁊ per ꝯn̄s dicit quandā iuſtitiā ⁊ rectitudinem.
Sed qꝛ talis ordo ⁊ ſctitas primitꝰ reperit̄ in deo/
iō deꝰ eſt primꝰ iuſtus ⁊ ſctūs in ſe. ¶ Un̄ vlterius
eſt aduertendū:ꝙ tria in pmis conſiderant̄ in deo.
Primo/qꝛ eſt primū ens. Scd̄o:qꝛ verum ens. Ter
tio/qꝛ ſummū bonū ens. Uel ꝙ eſt prima entitas/
⁊ pria veritas:⁊ prima bonitas. Et iō inquantū eſt
primū ens ⁊ actus purus intelligit:ſed inquantum
eſt primum ens verū/intelligit ſeipm. Et ſic intelli
gendo dicit ⁊ pducit verbū de tota eſſentia ſua/et
ſic cōicat v̄bo ſuo totā ſubſtātiā ⁊ eſſentiā. Sed qꝛ
talis pductio fit ſm naturā/ideo verbū pductū dr̄
filius patris dicentis ⁊ generātis. Itē rurſus:qꝛ pr̄
nouit ſe in filio non ſolū eſſe verū ens:ſed ēt ex cōſe
quenti eſſe ſummū bonum:⁊ iō diligit ſe in filio:cui p
generationē cōicat diuinā eſſentiā. Et pr̄ ſimul cū
filio diligendo ſe ſpirat ſpm̄ ſctm̄ cōicando ipſi ean
dē eſſentiā pſpirationē q̄ cōicata eſt filio per gn̄a
tionē:⁊ ſic manet iſte ordo in diuinis pſonis. Nam
eadē eſſentia ⁊ ſubſtantia que eſt in pr̄e a ſe:eadem
eſt in filio a patre cōicata per gn̄ationē ⁊ eadē eſt
in ſpū ſctō cōicata ab vtroq; per ſpirationem. Sed
qꝛ pater non eſt deus per pr̄nitatē:ſed p diuinā eſ
ſentiā quā habet a ſe:⁊ filius nō eſt deꝰ p filiationē
ſed per ſubſtantiā ⁊ eſſentiā quā habet a patre per
generationem:nec ſpūs ſanctus eſt deus per ſpira
tionē paſſiuā:ſ; per eſſentiā quā habet ab vtroq;.
ideo ſicut in patre ⁊ filio ⁊ ſpiritu eſt vna ſola diui
nitas ⁊ eſſentia:ita pater ⁊ filius ⁊ ſpūs ſanctus li
cet ſint tres perſone rōne ſuaꝝ pprietatū per quas
cōſtituunt̄:tn̄ oēs tres pſone non ſunt niſi vnꝰ deꝰ
p vnā et eandē ſubſtantiā ⁊ eſſentiā in eis repertā:
qꝛ licet multiplicent̄ pſone ppter tres relationes,
tn̄ non multiplicat̄ eſſentia:nec ſubſtantia:licet ſit
tribus pſonis cōicata. Et ideo nec etiā multiplica
tur eſſentialia:ſed otꝰ eſſentialiter eſt ⁊ dn̄s ⁊ ſan
ctus ⁊ deus:ideo ſicut eſt eſſentialiter tm̄ vnꝰ deꝰ:
ita vnus dn̄s ⁊ vnus ſctūs. Et ſic licet pr̄ ſit ſctūs:
⁊ filius ſctūs/⁊ ſpūs ſit ſanctus:tn̄ non pprie ſunt
tres ſancti:ſed vnus ſanctus. Ex quibꝰ ptz ꝙ in di
uinis eſt ordo ſimul cū vnitate. Nā inter iſtas tres
perſonas eſt ordo inquantum pater eſt a ſe ⁊ filius
a patre ⁊ ſpūs ſanctus ab vtroq;:ſed eſt vnitas in
ſubſtātia ⁊ eſſentia:quia oēs tres perſone cōicant
vnā ⁊ eandē ſubſtantiam et eſſentiā equaliter:⁊ ſic
manet ordo in tribus pſonis ſimul cū vnitate ⁊ eq̄li
tate eſſentie ⁊ maieſtatis:et ſic talis ordo non tol
lit vnitatē:nec equalitatem maieſtatis. Et ideo ſi
cut pater/eſt deus a ſe:ita eſt ſctūs a ſe:⁊ ſicut filiꝰ
eſt deus a patre:ita ſctūs a pr̄e:⁊ ſicut ſpūs ſctūs
eſt deus ab vtroq;:ita ſctūs ab vtroq;/et ſic q̄libet
perſona dicit̄ eſſentialiter ſctā: ſed tertia perſona
dicit̄ cōiter ⁊ ſpāliter ſctā inq̄tū eſt finis totius or
dinis:eo ꝙ ſctitas dicit quendā ordinē in aliquem
bonū finē:put ſupradictū eſt. Sed qꝛ tota beatitu
do dei ⁊ gloria conſiſtit in iſto ordine. ſ. inquantum
deus pr̄ nouit ſe in filio:⁊ ſimul cum filio diligit ſe
in ſpū ſctō:iō oēs angeli ⁊ Cherubin ⁊ Seraphin
⁊ vniuerſaliter oēs btī in pr̄ia volentes dare glo
riā deo:⁊ volentes explicare iſtum ordinem in di

Tria in pmis ꝯſiderant̄.

Ordo in tribus perſonis.

uinis in q̄ cōſiſtit tota dei btitudo:inceſſabili voce
pclamant: ſctūs. ſctūs. ſctūs. quaſi dicāt. ſctūs pat̄
q̄ a nullo ſed a ſeipſo:⁊ ſctūs filius q̄ a pr̄e:⁊ ſctūs
ſpūs q̄ ab vtroq;. ⁊ ſic glorificant ⁊ laudant deū in
trinitate. Sed qꝛ oēs angeli nouerunt vnū ſolum
deū ⁊ vnū dn̄m in hac trinitate pſonarū cui debet̄
vna ſola gl'a equal'r ⁊ vna beatitudo:iō ſubdunt.
Dn̄s deus ſaboth. q̄ſi dicant. l; ſctūs pat̄:ſctūs filiꝰ
⁊ ſanctus ſpūs:tn̄ non niſi vnꝰ deꝰ ⁊ vnꝰ dominꝰ/et
per ꝯn̄s vnus honoꝛ ſit patri ⁊ filio ⁊ ſpūi ſctō. ⁊ ſic
oēs angeli in ſua latria explicant myſterium trini
tatis pſonarū cum ſimplicitate diuine eſſentie: in
cuiꝰ viſiōe ⁊ fruitione cōſiſtit tota eoꝝ. ſ. angeloꝝ
btitudo:vt magis patebit. ¶ Ulteriꝰ eſt cū humili
tate ⁊ tremoꝛe aduertendū:ꝙ pt̄er ſupradictū ordi
nē reſpectiuū/eſt conſiderandus in diuinis aliꝰ or
do q̄ſi abſolutus/q̄ nullā diſtinctionē ponit in deo
ſ. inq̄tū deus a nullo dependet cauſal'r: ſed eſt a ſe
⁊ in ſe ⁊ ppter ſe. ¶ Un̄ deꝰ ſicut eſt eſſential'r a ſe
ipſo ⁊ in ſeipſo:ita nō eſt ppter aliud bonū final'r:
ſed ppter ſeipm q̄ eſt ſummū bonum:⁊ p ꝯn̄s finis
vltimatus. ⁊ ſic deus eſt a ſe:⁊ in ſe:⁊ ppter ſe:⁊ ſic
deꝰ diligit ſe in ſe ⁊ ppter ſe. Nā ſicut eſt i ſe ⁊ ppt̄
ſe:ita diligit ſe in ſe ⁊ ppter ſe. Et iſte ordo q̄ videt̄
eſſential'r abſolutꝰ non tollit ordinē reſpectiuū:im
mo eſt ſil' cum illo. Nam pr̄ intelligēdo ſe in verbo
non ſe intelligit in alio intelligibili nec in alio deo:
ſed in ſeipſo deo:⁊ ſil' cū filio diligēdo ſe in ſpū ſctō
q̄ eſt nexus amboꝝ/nō ſe diligit in alio deo:nec in
alio ſummo bono:ſed in ſeipo deo ⁊ ſummo bono.
Et ſic primꝰ ordo eſſential' ⁊ cauſal' independentie
ſtat ſil' cū ſcd̄o ordine originis ⁊ reſpectiuo pſona
rū. ⁊ iō cū deꝰ ſit primū ens ⁊ principium ⁊ cā oīm
alioꝝ entiū:p ſupradictū ordinē: ⁊ ſub tali ordine
fecit oīa creata:⁊ talē ordinē impreſſit in eis. vn̄ ſi
cut pr̄ ab eterno pduxit filium:⁊ ſil' cū filio pduxit
ſpm̄ ſan. ita ex tpe pr̄ p filiū q̄ eſt verbū ſuū / pdu
xit oīa qn̄ dixit fiat lux ⁊c. ⁊ ſil' cum filio p ſpm̄ ſctm̄
viuificauit ⁊ mouit oīa ad ſuas opationes:qn̄ ſpūs
dn̄i ferebat̄ ſup aq̄s. Et ſic ordo emanationis crea
turarū ſequit̄ ordinē diuinarū pſonarū:⁊ ſic eundē
ordinem tāq; veſtigiū trinitatis impreſſit in oībus
creaturis. Nam ſicut pr̄ eſt primū principiū q̄ dixit
oīa:⁊ filiꝰ p quē dixit oīa:⁊ ſpūs ſctūs finis in quo
oīa viuificauit ad ſuas opationes:ita i oībꝰ creatu
ris impſſit hanc trinitatē dādo eis ſubſtātiā/virtu
tē/⁊ opationē. q̄ q̄dē ſubſtātia ſiue forma eſt princi
pium qd̄ agit:⁊ virtus mediū p qd̄ agit ⁊ opatio eſt
videtur ꝙ Ambro. ſupflue petat: vt xp̃s ſubueniat nobis ꝑ ſanguinẽ ſue paſſionis. ꝛ Augu. ſupflue petat ꝙ Jeſus ſaluet pplꝫ ſuũ: qꝛ xp̃s iaꝫ ſubuenit nobis ꝑ ſuã paſſionẽ: ꝛ iã redemit ꝛ ſaluũ fecit ppl'm ſuũ in cruce: ꝑ pctĩs tunc patiendo et ſatiſfaciẽdo et de ptãte diaboli liberando ꝛc. Pro hmõi aũt rñſione eſt valde aduertendũ: ꝓut dictũ eſt in expoſitione pſal. xlv. et. pſal. cxl. ꝙ Adã peccando venũdedit et obligauit totã ſuã naturã et gñationẽ et poſteritatẽ ad penã ſui reat⁹: et ſic oẽs poſteri dicunt peccaſſe in Adã. i. fuiſſe venũdati et obnoxij ꝛ obligari in eo quo ad naturã et gñationez. Sed nullus ꝑticipat ꝑſonal'r illã culpã ꝛ indignationẽ ꝛ penam niſi ꝑſonaliter ꝑticiperet eam ꝑ libidinoſam gñationẽ: vt inq̃t Augu. ad Ualeriũ: ꝛ in prima parte de fide ad Petrũ. Qꝛ tunc vnuſq̃ſq₃ ꝑſonal'r et in actu ꝛ particul'r trahit illã culpã ſiue penam ꝛ indignationẽ dei ꝯ ſeipm̃. Et ſic dr̃ natura filius ire: vt ait apl's ad Ephe. ij. qꝛ tunc in ꝑſona actual'r obligat ad penã ad quã potential'r et in natura fuerat obligatus in adã anteq̃ eſſet aut cõciperef: ꝛ naſceref ĩ actu ꝓut fuit declaratuꝫ ſup pſal. xlv. ꝛ. cxl. ita ergo pari rõne xp̃s oẽs predeſtinatos redemit potential'r et habitual'r in cruce per ſuã mortẽ ꝛ paſſionẽ: ꝛ oẽs in merito ꝛ potential'r reſuſcitauit ꝑ ſuã reſurrectionẽ: qꝛ oẽs ĩ xp̃o ibi fuim⁹ crucifixi ꝛ cõſepulti ꝛ baptizati: ꝛ cõſurrexim⁹ cũ xp̃o: vt inq̃t apl's ad ro. vj. Qđ non eſt intelligendũ ꝑſonal'r ꝛ in actu: ſed ſoluꝫ potential'r ꝛ in merito xp̃i: qꝛ nõdum eramus. et iõ ſicut ad hoc ꝙ vnuſq̃ſq₃ trahat et ꝑticipet ꝑſonal'r pctm̃ Ade opꝫ ꝙ gñef per gñalẽ ꝛ libidinoſaꝫ gñationem. Ita ad hoc qđ nos perſonal'r et actualiter participemus redemptionem et merita paſſionis Chriſti: oportet qđ ꝑſonal'r et particulariter incorporemur ꝛ cõfiguremur ꝛ efficiamur mẽbra xp̃i: et regeneremur ꝑ baptiſmũ: vt ſicut ꝑ carnalẽ gñationẽ tranſiuit ad nos perſonal'r pctm̃ nature et pena pctĩ ipſius Adã: ita ꝑ ſpũalẽ regñationẽ tranſeant ad nos merita ꝛ virtus ꝛ effectus paſſiõis xp̃i. ꝛ iõ nõ ſufficit ꝙ xp̃s fuerit paſſus ꝛ mortu⁹ ſemel gñaliter ꝓ oĩbus nobis: ſed opꝫ vt perſonal'r vnuſq̃ſq₃ participet illã paſſionẽ per baptiſmũ ꝛ eccl'iaſtica ſacr̃a: ꝛ ſic indigemus multiplici gr̃a ad hoc ꝙ perueniam⁹ ad vltimũ effectũ paſſionis xp̃i. et ad ꝑfectã ſaluationẽ. Nã primo opꝫ ꝙ vocemur a xp̃o per gratiã preuenientẽ: ꝛ viuam⁹ ꝛ nõ moriamur in vtero matris: nec in naſcendo: nec anq̃ ꝑueniamus ad baptiſmum. ꝛ ſic opꝫ ꝙ deus conſeruet nos vſq₃ ad illud inſtans. ꝛ iõ dicit Aug. Saluũ fac ppl'm tuum dñe. Scdõ opꝫ qđ actualiter et perſonal'r vnuſq̃ſq₃ recipiat ꝛ participet paſſionem xp̃i: ꝛ incorporef in eccl'ia ꝑ bñdictionẽ ſacramẽtalẽ. ꝛ iõ ſubdit. Et benedic hereditati tue. Tertio opꝫ ꝙ dirigatur ĩ ſuis operationib⁹ tota eccl'ia: et iõ ſubdit. Et rege eos. Quarto vt extollaf a mũdo et perueniat ad terminũ. i. vitã eternam: ꝛ iõ ſubdit. Et extolle illos vſq₃ ineternũ. Et ſic ptꝫ qual'r nulla iſtarũ petitionem eſt ſupflua. Petit ergo primo vt ſaluet nos/ a malo liberando. Scdõ vt bñdicat nos bñdictione ſacrali: ſiue ꝑ eccl'iaſtica ſacr̃a. Tertio vt regat ꝛ dirigat nos per legẽ euangelicã. Quarto vt extollat nos a terrenis ad celeſtia. Nota ¶ Sed adhuc eſt dicẽdũ: ꝙ ſicut in orõne dñica poſt petitionẽ bonoꝝ ſpũalium ꝛ regni celeſtis. petimus neceſſaria vite: cũ dicim⁹. Panẽ nr̃m quotidianum da nobis hodie. Ita pariter Aug. in hac ꝑticula petit etiã bona tpalia neceſſaria ipſi eccleſie dum peregrinatur in hac vita inter infideles vſquequo perueniat ad terminuꝫ. Unde primo petit vt eccleſia ſaluef et defendaf ab incurſu infideliuꝫ ꝛ hereticoꝝ: vt ſecura peregrinetur ꝛ tranſeat in hac vita: ꝛ hoc cum dicit. Saluũ fac populũ tuũ dñe. ſ. a ꝑſecutione infidelium liberando. Scdõ petit eccleſiã ꝛ religionez xp̃iana ꝓſperari/ et augeri: ꝛ per totum orbẽ dilatari/ ꝛ multiplicari in filijs: ꝛ abũdare in bonis tpalib⁹ ad ſufficiẽtiam vite neceſſarijs. ꝛ hoc cuꝫ dicit. Et bñdic hereditati tue. i. multiplica ꝛ ꝓſpera eccleſiaꝫ: q̃ eſt hereditas tua: et hoc in abũdantia filioꝝ ꝛ bonoꝝ tpaliũ: qꝛ bñdictio in ſacra ſcriptura frequẽter ſumitur pro abundantia filioꝝ et bonoꝝ tẽporaliũ. Tertio petit vt religio xp̃iana dirigaf et viuat in hac vita ſecundum legez dei. ꝛ hoc cũ ſubdit. Et rege eos. ſ. in lege tua: vt ſecũdum euãgelium viuãt. Quarto petit vt xp̃iana religio ſic tranſeat per bona tpalia: vt non amittat eterna: ſed vſq₃ ad terminuꝫ huius vite q̃ eſt vita eterna/ ſecura perueniat. et hoc cum ſubdit. et extolle illos vſq₃ internũ. Et has eaſdem quatuor petitiones cõtinue facit eccleſia: vt patet in omnibus orõnib⁹: et maxime in die veneris ſctã qñ orat ꝓ omnibus ſtatibus eccleſie: ꝛ gradibus fidelium: ꝛ ꝓ cõuerſione infideliũ. ¶ Uidens ergo. B. Ambro. omnia q̃ dicta ſunt in hoc cãtico/ de xp̃o. ſ. qual'r xp̃s eſt rex glorie ꝛ eternus filius dei pr̃is: ꝛ per conſequẽs eſt deus ver⁹: et qñ incarnatus et factus hõ non horruit virginis vterũ: et qñ deuicto mortis aculeo aperuit credentibus regna celorum: que ꝓpter pctm̃ Ade fuerant nobis clauſa: et qñ ſaluat ꝛ bñdicit ſuã hereditatẽ ꝛ populũ ꝑ eccleſiaſtica ſacr̃a ꝛ dirigit per gr̃am: et etiã qñ ſaluat et defendit ſuũ ppl'm ab incurſu ꝛ perſecutiõe infidelium et hereticoꝝ: et dirigit eũ inter has humanas varietates ꝛ vſquequo perueniat ad terminum vite eterne in hac peregrinatione optatũ ꝛ intentum. Tũc cognouit ꝙ xp̃o debef vera latria tãq̃ ſaluatori/ redẽptori/ ꝛ glorificatori: ꝛ obligamur per ſingulos dies et horas ꝛ momẽta laudare eũ ꝛ bñdicere. Hec ergo omnia conſiderans Ambroſius in perſona totius eccleſie prorupit in laudem/ cum Dauid pſal. cxliiij. di.

## Per ſingulos dies: benedicimus te.

## Et laudamus nomen tuum in ſeculum: et in ſeculum ſeculi.

¶ O xp̃e ꝓ tantis bñficijs gr̃as agẽdo: et verã latriã cũ adoratione ꝛ oblatione exhibẽdo/ laudam⁹ nomẽ tuum qđ eſt Jeſus ꝛ ſaluator: eo ꝙ ſaluaſti ꝛ redemiſti nos et glorificaſti nos. Et hãc exhibemus tibi in ſeculũ. i. per totũ ſeculũ huius vie: et in ſcl'ꝫ ſeculi patrie ſuperne regni celeſtis. ¶ Ad cui⁹ intellectũ eſt notãdũ: ꝙ de⁹ aliter bñdicit nos: ꝛ nos aliter bñdicimus deũ. Nã deus bñdicit nos ſanctificando ꝛ gratificando per eccleſiaſtica ſacr̃a/ ꝛ ꝓſperando et multiplicando eccleſiã/ ꝛ dirigẽdo eaꝫ et finaliter glorificando: et vniuerſaliter bona temporalia ꝛ ſpũalia largiẽdo: ſicut dictum eſt in ꝓcedenti petitione. et ſic Dauid patebat bñdici. pſal. lxv. cum dicit. Deus miſereaf noſtri ꝛc. et in fine cõcludit. Benedicat nos ꝛc. Et iſto modo etiam deus benedixit omnib⁹ creaturis/ bona naturalia in earum creatione largiendo: vt patet Geñ. j. et. ij. qñ bñdixit eis di. Creſcite et multiplicamini. Nos autẽ bñdicimus deũ et ei⁹ excellẽtiã: oĩpotẽtiã: ſapiẽtiam: et miam: et iuſtitiam commendãdo et ꝓdicãdo: et bñficia nobis collata memorãdo: et ꝓ eis ipſi gr̃as agẽdo: et verã latriã ipſi exhibendo: q̃ cõſiſtit in orõne ꝛ adoratione ꝛ oblatione. Et iſto mõ Dauid ꝓ bñficijs gr̃as agendo. ps. cij. dicit. Benedic aĩa mea dño ꝛc. Jtem pſal. ciiij. Bñdic aĩa mea dño Et enumerat ꝛ explicat oĩa bona q̃ recepim⁹ a deo per creationẽ et gubernationẽ. Et ſic ptꝫ differentia in bñdicendo. Nã deus bñdicit nobis/ bona tpalia et ſpũalia largiendo. et ſic dixit Aug. ſuperius. Saluũ fac ppl'm tuum dñe: et benedic hereditati tue. nos aũt benedicim⁹ deũ/ ei⁹ maieſtatez cõmẽdando: et pro bñficijs gr̃as agendo: ꝛ verã latriam exhibẽdo. ꝛ ſic dicit hic Ambro. Per ſingulos dies benedicim⁹ te. ¶ Sed eſt vlterius aduertẽdum: ꝙ quatuor principalia bñficia recepimus ꝛ continue recipim⁹ a xp̃o redẽptore nr̃o: ꝓpter q̃ non ſolum per ſingulos dies: ſed etiã ꝑ ſingulas horas et momẽta: ꝛ per ſingula loca: et vbiq₃ ſine intermiſſiõe tenemur et obligamur ipm̃ laudare et bñdicere et gr̃as agere: in qua bñdictiõe includif pater et ſpiritus ſctũs q̃ indiuiſe cõcurrũt ad nr̃a bñficia. Nã ꝓmo recepim⁹ a xp̃o beneficiũ creatiõis: in quãtuꝫ pater per xp̃m verbũ fecit oĩa: ſpũ amboꝝ incubãte ſuper aquas: et ſpecial'r nos fecit ad imaginem ſuã/ per quã diuinũ eẽ ꝑticipam⁹ et ſum⁹ capaces eterne felicitatis. Scdõ recepim⁹ beneficiũ redẽptionis et creatiõis/ ꝑ qđ ſumus ab oĩ maledicto abſoluti/ et deo gratificati et recõciliati: qꝛ nil profuiſſet ꝙ creaſſet: niſi mirabilibus modis recreaſſet: vt inquit Aug. et Grego. Tertio recepim⁹ beneficiũ expectationis ad pñiam: qꝛ ſi patientia ꝛ benignitas et mĩa dei non expectaſſet et expectaret ad pñiam: nil ꝓfuiſſet nobis xp̃i redemptio. Nã quid eſſet de nobis miſeris ſi xp̃s anteq̃ veniremus ad pñiam in peccato nos ꝑmitteret interire et mori. Quartũ eſt bñficiũ gl'ificatiõis qđ btĩ poſſident in patria in actu: et iuſti poſſident in via in merito: qꝛ oẽs iuſti expectant gl'ificari inter angelos: et hñt mãſiones ꝑatas in celo. Pro ſupradictis ergo beneficijs tenemur ꝑ ſingulos dies et horas et momenta et loca ſemꝑ et vbiq₃ deũ laudare et benedicere/ et nũq̃ a laudibus vacare: nec ꝓpter hec valemus deo ſatiſfacere: nec equales vices reddere. Quod autẽ ſine intermiſſione temporis et interuallo loci teneamur deũ laudare: et gr̃as agere ꝓbaf. Nam ſicut deus non ceſſat nobis ſemꝑ et vbiq₃ ſupradicta beneficia conferre: ita nos tenemur ſemper et vbiq₃ ipſi gr̃as agere/ ꝛ latrie cultũ exhibere. vnde licet deus ſemel nos creauerit/ tamẽ nõ ceſſat nos regere et gubernare et de neceſſarijs ꝓuidere et in eſſe cõſeruare. Jtem licet ſemel nos per mortez et paſſionẽ redemerit: tamẽ nõ ceſſat nos ꝑ gratiam illuſtrare/ et per eccleſiaſtica ſacramenta recreare et gratificare/ et peccatores ad pñiam expectare/ ꝛ iuſtos glorificare/ et beatis ſuã gl'iam cõmunicare. ¶ Et iõ ꝓpter iſtos quatuor reſpectus et quatuor beneficia recepta/ ordinauit eccleſia in officio matutinali quatuor vigilias nocturnas: quarum quelibet vigilia ſiue nocturn⁹ cõtinet tres pſal. et tres lectiones: cũ ſuis reſpõſis. Unñ ſicut paſtores diuidunt totã noctẽ per q̃tuor ptes et vigilias ad cuſtodiendũ gregẽ ꝓpter lupos/ quarum q̃libet vigilia

Nos deum benedicimus.

q̃tuor beneficia a xp̃o.

cōtinet tres horas:⁊ ſic vn⁹ paſtor vigilat in pma vigilia vſq ad tertiā horā noctis incluſiue:⁊ alius per alias tres horas vſq ad mediā noctem:⁊ alius a media nocte vſq ad tertiā horā:⁊ alius per alias tres horas vſq ad aurorā. Et iſtum modū etiā obſeruant armigeri ⁊ milites in caſtris et in oppidis cuſtodiēdis.⁊ naute in nauigatione. Ita ergo pariter hunc modum ſeruabat eccleſia primitiua in principio in Egypto:vt inquit Philo et euſebius ⁊ Hierony. Et hunc modum ſeruabant poſtea monachi in Egypto et Syria:vt inquit Caſſianus. Nam prima pars eorum orabat in prima vigilia noctis: et alia in ſecunda:et alia in tertia vigilia:et alia in quarta:intantum φ nulla pars noctis ceſſabat a dei laudibus ⁊ pſalmodia: ⁊ ſic dum vna pars dormiebat:altera vigilabat.et eodem modo faciebant in officio diurno. Naȝ pria pars orabat vſq ad tertiam:⁊ exinde alia vſq ad meridiem per alias tres horas:⁊ alia a meridie vſq ad nonam p alias tres horas: ⁊ alia vſq ad veſperam. Et ſic eccl'ia noctu dieq per nullum momētū ceſſabat a dei laudibus cum pſalmodia.⁊ ideo ad inſtar illorum ordinauit latina eccleſia tempore Ambroſij et Auguſtini in officio matutinali quatuor nocturnos iuxta quatuor vigilias noctis. In quorum primo cantat eccleſia tres pſal.iuxta numeruȝ horarū prime vigilie noctis:⁊ in ſecundo noct.ſimil'r iuxta numerum horarū ſcde vigilie.⁊ ſil'r facit in tertio noct.p q̄rta autē vigilia que eſt vſq ad aurorā/cātat primo ad canticum.ſ. Te deum laudamus:poſtea procedit in laudibus cum quinq pſalmis exprimētibus diuinas laudes/⁊ cantat hymnum nouū cū cātico Zacharie/quaſi agendo gratias quia nox ve.le.preceſſit:dies auteȝ gratie appropinquauit:vt induamur arma lucis. Et hunc eundem ordinē ſeruat eccleſia in officio diurno diuidendo ipſuȝ in quatuor partes iuxta quatuor vigilias diei.et ideo in pma dicit tres pſal.iuxta tres horas prime vigilie diei/ ⁊ ad tertiam dicit alios tres iuxta tres horas ſcde vigilie:⁊ ad ſextam ⁊ nonaȝ ſil'r vſq ad noctem. Et verum φ poſtea eccleſia ordinauit officium veſperorū:qđ iam habet reſpectū ad diē ſequentē. Et ſic etiā ordinauit completoriuȝ. Ex ſupradictis patet: φ eccleſia per ſingulos dies et horas et momenta nunq̄ ceſſat laudare deum ⁊ agere grās pro ſupradictis quatuor beneficijs a deo receptis.et hoc fit ſemp et vbiq. Nam cum in noſtro hemiſpherio eſt dies:in alio eſt nox:⁊ econuerſo:⁊ ſic cū hic dicitur officiū diurnū/ibi dicit nocturnū ⁊ ecōuerſo. Item cū in vna regione eſt hora pma:in alia eſt tertia:et in alia ſexta. Et ſic qn̄ nos dicim⁹ primā:apud perſas dicit tertia:⁊ apđ Judeos dicitur ſexta/⁊ apud regionē Sinarū dicunt veſperi. Ex quo pȝ φ nunq̄ ⁊ nullibi ceſſat a dei laudibus:ſȝ ſemper ⁊ vbiq laudat deus ⁊ nomen xp̄i:⁊ etiā inter infideles vbi habitāt chriſtiani. Item ſi aliquādo hoīes tacēt in terra:tamē angeli in celo nō ceſſant dicere ſanctus ⁊c. Et hoc intendit dicere. B. Ambro. in hac parte/ cum ait. Per ſingulos dies benedicimus te ⁊c.

¶ Quia ergo Ambro. dixit φ p ſingulos dies ⁊ horas et momenta obligamur et tenemur bn̄dicere ⁊ cōfiteri ⁊ laudare xp̄m deum ⁊ hominē:et ipſi ſemper ⁊ vbiq grās p ſupradictis beneficijs receptis agere:ideo dicit Augu. φ ita pari ratiōe pro ſalute noſtra de neceſſitate cogimur per ſingulos dies et horas ⁊ momenta ſuam miſericordiam implorare ⁊ exorare vt eruat nos a malis preſentibus ⁊ periculis futuris:puta vt conferat nobis gratiam preuenientem:ne amplius incidamus in peccatuȝ quod ſine gratia vitare non poſſumus:et vt excitemur et roboremur ad bonum agendum: et liberemur a peccato in quo ſumus. Cauſa autem huius neceſſarie petitionis eſt:q̄ taliter fuimus vulnerati et debilitati in Adam: quod ſi fuerimus derelicti in noſtra natura corrupta:nec poſſumus ex viribus noſtris vitare peccatū:nec aliquid boni agere:niſi adiuuemur grā xp̄i:put probat Auguſt.per longas diſputationes contra Pelagianos:⁊ prout dictum eſt in expoſitione pſal.xiij.⁊.cxviij.et.cxl.et aliorum pſal.ergo eſt deprecanda nobis diuina miſericordia. Unde poſtq̄ ſumus liberati ab originali per gratiam baptiſmalem: et collata eſt nobis gratia gratifica:deprecanda eſt nobis ſemper diuina miſericordia:vt in illa cōſeruemur:ne cadamus in pctm̄:⁊ ſi ſum⁹ in pctō aliquo/eſt nobis deprecāda eadem diuina mia:vt det nobis gratiā diſponentem vt ſurgamus a pctō:et det nobis grām preuenientem ⁊ roborantem:ne incidamus in aliud peccatū addendo mala malis:ne efficiamur difficiliores ad ſurgendū. Itē deprecanda eſt diuina mia:vt det nobis gratiam in tali ſtatu: vt impellamur ad opera mie facienda:propter q̄ bona deus moueat ad miſerēdum nobis:et ad conferendā ſupradictā gratiam p̄uenientem:vt per eam ſurgamus a peccato in quo ſumus:⁊ vitem⁹ altera peccata. Hanc ergo quadruplicem gratiam et miam petit et explicat Augu.per tres verſus ſequentes in perſona eccleſie. Nam in perſona iuſtorum dicit.

**Dignare domine die iſto: ſine peccato nos cuſtodire.**

¶ Id eſt vt in gratia cōſeruemur: ⁊ ne in aliquod peccatum incidamus. Sed in perſona peccatorum dicit cum Dauid pſal.cxxij.

**Miſerere noſtri domine:**

Scilicet vt a peccato reſurgamus.et

**Miſerere noſtri.**

¶ Ut in aliud peccatū non incidamus:ſed omnia alia peccata vitemus ne te ad maiorem iram irritemus et prouocemus. Iteȝ cū eodem Dauid pſal. xxxij.petit grām ad bene operandum:cum ſubdit.

**Fiat miſericordia tua domine ſuper nos: quemadmodum ſperauimus in te.**

¶ Hoc aūt dicit ad differentiā infidelium obſtinatorū/q̄ a pctō non deſiderant/nec intendunt exire. Ex quibus pȝ/φ ſicut ex debito tenemur p beneficijs receptis per ſingulos dies deo gratias agere: et deum laudare:ita pro beneficijs futuris.ſ.ad vitanda peccata futura:et ad bona faciēda/de neceſſitate cogimur quotidie et ſemper diuinam miam implorare:⁊ exorare qđ eſt cōtra temeritatē Pelagianorum:vt videbitur. Sed ne quis deſperet de diuina mia:q̄ deus nulli cum perſeuerantia orāti et ſe diſponenti negat talem miam: ideo ſubdit Augu.concludendo totum canticum:dicens.

**In te dn̄e ſpaui:non cōfundar ineternum.**

¶ Quaſi dicat. O dn̄e/ſcio φ non odiſti naturam hoīs:quā ad tuā imaginem feciſti:⁊ ſcio φ non vis



mortē peccatoris:ſed vt cōuertatur ⁊ viuat: ⁊ ſcio qđ nō deſeris clamātes ad te:⁊ ſcio φ oēs qui ſperāt ⁊ expectāt te nō cōfundent:nec fruſtra erit eorū ſpes ⁊ fiducia ⁊ petitio:ideo quia in te ſperaui et pono ſpē meā:iđ nō cōfundar ineternū:nec fruſtrabor in mea petitiōe:ſed tu implebis petitioneȝ meā.q.d.Aug.q̄ ego poſui ſpē meā in meritis tue paſſionis:iđ nō me a te repuliſti:immo ad gratiam baptiſmi me peruenire feciſti:per quam oīa pctā mihi ſunt remiſſa:et ſic nō cōfundar ineternū cum infidelibus ⁊ obſtinatis:ſed in celeſti fruitione ſatiabor cū appuerit glīa tua. Item q̄ ſcio ⁊ ſpero φ ſicut penitētibus nunq̄ negaſti veniaȝ ⁊ miam:ita iuſtis nō negabis glīam:q̄ ſupbis reſiſtis:⁊ humilibus das gratiam. Et iđ elegi habitare in domo ⁊ eccleſia dei mei magis q̄ habitare in tabernaculis pctōꝝ hereticoꝝ ⁊ gētiliū. Et ſcio qđ non priuabis bonis glīe eos qui ambulāt in innocētia per fidem ⁊ charitatem.⁊ ſic btūs hō q̄ ſperat in te p ſal lexxiij.⁊ iđ hec eſt cam q̄re in te dn̄e ſperaui:q̄ ſcio φ non cōfundar ieternū. Ex ſupradictis pȝ rn̄ſio ad argumētū qđ faciebat Pelagius ⁊ Julianus cōtra Aug di. Si impoſſibile eſt qđ aliq̄s poſſit reſiſtere malo ⁊ facere bonum:nec implere diuina precepta ſine grā xp̄i:ergo ſequitur qđ nos obligamur ad nobis impoſſibile:⁊ per pn̄s iniuſte damnarent pctōres ⁊ tranſgreſſores p̄ceptoꝝ:q̄ ad impoſſibile nemo obligat. Ad hoc rn̄det Aug.qđ non eſt incōueniēs qđ aliq̄s obliget ad ſibi impoſſibile q̄n ipſe vel parētes fuerūt cā ſui reatus.vn̄ ois homicida obligat ad reddendū hoīem mortuum:⁊ tn̄ hoc eſt ipſi impoſſibile. Et filij pditoris obligant ad ſeruiendum dn̄o pro parentibus. Ita ergo ipſis primis parētibus in principio data fuit iuſtitia originalis:per quā libere et ſine difficultate poterant opari:⁊ diuina p̄cepta adimplere.ſed q̄ Adā peccādo perdidit illā originalem iuſtitiam:⁊ per pn̄s poſſibilitatē libere operandi ⁊ adimplendi diuina p̄cepta put dicetur:ideo deus iuſte pōt exigere ab Adā ⁊ filijs eius illā originalem iuſtitiam ſeu obſeruantiā p̄ceptorū ſcđm illā iuſtitiam.⁊ ſic vnuſq̄ſq obligat ad ſeruandū diuina p̄cepta:lȝ ſit ipſi impoſſibile ſcđm naturā corruptā ⁊ infirmā:cuius infirmitatis Adā fuit cā.⁊ iđ nullus hȝ ius querele ꝯ deū. Sed ad illud qđ dicebat Julianus qđ iniuſte dānarētur pctōres:poſtq̄ ipſis eſt impoſſibile vitare malū ⁊ facere bonū ſine auxilio ſuperiori: Rn̄detur:φ licet ſit impoſſibile aliquē ex pprijs virib⁹ bn̄ opari ⁊ ſaluari:tn̄ hoc eſt poſſibile:ſi mia ⁊ grā xp̄i adiuuet. Et ſic licet ſit ipſi ipoſſibile p ſe bene opari:tn̄ nō eſt ipſi ipoſſibile gratiam xp̄i petere:⁊ eius miam iplorare:⁊ ſe ad gratiā inquātum poteſt p̄parare:cū qua grā pōt malū vitare ⁊ bn̄ operari. Et iđ obſtinat⁹ non ſolū dānatur q̄ peccauit:ſed q̄ non recurrit ad medicū gratiā perēdo:⁊ miam implorando:et ſe ad gratiā quā nulli petenti ⁊ pſeuerāti ⁊ p̄parāti xp̄s vnq̄ negauit/p̄parādo. Nam ille qui dixit:nemo venit ad patrem niſi p me:⁊ ſine me nihil poteſtis facere. Jo.xiiij.ille idē dixit. Si qđ petieritis patrē in noīe meo dabit vobis. Item petite ⁊ accipietis:querite ⁊ inuenietis:pulſate et aperiet vobis:q̄ qui petit accipit:⁊ qui q̄rit inuenit:et pulſanti apiet. Item qn̄ xp̄s dixit Mat.xix. Facilius eſt camelū itrare ⁊c. mirabantur diſcipuli. Quis ergo poterit ſalu⁹ fieri:q̄bus rn̄dit xp̄s. Apud homines impoſſibile eſt hoc:apud deum oīa poſſibilia ſunt. Ex quib⁹ verbis xp̄i patet:φ lȝ impoſſibile ſit aliquē ſaluari ex pprijs virib⁹:tamen pōt ſaluari adiut⁹ gratia dei:que nulli petenti cuȝ perſeuerantia ⁊ ſe preparāti negat:⁊ ſic null⁹ damnatur:niſi culpa ſua. Nā ſicut ſcit φ non pōt ex proprijs viribus bn̄ opari ſine grā xp̄i:ita ſcit ⁊ cert⁹ eſt φ xp̄s non negabit ſibi gratiā:per quā poterit bene operari ⁊ ſaluari:ſi illā grām petit cum perſeuerantia:⁊ſe ad illā quātū poſſibile fuit preparādo. Et ſic patet rn̄ſio ad argumentū Juliani ⁊ oīm pelagianorum. Et hoc confirmat Aug.in concluſione ⁊ fine huius cantici:di. In te dn̄e ſperaui:non confundar ineternū. ¶ Ex iſto ergo cantico poſſun recolligi.xxiiij.veritates catholice fidei ad cōſequendaȝ ſalutē cuiuſlibet fidelis. Quarum prima eſt.φ vnus ſolus deus eſt laudandus ⁊ colēdus. Secunda:qđ iſte ſolus deus eſt colendus tanq̄ dn̄s ⁊ rector et gubernator vl'is. Tertia:quod ſicut eſt pr̄ et creator vniuerſi:ita eſt colēdus ⁊ venerandus per totū orbem terrarum. Quarta:qđ tota natura angelica inceſſabili voce proclamat ſanctus ⁊c. myſterium trinita.explicando. Quinta:qđ non ſolum angeli:ſed ēt oēs chori beatoꝝ hoīm laudant deuȝ in celo. Sexta qđ nō ſolū eccleſia celeſtis:ſȝ etiam iſta militans per totū orbem terrarū confitet ⁊ colit deū in trinitate perfecta.ſ.patrē ⁊ filium ⁊ ſpm̄ ſanctum.⁊ ſic iſta eccleſia vnit cum ſuperna per latriā. Nā qđ illa cantat per beatā viſionē:iſta cantat ⁊ confitet per fidem. Septima:qđ licet xp̄s ſit hō:tn̄ eſt rex glorie. Octaua:qđ xp̄s eſt filius naturalis ⁊ eternus dei pr̄is:⁊ per conſequens eſt deus ⁊ heres patris:cui debet regnū ⁊ iperium mūdi:et vera latria. Nona:qđ fili⁹ dei eternus ex tpe ſuſcepit hoīem in atomo:vt in illa carne poſſet pati ad liberandum genus humanū a morte eterna. Decima/qđ tripliciter xp̄s non horruit virginis vteruȝ qn̄ ex ea carnē aſſumpſit. Primo:q̄ cum eſſet deus eternus non horruit fieri hō mortalis. Secundo:q̄ nihil horrēdum in virgine repperit:q̄ ſicut eam puram ⁊ virginem repperit in cōceptiōe/ita virginē ⁊ purā ⁊ ſanctam reliquit in ſua natiuitate. Tertio nō horruit:quia licet aſſumpſerit ex ea carnem cum penalitatibus peccati:tn̄ nō cum culpa peccati. Undecima:qđ xp̄s in ea carne quā aſſumpſit ex virgine deuicit aculeum et gladiū mortis:q̄ mortem noſtram moriendo deſtruxit ⁊c. Duodecia/qđ tripliciter chriſtus moriendo deuicit mortem. Primo q̄ vltra mortē qui erat termin⁹ vite corporalis reſurgēdo vitā eternā repperit:⁊ ſic fecit mortem peruiam:q̄ vltra ipſam trāſiuit. Secundo deuicit mortē/q̄ per reſurrectionē immortales nos fecit. Tertio deuicit mortē petūq̄ in ſeruitute oēs tenebat. Decimatertia/qđ ſicut xp̄s p ſuā mortē deuicit mortis aculeū/ita p aſcēſionē aperuit credentibus regna celorū. Decimaquarta/qđ xp̄s vt hō ſedet in potioribus bonis glorie pr̄is. Deciaq̄nta/qđ chriſt⁹ etiam vt hō nō ſolū ſedet in potiorib⁹ bonis glorie patris quo ad fruitionē ⁊ honorē latrie/ſȝ ēt ſedet in ſede ptātis ad iudicādū ſuper oēs creaturas in celo ⁊ in terra ⁊ in inferno.⁊ ſic nō ſolū ſedet in ſede glorie/ſed ēt iudicij.⁊ iđ eſt iudex vl'is venturus in nouiſſimo die cum poteſtate magna et maieſtate. Decimaſexta/φ ad xp̄m pertinet in hac eccl'ia diſpenſare merita ſue paſſionis. Decimaſeptia:φ ad

Nota.

O Epilogatio hui⁹ cātici.

Chriſtũ pertinet cõplere numerum electorũ: ⁊ eos
annumerare ⁊ cum ſanctis angelis in glĩa ſociare.
Decimaoctaua: ꝙ ad xp̃m pertinet ſaluare pplm
per grãm: ⁊ bñdicere per eccl'ie ſacrã: ⁊ regere per
legẽ euãgelicã: ⁊ extollere per gloriam. Decimano-
na: ꝙ ad xp̃m nõ ſolũ pertinet ſaluare pplm ſuum
ſpũal'r a pctõ: ſ; etiam tpal'r ab oĩ periculo corpali
⁊ bñdicere: copiã bonorũ tẽporaliũ cõferẽdo: ⁊ di
rigere eos in via/ finaliter gloriã cõferendo. Uige-
ſima: ꝙ per ſingulos dies ⁊ horas ⁊ momenta obli-
gamur deo latriam exhibere ⁊ laudare ⁊ grãs age
re ꝓ bñficio creationis: redẽptiõis: ⁊ ad pniam ex
pectatiõis: ⁊ glorificatiõis. Uigeſimaprĩa/ ꝙ ſicut
ex debito obligamur deũ ꝑ ſingulos dies laudare
pro bñficijs receptis: ita de neceſſitate cogimur di
uinam miam implorare pro futuris. Unde iuſti te
nẽtur orare vt in gratia conſeruẽtur: ne cadant in
pctm: pctõres aũt tenentur ꝑpter tria petere gra-
tiam. primo vt ſurgant a pctõ. ſcdo vt non incidant
in alia pctã/ addendo mala malis. tertio vt ſemper
faciant aliqua bona opa mie: vt deus ducat eos ad
pniam. Uigeſimaſecũda: ꝙ hũana natura taliter
fuit corrupta in Adã morbo cõcupiſcentie/ ꝙ iuſt⁹
per ſe in puris naturalibus nec põt vitare pctã/
nec aliquid boni agere: niſi fuerit adiutus gratia
xp̃i pſeruãte ⁊ roborante. Uigeſimatertia: qd pec-
cator nõ põt ſurgere per ſe a pctõ: nec vitare pec-
catum: nec facere aliquod bonũ ſine grã xp̃i. et iõ
non debet ceſſare miam dei implorare. Uigeſima-
quarta: ꝙ ſicut ſum⁹ certi: qd ſine grã xp̃i non poſ-
ſumus ex ꝓprijs virib⁹ pctã vitare: quã grãm ſem
per tenemur implorare. Ita ex ꝓmiſſione euange-
lica ſumus certi: ꝙ ſi qd gratiã inquantũ in nobis
eſt nos diſponim⁹: ⁊ cum humilitate eã perſeueran
ter petimus: qd nunꝙ nobis xp̃s eam negabit. Ex
quo patet ꝙ nullus damnatur niſi culpa ſua. Et ſic
per has. xxiiij. veritates catholicas ptʒ tota intel-
p q̄ſtio. ligentia huius cantici. Ambro. ⁊ Aug. ¶ Sʒ nunc
reſtat querendũ quare cũ tanta auctoritate ⁊ de-
uotione vl'is eccleſia ſuſcepit hoc canticum: ⁊ facit
ipſum publice cãtari in eccleſia in oib⁹ feſtiuitati-
bus in officio canonico cũ tanta ſolẽnitate ⁊ cele-
britate: cũ hoc canticum nõ ſit ꝓpheticũ in canone
vete. te. ſicut cãtica Moyſi ⁊ Eſaie ⁊ Abacuc: nec
ſit euangelicũ ſicut canticum virginis Marie ⁊ za
charie ⁊ Simeonis: q̃ cantantur in officio canoni
co. ¶ Ad qd rñdet: ꝙ iſtud canticũ eſt euãgelicum
rñſio. duplici rõne. Primo: q: Ambro. ⁊ Augu. non locuti
ſunt ſpũ humano: ſed ꝑut ſpũs ſanct⁹ dabat eloqui
illis: ſicut dicit Dacius ⁊ Poſſidonius. Secũdo eſt
euangelicũ: eo ꝙ oẽs veritates confeſſe ⁊ memora
te in hoc cantico ſunt euangelice: ⁊ ex euangelio
ſũpte: vt dictum eſt. ⁊ etiã q: oẽ qd a ſpũ ſancto di-
ctum eſt: euangelium ⁊ veritas euãgelica eſt maxi
Iſtud cãticũ ẽ euan gelicũ me qñ annunciat de xp̃o qd iã completũ eſt. ⁊ ideo
dixit xp̃s. Dabo vobis os ad loquendum ⁊c. non
enĩ vos eſtis qui loquimini ⁊c. Itẽ iſtud canticum
eſt ꝓpheticũ: q: in illo baptiſmo preuidit Ambro.
qualis ⁊ quantus erat Aug. futurus in eccleſia: vt
inquit Dacius: ⁊ quomodo debebat oẽs hereſes
expugnare ⁊ ab eccleſia eliminare: quod in verita-
te poſtea completum eſt prout infra patebit. ⁊ ſic
patet qualiter hoc canticum eſt ꝓpheticum ⁊ euã-
gelicum. Et ideo cum auctoritate recepit ipm ec-
cleſia. Sed cauſa quare cum tanta veneratione et

frequentatione ꝑcepit ipſum eccleſia publice can-
tari in officio matutinali: ⁊ etiam in omnibus gra-
tijs agendis: fuit ⁊ eſt propter octo fructus ⁊ vti-
litates quas iſtud canticũ attulit ⁊ affert toti eccle
ſie: ⁊ cuiꝗ fideli ipſum cum deuotione ⁊ veneratio
ne recitanti ⁊ dicenti. Unde ſeptem fructus affert
iſtud canticum. Nam primo inſtruit oẽs fideles. ſeptem fructus affert iſtud canticũ
ſcdo iuſtificat oẽs chriſtianos. tertio conſtruit ec-
cleſiam. quarto deſtruit omnem hereticam praui-
tatem. quinto placat deum. ſexto impetrat miam.
ſeptimo armat ⁊ prebet arma quotidiana contra
diabolum. Octauo ⁊ vltimo: q: nos conciues ſan-
ctorum et domeſticos dei efficit: et iſtam eccleſiã cũ
celeſti conſociat: quia ſimul cum angelis et beatis
cantat: ſanctus: ſanct⁹/ ſanct⁹ ⁊c. Et hoc patet per
ſingula. Primum ergo ptʒ. Nam hoc canticum do- Primus fructus
cet et cõfitetur ſupradictas. xxiiij. veritates catho
licas: in quarum confeſſione conſiſtit tota doctri-
na ⁊ fides chriſtiani: per quas veritates oĩs chri-
ſtianus ſufficienter inſtruit in fide: ⁊ differt a quo-
cunque infideli ⁊ non chriſtiano. Unde tota fides
chriſtiani conſiſtit in credendo deum trinum ⁊ vnũ
creatorem ⁊ dñm ⁊ gubernatorem totius vniuer-
ſi: et glorificatorem hominũ iuſtorũ ⁊ angelorũ: et
credere Chriſtum eſſe verbum incarnatum: et deũ
⁊ hominem: conceptum de ſpiritu ſancto natum ex
virgine: mortuum/ ⁊ paſſum: ⁊ reſurrexiſſe: et re-
gna celorum nobis aperuiſſe: ⁊ per conſequens eſ-
ſe redemptorem generis humani: ⁊ de diabolo tri-
umphatorem: ⁊ quod ſedet a dextris in gloria dei
patris tanꝗ iudex vniuerſalis: ⁊ credere Chriſtum
eſſe caput et rectorem eccleſie/ a quo tota eccleſia
recipit omnem gratiam ⁊ virtutem ⁊ oĩa dona ſpi-
ritualia: cui debetur cultus latrie: ⁊ credere nemi-
nẽ poſſe peccata vitare/ nec bene operari: niſi grã
Chriſti fuerit adiutus. Que oĩa ſufficienter docet
⁊ inſtruit canticum iſtud. Ex quibus ptʒ: ꝙ inſtruit
oẽs fideles in omni veritate fidei catholice. ¶ Se-
cunda vtilitas ⁊ fructus huius cantici eſt: q: con-
ſtruit totã eccleſiã per ſupradictaʒ trinam cõfeſſio
nem. ſ. per confeſſionem fidei confitendo ſupradi-
ctas. xxiiij. veritates catholicas quibus tota eccle
ſia defenditur ⁊ tuetur ab omni incurſu inimicorũ
infidelium ⁊ hereticorum: ⁊ per confeſſionem la-
trie qua deo ſatiſfacit: et per confeſſionem pecca-
torum qua diabolum exterminat. Et in hoc canti-
co continentur oĩa que pertinent ad noſtram ſalu
tem. Unde primo in eo continet totum ſymbolum
fidei confitendo ſupradictas. xxiiij. veritates catho
licas. Secundo continet tota oratio dominica cũ
ſuis petitionibus. Nam ſicut ibi dicitur. Pater no
ſter qui es in celis ſanctificetur nomen tuum: ita
hic dicit ſanctus ⁊c. ⁊ per ſingulos dies laudamus
nomen tuum in ſeculum ⁊c. Item ſicut ibi dicitur.
Adueniat regnũ tuum: ita hic dr̃ eterna fac cũ ſan-
ctis tuis in gloria numerari. Item ſicut ibi dicitur.
Dimitte nobis debita noſtra ſicut ⁊ nos ⁊c. ita hic
dicitur digna re domine die iſto ⁊c. miſerere noſtri
⁊c. Et ſic ptʒ qualiter iſtud canticum continet to-
tum ſymbolum eccleſie ⁊ orationem dominicam:
et vniuerſaliter in virtute ⁊ implicite continet to-
tam ſacram ſcripturam veteris teſta. ⁊ per conſe-
quens eſt dicendum quod ſufficienter cõſtruit to-
tam eccleſiam ⁊ turrim fortitudinis eius. q̃ quidem
turris triplici muro circundatur et ſepitur. Nam

turris triplici muro circundatur ⁊ ſepitur. Nã pri-
mus ⁊ exterior murus eius eſt cõfeſſio fidei ſupra-
dictarum. xxiiij. veritatum: quo muro ſe tuetur ec
cleſia ab incurſu oĩm infideliũ ⁊ hereticorum. Secun
dus murus ⁊ interior eſt confeſſio penitentialis et
gratia ſacramẽtorum: quo ſe tuet eccl'ia ab oĩ incur
ſu demonum. Tertius murus ⁊ intimus eſt confeſ-
ſio vere latrie. ⁊ iſte eſt ita altus ꝙ attingit vſꝗ ad
celum. Et iſto triplici muro iſtud cãticum cõſtruit
⁊ circũdat ⁊ roborat dei eccleſiam. ⁊ ideo ſicut hoc
canticum cõfitetur oẽm veritatẽ catholicã: ita pe-
tit oĩa que pertinẽt ad noſtrã ſalutẽ: ⁊ agit gratias
pro beneficijs receptis. Et ſic inſtruit ⁊ conſtruit ⁊
iuſtificat: qui ſunt tres mirabiles ⁊ vtiles ⁊ ſalu-
bres fructus huius cantici. ¶ Tertia vtilitas ⁊ fru
ctus huius cãtici eſt: q: ſicut ſufficienter conſtruit
eccleſiam per ſupradictã trinã confeſſionẽ: ita ſuf-
ficienter deſtruit oẽs errores infidelium et hereti-
corum. vnde iſtud canticũ in principio ſui deſtruit
errorem gentilium qui colebãt plures deos/ ⁊ dice
bant mundum eſſe eternũ: ⁊ ponebant felicitatem
ſuam in hac vita. ⁊ in ſecunda parte in qua dr̃. Te ꝑ
orbem terrarum ⁊c. deſtruit ſimul obſtinationem
Judeorum qui negãt myſteriũ trinitatis: ⁊ perfidiaʒ
Arrianorũ qui ſeparabãt in perſonis ſubſtantiam.
per hoc autẽ qd ait Tu rex glorie Chriſte: deſtruit
falſam doctrinam Manicheorum qui negabãt Chri-
ſtum eẽe hoiem verũ ⁊ mortuũ ⁊ paſſum. per illud
autem ꝙ dicit: digna re dñe die iſto: deſtruit hereti
ca dogmata Pelagianorum: qui dicebant vnũquẽꝗ
ꝓ proprijs viribus abſꝗ alio auxilio poſſe precep-
ta dei adimplere: ⁊ per conſequens oĩa peccata vi
tare: ⁊ oĩa opera charitatis adimplere: et per conſe
quens dicebant ſuperfluum eſſe deum orare: poſt-
ꝗ vnuſquiſꝗ omnia ſupradicta bona libertate li-
beri arbitrij per ſe poterat facere. Et ſic patet qua-
liter iſtud canticum deſtruit omnes errores infide
lium ⁊ hereticorum. ¶ Sed eſt aduertendũ ſecun-
dum Poſſidonium: ꝙ vnitatem fidei quã augu. con
fitetur in hoc cantico in ſuo baptiſmo: poſtea defen
dit publice in ſuis ſcriptis et predicationibus ad
deſtructionem hereticorum. Unde ambro. non ſo-
lum incepit. Te deum laudamus: eo quod dedux-
rat augu. ad baptiſmum: ſed quia preuidit in ſpiri-
tu qualis ⁊ quantus erat futurus augu. in eccleſia
vt inquit Darius. Et quia preuidit qualiter omnes
errores hereticorum debebat ab eccleſia elimina-
re: vt inquit Poſſidonius: prout poſtea factum eſt.
¶ Ad cuius euidentiam eſt notandum: ꝙ inter ce-
teras/ quatuor hereſes affligebant eccleſiam tem-
pore Augu. Quarum prima fuit ſupſtitio gentiliũ.
Nam licet multi reges ⁊ populi gentilium fuiſſent
ad fidem conuerſi poſt cõuerſionẽ magni Cõſtanti
ni/ et maxime tempore Theodoſij: tamen quando
Alaricus rex Gothorum cum ſuis gentilibus ingreſ
ſus e't Italiam: ⁊ ex magna culpa ⁊ occaſione Ro-
manorũ incendiſſet ⁊ deſtruxiſſet Romã cum tota
Italia: tunc Romani tepidi in fide hoc imputabãt
Chriſto: dicentes quod dum Roma colebat plures
deos ſemper fuit proſpera ⁊ dña mundi. Sed poſt-
ꝗ fuerat ſub fide Chriſti: ſemper fuerat diminuta
et contempta: ⁊ tandem per illum barbarum regẽ
Gothorum deſtructa: et ſic blaſphemabant Roma
ni et ceteri Italici contra Chriſtum et legem euan
gelicam/ decernentes repetere idololatriam. Tunc

autẽ Marcellinus ſcripſit ad augu. dicens. vt exci
taret gratiã a deo ſibi collatam: vt ſcriberet cõtra
iſtos blaſphemos nominis Chriſti: quia Roma cũ
tota Italia erat in magno periculo apoſtatandi a
fide Chriſti: et repetendi antiquam ſuperſtitionem
idololaticam: ni ipſe apponeret remedium. Tunc
autem auguſti. virtute ⁊ lumine ſpiritus ſancti ar-
mat⁹ et illuſtrat⁹ ſcripſit. xxij. libros pro defenſio-
ne ciuitatis dei et chriſtiane religionis: in quibus
non ſolum defendit eccleſiam et totaʒ ſacram ſcri
pturam vtriuſꝗ teſt. ſed etiam deſtruxit totaʒ ido
lalaticam ſuperſtitionem. Nam in primis. x. libris
deſtruit oẽs deteſtabiles ⁊ fedos rit⁹ illi⁹ ſuperſti
tionis detegendo falſum cultum falſorum deorũ: ⁊
et detegendo et confutando falſam doctrinam et
deceptionem eorum. Ab. xi. autem libro vſꝗ ad
xviij. incluſiue memorat diuerſos fines vtriuſꝗ ci-
uitatis. ſ. dãnationem perpetuam impiorum/ ⁊ glo
riam fideliũ ⁊ iuſtorũ. In quibus. xxij. libris oſten
dit vnum deũ ⁊ trinum ⁊ vnum eſſe creatorẽ ⁊ gene
ratorem vniuerſi/ et redemptorem et glorificatorẽ
omnium iuſtorũ: ſicut cõfeſſus fuerat in prima par
te huius cantici. Et ſic Marcellinus publicauit il
lum librum Rome et per totam Italiam: quo libro
viſo tota Italia ceſſauit a blaſphemia et apoſtaſia
et malo propoſito repetendi idololaticam ſuperſti
tionem. ⁊ ſic quietauit totam eccleſiam Augu. per
illos libros de ciui. dei: ⁊ deſtruxit errorẽ gentiliũ.
¶ Itẽ eodem tẽpore ſurrexit q̃dam vocat⁹ Maxi-
minus/ epiſcopus Arrianorũ: qui vehemẽter ince-
pit reſuſcitare ⁊ roborare illam ſectam: ⁊ inuehere
cõtra fidem trinitatis perſonarũ diuinaruʒ in vna
et eadem ſubſtantia/ quam cõfitetur eccleſia. Tunc
aug. ſcripſit librũ contra illum Maximinũ: in quo
deſtruit et confutat eius argumenta: et roborat fi/
dem eccleſie fundamentis et auctoritatibus ſacre
ſcripture. Et poſtea ſcripſit. xxv. libros de trinita.
vbi lucidius et diffuſi⁹ probat et declarat propoſi-
tum ſupradictum. Hoc idem fecit augu. in multis
alijs libris et tractabus: deſtruendo perfidiaʒ Ar-
rianorũ ⁊ aliorum infidelium circa myſterium tri
nitatis. ¶ Item eodeʒ tẽpore ſurrexerũt multi ma
gni viri fedo ⁊ deteſtabili dogmate Manicheoruʒ
maculati: qui illã ſectam vehementer inceperũt re
ſuſcitare ⁊ grandi conatu reſtaurare: contra quos
augu. ſcripſit/ eorum dicta et ſcripta confutãdo et
repellendo. Et primo contra Fauſtum Manicheũ
per. xl. reſponſiones. Secundo cõtra Fortunatum.
Tertio cõtra Creſconium: ⁊ contra Felicianum: et
contra epiſtolam fundamenti: ⁊ cõtra aduerſariuʒ
legis ⁊ ꝓphetarum: ⁊ contra multos alios eiuſdeʒ
ſecte: qui inter cetera negabant Chriſtũ eſſe hoiem
verum: ⁊ per cõſequens eſſe paſſum. Et ſic deſtrue
bant totum myſterium noſtre redẽptionis ⁊ virtu
tem ſacramentorũ eccleſie a paſſione Chriſti ꝓ no-
ſtra ſalute ⁊ iuſtificatione manantem. quos omnes
auguſt. ſcriptis ⁊ publicis diſputationibus et pre-
dicationibus ſuperauit: ⁊ ab eccleſia eliminauit ⁊
fugauit: prout confeſſus fuerat in hoc cantico/ quã
do dixit: Tu ad liberandum ſuſcepturum hoieʒ nõ
horruiſti virginis vterum ⁊c. Item eodeʒ tempore
fuit orta et per totum orbem ſubito diffuſa teme-
raria ſecta et doctrina falſa Pelagianorũ: q̃ nega-
bant peccatum primorũ parentum cum ſuis pena-
litatibus tranſiuiſſe ad poſteros: ⁊ ꝑ conſequens ne-

gabant peccatū originale in paruulis/⁊ baptiſmū
ad mūdationē peccati eis prodeſſe. Et ſic attribue
bant tantum libertatē humane voluntati ad ope
randum etiam poſt lapſum primorū parentum / ꝙ
vnuſquiſq; ex proprijs viribus naturalibus cum ſo
la poteſtate liberi arbitrij abſq; quouis auxilio et
gratia dei poterat diuina pcepta adimplere: et per
cōſequēs oia pctā vitare: ⁊ oia bona opera facere.
Et ſic dicebant ꝙ ſuperfluum erat pro defunctis exo
rare: ⁊ futurū auxiliū petere/ poſtq; vnuſquiſq; ex
proprijs virib⁹ poterat bnū opari ⁊ ſaluari. Qd ſentiēs
beatus augu. Hipponenſis epiſcopus ilico congregauit
omnes epiſcopos prouincie Numidie. Et probato
grandi examinatione hanc doctrinam eſſe hereti
cam/ tunc augu. de conſenſu oim illorum epiſcopo
rum ſcripſit epiſtolā ad Innocentiū papā tunc ec
cleſie Romane preſidentem/ vt vigilaret ſupra gre
gem ſuū: qꝛ iſta falſa eſt peſtifera doctrina deſtrue
bat eccleſiam ⁊ fundamētū totius ſacre ſcripture
et noſtre redēptionis ⁊ ſalutis: ⁊ annihilabat oēs
petitiones ⁊ oia ſuffragia eccleſie tam viuorum q̄
defunctorum. quia fruſtra in oratione dnīca pete
remus et diceremus: dimitte nobis debita. Et ne
nos inducas in tentationē. et ſic de ceteris oratio
nibus: quas continue facit eccleſia. Tunc autē In
nocentius papa cōgregauit Rome cōcilium epiſco
porum: in quo dānauit Pelagium et Celeſtinū here
ticos cum ſecta eorū: et dedit auctoritatem primati
Carthaginenſi vt cōuocaret ſimul cū Aug. cōciliū
oim epiſcoporum Africe contra illam ſectā: in quo
concilio interfuit Aug. qui fuit ſcriptor ſymboli et
decreti illius concilij Africani: in quo per ſingula
fuit cōdemnata illa peſtifera ſecta cum ſuo aucto
re ⁊ ſequacibus ſuis: vt patet de conſe. diſt. iiij. cap.
Placuit. et per multa ſequentia cap. ⁊ prout Pro
ſper narrat in chronica ſua. In quo tempore augu.
ſcripſit librum Hypognoſticon: ⁊ de perfectiōe iu
ſtitie hominis: et de natura et gratia/ et de ſpiritu
et litera/ et baptiſmo paruulorum et de nuptijs: et
concupiſcentia: ⁊ contra Julianum ⁊ alios eiuſdē
ſecte: intantum ꝙ omnes illos hereticos expulit
ab africa in aſiam. Sed cum beatus Hierony. qui
tunc in Bethleem iam ſenio laborabat ſenſiſſet il
lam deteſtabilem et peſtiferam doctrinam: incepit
per modum dialogi ſcribere contra eam: ſed cum
peruenissent ad eum libri augu. de baptiſmo par
uulorum/ quos contra illam hereſim confecerat/
tunc ceſſauit a ſcriptura ſui libri. vnde ait in fine
illius libri. Peruenerunt ad manus meas libri de
baptiſmo paruulorum quos ſcripſit Augu. contra
hereſim ⁊ ſectam veſtram: quibus viſis huic operi
finem imponendum decreui ne mihi dicatur illud
Horatij In ſyluam ne ligna feras. Et ſic patet qua
liter Augu. deſtruxit illam hereſim Pelagianorū:
prout confeſſus fuerat orando in fine iſtius canti
ci: Dignare domine die iſto ⁊c. Et ſic patet etiam p
ſupradicta qualiter deſtruxit omnes alias here
ſes: prout pfeſſus fuerat in cantico. ¶ Quarta vti
litas ⁊ fructus huius cantici eſt: ꝙ ſufficienter iu
ſtificat omnes fideles per triplicem cōfeſſionē. Ad
cuius intellectum eſt notandum: qꝺ tota iuſtitia
chriſtiani conſiſtit in triplici confeſſione. ſ. in con
feſſione vere fidei: vere latrie: et penitentiali/ ſiue
in confeſſione peccatorum. Unde confeſſio fidei
conſiſtit in corde ⁊ ore publice confitendo: aſſeren

Q Quart⁹ fruct⁹.

do: et predicando oēs ſupradictas. xxiiij. veritates
que cōtinentur ſub articulis fidei. Confeſſio autē
latrie conſiſtit in tribus. ſ. in laudādo deum et oēs
perfectiones eius: beneficia eius memorādo: ⁊ pro
eis gratias agendo. Secundo in adoratione. Ter
tio in oblatiōe ⁊ ſacrificio. Cōfeſſio autem peccatorū
conſiſtit in profitendo nos eē fragiles ⁊ miſeros et
peccatores: ⁊ in Adam obligatos ⁊ corruptos tali
ter ſine auxilio gratie: nec poſſumus peccata vita
re: nec precepta adimplere: nec aliquid boni age
re: nec a peccatis in quibus ſumus liberari. In hac
ergo triplici cōfeſſione conſiſtit tota iuſtitia hoīs
et fides/ et ſpes/ ⁊ charitas eius. Sed tota triplex
iſta confeſſio continetur in hoc cantico. Nam tota
iſta prima pars a principio vſq; ad illum locū / Te
ergo queſumus: nil aliud eſt niſi confeſſio fidei ſi
mul cum gratiarum actione ⁊ laude: ⁊ exinde vſq;
ad illum locum/ ſcꝫ. Dignare dñe: nil aliud eſt niſi
oratio q̄ ptinet ad cultū latrie: ⁊ in illa parte quan
do dicitur. Dignare dñe die iſto: nil aliud eſt niſi cō
feſſio peccatorum: ⁊ ſic patet qualiter iſtud canti
cū ſufficienter iuſtificat hominē per triplicē cōfeſ
ſionem. ¶ Quinta vtilitas hui⁹ cantici eſt/ inquan
tum placat deum ⁊ delectat: ⁊ debitum per latriam
ſoluit/ et reddit ipſum benignum per cultum latrie:
eo quod magnificus ⁊ magnanimus delectatur cū
ſibi memorantur beneficia que ipſe fecit/ maxime
cum gratiarum actione: vt patet. iiij. Ethicorum.
Et ideo iſtud canticum per latriam eſt ſatiſfacto
rium ⁊ deo ſolutorium: qꝛ deo nō poſſumus ſatiſfa
cere niſi per vere latrie ſeruitutē et cultum: qꝺ ma
xime continetur in hoc cantico: prout dictum eſt:
⁊ ad quam latriam maxime nos exhortatur et in
citat iſtud canticum. Et hic eſt quintus fructus et
vtilitas eius: immo hoc cantico ſumit eccleſia mo
dum reddendi latriam dicendo ſanctus ⁊c. ¶ Ex
iſta autem quinta / ſequitur ſexta vtilitas et fru
ctus huius cantici: quia eſt grā ⁊ miſericordie ⁊ po
ſtulatorum impetratiuum: qꝛ ſicut deum placat et
delectat commemorando eius perfectiones ⁊ bene
ficia cum gratiarum actione et latrie exhibitione:
ita inclinat ipſum ad maiora beneficia conferen
da/ ſcꝫ miſericordiam ⁊ gratiam in preſenti: ⁊ glo
riam in futuro: put petitur in hoc cantico: vnde ma
xime nos deo humiliamus. Nam ſicut confitemur
deum eſſe omnipotentem / creatorem: ſanctum/ iu
ſtum/ miſericordem/ et redemptorem: ita cōfitemur
nos eſſe fragiles peccatores ⁊ miſeros non ſuffici
entes ex nobis aliquid boni agere/ nec poſſe pecca
ta vitare: niſi fuerimus adiuti gratia Chriſti et
eius miſericordia ſubleuati: et ideo dicimus. Di
gnare domine die iſto ⁊c. Et ideo hoc canticum eſt
dei ad miſericordiam inclinatiuum: ⁊ eſt miſericor
die impetratiuum: quia deus ſuperbis reſiſtit hu
milibus autem dat gratiā et veniam. ¶ Septima
autem vtilitas et fructus huius cantici eſt: qꝛ pre
buit et prebet nobis arma quotidiana contra dia
bolum et mundum et carnem: non ſolum defenſi
ua: ſed etiā offenſiua et fugatiua: cum dicit. Digna
re domine die iſto ⁊c. ¶ Ad cuius intellectū eſt no
tandum ſecundū Proſperum defenſorem doctrine
Augu. contra Pelagianos: ꝙ quando fuit orta pe
ſtifera / et venenoſa doctrina Pelagianorum in
Britānia/ ſimul cū ea fuit exorta medela: et antido
tū cōtra illud venenū in Italia per conuerſionem

Q Quintus fructus. — Sextus fructus. — Septimus fructus.

Augu. Nam quando Pelagius monachus incipie
bat ſeminare ſuum venenū in Britānia/ tunc augu.
extirpator illius veneni baptizabatur Mediolani:
et ſpiritualiter naſcebatur tanq; theriaca ⁊ antido
tum ad reſiſtendum et extinguendum venenum et
morbum peſtiferum Pelagianorum. Quod quidē
venenum ita ſubito et in breui tempore infecit to
tam eccleſiam: tam in Africa et ī Aſia: q̄ in Italia.
ꝙ fuit mirabile dictu. Cuius cauſa fuit triplex. Pri
mo quia ſeminatores huius veneni. ſ. Pelagius et
Celeſtius et Julianus oſtendebant ſe eſſe catholi
cos in fide articuli trinitatis contra Arrianos et
in articulo incarnationis contra Manicheos/ con
tra quos eccleſia diu ante pugnauerat. Item quia
iſti erant viri eloquentiſſimi/ vt patet in ſtylo epi
ſtole Pelagianorum: et in altercatione Juliani. et
cum hoc fuerunt aſtuti et callidiſſimi. Nam vt ī bre
ui poſſent orbem totum inficere: fuerunt diuiſi per
tres partes mundi. ſ. Pelagius in Europa: et Julia
nus in Africa/ et Celeſtius in Aſia. ⁊ ſic in breui tē
pore fuit ſeminatum illud venenum. Tertia cauſa
fuit quia illud venenum et fermentum erat valde
palliatum et coloratum quaſi latens ſub melle ve
ritatis nature voluntatis et liberi arbitrij. Et ideo
multi facilius fuerunt in illa doctrina peſtifera de
cepti hac triplici cauſa. Unde dicebant qꝺ deus bo
nam naturam et liberam creauerat in homine/ et
poſuerat ipſum in voluntate arbitrij ⁊ conſilij ſui.
ergo diabolus qui erat deo inferior non poterat hu
manam naturam corrumpere nec voluntatis liber
tatem tollere nec impedire. Et ideo Julianus vo
cabat Augu. traductionarium ⁊ Manicheū. Item
dicebant ꝙ ſi humana natura ⁊ caro noſtra intātū
fuerat corrupta in Adam/ ꝙ nec poterat de ſe vita
re malum/ nec facere bonū/ niſi adiuta per gratiam
Chriſti/ ergo ſequeretur ꝙ vel nullus in peccando dā
naretur/ vel qꝺ deus eſſet iniuſtus in dānando ho
mines: quia ad impoſſibile nemo obligatur de iure
⁊ ſic aſſerebant ꝙ poſtq; deus bonam naturā crea
uerat in hoīe ad imaginē ⁊ ſimilitudinē ſuā/ ⁊ crea
uerat in eo liberā voluntatem/ ⁊ reliquerat eum in
manu conſilij ſui ꝙ tunc ex proprijs ⁊ naturalibus vi
ribus cum arbitrio voluntatis abſq; alio auxilio
poterat diuina precepta adimplere: ⁊ p conſequēs
omnia peccata vitare: ⁊ omne bonum opari quādo
q; vellet. Et ex hoc inferebant ꝙ ſuperfluum erat
deum orare pro vitādis peccatis futuris/ quia vnuſ
quiſq; de ſe poterat pctā vitare/ ⁊ ſuperfluum erat
etiam pro peccatis exorare. qꝛ ſi ſine pctō deceſſe
runt ilico euolarunt ad celum tanq; bone nature
ſecutores/ ſi autē cum peccatis mortui fuerāt: tūc
ilico deſcendebant in infernū. Et ſic tollebant oēs
orationes eccleſie ⁊ omnia ſuffragia viuorū ⁊ mor
tuorum. Quod quidē venenū ita in breui multos
infecit/ qꝺ tota eccleſia per omnes partes mundi
fuit turbata/ eo qꝺ omnes illo peſtifero veneno in
fecti ceſſabant ab omni oratione et ſuffragio viuo
rum ⁊ defunctorum: confidentes de ſuis viribus et
libera voluntate: contennendo gratiā Chriſti. Hoc
autem perſentiens Augu. zelo eccleſie permot⁹ cō
gregato concilio epōrum Africanorū incepit illis
hereticis reſiſtere. Et ſcripſit Innocēt. pape Ro
ma. vt ſuper gregē ſuum inuigilaret/ caute de iſto
occulto et periculoſo veneno inqreret/ put dictum
eſt. Et ideo condennata iſta peſtifera hereſi in con

cilio Romano ⁊ Africano: tunc Augu. incepit ordi
nare plura officia in ſua eccleſia Hipponenſi ↄtra
intentum illius ſecte. Inter que primo ordinauit of
ficium defunctorū diuiſum per tres nocturnos cū
ſuis laudibus: quod quidē officium ilico ſuſcepit
tota eccleſia Africana/ ⁊ exinde venit in eccleſiam
Italicam/ ⁊ Gallicanā: ⁊ Hiſpanā: ⁊ Germanicam
Et etiam ordinauit miſſam pro defunctis: in quo
officio petuntur ſuffragia pro defunctis contra pfi
diam Pelagianorū. Item aug. tunc ordinauit mul
ta alia officia feſtiua. inter que cōfecit officium na
tiuitatis virginis Marie. ⁊ etiam ordinauit mul
ta alia eccleſiaſtica officia: quorum auctor ignora
tur: eo qꝺ fuit multū aptus ⁊ facilis in orationib⁹
ordinandis: vt pꝫ in ſuis ſoliloquijs ⁊ contempla
tionibus ⁊ ſupputationibus. Tūc etiā tota eccleſia
Romana pter perfidiā Pelagianorum ordinauit
pces que fiūt in prima hora dici in officio: puta qꝺ
ilico poſt verſiculum dicat oro dnīca cum ſymbo
lo. ⁊ poſtea/ Et ego ad te dñe clamaui. cum quinq;
ſequentibus verſiculis ſumptis de pſal. l. ⁊ poſtea
fiat generalis confeſſio. et poſt confeſſionē dicatur
vltima pars huius cantici. ſ. Dignare dñe die iſto ſi
ne peccato nos cuſtodire. et poſtea dicatur illa ſa
lubris et electiſſima oro. ſ. dñe deus oipotens qui
ad principium huius diei nos puenire feciſti ⁊c. In
quibus precibus manifeſte petim⁹ grām ⁊ auxiliū
diuinum ne incidamus in aliquod pctm̄/ ſed ſemp
faciamus bonū ⁊ impleamus diuina pcepta iuxta
voluntatē dei/ ⁊ liberemur a pctis pteritis/ oſten
dendo ⁊ confitendo nos nullū bonum ex proprijs vi
ribus poſſe facere: nec pctm̄ vitare ſine auxilio et
gratia dei. Et hoc idē ordinauit eccleſia fieri in cō
pletorio: qꝛ ante orōnē dicit vltimam partem hu
ius cantici: ſcꝫ Dignare dñe nocte iſta ſine pecca
to nos cuſtodire. Miſerere noſtri dñe ⁊c. Ex quib⁹
pꝫ qꝺ ex hoc cantico accepit eccleſia arma quoti
diana matutina ⁊ veſpertina ad pugnandum con
tra diabolum. Que quidē arma tria faciunt. Nam
primo inclinant deum ad miām ⁊ gratiā cōferendā
poſtq; nos humiliam⁹ cōfitentes nos eſſe fragiles
⁊ inſufficiētes ad malum vitādū ⁊ bonum agendū:
⁊ confitemur nos eſſe filios preuaricatorū. Secun
do fugamus diabolū a nobis ⁊ vires eius cōprimi
mus. Tertio eliminam⁹ ⁊ extinguim⁹ venenū ⁊ peſti
ferā doctrinā Pelagianorū: q̄ totū mūdū ſuadebat:
⁊ totā religionē xpīanam infecerat ⁊ turbauerat.
Unde etiā eccl'ia pter eandē cām ordinauit alias p
ces poſt pmā. ſ. Pretioſa ī conſpectu dñi ⁊c. vſq; ad
capl'm. ſ. Dñs aūt dirigat corda ⁊ corpa nrā. que ver
ba ſi bn̄ cōſiderent ⁊ cōtēplent: oia petūt diuinam
miām ⁊ grām ⁊ auxiliū diuinū: vt valeamus iplere
diuina pcepta ⁊ vitare pctā ⁊ facere bona opa. con
fitentes nos nihil boni ex nrīs virib⁹ poſſe facere:
⁊ ſic exinde eccl'ia ſp pceſſit ordinādo noua officia
⁊ nouas orōnes ī qb⁹ petim⁹ diuinū auxilium. Un
de ꝙ ſicut prim⁹ q̄ ordinauit antiphonas ad cantā
dū cū pſal. in eccl'ia fuit ambro. ⁊ ordinauit hym
nos feriales: ⁊ diuiſit offm̄ matutinale in duas par
tes. ſ. pſalmodiā ⁊ laudes: ita pm⁹ q̄ fecit reſponſa
q̄ cantarent poſt pſal. in q̄libet noc. fuit aug. Gela
ſius aūt papa paulopoſt aug. ordinauit vt canticū
augu. ſ. Te deū laudam⁹/ cātaret poſt tres noctur
nos an̄ laudes. Eſt verū ꝙ btūs Ambro. iā ordina
uerat ꝙ iſtꝺ cāticū cātaret in eccl'ia Mediolanē. ſꝫ

Nota.

Eccl'ia ex hoc cantico accepit arma.

Gelaſi⁹ ordinauit cātare iſtud canticum.

quantum ad intentionem dei qui dedit illam.Se-
cundo quantū ad intellectum legis. Tertio quan-
tum ad obſeruantiā eius.Primo modo lex Moyſi
eſt vera:et iam verificata per Chriſtum.nam deus
dedit illam legem in ſignum:precipiens:vt illa le-
galia obſeruarentur vſquequo eſſent impleta per
Chriſtum:ſed quia hoc iam eſt completum:ideo in
tentio dei/⁊ legis/⁊ fides patriarcharum ⁊ prophe
tarum manet vera:⁊ ſpes eorum cōpleta. Secūdo
modo lege manente vera intellectus legis poteſt
eſſe verus aut falſus.Nam quando Judei legunt
ſcripturam legis:⁊ prophetarum/non intellgendo
omnia illa eſſe impleta in xpo:tunc intellect⁹ eoꝝ
eſt falſus:quia eſt contra veritatem:quia in rei ve
ritate iam illa completa ſunt.ſed intellectus catho
licus eſt verus:quia credit omnia illa eſſe iam cō-
pleta.Et ideo dicit Auguſtinus libro de vnico ba-
ptiſmo:quod in eadem lege Judei ſunt mali:
male intelligendo/⁊ chriſtiani ſunt boni/bene et
ſpiritualiter intelligendo:Nam Judei intelligunt
legem ad literam tantum/abſqꝫ ſenſu ſpirituali:ſʒ
chriſtiani preter ſenſum literaleʒ intelligunt:⁊:cre-
dunt illam literam quo ad ſenſum ſpiritualem de
Chriſto et eccleſia:⁊ credunt et affirmant omnia il
la ſigna eſſe iam completa per Chriſtum. Et ideo ī
diuinis officijs primo legimus Moyſen:⁊ prophe
tas:ad denotandum ꝙ omnia illa figurabant ⁊ pre
nunciabant Chriſtum venturuʒ.ſed poſtea legim⁹
euangelium/ad denotandum quod omnis ſcriptu-
ra legis:⁊ prophetarum fuit iam completa/⁊ verifi
cata per Chriſtum in euangelio:⁊ ſic primo legim⁹
ſignum:⁊ poſtea legimus ſignatum/⁊ veritatem il-
lius ſigni.Et ſic patet qđ Judei falſificant ſcriptu-
ram legis:⁊ prophetarum/negando eius veritateʒ:
ſed nos verificamus legem ⁊ prophetas ſpirituali-
ter intelligendo.Et ideo licet ſcriptura legis/⁊ pro
phetarum ſit de ſe vera:⁊ iam verificata:tamen eſt
falſa ad intellectum quo Judei intelligunt illam
Item non ſolum falſificant legem dictis:ſed etiam
falſis factis in obſeruando legalia.nam licet obſer
uantia legalium eſſ:⁊ vera ante aduentū Chriſti:eo
qđ figurabat aduentuʒ xpi:tū mō talis obſeruātia
eſt falſa/eo ꝙ ſignificat:⁊ deſignat futuruʒ qđ iam
eſt preteritum et cōpletū per Chriſtū.Et ſic illa ob
ſeruantia legis que añ erat vera:mō eſt falſa:⁊ tūc
erat illis ſalubris ante aduentum Chriſti:⁊ mō eſt
mortifera.Unde ponit exemplū Aug.ↄtra Fauſtū.
nam ſi detur medela purgatiua vni infirmo/eſt ipſi
ſalubris:quia purgat eum:ſed ſi eadem medela de-
tur ipſi poſt ſanitatem:eſt ipſi nociua:⁊ eum inter
ficit.Ita pariter circuncifio:⁊ ceteroruʒ legaliū ob
ſeruantia erant vera ⁊ ſalubria ante aduētum xpi:
ſed modo ſunt falſa ⁊ nociua.Et ſic patet quod ſcri
ptura legis ⁊ prophetarum eſt bona ⁊ vera nobis/
ſed obſeruantia ⁊ intellectus Judeoruʒ eſt falſus:
¶Unde nota ꝙ opera legalium erāt quedā prote
ſtationes/⁊ profeſſiones Chriſti futuri/⁊ future re-
demptionis:⁊ ideo ante Chriſti aduentū erat vere q̃derāt
tales proteſtationes ⁊ talis profeſſio:ſed modo ta opa le
lis ꝓfeſſio ⁊ ꝓteſtatio eſt falſa/q2 xps iā venit/⁊ re galiuʒ.
dēptio iā eſt facta.Et iđ talis obſeruātia mō đ: fal
ſa.Itē ſicut tūc opera legis ꝓfitebant xpm vēturū
ita nunc opera euāgelica ꝓfitent xpm veniſſe.ideo
opa euangelica ſunt vera:q2 eorū ꝓfeſſio eſt vera.
ita ergo pariter opa legis modo ſunt falſa/quia eo
rum profeſſio eſt falſa:quia ꝓfitentur venturum ⁊
futurum quod iam venit.Et ſic talia opera falſifi-
cant legem et prophetas:que quidem ſcriptura de
ſe eſt vera.

Ueritur ſcđo ſpecialr̄ de ſabbato lega
li vtrū debuerit ceſſare ꝑ aduētū xpi.
Et arguunt obſtinati Judei moderni
ꝙ non.Et prio arguūt ſic.Naʒ ꝑcepta
moralia nūꝙ debent ceſſare:eo ꝙ ſūt
de iure nature:ſʒ ꝑceptuʒ de ſabbato
celebrādo ponit īter ꝑcepta moralia ſcripta in ta- Scđa qſtio.
bulis lapideis digito dei:vt ptʒ.Exo.xx.⁊ Deut.v.
igit eſt preceptū morale ⁊ ꝑ ↄñs nūꝙ debuit ceſſa-
re.Scđo h̄ preceptum inter cetera fuit magis repe
titū/⁊ iteratum:⁊ replicatū a deo/⁊ ſub pena:⁊ con
minatione mortis:⁊ ſub federe ſempiterno prece-
ptum:vt patet per totum diſcurſum legis et pro-
phetarum/et maxime Exodi.xxxi.et.xxxv.ergo

fuit de intentione dei ꝙ nunꝗ̃ ceſſaret: ſed ꝙ firmiter: ꝛ inuariabiliter celebraret. Item tertio ſub eodẽ federe ſempiterno precepit celebrari Paſcha/ ꝛ Pentecoſten/ ꝛ feſtum tabernaculorum/ ꝛ alia feſta legalia Leui. xxiij. ꝛ Numeri. xxix. ergo nec etiam illa debent ceſſare. Item quarto deus ꝑcepit Deut. iiij. dicens. Non addetis aliquid ad verbum quod loquar vobis/ nec auferetis ab eo: ergo nullo modo eſt ſabbatum auferendum/ nec dies dñica eſt addenda. In oppoſitũ eſt illud Eſa. lxvj. Non erunt in memoria priora: ꝛ erit menſis ex menſe/ ꝛ ſabbatuꝫ ex ſabbato ꝛc.

rñſio.

¶ Rñſio. In hac q̃ſtione erunt tres articuli. inquiret̃ eñ in primo an preceptũ de ſabbato ſit mere morale. In ſcḋo videbitur q̃ñ debuit ceſſare per aduentuꝫ xp̃i. In tertio videbit̃ q̃ñ ſola chriſtiana religio celebrat verũ ſabbatuꝫ/ ꝛ rite/ et debito modo obſeruat illud cum ceteris feſtiuitatibus. ¶ Quantũ autẽ ad primũ primo ſunt q̃rẽde cauſe ꝛ conditiones propter quas ꝛ ſub quibus deus precepit ſabbatũ celebrari: ex quibus probabitur ꝙ ſabbati preceptum magis eſt cerimoniale ꝙ̃ morale. Unde octo ſunt querẽda de ſabbato. Primo quid eſt ſabbatum. Secundo ad quid fuit preceptum. Tertio propter q̃d. Quarto quando. Quinto q̃ñ fuit ꝑceptũ obſeruari. Sexto quotiẽs. Septimo ſub qua pena. Octauo vſquequo erat ſabbatum preceptum obſeruari.

A q̃d eſt ſabbatum.

¶ Quantum ad primũ eſt dicendũ qḋ ſabbatum idem eſt qḋ dies quietis. Sabbat enim hebraice idem eſt qḋ requies latine. Et ſic non dicit diem in ſeptimana determinatam: q: quilibet dies ſeptimane ad requiem ꝛ feſtiuitatem dedicata dicebatur ſabbatum in lege. Hoc probatur Leui. xxiij. vbi dicit dñs. Menſe ſeptimo prima die menſis erit vobis ſabbatum memoriale clã gentibus tubis/ ꝛ vocabitur ſanctum: omne opus ſeruile non facietis in eo ꝛc. Item decimo die huius menſis ſeptimi/ dies expiationis erit celeberrimus: ꝛ vocabitur ſanctus: nihil ergo operis facietis in eo: legitimum ſempiternum erit vobis: quia ſabbatum requietionis eſt. Die nono menſis ſeptimi a veſpera vſq; ad veſperam celebrabitis ſabbata veſtra. Item a die quindecimo menſis huius ſeptimi erunt ferie tabernaculorum et ita die primo et octauo erit ſabbatum. id eſt requies ꝛc. Ex quibus verbis patet qḋ ſabbatum nihil aliud eſt niſi requies. Secundo qḋ quodlibet illorum feſtorum dicitur ſabbatum. Tertio ſequitur ꝙ ſabbatum nõ dicit aliquam diem determinatam in ſeptimana: quia quilibet dies feſtus dicebatur ſabbatum: ꝛ in quolibet die ſeptimane poterat ſabbatũ celebrari: ſecundum ꝙ prima dies menſis/ vel decima/ vel decimaquinta poterat cadere in die lune vel martis ꝛc. ſcḋm ꝙ variantur menſes ꝛ tempora: prout accidit. nam ſi hoc anno ꝑma dies menſis eſt feria quinta: in alio anno erit feria tertia: et ſic de ſingulis. Quarto ſequitur ꝙ non eſt vnicum ſabbatum/ ſed plura ſabbata: quia quelibet illarum feſtiuitatum dicebatur ſabbatum: poſtꝗ̃ erat dies quietis. Et ideo multiplex erat ſabbatum vſuale: quod celebrabatur in ſeptimo die cuiuſlibet hebdomade: cetera autẽ dicebantur ſabbata menſtrualia aut annualia vt patebit.

B ſabbatum ad quid obſeruabatur.

¶ Quantum ad ſcḋꝫ in quo queritur ad q̃d ꝑceptũ eſt ſabbatũ obſeruari: eſt dicẽdum qḋ ad duo. ſ. ad requiẽ hoĩs: ꝛ ad ſanctificationẽ. vñ duo precipiebat deus. Primo vt hõ ceſſaret ab oĩ opere ſeruili. Scḋo vt ſanctificaret ſabbatũ. i. opera ſancta in eo faceret. ſ. vt in illa die ſoli latrie deo exhibende intenderet/ ab omni opere alio ceſſando: vt ptꝫ Exo. xx. ꝛ. xx. Ex hoc ſequitur qḋ ſabbatum duo importat. ſ. ceſſationẽ: ꝛ ſanctificationẽ. Ideo ſabbatizare idem eſt qḋ ceſſare/ ꝛ ſanctificare. i. ceſſare ab opere ſeruili: ꝛ ſancta opera facere. Sed quia nemo põt opa ſctã facere/ nec diem ſanctificare peccando/ ꝛ male agendo/ ideo neceſſe eſt prius a peccatis abſtinere/ ꝛ ab omni malo declinare. Et ſic vera ſanctificatio ſabbati: ꝛ verũ ſabbatizare/ nil aliud eſt niſi declinare ab omni malo et facere bonum. ſ. opari iuſtitiã erga deũ: verã latriam exhibendo: ꝛ ſuper omnia diligendo: et erga proximũ iuſte conſeruando/ ꝛ mutuũ auxilium rependẽdo. Et in hoc conſiſtit vera ſanctificatio ſabbati. Ex quibus ptꝫ qḋ quilibet dies: et quodlibet tempus ad diuinum cultũ/ ꝛ opa mie dedicatũ dicit̃ verum ſabbatum: ꝛ per ꝯñs totum tp̃s grẽ/ ꝛ legis euãgelice eſt verũ ſabbatũ: vt patebit.

C quare deus precepit ſabbatũ celebrari.

¶ Quantũ ad tertium dicenduꝫ eſt ꝙ de⁹ propter duo ꝑcepit ſabbatũ celebrari in die ſeptimo. ſ. ꝓpter duplicẽ memoriam. ſ. ꝓpter memoriã creationis: quia in ſeptimo die ceſſauit de⁹: ꝛ quieuit ab omni opere qḋ patrarat: vt ptꝫ in locis preallegatis/ ꝛ in memoriam exitus Iſrael de Egypto. Uñ dĩt dñs deut. v. Obſerua diem ſabbati ꝛc. Et memento qḋ ſeruieris in Egypto: ꝛ dominus deus tuus eduxit te inde in manu forti: ꝛ brachio extento. Idcirco precepit tibi dominus vt obſerues diẽ ſabbati. Ex q̃bus ꝟbis arguit̃ quod in die ſabbati de ſero exijt Iſrael de Egypto. Ideo precepit deus ſabbatum obſeruari in die ſeptimo: nam ſimilia ꝟba dixit deus Exo. xx. vnde dicitur. Sex diebus fecit celũ ꝛ terram: ꝛ in ſeptimo die quieuit. Idcirco ꝑcepit tibi: vt ſeptimo die obſerues ſabbatum. Et ſic ptꝫ ꝙ propter illã duplicẽ memoriam fuit preceptũ obſeruari. Scḋo fuit preceptum propter ſignum/ ꝛ in ſignum. Unde dicitur Exo. xxxj. Uidete vt ſabbatum meũ cuſtodiatis: q: ſignum eſt inter me: ꝛ vos in gñationibus veſtris. Et ita cuſtodiant filij Iſrael ſabbatũ: ꝛ celebrẽt illud in generationibus ſuis. Pactũ eſt ſempiternũ inter me: ꝛ filios Iſrael: ſignũq; perpetuũ ꝛc. Item Exe. xx. Dedi eis ſabbata mea vt eſſent eis in ſignũ ꝛc. Ex quibus ptꝫ: ꝙ ſabbatũ non fuit preceptũ ſimpliciter ꝓpter ſe: ſed in ſignũ ꝛ pactum. Et ſic datũ fuit in quadruplex ſignũ: vt dictũ eſt de circũciſione in q̃ne precedenti. Nã primo datum fuit preceptũ ſabbati in ſignũ diſtinctiuũ: vt ꝑ talem religionem ille ppl̃s diſtingueretur a populo gentili: ꝛ a quolibet alio infideli: Scḋo in ſignum figuratiuuꝫ alicuius future quietis: inquantuꝫ tali die Chriſt⁹ debebat iacere in ſepulcro per totam diem. Tertio in ſignum ſeruitutis et tributi. Quarto in ſignum federis: et fide Chriſti futuri: vt magis patebit. Et ſic patet quod deus precepit ſabbatum obſeruari propter ſupradictam duplicẽ memoriam. ſ. creationis: ꝛ exitus Iſrael de Egypto: et propter quadruplex ſignum ſupradictum.

E q̃ñ fuit ſabbatũ ꝑceptum.

¶ Quantum ad quartũ eſt dicendum: ꝛ valde notãdum: qḋ non ſolum ſabbatum vſuale: ſed etiã omnia alia ſabbata annualia deus precepit celebrari in fine ſemper alicuius ſeptenarij. Nam ſabbatum vſuale precepit celebrari in ſeptimo die cuiuſlibet hebdomade: vt patet Exodi. xx. ꝛ. xxxj. ſed feſtum nouarum frugum/ i. pẽtec. precepit celebrari in fine ſeptime hebdomade poſt paſcha: vt patet Leuit. xxiij. ꝛ Numeri xxix. Et feſtũ tubarũ ꝛ expiationis ꝛ tabernaculorũ ꝑcepit celebrari in ſeptimo menſe: vt ptꝫ ibidẽ et ſabbatũ terre ꝑcepit celebrari in ſeptimo anno. vt ptꝫ Leui. xxv. ꝛ iubileũ ꝑcepit celebrari in fine ſeptime ſeptimane annorũ q̃ dicit̃ ann⁹ quinquageſimus/ et ſabbatũ gñalis remiſſiõis: vt pꝫ ibidẽ. Et quibus ptꝫ ꝙ oĩa ſabbata legalia ꝑcepit de⁹ celebrari in fine alicui⁹ ſeptenarij: qḋ nõ factũ eſt ſine maximo myſterio. Nam dictũ eſt ꝙ oĩa ſabbata dedit de⁹ in ſignum figuratiuũ ꝛ in ſignũ fidei ꝛ federis. ergo figurabant aliquã requiẽ in aliquo ſeptenario futuro: ſed ſeptenari⁹ futur⁹ quẽ ille populus expectabat erat totũ tp̃s meſſie. ergo ſequitur ꝙ oĩa illa ſabbata ſignificabãt aliquã requiem in tp̃e xp̃i meſſie in lege ꝓmiſſi. maior ptꝫ. Nã poſtquã ſabbatũ nil aliud eſt niſi req̃s/ ꝛ datũ ad ſanctificationem ꝛ nõ ꝓpter ſe datũ/ ſed ꝓpter aliqḋ ſignũ figuratiuũ/ ꝛ ſemꝑ fuit ꝑceptũ ĩ aliquo ſeptenario: ergo ſequitur ꝙ figurabat aliquã requiẽ futurã in aliquo futuro ſeptenario Minor aũt probat̃. Nã ſcḋm oẽs Hebreos totus diſcurſus mundi diuidit̃ in ſeptẽ dies ſiue ſtatus ꝛ etates. Uñ prima dies ſiue etas fuit ab Adam vſq; ad diluuium: quẽ vocãt diẽ primi mundi. Scḋa dies fuit a diluuio vſque ad Abrahã/ quẽ vocãt: diẽ ſcḋi. mundi in quo homo ambulabat in lege nature cũ aliq̃b⁹ ſacrificijs: ꝛ maxime cum oblatione panis ꝛ vini. in qua etate fuit Melchiſedech ſacerdos dei excelſi q̃ obtulit panẽ et vinũ ꝓ Abrahã. Gen. xiiij. Et ſic credit̃ ꝙ ille fuit rit⁹ latrie in ea etate. Tertia dies fuit ab Abrahã vſq; ad exitum Iſrael de Egypto: quẽ vocãt diẽ circũciſiõis: eo ꝙ hõ ambulabat per circũciſionẽ cum lege nature. Quarta dies fuit ab exitu Egypti vſq; ad Salomonẽ q̃ edificauit primũ tẽplũ: quẽ vocãt diẽ tabernaculi: eo ꝙ ꝑ totam illã etatẽ ille ppl̃s ſuiebat ꝛ exhibebat deo latriã in tabernaculo. vt ptꝫ ꝑ totũ diſcurſum libri Iudicũ: et primi ꝛ ſcḋi lib. Reg. Quinta dies fuit a conſtructiõe primi tẽpli vſq; ad ſecũdũ edificatũ ꝑ Zorobabel: quẽ diẽ Iudei appellãt diẽ et tp̃s primi tẽpli. Sexta tãdẽ dies fuit totũ tp̃s a relaxatiõe captiuitatis Babylonie vſq; ad deſtructionẽ ſcḋi tẽpli factã ꝑ Titum: qḋ appellãt tp̃s ꝛ dieꝫ ſcḋi tẽpli. Septimã diẽ mundi appellant totũ tẽpus poſt deſtructionẽ ſcḋi tẽpli vſq; ad finẽ mundi: quẽ appellant diẽ ꝛ tẽpus meſſie. Uñ ꝙ quilibet eorũ ſeptenariorũ ſignificaret ſeptimã etateꝫ mundi ꝛ tẽpus Chriſti/ in quo erat futura gñalis remiſſio pctĩ/ et generalis quies oſtendit beatus Ambro. in hymno Pentecoſtes dicẽs/ Solẽnis vrgebat dies: quo myſtico ſeptẽplici/ orbis volutus ſepties/ ſignat beata tpa: ꝛ cetera. Iteꝫ infra. Patrata ſunt hec myſtice: pache peracto tp̃e: ſacro dierum numero: quo legis fit remiſſio ꝛc. Ex q̃bus ptꝫ ꝙ ſeptenarius hebdomadarum dierũ a paſcha vſq; ad Pente. ꝛ ſeptenarius hebdomadarũ annorũ q̃ dicebat̃ iubileus ſignificabat tẽpus Chriſti in ſeptima etate mundi. Et ꝑ cõſequẽs ſic dicẽdũ de ceteris ſeptenarijs ſupradictis. Et ptꝫ ꝙ totaꝫ tempus meſſie vſque ad finẽ ſecundi tẽpli dicit̃ ſeptima etas ꝛ ſeptim⁹ dies mundi. Ex quo ſequit̃ ꝙ ſabbatum vſuale qḋ deus precepit celebrari in ſeptimo die: figurabat requieꝫ futuram in ſeptimo die mundi. ſciꝫ. qualiter homo debebat ceſſare ab operibus ꝛ iugo legis: ꝛ ab omni opere ſeruili peccati ꝑ totuꝫ tempus meſſie: qḋ eſt ſabbatũ mundi figuratum ꝑ ſabbatuꝫ legale de quo tempore locuti ſunt prophete. in quo tempore erant declaranda omnia ſecreta ꝛ enigmata legis. vt ait Rabi Salomon ſuꝑ zachariam quorum cerimonialium intelligentia non poterat declarari niſi per regem meſſiam. vt dicunt. Hebrei. Unde dicunt. quod nullus debet preſumere talia ſecreta velle detegere: q: hoc pertinet ad ſolum meſſiam in ſuo aduentu. Que quidem ſecreta cerimoniarũ vocant Titu. i. ſilentium relinquendum declarandum pro rege meſſia. Ex quo patet ꝙ omnia illa ſabbata figurabant et ſignificabãt futuram requiẽ in ſeptimo die mundi: qḋ eſt tp̃s meſſie. Sed ſabbatum vſuale vltra hoc figurabat futurã requiem Chriſti in ſepulchro in die ſabbati: in quo Chriſt⁹ iacuit ꝑ totam diẽ ſabbati. Et ſic patet quare deus precepit ſabbatũ vſuale celebrari in die ſeptimo: ꝛ q̃re oĩa alia ſabbata annualia ꝑcepit celebrari ſemꝑ in fine alicuius ſeptenarij: q: oĩa ſignificabãt futuram requiẽ in ſeptima etate mũdi. ſ. in tp̃e regis meſſie in quo omnia legalia debebãt ceſſare: vt magis patebit.

E ſabbatum ſic celebrãdum.

¶ Quantum ad quintum: cum queritur q̃ñ precedit deus ſabbatũ celebrandum ꝛ ſanctificandum: Reſpondetur. q̃ñ deus primo precepit ꝙ homo nullũ opus ſeruile faceret in eo: ꝛ quod nullus accenderet ignem in ſuis habitaculis per totam diem a veſpera vſq; ad veſperam. Exod. xxxv. Per quod figurabatur ꝙ Chriſtus ſol iuſtitie ꝛ lumen mundi debebat iacere in ſepulchro mortuus ꝛ extinctus ibi clauſus ꝛ ſigillatus. Et ideo eſt quedam ſecta Iudeorum qui dicuntur Charraim in Grecia et in partibus orientalibus qui per totam diem ſabbati a veſpera vſq; ad veſperam nullum lumen accendunt: nec habent in tota domo ſua: ſed per totum illud tp̃s manẽt in tenebris in vno angulo domus. Uñ dicunt ꝙ iſti Iudei q̃ habitant inter nos apud latinos: ſunt preuaricatores legis: eo ꝙ contra preceptũ dñi habent lumen in domibus ſuis in die ſabbati. Ex quo patet ꝙ illi magis proprie ſeruant ſabbatũ quo ad figuram et ad literam ꝙ̃ iſti: vt magis inferius patebit. Scḋo deus precipiebat ſanctificari diem ſabbati offerendo ſpecialiter certa ſacrificia: vt patet per totũ Leuiticum. que oĩa ſignificabant vnũ ſolũ ſacrificiũ mediatoris/ quod in cruce immolatũ eſt. vt inq̃t Augu. contra aduerſariũ legis et prophetarũ.

Quare de⁹ toties replicat hoc preceptũ.

¶ Ad ſextũ autem cum queritur: quare deus totiens iterauit et repetiuit et replicauit hoc preceptum magis ꝙ̃ alia per totum diſcurſum legis. Reſpõdetur: ꝙ quia ſabbatũ preceptum fuit vno modo in memoriaꝫ creationis vbi memoratur fides vnius dei creatoris: per quã fidẽ ille populus dicebatur ſpecialiter popul⁹ dei celi: et diſtinguebatur ab oĩbus alijs nationib⁹: eo ꝙ alie nationes adorabant plures deos: ꝛ putabãt mundum eſſe ab eterno. Ideo deus voluit vt ſabbatum celebraretur quolibet die ſeptimo ſemel in ſeptimana: ꝛ vt in illo populo firmaretur memoria: et fides vnius dei creatoris. Et ſic voluit repetere multoties hoc preceptuꝫ ne obliuiſcerentur fidem vnius dei creatoris. Et ideo dicit: memẽto vt diem ſabbati ſanctifices. q. d. ne obliuiſcaris fideꝫ vnius dei creatoris: ꝛ ne declines ad idola ſicut cetere nationes. Et ideo voluit deus, ꝙ ĩ die ſabbati legeret̃

lex: ⁊ fierent plura ſacrificia in tabernaculo ⁊ templo: vt cōmemoraretur ⁊ firmaret fides vniꝰ dei: eo ꝙ obſeruantia huius p̄cepti magis ducebat eos in memoriā ⁊ fidē vnius dei creatoris oim rerum: et eſt cauſa quare deꝰ magis p̄cepit ⁊ dedit hoc preceptum ſub cōminatione mortis ꝙ̄ alia precepta: eo ꝙ negligendo hoc preceptum fuiſſent obliti fidem vnius dei: ⁊ declinaſſent ad idola cū ceteris nationibus. Et ideo precepit ilico lapidibus obrui illū qui collegit ligna in die ſabbati. Numeri. xv. Et ꝑ hoc reſpondetur ad vnicū queſitum cum queritur. Uſquequo erat ſeruandū illud ſabbatū: dicendum ꝙ hoc precepit deus ſub federe ſempiterno. Exod. xxxi. Sed iā dictū eſt in q̄ōne precedenti: quomodo data fuit circunciſio: ⁊ tota lex ſub federe ſempiterno in ſignū fidei Chriſti futuri. Et ideo ſempiternitas ſigni erat duratura vſqꝫ ad veritatē ſui ſignificati: q2 eternū idem eſt quod ſimul per totam aliquam etatem. Ideo ſabbatum quo ad ſignum fuit eternū cum tota lege ſimul cum illa etate: ſed quo ad ſuum ſignificatum eſt eternū per totum ſabbatum ⁊ tempus meſſie: vt poſtea dicetur. Et ſic patent decē conditiones: ⁊ cauſe: ꝓpter quas deꝰ precepit ſabbatum obſeruari. Quarū prima fuit ad requiē hominis ⁊ ſanctificationem/ ⁊ ad latriam deo exhibendā. Secunda in memoriā creationis ⁊ exitus Iſrael de Egypto. Tertia in ſignū diſtinctiuum Quarta in ſignum figuratiuum. Quinta in ſignum federis ⁊ fidei. Sexta ſub tali requieme accenderetur lumen in domo. Septima vt in ſabbato fierent lautiora holocauſta ⁊ ſacrificia. Octaua fuit preceptū cum multiplici repetitione. Nona ſub pena mortis. Decima ſub federe ſempiterno: propter cauſas predictas.

Cāe decē ꝓpt q̄s p̄cepit ſabbatum obſeruari.

F

¶ His habitis: ponitur prima concluſio/ ſcꝫ ꝙ preceptum de ſabbato celebrando eſt partim morale ꝓpter primam conditionem. ꝓbatur. Nam primo ſabbatum fuit preceptum ad requiem hominis ⁊ ſanctificationem dei. ſ. vt homo ceſſaret ab omni negotio mūdano: vt facilius poſſet deo ſeruire ⁊ latriā exhibere: ſꝫ hoc ꝑtinet ad iuſtitiam. Nam de iure nature debet deo latria ſeruitus: nam iuſtū eſt: vt ipſi a nobis ſeruiatur: ⁊ ipſi exhibeamus latriam ſeruitutē. i. adorationem ſub rōne ſumme maieſtatis ⁊ dn̄ij: ⁊ oblationē ratione conſeruationis ⁊ prouidētie: ⁊ hymnū ⁊ laudem ratione bonitatis ⁊ beneficiorum omnium ab eo receptorū. Et hoc dictat ipſa iuſtitia moralis. Et ideo latria eſt de iure nature ⁊ morali apud oēs nationes: licet modus exhibendi iſtam latriam ſit diuerſus: q2 hoc pertinet ad verā fidem ⁊ virtutes theologicas: que credit verū obiectum: circa quod ordinat verū moduꝫ ſm̄ p̄cepta diuine legis. Sed vniuerſaliter loquendo: hoc preceptum eſt morale: eo modo quo dictum eſt: ⁊ ideo vt ſic non ſibi determinat magis vnam diem ꝙ̄ aliam. ¶ Sed oportet vt aliqua dies in ſeptimana ad hmōi ſanctificationeꝫ

G

et latriam ſit deo dedicata. Et vt ſic hoc preceptum eſt ſtabile ⁊ eternū vt patebit. ¶ Scd̄a cōcluſio/ ꝙ preceptum de ſabbato celebrando magis eſt cerimoniale ꝙ̄ morale: probatur. Nam hoc preceptum datum eſt cuꝫ decem cōditionibus: ſed ſm̄ omnes alias conditiones preter primā eſt cerimoniale: q2 omnes ille conditiones ſunt cerimoniales: ⁊ pertinent ad cerimonias: igitur eſt magis cerimoniale quā morale: q2 tm̄ eſt morale per primam conditionem. ſ. inquantū datū eſt ad requieꝫ hoīs ⁊ ſctificationem dei: vt dictū eſt. Sed hoc ꝓbat̄ per ſingula. Naꝫ primo eſt morale inquantū fuit datū in memoriā creationis: eo ꝙ illa creatio mundi materialis fuit figura recreationis ⁊ redēptionis generis humani. Naꝫ ſicut ſex diebus creauit deꝰ celū ⁊ terrā et in ſeptimo requieuit ab oī ope q̄ꝺ patrarat: ita pariter Chriſtus incipiēs a die dominico: quo intrauit Hieruſalē/ per ſex dies operatus eſt noſtraꝫ redemptioneꝫ. Quia feria ſcd̄a ⁊ tertia diſputauit cū ſcribis et phariſeis in templo: ⁊ vnde conceperunt odiuꝫ cōtra eū: ⁊ feria quarta fuit venditus: ⁊ feria quinta fuit captꝰ: ⁊ feria ſexta fuit crucifixus: ⁊ et in die ſeptimo ꝑ totā diē quieuit mortuꝰ in ſepulchro: ⁊ vn̄ totus iſte diſcurſus noſtre redēptionis fuit ſiguratus ꝑ illū ſeptenarium creationis: in cuiꝰ figura deꝰ precepit ſabbatū celebrari. Et ſic ptꝫ ꝙ quoad illā memoriā creationis eſt cerimoniale: eo ꝙ illa creatio fuit ſignum ⁊ figura noſtre redemptionis. Item fuit preceptū in memoriam exitus Iſrael de Egypto: eo ꝙ ille figurabat exitū ſctōꝛuꝫ patrū de limbo inferni. Un̄ ſicut in illa nocte Egyptus fuit expoliata ⁊ Iſrael liberatus ⁊c. per hoc figurabat ꝙ in tali nocte ſequēti ſabbatuꝫ Chriſtus debebat infernuꝫ expoliare ⁊ fideles ve. teſt. de inferno liberare: q̄ꝺ impletū fuit in nocte reſurrectionis. Et iō in huius figurā p̄cepit ſabbatuꝫ obſeruari vt preallegatuꝫ eſt/ Deut. v. ¶ Itē hoc p̄ceptū fuit mere cerimoniale inquātū datū eſt in ſignū diſtinctiuū et figuratiuū/ aut in ſignū federis ⁊ fidei: q2 vt ſic non fuit preceptuꝫ gr̄a ſui: ſed gr̄a ſignificati futuri: ⁊ inquantū figurabat futurā quietē Chriſti in ſepulcro ſ. ꝙ ꝑ totā noctē ſabbati debebat iacere ⁊ quieſcere mortuus in ſepulcro: aut inquantū figurbat ſabba: ū mūdi in ſeptima etate. ¶ Itē fuit ceremoniale inquātū fuit p̄ceptū obſeruari in die ſeptimo determinare: eo ꝙ ſignificabat qual'r in ſeptimo die mūdi. ſ. in. vij. ſeculo ⁊ in tp̄e meſſie oīa cerimonialia debebāt ceſſare: vt oīs viſio ⁊ ꝓphetia erat finienda: ⁊ pctm̄ ⁊ iniquitas debebat finē accipere. Dan. ix. Et per eandeꝫ rōnem oīa feſta annualia erāt cerimonialia: eo q2 omnia data ſunt ⁊ precepta celebrari in fine alicuius ſeptenarij: eo ꝙ figurabant requiem ⁊ myſteriū in ſeptima etate mundi: tp̄e Chriſti. Naꝫ feſtum Pentec. q̄ꝺ fuit p̄ceptū celebrari in fine ſeptime hebdomade a Paſcha in memoriā dationis legis: q̄ data fuit in monte Sinai in ſignis et nube ignis/ figurabat ꝙ quinquageſimo die poſt reſurrectionem Chriſtus debebat mittere ſpm̄ ſctm̄ in diſcipulos in linguis igneis: ⁊ illuſtrare aplōs et dare eis dona gratiarū ad intelligēdā veritatē legis ⁊ ꝓphetarū. ⁊ ita pariter in menſe ſeptimo p̄cepit illa tria feſta celebrari: ꝓut figurabāt qualiter in ſeptimo die. ſ. in tp̄e Chriſti debebat fieri generalis expiatio ⁊ purgatio ⁊ redēptio ꝑ Chriſtus: ⁊ q̄r debebamꝰ q̄eſcere in tabernaculis/ iſtius eccle. per gr̄am ⁊ in futura eccleſia ꝑ gl'iam. Et ſic ptꝫ ꝙ totū tp̄s gr̄e ex quo Chriſtꝰ reſurrexit/ d̄r ſabbatū mundi: in quo q̄eſcimꝰ ab operibus legis cerimonialibus. Et d̄r ſeptimus mēſis mūdi in quo celebramꝰ illa tria feſta quo ad verū ſignificatū: ⁊ d̄r ēt annus remiſſionis ⁊ indulgētie ⁊ libertatis: vt ptꝫ Eſa. lxi. ⁊ patebit infra. Itē hoc p̄ceptū fuit cerimoniale ratiōe modi colēdi. Nā deus p̄cepit Exo. xxxv. ꝙ nullus haberet nec accenderet ignem in habitaculis ſuis per totā diē ſabbati. ſed hoc myſterium nō potuit eſſe gr̄a ſui nec alicuiꝰ rei p̄terite: ergo fiebat in ſignū alicuius rei future: ſicut oēs iudei concedunt: q2 ſignificabat ꝙ oīa illa myſteria ſecreta que Sicu. i. ſilētium appellāt Judei/ erāt detegenda in tp̄e meſſie. Et iō figurabat qual'r. Chriſtꝰ lumē mūdi debebat iacere extinctus ⁊ mortuus ⁊ abſcōſus in ſepulcro ꝑ totū diē ſabbati. Et ſic ptꝫ ꝙ erat preceptū cerimoniale. Nā oīa illa dicunt̄ ab eis cerimonialia de q̄bus nō poſſunt reddere rationē: ſed ſunt relinquenda ꝑ tp̄e meſſie declaranda. ¶ Tertia cōcluſio. ꝙ p̄ceptū de ſabbato celebrando partim eſt iudiciale. ꝓbatur. Nā illa p̄cepta ſunt iudicialia apud eos q̄ obligant ad penā trāſgreſſores: ⁊ maxime que fuerunt data ſub cōminatione mortis. ſed p̄ceptū ſabbati fuit datum ſub comminatione mortis. Exo. xxxi. ⁊. xxxv. ergo ſequit̄ q̄ꝺ eſt partim iudiciale. Unde hec eſt etiā cauſa quare deus totiēs replicauit ⁊ repetijt hoc p̄ceptū: oſtendens ipſum eſſe iudiciale. ideo p̄cepit lapidari colligentem ligna in ſabbato Numeri. xv. Ex q̄bus oībus ptꝫ ꝙ preceptum ſabbati non eſt mere morale: nec etiā mere cerimoniale: nec mere iudiciale: ſed partim eſt morale ⁊ partim cerimoniale ⁊ partim iudiciale. Ideo inquantū eſt morale ponitur inter p̄cepta moralia. Exo. xx. ⁊ Deut. v. ſed inquantum eſt iudiciale ponit̄ inter p̄cepta iudicialia. Exo. xxiij. Sed inquantū eſt magis cerimoniale: ⁊ ſignificatiuū de futuro: ponit̄ inter cerimonialia in oībus alijs locis. vt ptꝫ ꝑ totū diſcurſum legis ⁊ prophetarū. Et hec de primo articulo.

Preceptū de celebrando ſabbatū ceſſare debuit.

¶ Quantū ad ſcd̄m articulū ponitur prima concluſio. ſ. ꝙ adueniente Chriſto puta poſtꝙ̄ reſurrexit Chriſtus: debuit ceſſare preceptū de celebrando ſabbato. Probat̄. Naꝫ illud p̄ceptū fuit cerimoniale. ergo debuit ceſſare in aduentu Chriſti. Antecedens ptꝫ per ea q̄ dicta ſunt in primo articulo. Cōſequentia etiā ptꝫ. Nam dictū eſt ꝑ Judeos: ꝙ ſecreta cerimoniarū non ſunt detegenda vſqꝫ ad tempus meſſie: qui oīa enigmata ⁊ ſecreta legis debet declarare. Sed oīa illa ſigna ⁊ enigmata fuerunt in Chriſto completa et per ipſum declarata. igitur adueniente Chriſto oīa debuerunt ceſſare. Itē probatur idem. Nam aduenientē te veritate ⁊ vero ſignificato debent ſigna ceſſare. ſed ſabbatum fuit preceptū in multiplex ſignuꝫ vt ꝓbatum eſt in primo articulo: ergo adueniēte veritate ⁊ ſignificato illorū ſignorū debet ſabbatum ceſſare: ſed Chriſtus compleuit in ſe oēs veritates ſignificatas per ſabbatum ⁊ ꝑ ſigna eius. ergo ſabbatū ceſſare debuit: immo ceſſauit in aduentu Chriſti: poſtꝙ̄ in Chriſto oīa ſigna fuerūt impleta. Sꝫ probat̄ ꝑ ſingula eadē cōcluſio. ¶ Ad cuius intellectū eſt primo notandum/ ſcd̄m Aug. in primo de doctrina Chriſtiana. ⁊ cōtra Fauſtū. ꝙ illa differētia eſt inter rem ⁊ ſignū. Nam res eſt gratia ſui: ſed ſignū non eſt gratia ſui: ſed gratia veritatis rei per ipſum ſignum ſignificate ⁊ figurate. Sed q2 lex vetus nō fuit data abſolute in rem: ſed in ſignū: ideo nō fuit data gratia ſui: ſed gratia rei ⁊ veritatis ꝑ ipſam ſignificate.

Signa q̄ ſignificāt ſuā veritatem.

¶ Sed eſt vlterius aduertendū ꝙ licet oīa ſigna ſignificent aliquam rem ⁊ veritatem: tn̄ nō omnia ſigna ſignificant eodē modo ſuā veritatem. Nā quedam ſignificāt ſuam veritatem de preſenti tantum: ſicut circulus ante tabernam ſignificat vinum de preſenti. Quedā autē ſigna ſignificant ſuam veritatem tantum de futuro ⁊ de longe. Exempli gratia. Nam in littoribus marinis in turribus altis ponuntur ſpeculatores: qui vidētes alonge naues aut galeas venire per mare: illico eleuant ſignum nauis alonge venientis. Et ſic cognoſcunt ciues ciuitatis ⁊ expectant nauem venturā: ſed poſtꝙ̄ nauis applicat̄ ad portū: ilico ſpeculator remouet ſignum: q2 aliter ſignū eſſet falſuꝫ ⁊ fruſtra: q2 illud ſignum ita eſt de futuro ꝙ non de preſenti. aliter deciperet aſpectantes. Et talis mos ſeruatur in ciuitate Barchinoēſi: que eſt ſita iuxta montem Iouis: in vertice cuius eſt turris vbi continue ſpeculator circunſpicit ⁊ ſpeculatur alonge naues venientes: et facit ſigna ſupradicta. Et idem mos ſeruatur in ciuitate Maioricarum: et pluribus alijs locis marinis. Item iſte modus ſeruabatur Rome in calendis pronunciandis. Nam Rome in quolibet menſe fiebant nundine diuerſarum mercium. et quelibet nundine habebāt ſua diſtincta priuilegia. Ideo nundine future prenunciabant̄ ꝑ decē ⁊ octo dies ante principiū menſis/ vocādo mercatores ad nundinas: ⁊ p̄nunciādo priuilegia nūdidarū illius mēſis. Et ſic preco exibat in forū. ⁊ cū turba clamauit dicēs: Calo: Calo. vnde quotiens clamabat Calo tot dies remanebāt vſqꝫ ad principiū mēſis in quo nūdine inchoabant̄. Et ſic ꝑ illos. xviij dies ſemꝑ ille preco procedebat diminuendo dies vſqꝫ ad principiū mēſis: ⁊ in quo iā incipiebāt nundine. Et exinde p̄co iā nō ampliꝰ clamabat Calo: nec calēdas: ſed clamabat nonas/ nonas. q. d. iā venerūt nūdine: et ceſſabant calēde: eo ꝙ erāt ſigna tātū de futuro ſed none erāt tantū de p̄ñti. Ita ergo pariter eſt dicēdum de lege veteri ⁊ euāgelica. Nā ſacra ⁊ ſacrificia ⁊ oīa cerimonialia legis veteris erant ſigna tantū de futuro ⁊ non de p̄ñti. Iō patriarche ⁊ ꝓphete ⁊ tota lex ſignificabāt Chriſtū de futuro/ q̄ oīa illa ſigna debebat verificare ſicut illud ſignū ſpeculatoris ſignificabat nauē delonge venientem. Et ſicut ille preco Romanus clamabat ⁊ p̄nunciabat nūdinas futuras in mēſe ſequēti: ita lex ⁊ ꝓphete clamabant ⁊ p̄nunciabant rōm venturū in tp̄e gr̄e: ⁊ in ſeculo ⁊ mēſe gr̄e. Et iō ſicut applicante naui ad portū ſpeculator declinat ⁊ remouet ſignū: ita pariter veniēte Chriſto in carnē ⁊ ad paſſionē ⁊ reſurrectionē: ceſſarūt oīa ſigna ⁊ cerimonialia legis: que Chriſtū venturum figurabant. Et ſicut veniēte principio mēſis in quo inchoabant̄ nūdine: iā p̄co amplius nec clamabat: nec prenunciabat calēdas: ſed clamabat nonas nonas. i. iā venerūt nūdine: ita ꝑiter adueniente Xp̄o ceſſarūt clamare lex ⁊ ꝓphete: qui ſolū clamabāt: ⁊ figurabāt Chriſtū futurū: ſed tūc clamauit ⁊ incepit clamare euangeliſta: annunciando Chriſtum veniſſe. Et ſic eſt dicēdū: ꝙ lex ⁊ ꝓphete non erant ſigna de p̄ñti: ſicut circulus ante tabernā: ſed erant ſigna tantum de futuro: ſicut ſigna ſpeculatorū: et ſicut clamor calendarū. Et ideo adueniente Chriſto ceſſauerunt oīa cerimonialia ⁊ lex ⁊ prophete. Et ideo Daniel fuit ſicut preco Romanus. Nā ſicut ille prenunciabat nundinas ꝑ. xviij. dies ante: ita Daniel prenunciauit aduentū Chriſti dicens: Poſt lxij. hebdomadas occidet̄ Chriſtus ⁊c. Et q2 in aduentu ⁊ morte Chriſti debebat ceſſare lex ⁊ ꝓphete: ideo dicit Daniel ꝙ tunc ceſſabit oīs viſio ⁊ prophetia: vt finem accipiat peccatu ⁊c. Et q2 tota lex

No. de nundinis.

debebat ceſſare: ideo ſubdit. Ceſſabit hoſtia ⁊ ſacri ficiũ in tẽplo ⁊c. Ex ſupradictis p3: q̃ cerimonia lia erant ſigna non de pñti: ſed de futuro. Et ideo debuerunt ceſſare adueniente. Chriſto ⁊ inquãtum erant ſigna eius de futuro. Pro cuius declaratiõe ponit̃ prima concluſio / ꝙ ſabbatum aliqñ debuit ceſſare: pbatur. Nã ſabbatum datum fuit in ſignũ future veritatis ⁊ nõ grã ſui: ergo adueniente veri tate debebat ceſſare: q2 poſtq̃ ſignum eſt verifica tum per ſuum futurum ſignificatũ: debet ceſſare: q2 amplius iam nõ eſſet verũ: ſed falſum ſignũ: q2 de ratiõe ſigni rei future eſt vt ceſſet poſtq̃ eſt ve rificatũ adueniẽte veritate. ¶ Scḋa concluſio / qḋ ſabbatum legale ceſſauit per aduentum Chriſti. Probat̃. Nam ſabbatum legale fuit preceptum in multiplex ſignum: ⁊ cũ illis conditionibus ſignifi cãtibus futuras veritates p Chriſtum implendas: ſed oĩa illa ſigna cum ſuis conditionibus fuerunt impleta ⁊ verificata in Chriſto: ergo totum ſabba tum cum ſuis ſignis fuit verificatum per Chriſtũ: ⁊ per aduentum eius: ergo tunc debuit ceſſare ⁊ ceſſauit de facto. Maior eſt nota: ⁊ pbata in pmo articulo ⁊ doctrina precedẽti. Minor pbat̃ p ſin gula. Nam primo Chriſtus verificauit ſabbatum inquãtum fuit preceptum in memoriã creationis: eo qḋ ille diſcurſus creationis figurabat prĩo diſ curſum noſtre redẽptionis. Nã ſicut deus ſex die bus creauit celum ⁊ terrã ⁊ c. ita Chriſtus incarnatus per ſex dies laborauit in noſtra redemptione ⁊ re creatione: ⁊ in ſeptimo die per totã diem mãſit in ſepulchro mortuus ceſſando a labore corpis. Item verificauit ſabbatum inquantum diſcurſus illorũ ſex dierum figurabat qualiter homo miſticus per ſex dies debebat peregrinari per hunc mundum: ſed in ſeptimo die debebat in Chriſto ab omnibus operibus legis quieſcere. Item verificauit ſabba tũ inquantum fuit datum in memoriã exitus Iſrl' de Egypto. Nã ſicut Moyſes illa nocte expoliauit Egyptios ⁊ liberauit ⁊ ditauit Hebreos: ita Chri ſtus in illa nocte reſurrectionis: que fuit nox ſab bati precedentis: expoliauit infernum ⁊ libera uit omnes fideles veteris teſtamenti. Ex quo pa tet: ꝙ poſtq̃ illud ſignum fuit verificatum: non eſt amplius celebrandum ſabbatum legale. Unde li cet ſabbatum fuerit preceptum in memoriã illorum duorum myſteriorũ. ſ. creationis: ⁊ exitus Egypti: tñ q2 illa fuerũt etiã facta in ſignũ noſtre creationis ⁊ liberationis: ideo illis verificatis debuit etiam talis memoria ceſſare. Item fuit ſabbatum verifi catum ⁊ ceſſauit inquantum fuit pceptum in ſignũ diſtinctiuũ: vt ille populus diſtingueretur a popu lo gentili: ⁊ ceteris nationibus: que non credebant creationem: ⁊ adorabant plures deos: ſed poſt ad uentum Chriſti totus populus gentilis venit ad fidem Chriſti: ⁊ credidit vnum deum creatorem et etiã redemptorem: ergo amplius non fuit neceſſa rium ſabbatum celebrari pp̃ter talẽ diſtinctionẽ / ⁊ ſic illico debuit ceſſare. Item debuit ceſſare. et fuit verificatũ inquantum datum fuit in ſignum figuratiuũ ſepulture Chriſti: ⁊ inquantum fuit da tum in ſignum fidei Chriſti futuri ⁊ in ſignum ſer uituris: q2 Chriſtus per ſuã ſepulturã ipm ſabba tum verificauit ⁊ expleuit: ⁊ oẽs a ſeruitute legis liberauit. Item ſabbatum fuit verificatũ inquan tum fuit preceptum celebrari in ſeptima die: q2 vt

Cerimonialia erãt ſigna de futuro.

I

K

Sabbatum legale ceſſauit, ⁊c.

ſic figurabat requiem futuram in ſeptima die mun di: in qua Chriſtus venit. Nã Chriſtus per ſeptem dietas peregrinatus eſt ab Adã vſq3 ad ſuũ aduen tum in patriarchis et prophetis: ſed in ſeptima die ⁊ etate mundi apparuit incarnatus ⁊ quieuit a peregrinatione ⁊ operibus legis: facta redem ptione: ⁊ quieuit ⁊ quieſcit in nobis ⁊ nos in eo p gratiam in toto iſto ſeptimo die mundi vſq3 ad ſe cundũ aduentum. Et ſic eſt dicendũ de ceteris ſab batis annualib9 que fuerũt pcepta celebrari ſem per in fine alicui9 ſeptenarij: q2 oĩa figurabant re quiem in hoc vltimo ſeculo meſſie: qui dicit̃ ſepti mus dies ⁊ ſeptimus annus ⁊ ſeptim9 menſis mũ di: in quo de9 verificauit oĩa illa ſabbata. Ex quo patet ꝙ oĩa illa debent ceſſare. Item xp̃s verifica uit ſabbatum inquantũ de9 precepit vt null9 accẽ deret lumen in domib9 ſuis: q2 in tali die Chriſtus lumen mundi iacuit mortuus: ſepultus: ⁊ extinctus ⁊ clauſus in ſepulcro: prout illud figurabat: ergo poſt ſapulturã Chriſti amplius non eſt celebrandũ. Probat̃ ſcḋo iſta cõclu. Nã ſabbatum fuit mortuũ ⁊ non ſurrexit cũ Chriſto: ergo ceſſauit poſt reſur rectionẽ Chriſti. Cõſequẽtia p3: añs probat̃ put fuit dictũ in pcedẽti q̃one. Nam Chriſtus fuit cru cifixus in die paſche: ⁊ qḋ tunc accidit in die vene ris: ergo fuit paſcha crucifixũ cũ Chriſto: ⁊ p pñs fuit etiã ſepultũ cũ Chriſto in eadẽ die: q2 oĩa ceri monialia que ad Chriſtũ ordinabant̃ / fuerunt cum eo crucifixa inquantũ Chriſtus erat finis ⁊ veritas legis: q2 oĩa legalia tendebãt in ipm tanq̃ in finem ⁊ terminũ: ergo cũ eo oĩa legalia crucifixa ſunt et ſepulta. Et per pñs ſabbatũ fuit cũ eo ſepultũ: q2 per totã diẽ fuit cũ eo clauſum ⁊ ſigillatũ in ſepul cro. Sed qñ Chriſtus reſurrexit: nec ſurrexit cũ eo paſcha: nec ſabbatum: q2 in ſepulcro manſerũt / ſ3 ſola dies dñica ſurrexit cũ Chriſto. Et ſic p3 ꝙ ſab batũ cũ paſcha fuit incineratũ in ſepulcro cum om nibus ceteris legalib9: ſicut dictũ eſt in q̃one pre cedẽti: ⁊ per pñs nec paſcha: nec ſabbatum debẽt amplius celebrari: q2 res mortua ⁊ incinerata non debet celebrari. Hanc cõcluſionem probat Apl's ad Col'. ij. Uñ dupl'r pbat ibi ſabbatum ⁊ cetera lega lia ceſſaſſe per mortẽ Chriſti. Uno mõ inquantum erãt cõtract9 debitorius quo obligamur ad legem ſeruandã vſq3 ad mortẽ teſtatoris: ergo ſequitur ꝙ mortuo creditore mortuus fuit ⁊ deletus ⁊ raſus il le contractus obligatio. Item mortua fuit etiã lex inquãtũ xp̃s qui erat finis legis crucifixit eã ſecum ⁊ affixit cruci. Uñ ait apl's Uos cũ mortui eſſetis in delictis ⁊ preputio carnis veſtre conuiuificauit cũ illo donans vobis oĩa delicta delens qḋ aduer ſus nos erat chirographum decreti: qḋ erat 𝔠̃trium nobis. ⁊ ipm tulit de medio affigens illud cruci: ⁊ expolians principatus ⁊ poteſtates ⁊c. Nemo igi tur vos ſeducat / aut iudicet in cibo / aut potu / aut in parte diei feſti / aut neomenie: aut ſabatorum q̃ ſunt vmbra futurorum: corpus autẽ Chriſti. Ex ſu pradictis intendit Apl's dicere: ꝙ ſabbatum ⁊ lega lia cetera erant quedã omina ⁊ figura: ⁊ quoddã chirogaphum debitorium: ideo oĩa fuerunt mor tua cum Chriſto ⁊ raſa: ⁊ per conſequens nullus obligatur amplius ad ſeruandũ ea. hoc idem pbat ad Roma. ix. inquantu3 lex erat contractus matri menialis vt dictũ eſt. Pobat̃ iſta eadem concluſio pluribus auctoritatibus vete. teſt. Et prĩo. Eſa. i.

Notã.

Paſcha cũ Chriſto crucifixum.

Mortua fuit.

oſtẽdẽs poſt aduentũ meſſie ſabbatũ ⁊ cetera lega lia abolenda ⁊ nõ acceptabilia deo: dicit dñs. Non offeratis vltra ſacrificiũ fruſtra: incenſum abomi natio mihi eſt: neomeniã ⁊ ſabbatum ⁊ feſtiuitates alias nõ ferã / iniq̃ ſunt cetus veſtri: calendas: ⁊ ſo lẽnitates vr̃as odiuit aĩa mea. Ex quo p3 qḋ poſt aduẽtũ Chriſti ſabbata ⁊ cetera legalia non ſolum ſunt caſſa: ſed etiã deo abominabilia. Itẽ Eſa. lxvj. dicit dñs: ꝙ nõ ſolũ mutabit templũ ⁊ ſacrificia ve teris legis: ſed etiã ſacerdotiũ ad conuerſos de po pulo gentili ⁊ mutabit oẽs feſtiuitates ⁊ ſabbata: vñ ait. Mittã ex eis q̃ ſaluati fuerint: ⁊ annuncia bũt gẽtib9 gloriã meã: ⁊ aſſumã ex eis ſacerdotes et leuitas dicit dñs: q2 ſicut celi noui et terra noua que ego ſtare facio corã me: ſic ſtabit nomẽ veſtrũ et ſemẽ vr̃m: ⁊ erit mẽſis ex mẽſe: ⁊ ſabbatũ ex ſab bato ⁊c. Ex dictis in toto iſto vltimo caplo p3 qua liter Chriſtus debebat creare nouã eccleſiã ⁊ noua ſacrificia ⁊ nouos ſacerdotes: ⁊ per pñs nouam le gẽ: q2 trãſlato ſacerdotio / neceſſe eſt vt legis tranſ latio fiat. Et etiã debebat mutare nomẽ illi9 popu li in ppl'm gẽtilẽ ſimul cũ ſacerdotio. Nã ppl's gen tilis debebat noĩari noĩe Iſrael ⁊ Leui. Et per con ſequẽs populus gẽtilis debebat hereditare ſacer dotium ⁊ nomen Iſrael ⁊ ſemen Abrahe. Et ſubdit qualiter oĩa feſta legalia erant mutanda in feſta euangelica. Nã ex ſabbato legali debebat ſuccede re ſabbatũ euangelicũ in ſequẽti die dñico. Itẽ hoc idẽ pbat̃ magis clare. Miere. xvj. vbi dr̃ dñs cõmi nãdo pplo Iudaico. Ecce dies venient dicit dñs: et non dicetur vltra: viuit dñs qui eduxit filios Iſrl' de terra Egypti: ſed viuit dñs q̃ eduxit filios Iſrl' de terra aquilonis: et de vniuerſis terris: ad quas eieci eos ⁊c. Ex dictis in hoc caplo patet qual'r paſ cha ⁊ ſabbatũ que celebrant̃ in memoriã exitus de Egypto erãt mutanda ⁊ abolẽda: ⁊ erat celebrãdũ feſtum nouũ ĩ memoriã reſurrectiõis xp̃i ⁊ noſtre redẽptionis: que eſt dies dñica ⁊c. Ex quibus 𝔭bis aſſerunt Thalmudiſte: ꝙ qñ veniet meſſias in lege pmiſſus debebit mutare oẽs feſtiuitates et cetera legalia. Ex quo p3 ſm eos: ꝙ legalia aliqñ debent ceſſare: ⁊ p pñs nõ ſunt eterna ſimpl'r: put arguũt cõtra nos: ⁊ ſic 𝔠̃dicunt ſibijpſis. Itẽ Hier. xxxj. Ec ce dies veniunt dicit dñs: ⁊ feriã domui Iſrael et domui Iuda fedus nouũ / non ſm pactum qḋ pepi gi cũ pribus eorũ cũ educerẽ eos de terra Egypti ⁊ cetera. Poſt dies illos dicit dñs / dabo legẽ meã in viſceribus eorum: ⁊ in cordibus eorum ſcribam eam ⁊c. Ex quib9 patet / ꝙ rex meſſias aliã legem ⁊ aliud pactum erat daturus in aduentu ſuo: et non erat daturus legem ſcriptam in chartis: ſed in cor dibus ⁊ viſceribus hominũ per ſeipſum predican do in perſona. Et per pñs illud ſabbatũ et cetera legalia erant abolenda. Hoc idem pbat̃. Daniel. ix. vbi cõputatis. lxij. hebdomadibus dicit: ꝙ in vlti ma hebdomada occidetur Chriſtus et ceſſabit ho ſtia ⁊ ſacrificiũ: ⁊ in tẽplo erit abominatio et deſo latio: ⁊ per pñs ceſſabit ſabbatum in quo talia ſa crificia offerebantur ⁊c. Nam ad hoc erat dedica tum ſabbatũ ⁊ cetera feſta: q2 ſub eodẽ pacto erãt data feſta ⁊ ſacrificia: ceſſante ergo templo et ſacri ficio: ceſſat etiam et ſabbatum. Hoc idem pbatur Oſe. ij. vbi cum dñs cõminatur reprobationẽ ppl'i Iudaici et predicit electionem ⁊ ſubſtitutionẽ po puli gentilis: inter cetera dicit. Ceſſare faciẽ omne

gaudiũ eius: ⁊ ſolennitatẽ eius: ⁊ neomenias eius: ⁊ ſabbatũ eius: ⁊ oĩa feſta tpa eius. Itẽ caplo ter tio ſubdit. Dies multos ſedebũt filij Iſrael ſine re ge: ſine principe et ſine ſacerdotio / ⁊ ſine altari: et ſine effot: ⁊ ſeraphin. Et poſt hec reuertentur filij Iſrael: ⁊ querẽt dñm deum ſuũ: ⁊ Dauid regẽ ſuũ: ⁊ pauebũt ad dominũ ⁊ ad bonum eius in nouiſſi mo dierum: ſc3 poſt mortem antichriſti: prout alibi declarabit̃. Et ſic ad pbationẽ huius concluſionis poſſunt adduci infinite auctoritates prophetarum: que nihil aliud clamãt: niſi ꝙ oĩa ſacrificia ⁊ omnia legalia debebant ceſſare in aduentu Chriſti: eo ꝙ oĩa figurabant myſteria per ipm implenda: et q2 oĩa erãt via in ipm tanq̃ finẽ ⁊ terminũ: ⁊ q2 in eo debebãt cõſummare curſum ⁊ officiũ ſuũ. ¶ Quã tum ad tertiũ articulũ eſt primo notãdũ: ꝙ q2 ſab batum fuit preceptũ ad requiem ⁊ ceſſationẽ reſpe ctu hoĩs: ⁊ ad ſanctificationem reſpectu dei: ⁊ datũ fuit in ſignũ: ideo quatuor ſunt conſiderãda in cele bratione: ⁊ obſeruãtia ſabbati. Primo ſignum ſiue ſabbatum figuratiuũ. Scḋo veritas ſigni. i. verum ſabbatum figuratum. Tertio ceſſatio ſiue modus ceſſandi / ⁊ a quibus eſt ceſſandum ⁊ abſtinendum. Quarto eſt conſiderandus modus ſanctificãdi ſab batũ. ¶ Quantũ ad primũ / iam dictũ eſt ꝙ ſabba tũ ſignificatiuum fuit determinatum a deo in ſepti ma die ſeptimane in ſignum future quietis Chriſti in ſepulchro in ſeptima die: ⁊ in ſignũ noſtre quie tis per gratiã in ſeptima die mundi: qḋ quidem ſi gnu3 iam eſt verificatum per Chriſtum: ⁊ per pñs iam ceſſauit: vt probatum eſt in ſecundo articulo. ¶ Quantũ ad ſecundũ dictum eſt: ꝙ verum ſabba tum figuratum ⁊ verificatum eſt totum tp̃s gratie in quo ſumus a reſurrectione Chriſti vſq3 ad gene ralem reſurrectionem noſtrã in die iudicij. ¶ Quã tum ad tertium dictum eſt quomodo tali die ceſ ſandum eſt ab omni opere ſeruili: ⁊ prohibito: quia aliter non eſſet celebrare: ſed violare et preuarica ri ſabbatum. ¶ Quantum ad quartum eſt dicen dum / ꝙ vera ſanctificatio ſabbati eſt facere opera ſancta in eo erga deum et proximum. Opera ſan cta erga deum: eſt exhibitio vere ⁊ perfecte latrie: opera ſancta erga proximum: ſunt opera miſericor die ⁊ iuſtitie: et iſte eſt verus modus ſanctificandi ſabbatum. ¶ His habitis ponit̃ cõcluſio: ꝙ Iudei moderni celebrant falſum ſabbatum. Probat̃. Nã ſabbatum fuit preceptum celebrari in ſeptima die in ſignum ſepulture Chriſti future et in ſignum fu ture ceſſationis ab operibus legis in ſeptima die mundi. Sed vtrumq3 ſignum fuit iam completum et verificatum per Chriſtum: quia iam Chriſtus per totam ſeptimam diem naturalem iacuit in ſepul cro. Et iam venit et ſumus in ſeptima die mundi. et in tempore gratie: in quo debemus abſtinere ab omni opere ſeruili legis / et peccati: ergo ſignũ iam ceſſauit: nec eſt amplius aſpiciendum: quia iam manet falſum: ſicut ſignum nauis venture ma net falſum: poſtq̃ nauis applicuit ad portum: eo ꝙ illud ſignum eſt tantum de futuro: vt dictum eſt. Et ſicut clamor calendarum eſſet falſus in princi pio menſis quando iam nundine ſunt inchoate put dictum eſt. Ex quibus p3 ꝙ Iudei celebrant falſum ſabbatum. ¶ Secũda cõcluſio / Uñ nõ ſolu3 Iudei celebrãt falſum ſabbatum in tali die: quãtũ ad ſignum: ſed etiã quantum ad integritatem tpis:

Tertius articulus.

L

Iudei falſum celebrant ſabbatum.

M

Etiã li teralr.

nõ obſeruãt ſabbatum.

q2 nõ obſeruãt diẽ naturalẽ ⁊ integrum literaliter preceptũ: q2 adhuc nõ ſeruant ſabbatũ literaliter. Probat̃ iſta cõcluſio. Nã dies naturalis ⁊ integer ſm ſcripturã vete. teſta. mẽſurabatur a mane vſq͡ ad mane: vt patet Gene. j. Nam deus in prima die mundi que fuit dies dñica: de mane incepit creare lucẽ/ ⁊ diuiſit lucẽ a tenebris. Et ſic diſcurrẽdo factum eſt veſpere ⁊ nox. Et diſcuſſa nocte factuz eſt mane in die lune ⁊ feria ſecũda: ⁊ ſic factus eſt dies vnus. i. dies primus: vt dicit gloſſa: ⁊ ſic patz quod dies prim⁹ fuit a principio diei primi vſq͡ ad mane alterius/ in quo mane incepit dies ſecundus: et ſic patet qñ dies precedebat noctez ſm ordinẽ nature. Et ſic diſcurrendo per oẽs dies in feria ſexta de mane expletus fuit dies quintus: ⁊ incepit ſextus in quo de⁹ creauit aĩalia terreſtria quadrupedia/ ⁊ creauit hoiem: ⁊ ſic in illa die factũ eſt veſpere: et tranſacta nocte factum eſt mane ⁊ completus dies ſextus in principio ſabbati: q2 finis vnius diei erat principium alterius. Et tunc in ſeptimo die de mane in principio lucis finito die ſexto deus incepit quieſcere ab omni opere quod patrarat: ⁊ ſanctificauit illaz diem: vt patet in textu. Ex quo ſequitur primo/ quod illa dies ſeptima non incepit in veſpere noctis precedentis: quia illa nox precedens tota pertinebat ad diem ſextum: ſed incepit de mane et durauit vſq͡ ad aliud mane: in quo incepit dies dominica. Item ſequitur ſecundo ꝙ deus nõ incepit ſabbatizare ⁊ quieſcere niſi ĩ die ſeptimo de mane in principio lucis: quia ibi fuit expletus dies veneris: ⁊ incepit ſabbatũ. Ex quib⁹ omnibus patet veritas huius ſcḋe concluſionis. ſ. ꝙ non ſeruãt integrum ſabbatum quantũ ad tp̄s: immo truncatũ et diminutum ⁊ indebitũ: nõ vſurpãt noctẽ precedentẽ q̃ ꝑtinet ad diẽ veneris: ⁊ dimittũt noctẽ ſequentem que pertinet ad diẽ ſeptimã: ergo nõ vere ſabbatizãt totam diem ſeptimã: q2 incipiunt quieſcere in die veneris de ſero/ ⁊ reuertuntur ad laborandum in die ſabbati de ſero: ⁊ ſic auferunt totam noctem ſequentem que ſm ordinem nature pertinet ad diem ſeptimam vſq͡ ad mane et in principium diei dominice: vt ptz in litera libri Geneſeos. Et ſic patet ꝙ adhuc literaliter non vere et perfecte obſeruant ſabbatum in memoriam creationis: prout ſe putant et aſſerunt ſeruare. Sed ad hoc reſpondent Judei quod verum eſt ꝙ iſte ſupradictus eſt verus ordo dierum ſm naturam et literam. Sed Moyſes dedit eis moduz ſeruãdi ſabbatũ. Leuiti. xxiij. cũ dixit. A veſpera vſq͡ ad veſperã celebrabitis ſabbata veſtra. Et ideo incipiunt ſabbatizare in veſpera noctis precedẽtis vſq͡ ad aliam veſperam. Sed tunc non euadunt argumentum ⁊ rationem: q2 ſemper manet ſeptima dies violata ⁊ truncata ⁊ diminuta: et per cõſequens nõ vere celebraretur in memoriã creatiõis: nec eo modo quo de⁹ eam celebrauit ⁊ ſanctificauit: ⁊ ſic deus eſſet contrarius ſibiipſi. Et ideo illa ſecta Judeoꝝ qui dicũtur Charrahim/ hoc incõueniẽs fugere ⁊ vitare volẽtes gloſſant illud dictum. ſ. a veſpera vſq͡ ad veſperam. i. a nocte vſq͡ ad noctez incluſiue celebrabitis ſabbata veſtra. Et ſic incipiunt ceſſare a veſpere noctis precedentis/ ⁊ finiunt ſabbatum ſuuz in die dominica de mane. Et ſic per duas noctes cũ toto die intermedio celebrant ſabbatum a nocte vſq͡ ad aliam noctez incluſiue: in quo tempore nec

Not. de modo ſeruandi ſabbatum ⁊c.

Queſtio. Si terra promiſſa patribus ſit chanaan. legis: quia vltra poſſeſſionem illius terre expectabant regnum celoꝝ in p̄miū vltimatum. vt patꝫ ad Heb. xj. Et ideo ꝓ deciſione ⁊ intellectu huius queſtionis / duo ſunt videnda principaliter. Primo: ſi terra promiſſa Abrahe ⁊ patriarchis ⁊ ꝓphetis in poſſeſſionem eternam ſit preciſe intelligenda illa terra Chanaan. Secundo an ſemen Abrahe ⁊ Iſrl'

cui promiſſa eſt illa terra: ſunt filij ſecundū carnē.
A ¶ Quantū ad primū eſt preaduertendū ſcd̄m Au-
guſt. ſuper illud apl'i ad Roma. vij. Lex ſpūalis eſt:
ego aūt carnalis ſum. ꝙ lex diuina differt ab huma
na. Nā lex diuina eſt ſpūalis ⁊ de rebus ſpūalibus.
Lex aūt humana eſt tpālis ⁊ de tpālibus. Et iō tri
pliciter differt lex diuina ab hūana. ſ. fine: ⁊ officio
⁊ premio. Differt enī primo lex diuina ab humana
Differt lex diuina ab humana. ipſo fine principaliter intento ab ipſo legiſlatore.
Nā finis legiſlatoris ⁊ conditoris legū humanarū
eſt facere ciues ciuiliter bonos ad vnitatem ⁊ ſer-
uationem ciuitatis ⁊ regni ⁊ totius reipublice. Et
ideo officiū ciuiū eſt viuere iuſte circa alterū ſcd̄m
leges / ⁊ bene conſulere reipublice: ⁊ eam defende-
re. Et iō p̄miū bonorum ciuiū eſt gaudere bonis et
vtilitatibꝰ reipublice diſtributis ſcd̄m iuſtitiā di-
ſtributiuā. vt ptꝫ. v. Ethi. Sed finis ⁊ intentio lato
ris legis diuine ſemꝑ fuit et eſt efficere oēs hoīes
ſpūal'r bonos ⁊ diuinos ad cognoſcēdū ⁊ amandū
et colendū deū. Et iō officium diuine legis fuit in
priori teſtamēto colere deū ſcd̄m ritū ⁊ modū tra-
ditū ipſi Moyſi ſub proteſtatiōe fidei Chriſti futu
ri. Ad qd̄ officiū pertinebat recipe Chriſtum in ſuo
aduētu. Nā poſtq̄ oīa illa cerimonialia fiebant ſub
ꝓteſtatione Chriſti futuri: oēs obligabant̄ recipe-
re Chriſtū in ſuo aduentu ⁊ audire ⁊ recipere ⁊ ob-
ſeruare doctrinā eius: put deus p̄ceperat Deuter.
xviij. dicens. Prophetā ſuſcitabo eis de medio fra-
trū ſuorū ſimilē tui: ⁊ ponā verba mea in ore eius:
loqueturq̄ ad eos oīa que dixero illi. Et qui verba
que loquet̄ nō audierit / vltor exiſtā ꝛc. Ex quibus
ptꝫ: ꝙ ſub eadē comminatione oēs Iſraelite erant
obligati audire: ⁊ recipere Chriſtū in ſuo aduentu:
et recipere ⁊ ſeruare doctrinā eiꝰ euangelicā: ſub
qua erant obligati ad ſeruanda cerimonialia vſq̄
ad aduentum Chriſti: eo ꝙ erat ꝓmiſſus ad decla-
randā legē: ⁊ patefaciendā veritatē eius. Doctrina
aūt euangelica nil aliud eſt niſi veritas legis ⁊ pro
phetarū. Et iō ſicut officiū legis Moyſi fuit ſerua
re cerimonialia in illo tpe: ⁊ recipere Chriſtū et le-
gem eius: ita officium legis euangelice eſt obſerua
re doctrinā euangelicam: q̄ nil aliud eſt niſi execu-
tio veritatis legis ⁊ prophetarū. Ex quo patet: ꝙ fi
nis legis diuine eſt hoīes efficere ſpūaliter bonos
et diuinos: ⁊ abſtrahere eos a carnalibꝰ ⁊ munda-
nis: vt appetant celeſtia. Officiū aūt legis diuine
eſt colere ⁊ diligere deū in ſe ⁊ propter ſe: ⁊ dilige-
re proximū propter deū / exhibēdo ipſi auxiliū ⁊ ob
ſequiū in neceſſitate. Premiū vero eius eſt vita et
fruitio eterna. Et ratio eſt. Nam ſicut premiū legis
ciuilis ⁊ humane eſt premium tpale: ita oportet vt
premium legis diuine ſit eternū. Itē ſicut hō eſt im
mortalis ſecundum animam: ita oportet vt quo ad
animā habeat aliud premiū immortale ⁊ eternum.
Item ſicut hō fidelis per obſeruātiā legis efficitur
diuinus ducēdo vitā angelicam: ita oportet vt pre-
mium eius ſit diuinū et angelicum inter angelos
ſupra omne humanū ⁊ tēporale premium: quia ali
ter nō differret lex diuina ab hūana. q̄ ſicut lex ad
legem: ita officium legis ad officium: ⁊ finis ad fi-
nem. ⁊ premiū ad premium. Et ſic patet ꝙ lex diui-
na cum eius fine ⁊ premio / non eſt temporalis nec
carnalis: ſed ſpūalis ⁊ diuina. ¶ Cum ergo ſupra-
dicta triplici differentia differat lex diuina a legi-
bus humanis. ſ. fine officio et premio: et finalis in-
tentio dei fuerit eligere ſibi vnum populū ad ſuum
cultum deputatū: vt deū cognoſceret: ⁊ cognoſcen
do ſeruiret: ⁊ coleret ⁊ amaret in hac vita: ⁊ in al-
tera amādo frueret̄: ideo voluit incipere a minus
perfecto tendendo ad magis perfectum illa lege:
ſm̄ exigentiam ⁊ qualitatem ⁊ mores illius ppl'i.
Unde quia ille populus Iſrael cōuerſatus fuerat
inter egyptios circiter ducentos annos: ideo totali
ter fuerat factus carnalis ⁊ terrenus ſm̄ mores
egyptiorū: ideo deus volēs ipſum retrahere ab il-
la carnalitate / ⁊ eterna ⁊ pagana conſuetudine: ⁊
⁊ facere ipſum ſpiritualem: dedit ipſi in lege pri-
mo decē precepta moralia: vt diſceret deū cogno-
ſcere ⁊ diligere: ⁊ cū proximo iuſte conuiuere. Et vt
fortitudine pene refrenaret̄ ab oī furto ⁊ a ira et
malis moribus egyptiorum: in quibus erant nu-
triti: dedit eis precepta iudicialia. Nam vt ait Ari-
ſto. x. Ethicoꝝ. neceſſaria eſt poſitio legū / vt formi-
dine pene retrahantur a malo: ⁊ aſſueſiant homi-
nes ad mores capeſſendos. Tertio autem dedit deꝰ
illi populo multitudinem preceptorum cerimonia
lium. Et hoc propter tria. Primo vt frequentando
illa cerimonialia cognoſceret vnum ſolum deum
creatorem omnium: et ſpecialem benefactorem: et
diligeret eum propter impenſa et collata ſibi bene
ficia. Secundo: vt ille popolus occupatꝰ circa fre-
quentiam / et multitudinem illorum cerimonialiū
non declinaret ad idola per conſuetudines egyptio
rum: et aliarū gentium circundantium. Tertio vt
in illis ſignis cerimonialibus preuideret ille popu
lus futura myſteria de Chriſto / et eccleſia: et vni-
uerſalem ⁊ redemptionem faciendam per Chriſtū
venturum ⁊ naſciturū ex illo populo: prout deꝰ re-
uelabat ſpecial'r et ſucceſſiue quibuſdam patriar-
chis ⁊ prophetis de illo ppl'o. Et ideo dedit illa ce-
rimonialia in ſignum federis ⁊ pacti ſeruanda vſq̄
ad Chriſtum: in quo erant verificanda. Ideo ſicut
obligabant̄ ſeruare illa cerimonialia vſq̄ ad xp̄m:
ita obligabātur recipere Chriſtū in ſuo aduentu et
ſuā doctrinā euāgelicā: et ceſſare ab oībus cerimo
nialibus: quia Chriſtus erat ille ꝓpheta qui ex pte
dei oīa illa debebat declarare: vt ptꝫ Deut. xvij. vt
dictum eſt ſupra. Et ideo Chriſtꝰ tanq̄ ad hoc miſ-
ſus a patre declarauit nobis in re et luce oīa que
in illis erant figurata ⁊ latebant ſub vmbra. Et ſic
cognitio noſtra ꝓceſſit ab imꝑfecto ad magis ꝑfe-
ctum: ſm̄ exigentiam humane nature fragilis ⁊ cor
rupte: per quā doctrinā euangelicā Chriſtꝰ nos fe-
cit multo magis ſpūales / et diuinos / ⁊ aptos ad ſu-
pernam fruitionem: ⁊ capeſſendam vltimam felici-
tatem ⁊ perfectionem: hoc aūt non percipiētes mi-
ſeri ⁊ ceci iudei non ponunt drīam inter legem di-
uinam ⁊ humanā. Et ſic nō expectant niſi premium
tpale pro legis obſeruantia: ſicut ſunt totaliter car
nales a terreni. Et ideo nolunt recipere Chriſtū q̄
ſuadebat cōtēnere tpalia ⁊ appetere celeſtia. Sed
vnde proueniat hoc iudeis modernis dicetur in-
ferius. ¶ His habitis ponitur Prima concluſio /
ꝙ duplex merces et hereditas fuit promiſſa Abra-
he / Iſaac / et Jacob: ſcꝫ celeſtis ⁊ terrena: et per cō-
ſequens preter terram Chanaan fuit eis promiſſa
hereditas in celo. hec probatur Geñ. xv. vbi dr̄ qd̄
deus apparuit in viſione ipſi Abrahā: dicens. Noli timere: q̄ protector tuꝰ ſum: ⁊ merces tua magna
nimis. Suſpice celū: ⁊ numera ſtellas ſi potes: ſic
erit ſemen tuū. Tunc credidit Abrahā: ⁊ reputatū
eſt ei ad iuſtitiam ꝛc. Ex ſupradictis verbis patet
ꝙ talis ꝓmiſſio non erat tpalis: q̄ non fuiſſet ma-
gna nimis. Naꝫ omne tpale eſt breue ⁊ caducū. Se
cūdo ſequit̄ ꝙ talis merces ꝓmitebatur in celo: q̄
non dixit / reſpice terrā ſed ſuſpice celum. Tertio ſe
quitur ꝙ talis promiſſio nō erat danda filijs carna
libus ⁊ terrenis: ſed ſpūalibꝰ ⁊ celeſtibꝰ fide ⁊ virtu
te ſplendentibus: per hoc qd̄ ait / numera ſtellas: q̄
ſic erit ſeme tuū. ſ. purū ſplendens fide ⁊ ſpe de cele
ſtibus. Quarto ſequit̄: ꝙ talis merces celeſtis non
poterat acquiri niſi per fidē Chriſti futuri de ſemi
ne Abrahe ſcd̄m carnē: per hoc quod ait. Credidit
Abraham ⁊ reputatū eſt ei ad iuſtitiā: q̄ Abraham
non fuiſſet iuſtificatus ad merendum tantū p̄miū
⁊ tantā mercedē ſolū credendo ſibi Iſaac filiū futu
rum: ſed q̄ credidit per Iſaac Chriſtū naſciturum
qui filios fideles ⁊ ſpūales ipſius Abrahā debebat
in celo collocare. ¶ Ex quibus ptꝫ. ꝙ preter terrā
Chanaā promiſſa fuit Abrahe et ſemini eiꝰ heredi
tas celeſtis. De qua ꝓmiſſione cātat eccleſia in miſ
ſa defunctorū. Fac eas dñe de morte trāſire ad vitā
quam olim Abrahe ꝓmiſiſti ⁊ ſemini eiꝰ. In fine au
tem illius capituli promiſit deꝰ Abrahe terrā Cha-
naā / dicens: Tibi dabo terram hāc a flumine egy-
pti vſq̄ ad fluuiū magnum Euphratē. Et ſic ptꝫ du
plex promiſſio. ſ. terrena ⁊ celeſtis. hoc idē ptꝫ infra
cap. xvij. ⁊ cap. xxij. qñ dixit deus Abrahe. Multi-
plicabo ſemen tuū ſicut ſtellas celi: ⁊ ſicut arenam
que eſt in littore maris ꝛc. Per ſtellas enī celi intel-
lexit filios ſpūales in celo collocandos: ⁊ p arenam
que eſt in littore maris intellexit filios terrenos et
carnales ꝛc. Item vtraq̄ promiſſio. ſ. celeſtis ⁊ ter-
rena facta fuit ipſi Jacob Geñ. xxviij. qñ vidit ſca-
lam in ſomnijs ſtantē ſuꝑ terrā: ⁊ cacumē illius tā-
gens celū: angelos quoq̄ aſcendentes ⁊ deſcenden
tes ⁊ dñm innixū ſcale dicentem. Ego ſum deus ꝛc.
Ubi preuidit in ſpū qual'r deus deſcenſurus erat
in terram: ⁊ aſſumpturꝰ humanā carnē ex virgine
de gñe Jacob. Uñ per hoc ꝙ illa ſcala tangebat ce-
lum ex parte ſuperiori: ⁊ terrā inferius / p̄uidit qual'r
Chriſtus ſibi promiſſus erat futurꝰ deꝰ ⁊ hō de car
ne ſua. Et per angelos aſcendentes ⁊ deſcendentes
preuidit qualiter filij ſui ſpūales erant per Chriſtū
in celum aſcēſuri ꝛc. Itē per hoc ꝙ dormiuit ſupra
illum lapidē: et erexit ipm̄ in titulum p̄uidit in ſpū
qualiter Chriſtus in eodem loco erat ꝓ filijs ſuis ⁊
pro toto genere humano crucifigendus et moritu-
rus: et reſurrecturus: et in celū aſcenſurus cū ſuis
fidelibus: immo Jacob p̄uidit per illam ſcalā Chri
ſtum in celum aſcenſurū cū oībus filijs ſuis fideli-
bus et ſpūalibꝰ. Ex quibus patet ꝙ p̄ter illā terrā
Chanaan promiſſa fuit hereditas celeſtis Abrahe /
Iſaac et Jacob et ſemini ſpūali eorum: d̄ qua canit
eccleſia. Fac eas tranſire de morte ad vitam: quam
olim Abrahe promiſiſti: ⁊ ſemini eius ꝛc. ¶ Secun
da concluſio. ꝙ oēs patriarche et prophete preter
illam terram Chanaan: et preter illam Hierl'm ter
renam deſiderabant et expectabant hereditatē in
celo et aliam Hierl'm celeſtem. hec primo probatur
de Abraham. Nam ſicut fuit ipſi promiſſa heredi-
tas celeſtis in ſupradictis promiſſionibus: ita de-
ſiderauit illam: ideo dixit ſaluator Judeis Joan.
viij. Abraham pater veſter exultauit. i. deſiderauit
videre diem meū: vidit et gauiſus eſt ꝛc. Item hoc
deſiderauit Iſaac qñ bñdixit Jacob filio ſuo. Geñ.
xxv. Unde ſentiens odorē veſtimētoꝝ dixit. Odor fi
lij mei ſicut odor agri pleni quem bñdixit dñs: det
tibi deus de rore celi et de pinguedine terre. Eſto
dñs fratrum tuorū: et incuruent̄ ante te filij ma
tris tue: et adorent te tribus ꝛc. ¶ Unde manife-
ſtum eſt. ꝙ iſta non fuerūt impleta in Jacob: ſed in
ſolo Chriſto ex Jacob naſcituro: ideo Iſaac bñdi-
xit Chriſtū in Jacob put ꝓuidit ipſum ex eo naſci-
turum. Uñ per hoc qd̄ Iſaac oſculatus eſt Jacob
oſtendit deſideriū qd̄ habuit de Chriſto vēturo: et
preuidit qual'r deus debebat oſculari naturam hu-
manam per incarnationē. Et p odorē ⁊ fragrātiam
veſtimentoꝝ p̄uidit fragrantiā virtutū et donorū
humanitatis Chriſti. Et p̄uidit qualiter omnes tri-
bus terre debebant Chriſtū adorare: et qual'r xp̄s
debebat dare filijs ſpūalibus ipſius Jacob de rore
celi. gloriam in futuro: et de pinguedine ſacramēto
gratiam in preſenti. Et ſic Iſaac iam deſiderauit il
lum rorem celi per Chriſtū largiendū. Itē hoc idē
deſiderauit Jacob Geñ. xxxij. qñ luctatus eſt cum
angelo in perſona dei: quia non voluit ipm̄ dimit-
tere vſquequo benedixit ipm̄. Ideo qñ euigilauit a
ſomno dixit. Uidi dominū facie ad faciem: et ſalua
facta eſt anima mea ꝛc. Itē hanc celeſtem heredita
tem deſiderauit Moyſes Exo. xxxiij. cū dixit. Dñe
oſtende mihi faciem et gloriā tuam ꝛc. Unde ſuper
illud Geñ. xxviij. quando Jacob vidit ſcalam: dicit
quedā gloſſa hebraica inuereſcit Rabba. ꝙ Moy-
ſes anteq̄ moreretur ductus fuit in celum et vidit
ibi meſſiam edificantē Hierl'm in celo ex margari-
tis ⁊ lapidibꝰ pretioſis. Et dixit meſſias ipſi Moy
ſi: ꝙ pater ſuus Jacob vtranq̄ Hierl'm. ſ. terrenam
et celeſtem p̄uidit edificandam ex hoc ꝙ illa ſcala
ex vna parte tangebat celū: et ex altera terrā. Et ꝙ
quaſi nihil erat illa Hieruſalē que erat edificanda
in terra reſpectu illius celeſtis: q̄ iſta erat tēpora-
liter: et illa in eternum duratura pro filijs Iſrael.
Quod audiens Moyſes dixit. Letatus ſum in his
que dicta ſunt mihi ꝛc. Ex quibus verbis ſequit̄ p̄-
mo: ꝙ preter iſtā Hieruſalem terrenā ⁊ tēporalem
erat danda alia celeſtis et eterna. Scd̄o ſequitur ꝙ
Chriſtus meſſias in lege promiſſus eſt deus quia
iam erat ante Moyſen in celo. Tertio ſequitur: qd̄
meſſias in lege promiſſus non erat edificaturus
Hieruſalem terrenam: ſed celeſtem ⁊ ſpiritualem
pro filijs Iſrael. Quarto ſequitur quod filij Iſrael
qui erant illam celeſtem Hieruſalem poſſeſſuri: nō
erant futuri carnales: ſed ſpirituales: et ſecundum
fidem. Item hanc hereditatem celeſtem deſidera-
bat et expectabat Job. xix. quando dixit. Credo qd̄
redemptor meus viuit: et in nouiſſimo die de ter-
ra ſurrecturus ſum: et in carne mea videbo deum
ſaluatorem meum ꝛc. ¶ Item hanc celeſtem here Nota.
ditatem deſiderabat Dauid pſalmo. xvj. cum dixit.
Satiabor cum apparuerit gloria tua. Item pſal-
mo. lxxix. Oſtende nobis domine miſericordiam
tuam: et ſalutare tuum da nobis. Item Dauid rex
et dominus erat illius Hieruſalem terrene et to-
tius terre promiſſionis: et regna finitima ipſi erāt
tributaria: et tamen illam terram viuentiū: et Hie
ruſalem celeſtē deſiderabat: qñ dixit pſal. lxxxiij.
Beati qui habitant in domo tua dñe: in ſecula ſecu
lorū laudabūt te. Itē Dauid ab illa terrena Hieru
ſalem cupiebat exire: et in celeſti collocari cū dice

Deꝰ dedit ꝓcepta cerimonialia ꝓpter tria.

B Dubium merces et hereditas ... in ce[...]

bat pſal. cxix. Heu mihi: qꝛ incolatꝰ meꝰ plōgatus eſt. Item pſal. cxviij. Erraui ſicut ouis q̄ periit: q̄re ſeruum tuū dn̄e ꝛc. Item pſal. cxlj. Portio mea dn̄e in terra viuentium. Itē Salomō rex ⁊ dn̄s fuit illiꝰ terrene Hierl'm ⁊ totiꝰ terre Chanaan cū finitimis tributarijs: ⁊ ditiſſimꝰ ⁊ feliciſſimꝰ ſup oēs reges terre: ⁊ tn̄ pro nihilo reputabat totā illā Hierl'm et terrā Iſrael ⁊ oīa regna terrena reſpectu illius celeſtis Hierl'm ⁊ felicitatis eterne: cum dicit eccleſiaſtes per totū librū. Vanitas vanitatū ⁊ oīa vanitas. Vn̄ dicit. Ego eccl'iaſtes fui rex Iſrl' in Hierl'm ⁊ propoſui in aīo meo q̄rere ⁊ inueſtigare ſapiēter de oībus q̄ fiunt ſub ſole: et ecce oīa vanitas. Itē infra ca. ij. magnificaui opera mea: edificaui mihi domos ⁊ plantaui vineas: feci hortos et pomaria ꝛc. Itez coaceruaui mihi argentū ⁊ aurū: ⁊ ſubſtātias regū ⁊ prouinciarū ꝛc. ⁊ tn̄ oīa vanitas. Et ſic Salomon per totuz illū libellū diſcurrit ꝑ oēs ſtatꝰ ⁊ cōditiones hoīm: ⁊ oñdit nullo pacto felicitatem poſſe conſiſtere in hac vita: final'r aūt cōcludit/ dicens. Anteq̄ rūpat̄ funiculus: ⁊ anteq̄ reuertat̄ puluis in terram ſuā vn̄ erat: ⁊ ſpūs redeat ad deū qui dedit illū. i. anteq̄ moriaris: dū viuis in hoc mundo: deū time ⁊ mādata eius ſerua. hoc eſt oīs hō. Cuncta que fecit hō adducet deus in iudicium ꝓ omni errato ſiue bonuz ſiue malū. Ex q̄bꝰ patet. ꝙ Salomon totam illam Hierl'm ⁊ totum regnū ⁊ oēs diuitias vanitatem reputabat/ ⁊ mortē p̄ntē ⁊ futuruz iudiciū timebat: in quo mali ſunt puniendi: et boni felicitandi. Itez Salomon futurā felicitatem dicit deſiderandā per totū librū Cāticorū. vbi dicit. Trahe me poſt te/ in odorē curremus vnguētoꝝ tuoꝝ ꝛc. Itez Sapieñ. v. futurū iudiciū oñdit malis eſſe tremēdū: ⁊ felicitatē futurā iuſtis deſiderandā. Itē Eſaias aliā Hierl'm ſupnā deſiderabat ⁊ cōmendabat/ cum dixit ca. lx. Surge illuminare Hierl'm ꝛc. Item in Hierl'm terrena erat Eſaias/ tn̄ ſupnā deſiderabat cum dicebat. Vtinā diſrūperes celos ⁊ deſcenderes ꝛc. ⁊ infra. A ſeculo non audierunt: neq̄ auribus perceperūt: oculus nō vidit deꝰ abſq̄ te q̄ ꝓparaſti expectātibꝰ te ꝛc. Ex quibꝰ ptz ꝙ alia hereditas ⁊ felicitas ineffabilis ⁊ abſq̄ cōparatione nobilior expectabat̄ a iuſtis: ⁊ ꝓparauerat deꝰ pro iuſtis. Item Daniel dicit. ix. ca. illam Hierl'm cū toto regno poſt mortē xp̄i perituram: ⁊ in tēplo abominationem vſq̄ ad cōſummationē ſeculi duraturaz. Et ca. xij. concludit poſt iudiciū incredulos ⁊ obſtinatos igne perpetuo puniendos: ⁊ fideles ⁊ iuſtos fulgentes quaſi ſplēdorē firmamēti ⁊ quaſi ſtellas in perpetuas eternitates felicitandos. Et idē explicant aut īplicite aſſerūt oēs ceteri ꝓphete. Ex quibus patet quod omnes patriarche ⁊ prophete preter illam terram promiſſam nobiliorē hereditatez deſiderabant: ⁊ expectabant futuraz in celo. ꝓpter quam patiēter tolerabāt oēs labores ⁊ perſecutiones: vt large lateq̄ demonſtrat apoſtolus ad Hebreos. xj. ⁊ per totam epl'am. ¶ Tertia cōcluſio. q̄ Abraham Iacob et ceteri patriarche et prophete non deſiderarunt ſepeliri in terra promiſſionis propter bonitatem terre: ſed vt reſurgerent cum Chriſto: quē preuiderunt in illa terra moriturum: ⁊ ſepeliendum: et noſtram redemptionem operaturū et reſurrecturum. Et hoc probabiliter oſtenditur. Nā Abraham preuidit in ſpiritu: q̄ in eodem loco erat Chriſtus pro omnibus crucifigendus: vbi

D ſepeliri i terra promiſſionis vt cū xp̄o reſurgerent. ꝛc.

ipſe immolauit ⁊ ſacrificauit arietē ꝓ Iſaac. Et idē appellauit nomē loci illius/ Dominꝰ videbit. In hebreo aūt dicitur. In monte dn̄s videbitur. quaſi dicat. Dn̄s deꝰ incarnatus videbitur imolari ⁊ crucifigi in iſto monte ⁊ loco vbi iſte aries fuit imolatꝰ pro Iſaac a morte liberato. Item Iacob in eodem loco vidit ſcalā ⁊ deū innixū ſcale. Per quod preuidit Chriſtum ibi crucifigendū/ ⁊ ideo erexit lapidē in titulum. Et ſic etiā preuidit Chriſtū inde reſurrecturum/ ⁊ in celos cū ſuis fidelibꝰ aſcēſurum vt dictum eſt. Credibile ergo eſt ꝙ Abrahā et Iacob cū ceteris patriarchis propter hanc cauſam voluerūt in illa terra ſepeliri vt inde cū Chriſto reſurgerent ⁊ cū eo in celū aſcenderent. Et ſic eſt dicendū de ceteris prophetis/ ⁊ fidelibus: quos Chriſtus eduxit de limbo inferni ⁊ ſecū adduxit ⁊ aſcenderunt in celum. ¶ Quarta concluſio/ ꝙ prophete in ſuis oraculis non commendarunt illam ciuitatem Hieruſalē ⁊ terrā Chanaā propter ſeipſaz: ſed qꝛ preuiderunt Chriſtuz in illā ciuitatē ⁊ terrā vēturū. ⁊ in ea noſtram redēptionē operaturum. Hoc ꝓbat̄. Nam aliqua ciuitas vel prouincia non cōmendatur ⁊ felicitatur niſi propter tria: ſcz aut ꝓpter fertilitatē ⁊ copiam bonoꝝ temporaliū/ aut ꝓpter bonitatem ⁊ virtutez ciuium/ ⁊ bonū regimē ciuitatis: aut ꝓpter preſentiā magni regis ipſam honorantis: ⁊ in ea magna geſta facientis ⁊ operantis. Sed illa terra nunq̄ fuit cōmēdata propter copiam ⁊ fertilitatem: quia ſemper fuit ſterilis/ ⁊ miſerrima: ⁊ inaquoſa inter circunſtantes terras. Ideo frequinter paſſa eſt inediā ⁊ penuriā victualiū: vt ptz ꝑ totuz diſcurſum patriarchaꝝ: qui frequēter fugiebāt ab ea ꝓpter famem/ qꝛ vt ſic magis cōmēdanda eſſet Damaſcus ⁊ Antiochia ⁊ Babylonia et Memphis Egypti ⁊ nr̄a florētiſſima ciuitas Valentia ⁊ Barchino: que ſemꝑ fuerunt fertiliſſime ⁊ ameniſſime. Nec etiā illa ciuitas et terra fuit vnq̄ cōmēdanda ꝓpter bonitatē ciuiū: qꝛ ſemper fuerunt mali ⁊ idolatre ⁊ raptores: nec vnq̄ defecit in illa terra et ciuitate vſura ⁊ dolus ⁊ ſeditio/ vt patet per totum diſcurſum iudicum ⁊ regum/ ⁊ poſt reedificationē templi. ¶ Ex quo ſequitur: q̄ nō propter aliud ꝓphete cōmendarunt illam ciuitatem ⁊ terram: niſi quia Chriſtus in illa erat videndus/ ⁊ miracula facturus: ⁊ noſtram redemptionē operaturus: ⁊ ſub tali conditione cōmendarunt ⁊ beatificarunt eam. Ideo dixit Dauid pſalmo. xlvij. Magnus dominus et laudabilis nimis in ciuitate dei noſtri in monte ſancto eius. Deus in domibus eius cognoſcetur cū ſuſcipiet eam ꝛc. Item Eſaie. ij. Venite aſcendamꝰ in montem domini ⁊ ad domum dei Iacob: ⁊ docebit nos vias ſuas: quia de Sion exibit lex: et verbum dn̄i de Hieruſalem. Item capl'o nono/ beatificat Galileam: ⁊ totā terram Iſrael propter preſentiam et predicationem ⁊ miracula Chriſti/ cuz ait. Primo tp̄e alleuiata eſt terra zabulon ⁊ terra Neptalim: ⁊ in nouiſſimo aggrauata eſt terra maris trās Iordanem Galilee gentium ppl's qui ambulabat in tenebris vidit lucē magnā: ⁊ infra. Paruulꝰ natus ē nobis ⁊ filiꝰ datus eſt nobis ꝛc. Itē Indue re Hierl'm veſtimentis tuis ciuitas ſancta. Itē. Dabo in Sion ſalutem et in Hieruſalē gloriā meam. Item. lxij. Propter Sion non tacebo: ⁊ ꝓpter Hieruſalē non quieſcam donec egrediatur vt ſplendor iuſtus meus ꝛc. Item Micheas capitulo. v. com

E Cōmēdarunt ꝓpter hoc hieruſalem q̄ redēptionē in ea ꝑrat.

mendat ciuitatem Bethleem: eo ꝙ Chriſtꝰ ibi erat naſciturus/ dicens. Et tu Bethleem effrata parua es in milibus Iuda. Ex te enim egredietur mihi dux ꝛc. Itē zacharie. ix. Exulta filia Sion: ecce rex tuus venit tibi iuſtus ⁊ ſaluator ꝛc. Ex oībus his ꝓphetis ptz: ꝙ nō ob aliā cauſam commendarunt Hierl'm/ niſi qꝛ in ea Chriſtus erat legē euangelicā daturus ⁊ noſtrā redemptionem operaturus: et in monte Sion ſacram eucharistiā inſtituturꝰ: ⁊ ſpiritum ſanctum ī apoſtolos ⁊ diſcipulos miſſurus ⁊ totam eccl'iam ibi incepturus ⁊ fundaturus. et ex inde per totum orbē eccl'ia Chriſti erat deriuanda. Ex ideo vniuerſalis eccl'ia toto orbe diffuſa: in ſacra ſciptura appellatur Hierl'm. eo ꝙ in illa Hieruſalē terrena fuit fundata ⁊ inſtituta per Chriſtū in apoſtolis ⁊ diſcipulis: ⁊ exinde per totū orbē fuit diffuſa: vt frequenter dictū eſt. ¶ Quinta cōcluſio ꝙ ꝓphete in oraculis ſuis nō ſolū intendunt commendare ⁊ beatificare illā Hierl'm inquantum Chriſtus in ea operatus eſt noſtrā redēptionē: et in ea fundauit eccleſiā ſed intendunt commendare Hieruſalē toto orbe diffuſam. q̄ ab illa fuit deriuata. q̄ dicit̄ eccl'ia catholica inquantū in ea videtur deus ꝑ fidē. ⁊ cōtinue predicatur euangeliū et exercent̄ eccleſiaſtica ſacra h̄ntia virtutē ex paſſiōe Chriſti in qua cōtinue offertur ſacrificiū mediatoris: et in qua paſſio Chriſti ſemꝑ exercet ⁊ operatur effectū ſuū. Itaq̄ q̄ in ī illa Hierl'm factum eſt in re. illud idem fit in voto ⁊ effectu cōtinue in eccl'ia toto orbe diffuſa: ideo vero dicit̄ Hierl'm pacifica/ qꝛ ī ea cōtinue peccatores deo pacificant̄ ⁊ reconciliant̄ ꝑ ſacramenta. Sed ꝙ ꝓphete ex cōſequenti beatificent Hierl'm toto orbe diffuſam: probat̄. Nam dictū eſt pſal. xlvij. ⁊. l. ⁊. lxiij. ⁊. lxxxvj. ꝙ eccl'ia Chriſti nihil aliū eſt niſi Hierl'm ſpiritualis ab illa materiali deriuata ⁊ per totuz orbem dilatata ⁊ diffuſa. Et illa viſio ⁊ illa pax et iuſtitia facta per Chriſtū in Hierl'm ꝓpter quam pacē ⁊ iuſtitiam et viſionē illa ciuitas ꝓphetice ſortita eſt tale nomen: fuit poſtea dilatata ⁊ diffuſa ⁊ ꝑdicata ⁊ credita ⁊ recepta ꝑ totum orbem. Ad cuius maiorem intellectum eſt notanduz ſicut dicit Rabi Chamhi ⁊ multi magiſtri hebreorum: ꝙ hoc nomen Hieruſalē nō eſt impoſitum a caſu ⁊ preter intentū illi ciuitati: immo ex diuina ꝓuidentia magno myſterio. naz duo hoīes ſācriſſimi ⁊ maxime anctoritatis impoſuerunt ipſi illud nomē: quorū primus fuit Melchiſedech/ qui ſcd̄m eos fuit Sem/ filius Noe/ ſacerdos dei altiſſimi: q̄ in illo loco obtulit deo excelſo panē ⁊ vinū pro Abrahā. Geneſis. xiiij. Iſte autem Melchieſedech nominauit illā ciuitatē Salē i. pacē ⁊ iuſtitiā. Poſtea Abrahā in alio monte ipſi iuncto q̄ dicit̄ Moria ꝓpoſuit immolare filiū ſuuz Iſaac. Sed qꝛ prohibitus ab āgelo immolauit arietem loco filij: ideo appellauit montem illū. dn̄s videbitur/ eo ꝙ ibi viſus fuit ⁊ apparuit dn̄s. Geñ. xxij. ſed qꝛ hiere hebraice idē eſt q̄ videre latine: ⁊ hu idem eſt q̄ ipſe deus ſiue eſſe: q̄ ſoli deo competit ideo hierhu idē eſt q̄ dn̄s videbitur. Et deponit̄ ibi nomen domini tertagrammaton: q̄ ſoli deo conuenit. Et hoc nomē impoſuit Abraham illi monti propter viſionē dei ibi oſtenſam. Sz qꝛ altera pars montis iam dicebatur Salem: ideo tota ciuitas q̄ totū illū mōtē cōpleta eſt dicta fuit Hieruſalem. i. viſio pacis ⁊ iuſtitie: ſiue viſio dei pacis

F Hieru… dicit… eccleſiā

Hieruſalem a Melchiſedech Salē

⁊ iuſtitie qꝛ hierhu idem eſt q̄ viſio dei: et Salem pax ⁊ iuſtitia. Et ſic dicta ē Hierl'm ꝑ ſupradictos magnos et autenticos viros. Iſti aūt rabini veruz dicunt ꝙ ꝓpter ſupradicta myſteria dicta ⁊ appellata fuit Hierl'm illa ciuitas: ſed nō percipiūt illa myſteria. Vn̄ eſt aduertendū ꝙ tria myſteria fuerūt facta in illo monte tēpore patriarcharū. Nam primo ibi Melchiſedech homo gentilis rex Salez ⁊ ſacerdos obtulit deo excelſo panē ⁊ vinum pro Abrahā: ꝑ q̄ myſteriū fuit primo figuratū qualiter Chriſtꝰ deꝰ ⁊ homo. rex ⁊ ſacerdos in eodem loco debebat inſtituere ſacramentuz euchariſtie/ in quo offertur Chriſtꝰ hoſtia ⁊ ſacrificiū ſub forma panis ⁊ vini: ꝑ q̄ ſacrificiū pacificamur et reconciliamur deo patri. Itē fuit figuratū qualiter ī eodē monte Chriſtꝰ rex ſacerdos hoſtia ⁊ ſacrificium debebat crucifigi ⁊ immolari: ꝑ quā paſſionē ⁊ ſacrificiū pctīn oīm erat puniendū: ⁊ noſtra iuſtitia facienda: ⁊ nos eramus iuſtificandi ⁊ pacificandi ⁊ deo patri reconciliandi. Et ideo appellauit illum locum ſalem. i. pacem et iuſtitiam. Sed per hoc ꝙ Melchiſedeh erat homo gentilis fuit figuratum ꝙ illud ſacrificium euchariſtie erat celebrādū ⁊ venerādū ꝑ totū ppl'm gētilē ad fidē Chriſti ꝯuerſum. Poſtea autem in altera parte eiuſdē montis/ Abrahe volenti immolare filium apparuit angelus dn̄i dicēs. Nō extēdas manū ſuꝑ puerū ꝛc. Et tunc immolauit ibi arietē. In quo myſterio ꝓuidit Abrahā in ſpiritu qualiter in eodez loco Chriſtꝰ pro toto humano genere erat immolandus: ⁊ crucifigēdus ⁊ videndus. Et ideo appellauit illum montem Dn̄s videbit. immo. in hebreo dicit̄ Dn̄s videbitur. Et ly dn̄ ſcribitur cum quatuor literis: q̄ nomen ſoli deo conuenit. Quaſi dicat. dn̄s deꝰ incarnatꝰ videbitur immolari. et crucifigi in iſto loco e. iſta figura implebit̄. Naz ſicut ego immolaui iſtū arietem pro filio meo ⁊ loco eius: ita Chriſtus futurus de carne mea immolabit̄ in iſto loco: ⁊ videbitur crucifigi pro liberatione totius generis humani. Et ſic in iſto loco dn̄s videbit̄ adimplere iſtā figurā ⁊ myſteriū ſeipſum offerendo. Et ſic ptz ꝙ illi ciuitati nō fuit impoſitū hoc nomem Hierl'm a caſu ſed ex ſacramento ⁊ myſterio: ⁊ ꝑ ꝯñs nō eſt nomē caſuale: ſed ſacramentale. Et ſic eſt dicēdū de Siō ⁊ Iuda ꝛc. Nā Sion interpretat̄ ſpecula. Vn̄ deus videt̄ ⁊ ſpeculatur vbi Chriſtus erat ſpeculandus. Et Iudea interpretatur cōfeſſio: vbi Chriſtus erat cōfitendus ⁊ recipiendus ab apoſtolis ⁊ diſcipulis. Et ſic ptz q̄ iſta noīa nō fuerūt impoſita a caſu: ſed myſtice ⁊ ꝓphetice ꝓpter futura myſteria que in illis locis erant cōplēda. ⁊ qꝛ ex illis locis tota eccl'ia erat inchoanda ⁊ deriuanda: ⁊ et poſtea ꝑ totū orbē diffundenda ⁊ amplianda. Tertio aūt in eodē mōte vidit Iacob ſcalā in ſummitate et dn̄m innixū ſchale. ꝑ q̄ ꝓuidit myſteriū incarnationis ⁊ paſſionis ⁊ reſurrectionis ⁊ aſcenſionis Chriſti vt dictū eſt. Et iō eleuauit lapidē in ſignū vnctum oleo: ad ꝑfigurandū qualiter in eodē loco Chriſtus erat eleuandus in cruce ꝓ ſalute oīm noſtrum: et appellauit nomen loci illius Bethel. i. domus dei que ante luza vocabat̄/ dicēs. Terribilis eſt locus iſte: non eſt hic aliud niſi domus dei et porta celi. Geñ. xxviij. quaſi diceret. In loco iſto xp̄s terribiliter triūphabit de diabolo. Et per iſtam portā crucis oēs intrabimus in celum: ⁊ per iſtam ſchalam

Tria miſteria fuerunt facta in monte moria

aſcēdemus cū Chriſto Et ideo appellauit locum il lum Bethel. Iudei aūt dicunt ꝙ Jacob dormiuit ⁊ vidit ſcalā in loco illo pūctualiter vbi poſtea fuit templū edificatum. Sed quicquid ſit ſufficit qḋ ci uitas Hierl'm fuit edificata ⁊ ampliata et extenſa ſupra totum illū montē vbi facta et viſa fuerunt illa tria myſteria: ſcꝫ vbi Melchiſedech obtulit pa nem et vinū: ⁊ vbi Abrahā immolauit arietē: ⁊ vbi Jacob vidit ſchalā. Et ideo appellata fuit Hierl'm id eſt viſio future pacis ⁊ iuſtitie: eo ꝙ ibi Chriſtꝰ erat videndus ⁊ impleturus illa tria myſteria ibi figurata. Unde abrahā non appellauit illū montē dñs viſus eſt / ratione viſionis facte / ſed dñs vide bitur de futuro rōne viſiōis adimplēde. Ex quibꝰ ptꝫ ꝙ illa nunꝗ fuit vera Hierl'm vſquequo ille vi ſiōes ⁊ figure fuerunt ꝑ xp̄m implete ſcꝫ vſquequo viſus eſt Chriſtus ibi p̄dicare ⁊ inſtituere euchari ſtiā ⁊ cruſifigi ⁊ reſurgere ⁊ aſcendere iu celū ⁊ mit tere ſpm̄ ſanctū in illā ſanctā ſocietatē in qua erat vera pax ⁊ viſio veritatis totiꝰ ſacre ſcripture. Et ſic cōpletis oībus myſterijs noſtre redēptionis ꝑ Chriſtū ſola illa ſancta ſocietas fidelium dicta eſt vera Hierl'm ⁊ vera viſio pacis ⁊ iuſtitie et vere pa cificata et iuſtificata per xp̄m. Sed quia illa ſan cta ſocietas diffuſa fuit poſtea predicando ꝑ totuꝫ orbem cōuertendo ad fidē totum populū gentilem qui per fidem Chriſti fuit deo patri iuſtificatus et ꝑ cificatus ⁊ recōciliatꝰ: ergo tota religio chriſtia na toto orbe diffuſa dicit̄ vera Hieruſalē: eo ꝙ ha bet omnes cōditiones propter quas illas ciuitas materialis ꝓphetice ⁊ myſtice appellata fuit Hie ruſalē. Nam iſta eſt vere pacificata ⁊ iuſtificata in Chriſto: ⁊ iſta videt ⁊ credit Chriſtū verum deum ⁊ hoīem crucifixū ⁊ paſſuꝫ: ⁊ reſurrexiſſe ⁊c. Et ꝙ fa ctū eſt in illa ciuitate ſemel: fit in iſta quotidie. Nā ibi ſemel Chriſtus pro nobis crucifixus eſt: ſed in iſta Hieruſalē toto orbe diffuſa quotidie ⁊ iugiter offertur in altari in memoriam illius paſſionis ad noſtrā recōciliationē ⁊ ſalutem: ⁊ per conſequens Chriſtus ſemper operat̄ effectum noſtre redēptio nis in hac eccleſia et chriſtiana religione ꝑ eccle ſiaſtica ſacramenta: in quibus lucet et viget paſ ſio Chriſti. Ex quibus patet / qḋ ipſa eſt vera Hie ruſalem ab illa deriuata ⁊ toto orbe diffuſa et dila tata Et hanc dilationem preuidit Jacob in illa vi ſione: quādo dominus innixus ſchale dixit. Ego ſū dominꝰ deus Abrahā patris tui: ⁊ deus Iſaac: ter ram in qua dormis tibi dabo ⁊ ſemini tuo: eritque ſemen tuū quaſi puluis terre: dilataberis ad oriē tem ⁊ occidentē ⁊ ſeptentrionem ⁊ meridieꝫ. Et be nedicentur in te ⁊ ſemine tuo cuncte tribus terre ⁊c. quaſi diceret myſterium huius viſionis imple bitur in loco iſto: ⁊ hic edificabitur vera Hieruſalē per incarnationem / ⁊ predicationem: ⁊ paſſionem: ⁊ reſurrectionē ⁊ aſcēſionem Chriſti: ⁊ ſpiritꝰ ſan cti miſſionem: qui Chriſtus erit de ſemine tuo ſm carnem: q̄ ciuitas erit ſocietas filiorū tuorū ſꝫ ſpm̄ ⁊ ꝓmiſſioneꝫ. Et dilatabit̄ iſta ciuitas ſeminis tui ad orientē ⁊ occidentē ⁊ ſeptētrionē ⁊ meridiē. Et reddit cām quō dilatanda erat iſta ciuitas dicens: q̄ in te ⁊ ſemine tuo benedicentur omnes tribus terre ex quibus ptꝫ ꝙ oēs tribus ⁊ nationes ⁊ gen tes terre erant in Chriſto benedicende recipiendo eum ⁊ credendo miſteriū incarnationis ⁊ noſtre re dēptionis: qḋ per illā ſcalā ⁊ viſionē ꝑfigurabā

tur ⁊ per dñs eccleſia que toto orbe diffuſa eſt et dilatata erat dicēda vera Hierl'm. Et ſic ergo dicē dum ꝙ qñ ꝓphete cōmendant ⁊ beatificāt Hierl'm nō ſolū loquuntur d̄ illa materiali, in qua Chriſtꝰ fuit viſus in carne ⁊ operatus eſt noſtram redēptio nē: ſed loquunt̄ etiā ſimul de iſta Hierl'm toto or be diffuſa: q̄ diriuata ⁊ orta ⁊ cōtinuata ⁊ dilatata eſt ab illa: eo modo quo dictū eſt. Et hoc probatur multipliciter ꝑ dicta ꝓphetarū: nā ea q̄ dicta ſunt pſal. xlvij. ⁊ l. ⁊ lxiij. ⁊ lxxxvj. nō poſſunt verifica ri preciſe de illa ſola Hierl'm materiali: q̄ illa non fuit edificata in exultatiōe vniuerſe terre: ⁊ illa iā erat edificata tēpore Dauid: ⁊ iam offerebant̄ in il la diuerſa ſacrificia: ⁊ in illa nunꝗ fuit tanta ꝓſpe ritas: prout memorat̄ pſal. lxiij. nec poſſet capere tot nationes ⁊ gētes quot memorant̄ pſal. lxxxvj. vbi dicit̄ ꝙ ibi erit Raab. i. egyptus ⁊ ppl's Baby lonis ⁊ Ethiopū ⁊c. ergo ſequit̄ ꝙ illa nō poſſunt intelligi niſi de iſta Hieruſalē toto orbe diffuſa: vt in predictis pſalmis viſum eſt. Item illud Eſa. ij. Erit in nouiſſimis diebus preparatꝰ mons domus dñi in vertice montiū: ⁊ fluēt ad eū oēs gentes: et ibunt populi multi ⁊ dicent. Uenite aſcendamus ⁊c. non poteſt verificari de illa ſola Hieruſaleꝫ ma teriali: q̄ ad illā nō poſſent flue oēs ꝓpl'i et gētes nec poſſent in ea capi: ſed verificatum eſt de Hie ruſalē toto orbe diffuſa ad quā venerūt oēs gētes ⁊ populi ad fidē Chriſti recipiendā. Iteꝫ illud Eſa. liiij. Lauda ſterilis q̄ nō paris ⁊c. dilata locum tēto rij tui: ⁊ pelles tabernaculorū extende: ne parcas: longos fac funiculos tuos ⁊ clauos tuos cōſolida Ad dexterā enim ⁊ leuā penetrabis. Et ſemē tuum gētes hereditabit: ⁊ ciuitates deſertas inhabita bit ⁊c. Omnia iſta enim ſunt impleta in hac Hieru ſalem ſpirituali toto orbe diffuſa: q̄ per totū orbeꝫ dilatauit funiculos et tentatoria ſua. Et oēs gētes xp̄o ſubiecit: ⁊ in ſe concluſit per fidem. Itē omnia illa que ſcribunt̄ Eſa. lx. ſ. Surge illuminare Hie ruſalē ⁊c. nō poſſunt verificari de illa Hieruſalem materiali niſi initiatiue: q̄ completiue fuerunt ve rificata in iſta noſtra Hieruſalem toto orbe diffu ſa: q̄ in iſta fuit tota gloria dñi et viſa: et in iſta fūt congregate omnes gētes: et filij huius de longe ad eam venerunt / ⁊ multitudo gentiū in iſta conuer ſa eſt: ⁊ ꝑ iſtā volarūt app'li vt nubes portātes plu uiam euangelicā: et vt colūbe per doctrinā ſimpli citatis ⁊ innocentie. Et iſti tanꝗ naues portarūt fi deles ex inſulis ad iſtam Hieruſalē et eccleſiā. Et muros huius Hieruſalem edificarunt peregrini de populo gentili noviter conuerſi. Nam Conſtanti nus conſecrauit palatium ſuum in laterano in ho norem ſaluatoris. Et ceteri reges edificarunt no uas eccleſias: ⁊ eas multis diuitijs ⁊ precioſis or namentis dotauerunt. Et non ſolum peregrini do tauerunt eccleſiam bonis temporalibus: ſed etiaꝫ ſpiritualibus ⁊ doctrinalibus. Nam Origenes: et Hieronymus: ⁊ Athanaſius / et Auguſtinus qui ve niebant de populo gentili: ſcientia et moribus et doctrinis et libris eccleſiā dei decorauerunt: vt pa tebit deo dante in expoſitione canticorū Salomo nis. Et ſic eſt dicendum de toto reſiduo libri Eſa. maxime a xl. cap'lo vſq; ad finem: q̄ licet quādoq; initiatiue loquat̄ de illa particulari Hieruſalem i quam Chriſtus erat venturus: et noſtram redem ptionē in ea operaturus: tñ cōiter loquit̄ de Hieru

ſalē vniuerſali toto orbe diffuſa ꝑ grām: ⁊ in celo ꝑ gloriam. Et eundē ordinem tenent ceteri ꝓphete. ¶ Ex ſupradictis ſequit̄ ꝙ hoc nomē Hierl'm non fuit impoſitū illi ciuitati gratia ſui: ſed in ſignum ⁊ figurā ꝓpt̄ ſupradicta myſteria noſtre redēptio nis q̄ in ea erant implenda: ⁊ ſic illa ciuitas com pleuit curſum ⁊ officiū ſuū per ſupradicta myſte ria facta ꝑ xp̄m. Et iō poſt paſſionē ⁊ reſurrectio nem ⁊ aſcēſionem Chriſti ⁊ poſt ſpiritus ſancti miſ ſionē fuit deſtructa cōpleto ſuo officio. Et ſic cete ra oīa legalia fuerūt mortua ⁊ deſtructa: ⁊ ſic om nia ceſſarunt. Itē Chriſtus in illa ciuitate Hierl'm materiali edificauit Hieruſalē ſpūalē. nam funda menta huius ciuitatis ſunt articuli fidei ⁊ eccl'ia ſtica ſacramenta: que oīa hñt virtutē ⁊ effectuꝫ ex paſſione Chriſti. vñ in monte Caluarie Chriſtꝰ fuit crucifixus: ex cuius latere orta eſt eccl'ia qñ exiuit ſanguis ⁊ aqua. vnde hñt virtutē oīa ſacramenta ad regenerandos fideles huius magne ciuitatis. Nā ꝑ baptiſmū ſunt regenerati ⁊ multiplicati oēs fideles ꝑ totū orbē. Itē in mōte Sion Chriſtus in ſtituit ſacramentū euchariſtie: qḋ eſt caput totius eccl'ie. Itē in eodē loco Chriſtus miſit ſpiritū ſctm̄ in ap'los ⁊ totā illā ſanctā ſocietatē: in qua erat to ta Chriſti eccleſia: ⁊ vera Hierl'm vna fide ⁊ pace ſociata. ⁊ exinde fuit toto orbe diffuſa ⁊ dilatata ꝑ regenerationem baptiſmalē. Et ſic patet ꝙ in illa Hieruſalem materiali fuit fundata ⁊ inchoata ma gna Hierl'm ſpiritualis ꝑ Chriſtū / ⁊ poſtea ꝑ apo ſtolos ꝑ totum orbem ampliata. Ex quibus ptꝫ qḋ ſola eccl'ia Chriſti eſt vera Hierl'm ⁊ vera terra ꝓ miſſionis ꝓmiſſa fidelibus hic ꝑ gratiam: ⁊ ſola he reditas celeſtis eſt vera Hierl'm ꝓmiſſa iuſtis in futuro ꝑ gloriā. Sed miſeri ⁊ ceci Iudei non valen tes capere ſacramenta dei nec intelligentiā legis ⁊ ꝓphetarū ꝓpter maledictionē eis ex pctō infli ctam: oīa intelligunt literaliter de illa Hierl'm ma teriali ꝑ falſum meſſiam quē fruſtra expectāt fore implēda. Uñ dicūt ꝙ ille meſſias capiet montem Sinai ⁊ montē Thabor: ⁊ collocabit eos iuxta mon tē Sion: ⁊ ſuꝑ iſtos tres mōtes edificabit Hierl'm nouam: ad quam confluent oēs gentes ⁊ regna. Et ſic gloſſant illū pſal. lxxxvj. ſ. Fundamenta eius in montibus ſanctis ⁊c. Sed quantum ſit talis poſi tio impoſſibilis ⁊ irridenda / cuicunq; ſane mentis eſt manifeſtū. Ideo nos q̄bus datum eſt noſſe my ſterium regni dei / agamus gratias. ⁊ ſeruiamus redemptori noſtro in hac Hierl'm per gratiā expe ctantes futuram per gloriā: ipſi autem maneant in ſua cecitate vſq; ad veſperam mundi. ¶ Sexta cō cluſio: ꝙ illa terra Chanaā cum fructibus ⁊ bonis temporalibus nō fuit promiſſa ⁊ data filijs Iſrael in premium preciſum ⁊ ſolidum pro obſeruantia le gis Moyſi. Probatur nam ſequeretur ꝙ aut deus eſſet ingratus ⁊ iniuſtus dando eis terram tam ſte rilē ⁊ miſeram ꝓ obſeruantia legis tā dure ⁊ diffici lis: aut ꝙ ſupſtitio gentiliuꝫ fuiſſet perfectior ⁊ no bilior q̄ lex data per Moyſen. Hoc probatur. nam ſcḋm eos illa terra dabatur in ſolum premium: ſed terra quam poſſidebāt gentiles: et poſſident hodie ſarraceni: ſcilicet Damaſcenus: et Babylonia: et Egyptꝰ: et Grecia ⁊ optima terra Iudeorum erant et ſunt abſq; proportione nobiliores ⁊ fertiliores ⁊ ameniores et ditiores q̄ illa terra chanaan: vt di ctum eſt: et ptꝫ intuenti naturam ⁊ differētiā ſitus

orbis. ergo ſequitur ꝙ vilior terra mundi data fuit filijs Iſrael in premium: quod eſſet contra iuſtitiaꝫ: ſi illa terra ſola daretur in premium: aut eſſet dicen dum ꝙ melius ſeruiebant deo gentiles cum ſua ſu perſtitione q̄ Iſraelite obſeruando illaꝫ legem: q̄ ſecundum acceptationem legis ⁊ ſeruitutis datur i premium. Aut eſt dicendum ꝙ preter illā terrā et bona tēporalia: alia bona ſpiritualia ⁊ eterna erāt eis danda: vt ſupra probatum eſt. Itē ſi lex Moyſi ſolū ⁊ preciſe ꝓmitteret illā terrā Chanaā cum fru ctibus ſuis obſeruatoribus ſuis in p̄miū: ſequere tur ꝙ nō eſſet lex diuina: nec differret a legibus hu manis: que ſoluꝫ promittunt premium temporale: qḋ eſt falſum. nam tripliciter differt lex diuina ab hu mana. ſ. fine officio / ⁊ premio: vt dictum eſt in prin cipio huius articuli. igitur oſtenditur ꝙ vltra illaꝫ terraꝫ materialē ⁊ paruā ⁊ miſerā ꝓmitteret terrā viuentium per illā intellectam: q̄ maius premium debetur obſeruatoribus legis diuine q̄ humane. ¶ Septima concluſio ꝙ ſicut obſeruantia circun ciſionis ⁊ ceterorum legalium dabatur deo non in pretium ſolidum: ſed in ſignuꝫ federis ⁊ futuri p̄tij ſoluendi ꝑ Chriſtū. Ita illa terra Chanaā non fuit ꝓmiſſa ⁊ data illi populo in premiū ſoliduꝫ ⁊ preci ſum: ſed in ſignū premij futuri ⁊ eterni qḋ acceptu ri erant a Chriſto in ſuo aduentu. Prima pars eſt probata in prima ⁊ ſcḋa queſtione. Scḋa aūt pars probat̄. nā premium debet correſpondere labori: er go ſi totus labor obſeruātie illius legis non daba tur niſi in ſignum: ergo non recipiebant nec poſſi debant illam terrā cum ſuis bonis temporalibus: niſi in ſignum premij futuri perfecti dandi eis per Chriſtum. vnde ſicut omnia ſacrificia et ſacramen ta et cetera legalia ſignificabant ⁊ figurabāt Chri ſtum et paſſionem eius que pro nobis erant offe renda: ita illa terra promiſſa cum ſuis fructibus ⁊ bonis temporalibus ſignificabat ⁊ figurabat to tam iſtā eccleſiā cum bonis gratie: et ſupernā ter ram viuentium cum bonis glorie. Et ſic eſt dicen dum ꝙ illa terra fluēs melle ⁊ lacte figurabat iſtā eccleſiā fluentem lacte ſacramentorum ⁊ melle do ctrine euāgelice. Et per frumentum et vinum illius terre figurabatur ſacramētum euchariſtie in quo offertur Chriſtus mediator ſub forma panis ⁊ vini: et per oleum figurabantur cetera ſacramenta ad noſtram ſalutem et ſanitatem collata. Item per frumentum vinum et oleum illius terre figuraba tur fides articulorum et gratia ſacramentorum: et obſeruantia: ⁊ iuſtitia preceptorum ⁊ conſiliorum huius eccleſie: et viſio diuine eſſentie et poſſeſſio ⁊ fruitio eiuſdem in regno celorum: quam patres et omnes fideles veteris teſta. acceperunt nobiſ cū in Chriſto ꝓpter fidem quā habuerunt de Chri ſto futuro: in cuius fide obſeruabant illā legem. Et ideo dicit Aug. ſuꝑ Joā. ij. ſuꝑ illud. Sicut Moy ſes exaltauit ſerpentē in deſerto ⁊c. q̄ hoc intereſt inter figurā ⁊ imaginē ⁊ rē ipſam. nā figura p̄ſtabat vitā tꝑalē: ſed res ipſa / cuiꝰ figura erat. p̄ſtabat vi tā eternā. Uñ eſt aduertendū ꝙ duo erant cōſide rāda in obſeruātia legis ve. te. Primo ꝯſiderabat̄ obediētia ⁊ labor in obſeruando illā legē. Scḋo fi des xp̄i futuri redemptoris ⁊ p̄miatoris. Et ſic ꝓpt̄ primū dabat̄ eis illa terra cū ſuis fructibus ⁊ bo nis tꝑalibus. Iō qñ p̄uaricabant̄ ⁊ declinabant ad idola: ilico deꝰ affligebat eos: ⁊ ꝑdebāt illā terrā: ⁊

Illa terra erat figura eterni p̄mij.

duo cōſyderāda i obſeruantia le. ve.

ſubijciebat eos gētib⁹ alienigenis: vt ptꝫ ꝑ totum
diſcurſum libri Judicū ⁊ regū. Sed ꝓpter fidem
xp̄i ſub qua obſeruabant legē ꝓmittebat eis Chri-
ſtus ⁊ fruct⁹ redēptionis ⁊ glorie: eo modo quo ſu-
pra dictū fuit: non explicite/ſed implicite: ⁊ iō non
profuit redēptio Chriſti niſi illis q̄ vixerunt ſub fi-
de ⁊ ſpe eius. Et iſti ſoli acceperūt repromiſſiones
per xp̄m: vt ptꝫ ad Heb. xj. Et ſic ptꝫ q̄liter illa terra
⁊ bona tp̄alia non fuerunt eis promiſſa et data in
premium p̄ciſum: ſed in ſignum p̄mij futuri: quod
erant accepturi in Chriſto ꝓpter fidē. Et ſic eſt in-
telligēda ſacra ſcriptura vet. teſt. vbicūq; in lege/
aut in ꝓphetis ꝓmittunt talia tp̄alia. Iſta aūt ſe-
prima cōcluſio ꝓbatur experimēto. nam poſtq̄ lex
Moyſi q̄ ſignificabat Chriſtū ⁊ eius eccleſiam fuit
mortua ſimul cum Chriſto: ⁊ bona ſpūalia ſignifica
ta ꝑ bona tp̄alia illi⁹ terre ſurrexerūt ſimul cū chri-
ſto illico illa terra Chanaā fuit mortua ⁊ deſtructa
ꝑ iudeis: q: illico fuerunt expulſi ex ea. ⁊ nunq̄ am-
plius poſſederunt eā. Et ſic ptꝫ primo ꝙ illa terra
nō fuit eis data niſi in ſignum premij futuri dandi
per Chriſtum: ⁊ ſic adueniente vero premio bono-
rū gratie ceſſauit premium tēporale figuratiuum.
Scdo oſtendit experimentaliter: q: poſtq̄ illa lex
non erat obſeruanda poſt aduentum Chriſti: ideo
non amplius illam terram poſſederunt: q: poſſeſ-
ſio eius ſimul cū lege fuit mortua ⁊ abdicata ⁊ fini-
ta: ⁊ ſimul cū lege ceſſauit: q: ſimul cū lege erat ſi-
gnum futuroꝝ bonoꝝ. Sed Judei occecati etiam
experimētū nō ꝑcipiunt. ¶ Octaua concluſio: qꝺ
meſſias in lege ꝓmiſſus nō erat daturus bona tem-
poralia: ſed ſpūalia: nec erat liberaturus illum po-
pulū de captiuitate tp̄ali: ſed totū genus humanū
a pctō ⁊ ſeruitute eterna ⁊ ſpūali. Probat primo: q:
nā ipſe erat venturus in paupertate ⁊ humilitate:
ergo non erat venturus ad dandum bona tp̄alia.
Hoc probatur. zacha. ix. Exulta ſatis filia Siō: ⁊ iu-
bila filia Hieruſalē: ecce rex tuus venit tibi iuſt⁹ ⁊
ſaluator ipſe pauper aſcēdens ſuper aſinā ⁊ ſuper
pullū filiū aſine ⁊c. qꝺ fuit impletū per xp̄m in die
ramiſpalmarum. Itē Eſa. liij. Et aſcendet ſicut vir-
gultū corā eo: ⁊ ſicut radix de terra ſitienti: non eſt
ſpecies. neq; decor eius. Et vidim⁹ eū deſpectum ⁊
nouiſſimū viroꝝ ⁊c. Propter que verba dixerunt
quidā magiſtri hebreoꝝ: ꝙ rex: meſſias iam natus
fuit in fine ſcdi tēpli: ſed vadit ꝑ mundū tanq̄ pau-
per: ⁊ tandē reperietur Rome mēdicās inter lepro-
ſos. Sufficit ꝙ oīa oracula ꝓphetarum nihil aliud
clamāt niſi qꝺ Chriſtus erat venturus in pauper-
tate ⁊ deiectione ad humiliandum ⁊ ſubijciendum
ſuꝑbos. Sed ꝓbatur ſcda pars: nam meſſias pro-
miſſus tria bona ſpūalia erat daturus. primo ſcien-
tiā ⁊ doctrinam. Eſa. ij. Venite aſcēdam⁹ ad mōtē
domini: ⁊ ad domum dei Jacob: ⁊ docebit nos vias
ſuas: ⁊ ambulabim⁹ in ſemitis ei⁹: q: de Sion exi-
bit lex ⁊ verbū dñi de Hieruſalē ⁊c. Itē xj. Egredie-
tur virga de radice Ieſſe ⁊ flos de radice ei⁹ aſcen-
det: ⁊ requieſcet ſuꝑ eū ſpūs dñi/ſpūs ſapie ⁊ intel-
lect⁹ ⁊c. ꝑ totum cap. ⁊ ꝑ totū librū ⁊ oēs ꝓphetas.
Scdo erat liberaturus homines a peccato ⁊ datu-
rus remiſſionē pctōꝝ ⁊ grām. pſal. lxxj. Liberabit
pauperem a potente: ⁊ animas pauperum ſaluas
faciet ⁊c. Itē Eſa. lxj. Spūs dñi ſuper me: eo quod
vnxit me. Ad annunciandum manſuetis miſit me:
vt mederer contritis corde: ⁊ predicarem captiuis

R
Xp̄s
erat da-
turus
ſpūa-
lia.

indulgentiam/⁊ clauſis apertionem: ⁊ predicarem
annum placabilem dño deo ⁊c. Item Eze. xxxvj.
Effundā ſuper vos aquā mundā ⁊ mundabimini ab
oībus inquinamētis veſtris ⁊c. Item zacha. xij. In
die illa effundam ſuper domū Dauid ⁊ ſuper habi-
tatores Hierl'm ſpm̄ gratie ⁊ precū. Itē infra cap.
xiij. In die illa erit fons patens domui Dauid ⁊ ha-
bitantibus Hierl'm: in ablutionem pctōris ⁊ men-
ſtruate ⁊c. Tertio meſſias erat datur⁹ vitā eternā
⁊ gloriā: vt patuit per totā expoſitionē pſalterij ⁊
maxime pſal. lxxxiij. vbi dicit. Beati qui habitant
in domo tua dñe: in ſecula ſeculoꝝ laudabunt te.
ꝓtector noſter aſpice de⁹ ⁊ reſpice in faciē xp̄i tui:
q: melior eſt dies vna ī atrijs tuis ſuper milia: q:
miam ⁊ veritatē diligit deus: grām ⁊ gloriam da-
bit dñs ⁊c. In quib⁹ verbis ⁊ toto pſal. oſtenditur
qualiter Chriſt⁹ expectabat vt daret grām in pre-
ſenti ⁊ gloriam in futuro. Et hoc idem ptꝫ per oīa
oracula ꝓphetarū. Itē ꝙ bona ꝓmiſſa tp̄e meſſie
nō debebant eſſe tp̄alia/ſed ſpūalia: non ſolū ptꝫ ꝑ
ꝓphetas: ſed etiam per ſapientiores magiſtros he-
breoꝝ. Vn̄ ait Rabi moſſe abēmaymō in libro Iu-
dicum in ſentētijs regū: ꝙ nō deſiderarūt ꝓphete
⁊ ſapiētes tp̄e meſſie vt dn̄arent ſuper orbem: nec
vt haberent ꝑtātem in gentibus: nec ad comeden-
dū: nec ad bibēdū: nec ad delitias ⁊ voluptates: ſꝫ
vt vacarēt in lege ⁊ ſapia: vt eſſet eis fas habere vi-
tam ſeculi vēturi: ſicut declarauimus in ſentētijs
de pn̄ia: ⁊ in illo tp̄e oēs diuitie reputabunt tanq̄
terra: ⁊ nō erit occupatio in Iſrael niſi ad ſciēdum
dn̄m: ideo erunt ſapientes magni: ⁊ ſcient verba
clauſa ⁊ obſcura: ⁊ attingent ſcientiā ſui creatoris:
vt dictum eſt. Eſa. xj. q: tunc erit terra repleta ſcia
dñi ⁊c. Et ſic ptꝫ ꝙ tria bona ſpūalia erat daturus
meſſias in lege ꝓmiſſus. ſ. veram ſciam. ⁊ remiſſio-
nem pctōꝝ: ⁊ grām in pn̄ti ⁊ gloriā in futuro: non
bona tp̄alia ſicut expectant miſeri Judei. Et ideo
Chriſtus iudeis tp̄alia petētibus oſtendit Joā. vj.
ꝙ ipſe nō venerat ad dādum tp̄alia ſed ſpūalia. Vn̄
ait. Operamini non cibū qui perit: ſed qui perma-
net in vitam eternam: quem filius hoīs dabit vo-
bis. Ego ſum panis vite. Patres veſtri manduca-
uerunt manna in deſerto ⁊ mortui ſunt. Sed pa-
nis quem ego dabo: caro mea eſt pro mundi vita.
Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in eter-
num ⁊c. Et infra dicit diſcipulis. Verba que locu-
tus ſum vobis ſpiritus ⁊ vita ſunt. caro enim non
poteſt quicq̄ ⁊c. Vbi oſtendit Chriſtus ꝙ ipſe non
venerat ad dandā illā terrā chanaā: nec mel et lac:
nec panem ⁊ vinū materiale: ſed ad dandam veraꝫ
ſcientiam: ⁊ grām in preſenti ꝑ eccleſiaſtica ſacra:
et gloriam in futuro: nec venerat ad dandū cibum
et potum materialē: q: illū dat etiā infidelibus cū
ceteris bonis tēporalibus: vt patet Matth. vj. Sꝫ
dicit quod deſcendit de celo ad dandum cibum ſpi-
ritualē gratie in p̄ſenti ⁊ glorie in futuro. ¶ Quā-
tum ad ſecundum articulum ponitur prima con-
cluſio quod iſta nomina Abraham et Iſrael et Ja-
cob non ſunt nomina carnis ⁊ nature: ſed nomina
gratie et promiſſionis ⁊ fidei et ſacramenti. Pro-
batur: nam hoc nomen Abram fuit impoſitū ipſi a
natiuitate ſm̄ carnem: ſed cuꝫ data fuit ipſi circum-
ciſio: deus impoſuit ipſi nomen Abraham in ſignū
gratie: eo quod erat futurus pater multarum gen-
tiū: vt patꝫ Gene. xvij. vnde tale nomen fortius eſt

Abrahā poſtq̄ crediderat deo: q̄ quidē fides repu-
tata eſt ipſi ad iuſtitiā: vt ptꝫ Geñ. xv. Ex quo patet
ꝙ datum eſt tale nomē in ſignum fidei inquantum
credidit: ⁊ etiā in ſacramentū inquantū erat futu-
rus pater multarum gentium: ⁊ inquantum om̄es
gentes erant benedicende et regenerande in ſemi-
ne eius qui eſt xp̄s: vt ptꝫ Geñ. xxij. Ex quib⁹ patet
ꝙ hoc nomē Abrahā nō eſt nomē carnis ⁊ nature:
ſed fidei ⁊ gratie ⁊ ſacramenti. Ex ſupradictis patꝫ
ꝙ ſicut Abrahā habuit duo noīa vnum ſm̄ carnem
⁊ naturam: ⁊ alterum ſm̄ gratiam ⁊ ſacramentum:
ita fuerunt ꝓmiſſi ipſi duplices filij. ſ. filij carnis ſi-
ue ſm̄ carnē: ⁊ filij ſm̄ ſpm̄ ⁊ fidē ⁊ gratiam ⁊ ſacra-
mentum. Nam illi fuerunt filij carnis tm̄ qui nati
ſunt ipſi per Iſmaelē ſecundū carnem: ſed illi fue-
runt filij ſpūales ⁊ fidei tantū qui ſecuti ſunt fidem
eius de Chriſto meſſia futuro: ⁊ de talib⁹ facta fuit
vera et ſpūalis ꝓmiſſio. Hoc aūt ꝓbat ꝓut dictuꝫ
eſt in prima concluſione p̄cedentis articuli: nā qū
deus dixit Geñ. xv. Abrahe: Reſpice celum ⁊ nume-
ra ſtellas ſi potes ⁊c. per celū intellexit et promiſit
hereditatē celeſtem. Et per ſtellas intellexit filios
ſpūales q̄ erant in Chriſto regenerandi: quibus ꝓ-
mittebat hereditatem in celo. Item Gene. xxij. qū
dixit. Multiplicabo ſemen tuū ſicut ſtellas celi/et
ſicut arenā que eſt in littore maris: ⁊ in ſemine tuo
benedicentur oēs gentes ⁊c. per ſtellas celi promi-
ſit ipſi filios ꝓmiſſiōis ⁊ gratie ⁊ ſacramenti fidei:
et per arenā intellexit filios carnis. Et ſic ptꝫ qua-
liter duplices ſunt filij Abrahe/ſcilicet carnis ⁊ fi-
dei: eo quod Abraham non eſt nomen carnis ⁊ na-
ture: ſed fidei ⁊ gratie ⁊ ſacramenti. Item hoc ideꝫ
eſt dicendū de hoc noīe Jacob: q: nō fuit ipſi impo-
ſitum a caſu: nec ſm̄ carnē: ſed ꝓpter myſteriū qꝺ
importatur per hoc nomen Jacob qꝺ interpretat
ſupplantator: eo ꝙ ter ſupplantauit Eſau fratrem
ſuū. Nā prīa litigans cū eo eiecit ipm̄ de ventre ma-
tris tenēs plātā eius. Et ideo Rebecca vocauit ipꝫ
Jacob. i. ſupplantatorem: vt ptꝫ Geñ. xxv. Secūdo
Jacob ſupplantauit Eſau fratrem ſuū qū emit ab
eo primogenituram pro cibo lenticularum. Tertio
ſupplantauit eum alia vice/qū ſurripuit ipſi bene-
dictionem dum iuit ad venanduꝫ cibos pro patre:
vt patet. Geñ. xxvj. Per quos quideꝫ duos fratres
ſ. Jacob ⁊ Eſau figurabant duo populi venturi ex
Iſaac ⁊ Jacob: et figurabantur duplices filij. ſ. filij
carnis ⁊ filij gratie. Et figurabant tres ſupplanta-
tiones quibus filij gratie debebant ſupplantare fi-
lios carnis. Per eandem etiam rōnem Iſrael non
eſt nomen carnis ⁊ nature: ſed nomen myſterij ⁊ fi-
dei ⁊ grē: nam hoc nomē Iſrael impoſitū fuit a deo
ipſi Jacob in adulta etate vltra dimidium vite: qū
luctatus eſt cū angelo iuxta torrentē Jaboꝫ. eo qꝺ
vidit deum in forma viri facie ad faciem: et fuit fa-
non carnalia concedere. Et ideo eſt aduertendum ſecūdum oēs prophetas: ꝙ Chriſtꝰ Meſſias in lege ꝓmiſſus ſeptem erat principalr̄ inter cetera facturus. Nā primo erat ī ſecundum templū vēturꝰ. Scd̄o erat legē nouā ⁊ perfectā ⁊ vniuerſalē ⁊ cōmunē oībus gentibus ⁊ nationibus daturꝰ. Tertio erat ꝓ oibus moriturꝰ: ⁊ oēs a peccato ꝑ mortem ſuā liberaturus. Quarto erat reſurrecturus. ⁊ poſt reſurrectionē vniuerſaliter regnaturus in celo ⁊ in terra ⁊ in inferno. Quinto debebat mittere ſuos diſcipulos ex iudeis conuerſos ꝑ totū orbem: qui totū populū gentilē debebant xp̄o ſubijcere: ⁊ oīa idola delere: ⁊ diabolū ex hoc mundo eijcere. Sexto debebat populū iudaicū incredulum ⁊ obſtinatū diſſipare: ⁊ in ꝑpetuā captiuitatem deſtinare ⁊ ſubigere. Septimo in fine mundi in ſcd̄o ſuo aduentu ⁊ finali iudicio ſuos fideles in corpore ⁊ aīa glorificare ⁊ felicitare. ¶ Sȝ primū. ſ. ꝙ Meſſias erat venturus in ſcd̄o templo: probat̄. ¶ Ad cuius intellectū eſt aduertendū: ꝙ quatuor ꝓphete fuerunt concitatores ad edificandū ſecundū tēplū. ſ. Daniel Aggeus zacharias ⁊ Malachias. Jd̄o oēs iſti quatuor clare ⁊ manifeſte ꝓdixerūt ⁊ ꝓphetauerūt qualiter Chriſtꝰ Meſſias erat vēturus ad illud ſecūdum templū: ⁊ daturꝰ legem euangelicam: ⁊ moriturus / ⁊ quomodo illa ciuitas ſecunda ſimul cum templo ⁊ ſacerdotio erat deſtruenda propter pctm̄ mortis Chriſti. Et quomodo noua ciuitas Hierl'm erat per Chriſtū edificanda: per totū orbem diffuſa. Et hoc probatur Danielis. ix. vbi dicit angelus Danieli. Scito ⁊ animaduerte ab exitu ſermonis vt iterū edificet̄ Hierl'm vſq; ad xp̄m ducem ⁊c. Item Aggei. ij. Adhuc modicum eſt: ⁊ ego mouebo celum ⁊ terraȝ ⁊ mare ⁊ aridam: ⁊ mouebo oēs gentes: ⁊ veniet deſideratꝰ cunctis gentibus: ⁊ implebo domum iſtam gloria: dicit dn̄s exercituū. Meum eſt argentū: ⁊ meū eſt aurū / dicit dominus exercituū. Magna erit gloria iſtius domus nouiſſime pluſq̄ prime ⁊c. Ex his verbis ſequit̄ primo: ꝙ non debebat xp̄s multū tardare / ꝑ hoc ꝙ ait. Adhuc modicū eſt ⁊c. Scd̄o ſequit̄ ꝙ Chriſtꝰ non ſolū erat venturus ad ſaluandū iudeos. ſed etiā gētiles: cū ait. Cōmouebo oēs gentes: ⁊ veniet deſideratus cunctis gentibus. Tertio ſequitur ꝙ xp̄s erat vēturus in illud ſecūdū templū quod poſt captiuitatem Babylonie edificabat̄ per Eſdrā ⁊ Machiam ⁊ zorobabel: ad inſtantiam Aggei ⁊ zacharie. Quarto ſequitur: ꝙ gloria quā Chriſtꝰ debebat afferre ad illud templum / non debebat conſiſtere in auro ⁊ argento: ſed in bonis ſpiritualibus: per hoc qd̄ ait. Meum eſt argentum ⁊ aurum. Itē ſequit̄: ꝙ etiam in bonis ſpiritualibus magis debebat pollere ſecūdū tēplū q̄ primū. Nam licet in ſcd̄o tēplo nūq̄ fuerit arca federis cū tabulis legis: nec cū manna ⁊ virga Aaron: eo ꝙ fuit cōbuſta ſimul cū templo per Chaldeos: tn̄ in ſecūdo tēplo fuit Chriſtꝰ deus ⁊ homo rex ⁊ ſacerdos figuratus per arcā federis qui fuit in templo preſentatus / ⁊ in eo miracula fecit: ⁊ legem euāgelicā predicauit: ⁊ legem Moyſi declarauit. Jd̄o ſubdit: ꝙ maior erit glīa domꝰ iſtiꝰ nouiſſime q̄ prime. Item ſequit̄: ꝙ poſt illud ſcd̄m templū nullū aliud erat materialiter edificandum in Hierl'm: per hoc ꝙ ait. Maior erit gloria huius domus nouiſſime q̄ prime. Nam ſi illa erat domus nouiſſima / ergo poſt illam deſtructam per Titum ⁊ Romanos: nulla alia materialis expectatur: ⁊ et per conſequens rex Meſſias iam venit in illā domū ante eius deſtructionem: ꝑ qd̄ poteſt patere cecitas ⁊ falſa ſpes Judeorū. Itē eadē cōcluſio ꝓbat̄ manifeſte zacharie. ix. Nā poſtq̄ in primis capitulis ꝓdixit reedificationē ſecūdi templi ⁊ ciuitatis: ⁊ multa alia vētura in illā ciuitateȝ ⁊ templū / dicit. Exulta ſatis filia Sion: ⁊ iubila filia Hieruſalem. Ecce rex tuus venit tibi iuſtus ⁊ ſaluator: ipſe pauper aſcēdens ſup aſinam ⁊ ſuper pullū filium aſine ⁊c. qd̄ fuit impletū: vt pȝ per cēs euangeliſtas. Et ſic pȝ manifeſte qualiter Chriſtus erat venturus in illud ſecundū templū: prout oēs Hebrei antiqui gloſſant iſtum paſſum: intelligentes de rege Meſſia. ¶ Hoc idē ꝓbatur Malachie. iij. Nam poſtq̄ in duobꝰ primis capitulis ꝓdixerat diſſolutionē ⁊ immunditiā ſacerdotū illius ſecūdi tēpli ⁊ ciuitatis: ex cōſequēti in tertio capitulo ꝓdicit aduentū xp̄i ad ſecundū templū. Unde ait. Ecce ego mittam angelū meum: ⁊ preparabit viam ante faciem meam ⁊ ſtatim veniet ad templum ſanctū ſuū dominator quem vos queritis: ⁊ angelus teſtamenti quē vos vultis ⁊c. ¶ Ex ſupradictis auctoritatibus iſtoruȝ quatuor propheta⁊ tenebant ꝓ articulo fidei oēs antiqui hebreo⁊ ꝙ rex Meſſias erat vēturus in illud ſecundum templū. Sed qꝛ nondū viderūt euȝ: ideo multi eorū dixerunt ꝙ rex Meſſias iam venit: ſed nondū manifeſtauit ſe vſq; ad tempus. Interim autem vadit occultus peregrinando per mūdum inter pauperes et leproſos pro peccato iudeorum. Et ad hoc allegant illud Eſa. liij. Nos reputauimus eum quaſi leproſum ⁊c. Ex quibus oībꝰ pȝ manifeſte: ꝙ Meſſias quicunq; ſit ille: iam venerat anteq̄ ſecundū templū deſtrueret̄ per Romanos. Et in hoc ꝯſiſtit tota ꝑturbatio Judeorū: qꝛ vt euadāt ⁊ fugiāt hanc manifeſtā veritatē: dicūt multa vana ⁊ enormia ⁊ riſu digniſſima: et hoc de primo officio meſſie in lege promiſſo. ¶ Secūdum officium regis Meſſie erat: qui erat daturus legem nouam vniuerſalē ⁊ cōmunem oībus gētibus ⁊ nationibus. Hoc primo probatur Eſaie. ij. vbi dicitur. Et erit in nouiſſimis diebus preparatus mons domus dn̄i in vertice montium ⁊ eleuabitur ſuper colles: et fluent ad eum oēs gentes. Et ibunt populi multi: ⁊ dicent. Uenite aſcendamus ad montem domini: et ad domum dei Jacob: ⁊ docebit nos vias ſuas ⁊ ambulabimus in ſemitis eius: qꝛ de Sion exibit lex ⁊ verbum dn̄i de hieruſalem ⁊c. Item infra cap. li. Attendite ad me popule meus: ⁊ tribus mea audire: quia lex a me exiet: ⁊ iudiciū meum in lucem populorum requieſcet ⁊c. Item Hiere. xxxi. Feriā domui Iſrael et domui Jacob fedus nouū: non ſecundū pactum qd̄ pepigi cum patribus veſtris in die quando apprehendi manū eorū: vt educerem eos de terra egypti: pactum qd̄ irritum fecerunt. Poſt dies illos dicit dominꝰ dabo legē meam in viſceribus hominū: et in corde eorum ſcribā eaȝ ⁊c. Ex ſupradictis ⁊ multis alijs pȝ qualiter rex meſſias erat nouam legem daturus preter legē moyſi. ¶ Sed tertiū. ſ. ꝙ xp̄s rex meſſias erat moriturus ⁊ occidendus a ſuis: ⁊ genus humanum a peccato liberaturus: iam ſatis probatum eſt in expoſitione libri pſalmorum: et maxime pſal. xxi. et. xxxiij. et xxxv. ⁊. lxviij. vbi Dauid magis videtur euangeliſta quā propheta. Sed hoc magis manifeſte patet Eſaie. l. vbi xp̄s deus factus homo / dicit. Corpus meū dedi percutientibus ⁊ genas meas vellētibꝰ: ⁊ faciē meā non auerti ab increpātibus ⁊ conſpuentibus in me ⁊c. Item cap. lij. de chriſto rege Meſſia dicit deus pater. Ecce ſeruus meus exaltabitur et ſubtilis erit ⁊c. Sed immediate cap. liij. dicit / ⁊ explicat totam mortem ⁊ ignominioſam paſſionē eiꝰ pro peccatis oim. Unde ait. vere lāguores noſtros ipſe tulit: et dolores noſtros ipſe portauit. Et nos reputauimꝰ eum quaſi leproſum ⁊ percuſſuȝ a deo et humiliatum. Ipſe autē humiliatus eſt ꝓpter iniquitates noſtras: ⁊ attritus eſt propter ſcelera noſtra: ⁊ cetera per totū. Qd̄ quidē capitulū non pōt intelligi niſi de rege Meſſia: qui erat pro populo moriturꝰ ſcd̄m Rabi Moyſen ⁊ omnes antiquos Judeo⁊. Sed quidam eorum videntes ꝙ hoc fuit impletum in Jeſu Chriſto: quem nos in Meſſiam recepimus: id̄o confuſi deuenerunt in tantam veſaniam: dicentes ꝙ duo expectant̄ Meſſie. ſ. vnꝰ primus vocatus Jucef Aben Effraim: et alius Aben Dauid de tribu Juda. et ſic dicunt ꝙ totū iſtud. liij. capitulum loquitur et verificatur de meſſia Jucef Aben Effraim: qui eſt moriturus pro defenſiōe populi Iſrael: quem occidet Gog et magog. ſed poſt ſurget meſſias Aben Dauid: et reſuſcitabit meſſiā Jucef Aben Effraim: ⁊ congregabit oēs Judeos ex omnibus partibꝰ mūdi: ⁊ ſic pugnabit cōtra Gog et magog iuxta Hierl'm vincet eos. et tunc tanq̄ victor ⁊ triumphator edificabit nouaȝ Hierl'm: vbi prius erat: in quam introducet oēs filios Iſrael ex oībus partibꝰ mūdi cōgregatos ⁊c. Sed quātū ſit vana ⁊ irridēda iſta fictio: dictū eſt pſal. xx. Uerūtamē licet moderni Judei videant̄ fugere quodam falſo colore ⁊ fictione veritatem huius capituli tn̄ nullo colore aut via pōt vitare manifeſtā paſſionē xp̄i reuelatā Danieli prophete. ix. ca. vbi dicit Gabriel angelus Danieli. Septuaginta hebdomade abbreuiate ſunt ſup ꝑpl'm tuū ⁊ ſuper vrbē ſanctā tuā: vt cōſummet̄ preuaricatio: ⁊ finē accipiat peccatū: ⁊ deleat̄ iniquitas: et adducat̄ iuſtitia ſempiterna: et impleatur viſio et prophetia: et vnguatur ſctſis ſanctoruȝ. Scito ⁊ animaduerte ab exitu ſermonis vt iterū edificet̄ Hierl'm vſq; ad xp̄m duceȝ ⁊c. prout ſupra dictum eſt. Poſt hebdomadas. lxij. occidet̄ xp̄s ⁊c. ¶ Ex quibus verbis predicebant̄ decē veritates ꝓphetice. Prima ꝙ xp̄s erat venturus poſt. ccccxxxiij. annos a reedificatiōe ſecūdi tēpli: q̄ ſunt. lxij. hebdomade annorū. Secunda veritas: ꝙ xp̄s erat a ſuis occidēdus ⁊ negādus. Tertia: ꝙ ꝑ mortē Chriſti erat implenda oīs viſio ⁊ ꝓphetia ꝓphetarū. ¶ Quarta: ꝙ mors xp̄i debebat auferre oē peccatū: ⁊ delere oēm iniquitatem: ⁊ adducere oēm iuſtitiā ⁊ gratiā vniuerſo mūdo. Quinta: ꝙ xp̄s erat vnguēdus rex et baptizandus ꝓ nobis. Sexta: ꝙ populus Judeorum erat negaturus xp̄m. Septima: ꝙ ex hoc erat reprobandus. Octaua: qd̄ poſt mortem xp̄i debebat deficere hoſtia et ſacrificium et ceſſare lex moyſi. Nona: ꝙ ciuitas Hieruſalem ſimul cum templo erat deſtruenda. Decima: qd̄ deſolutio et reprobatio ſynagoge et omnium legalium ⁊ captiuitas Judeorum erat duratura vſq; ad conſummationem ⁊ finem mundi. Itē qd̄ xp̄s rex meſſias deberet mundum redimere: et patres ve. te. de limbo per paſſionem liberare: patet zacha. ix. vbi poſtq̄ dixit. Ecce rex tuus venit tibi iuſtus et ſaluator ⁊c. poſtea ſubdit. Tu vero in ſanguine teſtamēti tui eduxiſti vinctos de lacu vbi non erat aqua ⁊c. Item cp. xij. Effundā ſup domum Dauid ⁊ ſup habitatores Hierl'm ſpm̄ grē ⁊ precuȝ ⁊ aſpiciēt ad me quē cōfixerūt: ⁊ plangent eū ⁊c. Et ſic pȝ manifeſte qualiter xp̄s rex meſſias erat occidēdus: vt totum ꝑpl'm a pctō liberaret. ¶ Quartum aūt myſterium. ſ. ꝙ xp̄s erat a mortuis reſurrecturus: ⁊ poſt reſurrectionē regnaturus / licet ſit ſatis probatum per totam expoſitionē libri pſal. ⁊ precipue pſal. xx. ⁊. xxix. et. xl. et. lxvij. tamen manifeſte patet Eſa. xi. per totum: vbi inter cetera dicit. In die illa radix Jeſſe qui ſtat in ſignū populorum ipm̄ gentes deprecabunt̄ ⁊ erit eius ſepulchrū glorioſuȝ ⁊c. Ex quo patet: qd̄ ſi ſepulchrū eius eſt glorioſum / ergo abſq; incineratione et putrefactione reſurrexit in corpus glorioſum ⁊ immortale. Item Eſa. poſtq̄ per totuȝ cap. liij. explicauit mortem et paſſionem xp̄i: poſtea per totū reſiduū vſq; ad finē libri predicit gloriam regni eiꝰ vniuerſalis / ad oſtēdendum quod a mortuis reſurrexit: et poſtea regnauit in celo ⁊ in terra: qꝛ mortui non regnant ſuper viuos. Sed hoc idem magis clare patet Oſee. vi. vbi dicit̄. Uenite et reuertamur ad dominuȝ: qꝛ ipſe cepit et ſanabit nos: percutiet et curabit nos: viuificabit nos poſt duos dies / ⁊ tertia die ſuſcitabit nos: et viuemus in conſpectu eius: ſciemus: ſequemurq; vt cognoſcamus dn̄m ⁊c. In quibus verbis manifeſtatur diſtincte reſurrectio xp̄i: que fuit cauſa noſtre future reſurrectionis: prout patebit. ¶ Quintum aūt myſteriū. ſ. qualiter xp̄s rex meſſias poſt reſurrectionē ſuam debebat edificare nouam Hierl'm ⁊ introducere in eam totū ꝑpl'm gentilem ⁊ mittere ſuos diſcipulos per totum mūdū: et deſtruere omnia idola: ⁊ eijcere diabolum de mūdo: et ſubijcere ſibi totum populum gentilem ⁊c. licet ſatis ſit probatum per totam expoſitionem libri pſal. et ſpecialr̄ pſal. xvij. et. xviij. ⁊. xlvi. et. lxvij. et. lxxi. et. cix. tamen manifeſtius ꝓbatur ꝑ totū librum Eſaie: maxime. xl. cap. vſq; in finem. vbi ī fine concludit. Ponā in eis ſignum: ⁊ mittam ex eis qui ſaluati fuerint ad gentes in mare et in Affricam ⁊ Lydiā tenētes ſagittā in Italiam ⁊ Greciā: ⁊ ad inſulas maris longe ad eos q̄ non audierūt de me: et non viderunt glīam meā: ⁊ annuntiabunt gloriam meā gentibus ⁊c. Hoc idē manifeſtiſſime pȝ Hiere. xvi. vbi poſt reprobationē Judeorū di. Ecce ego mittam piſcatores multos dicit dn̄s ⁊ piſcabūtur eos. Et ſubdit infra. Ad te gentes venient ab extremis terre: et dicent: vere mendacium poſſederunt patres noſtri: vanitatem que non profuit eis ⁊c. Item hoc idem patet Oſee. i. ⁊. ij. ſed clarius zacha. viij. vbi dicitur. Ecce venient populi multi et gentes robuſte ad querendū dn̄m exercituū in Hieruſalem / ⁊ deprecandam faciem dn̄i. Hec dicit dominus exercituum in diebus in quibus apprehēdent decem homines ex omnibus linguis gentium: et apprehendent fimbriam viri iudei dicentes: ibimus vobiſcum. Audiuimus enim quoniam deus vobiſcum eſt. Hoc idem patet infra capi. xiij. vbi dicitur. In die illa erit fons patens domui Dauid et habitantibus in Hieruſalem in ablutionem peccatoris: et menſtruate: et erit in die illa dicit dominus exercituum: diſperdā omnia nomina idolorū de terra: ⁊ non nominabuntur vltra: ⁊ pſeudo pro-

A xp̄s erat. vij. facturꝰ.

B xp̄s erat in ſcd̄'o tēplū venturus.

C Nota das decem veritates.

D Meſſias xp̄s erat reſurrecturus.

E xp̄s edificaturus nouā hieruſalē.

F
xp̄s po
pulum
iudai-
cū debe
bat re-
proba-
re ꝓpt
pecca-
tum ꝛc.

D
Judei
in fine
mundi
ꝯuertē-
tur.

ꝓphetas ꝛ oēm ſpm̄ immundū auferam de terra ꝛc.
¶ Sextū autem myſterium. ſ. qualiter Judei pro-
pter pctm̄ mortis xp̄i erant reprobandi: ꝛ ſacerdo-
tium ꝛ regnuȝ eoꝝ extinguendū: ꝛ nouū ſacrificiuȝ
inſtituendū: ꝛ ppl's gentilis eligendus ꝛ ſubſtituen
dus: licet ſatis ſit explicitū per totā expoſitionem
libri pſalmorum: ꝛ maxime pſal. xxi. ꝛ. xxxix. ꝛ. xlix.
ꝛ. l. ꝛ. lxvij. ꝛ. lxxi. ꝛ. lxxxi. ꝛ. cviij. ꝛ. cix. tū māifeſti⁹
patet per totū Eſaiam ꝛ omnes alios ꝓphetas: in
quibus non eſt aliqua pars in qua nō reprobetur
populus Judaicus propter ingratitudinem: ꝛ eli-
gatur populus gentilis. Sed deſtructio tēpli ꝛ ſa-
cerdotij ꝛ diſſipatio illius populi/ maxime ꝛ mani-
feſte patet danielis. ix. vt dictuȝ eſt. ¶ Septimum
autē myſteriuȝ. ſ. qualiter in fine mundi poſt miſe-
rabilem exitum ꝛ interitū Antichriſti ppl's Judeo
rum ſit ad Chriſtum conuertendus: et reuerſurus
per predicationem Helie ꝛ Enoch: ꝛ qualiter poſt-
ea Chriſtus ſit venturus ad iudicium generale: et
qualiter debet omnes reſuſcitare. ſ. iuſtos in cor-
pora glorioſa: vt recipiant vltimā perfectionem et
felicitatem: impios autē in ſupplicium eternum ꝛc.
licet ſatis diffuſe ſit dictum per totam expoſitionē
pſalmorū: maxime pſalmo primo ꝛ ſecundo ꝛ. xx. et
l. ꝛ. cix. tamen qualiter Chriſtus omnes iuſtos in fi
ne mundi debet glorificare: et ab eis omnem miſe-
riam corporalem auferre: manifeſte predicitur Eſa.
xxv. vbi dicitur. Precipitabit mortem in ſempiter-
num: ꝛ auferet dn̄s deus lachrymam ab omni fa-
cie terre: et opprobrium populi ſui auferet de vni-
uerſa terra: quia dominus locutus eſt: ꝛ dicent in
die illa. Ecce deus noſter iſte: expectabimus eum ꝛ
ſaluabit nos iſte dominus: ſuſtinuim⁹ eum: ꝛ exul-
tabimus ꝛ letabimur in ſalutari eius: quia requie
ſcet manus domini in monte iſto ꝛc. Item hoc ideȝ
patet infra capitu. vltimo per totum. Item vltimū
iudicium et glorificatio iuſtorum manifeſtiſſime
predicitur Danielis. xij. vbi dicitur ꝙ multi de his
qui dormiunt in puluere terre euigilabunt: alij in
vitam eternam: alij in opprobrium vt videant ſem
per. Qui autem docti fuerint fulgebunt quaſi ſplē-
dor firmamenti: ꝛ qui ad iuſtitiam erudiunt mul-
tos/ quaſi ſtelle in perpetuas eternitates ꝛc. Item
qd̄ iudei conuertentur ad Chriſtum in fine ſeculi
patet Oſee tertio vbi dicitur. qd̄ poſt hec reuerten
tur filij Iſrael ꝛ querent dominum deum ſuum: et
Dauid regem ſuum: et pauebunt ad dominum: et
ad bonum eius in nouiſſimo dierum. Item hoc idē
patet zacha. vltimo per totum. Sed quod cōuerſio
populi Judeorum in fine ſeculi ſit facienda ad pre-
dicationem Helie: patet Malachie. iiij. vbi dicitur
Ecce ego mittā vobis Heliam prophetaȝ antequā
veniat dies domini magnus et horribilis: et con-
uertet cor patrum ad filios: et cor filiorum ad pa
tres eorum/ ne forte veniam ꝛ percutiam terrā ana
themate. Ex quibus oībus patet ꝑ omnes prophe-
tas: quomodo in his ſeptē conſiſtebat principali-
ter totum officium regis Meſſie in lege ꝛ prophe-
tis promiſſi. Primo quia erat venturus in fine ſe-
cundi templi. Secūdo: qꝛ erat nouam legem datu-
rus. Tertio: qꝛ erat ꝑ mortē mundū redēpturus et
liberaturus a ſeruitute diaboli. Quarto: qꝛ erat a
mortuis reſurrectur⁹: ꝛ poſt mortem regnaturus.
Quinto: qꝛ per diſcipulos ſuos erat totū populum
gentilē cōgregatur⁹: ꝛ cōuerſurus. Sexto: qꝛ erat

Judeos crucifixores ſuos reprobaturus: ꝛ ſacerdo
tiū ſimul cū cerimonialib⁹ ablatur⁹. Septimo/ qꝛ
in fine ſeculi erat mundū iudicaturus: ꝛ populum
Judeorum per Heliā vocaturus: ꝛ oēs fideles glo
rificaturus: ꝓut patet per oēs ꝓphetas. ¶ His ha
bitis ſit hec prima concluſio/ ꝙ Jeſus Chriſtus ve
nit ad ſecūdū tēplū: ꝛ in fine ante deſtructionē ei⁹
ſicut ꝓphetarunt Daniel ꝛ Aggeus ꝛ zacharias et
Malchias: ꝓbaꝶ. Nā xp̄s nat⁹ eſt. xlvij. anno ceſa
ris Auguſti: ꝛ fuit. xl. die in tēplo Simeoni p̄ſenta
tus. xij. anno diſputauit cum doctorib⁹: vt ptȝ Lu-
ce. ij. Et. xxx. anno: tpe Tyberij Ceſaris fuit bapti
zatus: ꝛ ieiunauit/ ꝛ per tres annos miracula fecit
ꝛ. xviij. Tiberij ceſaris fuit crucifixus: ergo ſequiꝶ
ꝙ venit ad ſcm̄ templū ante deſtructionē eius: qꝛ
templū nō fuit deſtructū immo durauit vſqꝫ ad im
perium Veſpaſiani. Et ſic ptȝ ꝙ xp̄s venit tempo-
re determinato. ꝛ ante prophetato. ¶ Secūda con
cluſio/ ꝙ Chriſtus dedit legem nouaȝ euangelicam
in Hieruſalem ꝛ monte Sion ꝛ Oliueti: ꝛ in terra
ꝓmiſſiōis/ ſicut dictū fuerat ꝑ oēs ꝓphetas. Nam
primo iuxta mare in deſerto aſcēdit in montē: ꝛ ſe-
dens docuit diſcipulos ſuos legem declarando: vt
ptȝ. Matth. v. vi. ꝛ. vij. Itē in Hieruſalem p̄dicauit
in oībus feſtiuitatibus: ꝛ in monte Sion inſtituit
ſacramentum altaris: ꝛ miſit ſpiritū ſanctū in diſci
pulos: ꝛ aperuit eis ſenſum et ſcripturas: vt patet
Luc. vlti. ꝛ Actuū. i. Et ex monte Oliueti miſit oēs
apl'os ad predicandū euangeliū oī creature. Mar-
ci vlti. ꝛ Actuū. i. Et ſic ptȝ ꝙ nod in Chriſto fuerunt
verificate prophetie de datione legis noue. ¶ Ter
tia concluſio/ quod Chriſtus paſſus ꝛ occiſus eſt a
ſuis/ prout locuti ſunt prophete: imo oīa que locu-
ti ſunt prophete de morte ꝛ paſſione regis meſſie/
fuerunt verificata in chriſto. ¶ Quarta concluſio
ꝙ Chriſtus reſurrexit a mortuis tertia die: ꝛ aſcen
dit in celū quadrageſimo die/ ꝓut ſcribunt ꝛ teſtan
tur oēs apl'i ꝛ euangeliſte: et regnauit ꝑ totum or
bē/ ꝓut fuit oībus manifeſtum. Vn̄ licet Judei ne-
gēt xp̄i reſurrectionē ꝛ in celos aſcēſionem: tn̄ non
poſſunt negare eius regnū vniuerſale: cum poſtea
viderint ip̄m ꝑ vniuerſum mundum regnare ſuper
oēs reges ꝛ ppl'os: vt probatum fuit pſal. ij. ꝛ. lxxi.
ꝛ. cix. ¶ Quinta cōcluſio/ qd̄ Chriſtus edificauit no
uam Hierl'm toto orbe diffuſam: ꝛ introduxit in ea
totū populū gentilem: ſicut locuti ſunt prophete.
Probaꝶ. Nā primo Chriſtus cōgregauit illā ſanctā
ſocietatē virorū ꝛ mulierū in monte Sion: qꝫ erant
centum viginti vtriuſqꝫ ſexus: vt pȝ Actuū. i. ſuper
quos miſit ſpiritum ſanctum in die penthecoſtes:
a quo receperunt ſeptem dona gratiarū: ꝛ ſic arma
ti armis ſpūalibus egreſſi a cenaculo in eadeȝ die
conuerterunt tria milia: vt ptȝ Actuū. ij. Sed quia
Chriſtus preceperat eis in ſuo aſcenſu/ dicens. Ite
ꝑ vniuerſum mundū ꝛ predicate euangelium omni
creature ꝛc. Item Actuū. i. Accipietis virtutem ſu-
peruenientis ſpiritus ſancti in vos et eritis mihi
teſtes in Hieruſalem: ꝛ in omni Judea et Sama-
ria: ꝛ vſqꝫ ad vltimū terre. Ideo omnes apoſtoli ꝛ di
ſcipuli poſt receptionem ſpiritus ſancti ab Hieru-
lem inde egreſſi diffuſi ſunt per totum orbem ter-
rarum predicantes euangelium toti populo genti-
li: ꝛ ſic Mattheus cum ſucceſſoribus ſuis conuer-
tit totam Ethiopiam: et Marcus cum ſucceſſo-
ribus ſuis totam Egyptum/ et Arabiam/ et totam

Africā. Et Simō ꝛ Judas Babyloniā ꝛ Parthiam
ꝛ Mediā. Et Bartholomeus ꝛ Thomas omnes In
dias. Et Paulus ꝛ Joannes Greciā ꝛ Aſiā minorē:
Et idem Paul⁹ ꝛ Petrus et diſcipuli eoꝝ totā Ita
liā ꝛ Galliā. Et Jacobus ꝛ diſcipuli ei⁹ totā Hiſpa-
niā ꝛc. Et ſic patet ꝙ Chriſtus edificauit primo iſtā
Hierl'm. ſ. eccleſiam ſupra illos ſanctos lapides in
mōte Sion: ſed poſtea fuit dilatata ꝛ diffuſa per to
tum orbem a ſolis ortu vſqꝫ ad occaſū. ꝛ id̄ tota ec-
cleſia dr̄ Hierl'm. Primo qꝛ in illa Hieruſalem mate
riali fuit inchoata: ꝛ exinde deriuata fuit ꝛ ꝑ totuȝ
orbem dilatata: ꝛ ideo retinet nomen Hieruſalē et
Sion a ſua origine ſicut flumina retinēt nomē ſue
originis ꝛ ſui fontis: ſicut Iberus ꝛ Araxes. Secū-
do tota eccleſia dicitur Hierl'm ꝛ Sion ratiōe pro
prietatis ꝛ nōis interpretatiōis. Nā Hierl'm inter-
pretatur viſio pacis: ꝛ Sion dr̄ ſpecula. ſȝ qꝛ in ſola
eccleſia videꝶ ꝛ ſpeculaꝶ de⁹ per verā fidem: ideo ſo
la eccleſia mereꝶ dici Hierl'm ꝛ Sion. Naȝ illa Hie
ruſalem materialis nō propter ſe dicta eſt Hierl'm
per prophetas: niſi inquātum Chriſtus erat ibi vi-
dendus ꝛ ibi erat eccleſiā edificatur⁹: ꝓut dictum
fuit in expoſitione libri pſalmorū: ꝛ maxime pſal-
mo. xlvij. ꝛ. l. et in queſtione precedēti. Nā illa Hie-
ruſalem per Chriſtū meſſiā edificāda nō poterat eē
materialis et parua in illa terra Paleſtine et Ju-
dee: ſed erat futura ſpiritualis toto orbe diffuſa et
dilatata: in qua continerentur oēs gentes ꝛ natio-
nes ꝛ ppl's Ethiopū ꝛc. Et ſic Chriſtus iam vocauit
et congregauit oēs filios Iſrael ſecundū ſpirituȝ ꝛ
promiſſionē ad iſtam veraȝ Hieruſalē. ¶ Sexta cō
cluſio: ꝙ Judei ꝓpter mortē Chriſti fuerūt diſſipa
ti: ꝛ per mundū diſperſi: ꝛ tēplū ꝛ ciuitas deſtructa
ꝛ ſacerdotiū ablatū: ſicut predixit Daniel ꝓpheta
et ceteri prophete. Iſta ꝯcluſio quantū ad vnā par
tē de ſe eſt manifeſta ſed ꝙ hoc fuerit factū ꝓpter
mortem Chriſti non ſolū aſſeritur a nobis: ſed etiā
a magiſtris eoꝝ. Vn̄ dicit Rabi Moyſes ꝙ Jeſus
Nazarenus dicebat ſe eſſe Meſſiā: ſed hoc non eſt
verū: qꝛ meſſias debebat cōgregare ꝛ reformare fi
lios Iſrael: ſed hoc non fecit Chriſt⁹: imo fuit occi-
ſus: ꝛ fuit cā deſtructionis Iſrael ꝛ toti⁹ ꝓpl'i Ju-
daici. Item Joſephus dicit: ꝙ cā deſtructionis Hie
ruſalē et totius populi Judeoꝝ non potuit eē niſi
aliquod magnū peccatū: ꝛ iſtud non potuit eē niſi
mors Jeſu Nazareni: aut Joannis baptiſte: aut Ja
cobi iuſti. Item Rabi Samuel African⁹ dicit in epi
ſtola ad ſuū amicū. ꝙ non poteſt reperire aliā cām
quare tanto tēpore durat iſta captiuitas eoꝝ: niſi
quia patres eoꝝ iniuſte occiderunt Jeſum Chriſtū
virū iuſtū. Unde volens ꝑ ſcripturas inueſtigare
propter quod peccatū Judei laborāt ī hac lōga ca-
ptiuitate: non poteſt reperire nec aſſignare aliam
cām: niſi qꝛ occiderunt Jeſum Nazarenū virū ſan-
ctum et iuſtū. Itē iudei moderni continue maledi-
cunt Chriſtū: dicentes: ꝙ ꝓpter ipſum pſeuerāt di-
ſperſi per mundū in hac captiuitate. Item ipſimet
Judei ꝓpter aliud nō maledicūt ꝛ habēt odio xp̄ȝ
niſi quia oēs aſſerunt Chriſtum fuiſſe diſſipatorem
ciuitatis Hieruſalē ꝛ totius populi Judeorū. ꝛ ſic
hec ꝯcluſio ſatis eſt oībus cōceſſa ꝛ manifeſta. Ex
quibus ſupradictis ſequiꝶ vna corollaria ꝛ irrefra
gabilis concl'o. ſ. ꝙ Jeſus Nazaren⁹ quē colit chri-
ſtiana religio: fuit ꝛ eſt verus meſſias in lege pro-
miſſus. Iſta cōcluſio ꝓbata eſt ꝑ ſingula ex conceſ

ſis a Judeis. Nam lȝ Judei moderni nō cōcedāt re
dēptionē animarū factā per Chriſtū: nec ei⁹ reſur-
rectionē: eo ꝙ talia fuerunt eis inſenſibilia: tamē
non poſſunt negare omnia alia. ſ. ꝙ Jeſus venit in
fine tēpli ſecundi: cum magna gloria ꝛ ꝓtāte mira-
culorū. ¶ Sed dicunt quidam eoꝝ: ꝙ Jeſus Naza
renus qn̄ fugit in Egyptum furatus eſt nomen dei
tetragrāmaton: ꝛ cū illo nomine: ꝛ in virtute eius
faciebat illa miracula. Sed in hoc concludunt pro
poſitū noſtrū contra ſeipſos. Nam oēs magiſtri eo
rum concedunt: ꝙ illud nomē dei eſt incōprehenſi-
bile et ineffabile: cuius virtutē ꝛ declarationem ne
mo poteſt ſcire ꝛ declarare niſi ſolus de⁹ et rex meſ
ſias. Et oēs aſſerunt ꝙ rex meſſias in virtute illius
nominis habet declarare enigmata legis: et ſubij
cere totum orbem. Ex quibus oībus ſequitur: ꝙ ſi
Jeſus Nazarenus habuit et poſſedit illud nomē:
ergo vel fuit deus: aut meſſias eius. Item non poſ
ſunt negare ſecundū: quia oēs concedunt qd̄ Chri-
ſtus dedit et condidit hanc legeȝ euangelicā quam
obſeruant Chriſtiani. Nec negant tertiū: quia oēs
concedunt: ꝙ patres eorum occiderunt Chriſtum.
Nec poſſunt negare quartū. nā licet negēt reſurre-
ctionē: tamen non poſſunt negare quin Chriſtus re
gnauerit vbiqꝫ poſt mortem ſuam. Nec minus ne-
gant ſextū: quin Chriſtus ſit cauſa ſue deſtructio-
nis et captiuitatis. Sed multo minus poſſunt ne-
gare quintū. Nam manifeſtū eſt ad ſenſus: ꝙ totus
populus gentilis relictis idolis conuerſus eſt ad fi
dem Chriſti. Et ideo licet Judei omnia alia velint
ex cecitate ꝛ malitia negare/ tamen ſola iſta cōclu-
ſio quā negare non poſſunt eſt ſufficiēs ad ꝓbāduȝ
Jeſum chriſtū fuiſſe meſſiā in lege promiſſum: ꝛ ad
confundendum Judeos. Nam Dauid in oībus ſuis
pſalmis: ꝛ oēs prophete in ſuis ꝓphetijs nil aliud
clamant niſi ꝙ ſolus meſſias in lege ꝓmiſſus debe
bat auferre ꝛ deſtruere omnia idola: ꝛ oēm ſupſti-
tionem populi gentilis: ꝛ ſubijcere ppl'ȝ gentilē ad
colēdū nomen dei Abrahā/ Iſaac/ ꝛ Jacob/ ꝛ nomē
dei Iſrael. ꝛ hoc ꝑ baptiſmū aq̄ vt probatū eſt Eſa.
xij. et Ezechi. xxxvi. et zacha. xiij. et oēs ꝓphete cla
mant qualiter ſolus meſſias debebat condere ma-
gnā Hierl'm a ſolis ortu vſqꝫ ad occaſum: ꝛ intro-
ducere in eā oēs populos gentiū credentes in deū
Iſrael. Sed oīa iſta operatus eſt ſolus Jeſus Na-
zarenus. Nā in die aſcenſionis miſit oēs apoſtolos
et diſcipulos per totū orbē/ dicens. Ite/ docete oēs
gentes baptizantes eos in nomine patris ꝛ filij et
ſpiritus ſancti. Matth. vltimo. Iteȝ Mar. vltimo.
Ite/ predicate euangelium omni creature. Et q̄ ba-
ptizatus fuerit: ſaluus erit ꝛc. Sed nos videmus
manifeſte ꝙ totus ppl's gentilis per baptiſmū ve-
nit ad fidem ꝛ adorauit deū Iſrael relictis idolis/
immo tot⁹ populus chriſtianus/ qui deſcēdit ab il-
lo populo gentili/ nullū aliū deū adorat: niſi deum
Abrahā Iſaac ꝛ Jacob: ſiue deū Iſrael: qui eſt tri-
nus ꝛ vnus et creator ꝛ fact⁹ homo: vt videbiꝶ. Et
oīa iſta apparent ad ſenſum: que iudei nō poſſunt
negare: immo dicit Rabi Moyſes in ſentētijs Re
gum: et de penitentia: ꝙ ſolus Jeſus nazarenus de
ſtruxit et abſtulit idololatriam de mundo. Et ideo
ſola iſta concluſio de conuerſione populi gentilis
eſt ſufficiens ad probandum Jeſum Chriſtum eſſe
meſſiam: ꝛ ad confundendum oēs Judeos. Sed iu-
dei moderni adhuc volunt proteruire/ dicentes qd̄

O
Judei
dicunt
xp̄m
furaſſe
nomē
dei te-
tragrā
maton

Obie-
ctio.

Chriſtus non ſubiecit totum orbem:nec oēs natio-
nes ipſi obediuīt:quia maiorē partē mūdi poſſidēt
Sarraceni:q̄ nō colūt Jeſum Chriſtū. Sed ad hoc
iā reſpōſum eſt pſal. lxxj. ⁊. cix. Quia ſucceſſiue per
oēs partes mūdi oīa idola fuerūt deſtructa ꝑ apo-
ſtolos ⁊ eoꝝ ſucceſſores:⁊ totus populus gentilis
venit ad fidē Chriſti. Sed anno ſexcenteſimo ſexa-
geſimoſexto:ſurrexit pſeudo ꝓpheta Mahome-
tus:q̄ puertit ⁊ decipit totā Arabiā ⁊ Syriā:⁊ tra-
xit omnes illos nouos/⁊ ſimplices Chriſtianos ad
ſuā falſam ſectā:cui⁹ ſucceſſores vi armoꝝ ſubiece-
runt totā Africā/⁊ magnam partem Aſie:cogentes
eos ſeruare ritum Mahometi inter quos habitat
magna multitudo Chriſtianorum. Et ideo hoc non
tollit veritatē oīm ꝓphetarū:quia Chriſtus vbiq̄
ſucceſſiue regnauit ⁊ regnat aut tpaliter aut ſpiri-
tualr. immo Sarraceni/licet nō credant Chriſtum
eſſe deū:tā aſſerunt ipm eſſe filiū dei:⁊ genitum ex
ſpiritu dei:⁊ ſic venerant ipſum tanq̄ ſummū pro-
phetā. Et ideo oīa ſcripta ⁊ dicta in lege ⁊ prophe-
tis fuerunt verificata in Chriſto tanq̄ in vero meſ-
ſia. Sed licet oīa ſupradicta non poſſint negare:ta-
men adhuc nō ceſſant proteruire ⁊ perſeuerare in
ſua malitia et obſtinatione:dicentes q̄ antequā ve-
niat meſſias:eſt venturus Helias ꝑut dictū ⁊ argu-
tum eſt in principio. Sed nondū venit Helias:er-
go Jeſus non fuit meſſias. Itē nec etiā Chriſt⁹ im-
pleuit officiū veri meſſie:quia non abſtulit mortē:
nec oēm lachrymā ⁊ miſeriā de terra:quia oēs re-
liquit mortales ⁊ paſſibiles ſicut ante/⁊ per conſe-
quens non fuit perfectus redemptor. Sed tam ad
primū q̄ ad ſecundū reſpondetur:q̄ miſeri Judei
neſciunt diſtinguere inter primum ⁊ ſecūdū aduen-
tum Chriſti. Nam duplex aduētus Chriſti ꝓmittit
in prophetis. Nā in primo aduentu erat venturus
Chriſtus ad dandā legem:⁊ ad redimendum genus
humanū a pctō:⁊ ad operandū oīa ſex ſupradicta.
Et in ſecundo aduentu erat venturus ad iudican-
dum oēs:⁊ ad tribuendū eis premiū ſecundum ope-
ra eoꝝ:puta ad glorificandum iuſtos:⁊ reſuſcitan-
dum eos ad immortalitatem ⁊ gloriā:⁊ impios ad
penam ſempiternā. In primo autē aduentu preue-
nit Chriſtum Joannes baptiſta:ſed in ſecundo ad-
uentu ante iudicium eſt venturus Helias ⁊ Enoch
ad conuertendum Judeos in fine mundi. Unde de
primo aduentu dicit̄ Eſa. xl. Uox clamantis in de-
ſerto parate viam domini/⁊ videbit omnis caro ſa-
lutare dei. Sed de ſecundo aduētu:in quo eſt Chri-
ſtus venturus ad glorificandum/dicitur Eſa. xxv.
q̄ veniet ad precipitandā mortem:⁊ ad auferendā
omnē lachrymā a facie terre. Itē de primo aduen-
tu dicit̄ Danielis. ix. cap. q̄. lxx. hebdomade abbre-
uiate ſunt vſq̄ ad Chriſtū ducem:⁊ poſt ſexaginta-
duas hebdomadas occidetur Chriſtus ⁊c. Sed de
ſecundo aduentu Chriſti dicit̄ cap. xij. q̄d multi qui
dormiunt in terre puluere/euigilabunt:alij in vitā
eternā:alij in opprobriū/vt videant ſemꝑ. Qui au-
tē docti fuerint fulgebunt quaſi ſplendor firmamē-
ti ⁊c. Itē zacha. de primo aduentu dicit ca. ix. Exul-
ta filia Sion:ecce rex tuus venit tibi iuſtus ⁊ ſalua-
tor ⁊c. Sed de ſecundo aduentu dicit cap. xiiij. Ec-
ce dies venient:⁊ diuident ſpolia tua in medio tui
⁊c. Item Malachias predicit vtrumq̄ aduentum
cum ſuo precurſore. Nā in primo aduentu predicit
Joannem baptiſtam preuenire Chriſtum:cum ait

No. de mahometo.

Rñſio. duplex xp̄i aduētus.

capitulo. iij. Ecce ego mittā angelū meum q̄ prepa-
rabit viā ante faciem meam:⁊ ſtatim veniet ad tē-
plum ſanctum ſuū dominator quem vos queritis
⁊c. Sed in ſcdo aduentu predicit ꝑuenire Heliam
ante xp̄m:cum ait cap. iiij. Ecce ego mittam vobis
Heliā ꝓphetā anteq̄ veniat dies domini magnus
⁊ terribilis:qui erit dies iudicij. Et ſic ptz deceptio
⁊ vana ſpes Judeorum q̄ expectant Heliam anteq̄
veniat meſſias ad redimēdum mundū a peccato:
cum Helias non ſit promiſſus niſi in ſecundo aduē-
tu anteq̄ Chriſtus veniat ad iudicium. Sed adhuc
obſtāt iudei perſeuerantes in ſua obſtinatione/di-
centes q̄ Chriſtus non edificauit nouā Hieruſalē:
immo deſtruxit eā:nec congregauit oēs filios Iſrl
in eam:immo diſſipauit eos ⁊c. Sed ad hoc iam re-
ſponſum eſt per totam expoſitionem libri pſalmo-
rum. Et dictum eſt in precedenti et preſenti que-
ſtione/q̄d Chriſtus non erat conditurus ciuitatem
materialē paruam in illo arcto loco Paleſtine:ſz
ciuitatem ſpiritualem ⁊ magnam toto orbe diffu-
ſam:que incepit ab illa Hieruſalem materiali:et
fuit per apoſtolos dilatata vſq̄ ad omnes termi-
nos terre:ad quā vocauit omnes filios Iſrael ſm
carnem. Sed quia noluerunt venire:ideo congre-
gauit in ea omnes filios Iſrael ſpirituales ex vtro-
q̄ populo. Et ſic patet eorum cecitas et deceptio/
quia talis redemptio debebat eſſe vniuerſalis to-
tius generis humani a pctō. ¶ Sed adhuc/obſtāt
iudei perſeuerantes in ſua cecitate:dicentes q̄d ſe-
queretur q̄d perſona redemptoris chriſti non fue-
rit perfecta:quia non perfecte redemit genus hu-
manum a peccato et pena ipſius adam/ poſtq̄ non
redemit ipſum in corpore ⁊ anima/quia non reſti-
tuit nobis immortalitatem ⁊ impaſſibilitatē:quā
perdidit Adam:quia adhuc manent mortales chri-
ſtiani baptizati/⁊ ſubiecti omnibus infirmitatib⁹
⁊ miſerijs/ſicut Judei ⁊ Sarraceni. Ad hoc iam re-
ſponſum eſt ſuper pſal. cij. q̄d Chriſtus iam perfe-
cte redemit nos quo ad corpus ⁊ animam per ſuam
paſſionem ⁊ reſurrectionem/ ⁊ redemit nos a pec-
cato ⁊ penalitatibus corporis. Ad cuius intellectū
eſt notandum/ſicut iam dictum eſt in expoſitione
pſal. xxix. q̄d q: Chriſtus fuit caput eccleſie et vlis
redemptor a patre deſtinatus/ideo omnia geſta et
facta ⁊ dicta ſua pertinebāt ad actum noſtre perfe-
cte redemptionis ⁊ recuperationis bonorum/que
perdidimus in Adam/⁊ reparationis iacture ⁊ rui-
ne noſtre. Et ideo Chriſtus per ſuam paſſionem nō
ſolū meruit nos redimere a peccato quo ad aīam/
ſed etiam meruit ꝑfecte redimere noſtꝫ ⁊ repare rui-
nam corpis. ſ. liberare nos a penalitatibus corpali-
bus quas incurrimus in adam. ſ. a morte corpali
⁊ ceteris infirmitatibus et defectibus/et reſtitue-
re nobis immortalitatem ⁊ impaſſibilitatem ⁊c. Et
ideo poſt paſſionem voluit tertia die immortalis
⁊ impaſſibilis et glorioſus reſurgere:vt poſſet ſua
membra ⁊ fideles ſicut ſeipſum immortales et ad
gloriam reſuſcitare/quā poteſtatē ilico voluit exer-
cere/q: cū eo multa corpa ſanctorum patrū ver. te-
ſta. ſurrexerūt ad gloriā/⁊ apparuerunt multis/vt
ptz Matth. xxvij. Sed vt nos poſſemus merita ſue
paſſionis participare:ipſe voluit inſtituere baptiſ-
mum ⁊ cetera eccleſiaſtica ſacramenta quibus cō-
tulit v̄tutē ſue paſſionis ⁊ reſurrectiōis/vt illa poſ-
ſet merita ſue paſſionis ⁊ reſurrectiōis ī nos trāſ-

Obiectio.

Xp̄s caput eccleſie.

ferre. Et ſic nos recipiēdo baptiſmū ⁊ cetera ſacra-
menta:participamus merita ſue paſſionis ⁊ reſur-
rectionis. Et ideo q̄ncūq̄ q̄s in nomine trinitatis
baptizatur:ilico participat merita paſſionis ⁊ re-
ſurrectionis Chriſti ⁊ per ꝯñs liberatur a ſeruitu-
te ⁊ macula peccati in aīa:⁊ meret̄ reſurgere poſt
mortē:⁊ liberari ab omnibus penalitatibus corpo-
ralibus:⁊ meretur immortalitatē. Ideo dicit Apo-
ſtolus ad Roman. vj. q̄ ſicut oēs ſumus baptizati
in Chriſto ita oēs mortui ⁊ ſepulti ſumus:⁊ reſur-
reximus cū eo:q: ſicut Chriſtus reſurrexit qui fuit
primitie reſurrectionis:ita ⁊ nos reſurgemus. Et
ſic dicit Aug. q̄ licet ſancti martyres ⁊ fideles non
ſurrexerūt in actu ꝑ baptiſmū tū iam ſurrexerunt
in merito. Per q̄d vult innuere Augu. ⁊ Ambro. q̄
oēs nos per baptiſmū ſtatim liberamur a peccato
in anima:⁊ lꝫ non ilico liberemur a penalitatibus
et miſerijs corporalib⁹ in actu:tū tūc ꝑ baptiſmū
liberamur in habitu ⁊ in merito:q: meremur reſur-
gere ad gloriā in nouiſſimo die. Sed cauſam q̄re
ſicut ꝑ baptiſmū ilico tollitur pctm̄ anime:nō tol-
lunt̄ iſte infirmitates corporales:et efficimur im-
paſſibiles ⁊ īmortales aſſignat Aug. lib. de baptiſ-
mo paruulorū:⁊. xij. de ciuitate dei capitulo quar-
to. vbi aſſignat duplicē cauſam. Quarū prima eſt.
q: ſi ablato peccato ꝑ baptiſmū non relinqueret̄
nobis experimentū mortis nec aliarū infirmitatū
tunc nulla eſſet pugna martyrū nec virginum nec
aliorū iuſtorū:⁊ ꝑ ꝯñs nulla eſſet eorū corona:quā
nullus pōt adipiſci niſi legitime certauerit. ad Ti-
mo. iiij. Scdā cauſa eſt. quia ſi baptiſmus vt ilico
tollit peccatū ab anima:ita tolleret infirmitates a
corpore:⁊ redderet hoīes impaſſibiles ⁊ immorta-
les tunc oēs hoīes mundi currerent ad baptiſmū:⁊
non cauſa merendi vitam futurā eternam:ſed cau-
ſa perpetuandi ⁊ gaudēdi in hoc mundo. Et ſic nul-
lum eſſet meritum nec deſideriū vltimi finis. Ter-
tia cauſa pōt aſſignari. nam ſi per baptiſmum ilico
tollerētur iſte infirmitates que ſunt nobis inſtru-
menta operandi et merendi per gratiam ea q̄ ſunt
ſupra humanam naturam:tunc ſequeret̄:q̄ ruina
angelica nō poſſet reparari:q: tunc hoīes non poſ-
ſent adequari in meritis per gratiam angelis qui
ceciderunt:⁊ ꝑ conſequens nō poſſent homines ſe-
des ⁊ mānſiones eorum poſſidere:⁊ ſic maneret rui-
na angelorum irreparata:q̄ niſi per magnam vio-
lentiā non pōt reparari per hoīes qui ſunt infe. o-
ris nature:q: regnum celorum vim patitur:⁊ vio-
lenti rapiunt illud. Matthei. xj. Ex quibus patet
q̄ iſte infirmitates relicte ſunt nobis ꝑ baptiſmum
propter maius bonum noſtrum:⁊ propter bonū cu-
rie triumphantis. Et ſic iſte infirmitates ſunt bo-
nis bone:⁊ malis male:quia bonis cedūt ad meri-
tum ⁊ gloriam:⁊ malis ad detrimentum et penam
eternā. Et ſic patet qualiter Chriſtus fuit verus et
perfectus redēptor non ſolum humane nature:ſed
etiam angelice. Ex oībus etiam dictis in tota iſta
queſtione patet qualiter Chriſtus obſeruauit/et
adimpleuit/⁊ verificauit legem Moyſi ⁊ totā ſcri-
pturā prophetarū:⁊ quomodo perfecit ⁊ conſum-
mauit officiū veri meſſie:⁊ ꝑ conſequens fuit ver⁹
meſſias in lege ꝓmiſſus. Sed nunc reſtat reſpōde-
re ad argumēta Judeorū modernorum in principio
adducta. ¶ Ad primum ergo q̄n dicitur q̄ oportet
Heliam preuenire aduentum Meſſie ⁊c. Reſpon-

deturq̄ deus per Malachiam ꝓmiſerat duplicē
aduentū Chriſti cū duplici precurſore/ſicut dictū
eſt. Nam primo ꝓmittit mittere meſſiā ad auferen-
da ſacrificia veteris legis:⁊ ad dandum ſacrificiū
mundum ⁊ commune oībus gētibus:cum dicit ca-
pitulo primo. Non eſt mihi voluntas in vobis/di-
cit dn̄s exercituū:⁊ munus non accipiam de manu
veſtra. Ab ortu enim ſolis vſq̄ ad occaſum magnū
eſt nomen meū in gentib⁹:⁊ in omni loco ſacrifica-
tur ⁊ offertur mihi oblatio mūda ⁊c. Itē capitulo
ſecundo reprobat ſacerdotiū veteris legis cū ſuis
ſacerdotibus. Itē capitulo tertio ꝓmittit mittere
Chriſtū meſſiam cum ſuo precurſore ad illud tēplū
ſcōm:vt purget filios Leui:⁊ offerāt ſacrificia iu-
ſta. vnde ait. Ecce ego mittam angelū meum/q̄ pre-
parabit viam ante faciem meā:⁊ ſtatim veniet ad
templum ſanctū ſuum ⁊c. Ex quo patet q̄ meſſias
primo erat venturus ad illud templū cum ſuo pre-
curſore:qui fuit Joānes baptiſta:vt probatū eſt/et
completum in primo aduentu Chriſti. Sed in eo-
dem capitulo promittitur meſſias venire ſcdo ad
iudiciū:cum dicit̄. Et accedā ad vos in iudicio ⁊c.
Qui quidē aduentus erit terribilis/cum dicat in
quarto capitulo. Ecce enī dies veniet ſuccēſa qua-
ſi caminus:⁊ erūt oēs ſupbi ⁊ omnes faciētes im-
pietatem ſtipula ⁊c. Et iſto aduentu ad iudicium
promittit deus premittere Heliam cū ſubdit. Ecce
ego mittam vobis Heliam prophetā anteq̄ veniat
dies dn̄i magnus ⁊ terribilis ⁊c. Ex quo patet:q̄
ſicut in primo aduētu promiſſus fuit Johānes ba-
ptiſta ad preparanda corda illorū ad ſuſcipiendū
baptiſmum ⁊ legem Chriſti:ita in ſecundo aduen-
tu eſt venturus Helias ad conuertendos Judeos
obſtinatos a primo aduentu vſq̄ ad illud tēpus/
et deceptos ꝑ Antichriſtum. q̄ quidē Helias ſimul
cum Enoc declarabit Judeis legē Moyſi:quantū
ad veritatem ⁊ verum ſenſum eius:⁊ tunc cognita
veritate ⁊ fugata cecitate conuertētur ad Chriſtū
in nouiſſimo dierum:vt habet̄ zacharie tertio. Et
ideo dicit deus per Moyſen illis Judeis deceptis
per Antichriſtū. Mementote legis Moyſi ſerui
mei ante iudicium ne moriamini obſtinati:q: ecce
ego mittam vobis Heliam prophetā anteq̄ veniat
dies dn̄i magnus ⁊ terribilis. qui erit dies iudicij
generalis qui quidē Helias conuertet cor patrum
ad filios ⁊c. legem Moyſi ſcdm verum ſenſum de-
clarando:ne forte quādo veniam ad iudicium per-
cutiam terram anathemate damnationis:ſi forte
inuenero Judeos ⁊ ceteros obſtinatos. Ex quo pa-
tet:q̄ Helias nō fuit promiſſus in primo aduentu
Chriſti:ſed in ſecundo ⁊ vltimo. Et ſic ptz reſponſio
ad primū argumentū. Ad aliud autem ptz reſpon-
ſio ꝑ ea q̄ dicta ſunt in primo articulo. q: Chriſtus
ſeruauit legē Moyſi literaliter primo:⁊ poſtea de-
clarauit eā doctrinaliter. poſtea impleuit ⁊ verifi-
cauit legē ⁊ prophetas realiter ⁊ exēplariter ꝑ ſuā
paſſionem ⁊c. Ad aliud autē/ptz per oīa dicta in ſe-
cundo articulo qualiter Chriſtus perfecit ⁊ cōſum-
mauit totum officium quod pertinebat ad verum
meſſiam. ⁊ ideo fuit verus meſſias Ad aliud q̄n di-
cit̄ q̄ poſt aduentū Chriſti nō fuit pax vniuerſalis:⁊
nec gladij cōflati ſunt in vomeres:nec comedit lu-
pus cum oue ⁊c. Reſpōdet̄ q̄ oīa illa ſunt ſpiritua-
liter ⁊ parabolice ⁊ metaphorice intelligēda:ſicut
multe alie partes ſacre ſcripture. Et ſic Eſaias ⁊

De aduentu xp̄i ad iudicium.

Ad ſecundū.

Ad tertium.

Ad quartum.

in ſcḋo capitulo ꝙ̄ vndecimo: ⁊ in multis alijs vti-
tur verbis ⁊ vocabulis metaphoricis: vt maniſe-
ſte p̄ʒ per magiſtros eorū. Et idē ſicut Eſaias per
montes ⁊ colles intelligit ſublimes viros: ita per
gladios ⁊ lanceas intelligit poteſtatem eorum: vñ
per montem domus domini intelligit Chriſtū meſ-
ſiā ſuper quē eſt edificata tota eccleſia. Et per vir-
tutem montiū/intelligit ſublimitatē apl'oꝝ. Et per
omnes colles/intelligit oēs reges/⁊ principes/et
philoſopos/⁊ ſapientes mundi. Et ſic mons domi-
ni: qui eſt Chriſtus: fuit ſitus ſupra vertices apo-
ſtolorū: ⁊ eleuatus ſupra omnes reges ⁊ principes
et philoſophos gentium. de quo dicit Eſaias infra
capl'o. lij. Ecce intelliget ſeru⁹ meus ⁊ exaltabitur
et eleuabit̄ ⁊ ſublimis erit valde: iſte aſperget gē-
tes multas ſuper quē cōtinebūt reges os ſuum ⁊c.
Per gladios autē ſiue enſes intelligit Eſaias ſcien-
tias humanas philoſophorū: ſcʒ phyſicaʒ: ⁊ meta-
phyſicā/⁊ ſcientias mathematicas: ⁊ logicā/⁊ oēs
ſcientias argumentatiuas quibus philoſophi/et
heretici inuehebant/⁊ impugnabant legem dñi et
ſacram ſcripturam vtriuſqꝫ teſtamēti. Per lāceas
autem intelligit poteſtatem ſecularem: qua reges
et imperatores ⁊ tyranni infeſtabāt ⁊ vexabant et
perſequebātur eccleſiam dei ⁊ legem domini. Naʒ
philoſophi ⁊ ſapiētes gentium poſtꝙ̄ fuerunt con-
uerſi ad fidem Chriſti/cōuerterūt ⁊ cōflarunt gla-
dios ⁊ enſes ſuorū argumentorū in vomeres: ⁊ im-
peratores ⁊ reges conuerterunt lanceas ⁊ arma
ſue poteſtatis in falces ſpirituales ad colligenduʒ
et metēdum fructus ⁊ meſſem ſpiritualē eccleſia-
ſticorū ſacramētorū. ¶ Ad cuius intellectū eſt vl-
terius notandū: ꝙ ſicut terra inculta efficit̄ ſento-
ſa ⁊ ceſpitoſa ⁊ inutilis ⁊ infructuoſa niſi colat̄: ⁊
aretur ⁊ vomere ſcindat̄ ⁊ euertatur: ⁊ euellantur
cardones et gramina ⁊ ſpine ⁊ cetere herbe inuti-
les: ⁊ illa terra arata ⁊ euerſa decoquat̄ ⁊ torreat̄
calore ſolis: qꝛ tunc extrahitur ⁊ fortificat̄ craſſitu-
do ⁊ virtus germinatiua ⁊ nutritiua q̄ latebat ſub
facie terre: ⁊ tunc terra germinat ⁊ fructificat. Ita
ergo pariter ſacra ſcriptura veteris teſtamēti erat
ſicut terra inculta ⁊ ſentoſa habēs in ſupficie ſpi-
nas ⁊ herbas inutiles cerimonialium/ſub quibus
latebant craſſitudo ⁊ veritates ⁊ fructus euangeli-
ci. Sed venerūt Auguſtinus/⁊ Ambroſius/⁊ Euſe-
bius ⁊ ceteri philoſophi de p̄p'lo gentili: ⁊ conuerſi
ad fidem Chriſti cōflarunt gladios ⁊ enſes philo-
ſophicorū ⁊ dialecticorū argumentorū in vomeres
ſpirituales: cum quibus ararunt ⁊ ſciderunt ⁊ colue-
runt agrū incultū ſcripture vete. teſta. ⁊ euellerūt
ſpinas ⁊ herbas cerimonialiū: ⁊ euerterūt terram
ſcripture: quā calor ⁊ influentia ſpūs ſancti in mē-
tib⁹ eorū decoxit. Et ſic euulſis ⁊ reſectis herbis ⁊
ſpinis cerimonialiū/excuſſerunt ⁊ extraxerunt et
collegerunt fructus euangelicos qui latebant ſub
illa terra inculta ⁊ ſentoſa. Et tunc reges ⁊ impera-
tores ⁊ principes terre conuerſi ad fidem Chriſti ꝑ
iſtos ſacros doctores: conflarunt lanceas ſuas ⁊ ar-
ma in falces ſpirituales: ⁊ collegerunt/⁊ meſſuē-
runt meſſeʒ ſpūalem ⁊ fructus grē ex ſacra ſcriptu-
ra in agro eccleſiaſticorū ſacramētorū. Et ſic ergo
Augu. conflauit ⁊ cōuertit gladios ⁊ enſes ſuos in
vomeres: quando conuerſus ad fidem ⁊ baptizat⁹
totam ſuam philoſophiam ⁊ oēs ſcientias conuer-
tit in vſum ſacre ſcripture. Nam ex principio me-

¶ Scriptura vet. te. ſicut terra īculta.

Augu. cōuertit enſes.

taphyſice ⁊ naturalis philoſophie p̄bat poſſibi-
litatem et modū myſterij trinitatis ⁊ emanationis
perſonarū: vt p̄ʒ per oēs. xv. libros de trinitate: ⁊
contra Maximinū ⁊ oēs Arrianos ⁊ gētiles. Item
per principia humanarū ſcientiarū: ⁊ per dicta poe-
tarū ⁊ hiſtorias ⁊ annales gentiliū defendit veri-
tatē ſacre ſcripture: ⁊ defendit ciuitateʒ dei contra
gentiles per. xxij. libros de ciuitate dei. Item per
eadē principia defendit veritatem catholice fidei
contra omnes hereticos. Item per eadem p̄cipia
confutauit ⁊ confudit ſectam Manicheorum: qua
per nouē annos laborauit. Item cū eodem vomere
excoluit ⁊ arauit totam ſacram ſcripturam: ex qua
meſſuit meſſem ⁊ frugem euangelicā: ⁊ repoſuit in
horreo eccleſie catholice: quo oēs reficimur. Hoc
idem fecit Hilarius in libris de trinitate: ⁊ Ambro-
ſius/⁊ Euſebius in libris de preparatione euāgeli-
ca qui cum armis gentiliū confutauit eos. Hoc idē
fecit Lactantius in libris diuinarū inſtitutionum.
Et ſic eſt dicendū de Hieronymo: ⁊ Origene: ⁊ cete-
ris qui ab auis ⁊ atauis veniebāt de populo genti-
li: oēs enim iſti conflarunt ⁊ conuerterunt gladios
ſuos in vomeres/quando aſſumpſerunt quaſdam
ſententias ⁊ principia philoſophorū tanꝙ̄ ab iniu-
ſtis poſſeſſoribus: ⁊ cū illis ſcientijs ⁊ argumentis
confuderunt eos: ⁊ probarunt noſtrū propoſitū: et
ſic conflarūt gladios ſuos in vomeres. Item impe-
rator Conſtātinus cōflauit lanceas ſuas in falces
qñ conuerſus ad fidem per Syluestrū/vrbem Ro-
mā cū toto patrimonio donauit eccleſie: ⁊ cōſecra-
uit domuʒ ſuā in eccleſiā in honorem ſaluatoris: et
edificauit baſilicas Apoſtolorū Petri ⁊ Pauli: et
promulgauit decretum de eccleſijs edificandis/et
de fide euangelica per totum orbem predicanda.
Et ita fecerunt oēs reges infideles ad fidem conuerſi:
et ſic q̄ ante fuerūt ꝑſecutores: facti ſunt fidei chri-
ſti cultores: ⁊ bonorum ſpūalium meſſores: ⁊ ſic eſt
intelligenda illa prophetia Eſaie. ¶ Ita ergo pa-
riter metaphorice ſunt intelligenda verba Eſaie
xj. Nā ſicut Chriſtus meſſias metaphorice dicitur
virga de radice Ieſſe: ⁊ flos eius: ita pariter impe-
ratores ⁊ reges dicuntur leones: ⁊ tyranni dicūtur
lupi: ⁊ doctores dicūtur cerui. Vñ tūc lupus come-
dit cū agno: qñ Paulus qui erat lupus rapax/per-
ſecutor eccleſie/conuerſus ad fidē ſictus eſt apo-
ſtolis. Et tunc pardus cum hedo accubuit: qñ Ar-
riani et ceteri heretici cōuerſi ⁊ recōciliati ſunt ad
fidē catholicam. Et tunc vitulus ⁊ leo ⁊ ouis ſimul
morabantur: qñ omnes reges ⁊ principes ⁊ tyran-
ni petulantes ⁊ ſuperbi perſequutores eccleſie con-
uerſi ſunt ad fidem: ⁊ ſimul cum ſimplicibus fideli-
bus/quos ante perſequebant̄/habitarūt in eadē
eccl'ia: ⁊ vno corpe Chriſti ⁊ calicem participarūt. Et
ſic patet qualiter philoſophi gentiū cōflarūt gla-
dios ſuos in vomeres: et principes terre lanceas
ſuas in falces: et qualiter lupus/et ouis/et pardus
cū agno: ⁊ vrſus ⁊ leo paſcunt̄ ſimul cū oue ⁊ agno:
que oia fuerūt cōpleta per cōuerſionē populi gēti-
lis. Et ſic fuit facta pax inter deum ⁊ hoies: ⁊ inter
populū gentilē ⁊ eccleſiam vniuerſaliter ꝑ totum
orbem. ¶ Et nota etiam ꝙ illa prophetia fuit lite-
raliter ad tempus in aduentu Chriſti verificata.
Nam cū ante aduentū Chriſti per ciuilia bella ge-
ſta inter Mariū ⁊ Syllam/⁊ ⁊ exinde inter Ceſarē
et Pompeiū/demum inter Octauianū ⁊ Marcum

philoſo. phi. vſus ſa-cre ſcri-pture.

¶ Imperatores ⁊ reges dicūt leones.

Antonium ad modum totus orbis fuiſſet vexatus
tandē finaliter oibus inimicis ꝑ Octauianum de-
uictis: quaſi totus mūdus ſub Octauiano per qua-
draginta annos ī placida pace requieuit. Nam
tunc Egypt⁹/Dalmatia/Rechia/Vindelicia/Pan-
nonia/⁊ omnes Ponti ciuitates: prouincie ſub Ro-
mano imperio facte ſunt. Item Dacos/Germanos:
⁊ Cantabros Hiſpanorum ferociſſimas gentes ipſe
Octauianus ſuo ſubiecit imperio. Item ab Arme-
nia ⁊ Parthia obſides recepit. ⁊ Perſe ⁊ Parthi ſi-
gna Romana: que quondam Craſſo victo accepe-
rant: ipſi reddiderūt. Itē Scythe/⁊ Indi/⁊ famo-
ſiſſima inſula Taprobana/quibus ante nomen Ro-
manū incognitum fuerat: legatos cū muneribus
ipſi deſtinauerūt. In cuius quidem Octauiani qua-
drageſimo ſcḋo anno natus fuit Chriſt⁹: dum tot⁹
orbis longa pace frueret̄ in quo tempore bella in
tantum fuerūt obliuioni tradita: ꝙ quaſi oia arma
erant ī vomeres ⁊ cetera ruſticalia inſtrumenta
conflata. Ex quibus patet ꝙ ꝓphetia Eſaie etiam
temporaliter fuit in Chriſti aduētu verificata: ſed
ſenſus ſpiritualis eſt ſemper amplectendus. Et hec
de quarta queſtione.

Queſtio quinta.

QUia viſum eſt in precedēti queſtione
qualiter lex Moyſi fuit literaliter ſer-
uanda vſqꝫ ad declarationē faciendā
per Chriſtū. ⁊ viſum eſt qualiter Chri-
ſtus declarauit legem Moyſi: ⁊ verifi-
cauit legē ⁊ ꝓphetas ꝑ legem euange-
licam: ⁊ ꝑ cōſequens ceſſante lege Moyſi quo ad
cerimonialia debet obſeruari lex euāgelica: ⁊ ſuc-
cedere tanꝙ̄ veritas legis ⁊ ꝓphetarum/per Chri-
ſtum declarata exemplariter ⁊ doctrinaliter: ideo
queritur quinto. Vtrum ceſſante lege Moyſi lex
euangelica debeat ſuccedere legi Moyſi tanꝙ̄ di-
gnior. Et arguunt Iudei moderni ꝙ nō. ⁊ hoc pro-
bāt quadrupliciter. Et primo ſic. qꝛ lex Moyſi eſt
dignior ⁊ maior ꝙ̄ lex euangelica maioritate mira-
culorū: qꝛ maioribus miraculis eſt confirmata: qꝛ
maiora miracula fecit Moyſes in lege veteri ꝙ̄
Chriſt⁹ in lege euāgelica. Nā Moyſes cū magnis
ſignis ⁊ portentis eduxit Iſrael de Egypto: ⁊ diui-
ſit mare rubrum in diuiſiones: ⁊ percuſſit petrā et
fluxerunt aque. ⁊ fecit pluere manna de celo p. xl.
annos ⁊c. Sed nunꝙ̄ Chriſtus fecit tam grandia
miracula. ergo lex Moyſi eſt maior ꝙ̄ lex euange-
lica dignitate ⁊ magnitudine miraculorum. ergo
ipſi nō debuit ſuccedere. ¶ Scḋo arguitur ſic. naʒ
nunꝙ̄ īcertū dꝫ ſuccedere certiori: nec ipſū abolere
ſed lex Moyſi eſt certior ꝙ̄ lex euāgelica: ergo nō
dꝫ illa cedere ⁊ iſta ſuccedere. Minor ꝓbatur. nam
illa eſt certior certitudine legis conditoris: qꝛ fuit
ſcripta digito dei. Exod. xxxj. ⁊ Deuter. ix. Sed iſta
eſt ſcripta digito hoim. ſ. quatuor euangeliſtarum
hoim ruſticorum ⁊ imperitorū. Item illa eſt certior
ratione teſtium: qꝛ eſt teſtificata ꝑ Moyſen qui lo-
cutus eſt cum deo: quo nō ſurrexit maior ꝓpheta
ante nec poſt. Deute. vltimo. Sed lex euangelica
nō eſt teſtificata niſi ꝑ hoies ruſticos ⁊ imperitos
ergo ⁊c. ¶ Tertio arguunt ſic. Lex impoſſibilis non
debet ſuccedere legi poſſibili ⁊ vere: ſed lex euan-
gelica eſt impoſſibilis ⁊ mendax in credēdis. nam
credit ⁊ colit tres deos. ſ. patrē ⁊ filiū ⁊ ſpiritū ſan-
ctum: qḋ eſt impoſſibile ⁊ in lege prohibitum: que
dicit. Audi Iſrael dñs de⁹ tuus vnus eſt. Deute. vj.

Scḋo

Tertio.

Itē credit deum factum hoīm ⁊ incarnatū: ⁊ cre-
dit panē factum deū ⁊ hominē in ſacramēto alta-
ris: q̄ omnia ſunt impoſſibilia. Et ſic lex euangeli-
ca eſt impoſſibilis ⁊ blaſphema in credēdo: ⁊ ꝑ cō-
ſequēs non debet ſuccedere legi Moyſi q̄ eſt ſan-
cta ⁊ vera. ¶ Quarto arguunt ſic. Lex euangelica
eſt ſacrilega ⁊ irreligioſa in cultu ſuo: nam adorat
hoiem Chriſtū: ⁊ adorat panē in altari: ⁊ adorat li-
gnū ⁊ lapidē in cruce ⁊ imaginibus ergo eſt ſacri-
lega ⁊ idololatra cōtra primū p̄ceptū p̄me tabule.
Et ſic p̄ʒ qualiter lex euāgelica eſt indignior ⁊ mi-
nor in miraculis: ⁊ incertior ī teſtib⁹ ꝙ̄ lex Moyſi
⁊ eſt impoſſibilis ⁊ falſa in ſua fide: ⁊ ſacrilega in
ſuo cultu: ⁊ ꝑ conſequens non debet ſuccedere legi
Moyſi: q̄ eſt dignior ⁊ certior ⁊ vera ⁊ religioſa: ⁊
ideo nulla alia debet ipſi ſuccedere. ¶ In oppoſi-
tum eſt apoſtolus ꝑ totam epiſtolā ad hebreos: vbi
probat legē euangelicam eſſe melioreʒ lege veteri:
tum ratiōe legiſlatoris: tum ratione ſacerdotij: tū
ratione ritus ⁊c. vñ ait capitulo. viij. ꝙ Chriſtus
melius ſortitus eſt miniſterium quanto melioris
teſtamēti mediator eſt: ꝙ in melioribus repromiſ-
ſionibus ſancitū eſt ⁊c. ¶ Reſponſio. In hac que-
ſtione erunt tres articuli. In primo videbit̄ qual'r
lex euāgelica eſt dignior ⁊ maior lege Moyſi ma-
gnitudine miraculorū: ⁊ certior certitudine teſtiū.
In ſcḋo videbit̄ qualiter lex euāgelica eſt poſſibi-
lis ⁊ rōnabilis in credendo. In tertio qualiter eſt
pia ⁊ religioſa in ſuo cultu. ¶ Quantū ad primum
ponit̄ prima concluſio. ſ. ꝙ maiora miracula fecit
Chriſtus ⁊ apoſtoli in lege euangelica ꝙ̄ Moyſes
in lege veteri. Probat̄. Nam maiora miracula ſunt
illa que non poſſunt fieri ꝑ naturam ꝙ̄ illa q̄ fieri
poſſunt ꝑ naturam. ſed miracula que fecit Moy-
ſes poterant fieri partim ꝑ naturam: nā naturali-
ter poſſunt fieri rane ⁊ muſce ex putrefactiōe ꝑ ſo-
lam influentiā celi: ⁊ naturaliter ex cōcurſu ventorū
pōt diuidi mare vſqꝫ ſolum ⁊ apparere arida: vt
frequenter viſum eſt in tēpeſtatibus. Item abſtra-
here aquā ex rupibus partim pōt fieri ꝑ artem et
naturam. Nam vene aquarum tranſeunt quādoqꝫ
naturaliter ꝑ rupes ⁊ ꝑ viſcera terre. ſed per artem
quis poteſt ꝑforare rupem cum aceto ⁊ malleo: ⁊ ef-
fodere terram: ⁊ educere aquam/ſicut fit in puteis.
ideo dicit Rabi Moyſes de Egypto: ꝙ oīa miracula
que fecit Moyſes poterant naturaliter fieri. Sed
miracula que fecit Chriſtus totaliter erant ſupra
naturam: ita ꝙ nullo modo poterant fieri per natu-
ram. nam reſuſcitare mortuū quatriduanum ⁊ fe-
tentē nullo modo poteſt fieri ꝑ naturam: ⁊ impe-
rare mari ⁊ ventis ⁊ demonibus: ⁊ ad ſuū p̄ceptum
ſanare ſubito cecum a natiuitate: ⁊ paraliticos/et
ceteros infirmos. omnino erat ſupra naturam ⁊ im-
poſſibile ipſi nature. ⁊ ſic multo maiora fuerunt mi-
racula Chriſti ꝙ̄ Moyſi. Item multo maius factū
fuit cōminuere omnia idola mundi: et conuertere
totum populum gentilem ab idololatria ad fidem: ⁊
ꝙ̄ educere populum Iſrael de Egypto ⁊c. Et ſic pa-
tet qualiter lex euangelica eſt dignior lege Moy-
ſi magnitudine miraculorum: ⁊ maioribus et plu-
ribus miraculis confirmata ad ſolum imperium
ipſius Chriſti: ⁊ in ſolius nominis Ieſu virtute: vt
p̄ʒ ꝑ diſcurſum euangeliū/⁊ actus apoſtolorum/⁊
hiſtorias ſanctorum. Item multo maiora miracula
fuerūt ſpūalia ⁊ inuiſibilia que fecit Chriſtus: qui

Quarto.

¶ Reſponſio

¶ Maiora miracula fecit xp̄s ꝙ̄ moyſes.

non ſolum ſaluabat omnes in corpore: ſed etiā in anima. Sed ꝗuis iudei nō concedunt iſta inuiſibilia: tamē nō poſſunt negare cōuerſiones gentiliū. Et licet miracula facta per Moyſen fuerint vera miracula: ⁊ magna: ⁊ ſupra naturam: tñ miracula Chriſti fuerūt multo maiora. ⁊ hoc dupliciter. Primo: q: oīno ⁊ non ſm partem erant ſupra naturā. Secundo: quia Moyſes operabatur inuocando deum tanꝙ miniſter: Chriſtus autem imperando tanꝙ deus ⁊ dominus nature. ¶ Secunda cōcluſio / lex euangelica eſt certior ⁊ magis autentica certitudine teſtium ⁊ ſcriptorū ꝙ lex Moyſi. Probatur: nā illa lex eſt certior que habet ſcriptores ⁊ teſtes minus ſuſpectos: ſed lex euangelica eſt huiuſmodi reſpectu legis Moyſi: ergo eſt certior. Maior ptz. Minor probatur. Nā ipſemet Moyſes fuit ſcriptor ⁊ ſolus teſtis ſue legis: quia ipſe ſcripſit eam: ⁊ dixit qualiter locutus eſt cum deo in monte Sinai: Et qualiter deus dedit ipſam legem ſibi vt promulgaret eā illi populo rudi. Sed in hoc nullum habet teſtem niſi ſeipſum: ergo nō eſt ſimpliciter ipſi credendum: quia nullus poteſt facere teſtimoniū de ſeipſo: nec tale teſtimoniū eſt acceptabile in foro iudiciali. Chriſtus aūt nihil ſcripſit in chartis: ſed ſcripſit legē ſuaʒ in cordibus hoīm / predicando ⁊ miracula faciendo: miraculis ⁊ operibus teſtimoniū de ipſo perhibētibus. Sed quatuor euangeliſte: ⁊ duodecim apoſtoli: ⁊ ſeptuaginta duo diſcipuli hec omnia viderunt et ſcripſerunt: ⁊ teſtimonium perhibuerunt de geſtis ⁊ factis ⁊ dictis eiꝰ. Et ideo tales teſtes ⁊ ī tāto numero de neceſſitate ſunt credendi: nec eorum teſtimonium eſt ſuſpectum: quod non eſt dicendum de moyſe qui ſolus teſtimonium prebet de ſeipſo in ſua lege. Propter qḋ dixerunt aliqui gentiles ⁊ heretici qḋ Moyſes ficto modo ⁊ cum dolo decepit illū pplm fingendo ſecum deū fuiſſe locutum: ⁊ ꝙ [illegible] mentitur: vel ꝙ fecit miracula in ſola apparentia per artes magicas. Sed ad hoc reſpondent Judei quod Moyſes omnia illa miracula fecit euidenter corā toto illo pplo puta illa decem ſigna in Egypto: ⁊ in deſerto percuſſit petram ⁊ fluxerunt aque ⁊c. Itē David hoc idem teſtatur de Moyſe cum ceteris prophetis. Sed ad hoc inſtando dicerent heretici ⁊ gentiles: qḋ hoc non probat factum: ſed magis reddit ipſum ſuſpectum: nam ipſemet ſcripſit illos quinꝙ libros: qui narrando ſua geſta dicit ſe feciſſe illa miracula coram illo populo: ⁊ accepiſſe illaʒ legem a deo. Sed nullus alius reperitur qui talia ſcripſerit in illo tempore: nec dixerit ſe vidiſſe. Uñ eodē modo quis poteſt fingere ſe fuiſſe in Perſia / aut Armenia ⁊ ſimilia ⁊ maiora opa feciſſe coram pplo: ſicut fecit Manicheus nominās ſe decimum tertiū apoſtolum Chriſti: ⁊ Mahometus: qui dixit ſe aſcēdiſſe in celū cū angelo Gabriele: ⁊ accepiſſe alchoranū a deo: vt ipſe ſcribit ī libro q̄ dr̄ Almoharag. Et ſic etiā Moyſes potuit decipere illuʒ populū: ſicut Manicheus ⁊ Mahometus. Et ſic etiam David ⁊ ceteri poſteriores potuerunt decipi in fide Moyſi credendo ipſi / ſicut Sarreni decipiuntur prebendo fidem / ⁊ credendo verbis Mahometi prebentis teſtimonium de ſeipſo. Quare ſicut teſtimonium illorum non eſt acceptandum tāquam ſuſpectum: ita nec teſtimonium Moyſi: ⁊ ſic manet lex Moyſi ſuſpecta propter defectum teſtium et

Lex euāgelica eſt certior ꝙ lex moyſi.

ſcriptorum: ⁊ lex euangelica manet probabilis et credibilis. Sed eſt dicendum ſecundum veritatē ꝙ lex Moyſi licet ſit vera ⁊ a deo vero data: vt probat Apl's ad Hebre. ⁊ Augu. Contra Fauſtum ⁊ contra aduerſarium legis ⁊ prophetarum: tamen eccleſia non crederet legi Moyſi / niſi quia Chriſtus auctorizauit eam / allegando frequenter legē ⁊ prophetas: īmo dixit ꝙ nō venit ſoluere legē aut prophetas: ſed adimplere Matthei. v. Itē Joan. v. dixit. Si crederetis Moyſi: crederetis forſitan ⁊ mihi: q: Moyſes de me ſcripſit. Item luce. xxiiij. Incipiens a Moyſe ⁊ prophetis interpretabatur illis duobus diſcipulis oīa que de eo ſcripta erant ⁊c. Ex quibus ptz ꝙ lex Moyſi ⁊ ſcriptura prophetarum intm̄ eſt nobis credenda: inquantum fuit teſtificata ⁊ auctorizata per Chriſtum. Ex quibus oībus ſequitur: ꝙ lex euangelica eſt oīno perfectior ⁊ dignior ⁊ certior lege Moyſi non ſolum ratione miraculorū: ſed etiam ratione legiſlatoris: qui eſt Chriſtus deus: ⁊ ratione teſtium ⁊ plurium ſcriptorum idoneorum ⁊ authenticorū. Et ideo debet ſuccedere ⁊ ſilentium imponere legi Moyſi tanꝙ veritas figure ⁊ ſignatum ſuo ſigno: et ſicut lux fugat tenebram ⁊ vmbram. Et hoc de primo articulo. ¶ Quātū ad ſecundū articulū eſt notandū: ꝙ licet articuli fidei Chriſtiane nō ſint demōſtrabiles: nec poſſent a nobis in via demōſtrari de facto: tamen eorꝫ poſſibilitas non ſolū eſt nobis probabilis: ſed etiā demōſtrabilis ex primo ſuo fundamento. Uñ licet deum eſſe incarnatum nō poſſit demonſtrari: tñ deum potuiſſe incarnari eſt demōſtrabile: vt patebit: q: oēs articuli fidei ſunt poſſibiles: ſed in eorū poſſibilitate eſt ordo: nam articuli fidei ita ſunt ordinati: ꝙ vnus preſupponit alterum in ſua poſſibilitate: ⁊ ſic priores in ſua poſſibilitate vſꝙ ad primum articulum. ſ. articulum trinitatis: qui eſt cauſa oīm articulorum in veritate ⁊ poſſibilitate: nam ex veritate ⁊ poſſibilitate articuli trinitatis infertur veritas ⁊ poſſibilitas articuli creationis: ⁊ ex poſſibilitate articuli trinitatis ⁊ creationis infert poſſibilitas incarnatiōis: ⁊ ex poſſibilitate īcarnationis īfertur poſſibilitas auctoritatis Chriſti: ⁊ inſtitutionis euchariſtie: ⁊ poſſibilitas paſſionis: reſurrectionis: ⁊ liberationis patrum de inferno: ⁊ totius noſtre redemptionis ⁊c. Et ſic omnes articuli fidei preſupponunt articulum trinitatis pſonarū in vna ſubſtantia in diuinis. Sed poſſibilitas articuli trinitatis fundatur in quadā veritate infallibili ⁊ neceſſaria ⁊ demonſtrabili per omnes philoſophos: īmmo iam per eos demonſtrata. Ad cuius intellectum eſt iterum notandum: ꝙ inter ceteras proprietates et perfectiones primi entis qui eſt deus: ſeptem proprietates ponit Ariſtoteles et cōmentator. xij. methaphyſice: ⁊ Auicenna: ⁊ Algazel in ſua metaphyſica. Primo ꝙ deus eſt actus purus et ſimpliciſſimus et primū neceſſe eſſe ⁊ independens. Ex quo ſequitur ſecundum: ſcilicet ꝙ eſt ſummum et primum intelligibile. Tertio / qḋ eſt ſeipſum intelligens. Quarto / qḋ eſt ſummum bonum ⁊ primum appetibile: et per cōſequēs ſeipſum amans et diligens. Quinto / ꝙ ſua intellectio ⁊ volitio eſt ſua ſubſtantia: eo quod intelligit et diligit ſe per ſuam ſubſtantiam et eſſentiam. Sexto dicit / quod ab iſto primo ente / et primo intelligibili / et appetibili ſe intelligente et amante dependet to-

[illegible] Scd's articulus. Articuli [illegible] poſſibilitas demonſtrabilitas. Sep [illegible] proprietates perfectiones [illegible] primi entis.

tum celū ⁊ natura. Septimo dicit: ꝙ oēs ſcde intelligentie mouent ⁊ gubernant omnia iſta inferiora propter iſtum deum amatū ⁊ deſideratū. Ex iſto ergo fundamento ⁊ veritate infallibili: ⁊ neceſſaria: ⁊ impoſſibili aliter ſe habere / infert Aug. in libro xv. ⁊ in ceteris libris de trinitate contra Maximinū ⁊ ceteros Arrianos totū myſteriū trinitatis: ⁊ productionū duarū perſonarū diuinarū a prima. Et hoc idem faciunt oēs ceteri doctores. Unde dicit Augu. ꝙ intellectus in intelligendo format conceptuʒ diffinitiuum rei intellecte: vt inquit Ariſtote. vij. metaphyſice: qui quidē conceptus dicitur diffinitio: eo ꝙ concludit ⁊ comprehendit oēs fines et partes rei intellecte ⁊ comprehenſe. Et dicit etiam terminus rei: eo ꝙ cōprehēdit ⁊ ambit omnes terminos rei: ⁊ ambit ⁊ terminat eam: vt ptz ibidem. Quā diffinitionem ſiue conceptū: greci appellant logos: id eſt verbum diffinitiuum. Et ideo cum deꝰ pfecte ⁊ cōplete intelligat ⁊ cōcipiat ſeipſum ſe toto ⁊ ſecūdū ſe totū / neceſſe eſt vt de tota ſcientia et intellectione ſua que eſt ſubſtātia ſua / dicat ⁊ pducat tale verbū diffinitiuū ſuipſius quo ſeipſuʒ diffinat ⁊ cōprehendat. Sed q: ſuū intelligere et dicere: eſt ſuum eſſe et ſua ſubſtantia ⁊ eſſentia: ideo illud verbū dictū ⁊ productū de tota eſſentia ⁊ ſubſtantia dei neceſſe eſt ꝙ ſit deꝰ: q: deus pater intelligendo ſe totū ⁊ dicendo tale verbum de tota ſua ſubſtantia: cōmunicat illi verbo totā ſuā ſubſtātiā et eſſe et eſſentiā: cū ibi eſſe ⁊ intelligere ſit ſua eſſentia ⁊ ſubſtātia / ⁊ cōuerſo. Et ſic eadē ſubſtantia ⁊ eſſentia eſt in verbo ⁊ in ipſo patre dicente: ⁊ per cōſequēs idem deus eſt verbū cum dicēte. Sed q: hoc verbū naſcitur a dicente per moduʒ nature: q: totaliter eſt imago dicentis ⁊ intelligentis: q: totaliter exprimit ⁊ diffinit idem: ideo ſacra ſcriptura hoc verbū appellat filium: ⁊ dicentem appellat patrē. ¶ Et rurſus ſicut propriū eſt intellectui intelligere: et ex intellectione formare diffinitionē ſeu verbū diffinitiuū: ita proprium eſt voluntati velle ⁊ diligere bonū intellectū: ⁊ ſpirare amorē in eo de tota illa dilectione: quo amore ſe toto diligat ſe totum / ſuū volitū ⁊ amatū: quē amorem ſic ſpiratum ſcriptura appellat ſpm̄ ſctm̄. Uñ ſicut pater intelligendo ſe format ⁊ dicit verbum de tota ſcientia ⁊ ſubſtantia ſua: cui verbo communicat totā eandē ſuam ſubſtātiam ⁊ eſſentiam in eſſe: in quo et per quod verbū pater ſe totuʒ diffinit ⁊ comprehendit tanꝙ per ſuam imaginē coequalē ⁊ pfectā: in quo verbo ſicut ſe intelligit eſſe ſummū ens ⁊ intelligibile: ita intelligit ſe ſummū bonū amabile ⁊ appetibile: ⁊ ideo abſꝙ aliquo medio ſicut intelligit ſe in verbo / ⁊ verbū in ſe: et ſic per modū voluntatis producit et ſpirat amorem de ſummo bono intellecto. Et ſic ſicut pater intelligendo cōicauit verbo totam ſuā ſubſtantiam ⁊ eſſentiam: ita pr̄ ſimul cū verbo diligendo cōmunicat ſpiritui ſancto eādem ſubſtantiam ⁊ eſſentiā: que prius cōmunicata fuit verbo. Et ideo ſicut filius procedit a ſolo patre per generationē: ita ſpiritus ſanctus nō ſolū pcedit a patre: ſed etiā procedit a verbo ſeu filio per ſpirationem: eo ꝙ ſubſtantia que communicat ſpiritui ſancto: prius fuit communicata filio a patre: et ſic eadem ſubſtātia communicatur ſpiritui ſancto ab vtroꝙ tanꝙ ab vno principio: vñ ſicut intelligere pcedit diligere: ita dicere pcedit ſpirare: ſicut nihil

diligit niſi pcognitum. Ex qbꝰ patꝫ: ꝙ eadem ſubſtantia ⁊ eſſentia quā pater hꝫ a ſe / communicatur filio a patre per generationem: ⁊ eadem cōmunicatur ab vtroꝙ ſpiritui ſancto per ſpirationem: ⁊ ſic manet vnus ſolus deus eſſentialiter ⁊ ſubſtātialiter ⁊ exiſtēter in tribus perſonis: poſtꝙ in tribus perſonis nō eſt niſi vna eſſentia: ⁊ ſubſtātia: ⁊ vnuʒ eſſe: per quā eſſentiā / ⁊ ſubſtantiam diuinam / ⁊ per qḋ eſſe vnaqueꝙ perſona dicit deus: ⁊ dicit ens et ſubſtātia: ⁊ dicit habere eſſe ſimpliciter: quia pater nō eſt deus: ne ens: nec ſubſtantia per paternitatem: ſed per deitatem: quia paternitas non conſtituit patrem in eſſe diuino ⁊ ſubſtātiali: nec in eſſe exiſtentie: ſed ſolū cōſtituit patrem in eſſe perſonali et paterno. Et ſic eſt dicēdū de filiatione reſpectu filij: ⁊ ſpiratione paſſiua reſpectu ſpiritus ſancti. Et ideo pater ⁊ filius et ſpūs ſanctus non ſunt tres ſubſtantie / nec tria entia / nec tres pſone abſolute: ſed ſunt tria relatiua: ſiue tres perſone relatiue: q: relationes nō pñt multiplicare ſubſtantiam: nec multiplicare ens: quia non ſunt entia: nec ſunt aliquid: ſed ad aliquid: vt ait Ariſtote. ⁊ Augu contra Maximinū. Ideo iſte tres pſone dicuntur realiter diſtincte: non ꝙ ſint tres res abſolute: nec tria entia: ſed tres res relatiue. Sed dicuntur tres res reales inquantuʒ pater realiter producit verbum reale: ⁊ pater et filius realiter ſpirant ſpm̄ ſanctū realē. Et prima perſona ita eſt pr̄ ꝙ non filius / nec ſpūs ſanctus: eo ꝙ eſt a ſe: ⁊ non ab alio: nec generatur: nec ſpiratur: et filius ita generat a patre qḋ non generat / nec ſpiratur: ⁊ ideo nec eſt pater: nec ſpūs: ſed verbum ⁊ filius. Et ſpiritus ſanctꝰ ita ſpiratur ab vtroꝙ: ꝙ nec generat: nec generatur: nec ſpirat: ſed ſolus ſpiratur: ideo ſolus eſt ſpūs ſanctus. Et ſic vna pſona negatur de altera nō ſubſtātialiter / nec realiter abſolute: ſed realiter relatiue: inquantū vna alteri relatiue opponit: ⁊ ſic manet vnum ſolū ens abſolutū in tribꝰ pſonis relatiuis: non ꝙ deus ſit vnum ens abſolutū per ſe / ſine vel preter illas tres perſonas relatiuas: q: nec per ſe facit pſonā ſine illis tribꝰ: nec reperit in aliqua alia pſona preterꝙ in illis tribꝰ: nec deus eſt aliud ꝙ ille tres pſone: nec ille tres perſone ſunt aliud ꝙ vnus deus. Sed eſt aduertendū: ꝙ iſta trinas pſonarū in diuinis nō eſt inuēta ⁊ reperta in ſola chriſtiana religione: q: iam fuit memorata ab antiqs philoſophis. Nā Ariſtote. xij. metaphy. implicite ⁊ cōfuſe ponit iſtam trinitateʒ: dicens qḋ in diuinis eſt deus intelligens: ⁊ ſua intellectio eſt ſua ſubſtātia et ſua volitio in qua felicitatur. Tamē Plato in Timeo / ⁊ in epl'a ad Dionyſiuʒ clare diſtinguit iſtā trinitatem perſonarum ſm ordinem intelligendi ⁊ diligēdi ſe in deo / dicēs ꝙ deus intelligendo ſe format verbū ſibi conſubſtātiale ⁊ coeternū: qḋ verbū qñꝙ nominat filium: ⁊ quādoꝙ nominat ipſuʒ ſm deum creatoreʒ oīm: eo ꝙ in illo verbo ſunt idee ⁊ exemplaria ⁊ forme omnium rerum creatarum. Et ſimiliter ponit ſpiritum dei penetrare ⁊ viuificare omnia creata: quem appellat animam mundi. Qḋ allegans Uirgilius in ſexto dicit. Principio celum ac terras campoſꝙ liquentes: ⁊ lucentemꝙ globū lune titaniaꝙ aſtra Spiritus intus alit: totamꝙ infuſa per artus Mens agitat molem: ⁊ magno ſe corpore miſcet ⁊c. Item in. iiij. Georgicorum. Quidam dixere deum namꝙ ire per oēs Terraſꝙ tra

Pr̄ filiꝰ et ſpūs ſanctus ſūt tres pſone.

Not.

etuſq; maris celumq; profundum ⁊c. Et ſic Plato
et multi philoſophi antiqui poſuerunt trinitatem
in diuinis/appellantes primã perſonã patrem: ⁊ ſe
cundã verbũ ⁊ filium: ⁊ terciã appellabant ſpiritũ
dei/⁊ animam mundi/dicẽtes ꝙ pater per verbum
omnia produxit: ⁊ per ſpm̃ oĩa viuificat et mouet:
vt pꝫ in Timeo Platonis: ⁊ in libris de republica:
et in Epiſtola ad Dionyſium/⁊ in ep̃la ad Eraſtum
et Coriſcũ. Itẽ Platonus in libro de tribus hypo
ſtaſibus a quib⁹ omnia principiũ habent. Et dicit
Plato: ꝙ iſte tres perſone non ſunt plures ſubſtan
tie. ſed vna tantũ. Et qd̃ verbũ dei eſt ipſe deus: et
ſpũs dei eſt ipſe deus. Et ſic tã Plato: ꝙ Socrates cõ
cedebant iſtas tres perſonas in deo: ⁊ ideo Pytha
gorici propter iſtam trinitatem colebant vnũ ſolũ
deum ſub triplici honore. ſ. adoratione/⁊ oblatione/
⁊ oratione laudis: vt pꝫ primo de celo ⁊ mũdo. Ex
quibus pꝫ ꝙ deum eſſe trinum ⁊ vnũ non eſt arti
cul⁹ fidei: cũ naturaliter ſit demõſtrabile ⁊ ꝓbabi
le apud philoſophos: ſꝫ iſtas tres diuinas perſonas
eſſe realr̃ diſtinctas i vna ſimplici eſſentia/⁊ ſubſtã
tia eſt articul⁹ fidei: ꝓut ponit ⁊ credit fides catho
lica. Itẽ ſequit̃: ꝙ lꝫ philoſophi peruenerint natu
raliter in cognitionẽ iſtarum triũ perſonarũ ſit cõ
fuſe: inquantũ nouerunt deũ eſſe primũ intellectũ
et primũ principiũ omniũ: prout dictum eſt: tñ na
turaliter non potuerũt peruenire ad modũ emana
tionum diuarũ perſonarũ a prima: ⁊ quomodo iſte
tres perſone ſunt realiter diſtincte: niſi deus reue
laſſet hoc ſpecialiter ⁊ diſtincte in nouo teſtamen
to: ⁊ ſic eſt articulus fidei. Et ideo beatus Auguſt.
ſpiritu ſancto illuſtratus iſtas emanationes ⁊ ori
gines et diſtinctiones perſonarum lucide et clare
diſtinxit in libris de trinitate: per cuius doctrinam
chriſtiana religio ſe poteſt defendere ab omni in
curſu philoſophorum infideliũ: immo quanto ꝗs
magis eſt inſtitutus in vera philoſophia ⁊ metha
phyſica: tanto citius adherebit ⁊ aſſentiet verita
ti fidei catholice/⁊ articulo trinitatis perſonarum
cũ ſimplicitate diuine eſſentie. Ex ſupradictis patꝫ
non ſolum poſſibilitas: ſed etiã veritas articuli tri
nitatis contra miſeros ⁊ cecos Judeos/qui hoc re
putant impoſſibile. Sed non mirum: qꝛ non ſolum
ſunt occecati in intelligentia ſacre ſcripture: ſed
etiã ſunt ignari vere philoſophie. ¶ Habita ergo
cognitione trium diuinarũ perſonarũ per emana
tionem ſecunde perſone quod eſt verbum a prima
perſona qui eſt pater: ⁊ per emanationem ſpiritus
dei ab vtraq;: deuenerunt etiam philoſophi ad co
gnitionem creationis creaturarum per emanatio
nem a verbo diuino. Unde dicit Plato: quod ſicut
verbum diuinũ emanat a patre: ita omĩa iſta entia
emanant a diuino verbo per creationem. Et ſicut
verbũ emanat a patre tanꝗ̃ ſcientia a ſciente: ita
oẽs artes ⁊ ſcientie emanant a verbo diuino in ho
mines: vt inquit Epicarmus comicus diſcipulus
Platonis: ꝙ diuinũ verbũ artes hominibus ſug
gerit: docetq; facere quod cõducit: non inuenerunt
enim homines artes: ſed eas verbum hominibus
immiſit: verbũ autẽ hoĩm a diuino verbo defluxit.
Et ſic dicit Plato: quod ſicut illud diuinum verbũ
fluit et emanat a patre: ita omnia creata emanant
a verbo. Sed iſtam emanationem multo clarius
declarat Auguſtinus et doctores catholici: ponen
tes multiplicem differentiam inter iſtam emana
tionem creaturarũ a verbo/⁊ illam verbi a patre.
Nã qꝛ verbũ primo emanat a patre dicẽte ꝑ modũ
nature: ideo dicitur fili⁹ patris: ⁊ qꝛ in tali ꝓductiõe
pater cõmunicat filio totam ſubſtantiam ⁊ eſſen
tiam ⁊ eſſe: ideo filius eſt conſubſtantialis: ⁊ equa
lis patri: ⁊ idem deus cũ patre. Sed creature ema
nant a verbo per modũ artis: ideo deus ita cõmu
nicat creaturis ſilitudines ſuarũ ꝑfectionũ ⁊ idea
rumq; non cõmunicat eis ſuã ſubſtãtiam ⁊ eſſen
tiam. Et ideo nulla creatura eſt deus: nec filius na
turalis dei: nec deo equalis/nec conſubſtantialis:
ſicut artifex ita cõmunicat artificiato ſimilitudinẽ
ſue artis: ꝙ non cõmunicat ſubſtantiã ſuam. Scd̃a
differentia eſt: qꝛ pater producit verbũ de tota ſciẽ
tia ⁊ ſubſtantia ſua: ideo non poteſt producere niſi
vnũ verbũ: ſed deus non producit mundũ de tota
arte ſua: que eſt infinita: ideo poteſt ꝓducere mul
tos alios mundos non euacuãdo artem ſuã. Tertia
dĩa eſt: qꝛ deus pater producit filium ⁊ verbũ ab
eterno: eo ꝙ filius naſcit̃ ⁊ emanat naturaliter et
per modũ nature. Sed mũdus non emanat a ỽbo
ab eterno: eo qd̃ nõ producitur naturaliter ſed ar
tificialiter ⁊ libere. Artificialia enim non ſunt na
turalia ſed voluntaria. Quarta differentia eſt: nam
deus pater per ſeipſum de ſcientia et intellectione
ſua ab eterno dicit illud verbũ nõ per aliud ỽbũ:
et ꝓductũ manet in producente ſubſtantialiter: et
eſſentialiter: ſed in creatiõe rerũ deus pater ꝑ ver
bũ eternũ dixit omnia creata ad extra: ⁊ ideo ver
bũ eternũ nullũ aliud verbũ preſupponit: ſed oĩa
creata preſupponit verbum eternũ per qd̃ ſunt di
cta ex tpe. Ideo hec eſt cauſa quare pater non põt
dicere ſuũ verbum quin cõmunicet ipſi totam ſub
ſtantiam ⁊ eſſentiã: eo ꝙ abſq; alio verbo per ſe na
turaliter ipſum dicit de tota ſua ſcientia ſpeculati
ua. Sed qꝛ per verbũ ſuũ dicit alia tanꝗ̃ per ſcien
tiã practicam: ideo ita communicat rebus creatis
ſimilitudines ſue ſcientie ⁊ ſuarũ idearũ: ꝙ nõ com
municat ſuã ſubſtãtiam. Eſt autẽ multiplex differẽ
tia inter deũ: ⁊ quẽlibet artificem creatũ: ⁊ quodli
bet agẽs naturale. Nã de⁹ ſolo verbo dicẽdo abſq;
motu ⁊ tpe poteſt oĩa producere: qd̃ nõ poteſt age
re artifex creatus nec agens naturale. Et hoc acci
dit/qꝛ deus continet in verbo ſuo perfectiões oĩm
⁊ oĩa dependent a diuino verbo quo ad totum ſuũ
eſſe in genere cauſe efficiẽtis ⁊ formalis ⁊ finalis.
Et ideo deus nihil aliud extrinſecum preſupponit
in ſuã actione: ⁊ per conſequens põt producere res
quo ad totũ ſuũ eſſe. Et ideo dicendo: fiat lux: facta
fuit lux: ⁊ dicẽdo fiat firmamentũ: factũ fuit firma
mentũ: abſq; alia mora: eo ꝙ oĩa dependent ex di
uino verbo quo ad totum ſuum eſſe. Scd̃a differen
tia eſt: quia artifex creatus ita communicat formã
accidentalem rebus artificiatis: quod non poteſt
producere materiam: vt puta argentum: aut aurũ
aut lapides ⁊ ligna: eo qd̃ iſta non dependent ex
arte humana: niſi ſola forma artificialis dom⁹: aut
annuli. Et ideo licet domificator millies diceret:
fiat domus: nunꝗ̃ fieret domus: niſi primo per mo
tũ prepararent̃ ipſi lapides: ⁊ lingua ⁊c. eo ꝙ iſta nõ
depẽdẽt ex arte ſua: ſed ex natura: qꝛ vbi deſinit na
tura incipit ars. Sed qꝛ celum ⁊ natura ⁊ oĩa crea
ta dependent ab arte diuina: vt dicit Ariſtote. xij.
metaphyſice: ⁊ cõmentator eius: hinc eſt ꝙ deus ex
ſolo verbo dicendo potuit in inſtanti omnia pro
ducere ex nihilo preſuppoſito. quantũ ad materiã
et formam: ⁊ quo ad totũ ſuũ eſſe ideo dixit ⁊ facta
ſunt: mandauit ⁊ creata ſunt. Unde ſicut ſol in vno
inſtãti cauſat ⁊ multiplicat ſuã ſimilitudinẽ ⁊ ima
ginem ꝑ totum hemiſpheriũ/nõ cõmunicando ſuã
ſubſtantiã: ita deus in eodẽ inſtanti cõmunicauit
⁊ multiplicauit ſolo verbo ſimilitudines ſuarũ per
fectionũ et idearũ in oĩbus creaturis non cõmuni
cando eis ſubſtantiã ſuã. Et ſic pꝫ qd̃ dicere dei ad
extra nihil aliud fuit niſi ſimilitudines ſuarũ ꝑfe
ctionum et idearũ creaturis cõmunicare. Item ſe
quit̃ qd̃ creature nihil aliud ſunt ꝙ̃ ſimilitudines
diuinarũ perfectionum ⁊ idearũ et effectus diuine
artis. Itẽ ſequitur: ꝙ res create non ſolũ recipiũt
a deo eſſe eſſentie entitatis. ꝑ qd̃ aſſimilantur diui
ne arti in ſua ſpecie: ſed etiam recipiunt a deo eſſe
actuale: ꝑ qd̃ eſſe exiſtant ⁊ perſonant̃: ⁊ actualiter
operant̃. nam ꝑ ſolũ eſſe eſſentie non poſſent ꝑſiſte
re: qꝛ nihil aliud eſt nec põt exiſt re ꝑ ſuã eſſenciã
niſi ſolus deus: qꝛ a nullo dependet. et ideo ſolus
deus eſt ſuum eſſe ⁊ vita. xij. metaphyſice. et id̃ oĩs
creatura vltra eſſentiã indiget eſſe/ꝑ qd̃ exiſtat et
viuat. et ſic deus primo dicendo creat et producit
res ad extra: ſed ex conſequenti per ſpiritũ ſanctũ
ſpirat eſſe ⁊ vitam in rebus. Et ideo dicitur Gen̄. j.
ꝙ in principio. i. in verbo creauit deus celum ⁊ ter
ram. ſed qꝛ terra erat inanis ⁊ vacua ſine eſſe: ideo
ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas. i. ſuper om
nia creata: vitam et eſſe conferendo et ea viuifican
do. Et iſtum ſpiritum appellat Plato aĩam mundi.
De quo dicit Uirgilius in ſexto. Principio celum ⁊
terram campoſq; liquentes: Lucentemq; globum
lune: titaniaq; aſtra. Spiritus intus alit: totamq;
infuſa per artus Mens agitat molẽ: ⁊ toto ſe cor
pore miſcet. Item in Georgicis. Deũ nãq; ire ꝑ oẽs
Terraſq; tractuſq; maris celũq; profundũ. Ex qui
bus pꝫ: ꝙ ſicut deũ eſſe trinum ⁊ vnum non eſt ar
ticulus fidei: eo qd̃ hoc nouerunt philoſophi in lu
mine naturali: ſed eſt articulus fidei: inquantũ nos
credimus illas tres ꝑſonas eſſe inter ſe realiter di
ſtinctas cum ſumma ſimplicitate diuine ſubſtãtie
ſicut ſupradictum eſt: qd̃ habemus ex ſola reuela
tione ⁊ auctoritate ſacre ſcripture: Ita parit̃ eſt di
cendũ ꝙ mũdũ eſſe a deo ꝓductũ nõ eſt articul⁹ fi
dei: qꝛ hoc idẽ aſſerunt philoſophi: ꝗ poſuerũt deũ
in triplici genere cauſe. ſ. efficientis formalis et fi
nalis: vt pꝫ. xij. methaphiſice. ſed mundũ eſſe crea
tum de nihilo ex tempore: ⁊ ꝙ mũdus habuit prin
cipium: hoc eſt articulus fidei: qꝛ nõ poteſt demon
ſtrari/immo oẽs Peripatetici putarunt demõſtra
re oppoſitũ: vt pꝫ. xij. metaphyſice. ⁊. viij. phyſico
rũ: ⁊ primo celi: ⁊ ſcd̃o de generatione. Sꝫ ipſemet
Ariſtoteles dicit in topicis: ꝙ ille rationes nõ ſunt
demõſtratiue ſed tantũ ꝓbabiles. Ex ꝗbus pꝫ qd̃
deũ eſſe trinũ ⁊ vnũ: non eſt impoſſibile: ſicut negãt
⁊ imponunt nobis miſeri Judei: qꝛ hoc conceſſum
fuit a philoſophis licet non ita diſtincte. immo per
emanationẽ creaturarũ quã Judei concedunt: phi
loſophi ꝑuenerunt in cognitionẽ trinitat̃: ⁊ emana
tionẽ diuinarũ ꝑſonarũ a prima perſona patris: vt
dictũ eſt; Sed ꝙ iſta trinitas diuinarũ ꝑſonarum
non ſit ꝑ chriſtianos cõficta: nec ꝑ philoſophos an
tiquitus memorata: ſed etiã in lege ⁊ prophetis ex
plicata: pꝫ ex multiplici auctoritate. ⁊ primo Ge
neſis primo: vbi dicitur. In principio creauit deus
celũ et terrã: terra aũt erat inanis ⁊ vacua: ⁊ ſpiri
tus dñi ferebatur ſuꝑ apuas ⁊c. In quibus verbis
dupliciter denotatur pluralitas ꝑſonarum in diui
nis. Et primo: qꝛ in hebreo dicit̃. In principio crea
uit Heloim celũ ⁊ terrã/vbi ly heloim eſt pluralis
numeri. Et ſic ꝑ totam ſcripturam pro maiori par
te de⁹ ponit̃ in plurali/de quo eſt maxima q̃ſtio: et
nondum ſoluta apud hebreos. Unñ Rabi Moyſes
de Egypto putans ſoluere iſtam q̃ſtionẽ dicit ꝙ he
loim eſt equiuocum ad deũ celi qui eſt vnus: ⁊ ad
angelos ⁊ deos gentiũ. Alij aũt dicunt ꝙ ꝑ heloim
in plurali intelligitur deus cũ iudicib⁹ aut angelis
ſuis. i. qd̃ deus cum iudicibus ⁊ angelis ſuis crea
uit celum et terram. Sed hoc eſt falſum: qꝛ de⁹ non
indiguit auxilio angelorũ ad creandũ mundũ: cũ
angeli ſint de numero creaturarum. Et ideo eſt di
cendũ: ꝙ ly heloim idem eſt qd̃ dij in plurali. ſed ly
dij non ponit̃ ſubſtantiue: ſed adiectiue. Unde diu
dia diuꝫ eſt ſyncopatũ de diuus diua diuũ: qd̃ ſigni
ficat res diuinas. Ideo non valet arg. ſunt tres dij:
ergo ſunt tres dei qꝛ. dei in plurali ſignificat tres
deos: quod nefas eſt dicere in diuinis: ſed tres dij ſi
gnificat tres ꝑſonas diuinas. ſ. patrẽ ⁊ filiũ ⁊ ſpiri
tum ſanctũ. Et ſic conceditur/ꝙ pater ⁊ filius ⁊ ſpi
ritus ſanctus ſunt tres diui ⁊ ꝑſone diuine: ſed nõ
tres dei qꝛ primo tenetur adiectiue denotando per
ſonas/ſed ſcd̃o tenetur ſubſtantiue denotando ſub
ſtantiã ⁊ eſſentiã. Et ſic ergo pro maiori parte poni
tur heloim adiectiue non ſubſtantiue in lege ⁊ pro
phetis: non ſignificando pluralitatẽ ſubſtãtiarum
ſed ꝑſonarũ in diuinis. ſed ceci Judei non capiunt
hoc ſacramentũ. Itẽ ſcd̃o in ſupradictis verbis ex
plicat̃ trinitas ꝑſonarũ. nam deus pater in princi
pio. i. in verbo tanꝗ̃ in arte creauit celũ ⁊ terrã: qꝛ
per verbũ in quo ſunt idee oĩm rerũ dixit oĩa crea
ta/dando eis eſſentiam. ſed ſpiritus domini fereba
tur ſuper aquas dãdo eis eſſe omnia viuificando.
⁊ ſic explicatur myſteriũ trinitatis. Item ſequitur
Dixit deus fiat lux ⁊c. ergo ſi deus dixit: ꝑ aliud ver
bum dixit: ⁊ per conſequens habet verbum per qd̃
dixit omnia. Item ſequitur. Uidit deus cuncta que
fecerat: ⁊ erant valde bona. ergo deus ſicut per ver
bum dedit eſſentiam rebus: ita dedit eis bonũ: id
eſt eſſe quod omnia appetunt. ſed hoc pertinet ad
ſpiritum ſanctum per quẽ deus omnia bonificat.
ergo in diuinis ſunt tres perſone. ſ. pater/verbum/
⁊ ſpiritus ſanctus. hoc idem patet Gen̄. xviij. quan
do Abraham vidit illos tres angelos: et adorauit
vnum tantum deum in eis/dicens. Domine ſi inue
ni gratiam i oculis tuis ⁊c. Et ponitur ibi nomen
domini quatuor literarum qd̃ ſoli deo conuenit. Et
poſtea capitulo ſequenti explicatur eadem plura
litas diuinarum ꝑſonarum/cum dicit̃. Igitur dñs
pluit ſuper Sodomã: ⁊ Gomorrã ſulphur/⁊ ignẽ a
dño de celo ⁊c. Dicit ergo qd̃ dominus pluit a dño
⁊ ponitur in vtroq; nomen quatuor literarum/vbi
notantur due ꝑſone diuine. ſ. perſona filij miſſi ad
pluendum ſulphur/et ignem: ⁊ perſona patris mit
tentis/a quo filius habet quicquid habet. Ex hac
ergo ſcriptura Judei non poſſunt negare eſſe plu
ralitatem in diuinis: non ſubſtantie; ergo ꝑſonarũ.
Itẽ iſta trinitas diuinarum perſonarum explicat̃
pſalmo. xxxij. cũ dicitur. Uerbo domini celi firma
ti ſunt: ⁊ ſpiritu oris eius oĩs virtus eorum. Item
pſalmo. xliij. Sedes tua deus ĩ ſeculum ſeculi: pro

Nota. Mane dĩam emana tionis.

No. de pluralitate pſona rũ i di uinis.

Nota.

Trini tas ex plicat̃ de da uid.

ptetea vnxit te deus deus tuus oleo letitie. vbi po
nitur Chriſtus deus vnctus: et pater deus vngens:
et ſpūs ſanctus quo xp̄s eſt vnct⁹. Itē Eſaie. xlviij.
Dn̄s miſit me/ et ſpūs eius: hec dicit redemptor tu⁹
dn̄s de⁹ Iſrael. Itē zacha. ij. Gaude et letare Siō/
ponā diuinitatē meam in medio veſtri: et cognoſce
tis q̄ dn̄s miſit me: vt prophetarē vobis. Item Pro
uerbiorū. xxx. Quis ſuſcitauit oēs terminos terre:
qd̄ nomen eſt eius et qd̄ nomen filij eius: ſi noſti:
Itē in pleriſq̄ locis reperit̄ memoratū verbū dei
et nomen dei: p̄ qd̄ fides catholica ſemp̄ intelligit ſe
cundā perſonā in trinitate. ſ. filium. Et ſic etiā ſpi
ritus ſanctus frequenter in ſcriptura dicitur ſpi
rit⁹ dei: per quem intelligitur tertia pſona in trini
tate. Et ſic p̄z q̄ articulus trinitatis diuinarū per
ſonarū/ cum vna ſola/ et ſimpliciſſima ſubſtantia nō
ſolum eſt poſſibilis: ſed p̄ ſacram ſcripturam verifi
catus et auctorizatus. Quod quidē myſteriū trini
tatis maxime p̄batur/ et manifeſtat̄ in creatione re
rū: q2 emanatio creaturarū/ et modus p̄ducendi ea
rū preſupponit emanationē diuinarū perſonarum:
vt dictū eſt: q2 p̄ verbum patris facta ſunt oīa: et p̄
ſpiritū dei viuificata. ¶ Ex quibus duobus articu
lis. ſ. trinitatis et creationis redditur poſſibilis: et
probabilis articulus incarnationis. Vn̄ dictū eſt:
qd̄ res create prout ſunt ſimilitudines diuinarum
idearum habent ſolū eſſe ſpecificū et eſſentiale: ſed
per tale eſſe non poſſunt exiſtere in actu nec pſona
ri: niſi influat̄ eis eſſe actuale: et perſonale: quia ni
hil exiſtit p̄ ſuā eſſentiā niſi ſolus deus: q2 eſt inde
pendens. Et ſic dicit̄ q̄ de⁹ primo p̄ verbū dicit res
ad extra: dando eis eſſe ſpecificū: et ex cōſequēti ſpi
rat in eis eſſe perſonale/ et actualis exiſtentie/ per
qd̄ conſeruat res in eſſe duratiuo: de quo dicit au
ctor de cauſis: q̄ prima rerum creatarum eſt eſſe
¶ Ex quib⁹ p̄z q̄ ſicut de⁹ cōſeruat et pſonat vnā
quāq̄ creaturam in eſſe exiſtentie p̄ eſſe creatū
et influxum. Ita pōt aliquam creaturā cōſeruare ī
eſſe et pſonare p̄ ſeipm̄: et p̄ conſequens poteſt effici
vna perſona cū illa. Sic ergo factū fuit in myſtrio
incarnationis. Nā pater/ immo tota trinitas p̄ ſpi
ritum ſanctum formauit illud corpus ex puris ſan
guinibus in vtero virginali: et pfecte organizauit il
lud. Et tota trinitas creauit in eo ſimul aīam illā
intellectiuā/ cum oīb⁹ ſuis pfectionib⁹. Et ſic fuit
verū indiuiduū humanū conditionatū et atomatū:
q2 aīa ē illa que dat compoſito eſſe ſpecificū: et ſub
ſtantiale/ et entitatiuū. tertio de aīa. Et accidentia
dant eſſe atomum et indiuiduale: ſed nec aīa nec ac
cidentia et indiuiduātia et determinātia ſpeciē poſ
ſunt dare eſſe pſonalis exiſtentie/ aut ſubſtātie: nec
pn̄t pſonare illam ſpeciē indiuiduatā/ niſi a primo
ente ſpiret̄ eſſe perſonale/ et eſſe actualis exiſtentie
per qd̄ illa ſpecies et indiuiduū pſonet̄ et exiſtat. Et
hoc fecit verbum diuinū p̄ ſe abſq̄ creatione noui
eſſe: immo p̄ ſe pſonauit illud corpus animatum et
organizatū et indiuiduatum. Ideo in illa bn̄dicta in
carnatione ita fuit creata noua aīa et noua ſubſtan
tia eſſentialiter. q̄ non fuit creata noua pſonalitas
nec nouū eſſe exiſtētie aut ſubſtantie. Et ſic illa in
carnatio nil aliud fuit niſi creatio illius humanita
tis: non ſub eſſe creato: ſed ſub eſſe diuini verbi pre
exiſtentis. Et ſic fuit creatio noue ſubſtātie: ſed nō
noui eſſe. Et ideo illa humanitas nō perſonatur p̄
nouū eſſe creatū: nec p̄ nouā perſonalitatē: ſed p̄ ſo
lam pſonalitatē verbi. Et ideo manet ſolū vna per
ſona in duab⁹ naturis. Sed eſt aduertendum: q̄ to
tus diſcurſus ſupradictus n̄ ē factus eſt ſucceſſiue
in tempore: immo in eodem inſtāti illud corp⁹ fuit
formatū et organizatū et animatū et p̄ verbū aſſum
ptū et pſonatū. Et ſic illa pſona Chriſti dicit̄ verus
et pfect⁹ de⁹: et ver⁹ et perfectus homo. Et ideo de
illa perſona verificant̄ oīa que ſunt dei: et oīa q̄ ſūt
hoīs: ratione duarū naturarū. et Chriſtus dicitur
creator et creatura/ et mortu⁹: et paſſus et cetera.
q2 vere dicit̄ de⁹ et homo. Et ſic etiā cōmunicantur
idiomata vtriuſq̄ nature inter ſe. Nam ille homo
dicit̄ creator ratione deitatis: et ille deus d̄r paſſus
ratione humanitatis/ quam aſſumpſit in atomo in
diuiduatā: et conditionatam vt poſſet pati &c. Ideo
qn̄ dicitur: deus paſſus eſt: eſt ſic intelligendum et
exponendum. i. ille homo qui eſt deus eſt paſſus &c.
Et ſic patet q̄ articulus incarnationis eſt poſſibi
lis. et ſic deum poſſe incarnari non eſt articulus fi
dei: immo eſt probabile et quaſi demōſtrabile. Sed
deū eſſe de facto incarnatū: et Jeſum Chriſtum eſſe
deum et verbū incarnatū: hoc eſt articulus fidei: q2
hoc non pōt probari nec oſtendi: niſi ex ſola aucto
ritate ſacre ſcripture vtriuſq̄ teſtamenti. Nā in ve
teri teſtamento myſteriū incarnatiōis prenūciatū
fuit futurū: et in nouo teſtamēto annunciatū eſt iā
factum et completū: et per effectū et miracula demō
ſtratum. Sed q2 nos non vidimus Chriſtum incar
natum: ſed credimus ſoli euangelice ſcripture et au
ctoritati. ideo dicitur articulus fidei in nobis. Sed
q̄ deus eſſet incarnandus: et Meſſias in lege pro
miſſus deberet eſſe deus/ p̄z et p̄batur ex multipli
ci auctoritate ſacre ſcripture vet. teſt. Unde pſal. ij.
Domin⁹ dixit ad me: filius meus es tu. Item pſal.
lxxi. Permanebit cum ſole: et ante lunam et ante ſo
lem permanet nomen eius. Item pſal. cix. Dixit do
min⁹ domino meo: ſede a dextris meis. itē Eſa. xlv.
Tu es deus abſconditus. Item Eſaie. vij. Uocabit̄
nomen eius Emmanuel. i. nobiſcū deus. Item cap.
ix. Uocabitur deus fortis pater futuri ſeculi. Itē
cap. x. Dominus dedit mihi linguam eruditam &c.
Item hoc idem cap. l. xcv. &c Itē Hieremie. xxiij.
Suſcitabo Dauid germē iuſtū/ et faciet iudiciū &c.
Et hoc eſt nomen qd̄ vocabunt eum Dominus iu
ſtus noſter &c. Et ponitur ibi nomen domini tetra
grammaton qd̄ ſoli deo conuenit. Hoc idem ad lite
rā habet̄ Hieremie. xxxiij. Itē Baruc. iij. Poſt hec
in terris viſus eſt: et cū hoībus conuerſatus eſt. Itē
Threnorum. iiij. Spiritus oris noſtri Chriſtus dn̄s
noſter captus eſt in peccatis noſtris &c. Et ponitur
ibi nomen dn̄i tetragrāmaton. Item Oſee iij. Poſt
hec reuertent̄ filij Iſrael et querent dn̄m deū ſuum
et Dauid regem ſuum &c. Itē zacharie. ij. Hec dicit
Dominus exercituum/ poſt gloriā miſit me ad gen.
&c. Lauda et letare filia Sion: q2 ecce ego venio et
habitabo in medio tui dicit dn̄s. Et ſcies q2 domi
nus exercituum miſit me ad te &c. In quibus ver
bis notatur deus miſſus: et deus mittens. ſ. pater
et fili⁹ qui eſt de⁹: qui loquit̄ in hoc capl'o: q2 vtro
biq̄ ponitur nomen dn̄i tetragrāmaton. Itē zacha
rie capitulo duodecimo. In illa die effundā ſuper
domum Dauid et ſup̄ habitatores Hierl'm ſpiritū
gratie: et aſpicient in me quē confixerūt &c. Ex quo
patet q̄ Meſſias erat futurus deus et homo: quia
non poteſt dare ſpiritum gratie niſi deus/ nec pati
et cōfi-

*[Margin notes: A Articulus incarnationis redditur poſſibilis — Chriſtus deus vna perſona in duabus naturis. — Nota. — [illegible]]*

et cōfigi niſi homo. Et ſic pariter eſt dicendū de hoc
quod d̄r Eſa. l. Nam deus loquit̄ ibi et poſtea ſub
dit. Faciē meā nō auerti ab increpantib⁹ et cōſpuē
tibus in me. &c. qd̄ non pōt conuenire niſi homini.
Et ſic p̄z qualiter xp̄s in lege promiſſus erat futu
rus deus et hō: et per p̄ñs de⁹ incarnat⁹ et humana
tus. Et ſic non eſt dicendū q̄ religio xp̄iana finxerit
myſteriū incarnationis: q2 in teſtamento veteri fue
rat multipliciter figuratū et prophetatū. ¶ Ex poſ
ſibilitate vero articuli incarnationis ſequit̄ poſſi
bilitas articuli ſacramenti altaris: ſ. tranſſubſtan
tiatiōis panis et corpus xp̄i. Unde quatuor ſunt cō
ſideranda principaliter in perſona xp̄i. Primo cor
pus prout h̄z eſſe ſubſtantiale ab aīa et eſſe condi
tionatū ab accidentibus. Scd̄o ſunt conſiderāda
accidentia que organizant et indiuiduāt et extendūt
et diſponūt illud corpus. Tertio eſt conſideranda aīa
que dat eſſe ſubſtantiale ſpecificū toti corpori et to
ti cōpoſitio. Quarto eſt conſiderandū verbū quod
dat eſſe perſonale et actualis exiſtētie toti humani
tati xp̄i. In pane autē ſunt tria cōſiderāda. Prio ve
ritas ſubſtantie panis reſultās ex materia et forma
ſubſtātiali. Scd̄o accidentia et indiuiduātia et di
ſponentia. Tertio eſt cōſiderādū eſſe exiſtētie panis
per qd̄ exiſtunt etiā accidentia: inquantū inherēt et
inexiſtūt ſubſtātie panis ſubiectiue. ¶ His habitis
dicit̄ qd̄ ſubſtantia panis nō cōuertitur ī verbū di
uinū: nec in animā xp̄i: ſed in ſolū corp⁹ ſubſtantia
le xp̄i: prout habet eſſe eſſentiale ab aīa: et eſt alte
ra pars cōpoſiti humani Et ſic conuertitur quod ī
quid: et non quantū in quantū: nec quale in quale:
nec quid in quantū nec in quale: nec corp⁹ in ſpm̄
et ideo manent accidentia panis ſine ſubiecto. Et
ſic nō eſt dicendū q̄ cōuertatur corpus in ſpm̄ nec
fiat mixtio/ ſicut quidā medicus Judeus arguebat
q2 nihil de ſubſtantia panis remanet in actu nec in
potentia. Sed qd̄ talis tranſſubſtātiatio ſit poſſibi
lis apud deū/ probat̄ dupliciter. Uno modo ī quan
tum ille panis et oīs creatura depēdet a verbo diui
no quo ad eſſentiā ſuā totā in genere cauſe forma
lis. Et ideo ſicut deus ſolo verbo dicendo/ Fiat pa
nis formaliter ex idea panis creat panē eſſential'r: et
ita a fortiori dicendo/ q̄ ille panis fiat corp⁹ ſuū: illi
co fit et trāſſubſtātiat̄ in corpus ſuū: eo q̄ ille panis
eſſentialiter depēdet a diuino verbo et ab illa idea.
Unde per tale verbū ſubſtantia panis que erat ſub
idea panis: fit ſub idea corpis xp̄i. Et ſic illa ſubſtā
tia poſt conſecrationem ita eſt ſubſtantia corporis
xp̄i: q̄ non eſt ſubſtantia panis: q2 illa ſubſtantia q̄
ante erat ſub idea panis: mō eſt ſub idea corporis
xp̄i. Itē maiorē poteſtatē h̄z deus ſuper naturā et
ſuper ſpecies et eſſentias rerū: q̄ rex et dn̄s tempo
ralis ſuper bona temporalia et ſuper dignitates: et
q̄ papa ſuper p̄laturas. Sed rex et quilibet prin
ceps temporalis habent dominiū abſolutū tēporali
ter ſuper bona mobilia et imobilia/ ſolo verbo mu
tat poſſeſſionē et dominiū rerū tēporaliū. Unde di
cēdo: iſte ager eſt Martini/ illico ille ager qui erat
Petri fit ager Martini: et ita eſt Martini q̄ ampli⁹
non eſt ager Petri: qd̄ accidit: eo q̄ dn̄ium abſolu
tum illius dependebat ex ſolo verbo et precepto il
lius regis vel principis. Ergo a fortiori xp̄s deus q̄
h̄z abſolutū dominium ſuper naturas et eſſentias
rerū/ dicendo/ Hoc eſt corpus meū: cōuertit ſubſtā
tiam panis in corpus ſuum. Unde lz vſq̄ ad illud
inſtans illa fuit ſubſtātia et corpus panis: tn̄ dictis
verbis ita eſt corpus ſubſtantiale xp̄i/ q̄ nō eſt cor
pus panis. et hoc accidit p̄pter dominū quod deus
h̄z ſuper ſubſtantias et eſſentias rerum: quia omnia
dependent formaliter a verbo diuino. Secūdo hoc
probatur inquantū ille panis/ et ſua accidentia de
pendebant a deo quo ad eſſe exiſtentie. Et iō deus
facit q̄ illa ſubſtantia que ante erat ſub eſſe exiſtē
tie ipſius panis: poſt cōſecrationē eſt ſub eſſe ipſi⁹
Chriſti. Itē illa accidentia que ante erant in ſubſtā
tia panis: poſt conſecrationē manent ſine ſubiecto
et exiſtunt per illud eſſe exiſtētie: per qd̄ ante exiſte
bant in ſubiecto. Et ſic illa accidentia habent eādē
exiſtētiā: ſed non eandē inexiſtentiā ſiue inheren
tiam et licet exiſtāt per illud eſſe influxū et creatum
per qd̄ ante exiſtebant. tamē non exiſtunt nec in
herent ſubiecto alicui. et ſic manent accidētia cum
eadē exiſtentia creata: ſed nō cū eadem inherentia
Et ſic p̄z q̄ ī tali conſecratione nihil corrumpitur
nec annihilatur. Nā ibi manent eadē accidētia nu
mero ſub eodē eſſe actualis exiſtentie. Et ideo non
fit corruptio accidentiū/ nec fit corruptio ſubſtan
tie: quia alia nō generatur: ſed illa que erat ſubſtā
tia panis tranſſubſtātiatur in corpus ſubſtantiale
ipſius Chriſti: q̄ eſt altera pars cōpoſiti. Et ſic nec
cōuertitur in animā Chriſti nec in verbum diuinū
&c. Nec fit aliqua noua creatio: quia nullū eſſe no
uum acquirit̄: q2 Chriſtus iā preexiſtebat: nec acq̄
ritur nouū eſſe in accidentib⁹ quia ſub eodem eſſe
exiſtentie remanent: lz non ſub eadem inherentia.
Et ſic p̄z qd̄ Chriſtus qui eſt verbum dei īcarnatū
ſolo verbo potuit tranſſubſtātiare ſubſtantiam pa
nis in corpus ſuum. Et ideo eſt dicendū: qd̄ deum
poſſe tranſſubſtātiare panē in corpus ſuū: nō eſt ar
ticulus fidei: ſed qd̄ xp̄s hoc fecerit: et quotidie ex
verbis Chriſti hoc fiat in ſacramento altaris: hoc
eſt articulus fidei: eo qd̄ preſupponit Chriſtū eſſe
deū: et ex ſola fide et auctoritate ſcripture credim⁹
qd̄ ita fiat de facto: et hoc nō ſolū auctoritate ſcri
pture noui ſed etiā veteris teſtamenti. Unde licet
hoc ſacramentū multis ſignis et figuris in lege fue
rit figuratū: tamen Dauid verbis manifeſtis ipſū
expreſſit pſal. xxi. cum dicit. Edent pauperes et ſa
turabuntur/ et laudabunt dominum qui requirunt
eum corda eorū viuent in ſeculum ſeculi. et infra.
Manducauerunt: et adorauerunt oēs pingues ter
re in cōſpectu eius cadent omnes qui deſcendunt
in terram. &c. Ubi manifeſte oſtenditur/ qd̄ fideles
debebant mādūcare: et adorare deum ſuū. &c. Item
pſal. lxxi. poſtq̄ predixit Meſſiā futurū deū et ho
minē/ et adorandum ab omnibus gentib⁹/ et regi
bus mundi: poſtea ſubdit qd̄ iſte rex Meſſias erit
frumentū et triticum et torta panis in ſummis mon
tium/ et ſuper capita ſacerdotum &c. prout ibi per
plures tranſlationes fuit expreſſum. E ſic p̄z qua
liter hoc ſacr̄m non ſolū eſt poſſibile: ſed etiā mul
tipliciter in lege et prophetis eſt figuratū et prenun
ciatum. Et ſic p̄z. qd̄ chriſtiani non adorant panē/
ſicut ceci Judei mentiūtur ſed adoramus Chriſtum
conſecratum ſub illis accidentibus. Unde ex omni
bus ſupradictis patet veritas chriſtiane religiōis
Nam nos nō adoramus tres deos: ſed ſolum vnū
deū ſimpliciſſimū ī ſubſtantia et eſſentia in trinita
te perſonarum q̄ nullo nō multiplicant ſubſtantiā
ī deo ſicut dictū eſt Nā filius eſt verbū patris ipſū

E

*[Margin notes: B [illegible] — patet ſecūdo — Nota. — Dauid illud ſacramentū figurat.]*

cõſubſtãtiale:⁊ ſpũs ſctũs eſt amor vtriuſq;. Et ſic
non põt eſſe alia ſubſtãtia:nec alius deus. Et ideo
ſi miſeri Judei perciperent myſteriũ creatiõis:de
neceſſitate perciperent myſteriũ trinitatis:qḋ mul
tipliciter exprimit in lege ⁊ ꝓphetis. Itẽ ſi miſeri
Judei intelligerẽt modũ creationis non haberent
pro impoſſibili miſteriũ incarnationis:qꝛ incarna
tio nihil aliud fuit niſi formatio corporis Chriſti ex
puris ſanguinibus virginis virtute ſpiritus ſancti
⁊ creatio illius aĩe in illo corpore:ex quibus reſul-
tauit vera hũanitas/quã ꝑ ſe perſonauit ⁊ ſuppoſi-
tauit verbũ patris. Et ſic manſit vna ſola pſona in
duabus naturis. Et per pñs Chriſtus eſt ver⁹ de⁹ ⁊
homo. Et ſic tanq̃ deus fecit miracula ⁊ ſciuit co-
gitationes hoĩm ⁊ cõuertit panẽ in corpus ſuum et
expoliauit infernũ ⁊c. Sꝫ inquantũ hõ fuit paſſus
⁊ mortuus/⁊ ſepultus. Sed inquantũ deus reſurre-
xit in virtute ꝓpria/⁊ aſcẽdit in celũ:⁊ inquantũ
deus adorat in illa humanitate ꝓut infra patebit.
¶ Ex ſupradictis ptꝫ poſſibilitas/⁊ incõcuſſa veri
tas articulorũ fidei xp̃iane religionis:qꝛ xp̃iana re
ligio non credit tres deos:ſed vnũ deũ in ſubſtãtia
⁊ eſſentia ⁊ entitate cũ trinitate pſonarũ relatiua
rũ eo modo quo dictũ eſt. ⁊ ita credit Chriſtũ deum
incarnatũ in vnitate pſone:⁊ ita credit Chriſtũ cõ-
ſecratũ in ſacramento altaris. in quo ſacramẽto ex
vi conſecrationis ſola ſubſtantia panis conuerſa
eſt in ſolũ corpus Chriſti:accidentib⁹ ſine ſubiecto
remanẽtibus:quã cõuerſionẽ facit efficiẽter ſol⁹
Chriſtus de⁹ ⁊ hõ:ſacerdos aũt cõcurrit tanq̃ mini
ſter. Ex iſtis ptꝫ etiã poſſibilitas ceterorũ articulo
rũ:que habent fundamentũ in myſterio incarnatio   *Nõ ec ẽ articli necẽ poſſibiles i articulo trinitatis.*
nis. Nã dato ꝙ Chriſtus ſit verus deus ⁊ homo tũc
oĩa redduntur poſſibilia. Et ſic a primo vſq; ad vlti-
mũ oẽs articuli fidei fundantur in articulo trinita
tis/⁊ articulus trinitatis fundat in illa pma veri-
tate neceſſaria. ſ. ꝙ deus eſt act⁹ pur⁹ intelligens. ⁊
intelligibilis:⁊ amans ⁊ amabilis/et ſummum bo
nũ. Et ſic ptꝫ ꝙ lꝫ articuli fidei nõ ſint de facto de-
monſtrabiles tñ eoꝝ poſſibilitas eſt neceſſaria. qꝛ
deus lꝫ neceſſario nõ creauerit mundũ ex tpe/nec
fuerit neceſſario incarnatus:tñ neceſſario hꝫ potẽ
tiam oĩa iſta faciendi:inquantũ oĩpotens. Et ſic ex
tali oĩpotentia preſuppoſita poteſt demõſtrari poſ
ſibilitas articulorũ. Unde ſi deus eſt trinus et vnus ⁊
oĩa dependent a diuino verbo quo ad totũ ſuũ eſſe
ergo dicendo ſolo verbo potuit oĩa nõ ſolũ ab eter
no:ſed etiã ex tẽpore creare de nullo ſubiecto nec
materia pſuppoſita. Itẽ ſi deus põt oĩa creare de
nihilo nõ ſolũ quo ad eſſe eſſentie:ſed etiã põt res
ſuſtentare per eſſe creatũ ⁊ influxũ ergo põt vnam
eſſentiã creare ⁊ ſuſtentare ꝑ ſuũ eſſe increatum.
Et ſic potuit formare illud corp⁹ ex puris ſangui
nibus virginis:⁊ creare/⁊ infundere in eo nouã aĩaꝫ
abſq; aliquo eſſe ſubſiſtentie et pſonali creato:ſed
ſuſtentare et pſonare illã humanitatẽ ꝑ pſonalita-
tẽ verbi. Et ſic icarnatio nihil aliud fuit niſi creatio
hũanitatis cõditionate ſub perſonalitate verbi. Et
ſic manſit vna ſola pſona in duabus naturis in xp̃o
Et ſic ptꝫ poſſibilitas ⁊ veritas articuli icarnatiõis
Et ſic ex iſto articulo ſequit poſſibilitas oĩm alio
rũ articulorũ ſequẽtiũ. Nã ſi xp̃s eſt de⁹ ⁊ hõ:ergo
potuit mori inq̃tũ hõ:qꝛ potuit aĩa a corpe ſepara-
ri. Et inquantum de⁹ potuit reſurgere ⁊ aiam recu
perare in corpe aſſumpto. Et ſic ꝓpria virtute po-
tuit ſpoliare infernũ ⁊ aſcẽdere i celũ. Et inquan-
tũ de⁹/potuit panẽ in ſuũ corpus aſſumptũ tranſ-
ſubſtãtiare:⁊ poterit oĩa ſua mẽbra reſuſcitare:et
beatificare ⁊c. ¶ Sꝫ reſtat dubiũ de articulo trini
tatis:qꝛ ex ea infallibi veritate. ſ. ꝙ deus eſt ſumme   *Dubiũ*
intelligens ſe:et diligens ſe:nõ ſolũ ſeqͥt poſſibili-
tas articuli trinitatis ſꝫ et̃ neceſſitas eiuſdẽ:qꝛ de⁹
pr̃ intelligendo ſe neceſſario dicit verbũ d̃ tota eſſẽ
tia/⁊ ſubſtãtia/⁊ ſcientia ſua per modum nature:et
diligẽdo ſe neceſſario cũ verbo ꝓducit ⁊ ſpirat ſpm̃
ſanctũ:licet ꝑ modũ voluntatis ⁊ libertatis. Et ſic
vtraq; productio ⁊ emanatio eſt neceſſaria. Et ſic
articul⁹ trinitatis nõ ſolũ eſt poſſibilis:ſꝫ et̃ neceſ
ſarius:⁊ per pñs demonſtrabilis:⁊ ſic ſequeret qḋ   *b Cõſid̃ trinitatẽ quõ articulus ſit fidei.*
nõ eſſet articulus fidei. ¶ Ad hoc dicũt aliq̃ ꝙ deũ
eſſe trinũ ⁊ vnũ nõ eſt articulus fidei:cũ hoc fuerit
per naturã notum antiq̃s philoſophis ex illa pma
veritate/ꝓut ſupra dictũ eſt:ſꝫ iſtas tres pſonas
eſſe realiter diſtinctas in vna ſimplici ſubſtãtia:eſt
articulus fidei. Alij aũt dicunt ⁊ forſan ſecurius ꝙ
deũ eſſe trinũ ⁊ vnũ eſt neceſſariũ eo modo quo di-
ctũ eſt:⁊ per pñs demõſtrabile. Sed lꝫ hoc ſit de-
monſtrabile in theologia dei ⁊ beatorũ vbi beati
vident notitia meridiana verbũ naturaliter origi-
nari a pr̃e:⁊ ſpm̃ ſctm̃ libere ab vtroq;:vt iqͥt Aug.
in libello de triplici habitaculo:tñ non eſt demon
ſtrabile in noſtra theologia viatorũ:ſꝫ firmiter cre
dibile poſtq̃ nobis eſt in vtroq; teſtamẽto reuela-
tũ:⁊ ꝑ xp̃m cõfirmatũ. Sꝫ eſt aduertendũ:ꝙ lꝫ myſ-
terium trinitatis ſit demonſtrabile i patria:eo mõ
quo dictum eſt tñ hoc non eſt demonſtrabile per
cãm a priori:qꝛ ibi nulla eſt cã:ſed principiũ. Nã lꝫ
pater ſit principiũ filij:tñ non eſt cauſa eius Et ſic
eſt dicendũ de vtroq; reſpectu ſpũs ſancti. ¶ Ex ſu
pradictis ergo ptꝫ poſſibilitas ⁊ incõcuſſa veritas
⁊ integritas fidei chriſtiane:qꝛ licet factũ nõ poſſit
demonſtrari:tñ poſſibilitas ei⁹ põt quaſi demon-
ſtrari:⁊ hec de ſcḋo articulo. ¶ Quãtũ aũt ad ter-   *f Tertius articulus. Sciẽtie diſtinguntur penes modos cõſiderandi.*
tiũ articulũ eſt primo notandũ ſm Ariſto. ij. phy-
ſico. ⁊ vj. Metaphi. qḋ ſciẽtie diſtinguntur penes
modos cõſiderandi:⁊ abſtrahendi:⁊ ſic diuerſi arti
fices poſſunt cõſiderare de eadẽ re. ſed aliter ⁊ ali-
ter. Nã Mathematicus cõſiderat lineã que realr
eſt in materia ſenſibili:ſed conſiderat eã preter ma
teriã p̃ciſiue abſtrahendo:qꝛ nõ cõſiderat eam niſi
ꝓut eſt recta vel curua:⁊ ꝓut cauſat aliã ⁊ aliam fi
gurã equalẽ vel inequalẽ ⁊c. Sed philoſophus cõſi
derat lineã in materia ſenſibili:⁊ prout eſt in mate-
ria phyſica ⁊ inquantũ eſt termin⁹ corpis mobilis
Et ſic differt phyſicus a metaphyſico:qꝛ imediate
pſiderat formas ſubſtantiales ꝓut recipiunt i ma
teria ꝑ motũ ⁊ gñationem:et formas accidentales
prout recipiunt i materia per alterationẽ. Ille aũt
conſiderat ſolas formas accidentales. ſ. lineã ⁊ figu
rã abſtrahendo a materia ꝑ ſolã cõſiderationẽ:iõ
taliũ abſtrahentiũ nõ fit mendaciũ ſm Ariſto. Sꝫ
differt metaphiſicus ab vtroq;:qꝛ cõſiderat alia q̃
ſunt abſtracta ſecundũ eſſe:⁊ ſecundũ conſideratio
nẽ. ſ. deũ ⁊ intelligentias:vt ptꝫ. xij. Metaphy. Qꝛ
ſol⁹ metaphyſic⁹ cõſiderat de deo ſm ſubſtantiam
eius/ne deficiat fides eius. Et hoc ꝓmittit ſponſus
cum adiuratione caprearū ceruorūq; camporum.
¶ Ad cuiꝰ intellectū eſt aduertendū ꝙ ꝑ capreas
intelligit patriarchas: ⁊ ꝑ ceruos intelligit ꝓphe-
tas: qui in veteri teſtamēto ꝑdixerunt aduentum
Chriſti/⁊ ꝑpetuā deſponſationē Chriſti ⁊ eccleſie/
⁊ quibꝰ facta eſt de Chriſto firma repromiſſio. Vñ
patriarche dicūt̄ capree in ſcriptura: eo ꝙ oēs fue-
runt paſtores. Et ꝓphete dicunt̄ cerui ꝓpter ſimi-
litudinē: ⁊ velocitatē. nā ſicut cerui ſemper diſcur-
rūt de monte in mōtē/⁊ a termino in terminū: ita
ꝓphete ſaltant velociter ex vna materia in aliam
⁊ ab vno tēpore in aliud. Et iō patriarchas appel-
lat capreas/⁊ prophetas ceruos. Itē adduxit eos
in teſtes firmos/eo ꝙ eis facta fuit de Chriſto fir-
ma repromiſſio de regno xp̄i perpetuo. Vñ ſub pa-
cto eterno ꝑ ſignū arcus federis facta eſt de Chri-
ſto repromiſſio Chriſti ipſi Noe Geñ. ix. Itē ſub iu-
reiurando/⁊ ſigno perpetuo facta eſt eadem repro-
miſſio ipſi Abrahe Geñ. xv. ⁊ xxij. Itē hoc idē ipſi
Jacob in viſione ſcale. Geñ. xxviij. ⁊ qñ luctatꝰ eſt
cū angelo. Geñ. xxxij. Hoc idē ꝓmiſſum eſt Moyſi
Exo. xxxiij. ⁊ Deut. xviij. Itē regnū ꝑpetuū Chriſti:
⁊ eccl'ie ꝓmiſſum eſt ipſi Dauid ſub iureiurando et
pacto firmiſſimo. ij. Reg. vij. ⁊ xxiij. ⁊ pſal. lxxxviij.
⁊ cxxxj. Itē hoc idem pꝫ ꝑ Eſaiā: ⁊ oēs prophetas.
maxime Hiere. xxxiij vbi dicit deꝰ. Si irritū fieri
pōt pactū meū cum die/⁊ cū nocte: vt non ſit dies/
⁊ nox in tēpore ſuo: ita pactū meū irritum eſſe pōt
cum Dauid ſeruo meo: vt nō ſit ex eo filius: qui re-
gnet in throno eius ⁊c. Et ſic pꝫ qualiter ſub iure
iurādo/⁊ pacto firmiſſimo promiſit deus patriar-
chis: ⁊ prophetis regnum Chriſti eternū ſuꝑ eccle-
ſiā ꝑ gratiā in ꝑſenti/⁊ gloriā in futuro. Et ꝑ con-
ſequens eccl'ia ſponſa Chriſti nunq̄ ſeparabit̄ ab
eiꝰ amore: ⁊ amplexu in toto iſto ſeculo per gra-
tiā: nec in futuro ꝑ gloriā. Nam quis ſeparabit nos
a charitate Chriſti: vt inq̄t ap'ls. Sub tali ergo ad
iuratiōe dicit xp̄s. Ne ſuſcitetis/neq; euigilare fa-
ciatis dilectā donec ipſa velit ⁊ ponit̄ ly donec in-
determinate: ⁊ infinite: ſicut dicit̄ pſalmo. lxxj. Erit
abundantia pacis: donec auferat̄ luna. Sed qꝛ lu-
na nūq̄ auferet̄: ego nunq̄ pax deerit vel deficiet.
Ita pariter hic. qꝛ ſponſa nunq̄ volet ſeparari ab

amplexu ⁊ amore ſpōſi ergo nunq̄ ſeparabitur. Ex
quibꝰ pꝫ ꝙ ſicut nunq̄ diſſoluet̄ vinculū incarna
tionis: ita nunq̄ fuit diſſolutū vinculum maternita
tis virginis Marie: qꝛ ſemper erit mater dei. nec
vnq̄ diſſoluet̄ vinculū deſpōſationis xp̄i ⁊ eccl'ie
in hoc ſeculo ꝑ gratiā: ⁊ fidē/⁊ charitatem: ⁊ in fu-
turo ꝑ gloriā: ⁊ eternā felicitatē: vbi Chriſtus intro
ducet ſponſam ad eternas nuptias agni. Apo. xxj.
vbi Chriſtus erit oīa in oībus. j. ad Cor. xv. dicit er
go Chriſtus: O filie Hierl'm adiuro vos ꝑ capreas
ceruoſq; cāporum .i. ꝑ patriarchas ⁊ ꝓphetas .i. ſi-
cut promiſſum fuit patriachis: ⁊ ꝑnunciatū ꝑ pro-
phetas: ne ſuſcitetis: neq; euigilare faciatis .i. ne
putetis nec credatis dilecti humanitatē eſſe ſepa-
rādā a verbo/nec virginē matrē a filio: nec eccl'iā
a Chriſto ſpōſo ſuo: donec .i. dū ipſa velit. quaſi di-
cat: nūq̄ credatis eſſe ſeparādā: immo ꝑdicate: et
annūciate nunq̄ eſſe ſeparandā. ¶ Ex dictis autē
in hoc cātico ſcd̄o inſurgit dubium. nā dictū eſt in M
principio: ꝙ xp̄s quieſcit in eccl'ia ſpōſa ſua tanq̄
in accubitu ſuo. Et in fine cātici dicit̄ ꝙ eccl'ia quie
ſcit inſeparabiliter in amplexu Chriſti ſponſi ſui/
inter eius brachia. Et ſic vnus quieſcit in ample-
xu alterius ⁊ ecōuerſo qd̄ videt̄ impoſſibile: ratio
ne poſitionis ad locū ⁊ cōtinens. ¶ Ad hoc reſpon N
det̄: ꝙ ſacra ſcriptura vtrunq; affirmat .ſ. ꝙ Chri-
ſtus habitat in eccl'ia ſponſa ſua: ⁊ eccl'ia in Chri-
ſto ſponſo ſuo. vnde dicit̄ Joannis primo: ⁊ verbum
caro factum eſt: ⁊ habitauit in nobis. ⁊ pſalmo. xc.
Qui habitat in adiutorio altiſſimi/in ꝓtectione dei
celi cōmorabitur. Itē ſaluator Jo. vj. Qui mādūcat
meā carnem in me manet: ⁊ ego in eo. Itē. j. Joan.
iiij. Deus charitas eſt: ⁊ qui manet in charitate/in
deo manet: ⁊ deus in eo. Et ſic pꝫ qualiter Chriſtꝰ
habitat in nobis: ⁊ nos in deo: abſq; cōtrarietate
quā cōtrarietatē tollit amor charitatiuus. q̄ tollit
oēm cōtrarietatē/⁊ cauſat vnionē. Vñ ſi conſidere
mus vires: ⁊ proprietates amoris charitatiui: de O
quo Salomon loquit̄ in hoc cātico: videbimꝰ hoc
eſſe poſſibile: immo neceſſariū. ¶ Vñ. xix. ſunt vi-
res: ⁊ effectus: ⁊ proprietates amoris charitatiui/
quos effectus oſtendit Chriſtꝰ eccl'ie ſponſe ſue: et
ecōuerſo. Nā primo. amor charitatiuꝰ cauſat zelū
bonū: qꝛ nō patitur malū in amato. Scd̄o nō pati-
tur moras abſentie ipſiꝰ amati. Tertio trahit amā
tē ad amatum Quarto languefacit amātem. Quin
to liquefacit ipſum. Sexto vulnerat cor eius. Se-
ptimo inebriat amātem erga amatum. Octauo in-
flāmat eum. Nono vrit ipſum. Decimo facit inhe-
rere amātē amato. Vndecimo vnit ⁊ cōciliat vnū
cum altero. Duodecimo fortit̄ tenet. Decimotertio
charitas ordinat volūtatē amātis erga rem ama-
tā. Decimoquarto ꝙ charitas non q̄rit q̄ ſua ſunt/
ſed que amātis. Decimoquinto ꝙ oīa ſuſtinet pro
amato. Decimoſexto ꝙ magis amās eſt in amato
q̄ in ſeipſo. Decimoſeptimo ꝙ trāſformat amantē
in amatū. Decimooctauo ꝙ extaſim facit in aman-
te. Decimonono ꝙ nō vult ſeparari: ſed in eo inter-
nū quieſcere. Hos ergo nouēdecim effectus cau-
ſat amor charitatiuus in amante. Et hos omnes
effectus amoris oſtendit Chriſtꝰ erga eccleſiā ſpō
ſam ſuā: vt pꝫ per oīa iſta decē cātica: ⁊ in toto diſ-
curſu euangelico. Sed qꝛ iſte amor charitatiuus
eſt reciprocus inter Chriſtum ⁊ eccleſiam/ideo
eoſdem effectus amoris oſtendit eccleſia erga

Chriſtū ſpōſum ſuū iuxta poſſibilitatē ⁊ facultatē
ſuā/vt ptʒ in iſtis eiſdē canticis. Et ideo ſicut xp̄s
trāſformatꝰ in ſpōſam ſuā ꝑ amorē facit in ea exta
ſim/⁊ quieſcit:⁊ vult quieſcere inſeparabiliter in
eternū in ea: ita ecōuerſo eccleſia transformata in
ſpōſum facit extaſim:⁊ vult quieſcere in eo inſepa
rabiliter ineternū. Et ſic ſpōſus habitat in ſpōſa:⁊
quieſcit in eius accubitu ineternū:⁊ eccl'ia q̇eſcit
P in amplexu ſpōſi. ¶ Eſt verū ꝙ aliter Chriſtꝰ habi
tat in nobis:⁊ aliter nos in eo. Nā nos habitamus
in Chriſto ſicut ſponſa in amplexu ſpōſi ꝑ grām/⁊
fidē:ſpē/⁊ charitatē in p̄nti:⁊ in patria ꝑ gloriam.
Q Et ſic amplexus eiꝰ gratificat:⁊ ꝓtegit in p̄nti: et
in futuro glorificat nos. ¶ Chriſtus aūt habitat in
nobis tāꝗ in tabernaculo ⁊ accubitu ſuo:⁊ hoc tri
pliciter. Nam primo habitat in nobis: tanꝗ in ſuo
tabernaculo ꝑſonaliter ſic habitat ſolum ⁊ quieſcit
in illa humanitate aſſumpta in atomo ex nr̄a natu
ra. Scd̄o habitauit in nobis/tanꝗ in ſuo taberna-
culo:⁊ accubitu materno. Et ſic habitauit in ſolo
vtero v̄ginis Marie ꝑ nouē menſes. Tertio habi
tauit ⁊ habitat in nobis tāꝗ in ſuo tabernaculo:⁊
accubitu myſtico:⁊ ſctificato:⁊ ſic accubit ⁊ ha-
bitat/⁊ q̇eſcit in tota eccl'ia toto orbe diffuſa ꝑ ec-
cleſiaſtica ſacrā:⁊ dona grāꝝ: eam gratificando: et
ſctificando. Et eodē modo habitat in vnoquoqꝫ iu-
ſto ⁊ fideli/prout eſt membrum hm̄oi ſponſe/cuius
R Chriſtus eſt ſpōſus ⁊ caput. ¶ Ex quibꝰ oībus ptʒ
dignitas:⁊ excellentia huiꝰ ſpōſe in ſtatu noui te-
ſtamenti ſupra ſtatū vet. teſt. q: plura ⁊ maiora ſi-
gna amoris oſtēdit ipſi deꝰ in no. teſt. ꝗ in veteri.
Primo q: tunc deꝰ habitabat in illo ꝑpo in illa ar
ca lignea:⁊ tabernaculo ligneo: ſed nunc habitat
in tabernaculo carneo ex noſtra natura humana
ꝑſonal'r aſſumpto:⁊ habitauit in tabernaculo ma
terno ꝑ nouē mēſes:⁊ habitat ieternū i nr̄o taber-
naculo myſtico. Scd̄o q: deꝰ habitabat in illo ta-
bernaculo ligneo tm̄ figuraliter: ſed in nr̄o taber-
naculo habitat realiter: nā verbū eternū realiter:
⁊ inſeparabiliter:⁊ ꝑſonaliter q̇eſcit in illa huma
nitate aſſumpta in vnitate ſuppoſiti. Et realiter
verbū incarnatū quieuit in tabernaculo materno
ꝑ noue menſes. Et realiter ⁊ inſeparaliter inhabi-
tat:⁊ q̇eſcit i tota eccleſia ſpōſa ſua: tanꝗ in taber-
naculo myſtico ꝑ eccleſiaſtica ſacrā. Nā verbū in-
carnatū realiter cōtinetur i ſacro altaris:⁊ nō ſo
lū figuraliter ſicut in ſacrificijs veteris legis. Itē
virtus paſſiōis Chriſti realiter continet̄ in baptiſ-
mo:⁊ cōfirmatiōe:⁊ pn̄ia:⁊ ceteris ſacramentis ⁊
nō ſolū figuraliter:⁊ tanꝗ in ſigno federis: ū ſigna
culo fidei: ſicut in circūciſione/⁊ ceteris ſacramen
ti veteris legis. Et ideo eccleſiaſtica ſacramenta
immediate cōferūt grām quam ſignificant/ſicut di
ctum fuit in expōne pſalmi. xxxix. ⁊ in tractatu con
S tra Judeos qōne. j. ¶ Ex q̇bꝰ ptʒ/ꝙ maiora ſigna
amoris oſtendit deꝰ nobis ꝗ illis/quia deꝰ ſolū de
dit illis in ſuo tabernaculo ligneo illas duas tabu
las lapideas/⁊ virgam Aaron cum vrna manne. Et
hoc dedit in figuram Chriſti futuri dei/⁊ hoīs re-
gis ⁊ ſacerdotis. Sed deus dedit ſeipſum nobis
realiter deum ⁊ hoīem/regem ⁊ ſacerdotem. Et ſic
T deus dedit illis vmbram/⁊ figuram/nobis autem
dedit veritatem/⁊ veram lucem. ¶ Ex quo ptʒ/q̇d
perfectius xp̄s deus ⁊ homo habitat in nobis ꝗ
in illis:⁊ nos perfectius habitamus/⁊ quieſcimus
in amplexu Chriſti:ꝗ illi. Iſti ergo duo modi quie
ſcendi explicantur in hoc cantico. Nam in princio
cantici explicatur myſterium incarnationis: per
quā verbum diuinū habitat:⁊ accubat in ſponſa:
cū dicit. Dum eſſet rex in accubitu ſuo nardus mea
dedit odorem ſuū ⁊c. Sed myſterium noſtre grati-
ficationis ⁊ ſalutis/per quā nos quieſcimꝰ in am-
plexu Chriſti: explicatur in fine cantici: cū dicitur.
Leua eius ſub capite meo:⁊ dextera illius ample-
tabitur me. Sed inſeparabilitas eterna tam accu
bitꝰ Chriſti in nobis: ꝗ noſtri amplexus i Chriſto/
explicat̄ cū concludit̄ in cantico. Adiuro vos filie
Hierl'm ne excitetis: neqꝫ euigilare faciatis dile-
ctā: donec ipſa velit. Sed mutuus amor reciproc[us]
cum ſuis effectibus inter ſponſum ⁊ ſponſam ex-
plicat̄ in medio dialogi huius cantici: cum ſponſ[us]
dicit. Sicut liliū inter ſpinas: ſic amica mea inter
filias:⁊ cum ſponſa dicit. Sicut malus inter ligna
ſyluarū: ſic dilectꝰ meꝰ īter filios:⁊ fulcite me flo-
ribus: q: amore langueo ⁊c. Et per hoc ptʒ intelli-
gentia huius ſecundi cantici:⁊ reſponſio ad dubiū.
Et hoc de ſecundo cantico.

## ¶ Incipit Tertium Canticum.

Vox dilecti mei.
Ecce iſte venit ſaliēs ī mōtibus
Tranſiliens colles.
Silis eſt dilectꝰ meꝰ capree:
Hinnuloqꝫ ceruorum.
En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum:
Reſpiciens per feneſtras:
Proſpiciens per cancellos.
En dilectus meus loquitur mihi.
Surge propera amica mea:
Formoſa mea: et veni.
Jam enim hyems tranſijt.
Imber abijt et receſſit.
Flores apparuerunt in terra noſtra.
Tempus putationis aduenit.
Vox turturis audita eſt in terra noſtra:
Ficus protulit groſſos ſuos:
Vinee florentes dederunt odorem ſuū.
Surge propera amica mea:
Specioſa mea ⁊ veni.
Columba mea in foraminibus petre:
In cauernis macerie.
Oſtende mihi faciem tuam.
Sonet vox tua in auribus meis.
Vox enim tua dulcis.
Et facies tua decora.
Capite nobis vulpes paruulas:
Que demoliuntur vineas.
Nam vinea noſtra floruit.



Dilectus meus mihi: Et ego illi.
Qui paſcitur inter lilia:
Donec aſpiret dies:⁊ inclinent̄ vmbre.
Reuertere: ſimilis eſto dilecte mi
Capree hinnuloqꝫ ceruorum:
Super montes Bethel.

Vox dilecti mei. Ecce iſte venit
ſaliens in montibus ⁊c. Iſtud eſt ter-
tiū cāticū: in quo Salomō cātat voca
tionē apl'orū/ſiue vocationē eccl'ie in
apl'is. Et iō priꝰ vidēdū eſt vn̄ Salo-
mon ſumpſit parabolam. Secundo exequēdum eſt
de cantico/⁊ eius expōne. Quantum ad primū eſt
aduertēdū ꝙ Salomō ex duobꝰ aſſumpſit parabo
lā. Prio ex figura. Scd̄o ex ꝓmiſſiōe. Nā prio ꝑ hoc
ꝙ deꝰ loq̇bat̄ Moyſi facie ad faciē. Exo. xxxiij. id ē
ꝑ angelū mediū p̄uidit Salomō in ſpū/qual'r deus
debebat loqui mūdo ꝑ humanitatē ꝑſonaliter aſ-
ſumptā. Vn̄ ꝑ hoc ꝙ deꝰ dedit illā legē Moyſi per
illū angelum/figurabat̄ ꝙ deꝰ in humanitate debe
bat explanare illā eādē legē apl'is ī mōte Thabor/
ꝓut fuit impletū Mat. v. vj. ⁊ vij. Itē ꝑ hoc ꝙ qn̄
arca fuit repoſita intra tabernaculū/⁊ iam deꝰ lo-
quebat̄ Moyſi de arca/⁊ tabernaculo/ et declara-
bat illi oīa/⁊ diſponebat de oībus agendis: vt patʒ
Exo. vlti. ꝑ hoc preuidit Salomō/qual'r verbum di
uinū debebat introire in arcā humanitatis ꝑ incar
nationē/⁊ toiꝰ Chriſtꝰ incarnatus debebat intrare
in tabernaculū eccl'ie ꝑ fidē ⁊ gratiā/⁊ de illa arca
humanitatis debebat loq̇ fidelibus ſuis/⁊ declara-
re legem ⁊ ꝓphetas. Item hoc idē p̄uidit Salomō
ꝑ ꝓmiſſiones factas: maxime Deutero. xviij. cū di-
xit deꝰ. Prophetā ſuſcitabo eis de medio fratrum
ſuorum ſimilē tibi:⁊ ponā verba mea in ore eius.
loqueturqꝫ ad eos quecunqꝫ dixero illi: vbi p̄uidit
Salomō/qualiter deꝰ debebat aſſumere carnē de
illo ꝑp'o/⁊ loqui apl'is/⁊ toti illi ꝑp'o ꝑ illā huma-
nitatē aſſumptā/⁊ declarare legē ⁊ ꝓphetas. Et ſic
ptʒ qual'r ſicut in p̄cedēti cātico cātauit oſculū in-
carnatiōis: ita i hoc tertio cātat oſculū familiaris
p̄dicatiōis/⁊ legis declarationis/⁊ ſic ſatiſfacit pri
me petitioni ſponſe. Hoc ergo preuidēs Salomon
in ſpū/aſſumēs parabolas ex ſupradictis fecit hoc
tertiū cāticū: in quo introducit Chriſtū ſponſum lo
quentē/⁊ vocātē eccl'iam in apl'is/⁊ declarantē eis
legē ⁊ ꝓphetas. ꝓut fuit impletū Matth. v. ⁊ vj. et
ꝑ totū diſcurſum euāgelicū. Sed p̄cipue cātat pro-
phetice Salomon in hoc tertio cātico totū illū ſer
monē quē fecit Chriſtꝰ in mōte/declarādo legem ⁊
ꝓphetas Matth. v. In quo cātico tria facit. Nam
primo facit q̇d dictū ē. Scd̄o cātat acceptationē le
gis ⁊ doctrine Chriſti/⁊ gaudiū eccl'ie acceptantis
V legē euāgelicā. Tertio p̄dicit ⁊ cantat ſtabilitatē: et
ꝑpetuitatē legis euāgelice. Scd̄m ibi. Dilectꝰ meꝰ
mihi/⁊ ego illi. Tertiū ibi. Adiuro vos ⁊c. ¶ Quan
tū ergo ad primū eſt aduertendū/ꝙ Chriſtꝰ primo
deſpōſauit eccl'iam in Maria/⁊ in Joſeph: ſicut di
ctum eſt: ſed exinde qn̄ Maria abijt cū feſtinatiōe
in mōtana Judee: ibi vocauit Joannē Baptiſtā de
ventre matris:⁊ deſponſauit eccleſiam in eo/et in
Elizabeth matre eius: q: vterqꝫ confeſſus eſt Chri-
ſtum incarnatū: vt ptʒ Luc. j. Itē cū eſſet incipiēs
annorū triginta: ⁊ ilico poſt baptiſmū/⁊ ieiuniū vo-
cauit apl'os: et aſcēdit in mōtem/⁊ dedit eis legem
euangelicā: q̄ nil aliud eſt/niſi declaratio legis/et
ꝓphetarū: vt inq̇t Augu. Unde Chriſtus qui ante
locutꝰ fuerat patriarchis ⁊ prophetis per angelos
et locutus fuerat mūdo per ora prophetarū/⁊ dede
rat Moyſi legē ꝑ angelum mediū: tunc aſcendit in
mōtem/⁊ aperiēs os ſuū declarauit apl'is legem et
ꝓphetas dicens. Non veni ſoluere legē/aut ꝓphe-
tas/ſed adimplere. Et ſic per os ꝓpriū/⁊ ꝑ illam hu
manitatē aſſumptā locutus eſt apl'is/⁊ declarauit
eis legē ⁊ prophetas/dādo verā intelligētiā: vt ptʒ
ꝑ totum diſcurſum euangelicū. Sponſa ergo q̄ diu
deſiderauerat/⁊ petierat oſculari oſculo ſponſi ꝑ
verā declarationē legis ⁊ prophetarū adiēs ſpon-
ſum iā ſibi loquetē ꝑ os ꝓpriū: cū magno gaudio di
cit in principio huiꝰ cantici. Vox dilecti mei ⁊ ſpon
ſi Chriſti audita eſt mihi ſupple. i. gratias ago: quia
iam oſculatur me oſculo oris ſui:⁊ loquit̄ mihi iā
non ꝑ angelos/nec per patriarchas aut prophetas
ſed per os proprium: vnde ſicut iſte ſponſus meus
quondā peregrinabat̄ poſitus in illa arca per mon
tes ⁊ colles/⁊ loq̇batur Moyſi de tabernaculo fe-
deris:⁊ illud faciebat ſub quadam figura: ita nunc
implendo illā figurā poſitus ⁊ latens in humanita
te iam loquit̄ mihi:⁊ ecce iſte iam venit ſaliens in
montibus Galilee/⁊ Judee/vocādo apl'os/⁊ p̄dicā
do:⁊ iam venit trāſiliēs colles:⁊ primo qn̄ exiſtens
in vtero matris venit in montana Judee ad ſalutā
dum Elizabeth/⁊ ad ſanctificandū Joannē Bapti-
ſtam/⁊ poſtea qn̄ venit/⁊ portauit ipſum mater ad
preſentandum in tēplo/⁊ qn̄ fugit in Egyptum:⁊ re
uerſus eſt in terram Juda: et tandem qn̄ vocauit
apl'os ⁊c. Et iō dilectus meus in tali ꝑegrinatione
ſilis eſt capree hinnuloqꝫ ceruorū i velocitate. Nā
ſicut caprea cū velocitate currit ad lactandū filiū/
⁊ ceruꝰ hinnulū: ita xp̄s cū velocitate q̄ſiuit apl'os
⁊ oēs fideles ꝑ mōtes ⁊ cāpos/ad lactādos eos la-
cte diuine doctrine/⁊ ſapiētie. ¶ Sʒ ad maiorē eui- X
dētiā eſt aduertēdū: ꝓut ſupradictū eſt: ꝙ in iſto to
to libro per capreas intelliguntur patriarche/qui
fuerunt paſtores/quibus facte fuerunt repromiſ-
ſiones de Chriſto ⁊ eccleſia. Et per ceruos hinnu-
loſqꝫ ceruorū intelliguntur prophete/qui fuerūt ve
loces in ſaltādo de vna materia in aliā/ſicut faciūt
Satyrici: qui q̇dē ꝓphete p̄nunciauerunt oīa my-
ſteria Chriſti ⁊ eccleſie cū magna velocitate ſaltā-
do de vna materia in aliam/⁊ de vno myſterio in
aliud/et de vno tpe in aliud. Sed quia Chriſtus ad-
impleuit oīa q̄ fuerūt promiſſa p̄rīarchis/⁊ vatici-
nata ꝑ prophetas: ideo dicit̄ ſilis illis. i. conformis
ꝓmiſſionibꝰ ⁊ vaticinijs/⁊ prophetijs eorū: q: nō ve
nit ſoluere legē: ſed adimplere oēs ꝓmiſſiones/et
vaticinia eorū: ergo Chriſtus non fuit diſſimilis/im
mo ſimilis illis. Et hoc eſt q̇d dicit/⁊ intendit dice-
re ſponſa cū ait. Similis eſt dilectus meus capree
hinnuloqꝫ ceruorū. i. cōformis eſt toti legi/⁊ ꝓphe-
tis: q: oīa q̄ in patriarchis ſunt ꝓmiſſa ⁊ figurata/
⁊ in prophetis vaticinata adimplet̄. Nam en. i. ec
ce ipſe iam ſtat poſt parietē noſtrū. i. latens in no-
ſtra humanitate: ſicut fuit promiſſus patriarchis/
⁊ prophetis:⁊ fuit figuratus per arcam ⁊ taberna-
culum/⁊ per illos angelos per quos deus loque-
bat̄ in forma humana. Et iam ſtat aſpiciens ꝑ fene
ſtras:⁊ cācellos humanitatis/iam habēs oculos

humanos/⁊ os carneum ⁊ humanū/loquitur mihi familiariter dilectus meus deus ⁊ homo:⁊ vocādo me/dicit. Surge amica mea ⁊c. ¶ Ad cuius intellectū eſt notādū/ꝙ ſicut pplꝰs Iſrael erat in Egypto ſub illo iugo captiuitatis:ita pariter ſponſa erat ſub iugo legis ⁊ peccati:⁊ ſicut tpe veris deus eduxit ꝑ Moyſen illum pplm̄ de captiuitate:ita in eodē tpe in mēſe Aprilis/ſiue Martij Chriſtus deſpōſauit ⁊ eduxit ſponſam ſuā de iugo legis/⁊ captiuitate pctī per mortē ⁊ paſſionem. ¶ Unde ſicut hō in hyeme latet frigidus:⁊ balbus in domo non audens exire domū ꝓpter frigus intenſum/⁊ propter crebros imbres/⁊ pluuias/⁊ obſcuritatē nubiū:ita pariter ſpōſa erat latens ſub frigore/⁊ obſcuritate ⁊ nube legis. Itē ſicut in hyeme arbores nō faciūt fructus/nec florent propter rigiditatem frigoris:⁊ ꝓpter defectum caloris:ita lex Moyſi exiſtēs ſub frigore/⁊ nube cerimoniarū/ſine calore ⁊ preſentia xp̄i/qui eſt ſol iuſtitie/nec floruit/nec fecit fructuz. Sed oriente ſole iuſtitie i mūdo:q̄ eſt xp̄s:ilico cauſauit cp̄s vernū/⁊ fugauit noctē/⁊ hyemem/⁊ tenebras legis:⁊ incepit florere/⁊ facere fructum vinea legis per xp̄m. Et ſic xp̄s fugata nocte:⁊ hyeme legis veteris/cum ſuis nubibus cerimoniarū portauit per euangelicum/in quo floruit vinea legis: et hoc eſt qđ dicit ſponſus. Et loquit etiā more amātiū. Nā ſicut amaſius ſurgit de nocte/quaſi in aurora/⁊ venit ad domū amaſie/⁊ ornat portā eiꝰ diuerſis floribꝰ tpe veris/⁊ cātādo vocat eam vt ſurgat de lecto ad audiendam cantilenā ſuam:quā cantat amore eius:⁊ vt ſibi loquat ⁊ correſpondeat/⁊ reddat vices amoris ipſi:ita pariter Chriſtus venit in mundū/⁊ repperit ſponſam ſuā iacentē in lecto legis/⁊ in nocte frigidā ꝓpter frigus legis / ideo venit ad excitādā eā/⁊ ad vocādū ipſam:vt ſurgeret a lecto ⁊ nocte legis:⁊ redderet ipſi vices amoris:cui Chriſtus portauit flores/⁊ fructꝰ euāgelicos. Chriſtus ergo ſponſus vocat ſponſam ſuam vt ſurgat a ſomno legis/dicens. O amica mea/⁊ ſponſa/et formoſa mea/⁊ colūba mea/ꝙ diu iacuiſti ſub iugo/et lecto/et nocte legis/ſurge a iugo legis/et veni ad me/⁊ faciam te formoſam per dona gratiarum:⁊ faciā te ſimplicem ſicut colūbā ꝑ baptiſmū. Iā enī hyems/⁊ frigiditas:⁊ nox:⁊ obſcuritas legis veteris trāſijt:⁊ imber peccatorū iam receſſit poſtꝙ venit ſol iuſtitie;qꝛ iam apparuerunt flores in terra noſtra. Nam ſicut recedente hyeme:et adueniente vere oēs arbores:⁊ vinee florēt:⁊ ficulnee incipiūt ꝓducere ficus ꝓpter acceſſum:et fauorem:⁊ colorē ſolis:ita adueniente Chriſto vinea legis:et ager:et ficulnea legis inceperunt florere:⁊ fructificare per Chriſtū. Uñ iam venit tp̄s putatiōis vinee:in quo omnia cerimonialia ſunt amputata:vt noui thyrſi/ ⁊ pampini euangelici valeant pullulare. ¶ Itez ſicut in vere auditur vox:⁊ cantus turturis per ſyluas:ita tranſacta hyeme legis:⁊ adueniente plenitudine tpis:qñ deus miſit filiū ſuū:audita fuit vox turturis euangelice:que fuit virgo mater dei: qñ dixit. Magnificat anima mea dñm ⁊c. quia iam annunciauit deū in carnez aduenīſſe ⁊c. Et ſic vox euangelica incepit tunc audiri in terra noſtra. Sz magis audita fuit vox turturis:qñ Chriſtus aſcendit in montē:⁊ incepit declarare legē aplꝪis. Matthei. v. Item tūc ſicut legis:amputatis cerimonialibus folijs:incepit producere ficus:⁊ groſſos euāgelicos per veram intelligentiam. Nam ſicut fructus latet in arbore in hyeme:⁊ ficus in ficulnea:⁊ vue in vite:eo ꝙ fructus tñ eſt ibi in potētia: tāꝙ in ſuis cauſis materialibus:ſed in vere ſol:et celeſtis influētia educit fructus ex arboribus de potētia in actum:ita pariter oīa myſteria:et veritates euangelice latebant ſub litera legis:ſed venit Chriſtus ſol iuſtitie:et eduxit oīa illa myſteria:⁊ veritates in actum:⁊ in lucē:⁊ ſic apparuit veritas euangelica:q̄ latebat in lege:ſicut forme latitant in materia:⁊ fructus in arbore:⁊ ideo ſubdit ꝙ vinee legis dederūt odorem ſuū florendo. ¶ Et nota ꝙ qñ vinee florent:omnes ſerpentes fugiūt:eo qđ odor florum vinearum interficit ſerpentes. Ita ergo pariter qñ Chriſtus venit et incipit fugare hyemem:⁊ frigiditatem cerimoniarum legis:et incepit florere vinea propter calorem ſolis in vere euangelico:⁊ tunc ſerpens antiquus incepit fugere propter odorem vinee euangelice:qꝛ ille odor:⁊ virtus florum ſacramētorū euangelicorū interficit diabolū:et extinguit peccata. Et ideo dicit ſpōſus ꝙ vinee legis iam dederunt odorem ſuum fugando diabolum:et extinguendo peccata. Et ideo ſubdit. Surge amica mea ⁊ ſponſa:qꝛ diu ꝑ totum hyemē legis veteris iacuiſti abſconſa:ſicut columba in cauerna maceriei:⁊ parietis:⁊ in foraminibus petre:ita tu latuiſti abſcōſa ſub vmbra legali:ſ:ꝑ totam hyemem et noctē legis. O ergo colūba mea exi a cauerna:⁊ foramine legis:⁊ incipe cantare canticum euangelicum:⁊ ſonet vox tua in auribus meis:cōfitēdo me eſſe deū:⁊ meſſiam:⁊ redemptorem tuum:⁊ oſtende mihi faciē conſcientie tue ꝑ fidem ⁊ charitatē:⁊ ſonet vox tue cōfeſſiōis in auribꝰ meis:qꝛ vox tua erit mihi dulcis:tcū audiero a te confeſſionē vere fi dei euangelice ꝑ quam fidē eris mihi ꝑſonaliter:⁊ ꝓſentialiter deſponſata. Quia iam non loquor tibi per angelos:nec per prophetas:ſed perſonaliter ⁊ preſentialiter loquor tibi per meipſum. Profer ergo fidem articulorum:⁊ fidē euāgelicā per os tuū: ⁊ eris mihi vera ſponſa:per verba de ꝓñti. quaſi dicat:ſequere me per fidē euangelicā:⁊ recipe baptiſmū fidē ꝓfitendo:⁊ tūc vox tue cōfeſſiōis erit mihi dulcis:⁊ acceptabilis:⁊ facies aīe ⁊ conſcie tue erit mihi decora:⁊ grata ⁊ amabilis. Deinde cum dicit. Capite nobis vulpes paruas ⁊c. ſpōſus auiſat ſpōſam vt ſit cauta:ne ſequat falſam doctrinam Scribarū ⁊ phariſſeorū. ¶ Ad cuius intellectum eſt aduertendum:ꝙ qñ Chriſtus venit:iam repperit ſcripturā legis:⁊ ꝓphetarum deprauatā ꝑ farſas traditiōes:⁊ expoſitiones Schribarum:⁊ Phariſſeorum:⁊ Saduceorum. Cuiꝰ cauſa fuit. Nam vt ait Joſephus xviij. libro antiq̄tatū:⁊ ſecūdo libro de bello Iudaico:quaſi per. xl. annos añ aduetū xp̄i inter ceteras ſectas ſurrexerunt due principales ſecte in Hieruſalem:quarum prima fuit ſecta Saduceorum:dicta a quodam dicto Sadoch:principe ⁊ inuentore illius ſecte. Illi autem negant angelos eſſe:et alios ſpiritus:et negabant reſurrectionem corporum:et per conſequens concedebant mortales eſſe animas hominum. Item recipiebant ſolum quinꝙ libros Moyſi:et negabant totum reſiduum veteris teſtamenti:⁊ ſic ex tali errore committebāt multu turpia. Sed tunc ex zelo legis: et prophetarum ſurrexit altera ſecta contraria iſti que incepit a quodam dicto Phares de tribu Simeon:et ideo



eiꝰ ſectatores dicti ſunt phariſſei:quaſi contra Saduceos ⁊ a ceteris popularibꝰ diuiſi in vita/⁊ moribus:⁊ in habitu. Iſti fingebant ſe zelare legē ⁊ ꝓphetas:⁊ ideo habiti ſunt in maxima veneratione apud populum/⁊ in maxima opinione ſanctitatis propter apparentiam exteriorem ⁊ iſti dabant operam ſtudio legis/⁊ ꝓphetarū pre ceteris:et ideo ꝓpter aſſiduitatē/⁊ cōtinuū ſtudium facti ſunt periti pre ceteris in litera legis/⁊ ꝓphetarū: intantum ꝙ acceperūt auctoritatē a ſummis ſacerdotibus/ ſedendi in cathedra Moyſi ad declarādas ſcripturas legis ⁊ ꝓphetarū/⁊ ad iudicandas ⁊ diſcernendas cauſas ciuiles/⁊ iudicia ciuilia exercenda. Et ſic facti ſunt de numero illorū. lxx. iudicum / quos Moyſes inſtituit ad diſcernendas cauſas et iudicia. Exo. xviij. Et ideo dicebant ſedere ſuper cathedram Moyſi. Et ideo iſti ratione religionis dicebant Phariſſei:⁊ ſed ratione iudiciarie poteſtatis/ ⁊ ratione auctoritatis gloſſandi/et exponendi/⁊ declarādi ſacras ſcripturas legis/⁊ prophetarū dicebant. Scribe. Eſt verū ꝙ multi ex tribu Simeō ꝓpter peritiā ſcripturarū/licet non eſſent ex religione/⁊ habitu Phariſſeorū:tñ ſimiliter aſſumebant ad poteſtatē iudicandi/⁊ auctoritatez gloſſandi:et iſti dicebant Scribe tantum. Iſta ergo ſecta ⁊ religio Phariſſeorū/⁊ etiam ſocietas Scribarū fuit deuotior propter ſimulationē ſanctitatis:⁊ creuit intantū apud vulgares/⁊ ciues:⁊ plebeios/ꝙ oēs ciues relinquebāt eos executores teſtamētorū: ⁊ tutores viduaruz/et pupillorū:et ſic regebant pplꝪos in tēporalibꝰ:et ſpūalibus. Et ſic inceperūt comedere/et expoliare domos viduarum. ⁊ diripere bona pupillorū/et impinguare domos ſuas:intantuz ꝙ oēs diuitie ꝑueniebant ad manꝰ eorū/et ſimplices populares ex ignorātia obediebāt/⁊ credebāt eis. Sz auaritia ⁊ cupiditas ſimul creuit: ⁊ exarſit in eis cū pinguedine diuitiarū. vñ tunc inceperunt ordinare nouas traditiones in pplꝪo:⁊ gloſſare oēs ſacras ſcripturas:⁊ deducere ad lucrū ſuū tēporale/⁊ ad multiplicandas oblationes/ ⁊ decimas: et primitias. Et ſic facti publici cāpſores ⁊ mercatores ꝑ ſe vel per interpoſitas ꝑſonas perauerunt in tēplo menſas nūmulariorū:⁊ in porticu tēpli vendebant oues ⁊ agnos ꝓ ſacrificijs ⁊ oblationibꝰ:et ſic vſurpabāt ſibi oīa lucra. Et vt hoc nō reputaretur illicitū apud pplm̄ gloſſabāt ſcripturas ad ſuū intentū/oſtendentes populis ꝙ ea q̄ faciebāt erāt de mente legis poſtꝙ oīa erant ad cultū diuinum: ⁊ ſic deprauarunt totā legez ⁊ ꝓphetas/trahentes oīa ad intentū/⁊ lucrū ſuū tēporale:negantes oēm ſenſum ſpiritualē. Et ideo Chriſtꝰ reperiēs ſcripturas deprauatas ꝑ falſam doctrinam: ⁊ traditiones iſtarum ſectarum. ſ. Saduceoruz/ ⁊ Scribarum/et Phariſſeorum:ſtatuit:extirpare fermentū/⁊ falſā doctrinam eorū:⁊ aperire verum ſenſum ſacre ſcripture:ideo aſcendens in montē incepit auiſare diſcipulos dicens. Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſꝙ Scribarū/⁊ phariſſeoruz/ non intrabitis in regnū celorū ⁊c. Et ſic Chriſtus procedit in toto illo ſermone declarando veram intelligentiam legis ⁊ ꝓphetarū/⁊ extirpando falſam doctrinā Scribarū ⁊ Phariſſeorū. Et hoc idē facit ꝑ totum diſcurſum euangelicum. Uñ Matt. xv. auiſans diſcipulos dicit Cauete a fermento Saduceorum /⁊ Phariſſeorum ⁊c. Item. xxij. dicit. Super cathedram Moyſi ſederunt Scribe/⁊ Phariſſei. ⁊c. Et in toto illo capitulo exprobrat auaritiā ⁊ ſimulationē:et praua opera eorum. Et ideo videntes Chriſtum totaliter eſſe contrariū moribus ⁊ auaritie/et prauis operationibus ſuis:ſtatuerunt ipſum interficere/ negantes Chriſtum eſſe meſſiā in lege promiſſum. vnde ſicut erant totaliter mundani/⁊ carnales: ita declarabant totam ſcripturam tēporaliter/⁊ carnaliter expectando bona tēporalia. Et hanc ſectam Scribarum/⁊ phariſſeorū ſeruant hodie Judei moderni:eo qđ ſunt ſucceſſores illorum in vita/⁊ doctrina/⁊ perfidia:⁊ odio/prout dictum eſt pſalmo. ij. et pſalmo. lxxxj. Et ſic ptz qualiter Scribe: ⁊ phariſſei conati ſūt diſſipare vineā legis ꝑ falſam doctrinā/⁊ intelligentiam:quos Salomon hic appellat vulpes/propter ſimulationem ⁊ fictionē vite ⁊ appellat eos vulpes paruas propter ſanctitatē/⁊ humilitatē fictam ⁊ ſimulatam. vel a paruitate veritatis:⁊ etiam a paruitate potētie ⁊ effectus. Nam licet fuerint conati deſtruere vineam ſacre ſcripture:tñ non potuerunt:qꝛ veritas ſcripture cōtinuata/⁊ cōſeruata eſt in euāgelio:⁊ ipſi manent in ſua cecitate:⁊ obſtinatione/⁊ mendacio:⁊ captiuitate. Dicit ergo ſponſus ad aplꝪos: Nolite ſequi doctrinam vulpinam/⁊ fermētum iſtarū vulpinū. ſ. Scribaruz/⁊ phariſſeorū:ſed capite nobis iſtas vulpes paruas. ſ. Scribas:⁊ phariſſeos/qui demoliuntur/ ⁊ deſtruere/⁊ diſſipare nituntur vineas ſacre ſcripture/cum ſuis falſis doctrinis / et traditionibus iniquis/⁊ eijcite eos extra vineas noſtras:tanꝙ occecatos in malitia eorum:ne intelligant ſacramenta dei /et ne comedant de fructibus huius vinee: poſtꝙ negant aduentū Chriſti agricole huiꝰ vinee/ qm̄ vinee noſtre iam floruerunt ꝑ aduentū Chriſti: licet ipſi nō expectant talē fructū ſpiritualē ex ea: ſed bona temporalia. Et iđ ne iſte vulpes parue in valore/⁊ in potentia/⁊ intelligentia veritatis diſſipent flores huiꝰ vinee:capite eas/⁊ ꝓijcite extra vineam poſtꝙ ſe indignas fecerūt. Uñ ego expectabam:vt ipſi Judei colligerent vuas ex iſta vinea/ et ipſi collegerunt labruſcas amaras ꝓ eis. ſed vos fideles colligite vuas dulces myſteriorum euangelicorum. Intēdit ergo dicere ſpōſus ad ſpōſaz in aplꝪis:O amica mea ⁊ columba mea ſpōſa oſtende mihi faciem tuā ꝑ puritatez baptiſmi/ ⁊ ſonet vox tua in auribus meis ꝑ confeſſionē vere fidei:et nō ſequaris falſam doctrinā/⁊ vocē vulpinā Scribarū/⁊ phariſſeorū/q̄ conant deſtruere vineas ſacre ſcripture ſed capite has vulpes/⁊ ꝓijcite extra vineas:quoniam vinea mea iam floruit ⁊c.

## Dilectus meus mihi:⁊ ego illi.

¶ Hec eſt ſecunda pars huius cantici/in qua introducit ſponſa ad loquendū/q̄ audita voce ſponſi quā vocem diu deſiderauerat:ideo agit gratias dicens: Gratias ago qm̄ dilectus meus preſentialiter/⁊ familiariter loquit mihi/⁊ ego illi: ⁊ iam docet me familiariter myſteria/et ſecreta legis. et iā paſcit inter lilia/qꝛ iā recepit a me cultum latrie i apoſtolis:et diſcipulis:a fidelibus ſequentibꝰ. euz Unde ſicut ipſe paſcit me pabulo doctrine: ita ipſe paſcitur a me pabulo cultu ratrie acceptando meam fidem:et confeſſionem fidei et laudis ⁊c. Et iſte cultus latrie durabit donec: id eſt dum aſpiret ⁊ perſeueret dies gratie: vſꝙ ad iudicium ⁊c.

vſq; inclinent᷑ vmbre. vel ſic. Dilectus meꝰ loquit᷑ mihi/⁊ ego illi: ⁊ iam paſcitur inter lilia ſiue roſas fideliū ꝑ cultū latrie/poſtq̄ iam aſpirauit dies gratie/⁊ finita/⁊ fugata eſt vmbra legis. quaſi dicat. nolo audire/nec ſequi vulpes phariſeos /nec doctrinā eoꝝ falſam: ſed volo ſeq̄ xp̄m ſicut ipſe loquitur mihi. Deinde cum dicit: Reuertere. poſtq̄ iſta ſponſa recepit fidem euangelicā/⁊ veritatē legis a ſponſo in apl'is ⁊ diſcipulis in illo mōte deſiderans habere copiam in ſua ſocietate: ⁊ ſciens ꝙ Chriſtus venerat ad redimendū principaliter populū Iſrael: ideo exhoꝛtatur ſponſum: vt luſtret in gyꝛum/⁊ circundet totā terrā Iſrael ꝑ oēs tribus/ ⁊ poſtea reuertatur in Hierl'm: vt ibi ꝓ oibus patiatur. Dicit ergo ſponſa: O dilecte poſtq̄ vocaſti/ ⁊ docuiſti me in apoſtolis/⁊ diſcipulis/⁊ iam paſceris inter lilia per latriā/⁊ iam apoſtoli receperunt ⁊ ſequunt᷑ te: iō vade/⁊ luſtra/⁊ circunda in gyꝛu; totam terrā ꝓmiſſionis/vocando oēs filios Iſrael ad fidem poſtq̄ pꝛīcipaliter ⁊ ꝑſonaliter veniſti ad oues que perierant domus Iſrael. Et poſtq̄ luſtraueris totā terrā pꝛomiſſiōis reuertere in terrā Iuda ⁊ Hieruſalē: vt ibi pꝛo nobis patiaris. ¶ Unde
D nota qꝺ̄ ibi tranſlatio noſtra dicit / Reuertere in Hebꝛeo habet᷑ circunda ſiue luſtra. ⁊ eſt mos ⁊ conſuetudo amantiū: qui luſtrant in gyꝛū domū ⁊ vicū amaſie/vt freq̄nter eā poſſint videre ⁊ alloqui. Ita ergo eodem modo dicit iſta ſponſa O dilecte mi ꝑluſtra ⁊ circunda frequenter domū meā. i. totam terram ꝓmiſſionis/⁊ poſtea reuertere ad me/ ⁊ finaliter reuertere in terrā Iuda: vbi in Bethleē fuiſti natus. ⁊ in Hieruſalē in templo pꝛeſentatus vt ibi patiaris pꝛo oibus ⁊ reſurgas ⁊ finias curſum tuum: ⁊ in tali curſu ⁊ officio ſis velox/⁊ ſimilis in velocitate capꝛee hinnuloq; ceruoꝝ. i. expedias curſum tuū reuertendo ſup montes Bethel/ id eſt ſup montes dei/qui ſunt montes Iudee vbi eſt Hieruſalē ſita in monte Sion/ ⁊ in monte Moria. qui dicuntur montes Bethel/id eſt mōtes domus dei/eo qꝺ̄ in eis eſt fundata domus dei/ et in vno iſtoꝝ montium vidit ſcalam Iacob/ ⁊ in altero Abꝛahā voluit immolare filiū: ⁊ ī altero Melchiſedech obtulit panē ⁊ vinum: vt dictum eſt pſalmo. xlvij. Intendit ergo dicere ſponſa. O dilecte/ luſtra totam terram Iſrael: ⁊ reuertere ſuper montes Bethel/ſcʒ in Hierl'm ad patiendum ⁊ compleēdum myſterium redēptionis: ⁊ eſto ſimilis capꝛee hinnuloq; ceruoꝝ. i. eſto ſimilis/⁊ confoꝛmis legi/ et ꝓphetis ſcilicet imple officium redēptionis in Hierl'm/ſicut ꝓmiſiſti patriarchis/⁊ vaticinatum eſt ꝑ ꝓphetas/ꝓut dictuʒ eſt/⁊ magis patebit. In Hebꝛeo autem habet᷑: ſup montes Bethel. i. ſuper montes diuiſos. Et tūc eſſet ſenſus: luſtra terram velociter: ſicut capꝛea ⁊ hinnulus velociter currit ſup mōtes diuiſos ſiue diuerſos: ſed noſtra trāſlatio videtur magis pꝛopꝛia. ¶ Ad maioꝛē euidentiā
E eſt notandū: ꝙ capꝛea ſylueſtris habet quatuoꝛ ꝓprietates ⁊ cōditiones. Pꝛimo: qꝛ fugit vehemēter venatoꝛes. Secundo qꝛ eſt velocioꝛ ceteris animalibus in fugiendo. Tertio qꝛ ſemper petit ardua/et cacumina mōtiū inacceſſibilia: vt ibi ſaluet᷑. Quarto qꝛ ſemp trahit ⁊ ducit filium ſecū/vt ſaluetur/ nec vnq̄ dimittit/nec deſerit eum. Has etiam quatuoꝛ ꝓprietates habet ipſe ceruus in fugiendo venatoꝛes. Et has quatuoꝛ ꝓprietates ſeruauit Chriſtus ꝯtra vulpes Phariſeos/⁊ Scribas/ q̄ ſua venenata/⁊ vulpina doctrina nitebantur vulnerare populos ⁊ diſſipare vineā dn̄i. Et ideo Chriſtus fugit/immo increpauit/⁊ extirpauit velociter falſaʒ doctrinam ſcribarum ⁊ phariſeoꝝ: ⁊ aſcēdit in montē crucis ducens. ⁊ trahens ſecum oēs fideles filios ſuos: vt eos ibi ſaluaret et liberaret. Et ideo dicit ſponſa. O ſponte dilecte mi ꝑluſtra totam terram Iſrael/⁊ reuertere ad montes Bethel. i. domꝰ dei que eſt Hieruſalem / ⁊ ad montem crucis /vbi nos debes ſaluare. Et ideo eſto ſimilis capꝛee hinnuloq; ceruoꝝ. i. ſicut capꝛea ⁊ ceruus velociter fugiunt venatoꝛes/et ducunt ⁊ trahunt ſecum hinnulum. ſ. filium: vt ſaluent eum ſuper ardua montium: ita tu trahe nos tecuʒ ſuper montem crucis/ et ſup montes Hieruſalem: vt ſalues nos ibi ⁊ ſup montem celeſtem: vt ibi te fruamur.

## ¶ Secunda pars Tertij Cantici.

In lectulo meo queſiui quem diligit anima mea.
Queſiui illum et non inueni.
Surgam ⁊ circuibo ciuitatem: per vicos ⁊ plateas.
Queram quem diligit anima mea.
Queſiui illum ⁊ non inueni.
Inuenerunt me vigiles qui cuſtodiunt ciuitatem.
Num quem diligit anima mea vidiſtis?
Paululum cum petranſiſſem eos:
Inueni quem diligit aīa mea.
Tenui eum: nec dimittam
Donec intromittam illum
In domū matris mee:
Et in cubiculum genitricis mee.
Adiuro vos filie Hieruſalem ꝑ capꝛeas ceruoſq; campoꝛum:
Ne ſuſcitetis neq; euigilare faciatis dilectam: donec ipſa velit.

¶ Deinde cū dicit. In lectulo meo ꝑ noctē queſiui quē diligit aīa mea ⁊c. videns ſpōſa ꝙ ꝑ totā noctē legis nunq̄ poterat reperire ſponſum ſuū Xp̄m in tabernaculo Moyſi/nec in tēplo pꝛimo / nec ſcdo qꝛ in arca federis nō erat realiter incarnatꝰ/niſi in ſola figura: ideo poſtq̄ repperit ip̄m in carne/agit gratias dicens. Ego q̄ſiui quē diligit aīa mea in lectulo meo. i. in tabernaculo Moyſi/ et ip̄m q̄ſiui ꝑ totā noctē legis. Et tn̄ nō potuit ipſum inuenire: qꝛ tantū erat ibi in figura. ⁊ ſic dixi ī meipſa. Ego circuibo ꝑ vicos/et plateas. i. diſcurrā ꝑ oēs patriarchas/⁊ ꝓphetas q̄rendo xp̄m quē diligit aīa mea et q̄ſiui illū: ſed nūq̄ ibi inueni in toto teſtamento veteri/Et dū circuibā ꝑ totū vetꝰ teſtamentū q̄rendo quē diligit aīa mea: inuenerūt me q̄ cuſtodiunt ciuitatē. ſ. ſummi ſacerdotes ⁊ Scribe ⁊ Phariſei qui erant doctoꝛes ⁊ ꝓlati poſiti ad cuſtodiā ppl'i ⁊ tēpli quos interrogaui dicens. Nū quē diligit aīa mea vidiſtis? q̄ non oſtēderūt mihi illū ꝑ legē et ꝓphetas: immo negarūt eum dicētes. Hunc neſcimꝰ vnde ſit. Et nō habemus regē niſi Ceſarē immo negauerunt talē Meſſiam deum ⁊ hominē eſſe i lege pꝛomiſſum: nec voluerunt recipere eū nec legē eiꝰ euangelicā: nec bona ſpiritualia: cū tanq̄ carnales expectarent tēpoꝛalia. Sed ego ſpernens eoꝝ cecitatē ⁊ falſam doctrinā paululū cū pertranſiſſē eos inueni Chriſtū deū incarnatū ſpōſum mihi pꝛomiſſum quem valde diligit aīa mea. Et ideo illico ad pꝛimā vocationē tenui eū per fidē firmā et charitatem indiſſolubilē. Et ideo nō dimittā eū donec intromittā illū in domū matris mee: ⁊ in cubiculum genitricis mee: que ē plebs Iſraelitica fidelis. vnꝺ̄ poſtquam ſinagoga eiecit ipſum a ſe ego recepi ipſum/intantū qꝺ̄ nemo me ſeparabit a charitate eius. quaſi dicat poſtq̄ nō reperi ip̄m in tabernaculo Moyſi: nec in tēplis pꝛimo ⁊ ſecundo tandem inueni ipſum in tabernaculo ⁊ tēplo humanitatis aſſumpte: ſic tenui ⁊ recepi eū in verū meſſiam: nec dimittā eum: lʒ Scribe ⁊ Phariſei tanq̄ vul
F pes diſſuadeant mihi cū cōminatione ⁊ cū ſuo falſo fermento. ¶ Ad maioꝛem aūt euidētiā eſt notādum ꝙ iſta ſponſa queſiuit ſponſum ꝑ totā nocteʒ legis ī lectulo ſuo. ſ. in tabernaculo ligneo ꝙ fabꝛicauerat moyſes: ſed cū ip̄m ibi nō repeiſſet/eo ꝙ ibi nō erat niſi in figura: ideo interrogauit cuſtodes ſ. Scribas et Phariſeos: vt oſtenderent ſibi ſponſum. ſ. meſſiam in lege pꝛomiſſum: eo ꝙ ſacerdotes ⁊ ſcribe ⁊ phariſei erāt poſiti tanq̄ cuſtodes ⁊ ſpeculatoꝛes domꝰ Iſrael/vt cū veniret Chriſtꝰ oſtenderent eū populo ꝑ ſacrā ſcripturā. Sed cum ſacerdotes ⁊ ſcribe ⁊ phariſei non oſtendiſſent ipſi Chriſtū fuiſſe meſſiam: immo tanq̄ vulpes diſſipātes vineā dn̄i negauerunt eū ⁊ ꝑſequebat᷑: iō iſta ſponſa non acquieſcēs falce doctrine eoꝝ pertrāſiuit. i. cōtempſit. eos ſed cū pertranſiſſet eos reperit Chriſtum ſponſum ſuum nō in tabernaculo ligneo ipſius moyſi ſed in lectulo ⁊ tabernaculo carnis ⁊ humanitatis. Et tunc poſtq̄ iſta ſpōſa cognouit ſpōſum/tenuit euʒ foꝛtiter per fidē: ⁊ ſecuta eſt eum vſq; ad moꝛtē: ⁊ introduxit eum in domum matris ſue. ſ. in plebem Iudaicā: quia apl'i multos de plebe Iſraelitica ꝯuerterunt ad fidē Chriſti: quādo miſit eos ad pꝛedicandū per terrā Iſrael: vt patet. Mat. x. ⁊ Luc. x. Et etiaʒ conuerterunt multos in die pētecoſtes/vt patet Actu. ij. et. iij. Et ideo dicit in lectulo meo ⁊c.

## Adiuro vos filie Hieruſalem. ⁊c.

¶ Hec eſt tria pars huius cātici: vbi pꝛedicit firmā ſtabilitatē eccl'ie ⁊ indiſſolubile vinculum inter ipſam ⁊ ſponſum ſuum. vnde ait. O filie Hieruſalem. i. anime fideles obteſtoꝛ ⁊ adiuro vos per capꝛeas hinnuloſq; ceruoꝛum. i. per patriarchas ⁊ pꝛophetas: quibus facta eſt de Chriſto repꝛomiſſio ne ſuſcitetis nec euigilare faciatis dilectā a fide et charitate dei ſponſi: donec ipſa velit. i. adiuro vos ne putetis vnq̄ ipſam eſſe a ſuo ſponſo ſeparādaʒ in eternū ſicut ꝓmiſſum eſt patriarchis ⁊ ꝓphetis: pꝛout dictū eſt. quaſi dicat ne timeatis: nec ſeducat vos falſa doctrina Scribaruʒ ⁊ Phariſeoꝛum
G nec aliquis hereticus aut tyrānꝰ ſeparet vos a charitate ſpōſi veſtri Chriſti. ¶ Sed quia dictū eſt in expoſitione huius tertij cantici: ꝙ in aduentu xp̄i vinea legis dedit fructū ſuum amputatis cerimonialibus: ⁊ ficus legis dedit groſſos ſuos euangelicos ⁊ ꝙ Chriſtus tanq̄ interpꝛes legis amputauit oīa cerimonialia: ideo querit᷑ vtrū Chriſtus potuerit hoc facere. ⁊ videtur ꝙ nō. Et pꝛimo arguitur ſic. Nā Chriſtus q̄ venerat ad cōplendā voluntatē patris: nec debuit nec potuit venire cōtra mētem dei patris. qui obligauit illū ppl'm ſub multiplici maledictione ⁊ firmiſſimo iureiurando ad ſeruandā totā legē nō ſolū quo ad pꝛecepta moꝛalia: ſed etiā quo ad oīa cerimonialia: ⁊ hoc federe eterno. vt patet Deutero. xxviij. ⁊. xxix. Et ſub eiſdē maledictionibꝰ ⁊ iureiurando ſe obligauit populꝰ. vt patet ibidē. Ergo nec Chriſtus potuit venire contra mentē patris: nec abſoluere illū populū a cerimonialiū obſeruatiōe eterna. Secundo arguit᷑ ſic. nā ſub eadē pena deus pꝛohibuit ne q̄s p̄ſumeret addere nec minuere aliud pꝛeter id quod eſt ſcriptum in lege data Moyſi: vt patet Deute. iiij. Ergo ſequitur ꝙ Chriſtus nec debuit nec potuit amputare: cerimonialia: puta ſabbatum ⁊c. nec addere diem dominicā ⁊ cetera p̄cepta ⁊ euāgelica ſacramēta. In oppoſitū aūt eſt tota veritas huiꝰ tertij cātici. vbi dicit᷑. Tēpus putatiōis aduenit. Item Matthei ⁊ Luc. iij. Securis ad radicē arboꝛis poſita eſt. Itē ibidē. Cuius ventilabꝛū in manu eius Et mundabit areā ſuam: ⁊ cōgregabit triticum in hoꝛreū ſuum: paleas autē comburet igni inextinguibili. per quā arboꝛem ⁊ paleas intelligunt᷑ cerimonialia legis ve. ¶ Reſpōdet᷑ ꝙ iſta queſtio ſa- H
tis eſt explicata ⁊ ſoluta per totā expoſitionē libꝛi pſalmoꝝ: ⁊ pꝛecipue in tractatu cōtra Iudeos per totum. Sed hic bꝛeuiter reſpondebit᷑ pꝛefatis duobus argumentis. Pꝛo quo⁊ reſponſione eſt pꝛimo notādū: ꝙ cum tota lex cerimonialium fuerit data in ſignū federis ⁊ pacti: vt patet de circūciſione et de ceteris ſacramentis ⁊ ſacris ⁊ ſacrificijs ⁊ obſeruantijs: ergo ſequitur qꝺ̄ omnia illa cerimonialia erant ſigna alicuiꝰ future veritatis/⁊ ꝑ cōſequēs tendebant in illā veritatē ſignificatā tanq̄ in fineʒ et terminū. Et per conſequēs officiū omniū illoꝝ cerimonialiū nō celebꝛabat᷑ niſi ſub fide ⁊ pꝛeſtatione illius future veritatis quā ſignificabāt: ⁊ ad quā tendebāt oīa illa cerimonialia tanq̄ in finē et terminū. ſed veritas ⁊ finis et terminus totiꝰ legis et ꝓphetarū fuit Chriſtus in quē tendebāt tota lex et pꝛophete: vt ſupꝛa dictū et pꝛobatū eſt in pꝛimo cantico. ergo ſequitur ꝙ tota lex ⁊ ꝓphete finierūt officiū et curſum ſuū in Chriſtū. Et per conſequēs fideles veteris teſtamenti nō obligabant᷑ obſeruare cerimonialia niſi vſq; ad Chriſtum: qui fuit veritas ⁊ finis legis ⁊ pꝛophetarū. nec illa multiplex maledictio/nec illud iuſiurandū potuit eos obligare niſi vſq; ad Chriſtū. Item ſecundo eſt notandum ꝙ Chriſtus non ſolū fuit pꝛomiſſus in veteri teſtamento tanq̄ finis legis ⁊ pꝛophetaruʒ: ſed etiā tanq̄ interpꝛes ⁊ declaratoꝛ eoꝛum: vt pꝛobatuʒ eſt in pꝛimo cantico per id qꝺ̄ ait dn̄s. Deute. xviij. ſ. Pꝛophetam ſuſcitabo eis de medio fratrū ſuoꝛuʒ ſimilē tui: ⁊ ponā verba mea in oꝛe eius loqueturq; ad eos quecūq; pꝛecepero illi. Qui autē verba eius q̄ loquetur audire noluerit ego vltoꝛ exiſtā. Que quidem verba dixit deus in Oꝛeb quando dedit leges ipſi Moyſi. pꝛout patet in textu illius capituli. Nā tam deus ꝙ Moyſes refert iſta verba ad illud tēpus: quando deus dedit legem. Nam quando populus audiebat voces ⁊ videbat lampades et [illegible]

tem fumantē/tunc oēs perterriti ⁊ pauore cōcuſſi dixerunt Moyſi loquere tu nobis. et audiemus. nō loquať nobis dñs /ne forte moriamur ⁊c. vt patet Exo. xx. Tunc dñs dixit Moyſi verba ſupradicta. ſ. Prophetam ſuſcitabo eis ⁊c. Et ſic pʒ qualiter licet Moyſes nō ſcripſerit iſta verba ibi Exo. xx. vbi fuerūt dicta: tamen ſcripſit ea Deu. xviij. referendo ad tēpus dationis legis: vt patet in textu. Ex quo patet ꝙ Chriſtus interpres ⁊ declarator legis ſimul fuit promiſſus cum datione legis. Et per conſequens quando ille populus ſe obligauit ad ſeruandū legem dicens: Oīa que precepit dominus faciemus ⁊c. tunc etiam ſe obligauit ad audiendū illū prophetā interpretē ⁊ declaratorē legis in ſuo aduentu. Et per conſequens ſe obligauit ad ſeruādum legem ſecundum interpretationē et declarationem illius prophete promiſſi. Et per conſequēs ſub eiſdē maledictionibus ⁊ iureiurando ſe obligauit totus populus ad credendū illi prophete et eius interpretatiōi ⁊ doctrine. Sed ille propheta promiſſus fuit ſolus Chriſtus: vt pluries probatū eſt quia debebat eſſe maior ꝙ̄ Moyſes ⁊ Joſue et Dauid ⁊ Eſaias ⁊c. ergo ſequitur ꝙ ille ppl's non obligabatur obſeruare illam legē niſi vſqȝ ad xp̄m interpretem eius: ⁊ per conſequens ſub eadē comminatione ⁊ iureiurando obligabatur ad ſeruandam interpretationem ⁊ declarationem legis ⁊ prophetarum faciendam per Chriſtum. Sed tota lex euāgelica nil aliud eſt niſi veritas ⁊ declaratio legis ⁊ prophetarū facta per xp̄m. Quia lex ꝑ Moyſen data/gratia autē ⁊ veritas per xp̄m facta eſt. vt patet Joānis. primo. Qui nō venit ſoluere legē ſed adimplere: quia nec vnum iota nec vnus apex preteriuit a lege quin dictis aut factis fuerit per xp̄m impletum: vt patet Math. v. Ergo ſequitur ꝙ ſub hiſdem maledictionibus ⁊ iureiurando obligabatur ille populus ad obſeruandā euangelicam
3 legem per xp̄m ferendam/⁊ ad reliquenda cerimonialia per ipſum abolenda. ¶ Ex ſupradictis ergo patet ſolutio per primū argumentū: quia xp̄s in auferendo cerimonialia non venit contra mentē patris immo declarauit ⁊ roborauit mentem patris. nec violauit: nec ſoluit legem ſed verificauit et adimpleuit eam. ⁊ apoſtoli ⁊ ceteri fideles ſequentes Chriſtum ⁊ relinquentes cerimonialia ⁊ obſeruātes legem euangelicā non violarūt legē nec iuſiurandum immo adimpleuerunt legē ⁊ iuſiurandūt ⁊ per conſequens euaſerunt illas maledictiones ſcriptas in libro Deute. Et per cōſequens ſcribe et Phariſei ⁊ oēs Judei moderni ſequaces eorum incurrūt omnes illas maledictiones tanꝙ̄ violatores illius promiſſionis ⁊ iuriſiurandi. Et per hoc patet reſponſio ad primū argumētum. Sed pro reſponſione ſecundi argumenti eſt aduertendum. qđ tria erant conſideranda in illis cerimonialibus. ſ. officiū qđ celebrabatur. Secūdo fides ſub qua celebrabať. Tertio Chriſtus futurus ſub cuius fide ⁊ ad quem finem ⁊ cuius gratia omnia illa officia fiebant Et ideo quia illa cerimonialia ⁊ officia non fiebant gratia ſui: ſcʒ i fide ⁊ gratia xp̄i futuri: hic eſt qđ non erant de eſſentia legis/quia ſola fides xp̄i cum ſuo fine: quem omnia illa cerimonialia intendebant: erat de eſſentia legis/⁊ ideo illa omnia cerimonialia quo ad officium erant quedam accidentia: ⁊ per conſequens poterāt adeſſe vel abeſſe preter ſubiecti corruptionem: ⁊ per conſequēs nō erant de integritate eſſentiali ipſi⁹ legis: ſed fides Chriſti ⁊ myſteria euangelica per illa cerimonialia ſignificata qꝛ erant de eſſentia legis: ideo manſerunt poſt aduentum Chriſti amputatis cerimonialibus. ¶ Ex quibus patet/ꝙ Chriſtus abdicādo et repellendo cerimonialia: et declarando eorū ve-
ritatē per legē euangelicam: nec abſtulit nec addi- 8
dit aliud eſſentiale ipſi legi/ſed ſolum manifeſtauit veritatē latentē ſub vmbra legis vn̄ ſicut ſol in ortu ſuo nō minuit. nec addit aliquid ſʒ manifeſtat ⁊ patefacit oīa que latebāt ſub vmbra noctis ſup faciē terre: ita pariter Chriſtus in ſuo aduentu nullum eſſentiale minuit nec addidit legi: ſed ſolum patefecit totam veritatē ⁊ omnia myſteria euangelica que latebant ſub vmbra illorū cerimonialiū vnde nihil fuit in lege ⁊ prophetis figuratum et vaticinatum quin fuerit impletum et declaratum ꝑ chriſtum dictis aut factis: ⁊ nil fuit dictum aut factum ꝑ chriſtū: quin fuerit in veteri teſtamēto figuratum aut vaticinatū. Et ſic pʒ qualiter vnū iota nō fuit additū nec diminutū a lege per Chriſtum: ſed oīa fuerunt impleta ⁊ patefacta q̄ ſub vmbra legis latebant. Et ſic nos Chriſtiani ſeruando legē euangelicā non addimus: nec auferimus aliq̄d eſſentiale a lege moyſi ⁊ prophetis: immo verificamus ⁊ implemus eius ſignificatū: et ſic ſunt intelligenda illa verba dei Deut. iiij. ſ. Non addetis ad ꝟbū qđ vobis loquor: nec auferetis ex eo: ſcʒ aliq̄d qđ ſit de eſſentia ſui veri ſignificati. Ex quib⁹ pʒ/ quod illa lex nō erat eterna quo ad officiū ⁊ ſignū: ſed quo ad fidem ⁊ finem ⁊ verum ſignificatum: ⁊ et per hoc pʒ vera intelligentia huius tertij cantici: ⁊ patet ſolutio ad ſecundum argumentum Judeorū Et hec de tertio cantico.

## ¶ Incipit Quartū Canticum.

Que eſt iſta que aſcendit per deſertū:
Sicut virgula fumi ex aromatibus.
Myrrhe ⁊ thuris et vniuerſi pulueris pigmentarij?
En lectulum Salomonis
Sexaginta fortes ambiunt
Ex fortiſſimis Jſrael omnes tenentes gladios: Et ad bella doctiſſimi.
Vniuſcuiuſqȝ enſis ſuper femur ſuum
Propter timores nocturnos.
Ferculū fecit ſibi rex Salomon de lignis Libani.
Columnas eius fecit argenteas:
Reclinatorium aureum:
Aſcenſum purpureum:
Media charitate conſtrauit:
Propter filias Hieruſalem.
Egredimini ⁊ videte filie Sion
Regem Salomonem in diademate



Quo coronauit eum mater ſua.
In die deſponſationis illius:
Et in die letitie cordis eius.

Que ē iſta q̄ aſcendit ꝑ deſertum. ¶ Hoc eſt quartū canticū: in quo cantat ꝓgreſſum Chriſti ꝑ totā terrā promiſſionis vocando filios Jſrael ad fidē. Qđ myſteriū ꝓuidit Salomon in ſpū ꝑ ꝓgreſſum ⁊ peregrinationē ⁊ aſcenſum arce federis ⁊ tabernaculi per deſertū. ¶ Ad cui⁹ in-
conſequenti omnis fidelis: que quidem religio et honeſtas maxime oſtenditur in genis ⁊ in erubeſcentia genarū. ¶ Ad cuius intellectu eſt notandū ꝙ gene ſunt ille partes vultus q̄ ſunt immediate ſub oculis: tenentes naſum in medio: et ſic ſunt partes anteriores et nude: quas partes natura pilis non cooperit ſicut ceteras partes capitis: nam natura cooperit verticem capitis capillis: ⁊ texit tempora ⁊ maxillas pilis barbe in viris: ⁊ tamen dimiſit ſolas genas nudas ſine pilis / vt per barbam oſtendatur fortitudo ⁊ grauitas et auctoritas in viro: ⁊ per genas circūquaꝗ ſiue ad latera cōtectas oſtendatur veritas et honeſtas in eo quo ad conuerſationem. Unde gene ſunt nuncie et quaſi ſpeculum cordis et interioris intentionis quo ad gaudium et letitiam et triſtitiam et timorem ⁊ audaciam ⁊ veritatē. Nam quando quis gaudet: in corde ridēdo oſtendit gaudium in genis: et quando triſtatur demiſſis genis incipit flere: ⁊ ſic oſtendit in genis dolorem cordis: et quando timet mortem illico gene hominis palleſcunt: eo ꝙ ſanguis fugit ad tegendum et ſubueniendum cordi: ſed ſi timet infamiam tunc gene erubeſcunt quodam leui rubore: eo ꝙ ſanguis exit ad ſuperficiem genarum volēs quaſi eas cooperire: ne ledant aliqua infamia. Item quādo quis nil timet ⁊ loquitur veritatem / tunc loquitur vultu cereno non mutato: cuius oppoſitum facit quando loquitur mendacium: ⁊ ſic patet qualiter gene ſunt ſpeculum honeſtatis ⁊ veritatis totius hominis: et ideo natura reliquit eas nudas: ſed circuntexit eas pilis capitis ⁊ barbe in viris. Sed quia femine non habent barbā: ideo nutriūt comam ⁊ crines capitis / vt poſſint tegere tempora ⁊ maxillas ad circuntegendas genas. Et poſtꝙ ſunt nupte: conſuetudo ⁊ natura docet ꝙ velent ⁊ tegāt caput ⁊ collū ⁊ maxillas artificialiter cum pannis lineis / aut ſericis: vt ſolus vultus / ſcꝫ oculi ⁊ gene ⁊ os maneat nudus ad exercenda officia eorum: puta: oculi ad videndum: ⁊ os ad loquendū ⁊ guſtandū: ⁊ nares ad odorandū: et gene vt ſint ſpeculum ſupradictorū: ſcilicet veritatis ⁊ honeſtatis. Et ideo dicit Salomon in perſona Chriſti in hac parte: ꝙ ſicut iſta ſponſa Chriſti habet oculos qui ſunt apoſtoli: et prelati et doctores: ita ſimiliter habet genas: qui eſt prelatorum ſtatus et religioſorū in quibus tanquam in ſpeculo oſtenditur veritas ⁊ honeſtas chriſtiane religionis: et debent eſſe ſpeculum religionis ⁊ honeſtatis et veritatis: in vita ⁊ doctrina: vt exemplo et doctrina eorū ceteri moueantur ad credendum ⁊ bene operandum: de quibus dicit Chriſtus Matthei. v. Uos eſtis ſal terre et vos eſtis lux mundi ⁊c. Et ideo iuecomparat ſtatum prelatorum et religioſorum et totius Chriſtiane religionis ad fragmen mali punici ſiue granati per medium ſecti. Primo quia continet multa grana ſub quodam ordine congregata ⁊ ſituata. Secūdo quia omnia illa grana ſunt vndiꝗ vna pelle cōtecta preter illā partē mediam. Tertio quia illa grana oſtendunt faciem rubeā. Quarto quia talia ſunt intrinſecus ſicut extrinſecus quo ad ruborē ⁊ ſaporem: quia talia ſunt illa que latent ſicut illa que apparent in ſuperficie fragminis. Talis ergo erat illa ſponſa Chriſti / ſcꝫ eccleſia apoſtolorum in principio: ⁊ talis debet eſſe omnis prelatus et quelibet religio. Nam primo tota illa multitudo erat ſub vno paſtore Chriſto ordinata: et poſtea ſub petro. Secundo omniū erat anima vna et cor vnum in deo: vt patet in actibus apoſtolorum. Item tertio quia omnes rubebant et feruebant rubore: et igne charitatis. Quarto quia quales erant in vultu ⁊ ore exterius: tales erant interius in corde ⁊ ecōuerſo: et ideo ibant gaudentes a conſpectu concilij / quoniā digni habiti ſunt pro nomine Jeſu cōtumeliā pati: non timentes minas principum: dicentes. Magis oportet obedire deo quā hominibus: Actuū. v. Et ſic p̄lati ⁊ religioſi debēt eſſe ſicut fragmē mali granati. ſ. viuere ſub vna communitate ⁊ ordinata religione: et oſtendere honeſtatem in facie / et veritatem in ore: ad exemplum aliorum. Et debent rubere non ſolum rubore charitatis non



ficte: ſed etiaꝫ rubore erubeſcentie ⁊ verecundie in facie: id eſt debent cauere ⁊ erubeſcere peccare: ne oculos diuine maieſtatis offendant: ⁊ ne proximis ⁊ inferioribus exemplū peccandi ⁊ ſcandalum prebeant: eo ꝙ ſunt poſiti tanꝙ ſpeculum ⁊ lumen ſuper candelabrum: quibus dixit Chriſtus Sic luceat lux veſtra corā hominibus: vt videant opa veſtra bona: ⁊ glorificent patrem veſtrum qui in celis eſt. Matthei quinto. Et ſic etiā non ſolum prelatus et religioſus: ſed etiā quilibet chriſtianus debet erubeſcere peccare non ſolum ne offendant deum: ſed etiam proximum: ipſum ſcandalizando. Quod maxime eſt in prelatis ⁊ religioſis ⁊ eccleſiaſticis attēdendum Ideo dicit Augu. in ſermone de communi vita clericorum: Bona opera ſunt faciēda propter nos ⁊ conſcientiam noſtram: ſed bona fama ſeruanda eſt propter vos ⁊ exemplū veſtrum. Et ſic patet qualiter ſtatus prelatorum ⁊ religioſorum ſunt gene eccleſie ſponſe Chriſti: ⁊ qualiter ſunt ſicut fragmē mali punici. Et ideo Chriſtus volens cōmendare ſponſam ſuam eccleſiam quo ad religionem ⁊ honeſtatem: que maxime viguit in apoſtolis ⁊ doctoribus ⁊ martyribus ⁊ ſacerdotibus in primitiua eccl'ia: dicit. O ſponſa ſicut fragmen mali punici eſt bene ordinatum ⁊ rubicundum / ⁊ ita gene tue. ſcilicet apoſtoli ⁊ euangeliſte / prelati ⁊ religioſi: et omnes chriſtiani ſunt rubicundi rubore charitatis ⁊ erubeſcentie ⁊ honeſtatis ⁊ veritatis Sed quia talis honeſtas non eſt ficta nec palliata: ſed vera ⁊ intrinſeca: ⁊ talis in corde: qualis in facie: ideo ſubdit. Abſꝗ eo quod intrinſecus latet. ſ. vltra rectam intentionem ⁊ affectum charitatis latentem in corde. Deinde cum dicit. Sicut turris Dauid collum tuum ⁊c. comparat ſtatum prelatorum et apoſtolorum ⁊ doctorum ipſi turri Dauid. Ad cuius intellectum eſt notandum: vt legit. ij. Regum: ꝙ Dauid edificauit turrim altiſſimam in monte Sion: vt eſſet ſpecula ad preuidendum delonge inimicos venientes contra ciuitatem Hieruſalem: ⁊ muniuit ipſam copia armorum ⁊ propugnaculorum in defenſionem ciuitatis: ⁊ vt oēs cōfugerent ad eam ⁊ ſaluarentur tēpore neceſſitatis ⁊ belli. Per quam quidem turrim figurabatur ſtatus apoſtolorum ⁊ prelatorum ⁊ doctorum ⁊ predicatorum / qui ſunt poſiti altiores in gradu dignitatis ⁊ ſcientie tanꝙ ſpeculatores ad preuidendos inimicos eccleſie. ſ. infideles ⁊ hereticos. Et ideo armauit eos Chriſtus armis ⁊ propugnaculis ſpiritualibus que ſunt arma virtutum ⁊ dona ſpiritus ſancti: ad repellendos incurſus infidelium ⁊ hereticorū. ⁊ ideo dicuntur collum eccleſie: nā ſicut collum eſt altior pars corporis ſub capite: per quod deſcendunt oēs vires capitis: ⁊ ſenſus: ⁊ motus a capite ad oīa membra inferiora: ita ſunt apoſtoli ⁊ prelati altiores immediate ſub capite Chriſto: per quos deſcendit omnis poteſtas ⁊ vires ſpirituales a Chriſto capite in cetera membra corporis eccleſiaſtici ⁊ myſtici. Item ſicut ſpeculator erigit collum ad videndum delonge ⁊ ſpeculandum inimicos ⁊ res longinquas ita pariter eccleſia tanꝙ erigens collum per prelatos ⁊ predicatores p̄uidet vt caueat mala futura. Item ſicut caput in quo ſunt oculi / ponitur ſupra collum vt preuideat longe: ita oculi eccleſie ſunt ſupra prelatos et predicatores ad preuidendum mala futura: et precauendum nociua. Et ſic patet qualiter prelati ⁊ doctores ⁊ predicatores ſunt collum eccleſie / altiores in ſcientia ⁊ dignitate ⁊ poteſtate ſimiles turri Dauid ad preuidendas ⁊ precauendas inſidias ⁊ incurſus inimicorum ⁊ infidelium ⁊ hereticorum. De quibus dicitur Ezec. xxx. Fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael. ⁊ ideo dicit Chriſtus. O ſponſa collum tuum eſt altiſſimum ⁊ fortiſſimū in eminentia dignitatis ⁊ ſcientie ⁊ ſapiētie ⁊ poteſtatis: ⁊ munitiſſimū ſicut turris Dauid in armis ſpiritualibus virtutum et donorum que quidem turris eſt edificata in propugnaculis ad propugnandum contra inimicos: ⁊ oīs armatura huius turris eccl'ie eſt armatura non debilium: ſed fortiū: quia armatura eccl'ie nō timet eos qui ſolum occidunt corpus ſed tantū timet dnm qui pōt animā occidere ⁊ mittere in gehennā: ideo apoſtoli ⁊ martyres nō timebant reges ⁊ preſides mūdi: nec verbera carnificū / eo ꝙ armatura eorū erat armatura fortium ⁊ inexpugnabilis turris. que quidem armatura ſunt dōa ſpiritus ſancti. Deinde cū ſubdit. Duo vbera tua ⁊c. oſtendit qualiter eccleſia ſponſa Chriſti nō ſoluꝫ eſt turris inexpugnabilis: et habet armaturā fortium ad repellendos incurſus ⁊ inſidias inimicorū: ſed etiaꝫ habet duo vbera ad alendos ⁊ nutriendos ⁊ lactandos fideles filios. Que quidem vbera ſunt duo teſtamenta. ſ. nouū ⁊ vetus. quorum lacte lactat ⁊ nutrit duos hinnulos gemellos. ſ. duos populos ſub vna fide Chriſti congregatos. ſ. eccleſiā ex vtroꝗ pplo / Judaico. ſ. gētili ſub vna fide cōuerſam. Itē etiam habet eccl'ia duo vbera. ſ. vber ⁊ mamillā doctrine ſacre ſcripture / ⁊ vber gratie ſacramentorū. Ex quorum vno ſugunt fideles lac fidei articulorum: ⁊ ex altero lac gratie ſacramentorum. Et iſta ſunt duo vbera eccl'ie quibus lactat ⁊ nutrit duos filios gemellos. ſ. ex vtroꝗ populo cōuerſos. ⁊ etiaꝫ lactat duos hinnulos gemellos. ſ. perfectos ⁊ infirmos. vnde in primitiua eccleſia iſti duo gemelli. ſ. pars populi Judaici: ⁊ maior pars populi gētilis venerunt ad fidē: qui lactati ſunt et nutriti iſto duplici vbere. Et ideo dicit. Duo vbera tua ſicut duo hinnuli gemelli capree. i. abundātia in lacte ſicut duo vbera capree duos gemellos lactantia ⁊ nutrientia. Et cōparat vbera eccleſie vberibus capree. eo ꝙ inter cetera aīalia capree maxime abundāt lacte: ⁊ comparat ⁊ appellat iſtos duos populos gemellos: eo ꝙ antiquitus deſcendūt ab vna matre Eua: ⁊ ab vna vxore Noe. ⁊ nūc ſunt regenerati ex vna capra. ſ. ex vna eccl'ia p Chriſtū ⁊ regnerationē baptiſmalē. Sed quia iſte modus ⁊ nutriēdi filios eccl'ie p lac fidei articulorū ⁊ gratie ſacramentorū durat per totum diem et tempus gratie. ſ. a primo aduentu Chriſti: in quo incepit iſta dies aſpirare: ⁊ durabit vſꝗ ad finem mundi / in quo deſinet iſte dies gratie: ⁊ ſuccedet dies eternus glorie: qui quidem dies gratie finietur in veſpere mundi: cuius finis dicit nox: eo ꝙ amplius nō erit tēpus operandi: nec merendi: ſed premium recipiendū: vt ait ſaluator. Jo. ix. Oportet operari dum dies eſt: veniet autem nox quando nemo poterit operari. Ideo dicit ſponſus ꝙ iſti duo gemelli paſcuntur in lilijs ⁊ roſis ſacre ſcripture ⁊ in lilijs gratie ſacramentorum: non in eternum: ſed donec aſpiret dies: id eſt dum duret iſte dies gratie: ⁊ inclinentur vmbre finalis iudicij: quia poſtea paſcentur iſti duo gemel-

prelati ⁊ doctores ⁊ p̄dicatores collum dicuntur eccl'ie.

Eccl'ia hꝫ duo vbera.

ſi pabulo eterne fruitionis ⁊ glorie. Et ſic pꝫ pulchritudo ⁊ optima diſpoſitio membrorum huius ſponſe Chriſti: de qua pulchritudine cōmēdat eam in hac prima parte.

## ¶ Secunda pars Cantici Quinti.

Ueni ſponſa mea de Libano.
Ueni de Libano: veni.
Coronaberis de capite Amana.
De vertice Sanir ⁊ Hermon.
De cubilibus leonum.
De montibus pardorum.
Uulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa:
Uulneraſti cor meum
In vno oculorum tuorum:
Et in vno crine colli tui.
Quam pulchre ſunt mamme tue
Soror mea ſponſa.
Pulchriora ſunt vbera tua vino.
Et odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata.
Fauus diſtillans labia tua ſponſa.
Mel ⁊ lac ſub lingua tua.
Et odor veſtimentorum tuorum:
Sicut odor thuris.
Hortus concluſus ſoror mea ſponſa.
Hortus concluſus: fons ſignatus.
Emiſſiones tue
Paradiſus malorum granatorum:
Cum pomorum fructibus.
Cypri cum nardo.
Nardus ⁊ crocus.
Fiſtula ⁊ cynamomum.
Cum vniuerſis lignis Libani:
Myrrha ⁊ aloe
Cum omnibus primis vnguentis.
Fons hortorū puteus aquarū viuētium:
Que fluunt impetu de Libano.

Uadam ad montem myrrhe.
Et ad collem thuris.
Tota pulchra es amica mea:
Et macula non eſt in te.

Uadam ad montem myrrhe. Hec eſt ſecūda pars huius quinti cantici: in qua Chriſtus dotat ⁊ decorat eccleſiā ſponſam ſuā ornamētis ſpiritualibus ⁊ odoramētis aromaticis: et hoc per Salomon preuidit in ſpū contemplando: myſteria que fecit Moyſes ante mortem ſuā in figura Chriſti. Ad cuius intellectū eſt valde aduertendum: ꝙ Moyſes dux illius populi: cui omnia cōtingebant in figura Chriſti duos actus inter ceteros fecit immediate ante mortem ſuam: dum fuit ꝓpinquus morti in fine ſui ducatus: vt pꝫ in Deutero. Nā primo cōgregauit maiores natu illius populi in campeſtribus Moab iuxta Jordanem: ⁊ recitauit ⁊ rememorauit eis oīa beneficia ⁊ mirāda que deus eis fecerat in illis quadraginta annis per totam illam peregrinationem ab exitu Egypti vſqꝫ ad illum locum ⁊ cōmemorauit eis omnes rebelliones ⁊ ingratitudines quas cōmiſerant contra deum: ⁊ cōmiſſuri erant ſucceſſiue in futurum vſqꝫ ad extremum tempus in qua infidelitate et malitia erant manſuri: ⁊ ideo cōminatiue predixit per multas maledictiones eorum obſtinatorum finalem punitionem: ⁊ confecit illud canticū: ſcilicet audite celi que loquor. In quo predixit eorum finalem obſtinationem/⁊ punitionem: et damnationem: ⁊ finaliter populi gentilis ſubſtitutionem ⁊ conuerſionē: vt pꝫ in fine cāticicū dixit. Laudate gentes populum eius: prout ibi fuit declaratum. Hoc aūt facto: Moyſes ex dei precepto aſcendit in montē Abarim: ⁊ exinde ſpeculatus eſt totā terrā promiſſionis: vt pꝫ Deutero. xxxij. qua conſiderata ⁊ viſa benedixit duodecim tribubus predicendo eis bona futura: vt patet capitulo ſequenti: ſcilicet. xxxiij. De quibus duobus actibus contrarijs valde admirati ſunt ⁊ admirantur magiſtri Hebreorum. Admirantur enim quod Moyſes cum tanta vehementia maledixerit illum populum: et comminatus fuerit ei tam grauem punitionem ⁊ bonorum priuationē in illo cātico/⁊ poſtea īmediate cū tāto affectu benedicat eis per ſingulas tribꝰ in capitulo ſequenti. Ad quod reſpondent: ꝙ quia Moyſes preuidit rebelliones ⁊ apoſtaſias eorum: ⁊ idololatriam futuram: ideo primo comminatur malis ⁊ idololatris: ſed finaliter benedicit bonis ⁊ fidelibus preſentibus ⁊ futuris. Sed iſte intellectus eſt manifeſte falſus ⁊ inſufficiens: nam in fine cantici maledictis Iſraelitis benedixit populum gentilem. Item ille maledictiones omnes ⁊ punitiones perſeuerant hodie in toto illo populo: qui putat ſeruare legem Moyſi: ⁊ abhominatur omnē idololatriam. Que quidem punitio omnes eos cōprehendit: tam bonos ꝙ malos: quia oēs perſeuerāt in hac captiuitate ⁊ miſeria p. M. cccclxxvj. annos poſt Chriſtum. Et ideo eſt dicendum ꝙ cecitas ⁊ malitia eorum impedit eos ne intellegant ſacramēta dei in illis myſterijs clauſa. Tūc Moyſes qui fuit verus propheta: nō ſolum preuidit infidelitatem crebrē illius populi: quā debebāt committere contra deum adorando idola: ſed etiā preuidit vltimam obſtinationem ⁊ rebellionem futuram contra Chriſtum verum meſſiam: quem principes ſacerdotum ⁊ Phariſſei debebant crucifigere/⁊ ſucceſſores eorum in eadem obſtinatione permanere in extremo tempore vſqꝫ ad iudicium. Et ideo Moyſes hoc preuidens in ſpiritu non ſolum cōminatur eis maledictionem temporalem propter idololatriā: quam cōtinue cōmiſerūt vſqꝫ ad deſtructionē primi templi: ſed etiā cōminatur eis maledictionem ⁊ penam tam tꝑalem ꝙ eternam ꝓpter infidelitatē quā cōmiſerant contra Chriſtum meſſiā ſuum in extremo tempore: in qua erant ꝑſeueraturi vſqꝫ ad iudicium. Et hoc patet per hoc quod dicit Moyſes Deutero. capitulo. xxxj. in



maledictionum/⁊ anteꝙ pronunciet canticū: vnde ait. Noui enim ꝙ poſt mortē meā inique agetis: ⁊ declinabitis cito de via quā precepi vobis: ⁊ occurrent vobis mala in extremo tꝑe quando feceritis malum in cōſpectu dn̄i: vt irritetis eum per opera manuum veſtrarū. Ex quibus pꝫ/ꝙ iſta captiuitas ⁊ punitio: quam patiunꝫ in hoc extremo tꝑe et vltima etate poſt deſtructionē ſecundi templi: non ineſt eis propter idolatriā: ſed qꝛ irritauerūt deum occidēdo Chriſtum meſſiā ſuū: ⁊ ſemꝑ irritant eū manendo in eadem obſtinatione. Sed qꝛ promulgata iſta ſentētia Moyſes aſcendit in montē Abarim ex ꝓcepto dei: ⁊ ſpeculatꝰ eſt ⁊ cōſiderauit totā terram promiſſionis vſqꝫ ad montem Libanum/et Hermon/⁊ Amana/⁊ Sanir/⁊ Galaad/⁊ vſqꝫ ad mare noſtrum: ⁊ vſqꝫ ad mare mortuum. In quo ſpatio erant collocande oēs tribus per ſortes ſuas. Et preuidit qualiter in extremo tempore. ſcꝫ ī vltima etate Chriſtus meſſias illā terrā totā debebat peragrare: predicando ⁊ miracula faciendo: puta per totam terram Zabulon: et Neptalim vſqꝫ ad radicem Libani: ⁊ trans Jordanem per terram Gad et Manaſſes: per terrā Juda ⁊ Effraim. Ex quibus xij. tribubus Chriſtus debebat regenerare. xij. apoſtolos/⁊. lxxij. diſcipulos: per quos erat multiplicanda tota eccleſia toto orbe diffuſa per regenerationē baptiſmalē: q̄ quidē eccleſia erat futura verus Iſrael ſm̄ ſpiritum et promiſſionē. Omnia ergo iſta preuidens Moyſes in ſpiritu conſiderando illam terram de monte Abarim/benedixit in ſpiritu prophetico. xij. tribubus Iſrael ſpiritualibus/q̄ ex illis. xij. apoſtolis erant in Chriſto regenerādi: et ſic pꝫ qualiter Moyſes in figura Chriſti in illo cantico ⁊ capitulis precedentibus cōminaꝫ maledictionem ⁊ temporalem punitionem filijs Iſrael ſm̄ carnem: infidelibus: et Chriſti crucifixoribus. Sed capi. xxxiij. benedixit tribubus ⁊ filijs Iſrael ſm̄ ſpiritum per xp̄m ⁊ apl'os regenerandis: prout Moyſes preuidit in ſpiritu prophetico: et ſic ilico poſt hec Moyſes mortuus eſt in illo mōte: vt patebit in cantico ſequenti: ⁊ ſic tollitur ⁊ ſoluitur contrarietas que videtur in illis duobus actibus. Et ideo Moyſes non principaliter benedicebat illaꝫ terram promiſſionis materialem: quaꝫ oculis carneis diſtinctam per ſortes videbat: ſed benedicebat eccleſiā Chriſti per illam terrā figuratā/quam oculis ꝑpheticis ⁊ mentalibus toto orbe diffuſam cernebat. Unde Moyſes aſpiciendo verſus aquilonē ex mōte Abarim/videbat qualiter altiſſimꝰ mons Libanus terminabat tanꝙ caput totam terram promiſſiōis: ⁊ ex cuiꝰ latere emanabat fluuius Jordanis: q̄ irrigabat totā terrā promiſſiōis/⁊ fecūdabat eā vſqꝫ ad mare mortuū. Per quod preuidit in ſpiritu qualiter Chriſtus meſſias ī lege ꝓmiſſus erat futurus caput et principiū eccleſie: ex cuiꝰ latere debebat emanare fluuius baptiſmalis et virtus oīm ſacramentoꝝ: qui debebat fecūdare ⁊ irrigare totam eccleſiam Chriſti ad regenerandos fideles. Item per hoc ꝙ illa terra erat tota circūdata ab oriente mōte Amana/⁊ Sanir/⁊ Hermon/et cubilibus leonū/⁊ montibꝰ pardorū/preuidit qualiter eccleſia Chriſti debebat anguſtiari ⁊ infeſtari in principio a Judeis ⁊ infidelibus et tyrannis et imperatoribus idololatris ⁊ hereticis: Et per hoc quod videbat eam obſeſſam a meridie deſerto Arabie: preuidit qualiter in medio tꝑis ab Arabibus ⁊ Sarracenis erat affligenda. Sed per hoc ꝙ videbat illā terrā ab occaſu obſeſſam mari noſtro mediterraneo: preuidit in ſpiritu qualiter in fine tēporis ⁊ in occaſu mundi eccleſia erat affligēda per Antichriſtum. Sed quia deus dixit Moyſi ꝙ ipſe viuus non poterat introire terram illam: ſed poſt mortē eius Joſue debebat introire cū toto illo populo: ⁊ obtinere illam terram ⁊c. per hoc preuidit Moyſes ī ſpiritu qualiter ante mortē Chriſti nullus poterat introire terram viuentiū: ſed poſt mortem et reſurrectionem Chriſtus debebat introducere totū ppl'm fidelem in terram viuentiū: ⁊ finaliter etiam per apoſtolos et martyres et doctores debebat triumphare de Judeis/et imꝑatoribus/et hereticis/⁊ oībus infidelibus. Sub tali igiꝫ reſpectu cōſiderauit Moyſes totam illam terram promiſſionis: ⁊ conſiderando benedixit. ſ. quia per illam benedixit eccleſiam Chriſti futuram: quā illa terra figurabat. Sed nunc reſtat applicare figuraꝫ figurato. ¶ Ad cuius intellectum eſt aduertendū/ꝙ Chriſtus per Moyſen figuratus/qui non venit legem ſoluere: ſed adimplere ⁊ verificare omnia geſta ⁊ dicta patriarcharum et prophetarum/eodem modo proceſſit in ſua peregrinatione huius vite/ſicut Moyſes. Nam ſicut Moyſes per. xl. annos duxit et minauit illū populū per deſertum cum ſignis ⁊ portentis vſqꝫ ad mortem ſuam: ita pariter Chriſtus per. xl. menſes duxit populum ſuum/ſcilicet eccleſiam apoſtolorum et diſcipulorum in hoc mundo/computando a die oſtenſionis ſue/ſcilicet baptiſmi vſqꝫ ad paſſionem. Nam per tres annos ⁊ quatuor menſes predicauit ⁊ peregrinatus eſt poſt baptiſmum/ſecūdum eos qui tenent quod prima vel tertia Aprilis fuit paſſus: ⁊ ſic Chriſtus per. xl. menſes fuit peregrinatus per totam terram promiſſionis faciēdo multo maiora miracula ꝙ Moyſes/ſcilicet mortuos ſuſcitando/et infirmos curando/et demones fugando: et ventis imperando: que fuerunt multo maiora ſigna et miracula ꝙ Moyſi: vt dictum fuit in expoſitione pſal. xxviij. et in tractatu contra Judeos. Item ſicut Moyſes in fine ſue peregrinationis congregauit maiores natu coram toto populo: et retulit totam legem narrando omnia beneficia que deus fecerat illi populo: et cōminatus eſt futuras maledictiones et punitiones preuaricatoribus et tranſgreſſoribus legis: ſicut dictum eſt: ita pariter Chriſtus in fine ſue peregrinationis ante mortem ſuam aſcendit Hieroſolymam et videns ciuitatem ſacrilegam ⁊ ſui meſſie homicidam/comminando eius futuram ruinam fleuit ſuper illam ⁊c. Et poſtea ingreſſus in tēplum eiecit ementes et vendentes: et altera die cōgregatis maioribus natu: ſcilicet ſcribis et phariſeis: et principibus ſacerdotum: exprobrauit eis iniq̄tates eorum: et comminatus eſt eis futurā punitionem temporalem et eternā propter infidelitatem/et ingratitudinem/et homicidiū: vt pꝫ Mathei. xxij. ⁊. xxiij. ⁊. xxiiij. Item ſicut Moyſes poſt datam maledictionem/et prenunciatam futuram punitionem illius populi rebellis aſcendit in montem Abarim: et conſiderata tota terra promiſſiōis benedixit duodecim tribubus ſm̄ ſpiritum et promiſſionem anteꝙ moreretur: ſicut dictū eſt. Ita pariter Chriſtus/implendo illam figuram et totam legem/poſtꝙ comminatus eſt et prenunciauit futuram damnationem ſuorum crucifixorum: ⁊ om-

J

nium ſucceſſorum obſtinatorum/aſcendit in montem Sion: et facta cena cum diſcipulis ſurrexit a menſa: et lauit pedes eorum: et recumbens inſtituit ſacramentum Euchariſtie: ⁊ tradidit ſeipm eis ſacramentaliter. Et poſtea habuit longũ ſermonẽ cum diſcipulis/benedicẽdo eis: promittẽdo ⁊ dando eis bona ſpiritualia.ſ.pacem: ⁊ charitatem: ⁊ et ſciẽtiã in hac vita: ⁊ promittẽdo futuram felicitatẽ vt ptz Joan.xiij.cap.vſq ad.xvij.incluſiue. ¶ Ex quibus omnibus patet qualr oĩa que fecit Moyſes: fecit in figura Chriſti. Et qualiter Chriſtus per omnia compleuit: ⁊ verificauit oĩa geſta Moyſi ⁊ omniũ prophetarum. Salomon ergo preuidens in ſpiritu omnia iſta myſteria Chriſti figurata per ſupradicta geſta Moyſi fecit iſtud canticũ: introducens Chriſtũ ad loquẽdũ in hoc ſecunda parte cãtici: in qua chriſtus dotat ⁊ decorat ſponſam ſuã eccleſiã in apoſtolis ⁊ diſcipulis cõgregatã in die Jouis ſacta: q̃n cena facta lauit pedes diſcipulorum ſuorum: vbi oſtendit eos pulchros ⁊ mũdos in anima ab omni inquinamẽto poſt receſſum Jude: quibus tradidit ſacramentum euchariſtie tanq̃ mundis. Et poſtea in ſuo teſtamento legauit eis ſuam pacem ⁊ charitatem et oĩa bona gratie: vt patet p illũ longum ſermonem: vbi oſtenditur qualiter dotauit ⁊ decorauit eccleſiam ſponſam ſuã bonis ſpiritualibus per veſtimenta ⁊ odoramenta ⁊ fructus pomorum intellectis. Dicit ergo Chriſtus ſponſus eccleſie. Uadã ad montẽ myrrhe: ⁊ collẽ thuris.i. aſcendam in Hieruſalem que dicit mons myrrhe ⁊ thuris: eo q ibi fiebãt ſacrificia ⁊ offerebant oblationes: et adolebantur in altari thus/⁊ myrrha/et thymiamata/⁊ cetera odoramẽta ſignificantia paſſionem Chriſti. Et ideo appellat Chriſtus Hieruſalem montem myrrhe ⁊ thuris.i.paſſionis et ſacrificij. Jn hebreo autem habetur. Uadam ad montem Moria.i.ad montem vbi Abrahã ſacrificauit filiũ ſuum Jſaac in voto: et arietem in effectu: quẽ mõtem appellauit/in monte dñs videbitur.ſ.ſacrificari: et immolari ſup. prout fuit declaratum in expoſitione pſalmi.xlvij.⁊ in plerĩq locis. Dicit ergo Chriſtus. Uadã ad montem myrrhe: ⁊ collem thuris.i.ad mõtẽ mee mortis ⁊ paſſiõis: q̃ eſt Hierlm. Hoc profecto dixit Chriſtus poſt ſuã peregrinationem q̃n aſſumpſit.xij.diſcipulos ſecreto: ⁊ dixit illis. Ecce aſcendimus Hieroſolymam: ⁊ filius hominis tradetur ad flagellandum ⁊ crucifigendum. Matt.xxij.⁊ Luce.xviij. Deinde cũ dicit. Tota pulchra es amica mea: commendando ſponſam ſuam dotat ⁊ decorat ⁊ pulchrificat ipſam Chriſtus mundicia ⁊ pulchritudine ſpirituali reddens ipſam puram ⁊ mundam/non habentem rugam neq̃ maculam. ¶ Ad cuis intellectum eſt notandum/quod Chriſtus in die Jouis ſancta/cena facta ſurgens a cena anteq̃ inſtitueret euchariſtiã: vt traderet eã diſcipulis: lauit pedes eorũ: vt oſtenderet mundiciam ⁊ puritatem eorũ: ⁊ quomodo nemo debet accedere ad tantũ ſacramentũ niſi mundus ab omni macula ⁊ labe peccati: non ſolum mortalis/ſed etiã venialis: ⁊ nõ ſolũ ab omni peccato in effectu: ſed etiam in affectu ⁊ cogitatione. Et ideo lauit pedes eorum: per quos ſenſualitas ⁊ affectus ⁊ cogitatio ſignificatur: et ideo dixit eis/qui mundus eſt la peccato ſup. in effectu: non indiget niſi vt pedes auet.i.ſenſualitatis affectum ⁊ cogitationẽ. Sed q: ſol⁹ Judas ſcarioth manebat in ſuo malo ppoſito tradẽdi Chriſtum/quem iam vendiderat: ideo ſubdit. Et vos mundi eſtis: ſed non omnes: vt patet Joan.xiij. Et ideo poſtq̃ Judas filius perditionis receſſit ab illa ſocietate tanq̃ membrum deciſum ⁊ alienum ab eccleſia: tũc manſit illa ſocietas ⁊ eccleſia tota pulchra ſine aliqua macula vel ruga: ⁊ ideo recedente illo dixit Chriſtus. Nunc clarificatus eſt filius hominis: ⁊ deus clarificatus eſt in eo: vt ptz ibidem. quaſi diceret Chriſtus. Nunc iſta ſocietas.ſ.eccleſia ſponſa mea manet clara et pura: et pulchra ſine macula: ⁊ hoc dicebat Chriſt⁹ q: tota eccleſia conſiſtebat in.cxx.perſonis iuſtis ⁊ mundis: cuius eccleſie Chriſtus erat caput: ⁊ xp̃go Maria primum membrũ in puritate: ⁊ exinde apoſtoli ⁊ diſcipuli cum maria Magdalena et ceteris mulieribus: ⁊ ſic tota erat pulchra eccleſia ſine macula: ⁊ ideo dicit Chriſtus in hoc cantico. Tota pulchra es amica mea/quo ad diſpoſitionem membrorum ſm gradus dignitatis et officiorum: ſicut dictum eſt: ⁊ tota es pulchra quo ad ornatum virtutum: ⁊ macula peccati non eſt in te. Nam Chriſtus caput huius eccleſie fuit immunis ⁊ liber nõ ſolũ in perſona/ſed etiam in natura ab oĩ labe peccati. Uirgo aũt Maria fuit preſeruata in perſona per gratiam ante lapſum. Ceteri autem omnes fuerãt mundati per circunciſionem in ſignum: ⁊ per baptiſmum in re: prout dictum fuit in tractatu cõtra Judeos: et ſic illa ſocietas erat tota pulchra ſine macula. Deinde cum dicit/Ueni de Libano explicat pulchritudinem hui⁹ ſponſe. ¶ Ad cuius intellectum eſt notandum ſm quod dictum eſt: quod tota illa terra promiſſiõis erat figura eccleſie chriſti ſm omnes ſuas partes: quas continet: et quibus clauditur. Nam libanus qui eſt in capite terre promiſſionis: ſignificabat Chriſtum qui eſt caput eccleſie: ⁊ fluuius Jordaĩs fluens et emanans ex latere Libani/⁊ diſcurrens ⁊ irrigans/⁊ fecundans totam terram promiſſionis figurabat baptiſmum et cetera ſacramenta eccleſie irrigantia ⁊ fecundantia totam eccleſiam in fructib⁹ ⁊ bonis ſpiritualibus. Et ideo ſicut omnia bona terre promiſſionis prouenĩut ex Libano ⁊ maxime per illam aquam fluuij Jordanis: ita omnia bona ſpiritualia proueniunt eccleſie ex latere Chriſti: a quo fluxit ſanguis et aqua in virtutem eccleſiaſticorũ ſacramentorum. Item tria bona faciebat illa aqua Jordanis/vtilia in illa terra. Nam primo mundabat ⁊ lauabat ſordes: quia ſine aqua nulla ſordes mundatur bene. Scdõ refrigerabat ⁊ refocillabat ⁊ fortificabat bibentes. Tertio fecundabat terram in copia fructuum et pomorum et arborum. Jta ergo pariter aqua baptiſmi/et virtus aliorum ſacramentorum tria bona faciunt in eccleſia ſponſa Chriſti. Nam primo mundant ab omni ſorde peccati/ſcilicet originalis: venialis: ⁊ mortalis. Secundo roborant/et fortificant ad reſiſtendum/et pugnandum contra carnem/et mundum/et diabolum. Tertio generant fructus virtutum/et meritorum in anima. De iſtis ergo tribus bonis ſpiritualibus commendat Chriſtus eccleſiam ſponſam ſuam/irrigatam flumine ſanguinis ſui lateris: et commendando dotat/et decorat eam. Et primo commendat eam de mundicia ⁊ puritate quaꝫ adepta eſt per baptiſmum/et cetera ſacramenta ab



omni pctõ. Scdõ cõmendat eã de fortitudine ⁊ victoria quã adepta eſt per ſacramentum cõfirmationis ⁊ alia ſacramenta. Tertio commendat eam de fructibus meritorũ ⁊ virtutum quos adepta eſt p omnia ſacramenta: Secũdũ ibi. Coronaberis. Tertium ibi. Quã pulchre ſunt mamme tue. ¶ Quantum ergo ad primum eſt aduertẽdum: q Libanus interpretatur cãdidus ⁊ albus: eo q ſemper cãdet et albet niuibus: a quo vndiq̃ fluunt aque viue: maxime ex latere meredionali: a quo fluit Jordanis: qui quidem mons ſignificat Chriſtum totum candidum: ⁊ immunem ab omni macula in pſona ⁊ in natura: ideo ex eius latere exit fluuius ſacramentorum: qui omnia mũdificat a peccato: ⁊ albificat albedine virtutũ. ⁊ ſic mũdauit a triplici peccato: ſcilicet originali: actuali/⁊ veniali. Et iõ ſponſus albificans ſponſam ſuam ⁊ mundificãs ab iſto triplici peccato: dicit. Ueni de Libano ſponſa mea veni de Libano: veni/id eſt veni de Libano candidata per baptiſmum ⁊ mundata a culpa originali in Adam perpetrata: et veni de Libano a culpa actuali ⁊ mortali per penitentiam expurgata ⁊ dealbata: ⁊ veni de Libano ab omni veniali per extremam vnctionem mundificata: ⁊ candidata. Jtem quia in baptiſmo dantur nobis tres theologales virtutes: ſcilicet fides/ſpes/⁊ charitas: per quas anima redditur munda ⁊ candida: ideo ter vocat ſponſam: dicens. Ueni de libano ſponſa mea/ſcilicet candida per fidem: ⁊ veni de libano per charitatem: et veni per ſpem. Jteꝫ quia per eccleſiaſtica ſacramenta conſequimur tria bona.ſ.fidem articulorum: ⁊ gratiã ſacramentorũ. ⁊ merita ex obſeruãtia preceptorũ: ideo vocat ter ſponſam ad recipiendum iſta tria bona dicens. Ueni de Libano ſponſa mea.ſ.per fidem articulorum et veni per gratiam ſacramentorum. ⁊ veni per obſeruãtiã preceptorũ. que quideꝫ tria bona proueniunt eccleſie ex Libano.ſ.Chriſto capite ⁊ ſponſo eius/emanantia ex latere eius: prout dictum eſt. Sed quia eccleſia ſponſa Chriſti veniens de Libano non ſolum venit dealbata et mundata ab omni labe peccati: ſed etiaꝫ venit armata fide/et ſpe/et charitate/quas accepit in baptiſmo: ⁊ ſeptem donis ſpiritusſancti que recepit in confirmatione: ⁊ robore ⁊ augmento virtutum quod accepit in euchariſtia ⁊ ceteris ſacramentis: quibus adepta eſt coronã victorie: ⁊ triũphauit de mundo et carne ⁊ diabolo: Jdeo ſubdit ſponſus dicens. Ueni et coronaberis. ¶ Ad cuius intellectum eſt aduertendum qd̃ corona dabatur agonizãtibus ⁊ certantibus in ludis Magalenſibus ⁊ olympiacis: vt ait Ariſt.j. Ethicorum. ⁊ ſic dicit apoſtolus.ij. Ad Timo.ij. q non coronabitur niſi qui legitime certauerit: ⁊ ſic corona dabatur in ſignum victorie ⁊ triumphi: ⁊ ſic ponitur hic coronari p triũphare. Sed quia eccleſia talibus armis ⁊ virtutibus de mundo ⁊ carne et diabolo triumphauit: ideo dicitur/Ueni ⁊ coronaberis.i.triumphabis. Et ponuntur hic quinq̃ montes ſignificãtes metaphorice quinq̃ poteſtates: cõtra quas pugnauit: et de quibus triumphauit eccleſia. Ad cuius intellectum eſt aduertendum ſicut ſupra dictum eſt/q ſicut terra promiſſiõis clauditur ⁊ obſidetur ab oriente quinq̃ mõtibus.ſ. Amana/⁊ Sanir/⁊ Hermon/⁊ Galaad/in quo ſunt cubilia leonum: et verſus meridiem clauditur deſerto Farã in quo ſunt montes Pardorum: Jta eccleſia p terrã illã figurata fuit in principio, ⁊ ortu ſuo infeſtata ⁊ obſeſſa a quinq̃ poteſtatibus ⁊ inimicis. Naꝫ p Amana qd̃ interpretatur anguſtians/fuit figurata poteſtas ſcribarum ⁊ phariſſeorum ⁊ principuꝫ ſacerdotum: qui in principio infeſtrarunt eccleſiã: vt patet in Actibus apoſtolorum. Et per Sanir qd̃ interpretatur lucerna ſiue ſcientia/figurabatur poteſtas philoſophorum ⁊ oĩm infidelium gẽtiliũ: quibus fuit puncta ⁊ impugnata eccleſia in principio. Jtem per Hermon qd̃ interpretatur Anathema: fuit figurata poteſtas ⁊ iniquitas hereticoruꝫ qui fuerunt excõmunicati et ſeparati ab eccleſia: quã infeſtarunt et aflixerunt tẽpore Arrianorũ: et aliorum hereticorũ. Et p leones intelligunt reges ⁊ imperatores: qui eccleſiam infeſtarunt tpe martyrũ. Jtem montes Pardorũ: qui ſunt in Arabia: intelligitur poteſtas Sarracenorũ: que habuit ortum ex Arabia: q̃ ſupra modũ infeſtauit ⁊ infeſtat eccleſiam p totum orbẽ. Sed q: de ſupradictis quatuor.ſ. Judeis: ⁊ philoſophis: ⁊ imperatoribus ⁊ hereticis iaꝫ triũphauit eccl̃ia: vt ptꝫ intuẽti: ⁊ debet triũphare finaliter de Pardis ⁊ Sarracenis ſcdm ſcripturas prophetarum: Jdeo dicit Chriſtus. Ueni de Libano ſponſa mea: veni et coronaberis.i. triumphabis de capite Amana.i.de culmine poteſtatis ſacerdotũ ⁊ ſcribarum et phariſſeorum: ⁊ de vertice Sanir.i.de culmine poteſtatis ⁊ vepribus philoſophorum. et de Hermon.i. de hereticis anathematizatis: et cubilibus leonum.i.de imperatoribus et etiam de cubilibus leonũ.i.de tẽplis idolorum que erant cubilia in quibus habitabant leones et dracones. Eſa.xxxv. Et coronaberis.i.triumphabis finaliter de montib⁹ ⁊ regibus Pardorũ.i. Agarenorum: qui dicũtur Pardi: eo q̃ illa hereſis eſt conficta ex diuerſis coloribus hereſum: ſicut dictum eſt in expoſitione pal.lxxxij. Triumphauit ẽt eccl̃ia de capite Amana.ſ.de peccato originali. qd̃ eſt caput et principium primum. Et de vertice Sanir.i.de vepribus cõcupiſcentie latentis in carne: que cauſat omne peccatum: in volũtate p cõſenſũ: Et de Hermon.i.de pctõ actuali: qd̃ ſeparat hoiem a deo. Et de cubilibus leonũ.i.de pſecutoribus mũdanis. Et de montibus Pardorũ.i.de hereticis pictis varietate mendacij. Jſti ergo quinq̃ mõtes.i. quinq̃ poteſtates infeſtarunt: ⁊ impugnarunt eccleſiam ſuceeſſiue. Primo Judei. Secundo philoſophi mundi. Tertio heretici. Quarto imperatores et reges. Quinto Sarraceni: De quib⁹ triumphauit. ⁊ finaliter triumphabit eccleſia.

## Uulneraſti cor meũ ſoror mea ſponſa.

¶ Jn hac parte explicat ſpõſus cauſam quare motus eſt ad amorẽ ſponſe. ¶ Ad cuius intellectũ eſt notandum q quatuor ſunt que reddunt mulierem pulchram ⁊ amabilem: ⁊ mouent ſponſum ad amorem eius. Prima optima diſpoſitio membrorum. Secundo ſuauitas eloquentie et verborũ. Tertio ornatus et decor veſtimentorum. Quarto ſuauitas odoramentorum. Que quidem quatuor p quãdam excellentiã habet ſponſa Chriſti eccleſia/que mouent Chriſtum ad amorem eius. vnde optima diſpoſitio mẽbrorũ eccl̃ie eſt optimus ordo ſtatuũ ⁊ graduũ: ⁊ dignitatum/⁊ officiorum: ſicut ſunt patriarche: ⁊ prophete/apoſtoli/euãgeliſte: martyres

doctores/prelati/ſacerdotes/reges/milites/ciues/
populares/religioſi/virgines/continentes:ꝛ coniu
gati:ꝛ ſingulariter vnuſquiſq; fidelis. Eloquia au-
tem eccl'ie ſūt ſacre ſcripture vtriuſq; teſtamēti/ ꝛ
ſacrorū doctorū:ꝛ ꝑdicationes prelatorū ꝛ ſacer-
dotū. Veſtimenta ꝛ ornamēta eccl'ie ſunt virtutes
ꝛ dona gratiarū q̄ dantur in ſacramentis. Odora
menta vero harum veſtiū ſunt opera mīe ꝛ oratio-
nes ꝛ officia canonica: que fiunt in eccl'ia. q̄ quidē
opera tam actiua q̄ cōtemplatiua procedūt ex vir
tutibus ꝛ donis gratie. Que ideo dicuntur odora-
menta: q2 aſcendunt vſq; ad aures dei et delectant
deū:ꝛ trahunt proximum ad deuotionē ꝛ imitatio- Q
nem. Eſt ergo eccl'ia ſponſa Chriſti pulchra in opti
ma diſpoſitione mēbroꝝ: ꝛ ſuauis in eloquio/ꝛ de-
cora i ornatu ꝛ apparatu: ꝛ ſuauis in odore. ¶ Et
iſta quatuor mouerunt Chriſtum ſponſum ad eius
amorem. Et hoc intendit Salomon dicere in hac
vltima parte huius quinti Cantici. Dicit ergo pri-
mo ſic. Vulneraſti cor meum ſoror mea in vno ocu
lorū tuorū. ¶ Ad cui⁹ intellectū eſt notandū/q̄ na
tura humana a principio vſq; ad finem mundi ſem
per habet duos oculos. Primus dicitur oculus fi-
dei: quo fideles vident celeſtia ꝛ ſpiritualia: ꝛ iſtū
oculum habuerunt ſoli fideles vete. teſt. ſ. patriar
che ꝛ ꝓphete: ꝛ ceteri fideles: quo oculo in ſpiritu
videbant/ꝛ credebant/ꝛ expectabant/ꝛ cōtinue pe
tebant Chriſtū futurū redēptorē: prout dictū eſt in
primo Cātico. Et eodē oculo fidei preſens eccleſia
videt ꝛ credit Chriſtū veniſſe: ꝛ mundū redemiſſe:
ꝛ expectat eū ad glorificandū eā in ſecundo aduen
tu. Iſte ergo oculus fidei huius ſponſe vulnerauit
deū: qui tactus dolore cordis deſcēdit de celo in ter
rā: ſumens carnē ex virgine/vt audiret gemit⁹ con
peditorum: ꝛ ſolueret filios interēptorū. pſal. cj. Et
eodem oculo fidei apl'orū ꝛ diſcipulorū vulnerauit
cor Chriſti ad patiendū mortē/cū dixit. Maiorem
hac dilectionē nemo habet. vt animā ſuam ponat
quis pro amicis ſuis. Et iſte idē oculus fidei ſpe et
charitate formate vulnerat ꝛ mouet cōtinue Chri-
ſtum ad ſubueniendum eccleſie ſponſe ſue: vſq; ad
diem iudicij/quando veniet ad totaliter liberandū
eam a tribulationibus huius mundi. Et hoc inten-
dit dicere Chriſtus in hac parte/vnde ait. O eccle-
ſia ſoror mea/tu vulneraſti cor meum in vno oculo
rum tuorum. ſ. vno oculo fidei patriarcharū ꝛ pro
phetarū ꝛ fideliū vete. teſt. quorum clamore ego in
clinaui celos/ꝛ deſcendi in terram in vterum vir-
ginis. Et non ſolum vulneraſti cor meum iſto ocu-
lo fidei tēpore patriarcharū ꝛ prophetaꝝ: vt veni
rem in carne: ſed iterum vulneraſti ꝑ fide apoſto- R
lorum et eccl'ſie noui teſtamenti vt paterer. ꝛ quo
tidie vulneras: vt eam liberarem a malis tēpora-
libus ꝛ ſpiritualibus: et veniam finaliter ad glori-
ficandum eam. ¶ Et non ſolū vulneraſti me in vno
oculo fidei: ſed etiam in vno crine colli tui. Nam ſi
cut humana natura habet duos oculos. ſ. oculum
fidei ad cōtemplandum ſpiritualia: ꝛ oculum natu
ralē ꝛ carnalē ad videndum tēporalia: ita pariter
habet duos crines: videlicet duos populos a deo
dependentes. ſ. populum fidelium/qui non ſolum
dependet a deo per creationem: ſed etiam per re-
creationem: ꝛ habet populum hominum terreno
rum: qui ſolum dependet a deo per creationē. Iſte
ergo crinis ſpiritualis ꝛ fidelis vulnerauit Chri-

*(margin:)* Natura humana a principio vſq; ad finē mūdi habet duos oculos

ſtum ad deſcendendū de celo in carnem ꝛ vulnerat
quotidie vt veniat per gratiā. Et ideo notanter re-
peritur ly vulneraſti cor meū. Nā primum refertur
ad oculū ꝛ crinem fidei fidelium vet. teſt. ꝛ adulte-
rum ad oculum ꝛ crinem fidelium noui teſtamēti.
Hoc etiam poteſt referri ad virginem Mariam.
¶ Nam licet oēs patriarche ꝛ prophete et docto-
res ſint oculi Chriſti ꝛ eccl'ie ad videndum et con- S
templandum ſpiritualia ꝛ diuina: tamē oculus vir
ginis columbinus fuit acutior/ꝛ perſpicacior/ꝛ re
ctior/ꝛ humilior: q2 acutius vidit ſecreta diuina: ꝛ
cum maiore innocentia ꝛ humilitate. Et ideo Chri
ſtus reſpexit hanc humilitatem ſummā in virgine
Maria. hinc eſt qđ magis inclinauit eum vt veni-
ret in ipſam q̄ in aliam/prout dictum eſt in Canti-
co eius Luce primo. Et ꝑ hanc rationē virgo Ma-
ria fuit crinis tam pulcher ꝛ honeſtus/q̄ vulnera-
rauit Chriſtum: ꝛ inclinauit ad amorē ſui. ideo no-
tanter dicit: in vno crine colli tui. ¶ Nā ſicut Chri
ſtus dicitur caput eccleſie: ita virgo Maria dicit
collum eccleſie: nā ſicut collum ſituat immediate T
ſub capite: per quod deſcēdit oīs ſenſus/ꝛ virtus/ꝛ
motus ad alia membra hoīs: Ita virgo Maria eſt
immediate poſt Chriſtum: ꝑ quā deſcēdūt oēs gra-
tie a Chriſto in oēs fideles eam inuocantes. Ideo
dicitur mediatrix inter nos ꝛ Chriſtum: vt dictum
eſt in expoſitione Cantici virginis. In hebreo au-
tem habet. Vulneraſti me in vno monili colli tui.
Et tunc litera eſſet magis plana: ꝛ referendo tam ad
totam eccleſiam q̄ ad virginem Mariam. Nā mo-
nilia ſpiritualia ſunt virtutes que decorant ani-
mam: immo totū hoīem. Sed inter ceteras virtu-
tes que reddunt mulierē pulchrā ꝛ amabilē/eſt hu
militas cum charitate: et in hac virgo Maria ꝛ to
ta eccleſia fideliū vete. teſt. vulnerauit filium dei:
ꝛ fecit ipſum in carnem venire. Deinde cum dicit/

## Quā pulchre ſunt mamme tue ꝛc.

¶ Oſtendit quomodo non ſolum vulnerarunt et
mouerunt Chriſtum ad mortē oculus ꝛ crin. ſpon
ſe: ſꝫ etiam mamme ꝛ vbera copioſā ꝛ dulcia. vnde
dictum eſt q̄ vbera ſponſe ſunt duo teſtamēta. vel
fides articulorum et gratia ſacramentorum: qui-
bus fideles nutriuntur. Nam ſapor intelligentie ſa
cre ſcripture delectat animā fidelium: ꝛ gratia ſa-
cramentoꝝ nutrit eos. Iſta ergo duo vbera q2 ſūt
delectabilia ſuper aurum: ꝛ dulciora ſuper mel et
fauum. pſal. xviij. Ideo delectant ꝛ vulnerant Chri
ſtum: ꝛ inclinant vt veniat ad nos. Dicit ergo ſpon-
ſus. O eccleſia ſoror mea ꝛ ſponſa mea: quam pul-
chre ſunt mamme tue quo ad diſpoſitionem ꝛ figu
ram ꝛ plenitudinē ꝛ copiam lactis doctrine ſacre
ſcripture ꝛ gratie ſacramentorum: pulchriora. i. ſa
pidiora ſunt vbera tua vino. ¶ Unde dicuntur
mamme quo ad officium māmandi ꝛ ſugendi et in U
quātum ſuguntur: ſed dicunt vbera quo ad copiā
ꝛ vbertatem lactis: qđ quidē lac doctrine/ꝛ ſacra-
mentorū eſt ſapidius vino ꝛ magis inebriatiuum:
intantum q̄ transformat amantem in amatum: et
extaſim facit ſecundum Dionyſium. Sed q2 iſta do
ctrina ꝛ gratia ſacramentorum ſunt quedā vnguē
ta odorifera: puta ad ſanandum et confortandum
ꝛ delectandum fideles: ideo ſubdit. Odor vnguen-
torum tuorum eſt ſupple ꝛ redolet ꝛ delectat ſuper
omnia aromata. Et non ſolum iſta tua vbera ſunt
dulcia



dulcia: ꝛ lac eſt ſapidum: eo q̄ odor vnguentorum
ipſorū eſt delectabilis ſuper omnia aromata: ſꝫ ēt
eloquium tuum o ſponſa eſt ſuauiſſimū et dulciſſi-
mū: quia labia tua ſunt ſicut fauus diſtillās: ꝛ mel
ꝛ lac eſt: ꝛ fluit continue ſub lingua tua. Nam labia
huius ſponſe ſunt apoſtoli ꝛ euangeliſte et docto-
res qui diſtillarunt nobis mel ꝛ lac/vt eſt doctrina
euangelica ꝛ apoſtolica: ꝛ ſcriptura ſacrorū docto
rū ꝛ predicatorū: quorū labia ſemꝑ diſtillāt mel et
lac. de quibus Dauid dicit pſal. cxviij. Quā dulcia
faucibus meis eloquia tua ſuꝑ mel ori meo/Deīde
cum dicit/Odor veſtimentorū tuorum. oſtendit qđ
non ſolū mouent Chriſtū ad diligendam eccleſiam
ſponſam ſuā verba doctrine ſacre ſcripture et gra
tie ſacramētorū. ſed etiā odor veſtimentorū eius.
vnde veſtimenta eccleſie: ꝛ cuiuſcunq; aīe fidelis
ſunt virtutes: vt inquit Cicero in libro officiorum:
quia virtutes ſunt ornat⁹ animi. Sed quia virtu-
tes nō cognoſcunt nec redolent niſi per opatiōes
que ſunt fructus ꝛ effectus virtutum/ideo opa mi
ſericordie ꝛ opationes cuiuſcūq; virtutis dicuntur
odoramenta virtutem ꝛ veſtimentorū eccleſie/et
fruct⁹ oīm fideliū. Sed iſta odoramenta et ope-
rationes virtutum ſunt in duplici genere: Naꝫ que
dam dicunt operationes actiue: ſicut ſunt opera
miſericordie corporalia et etiā ſpūalia. Alie autem
dicunt opationes cōtemplatiue: ſicut meditatio-
nes ꝛ orationes canonice: que fiunt in eccleſia i of
ficio tam diurno q̄ nocturno: ꝛ etiam oꝛones par-
ticulares ꝛ priuate: q̄ priuate fiūt a quocunq; fide
li. vñ de bonis opibus ꝛ fama eorū dicit apoſtolus
ij. ad Corin. ij. Chriſti bonus odor ſu. m⁹. Et de odo
re orationū dicit Apoc. v. Habentes ſingulas ci-
tharas ꝛ phialas aureas plenas odoramentorum
que ſunt oꝛones ſanctorum. Et talia odoramenta
veſtimentorum vulnerant deum in corde: et incli-
nant eum ad noſtras petitiones complendas. Di-
cit ergo ſponſus. O ſponſa/odor veſtimentorum
tuorum ſpirans ex veſtimentis tuis que ſunt ope-
rationes virtutum ꝛ oꝛones: ſunt mihi ſicut odor
thuris. Nam ſicut odor thuris offertur ſoli deo et
aſcendit ſurſum: ita oratio et latria penetrat cor et
aures dei: ꝛ ſic oꝛones et bona opa ſunt ſicut odor
thuris: Deinde cum dicit: Hortus concluſus ſoror
mea: comparat eccleſiam ad hortum et paradiſuꝫ
deliciarum: quo ad fructus odoriferos. Nam ſicut
deus a principio plantauit paradiſum deliciarum
plenum diuerſis arboribus fructiferis ad commu
nem vitam hominū: ꝛ plantauit in medio lignum
vite ad perpetuandam vitam: et fecit in eo oriri fō
tem: a quo emanant quatuor flumina que irrigāt
totum paradiſum: ita pariter Chriſtus deus incar
natus in ſuo aduentu plantauit eccleſiam ſuam ad
inſtar illius paradiſi. Et ſic iſta eccleſia ꝑ chriſtum
plantata dicitur hortus vndiq; igne charitatis cō
cluſus que habet arborem vite: qui eſt Chriſtus in
medio inter alias arbores qui ſunt fideles. A cu-
ius latere procedit etiam fluuius/fons ſignatus ꝛ
lancea militis apertus. qui quidem fons totam ec
cleſiam per quatuor flumina euangelica influit ꝛ
irrigat. ꝛ ceteris arboribus refrigeriuꝫ ꝛ nutrimē
tum ꝛ vitā preſtat. Item emiſſiones: id eſt virgulta
ꝛ arbuſta naſcentia ꝛ germinantia in hoc horto:
ſunt ſicut paradiſus: id eſt hortus malorum grana
torum cū omniū pomoꝝ fructibus: Et cōparat fru

ctus eccleſie paradiſo ſiue horto maloꝝ granato-
rum/ratione multitudinis: et vnitatis: et charita-
tis: Nam ſicut in malo granato cōgregat multitu-
do granoꝝ rubeoꝝ ſub vna pelle ordinatorū: ita pa
riter in eccleſia xpi congregatur multitudo fideliū
charitate rutilantium ſub vna fide ordinatorū: ſed
gradus diuerſorū ſtatuum et dignitatum: ſicut di-
cit in Actibus apoſtolorum: q̄ illius multitudinis
erat cor vnum in deo: ꝛ erant eis omnia cōmunia.
Item ſubdit. q̄ emiſſiones: id eſt fruct⁹ emiſſi ꝛ na
ti in hoc horto eccleſie: nō ſolum ſunt ſicut paradi
ſus malorū granatorū in multitudine cum vnitate
charitatis: ꝛ paradiſus cum malis granatis quo
ad multitudinem ꝛ vnitatem: ſed etiam cū omniū
aliorū pomoꝝ fructib⁹ quo ad ſaporem ꝛ odorē vir
tutu. Et iſta eccleſia ſpōſa Chriſti nō ſolū eſt hort⁹
malorū et pomoꝝ: ſicut dictū eſt: ſꝫ eſt hort⁹ aroma
tū ex quo et in quo emittūtur. ꝛ naſcuntur ꝛ germi
nant ſeptem aromata ſiue ſeptē arbores ſiue ſeptē
plāte aromatice: ſcilicet cypri cū nardo: et nardus
ſtici oc⁹ et fiſtula: ꝛ cynamomum cū omnib⁹ lignis
Libani odoriferis ꝛ ſalutiferis: ꝛ myrrha ꝛ aloe cū
oib⁹ primis vnguentis. Per que q̄dem ſeptem aro
mata odorifera ꝛ ſalutifera intelligunt ſeptem ec-
cleſiaſtica ſacramenta que ſunt odorifera inquan-
tū conferūt gratiam et virtutes in preſenti et glo
riam in futuro. ꝛ ſūt ſalutifera inquantū purgant
ꝛ liberant a morbo quocūq;/ꝛ egritudine peccati.
Et geminatur nardus inter iſta ſeptem aromata: ꝛ
eo q̄ eſt duplex nardus: quarū vna non facit ſpi-
cas: ſed ſolū herbam. ꝛ eſt feminini generis de qua
dictum eſt in ſecundo cantico Nardus mea dedit
odorē ſuauitatis. Alter autem dicit nard⁹ ſpicat⁹
ꝓferens ſpicas et grana: et eſt maſculini generis.
de quo dicit Marci xiiij. Mulier habens alaba-
ſtrū vnguenti nardi ſpicati precioſi. Et ſic enume-
rant ſeptem aromata in hoc catalogo. quoꝝ pmū
dicitur cypr⁹ que eſt quedam vitis aromatica: ex
cui⁹ inciſione emanat balſamū: prout dictū eſt in
ſecundo cantico. Poteſt etiam per cyprū intelligi
quedā radix aromatica q̄ dicit cyper⁹ habens in
radice multa grana q̄buſdam folijs ad modū race-
mi colligata. vnde cyperus eſt ſpecies iunci: que
poſita ad ignem ſuauē odorē emittit: et ideo dicit
cyperi in numero plurali propter multitudinem
granorū. Et forſan vitio ſcriptorū ponit in hoc lo-
co cypri pro cyperi. Secūdū dicitur nardus: q̄ eſt
quedam herba ſpicata: aut ſine ſpicis: vt dictū eſt
Tertia herba aromatica dicitur crocus: in medio
cui⁹ floris ſūt quedam fila rubea/q̄ valent ad cō-
fortandū et letificandū cor et roborandas vires: et
ad colorandū ferculū cibale: quod cōiter et vulga
riter zafrenū appellatur. Fiſtula aūt eſt Caſia: que
eſt medela ſuauis dulcis ꝛ lenitiua. Cynamomū
vero ſpecies valde odifera ꝛ ſapida ꝛ penetratiua
guſtus ꝛ olfactus: ꝛ confortatiua celebri quam
vulgares canellā appellant. Myrrha aūt eſt que-
daꝫ gūmi ex q̄dam arbore parua diſtillatū ſicut ſu
pra in ſecūdo cantico dictū eſt. et hoc idem eſt di-
cendū de Aloe. Que quidem duo aromata licet
ſint amariſſima: tamen ſunt odorifera: et ad mede-
lam purgatiua: et ab omni corruptione preſerua-
tiua. Per ſupra ergo memorata ſeptem aromata
intelliguntur metaphorice ſeptem eccleſiaſtica ſa
cramenta. que quidem ſeptem eccleſiaſtica ſacra-

menta ideo ſeptem ſupradictis aromatib⁹ comparantur: eo ꝙ ſunt odorifera: inquantū conferunt ſeptem virtutes. ſ. tres theologales: ⁊ confortant quatuor cardinales: aut quia conferunt ſeptē dona ſpiritus ſancti. Et ſunt ſalutifera inquantū purgant ab omni morbo peccati. Et ſunt etiam preſeruatiua ab omni putredine vitiorum. Bene ergo merito eccleſia ſponſa Chriſti dicitur hort⁹ concluſ⁹ ⁊ bene ſeptus ⁊ muratus charitate ⁊ diuina protectione. Et dicitur etiam fons ſignat⁹ ſigno vulnerum ⁊ plagarum Chriſti / a quo fluit iſte fons vite irrigans iſtum hortum ⁊ fecūdans ipſum: ⁊ faciēs in eo creſcere ſupradicta aromata. ⁊ ideo ſubdit / ꝙ eſt fons hortorū. i. irrigans hortos ⁊ arbores huius horti. Et eſt puteus ⁊ receptaculū aquarū viuentium: que cū impetu fluunt de Libano. i. de latere Chriſti. vnde ſicut aque que cū impetu fluunt de Libano non ſunt ſtagnales / ⁊ immobiles nec mortue: nec putride: ⁊ morbide: ſꝫ viue et fontales ⁊ mobiles ⁊ fructifere decurrentes per totā terraꝫ promiſſionis vtiles ad fructificandū. et per conſequens ſicut terra ꝓmiſſionis eſt puteus et receptaculum oīm aquarum fluentiū de Libano ex latere meridionali: ita ergo pariter eccleſia eſt puteus ⁊ receptaculum oīm aquarū viuentiū, fluentiū ⁊ decurrentiū ex latere et ceteris vulneribus Chriſti Unde iſte aque ſacramentales fluentes ex latere ⁊ paſſione Chriſti: qui eſt verus Libanus / dicuntur viuentes inquantū viuificant ⁊ conferunt vitam gratie in preſenti. ⁊ vitam eternam in futuro. Et dicūtur fluere ⁊ decurrere cū impetu de iſto Libano quia cum impetu ⁊ violentia ⁊ dolore paſſionis et mortis ⁊ flagellorum ⁊ vulnerū emanarunt ille aque ex corpore xp̄i: ⁊ cōtinue diſcurrunt per totam eccleſiam ipſam irrigando ⁊ fecundando. Et etiaꝫ dicunt cū impetu de Libano iſte aque fluere ratiōe copie ⁊ ſufficientie: quia fluminis impet⁹ letificat ciuitatē dei: ⁊ ſanctificauit tabernaculum ſuū altiſſimus: pſal. xlv. Dicit ergo eccleſia hortus malorū granatorū quantū ad multitudinem fideliū in ea ſub vna fide congregatorū. Et dicitur hortus aliorum pomorū quo ad fruct⁹ nutritiuos fidei articulorū: q̄a doctrina ſacre ſcripture nutrit animam: ⁊ dicitur hortus ſeptem aromatum. ratione ſeptem eccleſiaſticorū ſacramentorū. Et dicit fons ꝯcluſus inquantū fructus ⁊ aromata eccleſie nō exeūt extra eccleſiā: nec nutriunt nec viuificant infideles qui ſunt extra gremium ⁊ murū fidei eccleſie: ſed ſolum nutriunt eos qui ſunt intra eccleſiam. Et ꝑ eandem ratione dicitur fons ſignat⁹. i. clauſ⁹ nam ſicut aque Jordanis ⁊ cetere aque defluentes de Libano non exeunt extra terrā promiſſionis: immo ſubmergūtur in mari mortuo iuxta Hierichunta / nec ille aque proficiunt habitantibus extra terraꝫ promiſſionis: ita pariter aque ſacramentorum non exeūt nec proficiūt infidelibus ⁊ paganis extra eccleſiā. ¶ Ex predictis patet eſſe falſam ⁊ inſufficiētem ⁊ deceptoriam expoſitionē ⁊ intelligentiā Rabi Salomon in hoc cantico / ⁊ ceterorū cecorū modernorum Judeorum in hoc cantico: qui dicunt ꝙ Salomō in hoc cantico in perſona Moyſi exiſtentis in mōte Abarim cōmendat terram promiſſiōis de pulchritudine ſit⁹: et vbertate arborū ⁊ fructuū et aquarum ⁊ de copia ſupradictorum aromatum que creſcunt in terra illa Iſrael materiali. qđ manifeſte deprehenditur falſum. Nam forſan in tota Syria ⁊ Aſſyria: ⁊ meſopotamia: ⁊ Media / et perſia nō eſt pars aliqua terre ita miſera ⁊ ſterilis: et ſicca: ⁊ inaquoſa ſicut eſt illa terra Chanaā. Nam nō habet niſi aquā Jordanis: q̄ ſolū prodeſt habitantibus in eius ripa vſq₃ ad mare mortuū Sodomorum: vbi demergitur. In ceteris autē partibus nō habet niſi aquas pluuiales ⁊ ciſternales: ⁊ quia raro pluit in illa terra: iō frequenter laborāt fame ⁊ inedia ꝓpter ſterilitatē. Et iō frequēter fugiūt i Egyptum ⁊ alias terras finitimas propter inediā ⁊ indigentiam panis ⁊ aliorum ciborum: vt p₃ de Abraham ⁊ Iſaac / ⁊ Jacob qui deſcendit in Egyptū cum filijs et nepotibus ſuis tempore famis. Itē manifeſtū eſt quod iſte arbores aromatice que hic cōmemorantur nō creſcūt / nec germinant in tota illa terra Chanaan: ſed in ſola Arabia / et India ⁊ Ethiopia. Miſeri ergo ⁊ ceci Judei non percipiūt qualiter deus nō ꝓmiſit illā terrā patribus ve. teſt. in preciſum premiū / ſed in figuram Chriſti: ſicut dictuꝫ eſt frequenter in expoſitione pſalmorū: ⁊ in tractatu cōtra Judeos q̄ne. iij. Quia ī illa terra nō fluit tanta copia mellis ⁊ lactis ⁊ aliorum bonorū: ſicut dicitur Deutero. viij. imo eſt maxima penuria omniū iſtorū: ſed tūc illa terra fluxit melle ⁊ lacte euangelico qđ Chriſtus ꝑdicauit ⁊ miracula fecit ⁊ legem expoſuit: et dona ſpiritus ſancti apoſtolis dedit: ⁊ paſſionem et mortem paſſus eſt: ⁊ operatus eſt ſalutē noſtram in illa terra. Ex qua doctrina euangelica ⁊ flumen lactis ⁊ mellis eccleſiaſticorum ſacramentorū deriuatum defluxit per totū orbē terrarum: ⁊ per totam eccleſiam: et hoc eſt quod deus promittebat patribus veteris teſtamēti obſeruantibus illā legem ſub proteſtatione ⁊ fide Chriſti venturi. Et hanc terrā benedicebat in ſpiritu Moyſes de monte Abarim ante mortem ſuam: ſicut ſupra dictū eſt: vnde ſi precise deus promiſiſſet illam terram Moyſi et ceteris patribus propter obſeruantiam legis: maximā iniuriam feciſſet deus Moyſi: qui pre ceteris ſeruabat legem ⁊ obediuit deo. Et tamen de⁹ nō permiſit eū in eā intrare: cū permiſerit innumeratos alios prauos introire. Et ideo miſeri Judei non percipiunt qualr̄ oīa illa cōtingebāt illis in figura. Nam per hoc ꝙ Moyſes ante mortē nō potuit introducere illū populū in terrā ꝓmiſſiōis: ſed Joſue ſucceſſor introduxit eum poſt mortē moyſi: figurabat ꝙ lex ⁊ prophete nō poterant introducere hoīes in terram viuentiū: ſed ſolus Chriſtus poſt mortē ⁊ paſſionem ſuā per Joſue figuratus. Et per ꝯñs ſola lex Chriſti euangelica per eccleſiaſtica ſacra poterat iuſtificare: q₂ oportebat ſic Chriſtū pati ⁊ reſurgere a mortuis: ⁊ ita intrare in gloriā ſuā. Luc. xxiiij. Hāc ergo terram ſpūalem viuentium per Chriſtum cōferēdam deſiderabat Moyſes: ⁊ benedicebat ⁊ cōmendabat ante mortem ſuā de monte Abarim: ⁊ hanc commendat Salomon in perſona Chriſti in hoc quinto cantico per metaphorā pulchre mulieris / ⁊ paradiſi: ⁊ horti concluſi: ⁊ fontis ſignati: eo modo quo dictū eſt. Que quidē cōmēdatio nō fuit niſi quedā dotatio ⁊ decoratio: qua dotauit et decorauit Chriſtus eccleſiam ſponſam ſuam ante ſuā paſſionem. Nam tunc diſpoſuit et decorauit eam pulchritudine ⁊ optima diſpoſitione membrorum: q̄n elegit. xij. apoſtolos et. lxxij. diſcipulos: et miſit



eos in oēm ciuitatē ⁊ locū quo erat ipſe venturus: dando eis poteſtatem calcandi ſuper ſcorpiones: vt patet Mat. x. ⁊ Luce. x. Item tunc decorauit et ornauit eam ornatu virtutum: ⁊ fecit eam hortum cōcluſum: ⁊ fontē ſignatū: ⁊ puteum aquarū viuentium: quando in die cene lauit pedes diſcipulorum: ⁊ inſtituit et dedit eis ſacramentū euchariſtie: conferendo eis poteſtatē conficiendi illud. Et per longum ſermonē exhortatus eſt eos ad perferendas perſecutiones ꝓpter fidem: ⁊ reliquit eis ſuam pacem ⁊ charitatē: prout patet Joā. xiij. vſq₃ ad. xvij. cap. per longuꝫ ſermonē. Ex dictis ergo in hoc cantico quinto patet: qualr̄ Chriſtus dotauit ⁊ ornauit ⁊ decorauit eccleſiā ſponſaꝫ ſuā bonis ſpiritualibus ante paſſionem ſuā. Eſt aūt notandū ſecūdū Auguſtinū in libro de ſancta virginitate: qđ ſi vniuerſa eccleſia ſit deſpōſata vni viro Chriſto: ⁊ cum vniuerſa eccleſia nihil aliud ſit niſi ꝯgregatio oīm fidelium: ⁊ tota religio Chriſtiana: ergo vnaqueq₃ anima xp̄iana ⁊ cuiuſcūq₃ fidelis ⁊ iuſti dicit ſponſa Chriſti: ⁊ per conſequens de qualibet anima iuſti verificabuntur ea que dicta ſunt in hoc cantico ⁊ ceteris: cū vnuſq̄ſq₃ fidelis ſit membrū Chriſti. Et ideo vnaqueq₃ anima iuſti eſt pulchra per baptiſmū: ⁊ oculi eius ſunt colūbini ꝑ fidei perſpicacitatē ⁊ humilitatē in credēdo: abſq₃ eo qđ intrinſecus latet. ſ. cū recta intentione latente in cōſcientia. Cuius capilli ſunt virtutes: ⁊ dentes eius ſunt aſſidua meditatio: qua ruminat intelligētiā ſacre ſcripture die ac nocte. Labia eius eſt ſermo cū charitate prolat⁹. Eloquiū dulce eſt ſalubris doctrina vel oratio facta cū deuotione: que maxime eſt deo acceptabilis. Bene vero viri iuſti eſt exēplū bone ⁊ religioſe vite. Collū eius eſt fortitudo qua tentationibus reſiſtit. Ubera ei⁹ ſunt opera miſericordie tam corporalia ꝙ̄ ſpiritualia. Sed q₂ aīa iuſti oīa iſta offert deo in ſacrificiū: ideo dr̄ aſcendere in montē myrrhe: ⁊ collem thuris. Sed quia ſupradicte virtutes ſunt pulchritudo anime: ⁊ reddunt eā pulchram ⁊ decoram: ⁊ quia nulla macula peccati pōt ſimul eſſe in aīa cū charitate ⁊ ceteris virtutibus: ideo dicitur tota pulchra ſine macula in tali ſtatu. Et q₂ talis aīa ſic pulchra ⁊ ſine macula eſt digna iungi ſponſo ſuo Chriſto: ⁊ inclinans in ipſum amorē ſuū: ideo vocat eam dicens. Ueni de Libano ſcꝫ candida per puritatē ⁊ munditiā. Sed quia iſte virtutes reddūt ſponſam. ſ. aīam mūdam ⁊ candidā non ſolū ab originali: ſed etiā actuali ⁊ veniali culpa: iō ter vocat eam. Et etiā quia ꝑ talē puritatē ⁊ penitentiā fit imunis anima: ⁊ liberatur de carne mundo ⁊ diabolo: iō ter vocat eā ſponſus ⁊ dicēs. Ueni de Libano. i. veni candida de mundo et carne et diabolo: aut de culpa originali ⁊ actuali ⁊ veniali. Aut veni de Libano cādida per fidē: ſpem / ⁊ charitatē. Sed quia ex tali afflictu ⁊ victoria meretur coronam ⁊ triumphū: ideo dicit illi ſponſus. Ueni coronaberis. i. coronam triumphi accipies: quia triūphaſti de capite Humana: id eſt de anguſtia ⁊ infeſtatione diaboli: ⁊ de vertice Senir: id eſt de ſuꝑbia intrinſeca huius mundi: ⁊ de Hermon: id eſt anathemate carnalis concupiſcentie: et de cubilibus leonū. i. de perſecutionib⁹ magnorum imperatorum quos viciſti mala patienter tolerando ⁊ de mōtibus pardorum: id eſt de inſidijs hereticorū Sed quia aīa ſuper oīa inclinat xp̄m in vno oculo charitatis ⁊ in vno crine humilitatis: iō dicit ſponſus. Uulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa in vno oculorum tuorū: ⁊ in vno crine colli tui. Item q₂ vbera miſericordie ipſius iuſti ſugunt: nutriuntur eis paupes xp̄i: ideo dicit. Quā pulchre ſunt mamme tue. Item q₂ orationes viri iuſti ſūt deo accepte magis ꝙ̄ odor aromatū / ideo ſubdit. Odor vnguentorum ſuper oīa aromata. Item quia ex ore viri iuſti ſemper diſtillant orationes aut bona doctrina: iō dicit. Fauus diſtillās labia tua: mel ⁊ lac ſub lingua tua. Item quia opera mīe ⁊ aliarum virtutum ipſius viri iuſti ſunt deo grata ⁊ accepta ⁊ delectabilia / ideo ſubdit. Odor veſtimentorū tuorum. Itē quia aīa iuſti ſic virtutib⁹ fulta ⁊ decorata eſt ſimilis horto copioſo multorū fructuū ⁊ pomorum: que quidem anima ſemper germinat fructus / et opera virtutū: ⁊ ideo dicitur Hortus concluſus ⁊ fons ſignatus ⁊c. ¶ Sed quia virgo maria eſt primum et perfectius mēbrū eccleſie poſt Chriſtum qui eſt caput eccleſie: ideo peramplius ⁊ perfecti⁹ verificantur omnia dicta in hoc cantico de virgine Maria ꝙ̄ de aliqua alia creatura: eo quod ī maiori gradu ⁊ peramplius ⁊ copioſius ⁊ perfectius fuit ornata ⁊ decorata ſupradictis virtutibus ⁊ perfectionibus: ꝙ̄ alia pura creatura. Et peramplius ⁊ perfectius triumphauit de mundo ⁊ carne ⁊ diabolo ⁊ omni genere vitiorum ⁊ inimicorum: ꝙ̄ alia pura creatura: prout dictum fuit in expoſitione ſuꝑ Magnificat. Et ideo eſt dignū ꝙ explicetur in expoſitione huius libri ⁊ maxime in hoc loco: ⁊ explicetur ⁊ exprimat quomodo oīa predicta verificentur de tota eccleſia: ⁊ quo modo de virgine Maria. ¶ Ad cuius intellectū eſt aduertēdū ꝙ tria dicta ſunt ī hoc quinto cantico: que ſunt digna magna ꝑſcrutatione. Quorū primum eſt illud quod ait ſponſus commendando eccleſiam ſponſam ſuā: quando ait. Tota pulchra es amica mea: ⁊ macula non eſt in te. Et ideo queritur primo: quomodo iſta verba poſſunt verificari de tota eccleſia ſponſa Chriſti cum nos videamus multa eius mēbra immunda ⁊ ſorde diuerſorum peccatorum deturpata ⁊ maculata. ergo non eſt tota pulchra ſine macula. Ad hoc reſpondet beatus Gregor. ꝙ quelibet anima poſt penitentiaꝫ remanet tota pulchra ſine macula. ⁊ ſic verificantur verba ſponſi de qualibet anima iuſti poſt penitentiā. Sed licet hoc contineat veritatem: tamen non euacuat difficultatē litere: quia ſponſus Chriſtus literaliter loquitur de tota eccleſia ſpōſa ſua: quā ſufficienter ornauit ⁊ decorauit omni genere ornamentorum ſpiritualium. Et ideo dicūt aliq ꝙ quando ꝙ aliquid verificatur de aliquo ratione partis magis principalis. ſicut mulier dicitur pulchra ratione vultus: licet habeat aliquas partes turpes latētes. Ita ergo tota eccleſia dicitur tota pulchra ſine macula rōne virginis Marie: que eſt principale mēbrum eccleſie poſt Chriſtum: qui eſt caput / q₂ ergo virgo Maria eſt ⁊ fuit ſemper tota pulchra nunꝙ̄ alicui macule peccati obnoxia: nec deturpata: iō verificat de tota eccl̄ia: ꝙ ſit tota pulchra ſine macula. Sed lꝫ virgo Maria fuerit ſemꝑ tota pulchra ſine macula ꝓut dictū eſt in ſcđo cantico: ⁊ dicet in ſequēti queſtio. tamen iſta reſpōſio non euacuat difficultatē. Naꝫ apoſtolus ſecunde ad corin. xj. de tota eccleſia dicit. Deſpondi enim vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. Item ad

Ephe. v. dicit ꝙ Chriſtus exhibuit ⁊ reddidit eccleſiam ſponſam ſuā non habētē rugā neqȝ maculam.

A

❡ Et ideo ad tollendam hmōi difficultatē eſt aduertendū: ꝙ iſte terminus totus/tota/totum/quãqȝ cõnotat in rebꝰ totalitatē forme: quãqȝ totalitatem materie. vnde totalitas forme domus eſt ipſa pulchra ⁊ decens figura eius. Sed totalitas materie dicuntur lapides ⁊ cementum ⁊ ligna ⁊ tegule. ⁊ ſic domus poterit eſſe tota pulchra ratione optime et decentis forme licet habeat aliquā partē materialem turpē/puta aliquē lapidem vel lignū. Ita ergo pariter in eccleſia eſt cõſiderãda totalitas forme: que conſiſtit in fide articuloꝝ/⁊ gratia ſacramentoꝝ/⁊ obſeruantia preceptoꝝ/⁊ varietate et ſufficētia graduū ⁊ officioꝝ. Secūdo eſt cõſideranda totalitas materie: que conſiſtit in multitudine ⁊ diuerſitate mēbroꝝ tã īfirmoꝝ ꝙ̄ ſanoꝝ. Primo ergo mõ ratiõe forme eccleſia ſpõſa Chriſti eſt tota pulchra ſine aliqua macula: qꝛ ſufficiēter Chriſtus decorauit eam virtutibus theologalibus. ſ. fide/ſpe/⁊ charitate/⁊ ſeptē donis ſpiritus ſancti: ⁊ grā ſeptē ſacramentoꝝ: ⁊ optima lege euãgelica: ⁊ ſufficienti copia miniſtroꝝ ⁊ graduum ⁊ officioꝝ. et ſic nihil deficit ad pulchritudinem forme eiꝰ. Sed propter hoc non tollitur quin eccleſia habeat aliqua mēbra materialia turpia per pctm̄ ⁊ infirma. nec tollitur quin aliquis miniſter eccleſie aut prelatus poſſit male ⁊ indecēter vti officio ſuo: abſqȝ hoc ꝙ detur per pulchritudinē forme ipſiꝰ eccleſie. vnde eccleſia ꝓpter hoc habet copiam pulchritudinis ſacramētoꝝ ⁊ officioꝝ/vt poſſit aſſidue mūdare ⁊ pulchri facere mēbra materialia q̄ quotidie deturpant̄ forde peccati. Et ſic eccleſia ſemper eſt tota pulchra ſine macula rōne forme. qꝛ fides eccleſie nō patit̄ ſecū aliquod falſum: aut mēdaciū: nec charitas aliqd̄ pctm̄: nec ſpes aliqd̄ terrenū: quin tendat in altū: ⁊ ſic de ſingulis partibus formalibus eccleſie. Eſt aūt iterū aduertendū ꝙ formarū quedam eſt tota in toto: ⁊ tota in qualibet parte: ſicut aīa intellectiua. Et quedam eſt tota in toto: ſed non in aliqua parte: ſicut forma circuli. Et q̄dam eſt tota in toto: ⁊ in aliqua parte: ſed non in qualibet parte: ſicut forma ſenſus tactus eſt in toto aīali ⁊ etiam in aliqua parte: ſed nō in oſſibus. Ita ergo eſt dicendū de forma eccleſie ꝙ eſt tota in toto corpore eccleſiaſtico: ſed nō in qualibet parte ⁊ membro materiali: ſed potuit reperiri in virgine Maria tota forma eccleſie: puta fides articuloꝝ: ⁊ tota grā ſacramentoꝝ: ⁊ obſeruātia preceptorum: ⁊ tota varietas ⁊ copia graduū ⁊ dignitatum: qꝛ fuit virgo: ⁊ ſponſa: ⁊ fecunda: ⁊ euangeliſta: ⁊ martyr.

B

prout fuit dictum ſuper Magnificat. ⁊ ſic fuit tota pulchra quo ad formā eccleſie. ❡ Sed diceret forſan aliquis: ꝙ virgo Maria nō fuit ſacerdos/⁊ per conſequens non potuit cõficere euchariſtiam nec miniſtrare alia ſacramenta/⁊ per ꝯſequens nō habuit totā pulchritudinē eccleſie. Ad hoc reſpondetur: qd̄ licet virgo Maria non fuerit ſacerdos ad conficiēdā euchariſtiā: tamen habuit aliquid equiualens ⁊ etiam ſuperexcedens: quod nunꝙ̄ habuit aliquis ſacerdos huius eccleſie. Nam illud idem corpus Chriſti: quod conficit ſacerdos per verba conſecrationis: confecit virgo Maria in ſuo ventre virginali ex puris ſanguinibus ſuis opere ſpiritus ſancti. Item ſicut ſacerdos per illa verba fecit deſcēdere chriſtum in illud ſacramentum vt inquit Ambroſius: ita virgo Maria dicendo. Ecce ancilla domini/fiat mihi ſecundū verbum tuū: fecit filium dei deſcendere de celo/⁊ ſumere illā carnem ex ea/quā conſecrat ſacerdos: vt inquit Auguſtinus. Item ſicut Chriſtus ſacerdos ſanctificat fideles per ſacerdotes temporales miniſtrantes eccleſiaſtica ſacramēta: ita per vocem ⁊ ſalutationē virginis matris ſue ſanctificauit Joannem Baptiſtam: ⁊ illuſtrauit Elizabeth ſpiritu ꝓphetico: ꝓut dictum eſt in expoſitione ſuper Magnificat. Et ſic patet qualiter tota iſta eccleſia eſt tota pulchra ſine macula quo ad formam: licet habeat aliqua immo multa mēbra materialia infirma ⁊ forde peccati deturpata: ⁊ patet etiam qualiter virgo Maria eſt tota pulchra ſine macula non ſolum quo ad formam totã eccleſie: ſed etiam eſt tota materialiter pulchra: qꝛ nunꝙ̄ in eius corpore: aut aīa locꝰ potuit inueniri peccati: vt inquit Augu. in ſermone ſecūdo de natiuitate virginis: ⁊ nunꝙ̄ fuit in tenebris: ſed ſemꝑ in luce: ⁊ nunꝙ̄ in nocte/ſed ſemper

C

in die: vt inquit Hieronymus ſuper pſalmo. lxxvij. ❡ Secundo autem dictum eſt in hoc quīto cantico quomodo eccleſia fuit coronata. i. triumphauit de capite Amana: ⁊ de v̄tice Sanir ⁊ Hermon ⁊ de cubilibꝰ leonū: ⁊ de montibus pardorū. Et dictum eſt q̄ omnia dicta in hoc cantico ⁊ quatuor preteritis ꝑncipaliter verificantur de virgine Maria/eo ꝙ tunc erat principalius membrum eccleſie poſt Chriſtum. Et ideo eſt hic videndum quomodo virgo Maria triumphauit de capite Amana: ⁊ de vertice Sanir ⁊c. Ad cuius intellectum eſt aduertendum: qd̄ Amana eſt mons in fine terre promiſſionis inter Aquilonem ⁊ Meridiē plenus ſerpentibus. Et ideo interpretatur iniquus/aut coanguſtians/aut comprimens: aut angens: quod eſt proprium ſerpentibus: vnde ſerpens dicit̄ anguis aq angendo/eo ꝙ tortuoſo circulo angit hoīem: et iniqua aſtutia inſidiat̄: ⁊ iniquo ⁊ mortifero morſu

D

mordet hominem. ❡ Et ideo in hoc loco ꝑ Amana intelligit̄ diabolus ſerpens antiquus: qui aſtu iniquo ⁊ mendaci decepit primos parentes: ⁊ momordit eos ſeptuplici morſu. ſ. morſu peccati in anima: ⁊ morſu venenoſe cõcupiſcētie in carne/⁊ morſu mortis ⁊ incinerationis in corpore: ⁊ ſpecialiter momordit mulierē morſu erumnarum in conceptu ⁊ partu: ⁊ morſu ſubiectionis ⁊ ſeruitutis: qꝛ ſubiecit eam ſub poteſtate viri/que ante erat conſors ⁊ equalis. Et hos ſeptem morſus tranſmiſerunt primi parentes ex ſententia domini in omnes poſteros: vt ptꝫ Geñ. iij. Et ſic ptꝫ qualiter ſerpens antiquus triumphauit de primis parentibus ⁊ de eorū poſteris per hos ſeptem morſus. Sed ſi cum charitate ⁊ attentione volumus contemplari hoc myſterium in ſacra ſcriptura: videbimus qualiter ſerpens antiquus non potuit mordere virginem Mariam matrem Chriſti aliquo morſu illorum ſeptē/nec per cõſequens triumphauit de ipſa: immo virgo Maria triumphauit de ipſo diabolo antiquo ſerpente. Quod ſic probatur ex ſñia ⁊ decreto dei in ipſa ſacra ſcriptura: vnde legitur Geñ. iij. qd̄ poſtꝙ̄ ex ſuaſu ſerpentis Eua comedit fructum et dedit ex eo Ade viro ſuo: ambo cognouerunt ſe eſſe nudos ⁊ confuſos: per quod denotatur confuſio et corruptio culpe tam in corpore ꝙ̄ in anima. Et tunc



deus promulgauit ſententiā contra omnes tres. ſ. contra ſerpentem ⁊ oēs complices eiꝰ diabolos: et contra Euam: ⁊ contra Adam. que quidē ſententia fuit data ⁊ promulgata ſecundum ordinem/prout peccatum fuerat perpetratum. vnde quia ſerpens primo ex inuidia decepit mulierem: et exinde mulier ꝑſuaſit viro vt comederet: ideo per prius fuit lata ſententia ⁊ maledictio contra ſerpentem: ⁊ exinde contra mulierem: ⁊ vltimo cõtra virum: et totam eorum poſteritatem. Sed anteꝙ̄ deus proferret ⁊ ꝓmulgaret ſententiam contra Euam ⁊ Adam cum eorum poſteritate/ſimul in ſententia data contra diabolum fuit virgo Maria exempta ⁊ priuilegiata a communi ſententia humane nature lata in primis parentibus. imo in eadem ſentētia lata cõtra diabolum deꝰ pronunciauit qualiter virgo maria debebat triumphare de diabolo: et non ſubijci nec comprehendi in ſententia lata contra primos parentes ⁊ eorum poſteritatē. vnde dixit deus ſerpenti. Maledictus eris inter omnia animãtia: inimicitias ponam inter te ⁊ mulierem: ⁊ ſemē tuum ⁊ ſemē illius: ipſa cõteret caput tuū: ⁊ inſidiaberis calcaneo eius. Deinde deꝰ pronunciauit ⁊ promulgauit ſententiam contra mulierem/dicens. Multiplicabo erūnas tuas et conceptus tuos: in dolore paries filios: ⁊ ſub poteſtate viri eris: ⁊ ipſe dominabitur tibi. Deinde vltimo promulgauit ſententiam contra virū: que fuit cõmunis contra omnes poſteros vtriuſqȝ ſexus/dicens. Maledicta terra in opere tuo. In laboribꝰ comedes ex ea cunctis diebꝰ vite tue. Spinas ⁊ tribulos germinabit tibi: ⁊ comedes herbas terre. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo donec reuertaris in terrā de qua aſſumptus

E

Septē mala ꝯtraxerunt primi parentes ex peccato et ſententia dei.

es: quia puluis es: ⁊ in puluerem reuerteris. ❡ Ex hac triplici ſententia patet: ꝙ ſeptē mala contraxerunt primi parentes ex peccato/et ſententia dei. Primo fuit inflicta eis corruptio ⁊ morbus concupiſcentie in carne ⁊ ſenſualitate: ex cuius cõſortio anima contrahit culpam originalē: per hoc qd̄ dixit deus ſerpenti. Tu inſidiaberis calcaneo eius. i. inficies eius carnē ⁊ ſenſualitatē: que eſt calcaneū anime. ⁊ etiam per hoc quod dixit deus ipſi Ade. Maledicta terra. i. maledicta caro et ſenſualitas in opere tuo. i. ex peccato ⁊ inobedientia ⁊ eſu cibi prohibiti: quia ſpinas peccati originalis ⁊ tribulos peccati actualis germinabit tibi ⁊c. Hoc autem dixit: quia caro infecta per ſolum conſortium in animatione infligit peccatum originale in aīa: ⁊ poſtea ſenſualitas corrupta cauſat ⁊ infligit peccatum actuale in aīa ⁊ voluntate per ſolum conſenſum et operationē. Itē ex ſententia data mulieri ptꝫ qualiter triplicē penā incurrit mulier ex peccato. Primo penā erūnarum ⁊ miſerie/quaꝫ quelibet mulierum patit̄ omni menſe ex menſtruo. Secūdo dolorem in pariendo. Tertio ſubiectionem ſub poteſtate viri. Per ſententiā autem datā cõtra Adā/incurrit totum genus humanū non ſolū laborē corporalem: ſed etiā maledictionē ⁊ corruptionem carnis ⁊ ſenſualitatis: que cõtinue germinat ſpinas ⁊ tribulos peccatoꝝ in anima. Et vltimo incurrit reſolutionem ⁊ putrefactioē ⁊ incinerationem in morte.

F

Septē mala incurrit totum genus hūanū ex peccato primorum parentum.

❡ Ex ſupradictis ſequitur primo ꝙ ſeptē mala incurrit totum genus humanum ex peccato primorum parentum ex ſententia dei: quorum quatuor ſunt cõmunia omnibus hominibus vtriuſqȝ ſexus deſcendentibus a primis parentibus per naturalem generationē. ſ. corruptionē carnis ſiue morbū cõcupiſcentie. Secundo peccatū originale in aīa. Tertio actuale in voluntate ꝑ cõſenſum. Quarto reſolutionem in terrā ⁊ putrefactionē ⁊ incinerationē per mortem. Sole autem mulieres incurrerunt penā erūnarū in menſtruo ⁊ in cõceptu: ⁊ dolorem in partu ⁊ ſubiectionē viri. Et ſic patet qualr̄ diabolus ſerpens antiquus ſupradictis ſeptem morſibus momordit totū genꝰ humanū: ⁊ per conſequēs triūphauit de primis parentibꝰ ⁊ de tota eorū poſteritate per hos ſeptē morſus. ❡ Secundo ſequitur ex ſententia ⁊ decreto dei: ꝙ virgo Maria non

G

fuit comprehenſa ſupradicta dei ſententia lata cõtra primos parentes ⁊ eorum poſteritatem: immo ex dei decreto fuit ꝓexēpta ⁊ excepta a tali ſententia: ⁊ per cõſequēs ſerpēs antiquꝰ non triūphauit de ea. Qd̄ probat̄. nã anteꝙ̄ ferret deus ſententiam cõtra primos parentes/dixit diabolo: inimicitias ponã inter te ⁊ mulierē: ſed ipſa cõteret caput tuū tunc manifeſtū eſt: ꝙ iſta que erat cõtritura caput ſerpētis non fuit Eua: quia ipa iã erat victa ⁊ contrita per ſerpentē: immo ſibi data fuit ſententia ꝓ omnibus ſuis poſteris. Ergo ſequit̄: ꝙ illa mulier que erat contritura caput ſerpentis: erat ſola virgo Maria: prout indifferenter tenent concorditer omnes catholici doctores. ergo ſequitur ꝙ ille ſerpens antiquus nunꝙ̄ poterat mordere virginem Mariã: poſtꝙ̄ per eam caput eius erat cõterendū. Ex quo patet ꝙ virgo Maria nullo illorum ſeptem morſuū fuit per ſerpentē morſa nec vulnerata: qꝛ aliter non cõtriuiſſet caput ſerpētis. Et ſic etiã patet: ꝙ cum antiquus ſerpens triūphaſſet de omnibus alijs: tamen non valuit triūphare de virgine Maria: poſtꝙ̄ nullo morſu potuit ipſam mordere immo ipſa virgo Maria triumphauit de antiquo

H

ſerpente: poſtꝙ̄ contriuit caput eius. ❡ Et ſic ptꝫ qualiter ex ſententia et decreto dei fuit promulgatus triūphus virginis Marie contra diabolum: et fuit prenūciata exceptio eiuſdem a cõmuni ſententia alioꝝ: anteꝙ̄ cõmunis ſententia ꝓmulgaretur cuius effectus patuit poſtea per experientiã. Nam oēs doctores concordant ꝙ virgo Maria fuit exēpta a triplici pena inflicta oībus mulieribꝰ: quia non ex mēſtruo nec coitu: ſed ex puriſſimis ſanguinibus opere ſpiritus ſancti Chriſtū concepit: vt patet Luc. j. ⁊ ſine dolore peperit: ⁊ non fuit viro ſubiecta: quia ſolū datus eſt ipſi in obſequium ⁊ cuſtodiã: ⁊ vt teſtis ſue virginitatis. Item omnes cõcordant ꝙ fomes carnis in ea a principio fuit extinctus vel ligatus: ⁊ oēs concordant ꝙ non poterat peccare mortaliter nec venialiter: eo ꝙ a principio fuit in gratia confirmata. Et iam tota eccleſia communiter tenet cum Auguſtino qd̄ corpus eius non fuit in ſepulcro incineratum: ſed ꝙ aīa in tertia die recuperauit corpus glorioſum. Ex quibus patet: ꝙ in his ſex virgo Maria non fuit comprehenſa nec ſubiecta cõmuni ſententie date ⁊ late primis parētibꝰ. Sed tota eccleſia nō habet aliūde vñ hoc poſſit excuſare: niſi quia virgo maria ante fuit exempta: ꝙ̄ promulgaretur communis ſententia/eo qd̄ erat contritura caput ſerpentis: ne morderet eaꝫ. Ergo per eandam rationem ⁊ locū auctoritatis cogimur dicere: ꝙ virgo maria fuit exempta a morſu peccati ⁊ culpe originalis: quia aliter non contri

Augu.

uiſſe caput ſerpētis. ⁊ per conſequens ſicut conceditur ꝙ virgo Maria triūphauit de ſerpente: quo ad ſex morſus: ita triumphauit de illo quo ad ſeptimum morſum/quod eſt peccatū originale: q̃ eſt primus morſus quo ſerpens mordet ⁊ ſauciat hoīem in aīa. Et ſic patet qualiter virgo Maria perfecte contriuit caput ſerpentis ⁊ triūphat de ip̄o. Et hoc eſt quod intendebat dicere Salomon in perſona Chriſti/dirigens verba cantici ad virginē Mariā/ dicens. Tota pulchra es amica mea: ⁊ macula non eſt in te. quaſi dicat: nulla macula peccati nec aliqua illarum ſeptem penarum eſt in te: que fuerunt inflicte in Adam ex peccato eius et ſententia dei. ideo veni de Libano puritatis: ⁊ coronaberis. id eſt triumphabis de capite Amana. i. de capite antiqui ſerpentis: qđ cōtriuiſti. qđ quidē caput contritū et calcatū ſub pede ⁊ calcaneo tuo non potuit te mordere aliquo illoꝝ ſeptē morſuum. Quomodo autē virgo Maria fuit obligata in Adam quo ad naturam: ſed illa obligatio non potuit tranſire ad perſonam propter preuiam ſanctificationem factā in primo inſtanti ſui eſſe: eo qđ anima illa ſimul fuit creata et ſāctificata ⁊ infuſa: ⁊ ſic ſimul fuit ſanctificata caro cum anima: ⁊ etiam caro potuit ſanctificari ante animationem per virtutē ſancti ſpiritꝰ: ⁊ et ſic perſona virginis non fuit obnoxia alicui peccato: ſed ſemper fuit templum ⁊ tabernaculū ſpiritus ſancti a principio ſue creationis: Et quomodo omnes auctoritates ſacri canonis ⁊ ſacroꝝ doctoꝝ inducte contra hoc propoſitū nō procedunt niſi de peccato nature: iam oſtenſum ⁊ declaratū fuit largo modo in expoſitione pſalmi. xlv. ⁊ ſuper Magnificat. ⁊ partim ſuperius in cantico ij. Et ideo hic nō oportet immorari: ſed ſufficit oſtendere: quomodo virgo maria triumphauit de capite Amana: id eſt de peccato originali ⁊ actuali ⁊ veniali: ⁊ quomodo triumphauit de corruptione et fomite carnis ⁊ de triplici maledictione et miſeria inflicta ceteris

J mulieribus. ¶ Ultimo triumphauit de morte: q: non potuit eam incinerare: immo reſurrexit in corpus glorioſum. Et ſic patet qualiter triumphauit de capite Amana: id eſt de capite ſerpentis antiqui quod contriuit. Et ſic non ſolum fuit benedicta inter omnes mulieres: ſed etiam inter omnes homines vtriuſq; ſexus: quia in omni malediction e fuit immunis immo meledictio Eue ⁊ omnium hominum fuit cōuerſa in benedictionē marie: vt inquit Auguſtinus. Secūdo eſt videndum quomodo virgo maria triumphauit de vertice Sanir. Ad cuius intellectum eſt notandū: qđ vltra Amana quatuor montes pugnarunt contra virginē mariā: de quibus ipſa finaliter triumphauit. ſ. Sanir ⁊ Hermū: et montes et cubilia leonum et montes pardorū. Per quos quatuor montes intelligunt quatuor poteſtates et conditiones hominum/qui conati ſunt impugnare virginem mariam ⁊ eius virginitatem ⁊ dignitatem. Primus mons dicitur Sanir: quod interpretatur dens lucerne ſiue ſcientie. Et ſic vertex Sanir idem eſt quod altitudo ſiue tumor aut elatio et faſtus ſcientie philoſophie mundane. per quod intelligitur faſtus et elatio philoſophorum huius mundi. Hermon autē interpretatur anathema. i. maledictio ⁊ ſeparatio. per quē montē intelligitur iſte mundus ⁊ ſollicitudo eius: que ſeparat homines a deo. vel intelliguntur omnes Judei et omnes infideles/qui ſunt a deo ſeparati ⁊ maledicti. Per mōtes vero ⁊ cubilia leonum intelligūtur reges ⁊ principes huius mūdi: maxime populi gentilis ⁊ infidelis. Et etiam per cubilia leonum intelliguntur templa idolorum vt patebit. Per montes vero pardorum in ſcriptura communiter intelliguntur omnes heritici: eo ꝙ multis ⁊ falſis ⁊ fictis coloribus cōcinnarunt ⁊ palliarūt ſectas ſuas: et inter ſe varias habuerūt opiniones. Oēs ergo iſti pugnarunt contra virginem Mariā: ſed ipſa finaliter de eis triumphauit. Primo ergo omnes philoſophi volentes oīa comprehendere ſub natura/et de omnibꝰ volētes reddere rationem/conati ſunt impugnare miſteriū incarnationis/dicentes impoſſibile eſſe mulierem concipere ſine viro/et concipere ⁊ parere cum virginitate: ⁊ eſſe matrem dei: et deum fieri hominem perſonaliter. Sed finaliter virgo Maria de philoſophis triumphauit. Nam Dionyſius ariopagita/qui apicem ⁊ verticē ⁊ principatum philoſophie Athenis obtinebat: credidit myſterium incernationis ⁊ partū virginalē ipſius Marie: ⁊ factus eſt fidelis ad predicationem Pauli cū multis alijs philoſophis: vt patꝫ Actuū. xvij. Itē Gregoriꝰ Nazāzenus/⁊ Baſilius/⁊ Euſebius/ et auguſtinus/⁊ Clemens/et Dionyſius Alexandrinus/et alij innumeri ex philoſophis facti ſunt catholici et doctores eccleſie: qui oēs innumeros libros ⁊ tractatus ⁊ ſermones luculentos ediderunt de virginitate ⁊ dignitate virginis Marie. Ex quo patet/quod virgo Maria triumphauit de vertice Sanir/id eſt de altitude ⁊ faſtu ⁊ elatione philoſophorum. Item ſecundo triūphauit de vertice Hermon. i. de ſollicitudine huius mundi. Nam in tertio amo renuit huic mūdo: ⁊ fuit preſentata in templo: et dedicata ad ſeruitium dei vſq; ad eius deſponſationem: quā ſimul cum voto virginitatis fuit deſponſata ipſi Joſeph viro ſancto ⁊ iuſto ⁊ virgini. Et ſic ambo cum virginitate ⁊ paupertate duxerunt vitam humilē ⁊ pauperem Chriſto miniſtrantes. Et ſic patet qualiter virgo Maria triumphauit de faſtu ⁊ pompa huius mūdi. Et triumphauit etiam de Hermon. i. de anathemate et maledictione Judeoꝝ: qui ſibi ⁊ ſue dignitati cōtradixerūt. Nam. xlij. anno poſt paſſionem Chriſti partim fuerunt fame conſumpti: ⁊ partim trucidati: ⁊ partim in captiuitatē redacti: ⁊ ꝑ mundum diſperſi: ⁊ ciuitas eoꝝ ſimul cum regno fuit deſtructa et incenſa. Et quia reliquie illorum adhuc hodie contra virginem Mariam blaſphemare non ceſſant: ideo continue patiunt opprobria ⁊ frequētes cedes ⁊ clades et vaſtationes ⁊ expoliationes. Et ſic patet qualiter virgo Maria triūphauit de Hermon. i. de anathematizatis ⁊ maledictis Judeis: ⁊ cōtinue triūphat de ipſis. Itē virgo Maria triūphauit de montibus ⁊ cubilibꝰ leonū. i. de regibꝰ ⁊ imperatoribꝰ/ qui per trecētos annos ⁊ vltra perſecuti ſunt chriſtianam religionē: que Chriſtum adorat ⁊ virginē matrem ſuā venerat. Nā ipſi qui ante propter idola perſequebant chriſtianos ⁊ virginem Mariam: poſtea ad finē cōuerſi deleuerūt idola: ⁊ tēpla idoloꝝ cōſecrauerūt in eccleſias Chriſti ⁊ v̄ginis Marie. Et ſic illa templa q̄ erant cubilia leonum/facta ſunt ecclīe Chriſti ⁊ virginis Marie ⁊ cubilia ſanctoꝝ. Et in cubilibꝰ vbi priꝰ habitabant dracones. ortus fuit viror calami et iunci: ⁊ fuit facta ſemita



ſancta: nec fuit ibi amplius leo nec mala beſtia: vt dicitur Eſaie. xxxv. Et ſic patet qualiter virgo maria triumphauit de cubilibus leonū. ſ. de īperatoribus ⁊ tyrānis infidelibus: q: finaliter oēs ſubiecit iugo Chriſti: ⁊ venerantur ipſam cum deuotione: ⁊ cubilia leonū. i: tēpla idoloꝝ conſecrauerunt in eccleſias Chriſti ⁊ virginis marie. ⁊ alioꝝ ſanctorū. vñ principales eccleſie communiter ſunt dedicate ipſi virgini marie pro maiori pte vbiq; terrarum.

K ¶ Itē vltimo triūphauit de montibꝰ pardoꝝ. i. de omni turba ⁊ prauitate hereticoꝝ. Nam in primitiua eccleſia ſurrexerūt cōtra virginē mariā Ebiō et Cherinthus/dicētes virginē mariā nō eſſe matrē dei: ſed puri hominis: ⁊ Jeſū Chriſtum totaliter ab ipſa incepiſſe. tñ hoc conuicit beatus Joānes euāgeliſta oſtendens Chriſtū eē ab eterno ſecūdū diuinitatē: ⁊ ex maria ex tpe ſecūdū verā humanitatē/ dicens. In principio erat verbū ⁊c. Et verbuꝫ caro factū eſt. Itē poſtea ſurrexerūt Neſtorite dicentes duas eſſe perſonas in Chriſto. ſ. diuinā ⁊ humanā/ ⁊ per cōſequēs virginē mariā nō eſſe matrē dei: ſꝫ ſolius hoīs. Sed omnes iſti fuerūt condēnati ꝑ eccleſiā in concilio Epheſino: vbi fuit oſtenſum ⁊ determinatum per ſacras ſcripturas/in Chriſto eſſe duas naturas in vna perſona tantū ⁊ ſuppoſito: ⁊ ꝑ cōſequens virginē mariā eſſe verā matrem dei ⁊ hoīs. Item manichei pugnarunt contra virginem mariā dicentes ipſam nō eſſe matrē dei: eo ꝙ Chriſtus non erat verus hō niſi in apparentia: ſed erat ſolus deus. quē cū tota ſua ſecta conuicit Auguſtinus per multos libros ⁊ tractatus/oſtendēs Chriſtū accepiſſe verā carnē ex virgine maria: ⁊ per cōſequēs ipſam eſſe verā matrem Chriſti dei ⁊ hoīs. Poſtea ſurrexit heluidius blaſphemās cōtra perpetuā virginitatē marie: ⁊ dicēs ꝙ licet virgo maria conceperit ⁊ peperit Chriſtū cum integra virginitate: tñ poſtea genuerat alios filios ex Joſeph. quē Heluidiū beatꝰ Hyeronymus ⁊ Auguſtinus conuicerunt per ſingulas inuectiuas contra eū. Et ſic patet qualiter virgo maria triūphauit finaliter de montibꝰ pardorū. i. de omnibꝰ ſectis hereticoꝝ: ideo de ipſa cantat eccleſia: Gaude maria virgo: cūctas hereſes interemiſti in vniuerſo mundo. Ex ſupradictis ptꝫ quō virgo maria triumphauit d̄ ſupradictis q̄nq; montibus: per quos intelligunt q̄nq; poteſtates: quas ipſa ſuperauit. Et ꝑ cōſequens virgo maria nunq̄ habitauit in mōte Amana. i. in mōte ſerpentū: immo ipſa contriuit caput antiqui ſerpentis: ⁊ per conſequēs nō potuit ipſam aliquo morſu mordere: nec habitauit in vertice Sanir. i. in faſtu ⁊ tumore mūdane philoſophie: imo ꝑ ſuam humilitatē ⁊ fidē meruit trāſcēdere oēm mūdanā ſcientiam ⁊ philoſophiā: quando fuit obūbrata ꝑ ſpm̄ ſanctum in ſua annunciatione: ⁊ rapta vſq; ad tertiū celū: vbi vidit arcana ⁊ myſteria incarnationis ⁊ noſtre redemptionis perfectius q̄ Paulus: prout dictum eſt ſuper pſalmo. lxvij. ⁊ ſuper magnificat. Item virgo maria nunq̄ habitauit in Hermon. i. in anathemate et obſtinatione Judeorum/ nec in pompa huius mundi: quia renuens huic mundū facta eſt ſpecialis miniſtra Chriſti: ⁊ ipſum ſecuta eſt ſemper cum virginitate et ſanctitate et humilitate vſq; ad paſſionem ⁊ reſurrectionem et aſcenſionem: prout dictū eſt ſuper magnificat: Itē non habitauit in cubilibus leonum: nec in montibus pardorum: quia omnes imperatores ⁊ tyrannos ſuperauit: ⁊ omnes hereſes exterminauit et interemit: vt dictum eſt. Sed ſemper habitauit in monte Libano. i. in monte candido: ⁊ in monte puritatis ⁊ ſanctitatis in quo nullus ſerpens nec beſtia nocens nec animal venenoſum poteſt habitare prout ſupra dictum eſt in ſecundo cantico. Unde ſicut mons Libanus eminet ſuper omnes illos quinq; montes ſupradictos in altitudine: quia eſt altior et excelſior illis: et ſuperat eos in vbertate et fertilitate. quia cum omnes illi ſint ſteriles: iſte vero fecundus germinans arbores fructiferas et digniſſimas/puta cedros et huiuſmodi. Item ſuperat illos montes in puritate: nam cum illi montes ſint pleni ſerpentibus et draconibus et leonibus/et pardis/et ceteris animalibus nociuis et venenoſis: ſolus Libanus eſt liber et mundus ab omni beſtia venenoſa. ideo ſecure paſcuntur in eo greges ouium et armenta boum. Ita ergo a ſimili virgo Maria per libanum figurata ſuperauit omnes ſupradictas quinq; poteſtates. Primo in altitudine dignitatis. Secundo in fecunditate virtutum. Tertio in puritate et munditia ab omni malo et vitio et peccato. Et ſic virgo maria dicitur habitaſſe in Libano/et ſuperaſſe et triumphaſſe de illis quinq; poteſtatibus per illos quinq; montes intellectis. ideo dicit Chriſtus ad virginem matrem ſuam in die ſue aſſumptionis. O q̄ pulchra es amica mea/macula non eſt in te. veni de libano/ in quo ſemper habitaſti per excellentiam dignitatis quia mater dei: ⁊ per fecunditatem ſanctitatis et omnium virtutum ⁊ gratiarum: et per puritatē et munditiam ⁊ immunitatem ab omni vitio ⁊ peccato ⁊ morſu et veneno antiqui ſerpentis. Et ideo coronaberis ⁊ coronam accipies/⁊ triūphabis de capite Amana. i. de antiquo ſerpente: qui te mordere non valuit. Et triumphabis de vertice Sanir. i. de omni philoſophia ⁊ ſcientia mundana: et Hermon. i. de pompa mundi et anathemate et obſtinatione Judeorum: et de cubilibus leonum. i. imperatorum ⁊ tyrannorum: ⁊ de montibus pardorum i. de temera preſumptione hereticorum. quaſi dicat. Ueni de Libano gratie in montes aromatum ſuperne glorie: et coronaberis et coronam glorie obtinebis pro ſupradictis triumphis. Et ſic patet quomodo omnes iſti triumphi virginis Marie poſſunt applicari ad duodecim dignitates eiuſdem: que fuerunt aſſignate in expoſitione ſuper Magnificat. Et ideo prudens et deuotus lector non dedignetur hic et ibi contemplari. Et hoc de ſecundo queſito. L

¶ Tertio dubitatur propter id quod dicit ſponſus in hoc quinto cantico. ſ. Uulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa in vno oculorum tuorum: ⁊ in vno crine colli tui. Et ideo videndū eſt quis eſt iſte oculus ⁊ crinis quo virgo Maria vulnerauit xp̄m: ⁊ quō potuit ipſum vulnerare/ vt deſcenderet de celo. Ad quod eſt dicendū primo: ꝙ oculus dicit quaſi lumē ocultum. Et ideo prius verificatur de oculo mētali interiori. ſ. de rectā ⁊ occulta intentione: ⁊ q̄ de oculo corꝑali ⁊ exteriori. de quo quidem oculo inferiori ait ſaluator Matth. vi. Lucerna corꝑis tui ē oculꝰ tuꝰ: ſi oculꝰ tuꝰ fuerit ſimplex: totū corpꝰ tuū lucidū erit: ſi autē oculus tuꝰ fuerit nequā: totū corpus tuū tenebroſum erit. Ex dictis ſaluatoris patet qđ ſimplex ⁊ recta intētio

oculus q̃ſi lumen occultum.

eſt vnus cõmunis oculus totius hominis. que qui
dem recta intentio fundatur in humilitate ⁊ ſim-
augu. plicitate cordis. Et ſic dicit Auguſtinus: ꝙ ſimpli-
citas ⁊ hũilitas eſt fundamentũ ⁊ origo omniũ vir
tutũ: ⁊ quaſi lucerna ⁊ oculus dirigens oẽs virtu-
tes. que quidem humilitas naſcitur ⁊ ꝓuenit ex co-
gnitione ſuiipſius in homie. Nã homo cognoſcens
ſeipſum ⁊ naturam ſuam miſeram ⁊ fragilem ⁊ vi-
tiatam ex inobedientia ⁊ peccato primorum paren
tum: tunc humiliatus incipiet a contẽptu ſui vſq;
ad amorem dei: ⁊ videns ſe ita fragilem ⁊ pronum
ad peccandum non deſpiciet proximũ: imo miſere
bitur fragilitati ipſius proximi. et in hoc conſiſtit
hũilitas vñ naſcat. vera humilitas. ſ. incipiẽdo a contẽptu ſui vſq; ad
amorẽ dei ⁊ proximi. Que quidem hũilitas naſci-
tur in homine ex cognitione ſuiipſius: ſicut ſuper
bia per oppoſitum naſcit̃ ex inconſideratione ſui
ipſius. Quia ſi quis ꝯſideraret ⁊ cognoſceret ſeipm/
non eſſet ſuperb⁹: ſed humilis. Et ideo dicit Iuue-
nalis ⁊ omnes philoſophi ⁊ poete: ꝙ hoc verbum/
Cognoſce teipſum: deſcendit de celo in lamina au
rea ſcriptũ in templũ Apollinis. Et ſic dicit etiam
Auguſtinus: ꝙ ſicut ſuperbia que eſt initium om-
nis peccati: eſt prima ſuggeſtio diaboli: ita humi-
litas que eſt initiũ omnis virtutis eſt primum do-
num dei. Et ſic patet qualiter humilitas in homi-
ne/ eſt quidam cõmunis oculus dirigens omnẽ vir
ꝙ duplex eſt ocu lus interior ho. tutem: quia caſtitas ſine humilitate nihil prodeſt:
vt inquit Gregorius. Poteſt etiã dici ꝙ duplex eſt
oculus interior hominis. ſ. oculus rectus ⁊ ſimplex
et iſte dicitur oculus dexter: quo homo iuſtus oĩa.
recte reſpicit. Alter autem dicitur oculus ſiniſter:
quo homo nequam omnia ſuperbe ⁊ ficte ⁊ frau-
dulenter videt. Et ideo virgo Maria nõ vulnera-
uit Chriſtum oculo ſiniſtro: ſed oculo dextro. ſ. hu-
militatis ⁊ ſimplicitatis: vt faceret ipm de celo in
terram deſcendere. Itẽ etiã eſt aduertẽdum: ꝙ q̃li-
bet virtus dicitur quidã oculus anime. nam iuſti-
tia eſt quidam oculus quo anima omnia recte iu-
dicat et videt ⁊ operatur omnia iuſta. Et fortitudo
eſt oculus quo aĩa oĩa fortia videt ⁊ aggreditur.
Et temperantia eſt oculus quo anima oẽs delecta
tiones temperate videt: ⁊ omnia caſte videt. Sed
humilitas eſt illa virtus ⁊ oculus: quo oẽs virtu-
tes dirigit ⁊ retrahit a ſuperbia. Et ideo hũilitas
eſt tante perfectionis/ ꝙ non ſolum eſt amabilis ⁊
acceptabilis deo: ſed etiã oĩbus hominibus Sꝫ q̃r
iſte ocul⁹ humilitatis ꝑfectius fuit in v̾gine Ma-
ria: q̃ in aliqua alia creatura: ideo oculus hũilita-
tis virginis Marie intantũ vulnerauit filium dei: ⁊
ꝙ fecit ipſum deſcendere de celo in vterum eius: ⁊
ſumere carnem ex ea: quãdo dixit. Ecce ancilla do-
mini fiat mihi ſecundum verbũ tuum. Et ideo di-
xit Maria in ſuo cãtico. Quia reſpexit humilitatẽ
ancille ſue. Ecce enim ex hoc beatã me dicent om-
nes generationes. vt patet Luce. j. Et ſic patet: qđ
inter alios oculos virtutum virginis Marie ocu-
lus humilitatis fuit ille qui vulnerauit cor ipſi⁹ fi-
lij dei: vt deſcẽderet de celo in vterũ eius. ¶ Sꝫ eſt
iterũ aduertendũ ſecũdum Auguſtinũ: ꝙ ſicut hu-
militas eſt origo ⁊ radix ⁊ oculus omniuꝫ virtutũ:
ita pariter charitas eſt forma et vltima perfectio
earũdem. quia nulla virtus theologalis aut mora
lis eſt meritoria: niſi fuerit informata charitate. et
ideo omnis vera virtus incipit ab humilitate: ⁊ fini

tur in charitatem. Et ideo oſtendit Auguſti. quin-
to de ciuitate dei ꝙ apud Romanos ⁊ vniuerſali-
ter omnes gentiles nulla fuit vera virtus mora-
lis: eo ꝙ eis nulla fuit vera humilitas: nec chari-
tas: ſed honoris ambitio: ⁊ glorie cupiditas. Sed
quia virtutes ſunt ornatus animi: vt inquit Cice- Virtutes ornatus ſũt aĩmi.
ro: vnde ſicut crines ornant collum pulchre mulie-
ris: ita virtutes ornant animum: ideo Salomon in
hoc loco per crinem colli ſpõſe intelligit virtutes:
que ornabant virginẽ Mariam: ⁊ per collũ intelli
git ipſam virginem Mariam: que dicit̃ collum to-
tius corporis eccleſiaſtici. Nam ſicut in corpore hu
mano immediate poſt caput: ⁊ ſub capite colloca-
tur collũ: per qđ a capite in oĩa membra inferiora
deſcendit oĩs ſenſus ⁊ motus et vita: ita pariter in
corpore eccleſiaſtico virgo Maria collocatur im-
mediate poſt Chriſtuꝫ: ꝑ quã a chriſto deſcendunt
ad nos omnia dona gratiarum interceſſiue: prout
eſt mediatrix inter nos ⁊ Chriſtum filium ſuum et
caput noſtrũ. Sicut fuit declaratũ in expoſitione
ſuper Magnificat. Et ideo quia inter crines virtu-
tũ que deſcendunt a capite noſtro Chriſto: ⁊ ornãt
collũ virginis charitatis dicit̃ ꝓncipalis ⁊ forma
omniũ: ideo dicit ſponſus: ꝙ ſicut ſponſa vulnera-
uit cor ei⁹ ĩ vno oculo. ſ. humilitatis ita vulnerauit
cor eius in vno crine colli eius/ qui fuit crinis cha
ritatis. Et ſic aſſerit Chriſtus ꝙ humilitas/ et cha-
ritas virginis Marie vulnerauerunt cor eius: ⁊ fe
cerunt ipſum deſcendere de celo in terram/ et in
vterum eius: quia excelſus dominus: ⁊ humilia re-
ſpicit: ⁊ alta longe cognoſcit. pſalmo. cxxxvj. Sed
tunc inſurgit maior difficultas ⁊ maius dubium.
Nam ſi humilitas datur a ſolo deo: ⁊ charitas cuꝫ
ceteris virtutibus deſcendunt a ſolo Chriſto capi
te noſtro: ⁊ ornarunt virginem Mariam ſicut cri-
nes deſcẽdentes a capite ornant collum: ergo quo
modo iſte virtutes potuerunt vulnerare ⁊ mouere
filium dei ad veniendum in carnem: ſi virgo Ma-
ria non habuit has virtutes a ſe/ nec ex natura fuit
ſed fuerunt ipſi largite ex gratia Chriſti: ¶ Ad
hoc reſpondetur/ ſicut dictum eſt ſuper Magni-
ficat: quod filius dei non reſpexit humilitatem cuꝫ
ceteris virtutibus in Maria tanq̃ formam effici-
entem: ſed tanq̃ formam diſponentem: vt a deo di-
ligeretur: et vt eius mater efficeretur: ſicut auri-
fex facit anulum/ et celat gemmam pretioſam in
eo: et ſic diligit anulum/ et magnipendit ipſum pro
pter lapidem pretioſum/ quem in ipſo celauit. Ita
pariter deus creauit virginem Mariam: ⁊ in creã-
do omni genere virtutum ornauit: ⁊ decorauit/ et
ſufficiẽter diſpoſuit: vt eſſet digna fieri mater dei: ⁊
vt ex ipſa carnem aſſumeret. Et ſic Chriſtus reſpe-
xit in virgine matre ſua/ et dilexit humilitatem/
et charitatem: et cetera bona ſpiritualia/ que a Virgo maria prius fuit xp̄i ſpõſa quã mater.
primo inſtanti ſue creationis in ea plantauit. Et
ſic iſta humilitas caſta ſiue humilis virginitas
fuit vnus oculus: et charitas vnus crinis: quibus
virgo maria vulnerauit cor Chriſti ſponſi ſui: vt
deſcenderet in vterum eius. Ex quo patet quod
virgo Maria prius fuit ſponſa Chriſti quam ma-
ter. Nam a principio ſui eſſe fuit ſpõſa ornata mo-
nilibus ſupradictis: ſed poſtea in decimotertio
anno facta eſt mater eius per myſterium incar-
nationis. Et hoc de tertio queſito: et toto quinto
Cantico.



## ¶ Incipit Sextuꝫ Canticum.

Surge aquilo: ⁊ veni auſter:
Perfla hortum meum:
Et fluent aromata illius.
Ueniat dilectus meus in hor-
tum ſuum.
Ut comedat fructum pomorum ſuorum.
Ueni in hortum meum ſoror mea ſponſa
Meſſui myrrham meam cum aromatib⁹
meis.
Comedi fauum cum melle meo:
Et bibi vinum meum cum lacte meo:
Comedite amici mei ⁊ bibite:
Et inebriamini chariſſimi.
Ego dormio ⁊ cor meum vigilat:
Uox dilecti mei pulſantis.
Aperi mihi ſoror mea.
Amica mea: columba mea:
Immaculata mea:
Quia caput meum plenuꝫ eſt rore.
Et cincinni mei guttis noctium.
Expoliaui me tunica mea:
Quomodo induar illa:
Laui pedes meos:
Quomodo inquinabo illos:
Dilectus me⁹ miſit manuꝫ ſuã ꝑ foramẽ:
Et venter meus intremuit ad tactũ eius.
Surrexi vt aperirem dilecto meo.
Manus mee ſtillauerunt myrrhaꝫ:
Et digiti mei pleni myrrha probatiſſima
Peſſulum oſtij mei aperui dilecto meo.
At ille declinauerat atq; tranſierat.
Anima mea liquefacta eſt:
Ut dilectus locutus eſt.
Queſiui ⁊ non inueni illum.
Uocaui ⁊ non reſpondit mihi.
Inuenerunt me cuſtodes.
Qui circuierunt ciuitatem:
Percuſſerunt me.
Et vulnerauerunt me.
Tulerunt pallium meum
Cuſtodes murorum.

Surge aquilo ⁊ veni auſter.
¶ Hoc eſt canticuꝫ ſextum: ĩ quo Sa
lomõ cãtat ⁊ explicat mortẽ ⁊ paſſio-
nẽ Chriſti: vnde hñt virtutẽ ⁊ effica
ciã ⁊ originẽ oĩa eccl'iaſtica ſacramen
ta ⁊ oĩa ornamenta ⁊ bona ſpũalia: quibus Chri-
ſtus ornauit ⁊ dotauit ⁊ decorauit eccleſiam ſpon-
ſam ſuam prout Salomon preuidit in ſpiritu per
mortẽ Moyſi. Ad cuius intellectum eſt notandum
prout legit̃ Deute. xxxij. ⁊. xxxiiij. ꝙ poſtq̃ Moy-
ſes cõminatus fuerat maledictionem ⁊ punitionẽ
obſtinatis filijs Iſrael ſcđm carnem: qui Chriſtuꝫ
erant crucifixuri: ⁊ in eadẽ perfidia ꝑmanſuri: aſcẽ
dit in montem Abarim: ⁊ conſiderando illam ter-
rã preuidit in ſpiritu totã futurã diſpoſitionem et
multiplicationẽ eccl'ie ⁊ filiorũ Iſrael ſcđm ſpiritũ
⁊ promiſſioneꝫ per Chriſtũ ex duodecim apoſtolis
regenerandorum. Et ſic benedixit filijs Iſrael ſcđꝫ
ſpiritum et promiſſionem. Et poſtea mortuus eſt
Moyſes in illo monte ⁊ ſepeliuit eum dñs per an
gelũ ſuũ Michaelẽ: vt dicitur in canonica Iude.
nec amplius inuentum eſt corp⁹ eius: nec aliquis
nouit ipſum vſq; in preſentem diem. et ideo fleue-
runt eum filij Iſrael. xxx. diebus. Per qđ myſteriũ
preuidit Salomon in ſpiritu: qualiter Chriſtus ꝑ
Moyſen figuratus primo debebat prenuntiare et
cõmunicare Iudeis crucifixoribus ſuis et obſtina
tis futuram damnationem. prout fecit Matthei
xxij. xxiij. ⁊. xxiiij. poſtea bñdicere eccleſie ſue. ſ.
apoſtolorum ⁊ diſcipulorum et omnium fidelium
futurorum. prout fecit Ioan. xiij. capitulo. vſq; ad
xvij. incluſiue. Poſtea debebat aſcendere in mon
tem crucis et ibi pro oĩbus nobis realiter mori: et
in ſepulcro ſepeliri cuius corpus de cetero nemo
mortale ⁊ paſſibile poterat videre: q̃r poſtq̃ ſurre-
xit amplius nõ moritur: nec mors illi vltra domi
nabitur. Itẽ ꝓuidit in ſpiritu qualiter tota eccle
ſia apoſtolorũ et mulierum debebat facere magnũ
planctum ſup montem Chriſti: et querere eũ in ſe
pulchro: ſed non amplius ipſum mortalẽ reperire
ſicut factum eſt: prout referunt oẽs euangeliſte.
Omnia ergo iſta preuidens Salomon in ſpiritu fe
cit hoc ſextum canticum ĩ quo introducit Chriſtũ
cantantem ⁊ explicãtem myſterium ſue paſſionis a
et mortis. Duo ergo facit Salomon in hoc cantico
Nam primo introducit Chriſtum explicantem ſuã
paſſionem. Secundo introducit eccleſiam diſcipu
lorum ⁊ mulierum deflentem paſſionem ſponſi ſui
Chriſti: et querentem ipſum in ſepulcro ibi. Sur-
rexit: vt aperirem dilecto meo. ¶ Quantum ad
primum eſt valde notandum: quod Salomon con
ſiderat Chriſtum redemptorem tanquam vnũ cor
pus aromaticum: ſiue tanq̃ vnam apothecaꝫ ſiue
tanq̃ vnum hortum plenum arboribus et plantis
aromaticis. qui quidem hortus cõtrarijs ventis
paſſionis agitatus emiſit diuerſos odores pretio
ſiſſimos: ex quibus fuerunt confecta pretioſiſſima
vnguenta ad ſananda vulnera peccatorũ. Sed q̃r
odor eſt valde diffuſiuus ⁊ multiplicatiuus/ ꝓut
dicit cõmentator. in ſecundo de anima: q̃r vultures
vltra mille miliaria venerunt ad corpora mor-
tuorũ in bello Troiano ſentiẽtes de longinquo odo
rem eorum: ideo tante virtutis fuit odor Chriſti ꝙ
per quater mille annos ante eius aduentũ omnes
patres ve. teſt. ſenſerunt eius odorẽ. Et ſic Adã et
Abel ⁊ Noe ⁊ oẽs poſteri fideles iam currebant ad
Chriſtũ per odorem fidei ipſius prout dictũ eſt in
primo cãtico. Item ſcđo eſt etiã cum fide ⁊ charita
te aduertendũ ſecundum Auguſtinum ſuper Ioã.
⁊ ſup Gene. ꝙ ſicut tota Eua erat virtualiter ĩ illa
coſta Ade intra ipſum Adam anteq̃ formaretur et
exiret de latere eius in mulierem: ita pariter tota.

eccleſia erat virtualiter in corpore ⁊ ventre chriſti
ante paſſionẽ: que poſtea exiuit de latere Chriſti
quando miles aperuit ipſum: ⁊ exiuit ſanguis et
Augu. aqua: vnde habent virtutem ⁊ efficaciam oĩa eccle
ſiaſtica ſacramenta. Et ſic aſſerit Augu. ꝙ tota ec-
cleſia erat virtualiter in corꝑe Chriſti: ⁊ exiuit rea
liter de latere eius per mortẽ ⁊ paſſionẽ. Sed cum
iſta eccleſia ſponſa Chriſti dicatur hortus conclu-
ſus ⁊ fons ſignatus: et hortus in quo creſcunt et
germinantur poma ⁊ aromata eccleſiaſtica: eſt er-
go dicendum qđ tot⁹ iſte hort⁹ aromatũ virtua-
liter erat in corꝑe chriſti ante mortẽ ⁊ paſſionem:
ſed per talẽ paſſionem iſte hortus emiſit et expira
uit odorem ⁊ aromata fructuũ ⁊ eccleſiaſticorũ ſa
cramẽtorũ ad extra. Ex quibus aromatibus cõſtat
formaliter eccleſia prout dictũ eſt. ¶ Sed ſicut ar
P bores aromatice non emittunt odorem niſi quan-
do contrarijs ventis agitantur: ita pariter corpus
chriſti in quo virtualiter cõtinebant aromata ec-
cleſiaſtica / noluit illa emittere niſi valde agitatuꝫ
ictibus ⁊ vulneribus percuſſuꝫ. Vñ arbor myrrhe
Arbor myrrhe duob⁹ modis diſtillat liquorẽ ſuum. duobus modis diſtillat liquorẽ ſuũ: vno modo in
menſe Martij ⁊ Aprilis: qñ agitatur ventis cõtra
rijs: ⁊ illa dicitur myrrha prima: ſed pauca. Sꝫ po-
ſtea agricole faciunt inciſuram in cortice lateris
illius arboris: ⁊ tunc emanat myrrha copioſa. Ita
pariter fuit in paſſione xp̃i: nam primo Judei et gẽ
tiles tanq̃ venti contrarij agitarũt et percuſſerũt
⁊ flagellarunt corpus chriſti: ⁊ tũc ille ſanguis fla
gellorũ et etiam clauorum fuit quaſi myrrha pri-
ma: ſed poſtea miles aperuit lancea latus Chriſti:
⁊ tunc exiuit copioſe ſanguis ⁊ aqua quaſi myrrha
ſcđa in medullaꝫ ⁊ ſalutem omniuꝫ peccatorũ. Et
ideo in hoc libro ſemper per myrrhã intelligit ſan
guis ⁊ paſſio Chriſti: ⁊ ſic etiã per oĩa illa aroma-
ta hic memorata. ¶ Iterum autem eſt aduertẽdũ
Q ſm Auguſtinũ ⁊ Magiſtrũ primi ſententiarum di
Qua ſtinctione vltima: ꝙ quatuor voluntates cõcurrũt
tuor vo in mortem ⁊ paſſionem Chriſti ſcilicet voluntas
lũtates bona dei patris: qui propter nimiã charitatẽ qua
concur dilexit nos: miſit fi. iũ ſuũ in ſimilitudinẽ carnis pec-
runt in cati: vt damnaret peccatũ noſtrũ in carne. ad Ro-
mortẽ ⁊ manos. viij. Secunda fuit mala voluntas Judeo
paſſio- rum: qui ex inuidia ⁊ malitia occiderunt eum ne
neꝫ xp̃i regnaret ſuper eos: et ne perderent locum ⁊ gentẽ
Joã. xj. Tertia fuit bona voluntas patriarcharũ / ⁊
prophetarum ⁊ omniũ fideliũ veteris teſtamẽti. pe
tentiũ Chriſtũ vt veniret in carnẽ ad liberandũ ge
nus humanũ: vt patet per totum diſcurſum legis ⁊
prophetarũ: vt potuit in primo cãtico. Quarta fuit
bona voluntas Chriſti qui ſponte tradidit ſemet
ipſuꝫ pro nobis. primo vt placeret et obediret deo
patri vt ptꝫ Math. xxvj. ⁊ Luce. xxij. cũ dixit patri
Fiat voluntas tua. ſecundo vt toti generi humano
ſubueniret: ⁊ ipſum liberaret: vt ipſe dicit. Joã. x.
Animam meam pono pro ouibus meis Et ſic dixit
Augu. ꝙ bona voluntas patris ⁊ filij ⁊ etiã oĩm fi-
delium fuit cõpleta per malam voluntatẽ Judeo-
rum. Sed mala voluntas iudeorꝫ dr̃ cõtraria volũ
tati patris ⁊ filij ⁊ fideliũ quantũ ad intentionẽ et
finem: ⁊ ideo iſte voluntates. ſ. dei patris ⁊ iudeoruꝫ
deſignant per duos ventos cõtrarios. ſ. per aqui-
lonẽ ⁊ auſtrũ. Quatuor ergo venti. ſ. quatuor volũ-
tates deſignate per quatuor ventos perflauerũt / ⁊
agitauerũt hortũ xp̃i vt fluerent ⁊ expirarent ar-
mata paſſionis eius ad noſtrã ſalutẽ. ¶ Que quidē
quatuor voluntates deſignant ꝑ quatuor ventos
Nã ꝑ aquilonem deſinat mala ⁊ frigida ⁊ atrox et
inuida voluntas Judeorũ. Et per auſtruꝫ deſignat
volũtas patris. Et per orietalẽ vẽtũ deſignat volũ
tas filij. Et ꝑ occidentalẽ deſignat volũtas oĩm fi-
delium. Et has quatuor voluntates cõcurrẽtes ad
paſſionẽ xp̃i explicat Salomon ꝑ Chriſtum in hac
parte: vñ ait. O aquilo. i. aſper ⁊ frigida volũtas
iudeorũ ꝑ defectũ charitatis / ſurge cũ ĩpetu ⁊ vio
lentia cõtra me. Et o tu auſter. i. benigna ⁊ charita
tiua voluntas patris veni ⁊ ſimul cum aquilone
perfla ⁊ agita hortum meũ. i. corpus meũ ꝑ mortẽ
⁊ paſſionẽ: ⁊ fluant ⁊ expirent ⁊ manent aromata il
lius per vulnera flagellorũ ⁊ clauorꝫ ⁊ lancee ĩ vir
tutẽ ⁊ efficaciam ſacramẽtorꝫ. Et nota ꝙ in hac lo
cutiõe explicat ſpontanea volũtas Chriſti filij pa-
tris / que excitat volũtatẽ pr̃is ⁊ iudeorꝫ vt ſurgãt
⁊ veniãt ad ꝑflãdũ hortũ eius: vñ Chriſt⁹ volunta-
rie ⁊ ſponte ſe obtulit iudeis qñ dicit apoſtolis.
Ecce aſcendimus Hieroſolymã ⁊ fili⁹ hoĩs tradet
Itẽ qñ dixit Judeis: quẽ queritis: ego ſum ſi ergo
me queritis ſinite hos habire. Itẽ tũc ſe ſpõte ob
tulit patri qñ dixit. Fiat voluntas tua. Et ſic patet
triplex voluntas. Sed quarta. ſ. voluntas oĩm fide
liũ vete. teſt: explicat cũ ſubdit in ꝑſona ſpõſe. Ve
niat dilectus me⁹ in hortũ ſuũ. Unde ſponſa. i. tota
eccleſia fideliũ vet. teſt vſq̧ ad zachariã ⁊ Simeo
nẽ ⁊ Joſeph ⁊ virginẽ Mariã incluſiue cũ magno
deſiderio vocat Chriſtũ vt veniat in hortũ paſſio-
nis ⁊ colligat ⁊ comedat ⁊ guſtet fructũ ſue paſſio
nis ad fideles reficiendos ⁊ viuificandos ⁊ nutrien
dos Dicit ergo ſponſa. Veniat dilectus me⁹ ĩ hortũ
ſuũ. i. ſue paſſiõis: vt comedat fructũ pomorꝫ ſuorꝫ
ſ. recipiat alapas ⁊ flagella ⁊ vulnera: quaſi dicat:
ſicut Adam comedit pomũ ligni prohibiti in hor-
to paradiſi in ꝑniciẽ totius gñis humani ita veniat
dilect⁹ meus in hortũ paſſionis: ⁊ comedat fructũ
pomorꝫ ſue paſſionis: in ſalutẽ oĩm credentiũ. De
inde cũ dicit. Veni in hortũ meũ ſoror mea ſponſa:
hic ponitur gratioſa ſpõſi reſponſio annuentis vo
tis et petitionib⁹ ſponſe: Unde aduertendũ: ꝙ to-
ta paſſio Chriſti fuit act⁹ iuſtitie ⁊ punitiõis ꝑ pec
cato primorũ parentum ⁊ raptu ſibi ꝓhibiti quem
rapuerunt in horto paradiſi contra voluntatẽ dei
qui quidẽ fructus licet eis viſus fuerit pulcher et
dulcis: tñ nobis fuit fetidus et amarus inquantuꝫ
corrupit totũ genus humanum. Et ideo Chriſt⁹ q̃
voluit ſuperare diabolũ: non ſola potẽtia: ſed ꝟe-
ra iuſtitia: voluit in ſe pro nobis luere ⁊ pati penã
illius peccati: et quod non rapuit voluit exoluere.
Unde ſicut Adam in horto paradiſi cõmiſit crimẽ:
ita Chriſtus expiator illius ſceleris voluit intrare
hortum Getſemani: et ibi orauit pro Adã ⁊ oĩbus
poſteris eius: et ibi voluit capi / ⁊ ligari et trahi et
percuti per miniſtros pontificum. Item qꝛ Adam
extendit manus ad arborem et rapuit fructum pro
hibitum: ⁊ ideo Chriſtus extendit manus ⁊ brachia
in arbore crucis ⁊ ibi fuit manibus et pedibus cõ
clauatus et lancea percuſſus. Item Adam come-
dit pomum dulce ad veſcendum: ſed Chriſtus bi-
bit acetum myrrhatum ⁊ amariſſimum in cruce.
Sꝫ licet illa paſſio fuerit Chriſto amariſſima ſicut
myrrha: tamẽ fuit nobis dulciſſima ſicut mel quo
ad effectum: et fuit odorifera ſicut omnia aroma-



ta confortatiua: ⁊ inebriatiua ſicut vinum: ⁊ nu-
tritiua: ſicut lac. Et ideo ponuntur hic ⁊ memoran
tur ſex liquores quibus paſſio Chriſti compara-
tur quo ad effectum quem facit in nobis. ſ. myrrha
⁊ cetera aromata ⁊ fauus cũ melle ⁊ vinum cũ la-
cte. Unde licet myrrha ſit amara: tñ eſt malorũ hu
morũ purgatiua: ⁊ a corruptione preſeruatiua. Ita
paſſio Chriſti licet fuerit ipſi amara ⁊ doloroſa / tñ
fuit malorũ humorum noſtri peccati purgatiua: ⁊
a futura corruptione preſeruatiua: ⁊ hoc ꝑ virtutẽ
quam cõtulit baptiſmo ad purgandum peccatum
originale: ⁊ penitentie ad purgandum actuale ⁊ ve
niale. Et eſt ꝑſeruatiua a corruptione ꝑ ſacramen-
tũ cõfirmationis. ⁊ ſic paſſio Chriſti fuit ſicut myr-
rha que diſtillat ex latere illius arboris. Itẽ ſicut
oĩa aromata licet ſemel ſint ex arbore collecta: tñ
ſemper expirant ⁊ redolent odorẽ ſuauiſſimum: ita
pariter paſſio Chriſti licet ſemel fuerit facta ⁊ col-
lecta ex arbore crucis: tamen ſemꝑ redolet ⁊ emit
tit ſuauiſſimũ odorem aromaticum: ⁊ diſtillat ſuũ
ſaporem dulciſſimum ſicut fauus ⁊ ſicut mel. Eſt
ergo nobis paſſio Chriſti per virtutem quã contu-
lit ſacramentis: purgatiua ſicut myrrha: odorifera
ſicut oĩa aromata: ⁊ diſtillatiua virtutis ſicut fau⁹:
⁊ dulciſſima ſicut mel: ⁊ ꝯfortatiua ⁊ inebriatiua ſi
cut vinũ: ⁊ nutritiua ſicut lac: maxime ꝑ ſacramẽtũ
euchariſtie. Hos autem fructus dicit Chriſtus ſe
collegiſſe ex horto paſſionis ⁊ comediſſe ⁊ guſtaſſe
in arbore crucis. Dicit ergo Chriſtus. O eccl'ia ſo-
ror mea ꝑ aſſumptionẽ humanitatis: ⁊ ſponſa mea
per myſticam vnionem et in fide deſponſationem
iam veni in hortum huius peregrinationis ⁊ paſ-
ſionis: ⁊ in hortum orationis: vt annuerem votis
⁊ clamoribus tuis ab initio mundi me vocaſti per
patriarchas ⁊ ꝓphetas ⁊ fideles ve. te. Et iam meſ
ſui myrrham mee paſſionis cum aromatib⁹ meis
i. cum odoriferis effectibus ⁊ virtutibus mee paſ-
ſionis: ⁊ iam comedi fauum cum melle meo oĩbus
fidelibus dulciſſimo. Et iam bibi vinum vobis cõ-
fortatiuum / cum lacte meo ad veſtram nutritionẽ
⁊ refectionem. Comedite ergo amici hunc fauum
mellis qđ pro vobis parauit: ⁊ bibite ⁊ inebriami-
ni hoc vino charitatis ⁊ virtutis inebriatiue ⁊ nu-
tritiue: qꝛ hunc cibũ ⁊ potum deſiderarunt oẽs pa
triarche ⁊ ꝓphete ⁊ oẽs fideles veteris teſtamẽti.
quẽ cibũ ⁊ potum nõ potuit dare Moyſes nec etiã
lex ꝑ ipſum data: quẽ cibum nõ poteratis recipe-
re niſi ꝑ mortem ⁊ paſſionem meam. Jam ergo eſt
tempus recipiendi iſtũ cibum ⁊ potũ ex mea paſ-
ſione manantem: qꝛ et ſi ego dormio ſomno mor-
tis: tñ cor meũ vigilat in veſtra redemptione. vnde
licet videatis me vere mortuũ in cruce ⁊ in ſepul-
cro: tamen cor meum. i. aĩa mea vigilat: qꝛ deſcẽdit
ad inferos ad cõdemnandũ diabolum ⁊ liberãdos
ſanctos patres ⁊ fideles. Unde nota: ꝙ licet Chri-
ſtus penderet mortuus in cruce: ⁊ iaceret in ſepul
cro: tñ ſemꝑ vigilabat in exercendo opera noſtre
redẽptionis. nã aĩa eius vnita cum verbo iudica-
bat diabolum in inferno diſcutiẽdo ⁊ examinando
cauſam noſtram: ⁊ corpus eius vnitum eidem ver
bo ſemꝑ diſtillabat virtutem ⁊ merita illius paſſio-
nis ad noſtrã ſalutẽ. Et diſtillabat virtutem ſacra-
mentorum. nã poſt emiſſionem ſpiritus miles lan-
cea aperuit latus eius: vñ exiuit ſanguis ⁊ aqua
in remiſſionem ⁊ pretium peccatorum ⁊ virtutem
ſacramentorũ. Et ſic licet Chriſtus eſſet vere mor-
tuus: tñ cor eius ſemper vigilabat exercẽdo opera
noſtre redemptionis. vnde mors eius dicta eſt dor
mitio propter facilitatem reſurrectionis ⁊ euigi-
lationis. Itẽ Chriſtus dicebat ſe in illa morte dor- Mors xp̃i di-
mire propter firmã ſpẽ reſurrectionis: Et dicebat cta eſt
ſe vigilare propter continuum exercitum ⁊ vnicũ dormi-
actum noſtre redemptionis: qꝛ dum eſſet iam mor- tio.
tuus fuit in latere vulneratus: vnde exiuit pretiũ
noſtre redemptionis. Et ſic vigilabat in noſtra re-
demptione nõ ſolum quo ad aĩam: ſed etiaꝫ quo ad
corpus. Unde notandum: ꝙ totam iſtam cantilenã
cantauit ⁊ oĩa iſta verba dixit Chriſtus in cruce: ⁊
oĩa iſta verba audierunt virgo Maria ⁊ Joannes
euangeliſta: q̃ erãt ibi iuxta crucẽ tanq̃ ꝓcuratores
res pro tota eccl'ia: ⁊ etiam Magdalena ⁊ alie mu-
lieres que erant non longe a cruce: Nã cũ Chriſtus
dixit / Sitio: vocat oẽs fideles cũ magno deſiderio
ad guſtandũ fructũ ſue paſſionis vt inquit Augu.
Ideo ſponſa audiens vocẽ Chriſti vocantis eam de
cruce ad guſtandum fructum ſue paſſionis: dicit.
S Vox dilecti mei pulſantis. i. audita eſt mihi vox di-
lecti mei pulſantis ad oſtium meum. ¶ Ad cuius
intellectũ eſt notãdũ: ꝙ Salomon cõparat in hac
parte ſollicitudinẽ Chriſti in noſtra redemptiõe ad
ſollicitudinẽ ſponſi ⁊ amantis tẽporalis erga ſuaꝫ
ſponſam ſiue amaſiã. Nã conſuetudo eſt amãtis: in
nocte dũ ceteri dormiũt venire ad oſtiũ ſponſe: et
ibi cantare ⁊ exponere amorẽ ſuũ ⁊ laborẽ ⁊ dolo-
rẽ quẽ patitur ⁊ ſuſtinet amore eius. immo ponit
manũ ꝑ feneſtram pulſando ⁊ faciendo ſignũ intra
domum vt ipſum audiat ſponſa. Et ſi ſponſa diligit
eum: cõpatiens illi ſurgit a lecto: vt aperiat ipſi: ⁊
cõfabulentur adinuicẽ: ⁊ reddat ipſi vicẽ amoris.
Ita ergo pariter fecit Chriſt⁹ ſpõſus noſter in no-
ſtra redẽptione. Nam dum nos eſſemus in lecto te-
nebrarũ ⁊ peccatorum ⁊ ignorantie: ⁊ in nocte ceri-
monialiũ ⁊ ſuperſtitionis gẽtilitatis: venit de celo
in terrã ⁊ ꝑ tres annos pulſauit ad oſtium noſtrũ
cantando doctrinã euãgelicã. Et tandem venit ad
oſtiũ crucis: ꝑ qđ intramus iſtã eccl'iam ꝑ gratiã:
⁊ ibi poſuit manũ ſuã ꝑ foramẽ: qñ ibi fuit cõclaua-
tus: ⁊ lancea ꝑcuſſus: ⁊ ibi vocando nos ad fidem
⁊ gratiam ⁊ fructũ ſue paſſionis. cãtauit iſtã cãtile-
nã: quã Salomon explicat in hoc loco: in quo cãti-
co Chriſtus explicat labores ⁊ dolores quos ꝓ no-
bis ſuſtinuit ⁊ paſſus eſt ⁊ explicat amorẽ quẽ ge-
T rebat erga eccleſiã ſponſam ſuã. Et hoc explicauit
ꝑ ſeptẽ verba: q̃ dixit pendendo in cruce. ¶ Quorũ
primũ verbũ dixerit ad patrem: dicens. Heli heli la
ma zabatani. i. deus de⁹ me⁹ vt q̃d dereliquiſti me
i. quare dereliquiſti mẽbra mea: ⁊ totum genus hu-
manum ꝑ tot tempora in poteſtate diaboli ꝓpter
peccatum ipſius Adam: Et quare me dereliquiſti
in poteſtate Judeorum: vt ego patiar pro peccato
omnium hominum? Secundũ verbũ dixerit ad pa-
trem ꝓ oĩbus peccatoribus: dicens. Pater ignoſce quare
illis: qꝛ neſciunt quid faciunt. Tertiũ verbum di- xp̃s ap
xerit ad latronem pẽdentẽ ⁊ veniã petentẽ: dicẽs. pella
Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiſo. uit vir-
Quod quidem verbũ dirigitur oĩbus penitentib⁹. ginem
Quartum verbum dixerit ad matrẽ: dicens. Mu- mulie-
lier ecce fili⁹ tuus. ⁊ ad diſcipulũ: Ecce mater tua. rẽ ⁊ nõ
Ubi nõ appellauit eã matrẽ: ſed mulierẽ: ad oſten- matrẽ
dendum ꝙ Chriſtus patiebat ibi tanq̃ perſona cõ

munis ⁊ caput eccleſie. Et ſic virgo Maria erat mē
brū chriſti: ⁊ per cōſequens ita patiebat̃ pro ea ſi-
cut pro ceteris. Nam illa gratia qua virgo Maria
fuit ſanctificata in primo inſtanti ſui eſſe: per quā
fuit preſeruata ab originali pctō traxit virtutē ex
paſſiōe Chriſti. Ideo virgo Maria fuit vera redem
pta ⁊ perfectius ꝙ ceteri: ſicut dictū fuit in expoſi
tione pſalmi. xlv. ⁊ ſuper Magnificat. Et ideo xp̄s
in cruce nō appellauit eam matrem: ſed mulierē/
tanꝙ membrum eccleſie cū ceteris redēptū. Quin
tum verbum fuit. Sitio. Per quod verbum oſtēdit
Chriſtus deſideriū ſalutis ⁊ redēptiōis omniū no-
ſtrū. Et ſic per tale verbū vocabat oēs ad partici-
pandam ſuam paſſionem/ vt inquit Auſt. Et ſic in
hoc verbo includitur totum iſtud canticum vt vi-
debitur. Sextū verbū quod dixit: fuit Conſumma
tū eſt. Per qd̄ oſtēdit Chriſtus quod omnia myſte-
ria ⁊ promiſſa patriarcharum/ ⁊ dicta omnium pro
phetarum erant in ſe cōpleta ⁊ verificata: ⁊ per cō
ſequens quod iam fecerat debitum ſuum quo ad
paſſionem ⁊ noſtrarum redemptionem animarū: ⁊
q: non reſtabat niſi reſurrectio quo ad redēptionē
corporum. Septimum ⁊ vltimum verbum fuit qd̄
dixit. In manus tuas commendo ſpiritum meum.
Ubi commendauit etiā patri animas omnium fi-
delium ⁊ credentium. Sed cum poſtea ſubdit. Re-
demiſti me domine deꝰ veritatis: loquitur in per-
ſona membrorū: quia xp̄s in capite non fuit redem
ptus: ſed redemptor ſuorū membrorū. Sed appellat
patrē redēptorē inquantū acceptauit paſſionem fi
lij in pretiū noſtre redemptionis: vt dictū eſt pſal.
xvij. ⁊. xxx. Et ſic Chriſtus dictis ſupradictis verbis
expirauit: ⁊ emiſit ſpm̄: vbi fuit oſtenſa vera mors
eius. Hec ergo ſeptē verba fuerunt illud canticum
qd̄ chriſtus cantauit in cruce ad oſtium ſponſe. Qd̄
quidem canticum audiuit beata virgo Maria et
Joannes ſtantes iuxta crucem in perſona totius
eccleſiē. Que quidem verba intrauerunt per fora-
men ⁊ feneſtrā anime virginis Marie: ⁊ pulſaue-
runt animā eius: ⁊ pertranſiuerūt ⁊ vulnerauerūt
eam tanꝙ gladius: ⁊ cōmouerunt omnia viſcera
eius: ſicut predixerat ipſi Simeon. Hoc ego myſte
rium explicat Salomon in perſona Chriſti in hoc
cantico. Unde ait: quod dn̄s Chriſtus ſponſus dice-
ret verba ſupradicta pulſando in cruce ad oſtium
humane nature vocando eam: tunc ſponſa iacens
in lecto doloris ⁊ meroris dixit intra ſe. Audita eſt
mihi vox dilecti mei ad oſtium pulſantis. Sed dū
ipſa ſurgebat ad aperiendum: tunc ipſe ſponſus
ſemper continuabat ſuum canticum ⁊ verba dicēs
de cruce. Aperi mihi ſoror mea amica mea: colum-
ba mea. Et appellat humanam naturam ſororem:
inquantum ex ea aſſumpſit carnem in vnitatē ſup
poſiti/ ⁊ appellat amicam: q: maiorem amicitiam
⁊ charitatem non potuit ipſi oſtendere ꝙ pati pro
ea. Et appellat eam columbam: inquātum per ſuā
paſſionem reddidit eam pulchram non habentem
rugam neqꝫ maculam: vt dictum eſt in cantico pre
cedenti. Dicit ergo: aperi mihi portas infidelitatis
⁊ tenebrarum: ⁊ recipe me per fidem: ⁊ efficieris
amica ⁊ columba mea: quia propter te deſcendi de
celo ⁊ peregrinatus ſum: ⁊ perambulaui terrā cum
fame ⁊ ſiti ⁊ multis laboribus/ vt quererem ouem
peditam ⁊ finaliter in fine peregrinationis fui ca-
ptus in horto ⁊ ligatus: ⁊ per terram tractus: ⁊ per
totam iſtam noctem afflictus amore tui: ⁊ ductus
ad domū Anne: vbi recepi alapam ⁊ multa oppro-
bria ⁊ conuitia. Et exinde ad domum Caiphe: vbi
fui percuſſus in facie/ ⁊ conſputus: et contume-
lijs affectus. Et deinde fui ductus ad domum Pila
ti: ⁊ ibi flagellatus. Et ſic dedi corpus meū percu-
tientibus ⁊ genas meas vellētibus. Et amore tui
faciem meā non auerti ab increpantibus ⁊ conſpuē
tibus in me. Et ideo aperi mihi: quia caput meum
plenum eſt rore ſudoris ⁊ ſanguinis ex ictibus et
percuſſiōibus. Et cincinni. i. capilli mei pleni ſunt
guttis noctiū. quaſi dicat: ſicut amaſius ⁊ ſponſus
patitur rorem ⁊ pluuiam vigilando ad oſtium et
fores ſponſe: ita ego querendo ſponſam meam per
totam illā noctem paſſus ſum pluuiam alaparum
⁊ ictuum ⁊ percuſſionum ⁊ ſputorum ⁊ flagellorū.
Et ſic caput meum plenum eſt rore/ id eſt ſudore: ⁊
capilli mei guttis noctium: que ſolēt cadere in no-
cte ſuper capillos amantiū. Et appellat Chriſtus
omnia illa flagella ⁊ conuitia guttas noctium: eo
ꝙ tam iudei ꝙ milites Pilati affligentes Chriſtū
erant in nocte tenebrarum. Ideo dixit eis. Hec eſt
hora veſtra ⁊ poteſtas tenebrarū. Nam iudei erant
obtenebrati per inuidiā ⁊ malitiam: gentiles vero
per ignorantiā: diſcipuli autē ⁊ precipue Petrus ꝑ
cecitatem negationis. Et omnes ambulabāt in no
cte tenebrarum. Et ſic non ſolum affligebant Chri
ſtum in illa nocte temporis: ſed etiam in nocte pec
catorum ⁊ tenebrarum. Sed quia chriſtus poſt tot
afflictiōes quas paſſus fuerat in nocte/ fuit in me
ridie crucifixus: et in latere percuſſus: ⁊ vere mor
tuus/ q: anima fuit corpore expoliata: ideo ſubdit.
Expoliaui me tunica mea. ſ. tunica corporis: q: cor
pus vere fuit ab anima in cruce ſeparatum: ⁊ deſti
tutum: ⁊ anima deſcendit ad inferos ad ſanctos
patres ⁊ fideles omnes liberandos. Sed quia ta-
le corpus expoliauit vt noſtram mortem deſtrue-
ret: ideo in reſurrectione recuperauit corpus imor
tale ⁊ impaſſibile: ⁊ ſic nō recuperauit mortalitatē:
nec alios defectus corporales ⁊ humanos: q: oīa
illa manſerunt in ſepulcro cū omnibus cerimonia
libus incinerata. Et ſic Chriſtus in cruce non ſolū
exiuit ⁊ expoliauit corpus ab anima: ſed peram-
plius tunicam mortalitatis ⁊ paſſibilitatis ⁊ tuni-
cam grauem omnium cerimonialiū ⁊ legalium: q:
omnia iſta fuerunt mortua ⁊ crucifixa cum Chri-
ſto: vt inquit apoſtolus ad Coloſſ. ij. De hac ergo
tunica legaliter de tunica mortalitatis ⁊ paſſibi-
litatis: dicit. Quomodo induar illa: quaſi dicat:
nullo modo: quia nunꝙ amplius induar tunica
mortalitatis: quia chriſtus amplius non moritur:
nec mors illi vltra dominabitur. Nec amplius in-
duar tunica cerimonialium: ⁊ legalium/ quia iam
eſt rupta ⁊ putrefacta: et manſit incinerata in ſe-
pulcro: quia paſcha iudeorum fuit mortuum cum
omnibus legalibus: ⁊ crucifixum in cruce cum
Chriſto/ ⁊ ſepultum cum eo/ et ſabbatum fuit ſi-
gnatum: et incluſum in ſepulcro cum Chriſto Sed
in die dominica non ſurrexit paſcha. nec ſabba-
tum cum Chriſto: ſed ſola dies dominica: paſcha
⁊ ſabbato cum omnibus legalibus manentibus
in ſepulcro incineratis/ ſicut dictum fuit in tra-
ctatu contra Judeos. queſtione prima/ et ſe-
cunda. Et de hac tunica putrefacta ⁊ incinera
ta dixit Chriſtus. Quomodo induar illa: quaſi



dicat: nullo modo: q: recuperauit ⁊ reinduit corpꝰ
ſed nō cū tali tunica mortali ⁊ legali. Item q: Chri
ſtus in cruce lauit pedes ⁊ manus ſuas ſanguine
effuſo per vulnera in ablutionē peccatorū: qui quī-
dem pedes nō ampliꝰ fuerunt coinquinati ſangui-
ne mortali: ideo ſubdit. Laui pedes meos: quō co-
inquinabo illos: quaſi dicat/ nullo modo coinqui-
nabo illos ſanguine mortali poſtquā ſemel paſſus
ſum/ ⁊ ſurrexi in corpus immortale/ et glorioſum.
¶ Et nota ꝙ Chriſtus madefaciendo pedes et ma
nus ⁊ corpus ſuum illo ſanguine/ lauit ⁊ mundauit
manus ⁊ pedes ⁊ totum corpus eccleſie ſue ab om-
ni ſorde peccati: que quidē eccleſia nunꝙ amplius
coinquinabitur quantum ad formam licet quoti-
die poſſint coinquinari quedam materialia mem-
bra: ſicut dictū eſt in cantico precedenti. In hebreo
autē habetur. Laui manus meas: quō coinquina-
bo illas: Sed totū poteſt eſſe: q: Chriſtus in paſſio
ne nō ſolū lauit manus ſponſe: ſed etiā pedes et to
tū corpus: vt dictū eſt: q: lauit peccata ⁊ afflictiōes
⁊ cōſcientias omniū fideliū: ⁊ ſic reliquit eccleſiam
ſuā nō habētē rugā neqꝫ maculā/ eo modo quo di-
ctum eſt. Sed dū ſponſus cātaret verba ſua in cru-
ce/ miſit manū ſuā per foramē lateris: quando mi-
les lancea aperuit ipſum: ⁊ introiuit vox eius pul-
ſando vſqꝫ ad interiora ſponſe: ideo dicit ſponſa. Di
lectus meus Chriſtus miſit manum ſuam per fora
men. i. feneſtram oſtij mei. ſ. per latus ſuum per qd̄
exiuit tota eccleſia: ⁊ per qd̄ ingreditur ⁊ egreditur
in cubile eccleſie. Et ſic per illud foramē miſit Chri
ſtus manū: ⁊ tetigit manū ⁊ conſcientiā ſponſe: q:
in corꝑe chriſti erat virtualiter tota eccleſia: vt ſu-
pradictum eſt: q: tunc apertum eſt oſtium in celo: ⁊
viſa eſt arca teſtamenti. Apoca. xi. q: omnia myſte
ria legis veteris fuerunt manifeſtata ⁊ conſumma
ta in corpore Chriſti: ⁊ in apertione lateris eius. Et
ideo dicit ſpōſa. Dilectus meus miſit manū per fo
ramē: ⁊ venter meus intremuit ad tactū eius. Hoc
dicit quia tota virtus ſacrorū que eſt in vtero eccle
ſie exiuit ex latere Chriſti: ex quo vtero quotidie ⁊
aſſidue chriſtus regenerat fideles per baptiſmum
⁊ alia ſacramenta. Item chriſtus clamando in cru-
ce miſit manū ſue virtutis ⁊ ſue paſſionis per fora
men ⁊ feneſtram cōſcientie aīe virginis Marie et
totiꝰ eccleſie: q: intātū virgo Maria fuit tacta do-
lore cordis ꝙ illa paſſio pertranſiuit ⁊ penetrauit
tanꝙ gladius animā eius. Et ſic etiā eſt dicendum
de tota eccleſia quam paſſio Chriſti et eius virtus
penetrauit vſqꝫ ad interiora. Ideo dicit ſpōſa. Sur
rexi vt aperirem dilecto meo: ⁊ manus mee diſtil-
lauerunt myrrham: ⁊ digiti mei pleni fuerunt myr
ra ꝓbatiſſima. Hoc dicit quia paſſio Chriſti tantā
impreſſionē fecit in anima virginis: ꝙ aīa virginis
erat tanꝙ fons myrrhe paſſionis Chriſti: qd̄ ſic eſt
intelligendum. Nam quando quis ponit manū in
melle: tunc manus ⁊ digiti eius diſtillant mel. Ita
pariter anima virginis ⁊ manus et digiti eccleſie
per quendam contractum diſtillant mel: qd̄ ex paſ
ſione Chriſti emanat. Nam quando Chriſtus po-
ſuit manum per latus ſuum: et tetigit eccleſiā: que
virtualiter erat in corpore ſuo: impleuit eā myrrha
ſue paſſionis. Et ſic manus et digiti ſponſe/ que eſt
poteſtas et virtus ipſi collata: dicuntur diſtillare
myrrham: quia continue diſpenſant merita paſ-
ſionis Chriſti per eccleſiaſtica ſacramenta: ⁊ ſic di-
cimus ꝙ per quandam redundantiam manus ec-
cleſie ſunt plene myrrha/ et diſtillant myrrhā paſ-
ſionis chriſti/ fidelibus diſtribuendo et diſpenſan-
do. Itē manus et digiti anime virginis Marie et
apoſtolorum ⁊ mulierum fuerunt pleni myrrha ꝓ
amaritudine ⁊ dolore paſſionis Chriſti. ¶ Deinde
cum dicit. Peſſulū oſtij mei aperui dilecto meo: eſt
aduertendū ꝙ peſſulum eſt quoddā inſtrumentū
⁊ ſera ferrea ⁊ dicitur a pendendo: eo ꝙ in die pen-
det ex vna portarū: ſed in nocte ꝑ tranſuerſum col
ligat ambas portas ⁊ fores: ⁊ ſic claudit totam do-
mum. Ita pariter per totū tp̄s ⁊ noctē legis ante
aduētū Chriſti eccleſia erat clauſa peſſulo cerimo
niarum: ſed quando chriſtus poſuit manum per fe
neſtram: ⁊ vocauit ſponſam: tunc illa ſurrexit a le
cto legis/ ⁊ remouit peſſulum cerimoniarum: et ſic
aperte ſunt fores legis: ⁊ patefacta eſt eccleſia xp̄i
que intra cerimonialia latebat. Sponſa enim ape
ruit ⁊ remouit peſſulum portarum anime ſue: quā
do Magdalena ⁊ cetere mulieres ⁊ multi alij vidē
tes chriſtum mortuū in cruce/ crediderunt ipſum
eſſe filium dei videntes eclipſim ſolis ⁊ lune/ et te-
nebras ſuꝑ vniuerſam terram: ⁊ monumenta aper
ta ⁊ velum templi ſciſſum. Ideo dixit Centurio.
Uere filius dei erat iſte. Et multi reuerſi ſunt in ci
uitatem percutiētes pectora ſua. Luc. xxiij. Et ideo
dicit ſponſa: qd̄ ſurrexit vt aperiret dilecto: et ape-
ruit peſſulum: vt loqueretur: et reciperet ſponſum
ſuum ad oſtium canentem et vocantem: at pro ſed
ille declinauerat: quia iam emiſerat ſpiritū: ⁊ mor
tuus erat atqꝫ tranſierat de hoc mundo per mor-
tē. Item ſponſa aperuit peſſulum dilecto ſuo: quan
do maria Magdalena cum altera maria emerunt
aromata: vt irent ad monumentum ⁊ vngerent Je
ſum. Angelus autem domini deſcendit de celo: et
accedens reuoluit lapidem: qui erat tanꝙ peſſulū
claudens ſepulchrum: ſed quando mulieres vene-
runt ad ſepulcrum/ viderunt lapidem reuolutum:
et ſepulcrum apertum: ſed non inuenerunt Jeſum:
quia iam ſurrexerat/ ⁊ declinauerant/ ⁊ receſſerat/
et tranſierat de morte ad vitam immortalem. Nā
primo declinauerat in cruce de vita ad mortem: et
declinauerat ad infernum ad liberandos patres:
ſed ex ſepulcro qn̄ ſurrexit trāſiuit de morte ad vi-
tā glorioſam. Et ideo anima Uirginis ⁊ aliorum fi-
delium primo liquefacta eſt dolore ⁊ amaritudine
cordis: quando vidit ipſum mortuū in cruce: ſed li-
quefacta eſt immēſo gaudio quando certificata eſt
per multas viſiones ipſum reſurrexiſſe. Et ideo di
cit. Anima mea lequefacta eſt dolore cordis: vt pro
poſtꝙ ⁊ qn̄ dilectus meus Chriſtu locutꝰ eſt illa ſe
ptem verba in cruce. Sed magis fuit liquefacta
gaudio quando locutus eſt poſt reſurrectionem.
Et ideo ſubdit. Queſiui illū: et non inueni: vocaui
illum: et non reſpondit mihi: quia dum erat mor-
tuus non poterat mihi reſpondere in cruce nec in
ſepulcro. ¶ Deinde cum dicit. Inuenerunt me cu
ſtodes: eſt aduertendum: quod in illo triduo tota
eccleſia apoſtolorū erat abſcenſa in cenaculo pro-
pter metum Judeorum non audens confiteri Chri
ſtum/ nec apparere publice. Ideo dicitur perdidiſ-
ſe fidem non in corde: ſed in ore: q: in ſola virgine
Maria manſit fides: vt communiter tenetur. Ex
quo patet quod metus mortis percuſſit ſponſam
Chriſti in apoſtolis/ ⁊ expoliauit palliū fidei eius.

Peſſulum qd̄ ſit.

Et ideo dicit ſponſa in perſona apoſtolorum. Inue
nerunt me cuſtodes. id eſt principes ſacerdotum ⁊
ſcribe ⁊ phariſei qui erant cuſtodes murorum ſy-
nagoge: ⁊ cuſtodiunt ciuitatem tanq̃ iudices ⁊ re-
ctores: atq̃ percuſſerunt me: et vulnerauerunt me
vulnere timoris ⁊ minarum. Et ſic iſti cuſtodes mu
rorum tulerunt pallium fidei mee: id eſt fortitudinẽ
fidei mee: quo ante operiebar ⁊ tegebar. Et nota ꝙ

Scribe ⁊ phariſei du plr vulnerauerunt eccleſiã.

cuſtodes ciuitatis/ſcilicet ſacerdotes/et ſcribe/et
phariſei/et complices eorum dupliciter percuſſe-
runt/et vulnerauerunt ſponſam: ⁊ et tulerunt pal-
lium eius. Primo modo in capite: quia percuſſe-
runt et vulnerauerunt Chriſtum: et tulerunt ⁊ ex-
poliauerũt palliũ corporis ⁊ carnis ab aĩa: ⁊ tulerũt
palliũ mortalitatis et paſſibilitatis. Scd̃o modo
vulnerauerũt ſponſam in membris vulnere timo-
ris ⁊ minarũ: ⁊ tulerunt pallium fortitudinis fidei:
eius quando tulerunt Petro palliũ fidei: quãdo ex
timore negauit Chriſtum. Et tulerunt ceteris apo-
ſtolis ⁊ diſcipulis pallium fidei: quando relicto eo
omnes fugerunt: et per totum triduum erant ab-
ſconſi in cenaculo propter metum Iudeorum. Et
etiam hoc ad literam fuit impletum de pallio ma-
teriali/quando fugientibus apoſtolis in captione
Chriſti/adoleſcens quidam amictus ſindone ſuper
nudo corpore/relicto ſindone nudus fugit: per qđ
fuit figuratum qualiter omnes fugientes perdide
runt ſpirituale pallium fidei: et tulerunt etiam pal
lium cerimoniarum/quod tegebat eccleſiã ſub le-
galibus. Ex ſupradictis patet intelligentia huius
ʒ cãtici. ¶ Sed ex dictis in hoc cãtico emergũt tres
Primũ dubiũ. dubitationes. Quarum prima eſt. Utrum neceſſe
fuerit Chriſtum pati ⁊ mori ꝑpter pretiũ noſtre re
demptionis: ⁊ vt eccleſiaſtica ſacrã haberent effi-
caciam ad tollendum peccatum ⁊ conferendã gra-
tiam/ex eo quod dicit: ꝙ Chriſtus meſſuit myrrhã
Scd̃m dubiũ. ſacramentorum ex ſua paſſione. Secundo querit
vtrum Chriſtus dormiendo in cruce et in ſepulcro
poterat vigilare in opere noſtre redemptionis: et
Tertiũ dubiũ. mereri per vulnus lateris factũ poſt mortem. Ter-
tio queritur vtrum apoſtoli perdiderunt palliũ fi-
dei in triduo: et per conſequens ſi fuerũt heretici:
⁊ per conſequens ſi eccleſia ſponſa Chriſti manſit
ſine mẽbris in illo triduo: propter hoc qđ dicit. Tu
Rñſio ad tria dubia. lerunt palliũ meum cuſtodes murorum. Ad quod
eſt dicendum ꝙ doctores eccleſiaſtici tam ſacri q̃
ſcholaſtici altiſſimo ⁊ ſubtiſſimo modo diſputant
et pertractãt has tres difficultates. Sed in hoc lo
co ſunt pertractande modo humano et perceptibi
li: vt oẽs ſimplices ſacerdotes ⁊ fideles valeant ca
pere intelligentiam huius cantici. Et ideo ad pri-
mum eſt aduertendum ſm Auguſti. xj. de trinitate
cap. xiij. quod licet deo non defuerit alius modus
nos redimendi ſibi poſſibilis: tamen iſte modus
paſſionis Chriſti fuit magis iuſtitie congruus: et
nobis magis vtilis quia diabolus amator poten-
tie impugnatorq̃ iuſtitie non erat ſuperandus po
tentia/ſed iuſtitia. Unde cum ipſe ſit amator potẽ-
tie: et impugnator iuſtitie: non debuit ſuperari po
tentia quam amat: ſed iuſtitia quam impugnat.
Ex verbis ergo Auguſtini colligitur quod modus
paſſionis chriſti non fuit neceſſarius reſpectu om-
nipotentie dei: quia aliter poterat mundi peccata
remittere: ſed fuit neceſſarius neceſſitate congruẽ
tie reſpectu diuine iuſtitie/⁊ obſtinationis diabo-
li: et reſpectu noſtre vtilitatis. ¶ Ad quorum de
claratione eſt aduertendum: quod cum Chriſtus

A Xp̃s qđ venit in mundũ ad quatuor habuit reſpectũ in ſua paſſione.

venerit in mundum tanq̃ metrũ ⁊ menſura omniũ
bonorũ: ⁊ regula omnium actuum humanorum: ad
quatuor habuit reſpectum in ſuo aduentu ⁊ paſſio
ne. Primo habuit reſpectum ad patrem/ad cuius
voluntatẽ complendã venit. Secundo ad ſacram
ſcripturã legis ⁊ ꝓphetarũ: ad quã venit verifican
dam/⁊ confirmandã. Tertio ad gen⁹ humanum: ad
quod venit redimendum: ⁊ releuandũ: ⁊ reſtauran
dum. Quarto habuit reſpectũ ad diabolũ: ad quez
venit vincendum/⁊ expugnandũ. Ad ſatiſfaciẽdu
ergo quatuor ſupradictis reſpectibus/neceſſe fuit
Chriſtum pati tale genus mortis: vt patebit ꝑ ſin-
gula. Ideo ponuntur decem cõcluſiones. Quarum
prima eſt iſta. ¶ Quod neceſſe fuit Chriſtũ pati ad

B Prima ꝯcluſio.

cõplendã voluntatẽ patris: ⁊ ad adequãdam iuſti-
tiã cum miſericordia. Ad cuius intellectum eſt no-
tandum: ꝙ duo ſunt conſideranda in voluntate dei
in regimine mundi. ſ. iuſtitia ⁊ miſericordia: vnde
per iuſtitiam vult nullũ malũ impunitũ: ⁊ per mi-
ſericordiam vult omnes homines ſaluos fieri cum
integritate iuſtitie. Sed ſi profunde volumus attẽ
dere: videbimus quod impoſſibile eſt qđ talis vo-
luntas dei/ſcilicet iuſtitia dei cum ſumma miſeri-
cordia/poſſit compleri ⁊ ſeruari circa eundem ho
minem. niſi interueniat paſſio Chriſti adequãs mi
ſericordiam cum iuſtitia: eo ꝙ iſta duo precipiunt
⁊ efficiũt cõtraria. Nam ſumma iuſtitia dicit ꝙ nul
lum peccatũ trãſeat impunitũ: immo quod ſoluat
omne debitũ ab integro ab ipſo peccatore. Sʒ ſum
ma dei miſericordia dicit quod parcatur peccato-
ri penitenti/⁊ dimittat ipſi omne debitũ: vt patet
in parabola de decem milibus talentorũ. Matth.
xviij. Sed hoc eſt impoſſibile reſpectu peccatoris.
Nam ſi omne peccatũ puniatur in peccatore ſecun
dũ quantitatẽ ſuam: tunc pena peccatoris erit infi
nita in quantitate durationis: eo quod omne pec-
catũ mortale eſt infinitũ/inquantũ cõmittit cõtra
obiectum infinitum/qui eſt deus: a quo peccator
auertitur ⁊ ſeparatur: per quã auerſionẽ meretur
ad minus penã damni in infinitum: prout cõmuni-
ter tenent omnes doctores: et per conuerſionem
ad bonum cõmutabile meretur penã ſenſus eter-
nam. Et per conſequens impoſſibile eſt vt cum ta-
li iuſtitia dei poſſit ſtare miſericordia que dimittit
omne debitum. Et ideo fuit neceſſaria paſſio Chri-
ſti que adequaret iuſtitiam dei cum miſericordia:
et econuerſo: quia per paſſionem fuit in eo ſuffi-
cienter punitum omne peccatum ſuorum mem-
brorum. Et per eandem paſſionem fuit nobis di-
miſſum omne debitũ et pena eterna. Et ſic ibi fuit
completa et obſeruata iuſtitia ſimul cum miſeri-
cordia. Et ideo inquantum Chriſtus paſſus eſt ⁊ pu
nitus pro peccatis oĩm noſtrum: dicitur Eſa. liij. ꝙ
omnes nos quaſi oues errauimus: ſed dominus po
ſuit in eo iniquitates omnium noſtrum: ⁊ vulne-
ratus eſt propter iniquitates noſtras: et attritus
eſt propter ſcelera noſtra: cuius liuore ſanati ſu-
mus. Et ſic patet qualiter omnes fuim⁹ in Chriſto
vere puniti: ⁊ iuſtitia dei fuit in eo cõpleta. Sed in
quantum in eo fuit nobis dimiſſum omne debitũ
eternum: et nobiſcum facta miſericordia: dicitur
pſal. cij. Miſerator et miſericors dominus: longa-
nimis: et multum miſericors. Non in perpetuum



iraſcetur: neq̃ in eternum cõminabitur. Non ſcd̃m
peccata noſtra fecit nobis: neq̃ ſcd̃m iniquitates
noſtras retribuit nobis. Quoniam ſecundum alti-
tudinem celi a terra corroborauit miſericordiã ſuã
ſuper timentes ſe. Ex quibus ptʒ ꝙ oẽs nos iuſte
merebamur eternã penã ꝓ peccatis noſtris ⁊ pri-
morum parentum: ⁊ ſecundum quantitatẽ ⁊ exigẽ-
tiam eorum. Sed ex miſericordia dei ꝑ paſſionem
filij eius dimit oẽs iniq̃tates noſtras. Et ſic in Chri
ſto ⁊ ꝑ Chriſtũ facta eſt ſimul iuſtitia ⁊ miſericor-
dia erga nos. Et ideo dicit pſal. lxxxiiij. qđ in Chri-
ſto miſericordia et veritas obuiauerunt ſibi: iuſti-
tia ⁊ pax oſculate ſunt. Et ſic ptʒ qualiter ſola paſ-
ſio Chriſti ponit adequare iuſtitiã dei cum miſeri-
cordia: et econuerſo erga genus humanũ. ¶ Sed

C [illegible]

hic occurrunt duo dubia: quorum primũ eſt. Quo
modo paſſio vnius hoĩs Chriſti potuit ſufficiẽter
ſatiſfacere pro peccatis omnium hominũ: qui me-
rebantur penam eternam. Secundo dato ꝙ Chri
ſtus hoc potuerit facere dubitatur quomodo nos
potuimus illam paſſionẽ participare. Et quomo
do illa paſſio potuit nobis prodeſſe. Ad primũ re-
ſpondetur ſecundum Aug. libro Cur deus homo.
cap. ix. ꝙ propter quatuor paſſio Chriſti fuit tante
virtutis ⁊ valoris/vt pro oĩbus peccatis poſſet ſa-
tiſfacere in infinitum. Primo, q: Chriſtus erat de⁹
⁊ homo: ⁊ per conſequens infinite virtutis. Secun
do/q: filius dei vnigenitus et dilectiſſimus. Ter-
tio/q: innocens ⁊ iuſtiſſimus. Quarto/q: cum ſum
ma et extenſa charitate ⁊ obedientia ⁊ humilita-
te illam paſſionem pro nobis ſuſcepit. Propter pri
mum ergo fuit eius pretium infiniti valoris inten
ſiue ad tollendam penam infinitam. Propter ſecũ
dum vero fuit deo acceptabile ſacrificiũ. Propter
tertium potuit pro ceteris pati et ſatiſfacere: poſt
q̃ ipſe erat immunis ab omni peccato. Propter
quartum vero fuit ſimul deo acceptabile ⁊ omni-
bus vtile ⁊ infinitum extenſiue. Et ideo dicit Au-
guſtinus in loco preallegato. Gratias igitur omni
potenti deo agimus: quia ſicut grauiter cecidim⁹: ⁊
ita mirabiliter ⁊ miſericorditer ſumus releuati: et
miſericordiam omne debitum tranſcendentem pro
mediatoris morte reperimus. Nempe quid miſe-
ricordius intelligi poteſt: q̃ cum peccatori eternis
tormentis damnato/⁊ vnde ſe redimat omnino non
habenti: pater dicit accipe vnigenitum meum et
da pro te: et ipſe filius dicit: Tolle me: ⁊ redime te.
Quid ergo iuſtius: q̃ cui datur pretium maius om
ni debito: vt peccatum dimittat illi: qui pro debito
offert hoc pretium? Ex dictis Auguſtini patet qđ
Chriſti paſſio ideo eſt pretium infinitum/mai⁹ om-
ni debito: eo ꝙ Chriſtus eſt deus ⁊ filius dei vnige
nitus: ⁊ illa paſſio fuit deo pro omnibus acceptabi
lis: q: facta fuit cum ſumma charitate: inquantum
chriſtus ꝓ oĩbus nobis ſe obtulit. Et fuit etiã deo
acceptabilis ⁊ pro omnibus valida ⁊ vtilis inquan
tum agnus purus ⁊ iuſtus innocens pro omnibus
peccatoribus mortuus eſt. Ideo dicitur Eſa. liij. ꝙ
tanq̃ agnus ad occiſionem ⁊ ouis coram tondente
ductus eſt: qui peccatum nõ fecit: nec inuentus eſt
dolus in ore eius. Et iđ liuore eius ſanati ſumus.
Item. j. Petri. ij. Chriſtus paſſus eſt pro nobis: ⁊ qui
peccatum non fecit: nec inuentus eſt dolus in ore
eius: qui peccata ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper
lignum. Item idem Chriſtus pro peccatis noſtris
paſſus eſt iuſtus pro iniuſtis. Et ſic patet qualiter
paſſio Chriſti fuit infiniti pretij/⁊ potuit ſatiſface-
re pro infinitis peccatis. Item hoc idem fuit decla
ratum ſuper pſal. xvij. Sed nunc reſtat ſecundo vi
dere quomodo paſſio Chriſti potuit tranſire ad
nos et prodeſſe nobis. ¶ Ad hoc reſpondet prout
dictum eſt ſuper pſal. xvij. ⁊. xxj. ꝙ ſeptem modis

D ſeptem modis xp̃s potuit aſſumere cãm noſtrã et pati pro nobis.

Chriſtus potuit aſſumere cauſam noſtram tanq̃
ſuam: et ſufficienter pati pro nobis. Primo modo
tanq̃ aduocatus. Secundo tanq̃ procurator. Ter-
tio tanq̃ fideiuſſor potuit pro nobis ſoluere pre-
tium. Quarto tanq̃ dñs pro ſeruo aſſumit bellum.
Quinto tanq̃ pater pro filio aut ſponſus pro ſpon-
ſa. Sexto tanq̃ paſtor pro grege. Septimo tanq̃
caput pro membris patitur ⁊ dolet. Unde q: Chri-
ſtus factus eſt caput eccleſie: et aſſumpſit eam in
ſponſam ⁊ corpus ſuum myſticum in vnitate fidei
per baptiſmum: ideo a Chriſto capite deſcendunt
ad membra omnes virtutes et dona gratiarum et
merita eius paſſionis. Et quia quandocunq̃ quis
baptizatur in Chriſto efficitur membrũ eius: ideo
illico participat merita eius paſſionis: et virt⁹ paſ
ſionis eius tranſit ad ipſum tanq̃ a capite ad mẽ-
brum. Et ſic dicit Apoſtolus ad Ro. vj. ꝙ ſicut oẽs
fuimus baptizati in Chriſto: ita omnes fuimus in
eo crucifixi et mortui ⁊ conſepulti: et per ꝯſequẽs
reſuſcitati a peccato. q: ſicut peccatum ipſius Adã
tranſiuit in oẽs ſuos naturales filios: ita gratia et
paſſio Chriſti tranſiuit in oĩa membra ſua: qui ſũt
fideles in Chriſto baptizati. vnde ſicut peccatum
Ade tranſiuit in oẽs filios ſuos per generationem
naturalem: ita gratia et virtus paſſionis Chriſti
tranſiuit in omnes fideles per regenerationem ba
ptiſmalem ⁊ alia ſacramenta. Ex ſupradictis omni
bus ptʒ qualiter paſſio Chriſti fuit neceſſaria ad
adequandam iuſtitiam dei cum miſericordia erga
genus humanum. Nam ſumma iuſtitia ſeruat cir-
ca peccatorem penitentiam/inquantum eius pec-
cata ſufficiẽter puniunt in Chriſto capite ſuo: qui
offert ſeipſum ⁊ paſſionẽ ſuã ꝓ peccatis penitẽtis: ⁊
⁊ ſumma miſericordia ſeruat erga eundẽ peccato
rẽ: inquantũ ꝑ merita paſſionis Chriſti remittitur
ipſi pena eterna: ⁊ omne debitum: ⁊ datur ipſi glo-
ria eterna quã nõ meretur. Et ſic paſſio Chriſti im-
pleuit ⁊ cõtinue adimplet diuinã patris volunta-
tem: adequando miam cum iuſtitia et econuerſo.
¶ Secunda ꝯcluſio. ꝙ neceſſe fuit Chriſtũ pati vt

E Scd̃a concluſio.

confirmaret teſtamentum vetus. Ad cuius intelle
ctum eſt notandum: ꝙ teſtamentum dicitur de te-
ſtor teſtaris qđ idem eſt qđ confirmare ⁊ ratifica-
re. ⁊ ideo iuriſperiti diſpoſitionẽ bonorũ confirma
tam ꝑ vltimã voluntatem teſtatoris appellant te-
ſtamentũ/dicentes ꝙ teſtamẽtũ eſt vltima volun-
tas teſtatoris. i. diſpoſitio bonorũ propriorum per
vltimã voluntatẽ teſtatoris cõfirmata. Ultima au
tem voluntas teſtatoris dicitur illa que per mortẽ
eius terminatur. et ſic ſola teſtatoris mors eſt illa
que confirmat teſtamentum: quia per totam vitã
ſuam poterat teſtator mutare voluntatem. ⁊ ideo
nunq̃ dicitur verũ teſtamentum niſi per mortem
cõfirmatũ. ⁊ hec eſt cauſa quare heres non accipit
hereditatẽ niſi poſt mortẽ teſtatoris: q: ante non
erat ꝓprie teſtamentum/niſi quedã diſpoſitio te-
ſtamenti: ſed intantũ dicitur teſtamentum inquan-
tũ expectatur ꝯfirmari ꝑ mortẽ teſtatoris. Ex qui

bus ptꝫ ꝙ duo ſunt neceſſaria ad ꝑfectum ⁊ veruꝫ teſtamentū. Primo diſpoſitio bonorū ſiue heredi-tatis facta ꝑ teſtatorē. Secundo cōfirmatio facta per mortem eiuſdem: q2 neceſſe eſt vt mors teſta-toris intercedat: vt inquit Apl's ad Hebre. viij. q2 aliter teſtamentū non eſſet validū nec cōfirmatū. Et idõ cū tota ſcriptura legis ⁊ prophetarū dicaꝶ te-ſtamentū dei: ſeqꝶ ꝙ nõ poterat dici verū teſtamē-tū dei: niſi inquantū deus erat moriturus ⁊ confir-maturus illud ſuum teſtamentum ꝑ mortem ſuaꝫ. ⁊ ꝑ conſequens neceſſe erat deum mori vt confir-maret ſuū teſtamentum morte intercedente: alias eius teſtamentum fuiſſet irritum ⁊ non validum. Sed quia deus eſt immortalis ⁊ impaſſibilis ſcdꝫ ſuam eſſentiam: ideo erat neceſſe vt aſſumeret hu-manam carnem/in qua poſſet mori ⁊ pati ad con-firmandum teſtamentū: vt poſtꝙ nõ poterat mori nec pati in natura: poſſet pati in perſona. Et ſic ptꝫ qualiter deus erat de neceſſitate incarnandus et moriturus. vt confirmaret ſuū antiquū teſtamētū ⁊ ſic ꝑ multas figuras patriarcharū ⁊ vaticinia ꝓ-phetarum promiſerat in ſuo teſtamento venire in carnem: ⁊ ſe moriturum: vt confirmaret ſuum teſta-mentum. Et non ſolū promiſit ſe moriturum ⁊ con-firmaturum teſtamentum quacunqꝫ morte: ſed per ſuum ſanguinem debebat ipſum confirmare. Un-de legitur. Exo. xxiiij. ꝙ Moyſes accepit volumē legis: ⁊ congregatis filijs Iſrael legit eis oēs ſer-mones dñi: q̄ reſponderūt ⁊ dixerunt: Omnia que locutus eſt dominus faciemus: ⁊ erimus obedien-tes. Moyſes vero occidit duodecim vitulos: ⁊ aſ-ſumpto ſanguine in crateribus effudit medieta-tem ſuper altare: ⁊ alteram medietatem ſuper po-pulum/dicens. Hic eſt ſanguis federis: quod pepi-git dñs vobiſcum ſuper cunctis ſermonibus hic. Ex quibus verbis oſtenditur ꝙ illud teſtamentuꝫ dei non poterat niſi ꝑ ſanguinē cōfirmari. Hoc idē ptꝫ Zacharie. ix. vbi dicit ꝓpħa. Letare filia Sion: ecce rex tuus venit iuſtus ⁊ ſaluator: ipſe pauper ſedens ſuper aſinam ⁊c. Et conuerſus propheta ad Chriſtum futurum ſaluatorē/dicit. Tu quoqꝫ in ſan-guine teſtamenti tui eduxiſti vinctos de lacu: vbi non erat aqua. Ex quibus patet ꝙ Chriſtus deus factus homo per mortem ⁊ ſanguinem debebat cō-firmare ſuum teſtamentum. Et ideo dicit Apl's ad Hebre. ix. ꝙ Chriſtus noui teſtamēti mediator eſt: vt morte intercedente redemptione inuenta repro-miſſionem accipiant qui vocati ſunt eterne here-ditatis. Et ſic probat Apoſtolus ꝙ illud teſtamen-tum nunꝙ fuit ratum ⁊ confirmatum niſi per mor-tem Chriſti teſtatoris. ⁊ ideo fideles veteris teſta-menti nõ potuerunt accipere repromiſſiones/niſi nobiſcum. Ex quibus oibus patet ꝙ paſſio Chriſti fuit neceſſaria: vt vetus teſtamentum dei cōfirma-retur.

Duo ſūt neceſſaria ad ꝑfectū ⁊ veruꝫ teſtamētuꝫ.

Tertia concluſio.

¶ Tertia cōcluſio: ꝙ neceſſe fuit Chriſtū ta-le genus mortis pati: vt verificaret totam ſcriptu-ram legis ⁊ prophetarum. Pro declaratione auteꝫ et probatione huius cōcluſionis eſt aduertēdum: ſicut dictum fuit ſuper pſal. xxxix. ⁊ in tractatu cō-tra Judeos. queſt. i. ⁊. ij. ⁊. iij. ꝙ tota lex Moyſi da-ta fuit in ſignum et figuram futurorum: ⁊ totum re-ſiduum ſcripture veteris teſtamenti ſunt quedam promiſſiones ⁊ vaticinia futurorum bonorum de Chriſto ⁊ eccleſia: vt ibi probatum fuit per ſacras ſcripturas. Nam circunciſio data fuit in ſignum fe-deris: ⁊ ſabbata ⁊ ſacrificia in fedus ſignumqꝫ per-petuum. Sed tam ſignum ꝙ figura eſt relatiuum: nam ſignum alicuius ſignati ſignum: ⁊ figura ali-cuius figurati figura. Item promiſſio alicuius pro-miſſi boni promiſſio: et prophetia alicuius rei fu-ture prophetate prophetia. Et ſic tota lex vetus et prophete erant ſigna futurorum: ⁊ ꝑ cōſequēs non poterant verificari niſi ꝑ aduentū illorum bonorū que per illa ſigna fuerant figurata ⁊ ſignificata/ac promiſſa/aut vaticinata. Aliter omnia ſigna et fi-gure ⁊ promiſſiones vt vaticinia manerent falſa ⁊ irrita et vana. vnde quia omnia ſacrificia vete-ris legis nõ erant nec fiebant gratia ſui/niſi inquā-tum figurabant ⁊ ſignificabant paſſionem Chriſti: ⁊ non fiebant niſi in ſignum ⁊ figuram eius: ideo erat neceſſe vt per veram ⁊ realem paſſioneꝫ Chri-ſti verificarentur. aliter oia fuiſſent ſigna falſa et vana. Unde ſicut teſtamentum vetus fuiſſet irri-tum ⁊ vanum niſi fuiſſet cōfirmatum ꝑ mortē Chri-ſti teſtatoris vt ſupra dictum eſt: Ita pariter tota ſcriptura legis ⁊ prophetarum quo ad ſigna ⁊ pro-miſſiones ⁊ vaticinia manſiſſet falſa ⁊ mēdax: niſi fuiſſet per mortem Chriſti verificata: ⁊ impleta per Chriſtum ⁊ legē euangelicā. Ideo ſicut nouum te-ſtamentum nihil aliud eſt niſi confirmatio ⁊ ratifi-catio vet. teſt. ita pariter nihil aliud eſt niſi veri-tas legis ⁊ prophetarum. vnde ſicut tota ſcriptu-ra legis ⁊ ꝓphetarū dicebaꝶ teſtamētum dei: inquā-tum erat confirmandum per mortem Chriſti teſta-toris: ita eadem ſcriptura dicebatur ſignum fede-ris inquantum erat verificanda ꝑ eandem Chriſti paſſionē. Et ideo dicitur. Joan. i. ꝙ lex per Moyſen data eſt: gratia autē ⁊ veritas ꝑ Chriſtuꝫ facta eſt. ideo dixit etiā ſaluator Mat. v. Nõ veni ſoluere le-gem: ſed adimplere: iota vnum: aut vnus apex non preteribit a lege: donec oia fiant. Item Matt. xxvi. Filius hominis vadit ſicut ſcriptum eſt dē illo. Itē Joannis. xix. Oia hec facta ſunt vt adimplerētur ſcripture prophetarum. Hoc idem dicit ſaluator. Joā. v. Scrutamini ſcripturas: q2 ipſe teſtimoniuꝫ perhibent de me. Si crederetis Moyſi: crederetis forſitan ⁊ mihi. Moyſes enim de me ſcripſit. Ideo etiam dicitur Luce vltimo: ꝙ Chriſtus incipiens a Moyſe ⁊ ꝓphetis interpretabaꝶ illis duobus diſci-pulis oia q̄ de eo ſcripta erant. Et poſtea dixit om-nibus diſcipulis in cenaculo congratis. Oporte-bat impleri que ſcripta erant in lege/⁊ prophetis/ et pſalmis de me. Ex quibus patet qđ neceſſe fuit Chriſtum pati vt verificareꝶ tota ſcriptura legis ⁊ prophetarum: eo ꝙ Chriſtus erat terminus ⁊ finis ⁊ veritas eorum. ¶ Ex oibus ſupradictis ſequitur ꝙ omnes ſcribe et phariſſei ⁊ Judei moderni/qui eos ſequunꝶ/falſificarunt ⁊ falſificant ſcripturam legis ⁊ prophetarū negando Chriſtum eſſe verum meſſiam in lege promiſſum: ⁊ negando ⁊ contemnen-do legem euangelicam: cum Chriſtus fuerit eius verificator: et lex euangelica ſit veritas toti9 ſcri-pture legis/et prophetarum: et Chriſtus fuerit confirmator veteris teſtamenti per ſuam mortem et paſſionem: et ſic etiā negando Chriſtum faciunt mendacem deum ⁊ totam legem et prophetas de quibus ait dominus Hiere. xxxi. Irritum fecerunt teſtamentum meum. Item ſequitur ꝙ omnes Iu-dei a paſſione Chriſti vſqꝫ ad preſens tempus ob-ſtinati et Chriſtum negantes ſunt heretici: ⁊ ſcri-ptura legis et ꝓphetarum. Hoc probaꝶ. nā oēs illi qui cū pertinacia deuiant a veritate ſacre ſcriptu-re: ⁊ negant eius verā intelligentiā: ⁊ aſſerunt ali-quid quod eſt contra legē dei: ſunt heretici: ſꝫ oēs Judei moderni ſunt huiuſmodi: igiꝶ ſunt heretici. Maior eſt nota: minor ꝓbaꝶ. Nā Chriſtus eſt veri-tas ⁊ finis legis ⁊ ꝓphetarū. ergo negando Chri-ſtum ⁊ legē euangelicā: negant verā intelligentiaꝫ legis ⁊ ꝓphetarū: ⁊ aſſerūt pertinaciter oppoſitū veritatis expectando meſſiam temporalem futurū qui temporaliter liberet eos. Et ſic contēnūt bona vera ſpiritualia ꝓpter falſa tēporalia: et ſic irriſo-res ſunt legis et contemptores dei ⁊ bonorū ſuorū ī lege promiſſorū. Et ſunt mendaces ⁊ falſificatores ſacre ſcripture: ⁊ blaſphemi: facientes deum men-dacē in dictis ⁊ promiſſis ⁊ reuelationib9 ſuis fa-ctis patriarchis ⁊ prophetis: put plenius fuit decla-ratū in tractatu cōtra iudeos in fine.

¶ Quarta cō-cluſio: ꝙ neceſſe fuit Chriſtū pati vt ꝓ nobis ſolue-ret omne debitū. ſ. ꝓ oibus preſentib9 preteritis et futuris. Ad cuius intellectū eſt aduertendū prout dictū fuit ſuper pſal. xxxix. ⁊ cōtra Judeos qſtione prima. ꝙ cū totū genus humanū fuiſſet obligatuꝫ in Adā ad eternā ſeruitutē ſub poteſtate diaboli/ per nullū pretium temporale ⁊ terrenuꝫ ⁊ finitum poterat redimi et liberari a tali debito ⁊ ſeruitute Et hec fuit cauſa: quare nec ſacramenta nec ſacrifi-cia/nec oblationes poterant de ſe liberare homi-nem a pctõ: nec ſoluere ſufficiens pretiū ꝓ debito: vnde ibi fuit probatū qualiter circunciſio non po-terat liberare ab originali culpa ⁊ ratio eſt iſta. Nā in circūciſione ſolum dabaꝶ ille modicus ſanguis effuſus ⁊ illa pellicula abſciſſa: que erat vilior ps totius corporis. ſed nunꝙ pars poteſt redimere to-tum: nec pars corporalis poterat redimere aīam: cum in ſe non contineret pretiū equale: quia omne quod redimiꝶ: equali vel maiori pretio redimiꝶ. et ſic nunꝙ corpus nec pars eius poterit redimere animā: nec totū hominē. Itē tot9 ille puer qui cir-cuncidebaꝶ erat immundus quo ad corpus ⁊ aiaꝫ. ergo illa particula ſanguinis et pellicule ita erat immunda ⁊ pctõ ⁊ ſeruituti ſubiecta/ſicut totus ho-mo: ⁊ per conſequens non erat deo acceptabile pre-tium ad mundādū ⁊ liberandū totū hominem. Et ideo oportebat offerri aliquē hominem mūdū ⁊ li-berū ab omni peccato: ⁊ non obnoxiū pctõ primo-rū parentū nec in natura nec in perſona. q̄ quidem homo contineret in ſe pretium mundū ⁊ infinitū q̄ nõ ſolū offerret partē ſui: ſꝫ ſe totū: vt totū hoīem redimeret ⁊ liberaret a ſeruitute et morte perpetua: imo ab vtraqꝫ morte. ſ. corporis ⁊ aīe. Et talis fuit ſolus Chriſtus deus ⁊ homo iuſtus ⁊ innocēs non obligatus in Adā. prout ſepius dictuꝫ eſt. Et ideo illa circunciſio ⁊ modicus ſanguis ⁊ pellicula car-nis nõ dabatur in pretium ſufficiēs pro illo puero ſed in ſignū pretij futuri per ipm in cruce ſoluendi Sicut quando quis emit domū aut agrū: ⁊ nõ ſol-uit pretiū: ſꝫ ſolū dat denariū in ſignum pretij pro-mittens ſoluere pretiū poſt annū: ita pariter facie-bant fideles veteris teſtamenti in illa circunciſiõe quia non dabant illum modicū ſanguinem in ſo-lidum pretium pro illo puero: ſed in ſignum pretij futuri ſoluendi per Chriſtū inquantum promitte-bant deo patri ſoluere pretium ſufficiens per paſ-ſioneꝫ Chriſti: ⁊ ſic liberabatur ille puer a ſeruitu-te peccati. et ideo ille puer non liberabatur a pec-cato preciſe per illā circunciſionem: ſed per fidem Chriſti futuri ſub qua fide dabat ⁊ fiebat illa cir-cunciſio: quia illa circunciſio non erat niſi ſignacu-lum fidei: vt probat Apoſtolus per totā epiſtolam ad Ro. ⁊ Gala. ⁊ Hebr. Itē adhuc datur aliud exe-plum magis accomodatū huic caſui. vnde conſue-tudo eſt inter viros belligeros: ꝙ ſi quis capt9 in bello ſub fide promittit dño ſuo ſoluere intra cer-tum tempus pretium redemptionis: ⁊ in cuius fidei ſignum ⁊ arram dat anulum ſuū ꝙ ille ſeruus di-mittatur ſub tali fide ⁊ ſigno vſqꝫ ad tempus ſolu-tionis prefixatū: tunc manifeſtū eſt ꝙ ille ſeruus captus non dimiſſus eſt: nec liberatus a ſeruitute propter anulum: ſed propter fidem promiſſam: nec ille anulus fuit datus in pretiū: ſed in ſignū pretij ſoluendi. Nec ille liberat9 eſt propter anulum: ſed propter pretiū ſub fide promiſſum. Ita ergo pari-ter fideles vete. teſta. in illa circunciſione dabant illā pelliculā pretij circularē factam ad modum anuli: quā nõ dabant in pretium ſolidum: ſed in ar-ram ⁊ ſignum pretij futuri ſoluendi per Chriſtū. et ſic dabant etiam illū modicū ſanguinē ī ſignum et arram ſanguinis Chriſti effundendi in cruce. Et ſic fiebat illa circunciſio ſub fide et proteſtatione ſol-uendi per Chriſtum. Et ſic pro tunc ſub tali fide li-berabantur fideles veteris teſtamēti a ſeruitute peccati ⁊ pena inferni. Ex quibus patet quod ſicut nec illa pellicula circularis ⁊ anulara nec ille mo-dicus ſanguis erat pretium redemptionis illi9 cir-cunciſi/ſed ſignū fidei ⁊ arra futuri pretij et ſāgui-nis Chriſti in pretium effundendi: ita ille circunci-ſus non liberabatur tunc per illā circunciſionem: ſꝫ per fidē Chriſti futuri ſub qua fiebat illa circun-ciſio/cuius fidei illa circunciſio erat ſignaculū: vt probat Apl's ad Ro. iiij. ⁊ ad Gala. per totum vbi probat Apl's ꝙ ſacramenta et opera veteris legis nõ iuſtificabāt nec liberabant per ſe hoīem a ſerui-tute peccati: ſed ꝑ fidē Chriſti futuri: cuius erāt ſi-gnaculū ⁊ ſub qua fide fiebant. Et ſic eſt dicendum de oibus ſacrificijs ⁊ holocauſtis que offerebātur propter pctõ actualia: quia non offerebanꝶ in pretiū: ſed in ſignū futuri pretij: inquantū erant figura et ſi-gnū paſſionis Chriſti: quia de ſe non poterant li-berare hominē: cū in ſe nõ contineret ſufficiens p̄-tiū: ſed inquantum liberabant de preſenti: inquātū da-banꝶ in ſignū pretij futuri cū fide ⁊ ꝓteſtatiõe ſol-uendi ſufficiens et perfectū pretiū ꝑ paſſionē Chri-ſti. Et ſic tam circūciſio ꝙ ſacrificia fiebāt in ſignū federis/immo fuerunt data in ſignū federis: vt pa-tet Gen. xvij. ⁊ per totū Leuiticū. Sec9 autē eſt de ſacramentis noue legis que realiter cōtinēt de p̄-ſenti virtute paſſionis Chriſti: quod eſt pretiū ſuf-ficiens: ideo de preſenti illico iuſtificāt ⁊ liberāt a peccato: ⁊ efficiunt quod ſignificāt. Et ideo fuit ne-ceſſe Chriſtū venire in carnē et pati tale gen9 mor-tis: vt ſolueret pretium ſolidū ⁊ ſufficiens pro om-nibus fidelibus veteris teſtamēti qui dederant ſi-gnū pretij per circūciſionē ⁊ ſacrificia ⁊ oblatioēs quia non ſolum circunciſio et ſacrificia: ſed etiam oblationes que fiebant a fidelibus in. j. ⁊. ij. etate erant ſignacula fidei Chriſti futuri ⁊ dabantur in ſignum pretij futuri ſoluendi per Chriſtum in cru-ce: ⁊ ideo fuit neceſſe vt Chriſtus ſolueret illud pre-tium pro omnibus illis in cruce. ⁊ non ſolum pro-

Quarta concluſio

illis:ſed pro omnibus preſentibus ⁊ futuris:vt pa
ret per totā epiſtolam ad Ro. immo per totam do⸗
ctrinam apoſtolicam:quia illud pretium fuit ⁊ eſt
maius omni debito:vt ſupra dictum eſt per Augu
ſtinum. Ideo dicit Augu. ſuper. pſal. xxij. ſermone
ij. ecce Chriſtus paſſus eſt. Ecce mercator oſtendit
Augu. merces ſuas. Ecce precium quod dedit. Ecce ſan⸗
guis eius fuſus eſt in ſacco ferebat pretium/ per⸗
cuſſus eſt lancea/ſciſſus eſt ſaccus et emanauit p̄⸗
tium orbis terrarum. Ex quibus omnibus patet
q̄d neceſſaria fuit paſſio Chriſti ad ſoluendum om
ne debitum:⁊ ad liberandum totum genus huma⸗
num a ſeruitute peccati. Et ideo quia iam ſolutum
eſt in cruce pretium pro preteritis. ⁊ collatum ſa⸗
cramentis noue legis pro futuris:dicit Chriſtus i
hoc cantico. Iam meſſui myrrham meam et come
di fauum:comedite ⁊ ſatiamini/bibite ⁊ inebriami
ni. quaſi dicat. quia iam ſolutum eſt pretium ⁊ iam
ſacramenta continent ipſuz in ſe virtualiter ⁊ rea
I liter. ¶ Quinta concluſio/quod neceſſaria fuit paſ
Quinta ↄcluſio ſio Chriſti ad purgandum et mandandum homi⸗
nem a macula ⁊ ſorde peccati ad cuius intellectum
eſt notandum:q̄d totum genus humanum ex pec⸗
cato primorum parentum non ſolum fuit debitum
in ſeruitutem ſub poteſtate diaboli:ſed etiam fuit
infectum in carne:⁊ anima macula peccati:⁊ ideo
non ſolum indigebat redimi ab illa ſeruitute ⁊ ſol
uere pretium pro debito per paſſionez Chriſti ꝑut
dictum eſt: ſed etiam indigebat mundari et purga
ri a macula omnis peccati. vt poſſet deo reconcilia
ri. Et ideo ex latere Chriſti non ſolum exiuit ſan⸗
guis in pretium noſtre redemptionis:ſed etiā aqua
in ablutionem peccatorum vt patet Ioannis. xix.
Et ſic ex paſſione Chriſti collata fuit virtus baptiſ
mo ⁊ penitentie et extreme vnctioni ⁊ ceteris ſa⸗
cramentis non ſolum ad conferendam gratiam :ſꝫ
etiam ad abluenda peccata. que quidem ablutio fit
per eccleſiaſtica ſacramenta. Ex quibus patet qua
liter neceſſaria fuit paſſio chriſti ad purganda et
abluenda peccata per ſanguinem eius vt demon⸗
ſtrat Apoſtolus ad Hebre. viij. et. ix. ⁊. x. Ideo dici⸗
tur Apocalyp. j. q̄d Chriſtus dilexit nos et lauit nos
K a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. ¶ Sexta con⸗
Sexta conclo. cluſio. q̄ neceſſe fuit Chriſtum pati tale genus mor
tis:vt paſſio eius eſſet metrum ⁊ menſura omniuꝫ
virtutum ⁊ exemplum patientie in omnibus ad⸗
uerſitatibus. Ad cuius intellectum eſt notandum
ſecundum Euſebium et Auguſtinum:q̄d ante mor
tem ⁊ paſſionem Chriſti ⁊ cognitionem euangelij
pauci audebāt aggredi mortem ⁊ tormenta pro ve
ritate ⁊ iuſtitia defendenda:et multi deficiebant
in tolerandis:et perferendis aduerſitatibus ⁊ tri
bulationibus. immo multi reges et principes ⁊ im
peratores procurauerunt ſibi mortem et occiderūt
ſeipſos:non valentes miſerias huius mundi pa⸗
tienter tolerare:vt patet de Nerone et Domitiano
et Catone/⁊ Annibale/⁊ Lucretia/⁊ Cleopatra et
multis alijs qui ſeipſos occiderunt. immo Ceſar
deſperans de victoria ſeipſum voluit interimere
prope Ilerdam vt inquit Lucanus. et hoc accide⸗
bat q: nō habebant ſpeculū nec exēplū patientie d̄
aliquo iuſto et ſummo viro:nec expectabant futu
ram felicem vitam. Sed poſtq̄ principes mundi
venerunt ad fidem Chriſti et cognitionem legis
euangelice non legimus aliquem regem nec prin⸗
cipem fidelem ſibi conſciuiſſe/nec intuliſſe mortē
niſi quoſdaz maniacos ⁊ phreneticos :cuius ratio
eſt: Nam quando aliquis fidelis /cuiuſcunq̄ con⸗
ditionis ⁊ dignitatis ſit/laborat in aliqua aduer⸗
ſitate/aut perſecutione/⁊ infirmitate: ilico recur⸗
rit ad paſſionem Chriſti/⁊ legem euangelicam/et
imputans illas perſecutiones ⁊ aduerſitates pro⸗
uenire ex peccatis ſuis/patienter tolerat illas :et
inſpiciens in paſſione Chriſti qui plura pro nobis
paſſus eſt/iam ampliori patientia perfert eas. Et
ſic ex paſſione Chriſti habent:rei ⁊ peccatores vn Augu.
de agant penitentiam:⁊ miſeri vnde habeant pa⸗
tientiam:et iuſti vnde perferant martyrium pro
veritate fidei:vnde nullum genus aduerſitatis q̄s
poteſt pati:quin Chriſtus illud fuerit paſſus:et ſic
ex ſpeculo paſſionis Chriſti habet vnuſquiſq̄ vn
de patienter conſoletur:vnde ait Auguſtin⁹ ſuper
Ioannē exponens illud. Dabant ei alaphas. ſic im
plebat quod de ſe dixerat Chriſtus. Sic martyres
informabātur ad omnia que perſecutores libuiſ⸗
ſet facere perferenda:ſic regnum quod de hoc mun
do non erat/ſuperbum munduz nō atrocitate pu⸗
gnandi:ſed patiendi humilitate vincebat. Sic il⸗
lud granum multiplicandum ſeminabat horribili
contumelia:vt mirabiliter pullularet in gloria.
Item idem Augu. de verbis apoſtoli ſermone. xv.
Si in te fuerit charitas communicabis paſſionib⁹
Chriſti:et verus martyr eris:traditus eſt ille excel
ſus per quem omnia facta ſunt:in opprobrium ho⸗
minum et abiectionem plebis. ⁊ cōtumelias/⁊ fla⸗
gella in mortem:⁊ docuit nos exemplo paſſionis
cum quanta patientia in ipſo ambulemus: firma
uit nos exēplo ſue reſurrectionis: quid ab illo pa
tienter ſperare debeamus. Item idem Auguſtin⁹
ſuper pſal. lxj. Eia fratres opus erat ſanguine iu
ſti ad delenda peccata ⁊ chirographum peccatorū
noſtrorum. Opus erat exemplo patientie ⁊ humi
litatis: opus erat ſigno crucis ad diabolum ⁊ an
gelos eius debellandos:opus erat paſſione domi
ni:qua redemptus eſt orbis. Quanta bona egit
paſſio Chriſti: et tamen paſſio iuſti huius non eſ
ſet:niſi iniqui deum occidiſſent. Ex ſupradictis om
nibus patet qualiter talis paſſio Chriſti fuit neceſ
ſaria pro audacia et fortitudine martyrum/et ad
exemplum patientie miſerorum / et vt eſſet menſu L
ra omnium virtutum:vt iuſti ſequerentur agnum Septima
quocunq̄ ierit per imitationem. Septima con concluſio.
cluſio:q̄d paſſio Chriſti fuit neceſſaria non ſolum
ad redimendum totum hominem ſed etiam ad re
cuperandum regnum celorum pro membris Chri
ſti. Prima pars eſt probata per ſupradicta. Se⸗
cunda vero probatur : nam propter trangreſſio
nem primorum parentum non ſolum fuimus pri
uati illa habitatione terreſtris paradiſi / de qua il
li fuerunt eiecti et exules:ſed etiam fuimus priua
ti futura felicitate ⁊ poſſeſſione regni celorum :ad
quam ipſi et poſteri eorum fuiſſent tranſlati poſt
longum tempus ſi in illa iuſtitia originali ſtetiſ
ſent:q̄d regnum celorum nō potuit recuperari ꝑ
nobis niſi infinito p̄cio paſſionis ⁊ reſurrectionis
xp̄i:vt inquit Auguſtinus. Ideo dixit ſaluator an
te paſſionem ſuam. Vado vobis parare locum vt
edatis ⁊ bibatis ſuꝑ menſam meam in regno meo.
Luc. xxij. Item Luc. xxiiij. Quia ſic oportebat xp̄m
pati:⁊ reſurgere a mortuis tertia die:⁊ ita intrare in



gloriam ſuā. Item Ioā. xiiij. Non turbetur cor ve⸗
ſtrum neq̄ formidet:quia vado parare vobis lo⸗
cum:⁊ ſi abiero ⁊ preparauero vobis locū: iterum
veniam ⁊ accipiam vos ad meipſum :vt vbi ſum
ego:⁊ vos ſitis. Ex quibus patet q̄ neceſſaria fuit
M paſſio Chriſti:vt per eam Chriſtus emeret celum:⁊
Octaua ↄclo. nobis ibi locum prepararet. ¶ Octaua concluſio
q̄ neceſſe fuit Chriſtum pati tale genus mortis et
paſſionis vt non ſolum potentia:ſed iuſtitia dia⸗
bolus vinceretur. Ad cuius intellectum eſt notan⸗
dum:q̄ diabolus non tenebat nec poſſidebat ho⸗
minem ſub ſua poteſtate tanq̄ dn̄s aut iudex nec
tanq̄ creditor:ſed tāq̄ carcerarius ⁊ tortor ⁊ lictor
⁊ executor diuine iuſtitie. Et ideo pretium redem⸗
ptionis non erat ſoluendum diabolo:ſed deo patri
cui facta fuerat iniuria ⁊ inobedientia. Et ſic dia⸗
bolus executor diuine iuſtitie. qui ſemper fuit ama
tor ⁊ cupidus dominij ⁊ potentie :tenebat homi⸗
nē incarceratum ſub ſua poteſtate quaſi tyrānice/
donec ſolueretur ⁊ redderet pretium redēptionis
deo patri:⁊ fieret iuſta ⁊ ſufficiens punitio ⁊ iuſti⸗
tia de hoīe ne ſumma iuſtitia dei maneret leſa nec
violata:ſed integra ⁊ ſatiſfacta. Et ideo venit Chri
ſtus in carnē:⁊ pater poſuit in eo iniquitates om⸗
nium noſtrum:⁊ chriſtus paſſus eſt ⁊ vulneratus
propter peccata noſtra:⁊ attritus ꝓpter ſcelera no
ſtra:⁊ percuſſus propter ſcelus populi dei: ⁊ lan⸗
guores noſtros ipſe tulit:⁊ dolores noſtros ipſe por
tauit intantum quod liuore eius ſanati ſumus et li
berati:vt patet Eſa. liij. Et ſic in chriſto capite no⸗
ſtro punita ſunt omnia peccata noſtra:⁊ ſatiſfacta
iniuria dei:⁊ reintegrata iuſtitia:⁊ chriſtus ſoluit
ſufficiens pretium deo patri pro toto genere hu⸗
mano:prout ſupradictum eſt:⁊ per cōſequens xp̄s
iuſte abſtulit ⁊ repetiuit predā a diabolo:qui eam
torquebat et tyrannice poſſidebat. Sed quia dia⸗
bolus tentando hominem ⁊ precipitando ipſum in
peccatū dicit̄ victor:⁊ tanq̄ victor ⁊ triumphator
poſſidet ipſum / ideo quando propter paſſionem
Chriſti fuit ipſi homo ablatus : tunc diabolus di⸗
ctus fuit victus ⁊ debellatus:quia ipſi fuit ablata
preda:quā diu poſſiderat ſub ſeruitute. Sed poſt⸗
ea magis fuit victus ⁊ debellatus /quādo in virtu⸗
te paſſionis Ieſu fuit de populo gentili eiectus et
ꝓpulſatus. Et ſic etiaz quotidie diabolus vincitur
quando per penitentiam a peccatoribus quos ſub
ſeruitute peccati poſſidebat/eijcitur. Sed q: totuꝫ
N hoc factum eſt/⁊ fit in virtute paſſionis chriſti:per
Augu. quam facta fuit noſtra iuſtitia:ergo ſequitur q̄ per
iuſtitiam et ex iuſtitia tunc fuit victus ⁊ debellat⁹
diabolus/et per eandem iuſtitiam quotidie vinci⸗
tur et debellat̄. Ex quo patet q̄ neceſſaria fuit paſ⸗
ſio chriſti/vt diabolus amator potentie vinceretur
iuſtitia/quam ſemper impugnauit prout dicit Au⸗
gu. ¶ Sed eſt aduertendum ſecundum Auguſti⸗
num in Enchiridiō:q̄ quaſi omnia peccata fuerūt
annexa pcc̄ō primorum parentū. Nam ibi fuit fur⸗
tum:quia rapuit fructum prohibitum ab arbore.
ſecundo ibi fuit ſacrilegium ⁊ blaſphemia : quia
voluit vſurpare deitatem credendo ſerpenti: qui
dixit. Eritis ſicut dij. ⁊ per eandem rationē commi⸗
ſit crimen leſe maieſtatis Adam. Item commiſit
homicidium:quia ſeipſum et totum genus huma⸗
num in mortem precipitauit. Et ideo Chriſtus vt
ſufficienter totum peccatum primorum parentum
expiaret ⁊ omnia peccata futurorum in ipſo puni⸗
rentur:⁊ pro omnibus ſatiſfaceret fuit flagellatus
vt latro pro omnibus latronibus:⁊ conſputus et
alapis ceſus pro omnibus ſacrilegis ⁊ blaſphe⸗
mis:⁊ ſpinis coronatus pro omnibus ſuperbis et
⁊ vſurpatoribus regie maieſtatis. Et fuit ſuſpen⸗
ſus ⁊ mortuus in cruce pro omnibus homicidis pe
nitentibus. Et ſic patet qualiter Chriſtus ſufficien
ter ſatiſfecit pro peccatis omniū preteritorū ⁊ fu⸗
turorū. ideo iuſte potuit eos liberare de poteſtate
diaboli:qui per talē iuſtitiam māſit victus ⁊ debel
latus :⁊ chriſtus manſit victor ⁊ triūphator. ¶ No O
na cōclo. q̄ ordo noſtre redēptionis fuit neceſſari⁹ Nona
neceſſitate congruentie ad vincēdā aſtutiā diabo⸗ cōclo.
li. Ad cuius intellectum eſt aduertendum:ſecundū
Auguſtinum in quodā ſermone de paſſione:⁊ cru⸗ Aug.
ce dn̄i:q̄ chriſtus eundem ordinem ſeruauit in no⸗
ſtra redēptione:quē tenuit diabolus cōtra p̄mos
parentes ⁊ poſteros ſuos. ⁊ ſic chriſtus non ſolum
vicit diaboli potentiā:ſed etiā ei⁹ aſtutiā. Vn̄ dia⸗
bolus tenuit hanc aſtutiā ad tentādū primos pa⸗
rentes. Nā primo cepit formā ſerpētis. ſub qua for
ma latebat venenū ſathanicum. ⁊ venenoſo ſibilo
inſufflauit in fructū prohibitū:⁊ infecit eū. Et tūc
oſtendit mulieri pomū exterius pulchrum ⁊ ſuaue
ad veſcendū:ſed intus mortifero veneno infectū/
perſuadēdo vt comederet cum viro ſuo. Et ideo illi
co cū comederent fuerunt infecti:⁊ ſauciati in carne
vulnere inordinate concupiſcentie:⁊ in anima vul⸗
nere peccati. quā quidem corruptionē carnis ꝑ li⸗
bidinoſam gn̄ationē trāſmiſerūt in oēs poſteros.
Ex cuius carnis libidinoſe contactu ſine conſortio
vnaqueq̄ aīa trahit culpā originalem:ex conſenſu
concupiſcentie voluntas cōtrahit peccatum actua
le. Et ſic diabolus ſub tali aſtutia infecit ⁊ ſibi ſub
iugauit totum genus humanum:vt inquit Augu⸗
ſtinus. Et ideo filius dei totius generis humani
prudens ⁊ ſufficiens reparator:⁊ reſtaurator:⁊ con
tra diabolū triūphatorē eundē ordinem ſeruauit in
noſtra redēptione. Nam ſicut diabolus accepit for
mam ſerpentis:ſub qua latebat venenum ſathani
cum:⁊ hamus fraudulentus quaſi ſub eſca ad de⸗
cipiendum ⁊ vincendū hominem:ita chriſtus per
oppoſitum aſſūpſit formam hominis ſub qua late
bat antidotum ſalutis:⁊ hamus deitatis:⁊ ad deci
piendum ⁊ vincendū diabolum. Et ſicut diabolus
ſerpens antiquus inſufflauit in illū fructum ſuum
venenum:⁊ infecit ipſum:ita ſpiritus ſanctus in⸗
ſufflauit in illam humanitatem aſſumptā ſpiritum
ſapientie ⁊ intellectus:⁊ ſanctificauit illam huma
nitatē/⁊ gratificauit:vt eſſet ille hō plen⁹ oīs gra⸗
tie:de cuius plenitudine oēs accepērimus. Et ſic
ſicut primi parentes comedēdo de illo fructu pro⸗
hibito ⁊ venenato illico fuerūt corrupti ⁊ ſauciati
in corpore ⁊ anima:incurrentes ſententiam dupli⸗
cis mortis. Ita per oppoſitum comedentes iſtum
fructū ſalutiferū:q̄ eſt xp̄s:oēs ab illo morbo ſanan
tur:⁊ ab illa morte ibi ꝑpetrata viuificant̄. Item ſi
cut primi parentes cōtra p̄ceptuꝫ ⁊ volūtatē dei ex
tenderūt manum ad lignū:⁊ rapuerūt fructū:⁊ gu⸗
ſtantes fuerunt infecti:⁊ per generationem infece⸗
runt omnes poſteros ; ita pariter chriſtus vt ex⸗
piaret ſcelus eorum extendit manus ⁊ brachia ſua
ad arborē ⁊ lignū crucis:⁊ inde collegit ⁊ guſtauit
amaros fructus paſſionis ſui/quidē fructus licet

ſibi fuerint amari: tamen nobis fuerūt dulciſſimi. Et ideo omnes fideles comedentes de fructu paſſionis quē nobis porrexit Chriſtus: ſanantur a morbo cibi prohibiti: quē diabolus porrexit primis parentibus: ⁊ ex cōſequēti oībus ſuis poſteris. Item ſicut diabolus inſufflando ſup cibū prohibitum intulit ⁊ infixit in eo illud venenū mortiferum ad inficiendū primos parentes: ⁊ ex conſequēti totū genus humanum: ita pariter Chriſtus inſufflauit in ſeptē eccleſiaſtica ſacramenta ifundēdo virtutē ſue paſſionis. tanq̄ medelā ⁊ antidotū ſalutiferum ad ſanandos oēs fideles a morbo ⁊ veneno illius cibi ꝓhibiti. Itē ſicut Adam trāſmiſit venenū ⁊ peccatum ſuū in oēs poſteros filios ſuos per libidinoſam ⁊ carnalē generationē: ita pariter Chriſt⁹ trāſmiſit virtutē ⁊ merita ſue paſſionis in oēs fideles filios adoptiuos ꝑ baptiſmalē ⁊ ſanctificantem regenerationem. Ex q̄bus oībus patet ꝙ Chriſtus in ordine noſtre redēptionis nō ſolū vicit potentiam diaboli ꝑ iuſtitiā: ſed etiā vicit eius aſtutiā per contrariā diſpoſitionē. Hūc ergo ordinem ⁊ diſpoſitionē vult explicare in perſona Chriſti Salomon in hoc ſexto Cantico: cum dicit. Surge aquilo ⁊ veni auſter ⁊ perfla hortū meum. i. veni ꝑſecutio Iudeorū ⁊ tormēta miniſtrorum Pilati. Et veni tu auſter i. voluntas patris: ⁊ ꝑfla ⁊ agita corp⁹ meū ꝑ paſſionē ⁊ mortē: vt fluāt aromata ⁊ merita per vulnera flagellorū ⁊ clauorū ⁊ lancee: ad complendā oēm iuſtitiā ⁊ ſanāda vulnera peccatorū. Et ſicut ſerpens antiquus inſufflauit in fructū ꝓhibitū: vñ fluxit venenū ad inficiendū totū genus humanū: ita tu Aquilo ⁊ Auſter inſufflate hortum corporis mei: vt fluāt ex eo aromata Chriſtiane redēptionis ⁊ ſalutis ad fugandū illud venenū peccatorū. Et ſubdit. Iam veni in hortu₃ meum ſcilicet in hortum paſſionis ⁊ crucis. Etiam meſſui myrrhā ſacramentorū ex arbore crucis: ⁊ iam guſtaui ⁊ comedi fauū paſſionis cum melle: ⁊ bibi vinum cum lacte paſſionis. quam myrrham ⁊ fauum cū melle ⁊ vinū cū lacte immiſi ⁊ tranſtuli in eccleſiaſtica ſacramenta ad ſanandos ⁊ reficiendos ⁊ alendos fideles. ideo vos amici fideles venite ad me ꝑ fidem ⁊ comedite ⁊ ſaturamini iſta myrrha ⁊ fauo cum melle ſacramētorū: ⁊ bibite ⁊ inebriamini iſto vino cum lacte: ⁊ ſatiamini: ⁊ ſanabimini ab infirmitate: ⁊ recuperabitis vitam per gratiam. quia licet ego dormiā in cruce tamē cor meum vigilat in veſtra redemptione. Et ſic patet qualiter paſſio Chriſti vicit aſtutiā diaboli. Ideo dicit Aug. in ſermone vni⁹ martyris: Que fortitudo draconis cōtra mortē dñi q̄ ſerpentē ſuſpendit in ligno? Triumphauit enī de morte quam diabolus propinauerat per aſtutias ſuas homini. Et cum exaltaret Moyſes ſerpentem in eremo in ligno: populus qui mordebat a ſerpente attendebat ſerpentem ⁊ ſanabatur. Sic ⁊ modo quēcunq̄ momorderit aſtutia Sathane intueat Chriſtū in ligno pendentē. ibi enim mors occiſa eſt dominus ſemper viuit. Sed vt occideret mortē veſtitus eſt morte. Ex ſupradictis ergo patet qualiter neceſſe fuit Chriſtum pati tale genus mortis: vt vinceret aſtutiam diaboli ⁊ malitiā eius. ¶ Decima concluſio: qđ paſſio Chriſti fuit neceſſaria ad roborandū ⁊ adequandos: ⁊ condignificandos omnes actus humanos erga deum: vt eſſent fructiferi et digni gratia in preſenti ⁊ gloria in futuro. ⁊ etiam ad adequandū oēs actus humanos inter ſe ſiue erga proximum. Ad cui⁹ intellectū eſt notandum ſm Apoſtolum ad Roma. viij. quod paſſiones. i. operationes huius ſeculi non ſunt condigne: nec ſufficientes: nec comparabiles ad futurā gloriam: que reuelabitur in nobis: quod dupliciter accidit. Uno modo ratione imperfectionis: q2 nulla operatio humana poteſt eſſe de ſe ita perfecta quin patiatur aliquem defectum in aliqua circunſtantia: ꝓ quem defectum illa operatio non eſt digna comparari premio celeſti: vnde ieiunium noſtrum non poteſt ita perfecte fieri quin in aliquo deficiamus. Nam ieiunium debet fieri cum patientia ⁊ puritate mentis: ⁊ cū oratione ⁊ eleemoſyna: ſed impoſſibile eſt ex parte noſtra quin deficiamus in aliqua circūſtātia. ¶ Et ita eſt dicendum de oratione: q2 non fit cū ſufficienti feruore: ſed cum aliqua vaga et deuia cogitatione admixta: ⁊ non cum tota attentione. Et ita etiam eleemoſine noſtre non fiūt ſemper cū intentione ⁊ largitate ⁊ deuotione: ⁊ ſic de omnib⁹ operationibus que ſemper patiuntur aliquem defectum. Ideo dicitur Eſaie. lxiiij. quod omnes nos ⁊ iuſtitie noſtre quaſi pannus menſtruate: propter quod non ſunt de ſe digne premio eterno: nec ſufficienter ſatiſfaciunt pro peccatis commiſſis: ⁊ ſic propter tales defectus non ſunt cōdigne. Item ſecundo non ſunt condigne ratione valoris: q2 quantūcunq̄ ſit perfecta bona operatio noſtra: ſemper eſt finita ⁊ breuis: ergo de ſe non eſt tanti valoris vt poſſet ſatiſfacere pro debito infinito in ipſo penitente ad delendam penam peccati infinitā. ¶ Et ſic nulla penitentia iniuncta poſſet ſatiſfacere pro debito peccati: nec minus non poſſet ſufficere bona operatio ad premium eternum cōſequendum: quia ipſi non poteſt cōparari in valore: de quo dicitur per Eſa. lxiiij. ⁊ Apoſtolum. i. ad Corin. ij. qđ nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis aſcendit que preparauit deus diligentibus ſe: ergo nulla operatio humana de ſe eſt ſufficiens ad ſatiſfaciendum pro debito peccati: nec ad conſequendam futuram gloriam cōdignā. Et ideo ad ꝑficiendas operationes noſtras ⁊ ad ſupplendum defectum earum/ ⁊ ad faciendas ipſas condignas premio eterno ⁊ futura gloria. fuit neceſſaria paſſio Chriſti: que adequat ⁊ condignificat oēs operationes noſtras: vnde applicata paſſio Chriſti ieiunio noſtro ſupplet oēs defectus eius: ⁊ perficit ipſum ⁊ reddit ipſum validum ⁊ condignum premio eterno: quando ſumus ī ſtatu gratie. Et ſic eſt dicendum de eleemoſyna. que de ſe parui valoris eſt: ſed addita Chriſti paſſio facit illā validam ⁊ dignam premio eterno: ⁊ datur exemplum de anulo aureo vnius vncie: qui de ſe vix valet ſex ducatos: ſed ſi addatur ⁊ celetur in eo carbūculus: reddit ipſum magni pretij ⁊ valoris ad emendam vnā ciuitatem. ¶ Sic ergo oratio vel eleemoſyna noſtra de ſe parui valoris eſt: ſed ſi applicentur ipſi merita paſſionis Chriſti: faciunt ipſam condignam: et validam ad emendum regnum celorum. Unde eſt iterum aduertendum: quod ieiunium ⁊ oratio et peregrinatio et labores ⁊ omnia opera que Chriſtus fecit: computantur in in paſſione eius: quia tota vita chriſti fuit vnus actus paſſionis penitentie pro nobis continuus ⁊ non interpolatus: put dictum fuit ſuper pſal. xxix. et dicetur in ſequenti queſtione. que quidē opa Chriſti nō ſolu₃ fuerunt facta ad delenda noſtra peccata: ſed etiam ad perficiendas operationes noſtras: ⁊ ad ſupplendū defectum earū. Nā xp̄s ieiunauit vt perficeret ⁊ conſecraret ieiuniū noſtrū. Et peregrinatus eſt vt perficeret noſtras peregrinationes: ⁊ fecit eleemoſynas et opera miſericordie vt perficeret opa miſericordie noſtra: ⁊ ſuppleret defectus eorum: ⁊ faceret ea valida ⁊ cōdigna premio eterno. Ex quibus patet qualiter paſſio xp̄i condignificat et adequat oēs noſtras operationes erga deum. ¶ Et ſi queratur: quomodo paſſio xp̄i applicet operatiōib⁹ noſtris et reddat eas validas. Reſpondet ꝙ quandocunq̄ homo fidelis efficitur membrū xp̄i per fidem charitate formatam tunc in omnib⁹ operationib⁹ ſuis participat paſſionē xp̄i: quia diligentib⁹ deum oīa cooperantur in bonū. ad Ro. viij. Et ſic ꝓpter participationē paſſionis xp̄i oīa opera iuſtorū reddūtur valida ⁊ condigna. et ideo quilibet penitēs aut iuſtus in oībus operationibus ſuis ſemper debet inuocare paſſionē xp̄i. Unde quando dicimus. Pater de celis miſerere nobis: nil aliud intendimus dicere/ niſi O pater rogamus vt accipias paſſionē filij tui in pretium pro peccatis et delictis ⁊ defectibus noſtris. Et quando oramus filium dicētes. xp̄e fili dei viui miſerere nobis: nil aliud intentimus dicere/ niſi O xp̄e fili dei redemptor mundi rogamus vt velis offerre paſſionem tuam patri pro peccatis noſtris: ⁊ velis applicare paſſionē tuam in omnibus paſſionibus noſtris vt ſint digne penitentia in hoc ſeculo ⁊ vita eterna in futuro. Et ſic patet qualiter ſola paſſio xp̄i poteſt adequare operationes noſtras erga deum. Sed eſt vlteri⁹ aduertendum/ ꝙ paſſio xp̄i non ſolum adequat operationes noſtras erga deū/ ſed etiam erga ꝓximum. vnde qñ quis leſit ⁊ offendit ꝓximū in perſona/ vel in bonis/ vel in fama: ⁊ non valēs ſatiſfacere dicit paſſo iniuriam. O frater rogo amore paſſionis xp̄i/ vt parcas mihi. nil aliud intendit dicere: niſi rogo te frater poſtq̄ nō poſſu₃ tibi ſatiſfacere: vt acceptes paſſionē xp̄i in recompenſationē iniurie tibi facte poſtq̄ xp̄s pro noſtris delictis paſſus eſt: ⁊ pro omnibus exorauit. tunc manifeſtum eſt / qđ ſi paſſus iniuriam parcit reo: ꝙ acceptauit paſſione₃ xp̄i in pretium ⁊ recōpenſationē ſue iniurie. Et ſic paſſio xp̄i fuit illa que adequauit recōpenſationem ſiue operationem inter duos proximos. ¶ Ex quo ſequitur primo ꝙ ſi paſſus iniuriam non vult remittere nec parcere precanti veniam amore paſſionis xp̄i: videtur contēnere paſſionem xp̄i: ⁊ immo videtur pluris exiſtimare iniuriā ſuā q̄ paſſionem xp̄i: ⁊ quod eſt abſurdum ⁊ ſacrilegum. Item ſequitur ſecundo: ꝙ talis obduratus in ſua malitia non eſt dignus vt ipſi ſubueniat paſſio xp̄i: ⁊ poſtq̄ eam contēnit non parcendo proximo/ nec remittendo propriam iniuriā: ⁊ prout ſatis explicat ſaluator in parabola de decem milibus talentorū. Mat. xviij. Ex quibus patet qualiter paſſio xp̄i non ſolum dignificat et perficit et adequat operatiōes noſtras erga deum ſed etium erga proximum. Ex omnibus ergo ſupradictis per decem concluſiones patuit/ qualiter fuit neceſſaria paſſio xp̄i et quomodo neceſſe fuit chriſtum pati tale genus mortis ⁊ paſſionis: nō neceſſitate coactiōis ex parte dei: quia non defuit ipſi aliud modus paſſibilis: ſed ille modus fuit neceſſarius neceſſitate congruentie ex parte noſtre ſalutis. Et hoc decem rationibus. ¶ Primo ad adequandam dei iuſtitiam/ cū miſericordia erga nos. Secundo ad confirmandū teſtamentum ꝑ mortem teſtatoris. Tertio ad verificandam ſcripturam legis ⁊ prophetarum. Quarto ad ſoluendum omne debitum noſtrum. Quinto ad purgandum ⁊ mundandnm omne peccatum. Sexto ad dirigēdos omnes actus humanos: ⁊ vt eſſet exemplū patientie ⁊ ſpeculum miſerorum in omni aduerſitate. Septimo ad emendum ⁊ recuperandum celum ⁊ omne deperditum in Adam. Octauo ad vincendā potentiam diaboli per iuſtitiam. Nono ad deſtruendam aſtutiam diaboli per prudentiam. Decimo ad condignificandas et adequandas noſtras operationes erga deum ⁊ proximum. Et hoc de primo q̄ſito. ¶ Secundo queritur circa illud qđ dicit chriſtus in hoc cantico. ſ. Ego dormio ⁊ cor meum vigilat. vbi dictum eſt in expoſitione: quomodo chriſt⁹ non ſolū pro nobis meruit per ea que facta ſunt in vita: ſed etiam poſt mortē circa eum. Et quomodo licet dormiret in cruce ⁊ in ſepulcro: tamē ſemper vigilabat operando noſtram redēptionem: ⁊ recipiendo vulnus in latere. Et videtur ꝙ chriſt⁹ non potuit mereri per vuluus lateris: nec per ſepulturam. Nam ſpatium merendi vel demerendi conceditur hominibus tantum in hac vita vſq̄ ad mortem terminatiue: vt inquit Auguſtinus in Enchiridio: quia poſt mortem non eſt tempus merendi: ſed premium recipiendi. cum ergo Chriſtus iam eſſet mortuus quando latus eius fuit lancea perforatum: vt patet Ioan. xix. ergo poſt mortem non potuit per illud vulnus mereri: nec in noſtra redēptione vigilare. In oppoſitum autem eſt textus huius cantici. ¶ Ad cuius declarationem eſt notandum: qđ ſicut in domificatore conſideratur triplex actus ſcilicet primus ⁊ ſecundus et tertius: ita pariter in Chriſto. Nam primus actus domificatoris eſt ipſe habitus artis: quem non ſolum habet in vigilia: ſed etiam in ſomno. Actus autem ſecundus eſt conſiderare ſecundum artem circa domum faciendam: et circa formam ⁊ figuram ⁊ partes eius: quod non poteſt fieri niſi in vigilia. Act⁹ vero tertius eſt quando manuales operantur ſucceſſiue: circa partes domus/ fabricando partem poſt partem. Ita ergo pariter in Chriſto conſiderabat triplex actus/ ſcilicet primus / ſecundus: et tertius. Actus primus fuit gratia vnionis ⁊ omnes habitus gratiarum et donorum quos a primo inſtanti creationis anime habuit. Actus autem ſecundus fuit cōſideratio noſtre redemptionis: ⁊ propoſitu₃ firmum ⁊ immobile operandi noſtrā redēptione₃. iſte actus fuit vnicus et continuus et non interciſus nec interpolatus in tota vita eius: quia ſemper fuit ipſi preſens ieiunium: et labores: et conuicia: ⁊ opprobria: et iniurie: et captio: et flagella: et vulnera clauorum ⁊ lancee. ¶ Et omnia que erat paſſurus fuerunt ipſi preſentia: et ſemper ſine interuallo erat in firmo et immobili propoſito ſponte patienti illa. Et in hoc actu ſecundo fuit ſemper in ſomno ⁊ in vigilia: quia licet pars ſenſitiua quādoq̄ dormiret: tamen pars intellectiua et rationalis ſemper fruebatur in verbo et ſemper in actu. Secundo conſiderabat et ſponte proponebat pati. Sed quia propter tale immobile propoſitum.

Augu.

Triplex actus conſiderat in xp̄o.

merebatur pro omnibus operationibus futuris
non ſolum in vita ſed etiam poſt mortem: ideo a
primo inſtanti conceptionis iam meruit propter
vulnus lateris ⁊ ſepulturam ⁊ cetera opera. Et ita
B eſt dicendum de martyribus. ¶ Nam beatus Vin
centius non ſolum merebatur propter martyrium:
quod patienter propter Chriſtum tolerabat: ſed
etiam iam meruit in vita propter omnia que ipſi
fecerunt poſt mortem: puta quia fuit cadauer eius
proiectum canibus ad comedendum: poſtea fuit
proiectum in mare ⁊c. Et ita eſt dicendum de cete-
ris ſanctis: eo qđ in vita meruerunt propter fir-
mum propoſitum/ vt omnia illa prodeſſent. Actus
autem tertius ipſius Chriſti fuit quando realiter
operabatur opera noſtre redemptionis ad extra/
puta per quadraginta dies ieiunando/ et predican
do/ et miracula faciendo/ et mortem patiendo/ et
vulnus lateris recipiendo. qui quidem actus licet
eſſent ſucceſſiui et diſtincti circa nos: tamen quia
erant de eſſentia paſſionis et redemptionis: ideo
omnes illi actus ſimul dicti ſunt vnus actus redē-
ptionis/ quaſi vnitate aggregatiōis reſpectu vniꝰ
finis: quia omnes illi actus fuerūt vna via ad vni-
cum finem. et etiam fuerunt vnus actus ratione
vnius firmi et continui propoſiti Chriſti: ideo om-
nes illi actus computabātur in noſtra redemptio-
ne/ et in Chriſti paſſione. Et ſic Chriſtus ab inſtan-
ti conceptionis ſemper fuit in iſto actu tertio: nam
illico incepit opera noſtre redēptiōis: quia ſtatim
incipit orare patrem pro tota eccleſia: ⁊ in tali ora
tione ſemper ſine intermiſſione perſeuerauit. Itē
ſtatim monit virginem matrem ſuam: vt iret ad vi
ſitandam Eliſabeth: vt ipſe ſanctificaret Joannē
Baptiſtam. Et ſic in vtero virgineo ſemper pro no-
bis orabat. Et poſt natiuitatem iam incepit flere ⁊
frigus et alios dolores pati: que omnia pertine-
bant ad noſtram redemptionem. Et ſic erat ſubie-
ctus parētibus: ⁊ obſeruabat opera legis vſq; ad
baptiſmum. Et poſtea incepit operari in lege euan
gelica: ⁊ ſic proſecutus eſt opera redemptionis vſ-
q; ad mortem: et etiam poſt mortem vſq; ad ſepul-
turam et reſurrectionem. Et ſic patet ꝙ Chriſtus
ſemper fuit ſimul in actu ſecundo/ et ſucceſſiue in
actu tertio/ circa noſtram redemptionem. Et ideo a
primo inſtanti meruit plene et perfecte reſpectu
ſui pro omnibus operibus ſucceſſiuis futuris tam
poſt mortem/ ſicut ante et hoc accidebat propter
vnicum actum ⁊ firmum propoſitum noſtre redem
ptionis: eo modo quo dictū eſt. Unde ſicut ſol ſem
per eſt in actu primo et ſecundo reſpectu ſui: quia
ſemper illuminat et in ſe habet totum ſuum lumē
tam in aurora/ ꝙ̄ in meridie: ſed illud lumen non
attingit omnes partes mundi ſimul: ſed ſucceſſi-
ue: ita pariter Chriſtus ſicut in ſe habebat totum
ſuum propoſitum et totam virtutem ſue paſſionis
ſimul tam in primo inſtanti ꝙ̄ in tota vita: ita ha-
bebat totum meritum. ſed poſtea illud propoſitum
C ſucceſſiue exiuit in actum reſpectu noſtri. Et ideo
reſpectu ſui ſemper meruit pro nobis propter om-
nes actus. ¶ Sed illud quod facit maiorem diffi-
cultatem in hac materia eſt: qđ ſecundū cōmunem
opinionem/ Chriſtus poſt mortem in triduo non
fuit homo: ⁊ ſi non erat homo/ ergo non erat caput
eccleſie: quia Chriſtus inquantum deus et homo
eſt caput eccleſie. ⁊ ſi nō fuit homo/ nec erat caput
eccleſie: ergo virtus ſacramentorū non potuit ema
nare ex latere eius: quia Chriſtus vt caput eccleſie in
fluxit virtutē in ſacramēta: nec ſacramenta habēt
efficaciā niſi a xp̄o vt eſt caput eccleſie: ergo ſi chri
ſtus nō fuit homo in triduo: nec caput eccleſie: ſe-
queretur ꝙ eccl'ia nō exiuit ex latere Chriſti: quod
eſt directe contra Augu. ⁊ ſequeretur etiā ꝙ ille ſan-
guis cū aqua q̄ exiuit ex latere Chriſti nō fuiſſet ef
fuſus in remiſſionē ⁊ redemptionem peccatorum:
quod eſſet contra Clementinā de ſumma trinita-
te ⁊ fide catholica. Ad hoc reſpondetur ꝙ ſi velle-
mus ſequi opinionē et poſitionē magiſtri: quam ſe
quitur Egidius de Roma/ et quidā alij magni viri:
nulla eſſet difficultas. Dicūt enī quod Chriſtus fuit
et erat homo ī triduo iſto modo/ ſcilicet ꝙ licet fue
rit mortuus/ ⁊ anima vere a corpore ſeparata: ta-
men quia iſta duo erant iuncta et vnita perſonali-
ter in verbo: ideo verbū poterat dici homo: poſtꝙ̄
habebat iſta duo ſibi perſonaliter vnita: licet inter
ſe eſſent ſeparata. Et ſic cōcedunt: qđ licet iſta duo
inter ſe non erant vnus homo/ tamen in vno tertio
ſcꝫ in verbo perſonaliter vnita poterant dici ho-
mo. Item concedūt ꝙ licet in illo triduo ex anima
nō reſultabat humanitas in corpore: eo ꝙ erat ab
eo ſeparata: ita ex corpore ⁊ aīa reſultabat huma-
nitas ī verbo/ licet non inter ſe. Et iſto modo intel-
ligunt illud quod ait Damaſcenus: ſcilicet. Qđ ver
bum ſemel aſſumpſit nunꝙ̄ dimiſit. Et ſic iſti cōce-
dunt quod Chriſtus fuit homo ⁊ caput eccleſie: et
per cōſequens ex latere Chriſti capitis eccleſie exi
uit ſanguis ⁊ aqua in remiſſionem peccatorū: ⁊ ad
efficaciā ⁊ virtutē ſacramentorū. Et ſic ratio ducta
ſupra in oppoſitum nullam affert difficultatē ſecun
dum eos. Et ſi arguitur contra iſtos a ſuperiori ne
gato: nā ſi Chriſtus in triduo non fuit corpus ani-
matum/ nec viuum: ergo nec erat homo. Ad hoc re
ſpondent ꝙ hec illatio dialectica nō habet locū in
hoc ſingulari myſterio ſupnaturali/ vbi partes eſ-
ſentiales huius hois nō habēt ꝓpriā pſonalitatē:
ſed poſt mortem manſerunt ſub eadē pſonalitate
verbi vnita: ⁊ ideo non ſequit niſi ꝙ Chriſtus in il-
lo triduo non erat homo viuus in ſe/ ſed homo mor
tuus: cuius partes eſſentiales licet eſſent ſepara-
te inter ſe: tamen nulla earū fuit corrupta/ nec ami
ſit perſonalitatem: ⁊ ideo ex eis poterat reſultare
humanitas in verbo: cui perſonaliter erant vnite.
Sed quia iſta poſitio cōmuniter non tenetur: nec
placet vniuerſitati Pariſienſi/ nec maiori turbe do
ctorum. Ideo eſt dicendum ſalua ſemper fide ca-
tholica et meliori iudicio: ꝙ licet Chriſtus non fue
rit naturalis homo in triduo eo ꝙ erat vere mor-
tuus/ et partes humanitatis erant realiter ſepa-
rate: tamen adhuc Chriſtus erat vere caput eccle-
ſie. ¶ Ad cuius intellectum eſt aduertendum/ qđ D
licet Chriſtꝰ deus et homo ſit caput eccleſie: tamē
principalitas huius perſone conſiſtit in verbo: eo
ꝙ verbum habet rationē principalis agentis/ ⁊ hu
manitas habet rationem inſtrumenti/ quia verbū nō
aſſumpſit humanitatē niſi vt eſſet inſtrumētū nr̄e
redēptionis: vt ait Damaſcenus: et cōiter tenetur.
Aſſumpſit enī corpus vt eſſet inſtrumentum patiē
di/ ⁊ aīam vt eſſet inſtrumentū merēdi. Et ideo ver
bum erat agēs principale/ ⁊ corpus ⁊ anima reſpe-
ctu verbi mouebanť tanꝙ̄ inſtrumentū in oī opere
noſtre redēptiōis. Et ideo ad hoc ꝙ verbū eſſet ca-



put eccleſie ſufficiebat ꝓ illo tunc ꝙ haberet cor-
pus ⁊ aīam ſibi pſonaliter vnitam: licet inter ſe eſ-
ſent ꝑtūc ſeparata/ quia verbū cū aīa poterat opera
ri in inferno educendo aīas fidelium veteris teſta
menti: ⁊ corpus poterat inſtrumentaliter operari
in cruce: vulnus lateris recipiendo: ⁊ cetera myſte
ria ad corpus pertinētia: tam in ſepulcro: ꝙ̄ in cru
ce patiendo. Et hoc ſufficiebat ad hoc qđ Chriſtus
tanꝙ̄ caput eccleſie perficeret opera noſtre redem
ptionis. Et ideo fuit neceſſe ꝙ ſicut aīa nō fuit cor-
rupta in tali ſeparatione ⁊ morte: ita nec corpꝰ cor
rumperetur/ nec incineraretur/ nec ſumeret aliā ſfor-
mam ſubſtantialē: ſed maneret idē numero: quia
aliter fuiſſet variata noſtre redemptionis opera-
tio mutādo inſtrumētū: ſi nō manſiſſet idē corpus
qđ Chriſtus ex puris ſanguinibus virginis aſſum
pſerat ad inſtrumentum noſtre redēptionis. Et iđ
eſt dicendum ꝙ ille homo vere fuit mortuus. ⁊ da-
to ꝙ non fuerit homo in illo triduo: tamen idem
Chriſtus et idem caput eccleſie manſit cū eiſdē in-
ſtrumentis noſtre redemptionis. Et ideo illud cor-
pus mortuū dicebatur corpus Chriſti. Et ſic ex eiꝰ
latere exiuit ſanguis ⁊ aqua remiſſionem ⁊ redem
ptionē peccatorū: vt dicit Clemētina. Et ex illo la-
tere exiuit tota eccleſia ⁊ efficacia ⁊ virtus ſacra-
mentorū: vt inquit Auguſtinꝰ. Etiam hoc ſemꝑ me
ruit Chriſtus a principio ſue cōceptionis propter
immobile ⁊ firmū propoſitū patiendi ⁊ continuū
actū operandi: ꝓut ſupra dictū eſt. Et ita pariter
illa anima dicebatur anima Chriſti poſtꝙ̄ ipſi erat
perſonaliter vnita/ ⁊ per ipſam opabatur in limbo.
Et ſic patet qualiter Chriſtus ſemper fuit caput ec
cleſie in triduo: ⁊ q̄ūo opera eius fuerunt efficacia
ad perficiendum noſtrā redēptionē. Sed oportuit
vt corpus aīaꝫ reciperaret: ⁊ anima recuparet cor
pus glorioſum ad ſuā exaltationē ex merito tante
paſſionis/ et ad vltimam perfectionem noſtre redē
E ptionis: vt patebit in ſequenti cātico. ¶ Sed nūc
reſtat dubiū. vtrū corpus Chriſti mortuū in illo tri
duo fuerit/ ⁊ mānſerit ſubſtātialiter idē numero cū
viuo. Et videtur ꝙ non: quia ſicut homo mortuus
dicitur equiuoce: ita corpus hominis mortui dici-
tur equiuoce. ij. de anima: ⁊ vij. Metaphiſice. ⁊ ſic nō
manſit idem ſubſtantialiter/ poſtꝙ̄ amiſit formam
ſubſtantialem/ ſed manſit ſolū idem cum quadam
equiuoca ſimilitudine ⁊ figura. Sed in oppoſitum
arguitur: quia ſequeretur/ ꝙ Chriſtꝰ variaſſet ope-
ra noſtre redēptionis variando inſtrumentum/ qđ
eſt inconueniens. Ad hoc dicunt quidam/ qđ idem
corpus numero manſit: poſtꝙ̄ manſit eadem for-
ma corporeitatis: Sed hoc eſt ſupflue dictum: nec
euacuat difficultatem. nam ſupflue ponitur in ho-
mine/ ⁊ quolibet alio animali forma corporeitatis
ſubſtantialis: cū homo ſufficienter ſit corpus per
D ſolam quantitatem: ⁊ eſt ſufficiēter ſubſtātia/ ⁊ ens
actu per ſolā animā: vt patet. iij. de Anima. Unū ho-
mo intantū eſt corpus/ inquantum aīa informat: et
perficit materiā extenſam/ ⁊ figuratā ꝑ quātitatē/
⁊ diſpoſitā per phyſicas qualitates/ ⁊ ſic aīa dicit
actꝰ ⁊ forma ſubſtantialis corporis organici phyſi-
ci potentia vitā habentis: vt patet. ij. de Anima. Et
ſic quātitas dat eſſe corporeū/ ⁊ extenſum/ ⁊ dimen
ſionatum illi materie: ⁊ figura et qualitates prime
diſponentes ipſam materiam extenſam/ ⁊ corpore-
am dant ipſi eſſe organicum. Et ſic ex materia ſic
per quantitatem dimenſionata/ ⁊ per qualitates
diſpoſita/ ⁊ organizata reſultat corpus organicum
aptum vt ſit inſtrumētum anime ad operandum: ⁊
tale corpus ſic organicum actuat/ ⁊ informat/ ⁊ per
ficit ipſa aīa dando ipſi eſſe aīatum/ et eſſe ſubſtan
tiale/ ⁊ entiatiuum. quia anima intellectiua eſt for-
ma ſubſtantialis/ ⁊ qđ vere eſt: vt ait Ari. iij. de aīa
⁊ dicit. in Clementina de ſumma trinitate/ ⁊ fide ca
tholica. Et ideo corpus Chriſti manſit idē corpus
organicū poſtꝙ̄ manſit eadem quantitas/ ſiue ea-
dem materia extenſa per eandem quantitatē/ ⁊ di-
ſpoſita/ ⁊ organizata per eaſdē qualitates non cor-
ruptas. ¶ Sed eſt videndū quomodo mānſit eadē
ſubſtantialitas/ ⁊ entitas in illo corpore organico F
cum non manſerit eadē aīa/ que dabat ipſi eſſe ſub
ſtantiale: ⁊ entitatiuū. Ad hoc dicunt quidam: ꝙ ſi
cut ſol influit lumen in diaphanū/ ⁊ actuat ipſum:
ita anima influit eſſe ſubſtantiale/ ⁊ entitatiuū in
corpus organicū/ ſiue in illā materiā organizatam/
⁊ ſic actuat eā. Ex quo patet ꝙ eſſe ſubſtantiale qđ
aīa dat materie ⁊ corpori organico/ ē effectꝰ ipſius
anime/ ⁊ non ipſa aīa: ⁊ ꝑ conſequens illud eſſe ſub
ſtantiale/ et entitatiuum collatum materie diſtin-
guit ab aīa: ſicut effectus a cauſa: quia aīa non ſo-
lum habet rationē forme: ſed etiā cauſe efficiētis.
ſed deus poteſt conſeruare effectū in aliquo ſemel
collatū a cauſa: abſq; illa cauſa: ergo verbuꝫ quod
erat pſonaliter vnitū illi corpori organico mortuo
potuit conſeruare in illo corpore eſſe ſubſtantiale/
⁊ actualiter entitatiuum ſemel ipſi ab aīa collatū/
licet aīa eſſet ſeparata in illo triduo. vn̄ ſicut v'bū
conſeruabat illas qualitates cū quantitate in illa
materia ne corrumperentur/ ⁊ putreſierent abſq;
anima: ita potuit cōſeruare eſſe ſubſtantiale abſq;
anima. Et ſic dicūt doctores: ꝙ licet Chriſtꝰ nō ſur
rexiſſet: tamen illud corpus nunꝙ̄ fuiſſet putrefa-
ctum/ nec incineratū: poſtꝙ̄ erat verbo perſonali-
ter vnitum. vnde ſicut conſeruabat qualitates ſine
anima: ita poterat cōſeruare eſſe ſubſtantiale ſine
ipſa: eo ꝙ erat eiꝰ effectꝰ. Sed ꝙ hoc poſſit deus fa
cere/ ptꝫ nā trāſſubſtātiata ſubſtātia panis ī corpꝰ
Chriſti manēt eadē oīa accidētia ſine ſubiecto cuꝫ
oībus effectibꝰ ſubſtātie panis cōſeruatis cū illis
accidentibꝰ ex diuina virtute. nā illa accidētia effi
ciūt oīa q̄ faciebat ſubſtantia panis: ⁊ ipſum vinū:
nā illa accidentia nutriūt ⁊ ſatiāt comedentes ſi ſu
mantur in magna quātitate: ⁊ accidentia vini ine-
briant ſi ſumanť in magna quantitate. imo ex illis
accidentibus generantur vermes: ⁊ ex vermibus
generantur parue muſce: ſiue muſquiliones. Ex
quibus ptꝫ ꝙ deus cōſeruat oīa illa accidentia cū
effectibus panis et vini: lꝫ ſint ſeparata a corpore
xp̄i: ergo multo magis verbum potuit conſeruare
eſſe ſubſtantiale abſq; anima in illo corpore ſibi ꝑ
ſonalr̄ vnito. Et ſic ptꝫ qualiter illud corpꝰ Chriſti
mortuū erat ſubſtātialiter idē numero cū omnibꝰ
ſuis accidentibꝰ: lꝫ aīa eſſet ſeparata: eo ꝙ a verbo
habebat eſſe perſonale: ⁊ numerale. vn̄ licet ab aīa
habuiſſet p̄mo eſſe ſubſtātiale illud corpꝰ: tn̄ man
ſit conſeruatū illud eſſe in eo ꝓpter vniōnē ad ver
bū. Et ſic illud corpus mortuū potuit eſſe iſtrumē
tū verbi nō variatū ꝓ illo tūc in ope nr̄e redēptio
nis: ꝓut dictū eſt: Et ꝑ hec patet reſpōſio ad inſtā-
tiā. ¶ Ex ſupradicta q̄ſtione ⁊ difficultate ſecūda: G
⁊ etiā ex hoc qđ dicit in textu huiꝰ ſexti cantici. f.

ꝙ virgo Maria cū tota eccleſia q̄ſiuit Chriſtum/⁊ vocauit eum:⁊ non reſpondit:eo ꝙ iam tranſierat de hoc mūdo ad patrē per mortē corporalem:quando inclinato capite emiſit ſpiritū. Inſurgit tertia difficultas.ſ.vtrum Chriſtus in illo triduo fuerit filius virginis Marie:⁊ Maria fuerit mater chriſti. Ad qđ arguūt quidā magni viri:ꝙ non: vnde arguūt ſic. Filius et mater ſine pater/ſunt relatiua primi ordinis:⁊ per conſequens ſunt ſimul natura
dubiū. ſecundum Ariſt.hoc eſt ſimul ortu ⁊ occaſu ſecundum Augu.⁊ ꝑ conſequens perēpto vno correlatiuoꝝ perimit̄ ⁊ reliquū quo ad mutuā relationē. mortuo ergo xp̄o fuit perempta relatio/ſiue filiatio/qua referebat̄ ad matrem:⁊ ecōuerſo:ergo pro tunc nec Chriſtus fuit fili⁹ virginis/nec v̄go Maria fuit mater Chriſti. Item virgo Maria erat mater Chriſti ratione humanitatis aſſumpte/⁊ ꝑ conſequens erat mater dei/inquantum illa humanitas/ſiue ille homo erat perſonaliter de⁹/⁊ ſic virgo Maria dicebat̄ mater dei ⁊ hominis.ſ; in illo triduo Chriſtus non fuit homo prout cōmuniter tenetur.ergo virgo Maria nō fuit mater illi⁹ hominis ⁊ per conſequens nec mater dei:nec mater Chriſti. In oppoſitū aūt arguitur. Nā xp̄s per totū triduū ſemper fuit caput eccleſie/nec deſijt eſſe caput eccleſie:nec perempta fuit relatio eius ad eccleſiam corpus ſuū:prout dictum eſt.ergo ſequitur ꝑ eandem ratione ꝙ ei⁹ relatio ad matrem ſuā non fuit perempta per talē mortem:nec deſijt eſſe filius vir-
M giniſ:nec Maria virgo deſijt eſſe mater xp̄i ⁊ dei. ¶ Pro cuius declaratione eſt notandū/ꝙ ſicut cōceptio/⁊ generatio humana Chriſti fuit ſingularis ſine pari:quia non ex coitu:nec opere alicuius viri:ſed ſolo opere ſpiritus ſancti fuit corpus Chriſti formatum ⁊ organizatū non ex mēſtruo:nec ex ſanguine corrupto ſicut ceteri:ſed ex puris ſanguinibus virginis:⁊ ſimul aīa fuit ibi creata a tota trinitate:⁊ ſimul illa humanitas conditionata fuit in atomo perſonaliter aſſumpta per verbum:q̄ quidem cōceptio ⁊ generatio:nec habuit:nec habebit aliam parem:ita mors chriſti fuit ſingularis ſine pari. Nā ibi fuit vera mors:q̄ realiter anima fuit ſeparata a corpe:⁊ ſic xp̄s vere fuit mortuus. ſed illa mors fuit ſine corruptione:⁊ noua generatione: ⁊ ſic fuit ſingularis inter omnes alias mortes omnium animalium:⁊ oīm alioꝝ hoīm. Nam in morte cuiuſliber hominis non ſolū ſeparat̄ aīa a corpore: ſed etiam corrumpitur corpus:⁊ ex hoīe generatur cadauer:quia illa materia recipit nouā ⁊ aliā formā ſubſtantialē:que dicit̄ forma cadaueris:q̄ dicitur forma rei corrupte cōſiſtens in eſſe corrupto:⁊ tendit actualiter:⁊ naturaliter ⁊ ⁊ ſucceſſiue in putrefactionē:et reſolutionem. Sed hoc non accidit in morte xp̄i:quia idē corpus Chriſti ſubſtantialr numero:quod ſp̄s ſanctus formauit ex puris ſanguinibus virginis:māſit vnitum perſonal'r:⁊ ſuppoſitaliter verbo in cruce ⁊ ſepulcro poſt ſeparationē aīe:vt ſupra dictū eſt:⁊ per cōſequēs nō fuit ibi facta corruptio:nec gn̄atio noue forme ſubſtantialis/q̄ ⁊ ſic verbum de nouo aſſūpſiſſet aliā ſpeciē ⁊ per ꝯ̄ns fuiſſet variatū ſubiectū nr̄e redēptiōis: qđ fuit corp⁹ Chriſti ex puris ſanguinib⁹ virginis formatū:qđ fuiſſet abſurdū ⁊ maximū icōueniēs. Et iđ dr̄:ꝙ ſicut hu̅ana gn̄atio xp̄i fuit ſingularis et exq̄ſita abſq; aliqua p̄cedenti corruptiōe:ita ei⁹ mors fuit ſingularis:⁊ exquiſita inter oēs mortes abſq; corruptione:⁊ noua generatione alterius forme. Et ideo dixit Dauid pſal.xv. in perſona Chriſti ad patrem. Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem:q̄m a dextris es mihi ne cōmouear. quaſi dicat:licet realiter fuerim mortuus:⁊ aīa fuerit ſeparata a corpore:tū q̄ corpus nunq̄ fuit derelictū:nec perſonaliter ſeparatum a verbo:ſed ſemper in illo triduo fuit ſuppoſitatū ⁊ ꝑſonatum per verbum:⁊ cōſeruatum:ideo non potuit videre corruptionē:nec per cōſequens putrefactionē:nec incinerationem. ¶ Ex ſupradictis corollarie infertur concluſio principaliter intenta.ſ.ꝙ Chriſtus ſemper in triduo fuit fili⁹ virginis. Qđ ꝓbat̄. Nā illud corpus ex puris ſanguinibus formatū:⁊ nutritū: ratione cui⁹ ipſa dicebat̄ mater Chriſti nunq̄ fuit corruptū per mortem:nec perdidit eandē ꝑſonalitatē:ſiue ſuppoſitalitatē:ꝑ quā ſuppoſitabat̄ a verbo:ſed ſemꝑ fuit idem corp⁹ numero ſubſtantialiter:⁊ ꝑſonaliter:ꝓut ſupradictū eſt:ergo nūq̄ fuit corrupta filiatio:nec relatio Chriſti ad virginem Mariā:que quidē relatio fundabat̄ in Chriſto:ratione illius corporis aſſumpti:⁊ per cōſequēs ſemper Chriſtus fuit fili⁹ virginis:⁊ virgo ſemper fuit mater xp̄i:⁊ mater dei. Sed ſi dicit̄ contra ⁊ q̄ ipſa in triduo non fuit mater hoīs:eo ꝙ Chriſtus non fuit homo ī triduo:ergo nec fuit mater chriſti:nec mater dei. Ad hoc reſpondetur ꝙ tenendo cum magiſtro nulla eſſet difficultas:tamen tenendo cū cōmuni ſchola theologoꝝ adhuc non ſequitur:chriſtus in triduo non fuit homo:ergo non fuit xp̄s:nā verbum aſſumpſit humanitatē:vt per corpus eſſet inſtrumentū patiendi/⁊ ꝑ aīam inſtrumentū merēdi. Et iſta duo habuit in triduo perſonaliter vnita ad ſufficientiā noſtre redēptionis:licet inter ſe eſſent ſeparata:nā verbum habebat in cruce ꝑſonaliter corpus vnitū:⁊ inſtrumentaliter vulnerare in latere:vt ex eo exiret ſanguis:⁊ aqua in redēptionē peccatoꝝ:⁊ efficaciam ſacroꝝ:⁊ vt corp⁹ exanime tanq̄ pauper curaretur:⁊ ſepeliret̄ in ſepulcro alieno:que omnia erant neceſſaria ad noſtram iuſtificationē:⁊ noſtre redēptionis perfectionem:vt ſupra dictum eſt: Itē idē verbum erat vnitum cum anima in inferno examinando cauſam generis humani:⁊ cōdēnando diabolum:⁊ liberando hoīem ꝑ iuſtitiā. Et ſic pt;:ꝙ:l; verbū deſierit eſſe homo naturalis ꝑ ſeparationē anime a corpe tenendo cōēz poſitionē:tū non deſijt eſſe Chriſtus:q̄ ſufficiēter habuit partes hoīs ſibi ꝑſonaliter vnitas ad iſtrumentū cōſummatiōis noſtre redēptiōis:q̄ ſufficiēter exercebat:⁊ cōſummabat noſtrā redēptionē ꝑ corpus ⁊ animā ſm̄ exigentiā iuſtitie:q̄ iſtum modum exigebat noſtra iuſtitia.ſ.vt ille homo aſſumptus realiter moreret̄:⁊ aīa ſepararetur a corpore. ⁊ corpus mortuū penderet in cruce in ſatiſfationē oīm noſtrū:⁊ ſepeliretur in alieno ſepulcro:⁊ ꝙ aīa deſcenderet ad inferos ne ſua mēbra deſcenderēt: nam ſicut Chriſtus aſcēdit in celū:vt ſua membra poſt eum aſcenderent:ita aīa eius deſcēdit ad inferos:ne ſua mēbra illuc deſcenderent:ſed ibi noſtrā cauſam examinaret:⁊ oſtenderet qualiter ꝓ nobis erat ſufficienter ſatiſfactū. Ex quibus etiā oīb⁹ patet:ꝙ ſicut verbū nō deſijt eſſe Chriſtus ita non deſijt eſſe caput eccleſie:nec eccleſia deſijt eſſe corp⁹ nec ſponſa Chriſti:vt magis in ſequenti q̄ōne patebit. Et ſequit̄ etiā per eandē rationē ꝙ nō deſijt eſſe filius virginis nec virgo deſijt eſſe mater Chriſti nec mater dei. Et per hec pt; r̄nſio ad rationes in principio inductas.⁊ hec de tertia q̄ſtione hui⁹ cantici. ¶ Tertio etiā querit̄ circa iſtud ſextū cā-
K ticū:vtrū Petrus ⁊ ceteri ap̄li perdiderint totaliter fidē in triduo:⁊ potuerint dici heretici:eo ꝙ dicit ſponſa. Percuſſerūt me.⁊ tulerūt palliū meū.i. veſtē fidei cuſtodes murorum. Et videt̄ ꝙ Petrus fuerit hereticus:eo ꝙ incepit anathematizare/et iurare ꝙ nō nouiſſet hoīem. Mar.xiiij.⁊ ſic cum iuramento negauit Chriſtū. Item videtur ꝙ oēs apoſtoli fuerint heretici in articulo reſurrectionis.q̄
I qū mulieres nunciarūt eis Chriſtū reſurrexiſſe/viſa ſunt eis quedā deliramēta: Luce.xxiiij. Itē duo diſcipuli deſperantes de reſurrectione receſſerunt a ſocietate alioꝝ dicentes: Nos expectabam⁹ qđ eſſet redemptur⁹ Iſrael. Itē Thomas qui dicit̄ didymus.i. dubius tanq̄ incredulus dixit. Niſi miſero digitū meū ī fixurā clauoꝝ nō credā. Itē recūbentib⁹ oībus ap̄lis Jeſus exprobrauit incredulitatē illoꝝ ⁊ duritiā cordis ergo oēs fuerunt duri/ ⁊ increduli:⁊ ꝑ ꝯ̄ſequens heretici in illo triduo. In oppoſitū eſt:ꝙ in illo triduo ſicut eccl'ia nō fuit ſine capite:ita nec caput fuit ſine corpore eccleſiaſtico continente plura mēbra qui fuerunt diſcipuli ⁊
L apoſtoli:⁊ tota illa ſocietas.cxx.vt p; Act.j. Et ſic
fidei diffinitio here-ſis diffinitio. apoſtoli nō ſimpliciter ꝑdiderunt fidē.nec fuerunt heretici. ¶ Ad cuius intellectum eſt notandum ꝙ fides in actu eſt firma inheſio catholice veritatis ſine formidine alterius partis. Et hereſis eſt obſtinata impugnatio fidei alicuius articuli cum pertinaci aſſertione cōtrarie falſitatis. Et ſic de ratione actualis fidei eſt firma inheſio ſine formidine:ſed de ratione hereſis eſt obſtinatio contra veritatem catholicam ſimul cum pertinacia.⁊ ſic non dicitur actualiter fidelis:niſi fortiter ⁊ firmiter inhereat oībus articulis fidei abſque heſitatione et formidine:ita ꝙ nil credat eſſe verius articulis fidei in veritate:nec falſius eoꝝ oppoſitis in falſitate vt inquit Ariſt.primo poſteriorum de principijs ſciētie Sed ad hoc ꝙ aliquis ſit hereticus ſufficit:ꝙ cum
quid ſufficiat ad hoc vt q̄ſ ſit hereticus. obſtinatione impugnet veritatē vnius articuli:et cum pertinacia aſſerat oppoſitum eius. Et ideo ille qui eſt tepidus/vel dubius ⁊ vel titubat in fide. nec firmiter inherens nec obſtinate īpugnans veritatem fidei nec pertinaciter aſſerens oppoſitam falſitatem ⁊ timore aut formidine pene non audet confiteri fidei veritatē:non dicit̄ ꝓprie fidelis nec hereticus:ſed dicit̄ medius inter fidelem et hereticum:q̄ dicit̄ infirmus in fide. Et ita eſt dicendum
No. de negatione Thome. de Petro ⁊ Thoma ⁊ ceteris apoſtolis in triduo ⁊ etiā vſq; ad aſcenſionem:q̄ nec perfecte fuerunt fideles nec heretici:ſed infirmi in fide. Et ſic non fuerunt totaliter extra eccleſiam:q̄ nō corde obſtinato impugnabant fidem reſurrectionis:ſed titubabāt ⁊ formidabant. vn̄ Petrus nō fuit hereticus qū negauit xp̄m:q̄ non obſtinato corde:ſed formidine:⁊ timore negauit ore:nec negauit corde Chriſtum eſſe deum et meſſiam in lege promiſſum:ſed ſolum negauit ore ſe nō nouiſſe hominē nec perdidit fidem in habitu ſed ſolo actu in ore.et ideo ilico fleuit amare gallo cantate. Ex quo patet quod nō fuit hereticus nec perdidit habitum fidei:ſed fuit infirmus in actu. Et ita eſt dicendum de omnibus apoſtolis quando relicto Chriſto omnes fugerūt:ꝙ nō perdiderunt totaliter fidē ī habitu:q̄ nō reuerſi ſunt ad ſua:ſed adhuc congregati in cenaculo expectarūt reſurrectione per totū triduū:ad quos ingreſſus eſt Chriſtus in die reſurrectionis abſente Thoma:vt patet Joā.xx. Ex quo patet qđ nō obſtinato corde impugnabāt veritatē reſurrectionis:ſed tanq̄ īfirmi titubabāt: Et ita etiā Thomas nō dictus eſt hereticus:ſ; infirmus et durus et tardus ad credendū querendo experimentū Et ita eſt dicendū de illis diſcipulis duobus qui illa die ibant in Emaus:quos increpans Chriſtus non dixit hereticos:ſed ſtultos ⁊ tardos ad credendum Et ſic eſt etiam dicendū de omnibus vndecim recumbentib⁹:quorum Jeſus increpauit ⁊ exprobrauit i credulitatem ⁊ duritiam:quia non increpauit hereſim:ſed duritiam ⁊ infirmitatem eorum/⁊ tarditatē ad firmiter ⁊ ſine formidine inherendum et credendum Ex quibus patet:ꝙ licet illa ſocietas aliquādo perdiderit fidem in actu ex infirmitate:tū nō in habitu:nec corde obſtinato cum pertinaci aſſertione alterius partis.⁊ ideo nunq̄ fuit heretica. ¶ Et ſic ſemper fuit eccl'ia xp̄i licet infirma ſicut homo infirm⁹ ex oībus mēbris nō deſinit eſſe homo. Itē dubitatio vel negatio vel aſſertio:nunq̄ dicitur heretica niſi ſit đ directo contra id quod eſt ꝑ eccleſiam determinatum et promulgatum. Et ideo Papias ⁊ Hyreneus ⁊ Lactantius qui aſſerue-
runt fideles victuros per mille annos in hoc ſecu- M
lo poſt ſcđ; aduentū Chriſti:nō reputant̄ heretici ab eccleſia:eo ꝙ tunc nōdum cōtrariū erat đterminatum. Item beatus Cyprianus qui dixit hereticos ⁊ ab eis baptizatos eſſe rebaptizādos nō fuit cēſendus hereticus:eo ꝙ nondū contrarium erat determinatum. Sed modo vnuſq̄ſq; talis aſſerēs reputaretur hereticus poſtq̄ eccleſia cōtrariū determinauit. Ita ergo pariter eſt dicendū de ap̄lis et diſcipulis dubitantibus ⁊ titubātibus i paſſiōe Chriſti de eius reſurrectione:eo ꝙ ſpiritus ſanct⁹ nōdum confirmauerat in ap̄lis eccl'iam vſq; ad diē Pētecoſtes:nec dū euangilium fuerat ꝓmulgatū ſed poſt aduertendum ſp̄us ſancti ⁊ ꝓmulgatiōem euāgeli nō potuit eſſe dubitatio de aliquo articulo fidei ⁊ negatio abſq; hereſis prauitate:ꝓut magis declarabit̄ in expoſitione euangelioꝝ deo cōcedēte: Nec eſt dicendū quod tota illa eccl'ia qđ ad oīa mēbra fuerit infirma in illo triduo:q̄ inter cetera vnū membrū habuit ſaniſſimum.ſ.virginē Mariā in qua fuit cōſeruata ītegra fides eccl'ie:ſpe ⁊ charitate formata.⁊ ideo nō ceſſauit nec deſiuit eccl'ia in illo triduo:nec in toto tēpore vſq; ad aſcēſionē:⁊ et miſſionē ſp̄us ſancti. Itē licet tota perfectio forme eccl'ie nō fuerit ꝯſeruata in quolibet mēbro infirmo:tū fuit cōſeruata in virgine Maria:tanq̄ in vno membro ſano:⁊ principali poſt Chriſtum:qui erat caput eccl'ie/ꝓut ſupradictū fuit in quinto cātico. Et iđ ꝑ totū illud triduū:⁊ etiam vſq; ad Pentecoſten:ſicut eccl'ia nō fuit ſine capite Chriſto:ita nec caput fuit ſine eccleſia in illa ſocietate nec illa ſocietas deſiuit eſſe eccl'ia:licet ꝓ maiori parte mēbrorum erat infirma. Qđ pt;.nā ſemꝑ fuit in vnū cōgregata per totum tridum in cenaculo expectādo reſurrectiōem/⁊ poſtea per quadraginta dies expectādo aſcenſionem:⁊ poſtea per decem dies expectando ſpiritum ſanctū:vt patet Act.j.⁊ ſic ſēꝑ

fuit congregata ſub aliqua ſpe ⁊ fide Chriſti: ⁊ per conſequens nunꝙ̄ deſiuit eſſe eccleſia. Et ſupradi‑ctis ergo patet ꝙ licet cuſtodes murorum .ſ. prīci‑pes ſacerdotum ⁊ Scribe ⁊ phariſei ⁊ Pilatus cū ſuis miniſtris ꝑcuſſerint et vulnerauerint eccleſiā apoſtolorum ⁊ diſcipulorū vulnere terroris: ⁊ ti‑moris: ⁊ tulerint ⁊ abſtulerint ipſi veſtē ⁊ palliū fi‑dei actualis: tū non fidei habitualis: ⁊ ideo non to‑taliter deſtruxerit nec annihilauerit eccleſiā: q2 adhuc manſit in ea aliqua ſcintilla vite .ſ. fidei / et ſpei: licet vulnerata ⁊ infirma. Et ſi apl'i nō fuerūt heretici: ſed infirmi in fide: Aliud eſt eñi eſſe infir‑mum in fide ⁊ aliud hereticum: nam aliquis poteſt titubare ⁊ eſſe infirmus ī fide ex timore ⁊ hoc abſq̄ impugnatione obſtinata veritatis fidei et pertina‑ci aſſertione alterius partis: ⁊ ſic non erit hereticꝰ ille talis. Et nota ꝙ notanter dicit̄ in textu. Inue‑nerunt me cuſtodes qui circūeunt ciuitatem ⁊c. q2 Scribe ⁊ phariſei ⁊ principes ſacerdotū qui erāt poſiti ad cuſtodiam ciuitatis non introibāt ciuita‑tē ſacre ſcripture ſ3 tāꝙ̄ ceci ⁊ canes circūibāt ciui‑tatē nō attingētes verā intelligentiā ſcripture Et ſic ambulabant in cecitate ⁊ mendaci traditiōe ex‑tra oēm veritatē: q2 in circūitu impij ambulant. Et ideo ſicut ipſi erāt vulnerati / ⁊ ſauciati peſtifero / ⁊ heretico veneno infidelitatis cōtra Chriſtum: ita conati ſunt percutere apl'os vulnere terroris / ⁊ ti‑moris / ⁊ expoliare eos pallio fidei / Sed nō potue‑runt totaliter obtinere intentū ſuū. Nam Chriſtus reſurrexit tertia die / ⁊ apoſtolos viſitauit / oſtēdēs eis veritatē ſue reſurrectionis: ⁊ per quadraginta dies increpauit incredulitatem eorum: ⁊ finaliter in die Pentecoſtes induit eos pallio ſapientie et intellectus / ⁊ cōſilij / ⁊ fortitudinis / ⁊ omniū dono‑rū / ⁊ gratiarū. Et ſic manent Judei in ſua cecitate obſtinati / tanꝙ̄ canes circundantes ciuitatem / vſq̄ ad finem / ⁊ veſperam mundi. Et fideles ſucceſ‑ſores apoſtolorum manent in fide Chriſti confir‑mati / vſq̄ ad ſecundum aduentum Chriſti. Et hoc de ſexto cantico.

Aliud ē eſſe īfirmū ī fide ⁊ aliud eſſe he‑reticū.

## Incipit Septimum Canticum.

ADiuro vos filie Hieruſalem:
Si inueneritis dilectum meum
Ut nuncietis ei quia amore lan‑
gueo.
Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto:
O pulcherrima mulierum:
Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto:
Quia ſic adiuraſti nos:
Dilectus meus candidus ⁊ rubicundus:
Electus ex milibus.
Caput eius aurum optimum.
Come eius ſicut elate palmarum:
Nigre quaſi coruus.
Oculi eius ſicut columbe.
Super riuulos aquarum que lacte ſunt
lote:
Et reſident iuxta fluenta pleniſſima.
Gene illius ſicut areole aromatum confi‑
te a pigmentarijs:
Labia eius lilia diſtillantia myrrham pri
mam.
Manus illius tornatiles auree plene hya
cinthis.
Uenter eius eburneus
Diſtinctus ſaphyris.
Crura illius columne marmoree:
Que fundate ſunt ſuper baſes aureas.
Species eius vt Libani.
Electus vt cedri.
Guttur illius ſuauiſſimum:
Et totus deſiderabilis.
Talis eſt dilectus meus:
Et ipſe eſt amicus meus
O filie Hieruſalem.

HOc eſt canticū ſeptimū: in quo Salomon cantat excellentiam / ⁊ potentiā ⁊ dignitatē Chriſti: quā eccleſia apl'orū cātauit / ⁊ euāgelizauit in Hierl'm poſt receptionē ſpūs ſancti. Et ꝑ ꝯſequēs Salomon cātat predicationē / ⁊ publicationē euangelij factā per apl'os poſt receptionē ſpūs ſcti / primo ī Hierl'm / ⁊ populo Judaico / ⁊ poſtea in populo gētili: ⁊ vt patebit per cātica ſequentia. Ad cuiꝰ intellectū eſt notādum: ꝙ ut dictū fuit in ſuperiori cantico / ꝙ iſta ſponſa .ſ. congregatio apoſtolorum ⁊ diſcipulorū timore percuſ‑ſa / ⁊ terrore vulnerata / ⁊ pallio fortitudinis fidei expoliata per totū triduū latuit in cenaculo / vſq̄ ad reſurrectionem. Et adhuc latuit ibi vſq̄ ad diē octauū: vbi iterū apparuit Jeſus preſente Thoma vt pꝫ. Joan. xx. Et ideo tunc iſta ſponſa magis cer‑tificata de reſurrectione ſponſi ſui abijt a Hierl'm in Galileā: vt patet Matthei vltimo. Et ibi iterum ſe manifeſtauit Jeſus Petro / ⁊ Joāni / ⁊ Thome ⁊ ce‑teris apoſtolis ⁊ diſcipulis ad mare Tyberiadis / ⁊ comedit cū eis: vt patet Jo. xxi. Et ſic magis cer‑ti de Chriſti reſurrectione venerunt ad montem Oliueti / et ibi locutus eſt eis Jeſus de regno dei precipiens: ne diſcederēt ab Hieroſolymis donec reciperent ſpūm ſanctū: ⁊ ſic videntibus illis eleua‑tus eſt in celum. Poſt cuius aſcenſionem vndecim apoſtoli cum tota turba diſcipulorum / ⁊ mulierū numero .cxx. reuerſi in Hieruſalem latuerunt de‑cem diebus in cenaculo / vſque ad diem Penteco‑ſtes: in quo receperunt ſpiritū ſanctū. Ex quibus omnibus patet / quod iſta ſponſa / ſcilicet ſocietas apoſtolorū / ⁊ diſcipulorum per quinquaginta tres dies .ſ. a captione Chriſti vſq̄ ad Pentecoſten la‑tuit ꝓfuga / ⁊ timore perterrita / ⁊ percuſſa / ⁊ vulne‑rata / ⁊ pallio fortitudinis fidei expoliata. in quibꝰ quinquaginta tribus diebus non auſa eſt coram populo Chriſtum nominare: nec veritatem euāge‑licā / ⁊ reſurrectionē Chriſti predicare. Sed poſtꝙ̄ recepit ſpūm ſanctū / ab omni vulnere terroris ſana‑ta / ⁊ virtute ſpiritus ſancti ex alto induta et pal‑

N



lio donorum ſpiritus ſancti veſtita / ⁊ ornata. omni formidine reiecta: repēte exiuit de cenacl'o: ⁊ cū audacia coram principibus ſacerdotū / ⁊ Scribis: et phariſſeis. ⁊ omni populo incepit Chriſtum predi‑care: ⁊ euangelizare: ⁊ eius reſurrectionem: ⁊ aſcen‑ſionem manifeſtare: ⁊ ipſum eſſe deum: ⁊ hoiem: et meſſiam in lege ⁊ prophetis promiſſum publice cō‑fiteri: ⁊ per ſacras ſcripturas probare: ⁊ demon‑ſtrare: vt patet Actu. ij. ⁊ per totū diſcurſum illius libri. In quo die inter cetera duo magna mirabi‑lia opera ſpiritus ſancti manifeſtata ſunt quorum primū fuit ꝙ̄ Petrus q̄ in captione Chriſti ad vo‑cem vnius ancille timore ꝑterritus Chriſtum ne‑gauerat: ⁊ oēs alij apl'i: ⁊ diſcipuli: q̄ relicto Chri‑ſto au fugerant: ⁊ per quinquaginta tres dies ti‑more percuſſi: ⁊ pallio fortitudinis fidei expoliati latuerant: tunc recepto ſpiritu ſancto cum tanta fi‑ducia: ⁊ audacia audebant Chriſtum predicare ad‑uerſus principes ſacerdotum: ⁊ Scribas: ⁊ Phariſ‑ſeos quos ante miſerabiliter formidabāt: ⁊ dicētes. Obedire oportet magis deo ꝙ̄ hoibus: Et ibāt oēs gaudentes a cōſpectu cōcilij qm̄ digni habiti ſunt pro nomine Jeſu cōtumeliam pati: vt patet Act. v. Scdm opus mirabile fuit: q2 Petrus cū ceteris: q̄ nunꝙ̄ literas didicerant in ſolis rebus ruſticis: et piſcatione enutriti: in illa die contra Scribas: et phariſſeos: ⁊ legiſperitos ſedentes in cathedra Moyſi / cū grandi ſapientia: ⁊ audacia inceperunt diſputare: ⁊ eis Chriſtum fuiſſe verum meſſiam in lege ꝓmiſſum ꝑ ſacras ſcripturas demōſtrare quo‑rum rationibus ⁊ auctoritatibus Scribe: ⁊ phariſ‑ſei reſiſtere nō valentes: cōfuſi ⁊ cōuicti: recesſerūt intantū ꝙ videntes turbe phariſſeos: ⁊ ſcribas per apoſtolos eſſe cōuictos: ad tria milia de turba cre‑diderūt: ⁊ baptiſmū receperūt: vt pꝫ Act. ij. Et ſic per predicationē apoſtolorum: ⁊ miracula que fie‑bant per eos in virtute nominis Jeſu creuit nume‑rus ⁊ eccl'ia fidelium. Oīa ergo iſta preuidēs Sa‑lomon in ſpiritu fecit iſtud ſeptimū cāticū: in quo introducit eccl'iā apl'orū publice ⁊ diſcipulorum ꝑ‑dicantē Chriſtū in Hierl'm poſt receptionem ſpiri‑tus ſancti. Et introducit plebem ſimplicē / ⁊ deuo‑tam apoſtolos deuote audientem: ⁊ de qualitate ſponſi querentem. Et ideo tria fiunt in hoc cantico. Nā primo eccl'ia apoſtolorū: ⁊ etiā mulierum que‑rit ſponſum ſuum Chriſtum in Hieruſalem: vbi an‑te nec querere: nec predicare audebat. Secundo plebs fideliū Judeorum qui cōuerſi ſunt querit de qualitate ⁊ dignitate huiꝰ ſponſi. Tertio ipſa ſpon‑ſa publice predicat ⁊ euangelizat deitatem: ⁊ maie‑ſtatē: ⁊ potentiā: ⁊ ſapientiam: ⁊ ceteras ꝑfectiōes Chriſti ſponſi ſui. Scdm erit ibi. Qualis eſt dilectꝰ tuus. Tertium ibi. Dilectus meus candidus.

O duo magna mirabilia ſpiritus ſancti.

P Quātū ergo ad primū: eſt aduertendū ſcdm oēs euangeliſtas: ꝙ poſtꝙ̄ Chriſtus fuit depoſitus de cruce: ⁊ poſitus in ſepulcro / dum apl'i laterent in cenaculo ꝓpter metum Judeorū ꝑ totum triduū: primo mulieres emerant aromata: ⁊ die dñica mane diluculo venerūt ad monumētū vt vngerēt Je‑ſum. Sed cum inueniſſent lapidem reuolutum ab oſtio monumenti: ⁊ fuiſſet eis nūciatum per ange‑los Chriſtū reſurrexiſſe / tūc ſola Magdalena manſit iuxta ſepulcrū: ceteris recedentibus: ad nunciā‑dū aplis Chriſti reſurrectionē. Sed interim Chri‑ſtus apparuit Magdalene ſub ſpecie hortolani: ipſa aūt putās Chriſtum eſſe ortolanū dixit. Si tu ſtuliſti ipſum: dicito mihi. Itē in eodē ſpatio tpis Chriſtꝰ apparuit mulieribus euntibus ad apl'os. Et apl'i .ſ. Petrꝰ ⁊ Joānes ex relatu mulierū vene‑runt ad ſepulcrū: ad q̄rendum Chriſtū: q̄bus appa‑ruit Chriſtꝰ in via dum reuerterent̄. Ex q̄bus pꝫ: ꝙ tota eccl'ia tā virorū: ꝙ̄ mulierū q̄rebat Chriſtū in illa die cū grādi affectu ⁊ amore. Et eodē modo de tota eccl'ia ſponſa Chriſti ꝓ illo ſtatu poſſunt ve‑rificari verba poſita in principio huiꝰ ſeptimi cā‑tici. Unū ait ſponſa ad filias: ⁊ mulieres Hierl'm: et maxime ad deuotas inter quas q̄rebat Chriſtū: di‑cēs. O filie Hierl'z: adiuro vos .i. ſub ſacro iuramen‑to veritatis legis ⁊ ꝓphetarū vos obligo / ⁊ exhor‑tor: vt nuncietis mihi ſi inueneritis dilectū meū q̄ fuit ſepultus in monumēto: q2 tulerunt dñm meū: ⁊ neſcio vbi poſuerunt eum / ideo amore langueo. Sed eſt iterū aduertendū: ꝙ eccl'ia apl'orū: ⁊ di‑ſcipulorū non ſolū queſiuit / ⁊ expectauit ſponſum ſuū ꝑ illud triduū: ⁊ totū ſpatiū: vſq̄ ad miſſionem ſpiritus ſancti: ſed etiā cū maiori affectu illico poſt receptionē ſpiritꝰ ſancti queſiuit eū in cordibꝰ ho‑minū / ⁊ publice chriſtum ꝑdicādo: primo in Hierl'm ⁊ exinde ꝑ totā terrā ꝓmiſſionis ⁊ ꝑ totā Syriā / et Arabiā / ⁊ Greciā: ⁊ ꝑ totū orbē: vt pꝫ ꝑ totū librū actuum apoſtolorū: ⁊ in eccl'iaſtica hiſtoria. Et ſic iſta adiuratio poſita in principio huiꝰ ſeptimi can‑tici magis ꝓprie verificat̄ de predicatione apoſto‑lorum facta primo in Hierl'm: ⁊ exinde ꝑ totum or‑bem. Unū recepto ſpiritu ſancto dixit Petrus cum tota eccl'ia apoſtorū ad totum populum Hieruſa‑lem. O filie Hieruſalē adiuro vos per ſacram ſcri‑pturam legis ⁊ ꝓphetarū: vt nuncietis mihi: ſi in‑ueneritis dilectū meū .i. ſi creditis eū in cordibus veſtris. quaſi dicat: q2 ex dictis ſacre ſcripture po‑teſtis videre ipſum: eſſe deum: ⁊ hominē: ⁊ meſſiam in lege ꝓmiſſum / quē vos ignorātes crucifixiſtis: qui mortuus eſt ꝓ peccatis oim ⁊ reſurrexit a mor‑tuis ꝓut oēs ꝓphete teſtimoniū perhibent de ipſo: ideo ꝑ eaſdem ſacras ſcripturas vos adiuro / ⁊ mo‑neo / vt recipiatis ipm̄ in verum meſſiā ⁊ redēpto‑rem / ⁊ ſi inueneritis ipm̄: ⁊ crederitis in cordibus veſtris: rogo vt annūcietis mihi: q2 amore lāgueo Unde hoc dicebat eccl'ia apoſtolorū / q2 intantum fuit acceñſa in amorem: ⁊ charitatē Chriſti per rece‑ptionē ſpūs ſancti: ꝙ nō timens minas Scribarū ⁊ phariſſeorū: nec regū: nec principū cum fiducia predicabat Chriſtū deſiderans oēs populos addu‑cere ad fidē eius. Deinde cū dicit. Qualis eſt dile‑ctus tuus. ponit deuotā interrogationē audientiū ꝑdicationē apoſtolorū ī Hierl'z in die Pentecoſtes ⁊ diebꝰ ſequētibus. Ad cuiꝰ intellectum eſt notan‑dum vt legitur Actu. ij. ⁊ iij. ꝙ cū Petrus ⁊ ceteri apoſtoli publice ꝑdicarent corā populo Chriſtum eſſe filium dei ⁊ poſt mortem reſurrexiſſe in corpus glorioſum: ⁊ ſediſſe a dextris dei patris tanꝙ̄ here‑dem: ⁊ accepiſſe poteſtatē ſup totū vniuerſum / tūc oēs admirabantur. Et ideo admirantes querebāt de qualitate: ⁊ dignitate / ⁊ maieſtate Chriſti reſur‑gentis / dicentes. Qualis eſt dilectus tuus ex di‑lecto o pulcherrima mulierum: quaſi dicerent iu‑dicis ꝙ iſte dilectus ſponſus tuus eſt filius dei di‑lectus a deo patre / ⁊ intantum dilectus ꝙ ſuſcita‑uit eum a mortuis tertia die: ⁊ tradidit ipſi regnū mundi: ergo dic mihi qualis eſt iſte dilectꝰ tuus in.

Q

natura: ⁊ maieſtate: ⁊ q̄ño procedit ex p̄re dilecto. Et dic etiā nobis: quare queris eū cū tanta ſolicitudine: qꝛ ſic adiuraſti nos. ℭ Ad cuiꝰ intellectum R
eſt aduertēdū: q̄ filie Hierl'm tria dicunt in preſenti q̄ōne. Primo qꝛ bis dicunt. Qualis eſt dilectus ex dilecto: per qd̄ explicant duplicē ꝓceſſionem filij ex patre. Quarum prima eſt ab eterno ſm̄ diuinitatē: ſcd̄a eſt proceſſio tp̄alis ſm̄ humanitatem. Et ideo querunt de qualitate Chriſti non ſolum ſecundū diuinitatem: ſed etiam ſm̄ humanitatem. Item ſcd̄o iſte filie Hierl'm vocant iſtā ſponſam pulcherrimā mulierū: per qd̄ notificant pulchritudinē: et plenitudinē donoꝝ ⁊ gratiarū: ⁊ bonoꝝ ſpūalium/ quā adepta eſt eccleſia in die Pētecoſtes per adeptionē ſpūs ſancti. Item tertio dicunt: qꝛ ſic adiuraſti nos: per quod denotatur magna ſollicitudo ⁊ charitas: quam habebant apoſtoli/ ⁊ diſcipuli in publicatione euangelij ad cōuertendos infideles: oſtendendo: ⁊ probādo per ſacras ſcripturas chriſtum eſſe verum deum ⁊ hominem: ⁊ meſſiam in lege promiſſum: ⁊ ideo filie Hieruſalē eos interrogabant. Deinde cum dicit: Dilectus meus candidus: ⁊ rubicundus ⁊c. ponitur prompta reſponſio ſponſe ad filias Hieruſalem: explicando maieſtatem et potentiam: ⁊ ſapientiam: ⁊ omnes dignitates chriſti ſponſi ſui: deſcribendo ipſum per omnia membra ſua. ℭ Ad cuius intellectum eſt notandum: qd̄ decem membra Chriſti enumerat: ⁊ memorat ſponſe: per que denotat: ⁊ notificat decem dignitates: ⁊ perfectiones Chriſti ſponſi ſui ſuper omnia creata ſcilicet caput: comas: oculos: genas/ labia: manus/ ventrem: crura: ſpeciem: ⁊ guttur. Unde per caput intelligit Chriſti diuinitatē: vt ait Apoſtolus .j. ad Corin. xj. Caput eccleſie Chriſtus: ⁊ caput Chriſti deus. Et ideo qꝛ chriſtus non eſt deus per participationem: ſed per eſſentiam ſm̄ diuinitatem: ideo nō dicit: caput eius aureum: ſed caput eius aurum optimum. Item per comas nigras intelligit Chriſti fortitudinem: ⁊ victoriam quā habuit de diabolo: ⁊ mundo: ⁊ morte: eo quod nigredo/ ⁊ criſpitudo capillorum denotant fortitudinem in homine. Ideo dicit. Come eius ſicut elate. i. folia palmaruꝫ erecta ſurſum: ⁊ rigida ad vincendum: ⁊ triumphādum. Item per oculos columbinos intelligit chriſti perſpicacitatem in diſcernendo: ⁊ rectitudinem in iudicando. Et per genas odoriferas/ ⁊ aromaticas intelligit eius honeſtam vitam: ⁊ conuerſationem in hac peregrinatione. Et per labia intelligit eius predicationem: ⁊ per manus tornatiles ⁊ aureas intelligit eius mirā potentiam: ⁊ opera miraculoſa: ⁊ per ventrem plenum ſaphyris intelligit ipſum fuiſſe capſam: ⁊ armarium omniū virtutū: ⁊ per crura ⁊ baſes aureas intelligit fidei articulos: ⁊ gratiam ſacramentorum: ſuper quas fundauit eccleſiam: ⁊ per ſpeciem ⁊ ſtaturam: intelligit eius pulchritudinem: ⁊ magnitudinem: ⁊ excellentiam: ⁊ imperium: ⁊ per guttur intelligit ſuauitatem ſermonum eius. ℭ Fuit ergo ⁊ eſt Chriſtus caput/ ⁊ p̄ncipium primo omnium rerum per creationem/ quia oīa per ipſum facta ſunt. Joan. j. Et eſt caput eccleſie: ⁊ hominum: ⁊ angelorum: quia deus poſuit eum ſuper omnem eccleſiam/ ⁊ principatus/ ⁊ poteſtates: ⁊ iſtud caput eſt deus non per participationem: ſed per eſſentiam. Et ideo caput eius non dicitur aureum: ſed ipſum auruꝫ/ ad denotandum q̄ Chriſtus non eſt deus p̄r participationem/ ſicut ceteri ſancti: ſed eſt deus per eſſentiam: qꝛ Chriſtus eſt verbū filius patris ſibi coeſſentialis. Item oculi eius ſunt mundi/ ⁊ recti/ ⁊ perſpicaces/ volantes ſuper totam ſcripturā/ ſicut colūbe ſup̄ riuos aquarū/ que ſunt lacte lote. i. lacteo colore dealbate: que reſident iuxta fluenta. Ita ergo chriſtus eſt mundus: ⁊ rectꝰ: non accipiens pſonaꝫ hominū in iudicando: ⁊ perſpicax in diſcernendo/ ⁊ penetrando ſecreta dei patris: ⁊ ſacre ſcripture: qꝛ quecunq̄ audiuit ⁊ hauſit ex puteo ſapientie patris: nota fecit nobis. Habet Chriſtus comas nigras ⁊ tortuoſas: ⁊ rigidas/ ⁊ elatas/ ⁊ eleuatas per fortitudinē: qꝛ fuit fortis in perferēdis iniurijs/ ⁊ laboribus/ ⁊ tormentis/ ⁊ ferendo mortem ⁊ paſſionem. Gene eius ſunt odorifere ſicut areole aromatū conſite a pigmentarijs: ⁊ aromatarijs: qꝛ eius vita ⁊ cōuerſatio honeſta fuit omnibus exēplaris/ et odorifera: ideo oēs currebant in odorem/ ⁊ famam vnguentorum eius. Item labia eius fuerūt diſtillātia myrrhā primā in predicando/ qꝛ predicabant penitentiam: ⁊ extirpabant vitia inferendo virtutes. Et manꝰ eius/ per quas deſignatur potentia/ ⁊ operatio: fuerūt tornatiles. i. munite: ⁊ armillis aureis circūdate/ ⁊ plene hyacinthis/ qꝛ opera miraculoſa que faciebant manus potētie Chriſti/ erant aurea/ ⁊ hyacinthina ſup̄ oēm facultatem humanā in ſuſcitando mortuos/ ⁊ egros ſanando/ ⁊ opera mie exercendo. Item vēter eius fuit eburneꝰ diſtinctꝰ ſaphyris/ id eſt fuit capſa/ ⁊ arca plena lapidibus precioſis. ſ. virtutibus/ ⁊ bonis/ ⁊ theſauris ſpūalibus: vnde in Hebreo habet/ venter eiꝰ capſa eburnea plena ſaphyris/ qꝛ Chriſtus fuit arca/ ⁊ armariū oīm virtutum/ ⁊ theſauroꝝ ſapientie: ⁊ ſcientie dei/ ⁊ gratiaꝝ/ ⁊ omniū virtutū/ ⁊ bonoꝝ ſpūalium: de cuius plenitudine omnes accepimus. Itē crura eius ſuper que fundauit eccleſiā ſunt ſicut colūne marmoree. ſ. fortiſſime/ ⁊ mundiſſime ad modū marmoris: que quidem colūne eccleſie ſunt fundate ſuper baſes aureas. ſ. ſuper fidem/ ⁊ charitatem/ ⁊ gratiā ſacroꝝ. Item ſpecies ⁊ pulchritudo Chriſti que cōſiſtit in abundantia bonoꝝ ⁊ magnitudine/ ⁊ altitudine imperij/ ⁊ ſupereminētie/ ⁊ dignitatis/ eſt ſicut Libani. Nā ſicut mōs libani ſuperexcedit oēs alios mōtes. Syrie in altitudine/ ⁊ pinguedine paſcuarū/ ⁊ fructuum/ ⁊ aquarū: ita Chriſtus q̄ eſt mons dei/ mons pinguis/ ſuperexcellit/ ⁊ excedit oēs montes. ſ. reges/ ⁊ omnes creaturas in altitudine perfectionū/ ⁊ copia fructuū virtutū: ⁊ bonorum ſpūalium. Et ſicut cedrus eſt arbor electa/ ⁊ īcorruptibilis/ ⁊ altiſſima ſuper omnes alias arbores/ ita Chriſtus īmortalis poſt reſurrectionē excedit oēs creaturas in dn̄io ⁊ imperio: quia ſedet a dextris. i. in potioribꝰ bonis patris/ ⁊ data eſt illi poteſtas in celo: ⁊ in terra/ ⁊ in omnibus abyſſis/ ideo dicitur electus. i. eleuatus vt cedri. Item guttur eius eſt ſuauiſſimum: id eſt doctrina euāgelica/ que ex gutture/ ⁊ ore eius proceſſit/ ⁊ quam nobis reliquit/ eſt ſuauiſſima ⁊ dulciſſima audientibus V
ℭ Ex quibus patet q̄ totus Chriſtus eſt deſiderabilis/ ⁊ bonus quantum ad omnia ſupradicta. ſ. quo ad caput: ⁊ comas: ⁊ oculos: quia oīa ſunt bona: et deſiderabilia/ ⁊ nil fuit in eo quin fuerit bonum: ⁊ deſiderabile ſponſe ſue eccl'ie. Et ideo ꝯcludit ſpōſa canticū ſuum dicens. O filie Hieruſalem talis

S Decem dignitates ⁊ perfectiones xp̄i ſup̄ oīa creata

T



eſt dilectus meus Chriſtus/ qualē vobis deſcripſi/ ⁊ p̄dicaui. Et ipſe eſt amicus ⁊ ſponſus meꝰ/ quem vidi: ⁊ audiui/ quē amaui/ quē credidi/ quē dilexi/ ⁊ tanq̄ deum colui/ ⁊ in verum meſſiam in lege promiſſum ſuſcepi. Ex ſupradictis omnibus patet q̄ño eccleſia apoſtoloꝝ/ ⁊ diſcipulorū vulnerata vulnere timoris/ ⁊ expoliata pallio firmitatis fidei non auſa fuerāt publice p̄ quinquaginta tres dies fidē xp̄i cōfiteri: ſed recepto ſpū ſancto in die Pentecoſtes induta pallio fortitudinis fidei/ ⁊ aliorum donorum/ ⁊ gr̄aꝝ/ publice ⁊ cū fiducia auſa eſt cātare canticū ſupradictū: cōfitēdo ⁊ ꝓbando xp̄m eſſe deū ⁊ hoīem/ ⁊ meſſiam in lege ꝓmiſſum ⁊ hoc ꝓbādo p̄ ſcripturas legis/ ⁊ ꝓphetarū/ ⁊ cōuincendo Judeos: vt patet per totum diſcurſum actuū apoſtolorum. Et hec dicta ſint de ſeptimo Cantico.

## ℭ Incipit Octauum Canticum.

Uo abijt dilectus tuus.
O pulcherrima mulierum:
Quo declinauit dilectus tuꝰ:
Et queremus eum tecum.
Dilectus meus deſcendit in hortum ſuuꝫ:
Ad areolam aromatum:
Ut ibi paſcatur in hortis.
Et lilia colligat.
Ego dilecto meo: ⁊ dilectus meus mihi.
Qui paſcitur inter lilia.
Pulchra es amica mea ⁊ ſuauis.
Et decora ſicut Hieruſalem.
Terribilis vt caſtrorum acies ordinata.
Auerte oculos tuos a me:
Quia ipſi me auolare fecerunt.
Capilli tui ſicut grex caprarum:
Que apparuerunt de Galaad.
Dentes tui ſicut gregis ouium
Que aſcenderunt de lauacro.
Omnes gemellis fetibus:
Et ſterilis non eſt in eis.
Sicut cortex mali punici.
Sic gene tue abſq̄ oculis tuis.

Uo abijt dilectus tuus ⁊c. Hoc eſt canticū octauū/ in quo Salomon cātat deſcenſum eccl'ie ap̄loꝝ ad p̄dicandū pp̄lo gētili/ ⁊ per p̄ns cātat conuerſionē pp̄li gētilis. In quo cantico ſpōſus ſatiſfacit petitioni plebis gentilis cupiētis ſociari cum plebe iudaica/ ⁊ dealbari a nigredine idololatrie/ ⁊ recipi/ ⁊ introduci in cubiculū regis et paſci in horto eius/ ⁊ quieſcere ſub vmbra eius/ ꝓut dictum fuit/ ⁊ ipſa petiuit in cantico primo. Et ideo Chriſtus ī hoc cātico recipit plebem gentilē/ ⁊ pulchrifacit/ ⁊ decorat eā/ ſociando eam ſibi ſimul cum conuerſis de populo Judaico. In quo cantico duo principaliter facit: nam in prima parte introducit ſponſum vocantem/ et decorantem ſponſam de populo gentili. In ſecunda vero introducit populū laudantē/ ⁊ beatificantē eandem ſpōſam. ibi. Sexaginta ſunt regine ⁊c. ℭ Quantū ad primū eſt notandū: ꝓut legitur Actu. xiij. q̄ poſtq̄ eccleſia/ ⁊ cetus ap̄loꝝ predicauit/ ⁊ annunciauit publice/ et cū fiducia verbū dei populo iudaico/ ꝓbando ⁊ cōfitendo Chriſtū eſſe verū meſſiam in lege ꝓmiſſuꝫ: in qua predicatiōe eccleſia cātauit p̄cedens cāticū, ꝓut dictum eſt: cōmendando virtutes/ et perfectiones Chriſti: tūc licet multi Judeorū fuiſſent cōuerſi ad Chriſtū p̄ predicationē ap̄loꝝ: tū maior pars illius populi cōtradixit p̄dicationi ap̄loꝝ/ ⁊ negauit Chriſtū: ⁊ p̄ſecuta eſt eccleſiam. Tunc Paulus et Barnabas videntes ingratitudinem illiꝰ populi dixerunt. Uobis oportebat primū loqui verbum dei: ſed qm̄ repuliſtis illud/ ⁊ indignos vos iudicaſtis eterne vite/ ecce conuertimur ad gentes. Sic enim precepit dn̄s. Conſtitui te in lucē gentium: vt ſis ſalus mea/ vſq̄ ad extremū terre. Audiētes autem gētes gauiſe ſunt ⁊c. Ex quibꝰ patꝫ qualiter reprobatis Judeis inceperunt gentiles conuerti: vt patet Act. xiij. et per totū diſcurſum illius libri. Et ſic Chriſtus ſpōſus eccleſie dicitur declinaſſe/ ⁊ deſcendiſſe a populo Judaico ad populum gentileꝫ: in quo fecit ⁊ plantauit hortum ſuum: ex quo colligit plures fructus. i. plures fideles/ q̄ de plebe Judaica. Hoc autem preuidens Salomon in ſpiritu/ ſumendo parabolam/ et figuram ex Joſue: qui ordinatis/ ⁊ conſtitutis xij. principibus/ et capitaneis adeptus eſt totam terram promiſſionis/ quā gentiles/ ⁊ idololatre poſſidebant: ita pariter Chriſtus conſtituit illos. xij. apoſtolos: per quos adeptus eſt totum populuꝫ gentilem. Et ideo Salomon in hac prima parte huius cantici cantando cōuerſionem populi gentilis introdicit tres ſpecies perſonarum ad loquendum. Nam primo introducit filias Hieruſalem de ſponſo interrogātes/ per quas intelliguntur minores Judei per ap̄ſos conuerſi. Secundo introducit ſponſam ad queſitum reſpondentem. Tertio introducit ſponſum plebem gentilem ad fidem vocantem/ ⁊ eam decorantem/ et ſibi ſociantem. Secundam ibi. Dilectus meus deſcendit. Tertiū ibi. Pulchra es amica mea. ℭ Quantuꝫ ad primū: qꝛ in ſup̄iori cātico ſpōſa cōmendauerat ſponſum/ ⁊ explicauerat eius virtutes/ ⁊ p̄fectiōes, ingētes: nō filie Hierl'm. i. aīe deuote/ ⁊ fideles querunt ⁊ interrogant ſponſam dicentes. O pulcherrima mulierum/ quo abijt dilectus tuꝰ/ quo declinauit dilectus tuus/ ⁊ queremꝰ eū tecū? Illi vero interrogantes erāt nouiter cōuerſi de Judaiſmo/ et minores q̄ interrogabāt cetū ap̄loꝝ: qui tria dicūt. ſ. quo abijt. i. q̄re receſſit a iudeis/ et quo declinauit: qꝛ recedere a populo iudaiſmo/ ⁊ ire ad populum gentilē: declinare eſt tanq̄ a maiori et digniori ad minorē. Itē ſubdunt. Queremꝰ ipm̄ tecum: qꝛ multi cōuerſi ex iudeis predicabant etiam populo gentili cum apoſtolis. Deinde cū dicit. Dilectus meus deſcendit in hortum ⁊c. ponitur reſponſio ſponſe/ iuxta queſitum. ℭ Ad cuius intellectū eſt notādū q̄ delubra/ ⁊ tēpla gentiliū/ in quibus prius habitabant/ ⁊ adorabant idola/ dicebant cubilia draconum ⁊ demonū: ſed poſtea facte ſunt eccleſie xp̄i/ et ſanctorum/ in quibus colitur/ et adoratur verus deus trinus et vnus/ et offertur verum ſacrificium.

X

Y

5 Delubra gentiliū dicebant cubilia draconum.

euchariſtie/⁊ vere orationes/⁊ oblationes: ⁊ celebrant diuina officia deo acceptabilia/quibus de⁹ dicitur paſci/⁊ delectari. Et ſic gẽtilitas per fidem et baptiſmũ facta eſt areola aromatũ ſpiritualiuz quibus chriſtus dicitur paſci/naz ſicut chriſtus paſcit nos cibis ſpũalibus ſacramentorũ ⁊ doctrinat ita dicitur a nobis paſci lilijs/⁊ roſis/⁊ aromatibus bonorum operũ/⁊ orationem/et vniuerſaliter cultu latrie: inquãtũ delectat in noſtris bonis operibus/⁊ acceptat illa ad vitã eternam. Reſpondens ergo ſponſa ad queſitũ adoleſcentularũ/⁊ filiarum Hieruſalẽ: q̃ñ dixerunt. Qua abijt ⁊ declinauit dilectus tuus/dicit. Dilectus meus Chriſtus reprobatis iudeis incredulis: quibus primum oportebat loqui verbũ dei: quia indignos ſe fecerunt/ideo conuerſus ad gentes deſcendit in hortũ ſuum ad areolam aromatũ. Nam ex populo gentili/⁊ ex tẽplis/⁊ delubris eius fecit ſibi areolã aromatum/⁊ hortum fructiferum/eiecta ſpurcitia idolorũ: vt paſcatur in hortis populi gentilis/⁊ colligat ex eo lilia. ſ. virgines/⁊ martyres/⁊ confeſſores/et doctores/et iuſtos vtriuſq; ſexus: ⁊ paſcatur ibi paſtu latrie. ſ. ſacrificiorũ/⁊ oblationũ/⁊ orationũ. Et dicit Chriſtus deſcendere a populo Iudaico ad gẽtilẽ tanq̃ a digniori/qui ante deuz colebat/ad minus dignũ/qui idola venerabat. Sed quia per talem deſcenſum chriſti ad plebem gentilẽ/ſicut plebs gentilis cõuerſa paſcit Chriſtũ per latrie cultũ: ita Chriſtus paſcit eã pabulo eccl'iaſticorũ ſacramẽtorũ: ⁊ p̱ conſequens fit mutuus paſtus: ideo ſubdit. Ego dilecto meo: ⁊ dilect⁹ me⁹ mihi: q: paſcitur inter lilia. quaſi dicat: ego exhibeo cultum: ⁊ ſeruitutẽ latrie dilecto: ⁊ ſponſo meo Chriſto: ⁊ exhibeo ipſi fideles perre generationem. quia cõtinue regenerat ex me filios/⁊ martyres/⁊ virgines/⁊ cõfeſſores/⁊ iuſtos vtriuſq; ſexus per baptiſmum/⁊ alia ſacramenta. Sed ipſe largitur ⁊ exhibet mihi paſtũ: et pabulũ ſpirituale: ſcilicet dona ſpiritus ſancti/⁊ gratiã ſacramentorum in preſenti: et gloriam in futuro: ⁊ ſic adinuicem correſpondemus nobis: et exhibemus/et reddimus vices amoris. Item ego exhibeo dilecto cultuz latrie: cui obligor ex debito: ſed ipſe gratis et libere largitur mihi iocalia/et bona ſponſalia/et ſpiritualia in dotem: quia tanq̃ ſponſam decorauit me corona/et copia bonorũ ſpiritualiũ mihi familiariter loquẽdo: imo iam ſatiſfacit mihi/et correſpondet mee petitioni/⁊ deſiderio. Nam ego cum ingenti affectu ⁊ deſiderio in primo cantico petiui dealbari: et mundari a nigredine idololatrie: et ſpurcitia gentilitatis: et ſociari cum filiab⁹ Hieruſalem in eadem eccleſia: et paſci in vno ⁊ eodem horto: et quieſcere ſub vmbra ſpõſi in meridie: ſpõſus autem iam audiuit vocem meã: et annuit votis: et petitionibus meis: quia iam familiariter mihi loquitur per apoſtolos: et ego loquor ipſi cantãdo pſalmodiam: et diuina officia: quia iam miſit apoſtolos ſuos ad predicandum euangelium omni creature per vniuerſum mundum: et ſic iam loquitur mihi ſponſus et audio vocem eius euangelicam: et ego iam loquor illi: et reſpondeo ipſi confitendo ipſum eſſe verum deum ⁊ hominem: et verum meſſiam in lege promiſſum. Et ſic reſpondeo ipſi per fidem: ſpem: et charitatem: ⁊ et cultum latrie. Et ſic ſponſus meus paſcitur inter lilia martyrum: ⁊ virginem et omnium iuſtorum: eorum bona operat: ⁊ cultum latrie delectabiliter acceptando. Deindo cum dicit. Pulchra es amica mea ⁊ ſuauis ⁊c. introducitur ſponſus ad loquendum et ornandum: et dotandum eccleſiam ſponſam ſuam de populo gentili bonis ſpiritualibus: ſicut ante dotauerat eccleſiam de conuerſis ex ſynagoge.

a ¶ Ad cuius intellectum eſt aduertendum: ſicut fuit dictum in primo cantico: quod ſicut deus eſt creator vniuerſalis ab initio: ita factus eſt ex tempore: ⁊ in tempore conſtituto redemptor vniuerſalis: tam populi gentilis: quam Iſraelitici. Et ideo ſicut patriarche: et prophete in perſona totius populi iſraelitici petebant Chriſtum meſſiam in lege promiſſuz. vt veniret ad oſculandum eos oſculo oris ſui: ⁊ vt traheret eos poſt ſe: et introduceret in cubiculum ſuum: ita pariter tota plebs gentilis hoc idem petebat et petijt per Thamar: et Raab: ⁊ Ruth: tanq̃ per procuratrices: quia omnes ille petierunt Chriſtum in perſona totius populi gentilis: inquantuz deſiderarunt ſociari in populo dei: et venerunt ad fidem ⁊ cultum vnius dei: et ſic deſiderarunt chriſtum venturum ſimul cũ ſucceſſorib⁹ eorũ: vt dictũ fuit ibi. Et deſiderarunt dealbari a ſpurcitia: et nigredine: ⁊ ſorde idololatrie dicendo. Nigra ſum: ſed formoſa ⁊c. Et ideo ſicut ſponſus ſatiſfecit plebi iudaice: ⁊ ſynagoge fidelium per ſex cãtica: quia iam venit in carnem: ⁊ oſculatus eſt eam per incarnationem: vt patuit in ſecundo cantico: et oſculatus eſt eam oſculo oris ſui perſonaliter per euangelicam predicationem: vt patuit cantico tertio: et iam traxit eam per familiarem doctrinam: et conuerſationem: ⁊ miraculorum operationem: vt patuit cantico quarto: et iam introduxit eam in thalamum ſuum: ⁊ ornauit veſtibus ſponſalibus: vt patuit: cantico quinto: ⁊ iam patuit et refecit eam pabulo ſacramentorum emanantium ex paſſione chriſti: vt patuit cantico ſexto: et iam eccleſia congregata ex cõuerſis de Iudaiſmo: ⁊ ex populo Iſraelitico recepit Chriſtum in ſponſum: commendando: et confitendo eius virtutes: et perfectiones: ⁊ omnipotentiam ⁊ magnificentiam: vt patuit in cantico ſeptimo. ſ. in cantico precedenti. Ita pariter in hoc octauo cantico: et duobus ſequentibus ſponſus ſatiſfacit: ⁊ vult ſatiſfacere votis: ⁊ petitionibus plebis gentilis petentis dealbari a nigredine idololatrie: et ſociari cum plebe Iſraelitica: et paſci cuz ea: ⁊ ſimul quieſcere ſub vmbra ſponſi: q̃uã petitionem Chriſtus adimpleuit cum miſit apoſtolos ad vocandũ ⁊ cõuertendũ populũ gentilẽ ad fidẽ euãgelicam. Et ſic Chriſtus per apl'os ſuos: ⁊ diſcipulos vocauit plebem gentilẽ in eandem eccleſiam: et dealbauit eam: ⁊ ornauit: ⁊ decorauit: et dotauit eam eiſdem ornamentis: et monilibus ſponſalib⁹: quibus ante ornauerat eccleſiam ex ſynagoga conuerſam. Et ſic ex vtroq; populo facta eſt vnica eccleſia: ⁊ ſponſa xp̄i. Et ſic in his tribus vltimis canticis maxime loquitur Salomon de eccleſia populi gentilis iam facta vna: et ſociata cum iudaica ſiue iſraelitica: vt patebit. Dicit ergo Chriſtus ſponſus. O amica mea de populo gentili: tu in principio petiſti a nigredine idolalatrie dealbari: ⁊ cum filiabus Hieruſalem ſociari: ⁊ ſimul paſci: et quieſcere. Et ideo completo iam myſterio redẽptionis in populo Iſraelitico: et poſtq̃ illi ſatiſfeci per incarnationẽ: et familiarẽ p̄dicationem: ⁊ mortem: et



paſſionem/⁊ reſurrectionẽ ⁊c. tandem voluit deſcẽdere ad te: vt ſatiſfacerẽ votis ⁊ petitionib⁹ tuis/mittendo tibi apoſtolos: et diſcipulos ad predicãdum: vt in p̱ſona mea te dealbent/⁊ mundent a nigredine idololatrie/⁊ pulchram faciant per baptiſmum/⁊ alia ſacramẽta.

b ¶ Et nota q̃ licet Chriſt⁹ vocauerit plebẽ gentilem/⁊ baptizauerit p̱ apoſtolos: tñ p̱ miniſtros: tñ q: p̱ ſeipſum dat gratiam/⁊ bona ſpiritualia: ideo loquitur in p̱ſona propria. Item dicere Chriſtum ⁊ cõmendare pulchritudinẽ plebis gentilis: idem eſt qd̃ facere. q: cõmendando ipſam de pulchritudine: facit ipſam pulchrã/⁊ ipſaz decorat ornamentis ſponſalibus hic memoratis: ¶ Item eſt aduertendũ/q̃ lz ſpõſus repetat/⁊ iteret in hoc cantico octauo bona ſpiritualia/⁊ ornamenta que prememorauit/et explicauit in quinto

c cantico: tamẽ talis repetitio: ⁊ iteratio non eſt ſuperflua: nec otioſa: ſed denotat duos populos in diuerſis tẽporibus ſucceſſiue ad fidem conuerſos: quos Chriſtus ſub eadem eccl'ia connexit: ⁊ eiſdem ornamentis ſponſalibus decorauit. Dicit ergo Chriſt⁹. O amica mea conuerſa de plebe gentili: ego dico tibi q̃ tu es pulchra. i. pulchram te facio ſimul cuz plebe Iſraelitica. Et tu es decora facta ſicut Hieruſalem. Nã tu in primo cantico petiſti dealbari/⁊ decorari/et ſociari filiabus Hieruſalem: et ego dico tibi: q̃ tu es facta decora/ſicut Hieruſalez/⁊ ipſi conſociata in vnam eccl'iam/⁊ eiſdem ornamentis ſponſalibus decorata: poſtq̃ recepiſti eadem eccleſiaſtica ſacramenta/q: eadem ſeptẽ dona ſpiritus ſancti recepiſti: ⁊ ad pugnandum contra munduz/⁊ carnem/⁊ diabolum eiſdem armis armata fuiſti. Et ideo tu es facta terribilis ad pugnandum: ſicut vna acies caſtrorum bellicorum ad bellandũ/⁊ pugnandũ ordinata pro fide euangelica defendenda. Item pulchritudo tua ſumme delectat me. Auerte ergo oculos tuos a me ⁊c. Et loquitur ironice/more amantium: ſicut ſponſus carnalis quandoq; dicit ſponſe. Auerte oculos tuos a me: q: tantum ſũt pulchri q̃ penetrant cor meum/⁊ interficiunt me: ita ergo pariter metaphorice dicit hic Chriſtus. O

Chriſti ꝓ talia bona ſibi a ſponſo collata fuit eleua/ ta ⁊ exaltata ſuper oēm humanam facultatē: ⁊ emi net ſuper oēs alias natiōes: ſicut palma ſuper oēs alias arbores. Nam ſicut palma ſuperat oēs alias arbores in rectitudine ⁊ altitudine ⁊ fructu: ⁊ ideo ꝓpter eius altitudinē ⁊ eminentiā: qꝛ videtur celū attingere: dabatur victoribus in ſignum triumphi. Ita ergo eccleſia ſiue chriſtiana religio excedit et ſuperat omnes alias religiones in rectitudine ve/ ritatis: qꝛ ſola ipſa continet veritatē colendo vnuʒ verum deū trinū ⁊ vnū incarnatū in filio ⁊c. ¶ Et ſic cōtinet rectā veritatē in cultu latrie: ⁊ ipſa ſupe rat alias nationes in altitudine dignitatis: quia ce lū attingit: nam licet peregrinamur in hoc ſeculo: tū conuerſatio noſtra in celis eſt: qꝛ non ſumus ho ſpites ⁊ aduene: ſicut homines terreni ⁊ cetere na/ tiones: ſed ſumus iam ciues ſanctoruʒ ⁊ domeſtici dei nunc per gratiam / ⁊ in futuro per gloriam / ⁊ ſic eccleſia in altitudine dignitatis / et conuerſatio/ nis iam attingit celum. Itē eccleſia eſt ſimilis pal/ me ⁊ nobilior ceteris religionibus in dulcedine et perfectiōe fructus: nā nulla alia religio facit fru/ ctus meritorios niſi ſola chriſtiana / nec colligit fru ctus gratie ⁊ glorie niſi ſola iſta: nec ex alia religio ne de⁹ colligit fruct⁹ ſibi acceptos niſi ex ſola iſta: nā ex iſta collegit primo illuʒ fructū ſibi ſapidū et ſuauē ſup oēs fruct⁹. ſ. virginē Mariā matrē ſuaʒ: ⁊ ex iſta arbore collegit Joānē baptiſtā ⁊ oēs apo/ ſtolos ⁊ diſcipulos: ⁊ poſtea martyres et virgines ⁊ doctores ⁊ confeſſores. Et ideo dicit ſponſus O ſponſa chariſſima ꝙ̃ pulchra es ⁊ decora in delitijs ⁊ fructibus ſpūalibus. nam ſtatura tua ⁊ altitudo dignitatis aſſimilata ē palme que ſupeminet oēs alias arbores in rectitudine ⁊ altitudine ⁊ dulcedi ne ⁊ ꝑfectiōe fructus. Sicut aūt ſtatura tua eſt aſſi milata palme: ita vbera tua ſunt aſſimilata botris ſiue vuis ⁊ racemis ipſi⁹ palme. Nā ſicut fruct⁹ pal me qui / ſunt dactyli / excedunt oēs alios fructus in ſuaui dulcedine: ita vbera eccleſie ſiue dulcedo et ſapor lactis vberum eccleſie excedit oēs alios ſa/ pores: qḋ quidē lac vberū eccleſie eſt lac gratie ſa/ cramentoꝝ ⁊ fidei articuloꝝ ⁊ obſeruātie precepto rū. Et dicit̃ etiā lac duoꝝ teſtamentorū: qḋ ſuperat oēs alios liquores ⁊ ſapores. ¶ Sed eſt vlterius valde aduertendum / ꝙ licet omnia hec ſupradicta ſint bene et catholice dicta quo ad expoſitiones vl timorū verſuū: tamē Salomō maius ſacramentū vult etiā nobis detegere. Ad cuius intellectum eſt notandū / ꝙ apud omnes natiōes ⁊ religiones pal/ ma denotat ⁊ deſignat victoriam: ⁊ ideo palma da batur victorib⁹ in ſignum triumphi: ⁊ ſic arbor pal me dicit̃ arbor victorie: vt dictum eſt. ¶ Sed quia in nulla alia arbore quis adeptus fuit tm̄ triūphū nec tantā victoriā quantam ⁊ qualem adeptus eſt Chriſtus in cruce contra mundū ⁊ diabolum: quia ibi triumphauit de diabolo ⁊ morte: ⁊ recuperauit predam de poteſtate diaboli: ideo bene merito cō/ muniter in ſacra ſcriptura per palmam intelligit̃ arbor crucis: que eſt arbor ſumme victorie. Et non ſolum dicit̃ arbor triūpalis ratione p̄fate victorie: ſed dicitur arbor fructifera aſſimilata palme ra/ tiōe copie fructuū diuerſorū. Nā oīa bona in toto iſto cantico ſupra memorata: ⁊ oēs fruct⁹ ſpūales ſupradicti fuerunt germinati et collecti ex arbore crucis. et ſic crux fuit illa arbor que cum xp̄o ſupra



dictos fruct⁹ germinauit. Ideo chriſt⁹ vt deducat ſponſam ſuam ad amorem ſue paſſionis / ⁊ ad deuo tionē ⁊ contēplationem ⁊ venerationem crucis / ex qua xp̄s collegit omnia bona illa / ⁊ communicauit eccleſie / dicit. O ſponſa mea ꝑ vnionē: ⁊ chariſſima per redēptionē ⁊ pretium mei ſanguinis quo te re/ demi / multū mihi obligaris: qꝛ tota tua pulchritu/ do ⁊ copia bonoꝝ quib⁹ te ditaui ⁊ decoraui / proce dit ex mea paſſione. Et ideo ſtatura ⁊ altitudo tua aſſimilata eſt palme. i. arbori crucis fructifere / ex qua collegi oīa bona que tibi conceſſi: ⁊ etiam te fe ci altam ⁊ fructiferā ſicut arboreʒ palme. i. ſicut ar borem crucis. Nam ſicut tunc germinauit oēs fru ct⁹ redemptionis ⁊ ſalutis per paſſionem meam: ita tu aſſidue germinas eoſdem fructus ꝑ eccleſia ſtica ſacramenta ⁊ cōmunicas omnibus fidelibus. quaſi dicat: eoſdem fructus quos ego ex mea paſ/ ſione in cruce collegi: eoſdem tu diſpenſas per ec/ cleſiaſtica ſacramēta. Ideo ſtatura tua ⁊ dignitas aſſimilata eſt palme. Ex iſta ergo arbore palme O ſponſa chariſſima dedi tibi pedes rectos ad recte per hūc mundū ambulandum: ⁊ bene calciatos: ne ſpine et vepres tibi nocerent in tua peregrinatiōe ⁊ dedi tibi femora fortiſſima ad totū corp⁹ eccleſie ſuſtinendū: ⁊ dedi tibi vmbilicū fecundum ad fide les cōcipiēdos ⁊ regenerādos: ⁊ dedi tibi ventrem plenū tritico ſacramentoꝝ ad eos nutriēdos: ⁊ de/ di tibi duo vbera gratie ſacramētoꝝ ⁊ fidei articu loꝝ et donoꝝ ſpūs ſancti ad eos potandos: ⁊ dedi tibi collū ſuper omnes alias nationes ſurſum ele/ uatū ad celum attingendum. et dedi tibi oculos ad myſteria ꝓfunda penetrāda: et naſum ad inter bo na ⁊ mala diſcernendū: et caput ad iudicandū: ⁊ de di tibi comas ſanguine meo rubricatas ad tui de/ corem ⁊ ornatū. que bona oīa adeptus ſum ⁊ colle/ gi ex arbore crucis in mea paſſione: ⁊ communica ui tibi. Ex quo patet: qḋ ſtatura tua aſſimilata eſt palme et arbori crucis: quia omnia bona que ha/ bes inde collegiſti.

## ¶ Secunda pars huius Noni Cantici.

Dixi. Aſcendam in palmam:
Et apprehendaʒ fructus eius.
Et erunt vbera tua ſicut botri
vinee:
Et odor oris tui ſicut odor malorum:
Guttur tuum ſicut vinum optimum:
Dignum dilecto meo ad potandum:
Labijſq̃ et dentibus illius ad ruminan/
dum.
Ego dilecto meo: ⁊ ad me conuerſio eius.
Veni dilecte mi:
Egrediamur in agrum:
Commoremur in villis.
Mane ſurgamus ad vineas:
Videamus ſi floruit vinea:
Si flores fructus parturiunt.
Si floruerunt mala punica.
Ibi dabo tibi vbera mea.
Mandragore dederunt odorem in portis
noſtris.
Omnia poma noua ⁊ vetera ſeruaui tibi
dilecte mi.

Deinde cum dicit. Dixi: aſcendam in pal mam ⁊c. exequit̃ Salomon ſecundam partem huius cantici: in quo introdu/ cit eccleſiam ſponſam xp̄i ad loquen/ dum ⁊ reddendum vices amoris ſpon/ ſo ſuo. ¶ Ad cuius intellectū eſt notā/ dum: ꝙ poſtꝗ̃ ſpōſa audiuit a ſponſo omnia ſupra/ dicta: et cognouit amorem eius erga ſe: quia diſpo/ ſuerat ipſam in tam optima diſpoſitione mēbroꝝ ⁊ decorauerat ⁊ ornauerat ipſam tot ⁊ tantis orna/ mentis: et ditauerat eam tam magnis et pretioſis bonis: et armauerat eam tam fortib⁹ armis ad pu gnandum cōtra oēs inimicos: et dixerat vltimo / ꝙ oīa bona collegerat ex arbore crucis: et ideo aſſi/ milauerat eā arbori palme in rectitudine et altitu dine ⁊ vtilitate fructus. Ideo ſponſa non ingrata: ſed auida ad reddendū vices amoris pro tantis bo nis receptis: reſpondendo ſponſo ait. O ſponſe tu dicis ꝙ ſtatura mea aſſimilata eſt palme: eo ꝙ om/ nia bona deſcenderunt ab arbore palme. ſ. crucis triumphalis: ideo volens te imitari ſequendo te ꝑ crucem et martyrium: ego dixi / aſcendā in palmaʒ. i. deliberando dixi et propoſui aſcendere in palmā martyrij. i. tollere crucē ⁊ ſequi te. et hoc dixi / ⁊ pro poſui in crucē aſcendere: vt apprehendā fruct⁹ ei⁹. Unde poſtꝗ̃ tu dediſti mihi arma ad pugnandū. ſ. fidem et charitatē et dona ſpiritus ſancti: volo illa exercere contra diabolum ⁊ tyrānos et hereticos. ¶ Iterum eſt notandū / ꝙ ꝑ palmā ad quā aſcēdit eccleſia ſponſa xp̄i / intelligitur campus pugne et victorie. vnde ſicut Chriſtus aſcendit in crucem ad pugnandum pro nobis contra diabolum: ex qua arbore colligit fructus noſtre redemptionis ⁊ ſalu tis: ita eccleſia aſcendit in palmam. i. in campuʒ vi ctorie et pugne ad pugnandum ꝯtra tyrānos et in fideles pro fide Chriſti: et contra carnē et mūdum et contra hereticos. Et ideo facti ſūt quatuor exer citus q̄ aſcenderūt in palmā ad pugnādum. Nā pri mo aſcendit chorus ſiue exercitus martyꝝ ad pu/ gnandū contra principes et tyrannos et infideles. Secundo aſcendit exercitus virginum ⁊ continen tium ad pugnandum contra carnē. Tertio aſcendit in cāpū pugne et palme exercitus contēplatiuorū et monachorū ad pugnandum contra mūdū et pō pam eius. Quarto aſcēdit exercitus doctoꝝ ad pu gnandum contra hereticos. Iſti ergo quatuor exer citus aſcenderūt in arborē palme ſiue i cāpum pu gne ad pugnādum. Et ideo eccleſia ſuperius dicta eſt terribilis vt caſtrorū acies ordinata. Et dictum eſt etiam ſuperius. Quid videbis in Sunamite niſi choros. i. exercitus caſtroꝝ? Sʒ quia oēs iſti exer/ citus finaliter triūpharūt de inimicis ſuis: iō dicū tur collegiſſe fruct⁹ victorie ex arbore palme ſiue ex arbore crucis: qḋ idem eſt qḋ arbor ſiue cāp⁹ pu gne et victorie. Unde ſicut quatuor genera pugna toꝝ aſcenderunt in palmā ad pugnandū: ita eccle/ ſia quatuor genera fructuum collegit et apprehen dit ex arbore palme. Naʒ primo collegit martyres

B

C

Q̃tuor exercitus qui aſcēderunt in palmā ad pugnādū.

ſiue fructum et victoriam martyrij. Secūdo collegit virgines ⁊ continētes. Tertio cōfeſſores ⁊ monachos. Quarto doctores cū ſuis ſcriptis ⁊ doctrinis. Omnes iſti quatuor exercitus dicitur pugnatores: quia vita chriſtiani ſi ſecundū euāgelium viuat/ pugna ⁊ martyrium ⁊ crux eſt: vt inquit Auguſtinus ſuper Joā. Et de quocunq; iſtorū dicit ſaluator. Matth. xvj. Si quis vult poſt me venire abneget ſemetipſum ⁊ tollat crucē ſuam ⁊ ſequatur me. Et ſic etiam ſcd'm Auguſtinū oēs coniugati viuentes ſecundū euāgelium tollunt crucē ſuā: ⁊ ſequuntur Chriſtum ſuo modo. De oīb⁹ ergo iſtis ſupradictis dicit ſponſa. Aſcendā in palmā/ ⁊ apprehendā fructus eius quia omnes iſtos fruct⁹ collegit eccleſia ex arbore palme: et ex oībus his collegit fruct⁹ meritorū. quos fructus repoſuit in ſuo horreo ſiue cellario: Et iſti ſunt theſauri quos eccleſia diſpenſat filijs ſuis ſimul cū meritis paſſionis Chriſti: quando concedit indulgētias: ⁊ fundit orationes: dicēs Per merita paſſionis Chriſti ⁊ ſanctorum eius. Dicit ergo ſponſa. Aſcendā in palmā. i. in arborem pugne ⁊ crucis ⁊ victorie ⁊ apprehendā fructus eius: ⁊ tunc vbera tua O ſponſe erunt mihi ſicut botri vinee/ martyres preferendo: quia exinde colligam martyres effundentes ſanguinem pro Chriſto/ qui erunt tanq̄ vindemia in torculari. Itē odores tui qui ſunt viri ſancti ⁊ virgines ⁊ continentes ⁊ religioſi ⁊ cōfeſſores ⁊ cōtēplatiui/ effundentes odorē ſanctitatis ⁊ bone fame erunt ſicut odor pomorū: Nam ſicut poma p̄cioſa bene matura expirant ex ſe bonū odorem: ita viri ſancti ⁊ honeſti emittunt odorē bone fame vita ⁊ exēplo. de quibus ait apoſtolus. ij. ad Corinth. ij. Bonus odor ſumus vobis quaſi dicat ſponſa. Ego apprehendam ⁊ colligā ex iſta palma virgines ⁊ continentes ⁊ confeſſores et viros ſanctos expirantes bonos odores ſue bone fame ⁊ ſanctitatis. ſicut fuit beatus Paulus p̄mus eremita/ ⁊ Antonius/ ⁊ Benedictus/ ⁊ Frāciſcus/ et beatus Dñicus/ ⁊ Auguſtinus. quorū odores duxerunt alios ad bene viuendū. Item guttur tuū erit mihi ſicut vinū optimū. quaſi dicat: q̄d doctores q̄ ſūt guttur tuum emittunt vinū optimū ſue doctrine ⁊ ſuorum ſcriptorum. q̄d quidē vinū erit dignū ⁊ bonum ⁊ acceptū dilecto meo Chriſto ad potandum/ ⁊ labijs ⁊ dentib⁹ illius ad ruminandum. ¶ Ad cu- d ius intellectum eſt notandum: ⁊ vinū ſapiētie ⁊ intelligentie q̄d ſancti doctores expreſſerūt ex vinea ſacre ſcripture/ intantū fuit de ſe optimum ⁊ continens veritatē: ꝙ fuit dignū acceptari a Chriſto et eccleſia ſpōſa ei⁹. ⁊ ideo dicit ꝙ fuit dignum ad potandum. i. acceptandum ipſi xp̄o ⁊ eccleſie. Et fuit dignum ⁊ dulce labijs ⁊ dentibus Chriſti ⁊ eccleſie ad ruminandum. Nam eccl'ia per ſuos p̄dicatores continue ruminat ſcripta ⁊ doctrinam Auguſtini: ⁊ Hieronymi/ ⁊ Baſilij/ ⁊ aliorū doctorū. Item doctores ſcholaſtici poſteriores continue ruminant dicta ſacrorum doctorū priorū ea declarando ⁊ in ſuis queſtionib⁹ diſputando. Et ſic vinū illorum ſacrorum doctorum q̄d eccleſia collegit ex vinea ⁊ arbore palme ſemp ruminat nobis ⁊ a nobis ad fidē noſtram confirmandū/ ⁊ contra hereticos cōfundēdos/ ⁊ ad vitā ⁊ cōuerſationē noſtrā dirigendā. Omnes ergo iſtos fructus ſupradictos collegit eccleſia ex arbore palme. Sed quia i tali collectione fructuū cauſatur quedam mutua ⁊ reciproca ⁊ conuerſa collatio ⁊ exhibitio: ideo ſubdit. Ego dilecto meo: et ad me conuerſio eius. ¶ Ad cuius intellectū eſt notandum ſcd'm Augu. de verbis apoſtoli: ꝙ tota noſtra e latria ⁊ ſeruitus erga deū nō eſt niſi quedam mutua ⁊ reciproca retributio. Nam primo deus eſt donator ⁊ largitor bonorū: ⁊ ex cōſequenti pro gratiarum actiōe retribuimus ipſi latriā/ ſ; v'tutē. Nā q2 prio ipſe ex nihilo creauit nos: ideo retribuim⁹ ipſi adorationē cū p̄ſtratione ratione ſumme maieſtatis ⁊ poteſtatis. Et q2 gubernat nos ⁊ p̄uidet nobis de bonis temporalibus: ideo retribuimus ipſi vices per oblationem. Sed quia redemit nos/ ideo retribuimus ipſi vices per laudes cōtinuas: ⁊ patimur martyriū ⁊ perſecutiones propter iuſtitiā fidei ei⁹. Et ſic ſemper deus eſt primus largitor: ⁊ per conſequens latria ⁊ bone operationes noſtre non ſunt niſi quedam retributiones gratiarum: ⁊ ideo dicit Augu. quod martyriū martyrū non fuit niſi quedā retributio in ſignū latrie: q2 prius pro nobis obtulit ſe ⁊ pro nobis mortuus eſt. Et virginitas virginum/ ⁊ cōtinentia ⁊ labor ⁊ afflictio carnis ſanctorū fuit etiam quedam retributio. Itē ſi martyres mortui ſunt pro Chriſto: prius Chriſtus dedit eis gratiā ⁊ fortitudinē ad toleranda tormēta: ⁊ ad reſiſtendum tyrannis: ⁊ prius dedit apoſtolis os ⁊ ſapientiā ⁊ dona ſpiritus ſancti ad loquendum ante reges et preſides: ⁊ ad pugnandū cū eis. Et ita dedit gratiam ⁊ virtutem virginibus ⁊ continentib⁹ ad pugnandum contra carnem: ⁊ dedit gratiam cōfeſſoribus ad pugnandum contra mundum ⁊ antiquum ſerpentem: ⁊ dedit ſapientiam ⁊ veram intelligentiam doctoribus ad intelligendas ſacras ſcripturas: ⁊ ſic ediderunt multa ſcripta/ ⁊ pugnarūt ⁊ triumpharunt de hereticis. Ex quib⁹ patet ꝙ martyria martyrū ⁊ continentia virginū ⁊ bona opera cōfeſſorum ⁊ oīm iuſtorum ⁊ omnis doctrina doctorum non fuerunt niſi quedā retributiones: quia retribuebant deo per effectum q̄d ab eo prius acceperant per gratiam. Et ſic quicquid offert eccleſia Chriſto ſponſo ſuo non eſt niſi quedam retributio ⁊ gratiarū actiones pro beneficijs prius receptis: ⁊ ſic eſt quedam mutua ⁊ reciproca ⁊ cōuerſa retributio. Ideo dicit ſponſa. Ego offero dilecto meo omnia iſta bona: ⁊ ad me conuerſio eius: quia econuerſo ipſe primo mihi tribuit omnia bona: quia ex arbore palme crucis prius iſta bona collegi. Item ipſe mihi gratis omnia iſta bona gratie tribuit: ſ; f ego retribuo ipſi bona latrie: ſed ad me conuerſus retribuit mihi bona glorie: ſic ꝙ ipſe eſt primus et vltimus in largiendo: ideo ſemper eſt ad me cōuerſio et retributio eius. Et ideo ſubdit. Veni dilecte mi egrediamur in agrum ⁊c. ¶ Ad cuius intellectū eſt notandū: ꝙ cum hoc carmen ſit nuptiale. Salomon ponit caſus qui accidunt inter amantes/ et ſponſos carnales/ applicando ad Chriſtum et eccleſiam: qui ſunt ſponſi ſpirituales: vnde accidit quandoq; quod puella elegit ſibi ſponſum vltra ſcitum: immo contra voluntatem parentum: et ſic clam diligit ſponſum ⁊ oſtendit ipſi amorem cum magna difficultate in abſconſo: ſed cum hoc peruenit ad notitiam parentum/ affligunt ſponſam ne loquatur/ nec iungatur ſponſo tali: ſed abijciat ipſum et iungatur alteri ad nutum parentum/ et conſanguineorum. Sed cum illa ſumme diligat ſponſum cui primo promiſit fidem/ nullo pacto



vult acquieſcere parentibus. Cum autem parētes atrociter affligant ipſam nō conſentiētes: immo repugnantes matrimonio ꝑ ipſam cōtracto habentes odio ſponſum quē ipſa elegerat. tunc illa vehementer ſollicitat ſponſum vt educat ſe de domo parentum ⁊ ducat extra ciuitatem vbi libere reddat ipſi vices amoris/ ⁊ ſtent: ⁊ morent ibi vſquequo ira parentum ſit placata ⁊ cōſentiant parentes in matrimoniū ⁊ reducant eos in ciuitatē et in domū ſuā. Et hoc frequenter accidit ſponſalibus carnalibus ⁊ mundanis: que dicuntur clandeſtina ſponſalia: que poſtea approbantur ꝑ parētes ⁊ eccleſiā. Ita ergo accidit eccleſie ſpōſe Chriſti tempore ꝑſecutionū imperatorū: ⁊ maxime in ꝑſecutione Diocletiani et Maximiani. Nam tunc temporis multe puelle contēnentes nuptias carnales deteſtantes ritum et ſuperſtitionē gētilitatis ꝓmittebāt Chriſto virginitatem: ⁊ deſponſabant Chriſto per fidē ⁊ baptiſmū vltra voluntatem parentum. vt p; de beata Chriſtina/ ⁊ Margarita/ ⁊ Barbara: quas parentes infideles affligebant vt Chriſtū ſponſum denegarent. Hoc idē fecit magna multitudo vtriuſq; ſexus in illa tempeſtate: qui contra voluntatem nō ſolū parentum: ſed cōtra decreta imperatorum et regum ⁊ totius gentilitatis Chriſto per baptiſmum deteſtantes idolatriā adheſerunt. In qua tēpeſtate fuit mota tam grandis ꝑſecutio cōtra chriſtianos ⁊ eccleſiam ſponſam Chriſti: ꝙ in decem annis fuerunt occiſa infinita milia martyrū ꝑ totum orbem: nec Chriſtum negarunt. vnde ꝑſone eorum capitali ſententia ⁊ varijs ⁊ atrocibus tormentis puniebantur: ⁊ bona temporalia fiſco adiudicabāt. Et ſic tota eccl'ia vndiq; affligebatur et vexabatur intolerabiliter: intantum ꝙ multi chriſtiani videntes intolerabilia tormenta aliorum ⁊ arbitrantes ſe illa nō poſſe pati potius elegerunt fugere ad mōtes et ſpeluncas: ⁊ ibi deo ſeruire: q̄ chriſtū negare. ¶ Et ita fecit Paulus primus eremita: qui videns tormenta que patiebantur martyres i Alexā- g dria ſe nō poſſe tolerare fugit in deſertum: quem poſtea ſecuti ſunt multi alij chriſtiani: ⁊ ſic incepit ordo eremitarū ⁊ monachorū in egypto in illa perſecutione. qui quidem monachi ⁊ eremite poſtea creuerunt in magnum numerum ꝑ totū orbem Et nō ſolū fugerunt ad montes i illa ꝑſecutione hoīes ſimplices: ſed etiam papa ⁊ epiſcopi ⁊ ſacerdotes: qui per totam illam ꝑſecutionem latebāt in ſpeluncis. Et ſic illa eccleſia fugit de domo parentum ſuorū. ſ. de populo gentili cuius erat filia: et latebat ⁊ morabatur in villis ⁊ ſpeluncis ſeruiendo Chriſto ſponſo ſuo. Et hoc eſt q̄d intendit ꝓphetice exprimere Salomon in hac parte. Unde q2 ſuperius dixit ſponſa. Ego dilecto meo: ⁊ ad me cōuerſio eius. i. ſicut ſponſus dilectus meus dat mihi bona gratie: ita ego dilecto meo tribuo latriā ſeruitutē: ⁊ ſicut ego tribuo ⁊ exhibeo dilecto meo latriā ſeruitutem/ ita cōuerſio eius eſt ad me. i. econuerſo ipſe dabit mihi/ ⁊ expecto bona glorie ab eo. S; q2 impedior ⁊ ꝓhibeor ab imperatoribus ⁊ tyrānis exhibere libere latriam ſeruitutem Chriſto ſponſo meo: q2 volunt me cogere Chriſtū negare: ideo potius volo fugere ad montes. Et ſic eccleſia conuerſa ad Chriſtum ſponſum dicit. O dilecte mi: licet imperatores ⁊ tyranni atrociter perſequantur ⁊ diris tormentis affligant me vt deſeram te: ⁊ adorem idola nefanda: tamen nunq̄ deſeram te cui ſemel voui fidem. ſed ſequendo cōſiliū tuum qui dixiſti Matt. x. Si perſecuti vos fuerint in vna ciuitate: fugite in aliam: ſic ego volo fugere furiam tyrannorum. Ideo veni dilecte mi fugiamus ad tempus furiam perſecutorum: ⁊ egrediamur in agrum extra ciuitates: ⁊ cōmoremur in villis ⁊ ruribus et eremitorijs ⁊ ſpeluncis: ⁊ ibi in eremo ſeruiam tibi in hymnis ⁊ orationibus ⁊ ſacrificijs. Et mane ſurgamus ad vineas excolendas: ibi celebrando diuina officia in abſconſo ꝓpter metum tyrānorum ne impediant et prohibeant nos. Et ibi expectabimus ⁊ videbimus ſi floruerunt vinee: ⁊ ſi flores vinearū et aliarum arborū parturiunt fructus. i. ibi expectabimus vſquequo ſit placata ira imperatorū et principū ⁊ tyrannorū cōtra chriſtianos. i. vſquequo tu illumines eos ⁊ reddas beniuolos erga eccleſiam/ ⁊ conuertantur ad fidem. prout fuit cōpletum per cōuerſionē magni Conſtantini. vt patebit. Hoc autem dicit q2 vinea populi gentilis licet in principio eſſet horrida ⁊ inculta/ tū paulatim videns miracula ⁊ ſigna que per martyres et viros ſanctos fiebant incepit florere/ ⁊ ſic cum labore parturiuit fructus fidei: ⁊ parturiebat vſq; ad Conſtantinum q2 multi interim cōuertebantur ad fidem. vt patet in hiſtorijs martyrum. Unde cum beatus Urbanus papa latebat in rure ⁊ p̄dio beate Cecilie: ipſa Cecilia ſemp florebat et fructus ſalubres parturiebat in ciuitate. ⁊ ſic conuertit ſponſum ſuū Ualerianū ⁊ Almachium fratrem eius: et miſit eos ad Urbanū: qui cum ceteris ſacerdotibus latebat in ſpeluncis et in illo rure. ideo Urbanus gratias agens dicebat. Dñe Ieſu Chriſte ſeminator caſti cōſilij ſuſcipe fructus quos in Cecilia ſeminaſti: q2 Cecilia famula tua quaſi apis tibi argumentoſa deſeruit. Et ſic in illa ꝑſecutione paſſa ſunt multa millia martyrū ⁊ virginū vtriuſq; ſexus ⁊ etatis Et ſic illa vinea ſemper florebat ⁊ parturiebat fructus martyrū dū eccleſia latebat et morabat i villis et i agris Et ideo dicit Uideamus ſi floruerunt mala punica ſ; flores virginū et martyrū: et dum mala punica i. martyres florent et parturiuntur in ciuitatibus ego dabo tibi in agro vbera mea. ſ. vbera latrie: q2 nunq̄ ceſſabo a diuino cultu in hymnis et orationibus et ſacrificijs et ieiunijs orādo ꝓ eccl'ia vt tu cōprimas et humilies corda imperatorum et infidelium gentilium ad fidem ne amplius perſequātur eccl'iam. Et ideo mandragore ꝑ quas intelligitur fecunditas eccl'ie iam dederunt odorem ſuum in portis noſtris. ¶ Ad cuius intellectum eſt no- h tandum ꝙ mandragora eſt quoddam pomū genitum in radice cuiuſdā herbe facientis folia ad modum parue lactuce. Et ſic Mandragore ſunt tanq̄ tubera terre valde odorifera habentia ſimilitudinē humani vultus. ⁊ habent hanc proprietatē/ vt dicunt herbarij/ ꝙ ſi quis defert ſecum Mandragoras attrahit ceteros ad amorem ⁊ nutum ſui. Itē habent aliam proprietatem ꝙ ſi mulieres māducant Mandragoras diſponuntur faciliter ad fecunditatem et cōceptum prolis. Et ideo Ruben attulit Mandragoras matri ſue Lie: vt diſponeret ad concipiendū que dixit Jacob viro ſuo: dormias mecū hac nocte pro mandragoris. Gen. xxx. Ideo Salomon per quandam metaphoram diuinas et internas ſpirationes et illuminationes appellat

Mandragore proprietates.

Mandragoras in hoc loco qđ q̄ſi deo placuit in illa perſecutione deus inſpirauit multa corda hominum:que quidem inſpirationes tanq̄ Mandragore generabant fructus fidei in mentibus gentilium ⁊ trahebantur ad fidem Chriſti.⁊ ſic pro fide. Chriſti ſe morti offerebant. Item poſt illam perſecutionem immo in eadem perſecutiōe ex nutu dei ⁊ ꝓpter horridam egritudinem Diocletianus ceſſauit a perſecutione. Et poſtea deus inſpirauit in Cōſtantinū Mandragoras ſpūaliū inſpirationū:qui tractus ⁊ cōuerſus ad Chriſtū reuocauit exiliū chriſtianorū:⁊ magnificauit eccleſiā vt patebit. Iō dicit ſpōſa ꝙ Mandragore.ſ.virtus ſpūs ſancti et inſpiratiōes dederunt odorē ſuū in portis noſtris ſ.in principibus ⁊ imperatorib⁹ qui ſunt porte populi gentilis:vel in portis eccleſie ꝑ quem odorem fuit fecundata ⁊ multiplicata eccleſia.quaſi dicat: fecunditas ⁊ augmentum eccleſie iam apparet in portis noſtris. Et hoc dicit ſponſa:quia dum ipſa erabat in agro latenter ⁊ in eremo:multi ad fidem conuertebantur ⁊ poſtea martyrio coronabantur in populo in ciuitatibus. Et quia ex omni ſexu et etate.ſ.iuuenes et ſenes ⁊ virgines innupteq̨ puelle ad fidem Chriſti continue conuertebant̄ ⁊ martyrio coronabantur:ideo ſubdit Omnia poma noua ⁊ vetera dilecte mi ſeruaui tibi.i.obtuli tibi martyres ex omni ſexu et etate nā ego ſeruaui ⁊ obtuli tibi poma noua ſicut fuerunt Cecilia ⁊ Agnes:⁊ Agatha:⁊ Lucia/⁊ Catharina que in puerili etate paſſe ſunt. Et obtuli tibi poma vetera:ſicut fuerūt Marcellinus/⁊ Urbanus/⁊ multi alij qui in ſenectute paſſi ſunt in illa perſecutione. Hoc etiam dicit quia in illa etate multi conuertebantur ad Chriſtum/alij in pueritia:alij in adoleſcentia:alij in ſenectute. Unde quedam puelle dedicabant et conſecrabant deo virginitatem ſuam:⁊ quedam vidue ſeruabant continentiam:⁊ quidam ſenes ſegregabantur ad montes ad ſeruiendum deo. Et ſic ſponſa continue offerebat Chriſto ſponſo ſuo poma noua ⁊ vetera. Hoc etiā poteſt intelligi de doctoribus qui continue offerebant Chriſto poma noua et vetera predicando et probando ipſum eſſe verū deū ⁊ hominem ⁊ Meſſiam in lege promiſſum per auctoritates ⁊ ſcripturas noui ac veteris teſtamenti iuxta illud Mathei decimotertio. Omnis ſcriba doctus profert de theſauro ſuo noua ⁊ vetera.

## ¶ Tertia pars huius Noni Cantici

Quis mihi det te fratrem meum ſugentem vbera matris mee: Ut inueniam te ſolum foris: et deoſculer:⁊ iam me nemo deſpiciat?

Apprehendam te:⁊ ducā in domum matris mee.

Et in cubiculum genitricis mee

Ibi me docebis.

Et dabo tibi poculum ex vino condito.

Et muſtum malorum granatorum meorū:

Leua eius ſub capite meo:et dextera illi⁹ amplexabitur me.

Adiuro vos filie Hieruſalem:

Ne ſuſcitetis neq̨ euigilare faciatis dilectā donec ipſa velit.

Hec eſt tertia pars huius noui cantici:in qua rex Salomon explicat deſiderium eccleſie redeſidi ab eremo ad ciuitates/mitigata rabie tyrannorum/ expectando pacem ⁊ tranquillitatem eccleſie per conuerſionem totius populi gentilis. ¶ Ad cuius intellectum eſt notandū ſicut dictum eſt:ꝙ iſta ſponſa erat filia populi gentilis ſecundū carnem:que ad fidem Chriſti nouiter erat conuerſa contra voluntatē ſue matris.ſ.gentilitatis. Et dictum eſt qualiter gentilitas affligebat filiā ſuā.ſ.eccleſiam:eo ꝙ vltra voluntatē imo contra voluntatem ſuam deſponſauerat ſibi Chriſtum in ſponſum. Et ideo iſta ſpōſa fugit in eremū cū Chriſto ſpōſo ſuo nō ꝑ ſemp:ſed ad tempus/vſquequo mitigaretur ira principum et totius gētilitatis matris ſue:vt mitigata ira ꝯuerteret̄ ad eū gentilitas ⁊ cōſentiret Chriſto ſponſo eccleſie. Et ideo ſicut ſpōſa carnalis que fugit a domo matris ⁊ parentum cum ſponſo ſibi clandeſtine deſponſato:dū eſt in illo exilio ſemper deſiderat redire ad domū matris ⁊ inducere matrē ⁊ parentes ad amorem ſponſi ⁊ conſenſum ſui cōiugij:ita pariter eccleſia ſacerdotum dū erat in eremo quaſi relegata propter metum ⁊ crudelitatem tyrannoꝝ ſemꝑ ⁊ cōtinue orabat deum vt cōuerteret corda principū ⁊ tyranoꝝ ⁊ cōuerteret ⁊ mollificaret iram et ſeuitiā gētilitatis matris ſue vt xp̄m reciperet/et ipſa eccleſia poſſet libere ⁊ publice xp̄m ſponſum ſuū colere ⁊ eius nomen predicare:⁊ legem euāgelicā promulgare per oīa regna mundi:qđ cōpletū eſt per cōuerſionē magni Cōſtantini. Nā cū beat⁹ Syluester metu dire ꝑſecutiōis per magna tēpora lateret cū ſuo clero ⁊ ſacerdotib⁹ in mōtib⁹ Serapinis ſemꝑ orando pro pace eccleſie:ex monitu apoſtoloꝝ Petri ⁊ Pauli fuit vocatus ⁊ queſitus per magnū Conſtantinum imperatorē/qui putans ad mortem vocari:obnixe exhortabat̄ totum clerum ſuum ad martyriū perferendū pro fide Chriſti. Sꝫ multo ⁊ longe aliter fuit fauorabilis toti eccleſie imperator ꝙ Syluester putabat quia fuit ipſe imperator baptizat⁹ ⁊ ad fidē Chriſti cōuerſus. Et in tantū fuit toti eccl'ie benign⁹ effectus:ꝙ ipſe ſuū ſpalatiū lateranenſe in eccleſiā ſaluatoris fecit cōſecrari ⁊ gn̄alē licentiā ⁊ facultatē cōceſſit/vt eccleſie in honorē xp̄i poſſent ꝑ totum orbē nouiter fabricari.⁊ templa idolorum in eccleſias conſecrari:⁊ lex euangelica ꝑ totum orbem publice predicari. Et ſic ad exemplum imperatoris oēs reges et principes mundi fuerunt baptizati:qui de theſauris ſuis eccleſias fabricarunt ⁊ ditarunt. Et ſic eccleſia per vniuerſum orbē fuit magnificata:et ſpōſū ſuū xp̄m ſine timore publice fuit predicando confeſſa. Et tunc ſurrexit maxima copia doctorum.ſ. Athanaſius/Baſilius Gregorius Nazanzenus/Chryſoſtomus Auguſtinus Hieronymus/Ambroſius et ceteri qui publicis predicationibus omnes populos inſtruxerunt:et ſuis ſcriptis ſacras ſcripturas expoſuerunt:⁊ ſuis diſputationibus oēs hereticos deuicerunt:⁊ ab eccleſia eliminauerunt. Et ſic patet qualiter eccleſia de oībus inimicis finaliter triumphauit.⁊ hoc intendit explicare in hac parte. Dicit ergo ſponſa exiſtēs in illo exilio ad ſponſum. Quis det te fratrē meū.i.quis dabit mihi te fratrē meū ſugētē vbera matris mee.i.ad ſugendum vbera matris mee:q.d. O Chriſte tu es frater meus ꝑ carnis aſſumptionē:qꝛ ſumus filij eiuſdē humanitatis. ¶ Ubi nota ꝙ Chriſt⁹ dupliciter dicit̄ frater eccl'ie ſponſe ſue.vno modo ꝑ carnis aſſumptionē inquantū eſt homo.qꝛ oēs participamus eandem humanitatē/⁊ ſumus filij Adā. Alio modo dicitur Chriſt⁹ frater eccl'ie inquantū eſt eius ſponſus:qꝛ ſunt duo in carne vna. Ideo ſponſa appellat Chriſtū fratrē. ¶ Iterū eſt aduertēdū ꝓpter id qđ ait/ Sugentē vbera matris mee:ꝙ eccl'ia illa conuerſa de populo gentili habebat duplicē matrē.ſ.vnam carnalē ex qua deſcendebat ſcđm carnē:⁊ illa erat gentilitas ſiue generatio gentilis. Habebat autem alterā matrē ſpūalē:q̄ eſt virgo Maria.nam poſtq̄ Chriſtus eſt frater adoptiuus ⁊ ſpōſus eccl'ie:⁊ virgo Maria eſt mater Chriſti naturalis:ergo eſt mater adoptiua ipſius eccl'ie. Poteſt ergo eſſe duplex ſenſus in hoc verſu.primo ꝙ dicat ſponſa ad Chriſtū. Quis det te fratrē meū ſugentē.i.q̄ ſuxiſti vbera Marie mr̄is mee:vt inueniam te foris: Alio modo pōt intelligi referendo ly matrē ad gētilitatem matrē carnalē ipſius eccl'ie:⁊ tunc ſenſus eſt verus ⁊ cōformis litere.q.d.ſponſa. Quis erit ille deus et ille imperator illuminatus ꝑ deū:q̄ det ⁊ concedat te Chriſtū fratrem ⁊ ſponſum meū:vt ſugas vbera gētilitatis matris mee acceptando ab ea ſeruitutē latrie.ſ.vt tota gētilitas cōuertat̄ ad fidem:⁊ exhibeat tibi vbera latrie ſicut ego facio:⁊ per ꝯñs ſicut ſugis vbera mea:ita ſugas vbera totius gentilitatis matris mee:q.d. Utinā deus pater ⁊ tota trinitas illuminet imperatores ⁊ reges ⁊ totā gētilitatē:vt ego q̄ ſum in hoc exilio poſſim reuerti ad ciuitates ⁊ ppl'os:⁊ ad gētilitātē matrē meam:⁊ poſſim eā baptizare:vt ſponſus meus ſugat vbera matris mee:acceptādo eius latriā. In hebreo habet̄. Quis mihi det vt tu tanq̄ frater me⁹ ſugas vbera matris mee.⁊ tunc litera eſt magis clara ⁊ conformis huic expoſitioni:Et iō ſequitur. Inueniā te ſolum foris ⁊ deoſculer te ⁊ me nemo iā deſpiciat. Ad cuius intellectū eſt aduertendū:ꝙ hic loquitur ad modum eorum qui primo contraxerunt ſponſalia clandeſtina:qui primo ſe oſculantur in abſcondito:ſed poſtq̄ parentes conſentiunt in matrimonio/et matrimonium eſt notum toti populo: tunc ſponſi ſe oſculantur in publico abſq̨ erubeſcentia. Ita ergo pariter fecit primitiua eccl'ia de ppl'o gentili. Nam primo fuerat clandeſtine Chriſto deſponſata cōtra voluntatem ⁊ ſcitum parentū:eo modo quo ſupra dictum eſt poſtea metu parentum fugit ad montes:⁊ erat ibi in agro ꝑ totam perſecutionem Diocletiani:⁊ ſic ibi oſculabatur ſponſum in abſcondito ⁊ ſecreto. Sed poſtquā beatus Syluester cum ſuo clero reuerſus eſt in ciuitatem ⁊ baptizauit Conſtantinum:⁊ conceſſa eſt facultas chriſtianis publice predicandi euangelium:⁊ edificandi eccleſias:⁊ diuina officia celebrandi: tunc eccleſia oſculabatur ſponſum ſuum in publico ⁊ in itinere ⁊ in plateis:vbi publice confitebatur Chriſtum ⁊ eius legem euangelicam.⁊ hoc intendit dicere ſponſa cum ait. Quis mihi det ⁊ concedat te Chriſtum fratrem meum:vt ſugas vbera totius gentilitatis matris mee eius latriam acceptando: vt publice inueniam te foris.ſ.in itinere et in plateа:⁊ ibi ſolum oſculer te publice coram oībus tuū nomen confitendo et predicando/vt in tali predicatione ⁊ cultu nemo iam amplius me deſpiciat nec perſequatur ſicut factum eſt vſq̨ ad preſentem diem:quia per decem imperatores fui afflicta ⁊ infeſtata fugiendo per nemora. In hebreo habetur Quis mihi det:vt tanq̄ frater meus ſugas vbera matris mee:vt inuenirem te in vico ⁊ oſcularer te:⁊ nemo me deſpiceret.⁊ tunc litera eſt magis clara.et ideo ſequitur. Apprehendam te in domum matris mee. Et hoc dicit:qꝛ illa ſponſa introduxit Chriſtum in domum matris ſue.ſ.ad populum gentilem:qū in populo gentili publice nomen Chriſti predicauit ⁊ eccleſias conſtruxit.vnde ſicut in principio apoſtoli conuerterunt illam paruā eccleſiam ex populo gentili:ita poſtea illa parua eccl'ia multis tribulatiōib⁹ afflicta ꝯuertit totū reſiduū gentilitatis.⁊ ꝑ cōſequens cōuertit matrē ſuam:⁊ introduxit ſponſum in domum gētilitatis matris ſue. Et ideo ſequitur. Et ibi me docebis. quaſi dicat poſtq̄ introduxero te in domum matris mee:⁊ publice potero nomē tuū predicare tūc ibi me docebis.i.dabis mihi doctores:quibus reuelabis ſecreta ſacre ſcripture:⁊ reſerabunt ⁊ declarabunt ſcripturas vtriuſq̨ teſtamenti:⁊ defendent eccleſiam cōtra hereticos. hoc aūt dicit:qꝛ illico poſt cōuerſionē Conſtantini fuit in eccl'ia copia magnorum doctorū:ſicut fuit Athanaſius/Baſilius:Gregorius Nazanzenus / Ambroſius Hieronymus/ Hilarius/Auguſtinus:⁊ ceteri/qui ſpū ſancto illuſtrati gloſſarūt ſcripturas ⁊ inſtruxerūt fideles /⁊ debellarūt ⁊ exterminarūt hereticos. Sed qꝛ ſcientia eorū nō fuit ab alio niſi a Chriſto/q̄ eos per ſpūm ſanctū edocuit:ideo dicit: Ibi me docebis. Sed qꝛ eccl'ia eſſet ingrata recipiendo tot beneficia a ſponſo:niſi redderet vices amoris ꝑ exhibitionē latrie: ideo ſubdit ſponſa. Et dabo tibi poculum ex vino condito.i.ſicut tu me docebis ſecreta ſacre ſcripture aperiendo/ita ego dabo ⁊ offeram tibi poculum predicationis ex vino cōdito.ſ.ex intelligentia ſacre ſcripture:que eſt dulcior omni vino:⁊ vnde dictū eſt qual'r intelligētia ⁊ veritas euangelica eſt quoddā vinū conditum ⁊ expreſſum ex vinea ſacre ſcripture veteris teſta. Et hoc vinū cōditum expreſſerūt doctores ex ſacra ſcriptura ⁊ obtulerūt Chriſto.qđ quidē vinū fuit dignum ⁊ ſapidum dilecto Chriſto ad potandū:⁊ dentibus.i.populis eius ad ruminandum/ꝑut dictū eſt ſupra. Itē ſponſa nō ſolū obtulit ſpōſo poculum ſacre ſcripture.ſed etiā poculum ſacramenti altaris ex vino condito ⁊ conſecrato. Et ita pariter offert poculum alioꝝ ſacramentoꝝ ⁊ fidei articulorum:⁊ poculum obſeruantie preceptorū ⁊ operum miſericordie:qđ poculum eſt ſponſo valde ſapidum ⁊ acceptum. Sed qꝛ eccleſia nō ſolum offert Chriſto merita paſſionis: ſiue vinum paſſionis eius in ſacramentis:ſed etiam offert vinum meritorum ſanctorū martyrū ⁊ virginū/⁊ cōfeſſorū:ideo ſubdit. Et dabo tibi muſtum malorū granatorum meorū.vnde per mala granata intelligunt̄ principaliter martyres:q̄ ꝑ Chriſto

R christ⁹ dupl'r dr frater eccleſie. Z

ſanguinẽ fuderunt:⁊ ex conſequẽti intelliguntur oẽs confeſſores ⁊ ſancti ⁊ iuſti:qui oẽs ptinent ſub vna pelle ⁊ tegmine fidei ⁊ charitatis:ſicut enim in malo granato continent multa grana rubea ſub vna pelle:ita oẽs fideles rubricati ſanguine xp̄i cõtinẽtur ſub gremio eccleſie. Muſtum ergo iſtorum malorũ granatorũ.ſ.ſanctorũ martyrũ/ſunt merita corũ expreſſa ex martyrio ⁊ laboribus:quos pro Chriſto ſuſtulerunt:vñ hoc muſtum malorũ granatorũ offert eccl'ia xp̄o ſponſo ſuo in feſtiuitatibus quas celebrat in memoriã ſanctorũ. Itẽ hec merita ſanctorũ offert quotidie eccl'ia ſimul cũ paſſione xp̄i in ſacramento altaris:vt patet cũ dicit in canone. Communicantes ⁊ memoriã venerantes in primis glorioſe virginis Marie ⁊ beatorũ apl'orũ ⁊ martyrum. Et hoc eſt muſtũ malorũ granatorum ⁊ poculũ qd̄ eccleſia offert quotidie xp̄o ſponſo ſuo. Ex ſupradictis ergo ptz:q̃liter iſta eccleſia ſpõſa chriſti exiuit in campũ pugne terribilis vt caſtrorum acies ordinata cũ multis choris ⁊ exercitibus caſtrorum bellicorũ. Et pugnauit diu cõtra inimicos ſuos:ſed tandem deuicit eos ⁊ triũphauit de oĩbus. Nã per martyres deuicit oẽs tyrãnos:⁊ per virgines ⁊ continẽtes triũphauit de carne:⁊ per monachos ⁊ eremitas ⁊ religioſos triũphauit de mundo ⁊ diabolo ⁊ pompis eius:⁊ per doctores triũphauit de hereticis. Et ſic poſtq̃ tpe Cõſtantini deuicerat oẽs ſupradictos:⁊ fuerat tota gentilitas conuerſa:tunc ſponſa abſq; timore ⁊ erubeſcentia oſculabat ſpõſum in publico:⁊ erat in ei⁹ amplexu ⁊ fauore eius legẽ euãgelicã predicãdo ⁊ publice diuina officia celebrando. Et ipſe ſponſus iam publice fauebat ſponſe tenens eam in ſuo amplexu fauorabili:qñ Conſtãtinus dotauit eam magnis muneribus ⁊ diuitijs:⁊ dñio temporali ⁊ amplo patrimonio. Videns ſe ergo ſponſa in tanto honore ⁊ pſperitate ⁊ fauore ſponſi cõſtitutã:⁊ concludit dicens. Leua ei⁹ ſub capite meo:⁊ dextera illius amplexabitur me.i.iam Chriſtus ſponſus me⁹ honorificauit me intantũ ꝙ leua eius.ſ.dñiũ tpale ⁊ copia bonorum tpaliũ eſt ſub capite meo ad ſuſtentãdũ ſtatum honorificũ in hoc mundo:⁊ dextera illius.i.poteſtas eius ſpũalis quã mihi cõceſſit ad regẽdã eccleſiã/ amplexabitur me.quaſi dicat:ꝙ Chriſtus ſponſus meus amplexabitur me totam leua.i.brachio ſiniſtro.ſ.copia bonorũ tpaliũ ſub capite meo:⁊ dextera.i.poteſtas ei⁹ ſpũalis erit ſupra me:⁊ ſic vtroq; brachio amplexabit me.ſ.temporali ⁊ ſpirituali. Et ſic iam in ſuo amplexu pſpero ⁊ fauorabili tam victrix q̃ triumphatrix:⁊ dña totius mũdi/fauorata. Sed quia ſponſa agens gratias glorificata fuerat in xp̄o:⁊ eo ꝙ amplexus fuerat eam ſupponẽdo leuã copie bonorũ tẽporaliũ ſub capite ad ſuſtẽtandum eius honorificum ſtatum:⁊ ponẽdo dexteram bonorũ ſpũalium ſuper eam:⁊ per cõſequens ſponſa iam quieſcebat:quaſi dormiẽs in amplexu ſpõſi liberata a perſecutionibus ⁊ laboribus:ideo ſponſus eius exhortatur ⁊ adiurat filias Hieruſalem.i. omnes deuotos fideles ne excitẽt ⁊ impediant eã ab illa quiete ⁊ proſperitate in qua manet:⁊ ne ſeparent eã ab amore ⁊ fide ſpõſi:nec impediãt ipſam a cultu latrie. Ideo ait ſponſus. O filie Hieruſalẽ adiuro ⁊ admoneo vos ne ſuſcitetis.i.ne impediatis nec euigilare faciatis dilectã a ſomno cõtẽplationis ⁊ latrie:donec.i.qñ ipſa velit. ¶ Ad maiorẽ intelligentiã huius eſt valde notandũ: ꝙ Salomõ in hoc libello enumerat ⁊ memorat tres amplexus huius ſponſi ad ſponſam:⁊ poſt quẽlibet amplexũ facit adiurationẽ:⁊ adiurat filias Hieruſalẽ ne ſuſcitent ſpõſam. Qui quidẽ tres amplexus cum ſuis adiurationibus referũtur ad diuerſa myſteria. vñ primus amplexus fuit incarnatiõis ⁊ humanitatis ſuſceptionis:qñ verbũ eternũ filius dei aſſumpſit ⁊ vniuit ſibi illã humanitatẽ pſonaliter in vnitate ſuppoſitali. Hunc aũt amplexũ incarnationis memorauit in cantico ſecũdo/cũ dixit. Dũ eſſet rex in accubitu ſuo ⁊c. Et hoc magis explicatur in fine huius cantici:cum dici. Leua eius ſub capite meo ⁊c. ſed ilico ſubdit ſponſus: dicens. Adiuro vos filie Hieruſalẽ p capreas ceruoſq; cãporũ.i. per pĩarchas ⁊ prophetas:ne ſuſcitetis nec euigilare faciatis dilectã.ſ.humanitatẽ aſſumptã ab vnitate perſonali:qua eſt verbo vnita:donec ipſa velit. Et adiurat per patriarchas ⁊ prophetas:eo quod eis fuit ſub iureiurando pmiſſum myſteriũ incarnationis ⁊ aduentus Chriſti in carnẽ. Hoc autem dicit:quia quod ſemel Chriſt⁹ aſſumpſit:nunq̃ dimiſit:vnde licet in triduo anima fuerit a corpore ſeparata per mortem:tamen verbũ neutrũ dimiſit. Secundus autem amplexus fuit filij dei ad eccleſiam de populo Iſraelitico tempore eius oſtenſionis ⁊ predicationis:q: tunc Chriſtus recepit in ſuo amplexu eccleſiam cõgregatã de populo Iſraelitico:qñ vocauit apoſtolos ⁊ diſcipulos ⁊ alios fideles de illo populo ad fidem:⁊ hoc per predicationem ⁊ miraculorũ operationem. Quẽ amplexum memorauit ſponſa in fine tertij cantici:cũ dixit. Inueni quẽ diligit anima mea:tenui eum nec dimittã donec intromittam illũ in domũ matris mee.ſ.ſynagoge:⁊ in cubiculum genitricis mee.i.plebis Iſraelitice:que genuit in ſcd̄m carnẽ. Quod fuit impletum:qñ chriſtus miſit apl'os ad predicandũ in oẽm ciuitatem ⁊ locum quo erat ipſe venturus:in qua predicatione multos conuerterunt ⁊ baptizauerunt:vt patet Luc.x. Et ſic illa eccleſia apl'orũ introduxit ſpõſũ in domũ matris eorum per fidem. Hoc idem fecerunt poſt receptionem ſpũs ſancti:quia in illa die baptizati ſunt ad tria milia de illo pp̄lo ⁊ multo plures in diebus ſequentibus:vt ptz in Actib⁹ apoſtolorum. Et ſic ptz qualiter illa ſponſa introduxit Chriſtum in domum matris ſue:vt amplecteret eã ſponſus:⁊ ſic manſit illa eccleſia in amplexu ſpõſi. Sed quia illa ſponſa ſemel cõuerſa:nunq̃ receſſit ab amplexu ſponſi/ideo ibidẽ ilico ſubdit ſponſus adiurando filias Hieruſalem:dicẽs. Adiuro vos filie Hieruſalẽ per capreas ceruoſq; camporum ⁊c. ¶ Tertius amplexus fuit quando chriſtus amplexus eſt eccleſiam de populo gentili:qñ Chriſtus amplexus eſt eam cũ multo fauore:prout dictũ eſt in hoc Cantico nono:ad quem amplexũ ſequit tertia adiuratio ad filias Hieruſalẽ:ſƺ iſta adiuratio nõ facta eſt cũ conditionibus ſupradictarũ duarũ adiurationũ. Nam illa adiuratio facta eſt per capreas ceruoſq; camporum:iſta aũt tertia nõ:prout ptz in litera. Cauſa cui⁹ poteſt eſſe iſta. Nam licet iſta eccleſia nunq̃ erit ſeparata ab amplexu ſponſi facta vna cũ eccleſia cõuerſa de plebe Iſraelitica:eo ꝙ licet fluctuet cõtinue:tamẽ nunq̃ ſubmergetur nauicula Petri:tamen q: patriarche ⁊ pphete nõ prefixerũt nec limitarũt tp̄s huius eccleſie ſ Conſtantino ⁊ a tp̄e eius pſperitatis vſq; ad ſecundũ aduentum xp̄i/ideo ſponſus nõ adiurauit filias Hieruſalẽ per capreas ceruoſq; cãporũ in hac tertia adiuratione. Alia cauſa poteſt eſſe eo ꝙ pp̄lus gentilis nõ habuit patriarchas/nec pphetas qui prophetarent amplexũ huius ſponſe ad Chriſtum nec aduẽtum Chriſti ad populũ gentilem:ſicut habuit populus ⁊ plebs Iſraelitica. Ideo hec tertia adiuratio non fit per capreas ceruoſq; camporum. Et hoc de nono cantico.

Primus amplexus.

Secũdus amplexus.

Tertius amplexus.

## ¶ Sequitur Decimum Canticum.

Que eſt iſta q̃ aſcẽdit de deſerto:
Delitijs affluens:
Innixa ſuper dilectum ſuum:
Sub arbore malo ſuſcitaui te.
Ibi corrupta eſt mater tua.
Ibi violata eſt genitrix tua.
Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum.
Vt ſignaculum ſuper brachium tuum.
Quia fortis eſt vt mors dilectio.
Dura ſicut infernus emulatio.
Lampades eius vt lãpades ignis atq; flammarum.
Aque multe nõ potuerunt extinguere charitatem.
Nec flumina obruẽt illam.
Si dederit homo omnem ſubſtantiam domus ſue pro dilectiõe:quaſi nihil deſpiciet eam.

Hoc eſt decimũ ⁊ vltimũ Canticũ:i quo Salonmon cantat pſperitatẽ ⁊ pacẽ eccl'ie ſpõſe Chriſti/illi datã ⁊ conceſſam poſt cõuerſionẽ Cõſtãtini:in quo quatuor facit. Nã primo deſcribit quãdã admirationẽ de felici ſtatu hui⁹ ſpõſe. Scd̄o deſcribit quandã exhortationem ſpõſi ad ſponſã:ne ipƺ obliuiſcat/allegãdo bñficia ipſi collata. Tertio memorat pgreſſum ⁊ cõtinuũ exercitiũ ſponſe:vt ſatiſfaciat ſponſo et reddat vires amoris. Quarto explicat finale premiũ deſideratũ/⁊ vltimatũ terminũ beatitudinis ſpõſe:vel ponit vocationẽ ſpõſe ad ſupiorẽ felicitatẽ ⁊ altiorem ſtatũ. Scd̄m:ibi. Sub arbore malo ſuſcitaui te. Tertium ibi. Soror mea paruula eſt. Quartum ibi. Mille tui pacifici. ¶ Quãtũ ad primũ ergo. Salomõ introducit chorũ adoleſcẽtularũ admirantiũ ſubitã pſperitatem huius ſponſe. Ad cuius intellectũ eſt aduertendũ: put ſupra viſum eſt:ꝙ iſta ſponſa a principio ſui.ſ. poſt chriſti aſcẽſionẽ ſemp fuit afflicta ⁊ abiecta:⁊ pugnauit in campo cũ inimicis. Sed obtẽta victoria ⁊ triũpho de oĩbus/fuit magnificata p magnũ Conſtantinũ:intantũ ꝙ imperator largitus eſt ipſi vrbem Romam cuƺ toto patrimonio ipſi adiacenti ⁊ dedit ipſi.lxxij.ciuitates:et duo milia oppidorum (vt fertur) in Italia et inſulis adiacentibus. Et ſic Cõſtãtinus relicta Italia in poteſtate Sylueſtri vicarij Chriſti:elegit ſibi ſedem apud Byzantiũ Thracie:que poſtea Cõſtantinopolis.i.ciuitas Conſtãtini nuncupata eſt. Et ſic exinde oẽs reges terre ⁊ imperatores ⁊ principes ſubiecerunt colla iugo chriſti ⁊ eccleſie ſponſe eius. Et ſic eccleſia manſit/dña mundi/delitijs ſpũalibus et etiam tpalibus affluens:et manſit innixa ⁊ reclinata in fauorabili amplexu chriſti ſponſi ſui. Videntes ergo adoleſcẽtule et filie Hieruſalem/id eſt minores ciuitates ⁊ oppida ad xp̄m conuerſe/et ſimplices fideles tam ſubitam mutationem ſpõſe de aduerſitate in pſperitatem:⁊ de perſecutione ⁊ afflictione in copiam delitiarum:admirantes dicunt. Que mulier eſt iſta que aſcẽdit de deſerto ⁊c. In quib⁹ verbis tria bona explicat:que faciunt ad felicem ⁊ pſperum ſtatum huius ſponſe. Primo q: aſcendit de deſerto.i. q: exit de campo pugne et perſecutionis:⁊ aſcẽdit ad ſtatũ pacis ⁊ felicitatis. Scd̄o ꝙ aſcendit delitijs affluens:per qd̄ explicat copia et ſufficientia bonorũ ſpiritualiũ ⁊ tpaliũ:⁊ plenaria poteſtas ſuper totũ orbem/tradita ipſi a Chriſto ſponſo ſuo. Tertio dicitur ꝙ erat innixa ⁊ reclinata ſupra dilectũ ſuum.ſ.chriſtum ſponſum ſuum:quia tenebat ipſam amplexam vtroq; brachio.ſ.tẽporali ⁊ ſpirituali:ſuper quod denotatur eius ſecuritas ⁊ quies ⁊ fauor. Et ideo filie Hieruſalem quas ſponſus adiurauerat ne excitarent ſponſam dormientem in ei⁹ amplexu:videntes tam ſubitam mutationem ab aduerſitate in pſperitatẽ/dicunt. Que eſt iſta q̃ aſcendit de deſerto delitijs ⁊ diuitijs affluens innixa ſuper dilectum ſuum. ¶ Ad cuius maiorem euidentiam eſt notandũ:ꝙ iſta ſpõſa ter exiuit ad oſtẽſionem populorum:⁊ diuerſimode:⁊ ideo filie Hieruſalẽ tribus vicibus admirantes interrogauerunt de ſtatu huius ſponſe. Nam primo aſcendit p deſertũ Iſraeliticum:ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhe ⁊ thuris ⁊ vniuerſi pulueris pigmẽtarij:vt dictũ eſt in quarto cantico:qd̄ fuit qñ eccleſia apoſtolorũ peregrinata eſt cũ ſpõſo ſuo p totam terraƺ promiſſionis cũ ſignis ⁊ virtutib⁹ ⁊ miraculis:vt ibi dictum eſt:vt patet per totum diſcurſum euãgelicũ. Et ideo filie Hierl'm ⁊ adoleſcentule.i.oẽs populi terre promiſſionis admirantes opera xp̄i mirabilia:⁊ opera diſcipulorũ/qui etiaƺ in noĩe Jeſu Chriſti ſanabant infirmos ⁊ eijciebant demonia:vt patet Luce.x.⁊ Mathei.x.dicebant. Que eſt iſta que aſcendit per deſertum ⁊c. Et dicebatur illa ſpõſa aſcendere eo quod Chriſtus aſcendebat Hieroſolymam ad campum paſſionis ad crucifigendum. Secundo iſta ſponſa exijt et progreſſa eſt per deſertum populi gentilis:⁊ hoc quaſi aurora conſurgens:pulchra vt luna:electa vt ſol:terribilis vt caſtrorum acies ordinata ad pugnandum parata:vt dictum eſt cantico octauo. Et ideo videntes eam filie Sion ⁊ regine ⁊ concubine/laudauerunt eam de fortitudine ⁊ mirabilibus actibus eius:et admirantes/dicebant. Que eſt iſta que progredit quaſi aurora conſurgens ⁊c. prout ibi dictum eſt. Et dicebatur ſponſa progredi per deſertum:eo ꝙ procedebat et perſeuerabat in ſua continua pugna contra inimicos. Tertio aũt quia iſta ſponſa poſt conuerſionem Conſtãtini exiuit de deſerto pugne ⁊ perſecutionis:⁊ delitijs affluens innixa ſup dilectũ ſuũ ſponſum aſcendit in tam altum culmen dignitatis et proſperitatis:ideo filie Hieruſalem admirãtur/ dicentes. Que eſt iſta que aſcendit de deſerto ⁊c. Filie ergo Hieruſalẽ de populo iudaico mirabant

tur in quarto cantico virtutes et mirabilia opera huius ſponſe: que fiebant in nomine Chriſti ſponſi eius. Sed in octauo cantico filie Hieruſalē .i. conuerſi de populo gētili mirabant̄ fortitudinē ⁊ multiplicē pugnam ⁊ victoriam huius ſpōſe cōtra inimicos. In principio autē huius decimi cantici admirantur eius proſperum ⁊ felicem ſtatum: eo modo quo dictum eſt. Fuit ergo iſta ſponſa ilico poſt xp̄i aſcenſionē ⁊ ſpūs ſancti miſſionē quaſi aurora cōſurgēs a nocte legis ⁊ tenebris idololatrie: poſtea creſcendo fuit pulchra vt luna: poſtea magis lucida incipiens habere doctores facta eſt electa vt ſol: poſtea tp̄e impatorū perſequētiū facta eſt terribilis vt caſtrorum acies ordinata ad pugnanduz contra eos ⁊ oēs alios inimicos: ſed habita victoria de oībus facta eſt per cōuerſionē Cōſtātini / diuitijs ⁊ delitijs affluens / innixa ⁊ reclinata ſuper dilectum ſuum tanq̄ dn̄a mundi. Itez iſta ſponſa fuit quaſi aurora conſurgens in lege nature: ⁊ pulchra vt luna in lege veteri: ſed fuit electa vt ſol in chriſti aduētu: ſed fuit terribilis vt caſtrorū acies ordinata in tp̄e perſecutionū: ſed fuit delitijs affluens et innixa ſuper dilectū poſt conuerſionem Conſtantini: ⁊ hoc eſt qd̄ intēdit dicere Salomon in hac prima parte. Deinde cum dicit. Sub arbore malo ſuſcitaui te ⁊c. introducitur ſponſus ad exhortandaz ſponſam ne ingrata obliuiſcatur amoris ſpōſi et beneficiorū receptorum. ¶ Ad cuius intellectū eſt aduertendū: ſicut frequenter dictū eſt: ꝙ oīa bona que poſſidet eccleſia emanāt ex paſſione Chriſti: et hoc tam bona tp̄alia q̄ ſpūalia: nam manifeſtū eſt quod oīs virtus ⁊ gratia ſacramentorū traxit virtutem ex paſſione Chriſti. Et omnia dona ſpūs ſancti que dantur in confirmatione / dātur per merita paſſionis chriſti: ⁊ omnia merita Chriſti: que diſpēſat eccleſia per indulgentiaruz largionē / emanant ex paſſione chriſti: ⁊ ſic eſt dicendum de oībus bonis ſpūalibus. Et non ſolum bona ſpiritualia: ſed etiā bona tp̄alia data ſunt eccleſie propter merita paſſionis Chriſti. Nam Conſtantinus: vt infra patebit: dotauit eccleſiā magna copia bonorum temporalium: vt fieret particeps / conſequeretur merita paſſionis chriſti: et ſic omnes reges et principes Chriſtianorū edificauerūt eccleſias ⁊ dotarunt eas: ⁊ multi milites et ciues inſtituerūt beneficia in eccleſia: vt participarent merita paſſionis Chriſti: et ſic eſt dicendum de omnibus eleemoſynis ⁊ oblationibus ⁊ decimis ⁊ premitijs que dātur eccleſie. Sed quia tanta bona adept⁹ eſt nobis chriſtus in arbore crucis: ideo dicit Chriſtus ad ſponſaz: quod ſub arbore malo ſuſcitauit eaz a morte eterna: ⁊ in arbore crucis ſuſcepit pro ea mortem ⁊ paſſionem: et adeptus eſt copiam ⁊ ſufficientiā meritorū ⁊ bonorū ſpiritualium ⁊ temporalium ad dotandum et magnificandum ipſam: ideo ex copia tantorum bonorum non debet ſuperbire: nec extolli: nec poſita in tanta felicitate debet ſponſum obliuiſci: nec ab eius amore recedere: qꝛ in arbore crucis caro precio ſui ſanguinis redemit eam: ⁊ a morte eterna ſuſcitauit: et innumeris bonis dotauit. Et per conſequens ſponſa ſemper memor tantorum beneficiorum debet vices amoris rependere: quia amor non niſi equali amore compāratur ⁊ perſoluit: ſed maiorem dilectionem non potuit Chriſtus oſtendere ſponſe q̄ pati ⁊ mori pro ea: ⁊ facere eam conſociaz et participem ⁊ cōſortem ſuorū meritorū ⁊ fructuū eorum: ergo ſponſa non poteſt recōpenſare / nec rependere vices tante dilectionis: niſi ꝙ moriat̄ pro xp̄o: vel eius precepta ⁊ voluntatē obſeruet. Dicit ergo ſponſus. O ſponſa nō ſuperbias / nec te extollas in ſuperbiā ⁊ faſtum: eo ꝙ poſita es in tam alto culmine dignitatis: ⁊ copia bonorum ⁊ delitiarū: ⁊ in tam proſpero ſtatu: quia hoc non habes ex natura tua / nec gn̄e tuo: quia ex Adam ⁊ natura corrupta nō habes niſi malū puta mortē tā tp̄alē q̄ eternam: ⁊ ab eis nō traxiſti niſi oēm miſeriā ⁊ infirmitatem: a me aūt habes omnē grām ⁊ ſalutē: qꝛ ſub arbore malo ſuſcitaui te a morte peccati et oī miſeria. ¶ Unde malus eſt quedā arbor fructifera excellens in fructu ſuper oēs arbores: ſicut dixit ſpōſa in cantico ſecundo. Sicut malus inter ligna ſiluarum: ſic dilectus meus inter filios. In hebreo autem habetur. Sub pomo ſuſcitaui te: ⁊ ideo per malū ſiue pomū intelligitur arbor crucis: que protulit nobis fruct⁹ incōparabiles meritorum: ſub qua arbore crucis chriſtus ſuſcitauit totuz gen⁹ humanū a morte eterna. Unde ſicut Adam comedendo fructū ꝓhibitū ſub arbore ſcientie boni ⁊ mali / p̄cipitauit totū gen⁹ humanū in mortē: vbi corrupta ⁊ ſauciata fuit tota humana natura mater noſtra / vnde trahimus originem: ita ꝑ oppoſitum Chriſt⁹ ſeruando obediētiā patris / guſtādo in cruce amaritudinē paſſionis: ſuſcitauit gen⁹ humanū a morte eterna: ⁊ ſanauit ab omni infirmitate ⁊ miſeria. Ideo dicit chriſtus. Sub arbore malo .i. ſub arbore crucis ſuſcitaui te: qꝛ ſup. ibi .i. ſub arbore prohibita corrupta eſt tota natura mater tua: et ibi .ſ. in paradiſo terreſtri ſub eadē arbore violata eſt natura mater tua: nā voluntas que ante erat libera facta: violata ꝑ carnē ⁊ ſenſualitatē corruptā quaſi violatur ⁊ cogitur violētia cōplacētie ad peccādum ⁊ oē nefas perpetrādū: qꝛ manet prona ad malum: et cū violētia ⁊ difficultate facit bonum: qꝛ regnū celorum vim patitur propter corruptionem nature: et ⁊ violēti rapiunt illud. Et ideo qꝛ iſta litera eſt trāſpoſita / debet ſic ordinari in cōſtructione .ſ. qꝛ ibi .ſ. in paradiſo terreſtri et horto delitiarū ſub arbore prohibita tota natura mater tua fuit corrupta: qꝛ ibi primi parentes comederunt fructū prohibitū: ⁊ ibi fuit violata .i. violēter expoliata genitrix tua omnibus bonis gratuitis: quando Adā volens deſcēdere ab Hieruſalē in Hiericho incidit in latrōes: q̄ ipſum expoliauerunt et ſauciauerunt: ⁊ ſemiuiuo relicto abierunt: ideo ego ſumens te ſuper humerum meuz ſuſcitaui te ſub arbore crucis ⁊c. qꝛ ibi in arbore crucis germinaui fructus meritorum ad ſanandū vulnera tua: ⁊ ad ſuſcitandū te a peccato ꝑ baptiſmum ⁊ cetera ſacramenta. ¶ Item aliter poteſt intelligi iſta litera / referendo ly mater ad ſynagogā ⁊ legem veterem ⁊ gentilitatem: ⁊ ly genitrix tua / ad preſentem eccleſiā. quaſi dicat. O ſponſa ego te ſuſcitaui ſub arbore crucis: et ibi in cruce corrupta ⁊ mortua ⁊ extincta eſt mater tua ſynagoga ſimul cum lege Moyſi: quia mecum fuit crucifixa ⁊ mortua ⁊ ſepulta: ⁊ etiam genitrix tua / ſcilicet gētilitas ibi fuit violata cum ſuis ſuperſtitionib⁹: quia ibidem fuit diabolus conuictus: ⁊ de populo gentili violēter eiect⁹ ⁊ fugatus. Alia autem tranſlatio ſecundum hebreū habet ſic / ſcilicet. Ibi corrupta eſt mater tua: ibi violenter parturiuit te genitrix tua. ⁊ tunc explicat̄ maius ſacramentū. Nam ſub arbore crucis Chriſtus ſuſcitauit nos a morte eterna / quā incurrimus in Adā propter eſum ligni prohibiti. et ibi .ſ. in cruce Chriſti corrupta ⁊ mortua eſt mater noſtra tā gentilitas q̄ ſynagoga. ſed ibidē crux que eſt mater noſtra / cū magna violentia ⁊ dolore Chriſti peperit ⁊ parturiuit totā eccleſiam ſpōſam ex latere xp̄i. Crux ergo ſiue charitas Chriſti / que eſt mater noſtra / parturiuit nos cum violentia ⁊ dolore per latus Chriſti. ⁊ ſic vtraq̄ expoſitio eſt ſatis conformis litere ⁊ catholice fidei ⁊ veritati / ⁊ ideo ſubdit ſponſus / dicēs. Pone me vt ſignaculū ſup cor tuuz. quaſi dicat. Si ita eſt ꝙ ego te ſuſcitaui ſub arbore crucis a duplici morte quā incurriſti in Adam: ⁊ fui clauis in manibus ſclauatus: ⁊ lācea pforatus in latere: ⁊ ex latere meo parturiui te cum immenſo dolore ⁊ violentia: ⁊ pro te fui vulneratus: ⁊ ferro ⁊ flagellis ſignatus in toto corpore: ergo pone me vt ſignaculum ſup cor tuū ꝑ fidem ⁊ charitatē: ⁊ vt ſignaculū ſup brachiū tuum ꝑ operationē ⁊ effectum: ſicut ego te dilexi per affectum ⁊ effectum. quaſi dicat: ꝙ ſi deus p̄cepit filijs Iſrael vt portarent ſigna legis in fronte: et digito: et in manu eo ꝙ liberauerat eos de Egyptiaca ſeruitute: ⁊ de manu Pharaōis in mari rubro: ergo maiorem cauſam habes tu portandi ſignaculum mee paſſionis in corde ꝑ affectum: ⁊ in brachio per effectum. vnde hoc dicit qꝛ non ſufficit portare nomen Chriſti in ſolo corde: ſed etiaz in ore ⁊ opere: ipſum publice cōfitendo ⁊ predicando: ſicut ipſe publice ꝓ nobis in cruce paſſus eſt. Et ideo corde creditur ad iuſtitiā: cōfeſſio aūt oris fit ad ſalutē. Et reddit cauſam quare tenemur ip̄m corde diligere ⁊ ore et opere cōfiteri dicens. Quia fortis eſt vt mors dilectio. quaſi dicat tātū fuit fortis dilectio ⁊ charitas quā in corde erga vos geſſi / ⁊ opere oſtendi: ꝙ vſq̄ ad mortē crucis me ſpōte exhibui: ⁊ emulatio fuit dura vt infernus .i. tantū fuit dura emulatio .i. ſtimulus amoris erga vos: ꝙ me fecit in īfernum deſcendere: vt inde antiquā predā repeterē: et fideles veteris teſtamenti liberarem. fuit ergo illa emulatio dura ⁊ laborioſa. Et non ſolū liberaui illos preſcitos de inferno: ſed omnes iuſtos futuros ꝑ̄ripui ne in illū locum deſcenderent. Ergo maior fuit iſta liberatio totius generis humani ab eterna morte ⁊ ſeruitute ſpūali: q̄ fuit liberatio Iſrl̄ de Egypto et ſeruitute tp̄ali. In hebreo autez habet̄. Dura vt infernus inuidia. ⁊ tunc eſſet ſenſus: ꝙ inuidia qua Iudei occiderunt Chriſtū ꝓ nobis fuit dura ⁊ crudelis / ſicut pena inferni: ſiue ꝙ pene quas Chriſt⁹ pro nobis paſſus eſt ex inuidia Iudeorū fuerūt dure ⁊ crudeles: ſicut dolores inferni. ſed forſan magis eſt conformis tranſlatio noſtra cū ſuperiori expoſitiōe. Eſt verū ꝙ ſicut hoc nomē ſtimulus ſiue emulatio apud nos eſt equiuocū ad amorē ⁊ ad inuidiā ſiue odiū: ita pariter vocabulū poſitum in hebreo. ſed Iudei moderni accipiunt ⁊ ꝓnunciant alterā ſignificationē. Sz ſignificatio quam accipit ſuperior expoſitio videt̄ magis cōformis: vt dictum eſt: qꝛ illa dilectio ⁊ charitas quam Chriſtus geſſit erga nos deduxit ipſum vſq̄ ad mortem crucis. et ille ſtimulus amoris fecit ipſum deſcēdere vſq̄ ad infernū: ad p̄dā antiquā repetēdā / ⁊ infernū expoliandū. Et ideo ſubdit: ꝙ lampades eius .ſ. dilectionis ⁊ ſtimuli amoris quos erga nos geſſit: fuerunt ſicut lanpades ⁊ faces ⁊ ardores ignis atq̄ flāmarū .q.d. ꝙ ſicut ardor ignis ⁊ flāme totaliter conburunt ⁊ cōſumūt facē / ⁊ lignū ⁊ carbonē: ita ignis et ardor charitatis total'r cremauit Chriſtum tāq̄ verum holocauſtū in ara crucis pro nobis: qꝛ tātum fuit copioſa apud eū redēptio: ꝙ totū ſanguinē ꝓ nobis effudit ⁊ exhauſit. Et iō ſubdit: ꝙ tantū fuit fortis ille ignis ⁊ ardor ⁊ flāma charitatis: ꝙ aque multe nō potuerūt extinguere charitatē .i. ꝙ nulle mine / nec ꝑſecutiones: nec tormenta: nec flagella: nec mors potuerūt extinguere charitatē ⁊ amorē: quin ꝓ nobis Chriſt⁹ moreret̄. ⁊ ꝑ conſequens ille ignis ⁊ ardor charitatis fuit maior ⁊ fortior quocū q̄ igne materiali: quia nō eſt ignis nec flāma tam grādis quin extinguat̄ ꝑ multā aquā. Item nec flumina ire ⁊ ꝑſecutionū obruerūt illā charitatē. Unde eſt aduertendū: ꝙ ꝑ aquas multas intelligit perſecutiones quas Chriſt⁹ paſſus eſt in ſua peregrinatione ante mortē ⁊ paſſionez: qꝛ multas iniurias / ⁊ opprobria / ⁊ labores paſſus ē: vt ptz ꝑ totū diſcurſum euangelicū que quidez ꝑſecutiones ⁊ labores nunq̄ potuerūt extinguere charitatē eius: nec retraxerūt eum ab incepto opere redēptionis: Itē ꝑ flumina intelligit irā ſcribarū ⁊ phariſeorum: ⁊ poteſtatē Pilati gerētis vices imperatoris. Sed nec iſta flumina potuerūt obruere ⁊ ꝓſternere illā charitatē / ergo fuit fortior ⁊ firmior et immobilior illa charitas Chriſti: q̄ quelibet turris vel domus ſita iuxta flumina: nō qꝛ eſt turris tam fortis ſita iuxta flumina: q̄n corruat ſi illa flumina exceſſiue inundent. Sed charitas Chriſti nunq̄ potuit corruere nec obrui per violentiā ⁊ inundationē ꝑſecutionū ſcribarum et ſacerdotum nec imperatorie poteſtatis quā Pilatus exercebat: qꝛ mors ⁊ paſſio xp̄i miniſtrata ꝑ eos non potuit retrahere Chriſtū ab ardore charitatis. Et iō cōcludit Chriſt⁹ ꝙ maiorem charitatē nemo poterat oſtendere ꝓ amico: q̄ ipſe oſtendit ꝓ nobis. nā non ſolū dedit ꝓ nobis bona tp̄alia ⁊ bona fortune ſed dedit pro nobis ſeipſum ad mortē: qꝛ maiorē hac dilectionē nemo habet: vt animaz ſuā ponat quis ꝓ amicis ſuis. Io. xv. Et iō ſubdit: ꝙ ſi dederit homo oēm ſubſtātiā ſuā ꝓ dilectione: quaſi nihil deſpiciet illā. quaſi dicat: nō ſūt cōparāda bona tp̄alia ad vitā hoīs. Nam ſi hō dederit oēm ſubſtātiā ſuā .i. oēs diuitias ⁊ bona tp̄alia ꝓ dilectione vnius amici: quaſi nihil deſpiciet eaz ſubſtātiā ⁊ bona tēporalia reſpectus illius q̄ dat ſe ipſum ⁊ vitā pro amico: qꝛ multi dant ⁊ offerūt bona tp̄alia ꝓ amicis: ſed nolunt dare vitam ſuaz nec mori ꝓ eis: ⁊ ſic magis diligūt ſeipſos q̄ bona tp̄alia ⁊ amicū: qꝛ pellē pro pelle ⁊ cuncta q̄ homo habet dabit ꝓ aīa ſua: vt ptz Iob .ſ. Sed Chriſt⁹ oīa bona tp̄alia dedit ꝓ nobis: qꝛ paup venit in hunc mundū: ⁊ paup voluit viuere: vt nos diuites faceret in ſuo regno. Itē magis dilexit nos q̄ vitā ſuā: qꝛ ſeip̄m ⁊ vitā ſuā obtulit ad mortē pro nobis: vt nos viuificaret: et a morte liberaret. Ex q̄bus ptz qualiter charitas Chriſti exceſſit oīa bona mundana: ⁊ oēm dilectionē aliorum. ⁊ ideo dicit: ꝙ ponamus hanc ſuā charitatē / ⁊ mortem / ⁊ paſſionem / et ei⁹ nomē / ⁊ legē euāgelicam / in corde noſtro ꝑ affectū / ⁊ in brachio noſtro tanq̄ ſignaculum ꝑ operationē ⁊ effectū. Hāc aūt charitatē impertiuit Chriſt⁹ martyrib⁹ ſuis: q̄ ꝓ eo reddendo vices amoris paſſi ſunt carceres et tormenta vſq̄ ad mortē. Et ideo

ſicut cõmendat ſuã charitatẽ erga nos: ita cõmen-
dat charitatem martyꝛuꝫ ⁊ alioꝝ ſanctoꝝ erga ſe-
ipſum. Sed forſan etiã improperat in hoc loco in-
gratitudinem malis prelatis ⁊ chriſtianis. qui ſagi
nati pinguedine ⁊ copia bonoꝝ tẽporalium: que ex
meritis Chriſti crucifixi poſſident: elati in ſuper-
biam contemnunt Chriſtum ⁊ bona ſpiritualia: et
conuertuntur ad temporalia: quod forſan iam tũc
preuidens Salomon in ſpiritu prophetico / iam in
perſona Chriſti improperat ingratitudinem malis
chriſtianis et prelatis: et etiam regibus et princi-
pibus. quia omnis poteſtas deriuatur a Chriſto
crucifixo: cui data fuit a patre in celo et in terra.
Matth. xxviij.

Soror noſtra paruula.
Et vbera non habet.
Quid faciemus ſorori noſtre.
In die qñ alloquenda eſt:
Si murus eſt: edificemus ſuper eum pro-
pugnacula argentea.
Si oſtium eſt: conpingamus illud tabulis
cedrinis.
Ego murus: ⁊ vbera mea ſicut turris:
Ex quo facta ſum coram eo quaſi pacem
reperiens.

Quia ſuperius in prima parte huius cã
tici Chriſtus explicãdo beneficia que
nobis contulit: et charitatem quã no
bis oſtendit / exhortatus eſt ſponſam
vt redderet ſibi vices amoris / dicens.
Pone me vt ſignaculũ ſup cor tuũ ⁊c.
Nũc in hac ſcḋa parte explicat qbus modis debet
ſponſa ipſi reddere vices amoris. ¶ Ad cuiꝰ intel-
S lectũ eſt aduertendũ ꝙ oĩa precepta charitatis re-
ducunt̃ ad duo. ſ. declinare a malo: ⁊ facere bonũ.
vñ deus in lege veteri ⁊ noua nil aliud querit a no
bis. Ideo ait per os Dauid ſpal. xxxij. Declina a ma
lo ⁊ fac bonum. Et nil aliud Chriſtus querit a no-
bis niſi vt reddamus ipſi vices amoris. Sed qꝛ ne-
mo põt declinare a malo niſi viriliter reſiſtat tem-
tationibus mũdi / ⁊ carnis / ⁊ diaboli: ⁊ nemo poteſt
operari ſiue facere bonũ: niſi exercendo opera mĩe
erga primum: ⁊ opera latrie erga deum: ideo ſpon
ſus duo facit in hac parte. Nã primo exhortat̃ ſpon
ſam: vt declinet a malo continue pugnando ⁊ reſi-
ſtendo mundo: ⁊ carni: ⁊ diabolo. Et hoc oſtẽdit ⁊ ꝑ
cipit metaphorice: inqñtũ eccleſia eſt quoddam op-
pidũ ⁊ preſidium ſiue ciuitas bene munita: ĩ qua fi
deles ⁊ ſemp pugnant contra inimicos obſidẽtes ⁊
infeſtantes eam. Scḋo exhortatur ſponſã ad bene
operandũ / ⁊ exercendũ opera mĩe erga proximũ: ⁊
opera latrie erga deũ ĩnquantũ eccl'ia eſt quedam
vinea in q̃ oẽs diuerſimode laborant ꝓ vltimo pre-
mio adipiſcẽndo: ⁊ fructũ paſſionis cõſequendo ⁊
lucrando. Secunda pars erit ibi. Uinea fuit paci-
fico. Quantũ ad primũ eſt aduertendũ: ꝙ eccl'ia no
uiter conuerſa de populo gentili tp̃e Cõſtantini di
cta eſt paruula / eo ꝙ tunc erat nouitia in fide: ⁊ iõ
dicebatur non habere mamillas ſapientie ⁊ intel-
ligentie ſacre ſcripture: qꝛ veniens nouiter ex ſup
ſtitione gentilium ⁊ curioſitate philoſophoꝝ nõ-
dum nouerat ſcripturas ſacras vtriuſq; teſtamen-
ti: nec aſcenderat ad arcem euangelicam vere ſa-
pientie per Chriſtũ edificatã. Unde ſicut dictu ẽ
in quarto cãtico / ſacra ſcriptura vtriuſq; dictum eſt
ti: ⁊ intelligentia eius dicunt̃ duo vbera eccl'ie: que
continue propinant lac doctrine ⁊ gratie ſacramẽ
torũ. Item ibidem altitudo et ſublimitas euangeli
ce intelligentie dicit̃ collum eccleſie: ⁊ turris Da-
uid edificata cum propugnaculis: ex qua pendent
mille clypei ⁊ oĩs armatura fortium. Eccleſia ergo
dicitur habere vbera inquantũ habet ſapientiam
euangelicã ⁊ gratiã ſacramentoꝛuꝫ ad nutriendos
filios et dicit̃ turris munita inquãtum eſt eleuata
⁊ attingit ardua ꝓfunda: ⁊ habet arma ſapientie
ad repellendos incurſus inimicorum: quã quidem
turrim Chriſtus qui eſt ſapientia patris ĩ in eccl'ia
edificauit. Uñ dicitur prouer. ix. Sapientia edifica
uit ſibi domũ. i. eccleſiam. ⁊ excidit colũnas ſepteꝫ
i. ſeptem ſacramenta ſup que ſuſtentatur eccl'ia / ⁊
ſeptem dona ſpũs ſancti: ad defendendum eam. et
miſit ancillas ſuas. ſ. apoſtolos ⁊ doctores ⁊ predi-
catores: vt ſimplices ⁊ infirmos vocarẽt ad arcem
et ad menia ciuitatis. ⁊ ſubdit. Si q̃s eſt paruulus
veniat ad me. Ex ſupradictis ptꝫ ꝙ eccl'ia nouiter
conuerſa de populo gentili tempore Conſtantini
paruula erat: qꝛ nõdum attigerat arcẽ ſapiẽtie: qꝛ
nouiter erat vocata ad arcẽ per Syluẽſtrũ ⁊ alios
predicatores: ⁊ ſic nõdum ipſa habebat mamillas
ad propinandũ lac ceteris: immo beatꝰ Sylueſter
⁊ ceteri prelati eccl'ie ꝓpinabant ipi mamillas ad
ſugendum. Cum ergo iſta ſponſa ſoror Chriſti tunc
nouiter conuerſa eſſet paruula et inermis et infir-
ma ⁊ nouitia / non habens mamillas lactis euange
lici ad prebendum ceteris: tunc ſponſus eius Chri
ſtus ilico poſt cõuerſionẽ Conſtãtini ꝑbuit ipſi co-
piam doctorum ex nouiter cõuerſis: ſicut fuerunt
Chryſoſtomus: ⁊ Euſebius: ⁊ Athanaſius / ⁊ Baſi-
lius apud Grecos / ⁊ Ambroſius / ⁊ Hieronymus / ⁊
Auguſtinus apud latinos: in quibus abundauit co
pia lactis: vnde omnes accepimus. ⁊ tunc illa ſpon
ſa iam facta eſt ꝑuecta: habẽs mamillas ſapiẽtie.
Item ipſe Chriſtus qui eſt ſapientia: ꝑ eoſdem do-
ctores edificauit arduã ⁊ munitiſſimã arcẽ ĩ eccl'ia
ad tuendos fideles: ⁊ repellendos infidelium ⁊ om
nium inimicorum incurſus. nam oẽs libri quos Au
guſti. ⁊ ceteri doctores ſcripſerũt non ſunt niſi que
dam arma defenſiua ad tuendos fideles contra ini
micorum incurſus: ⁊ ſunt quedã vbera ad eoſdem
nutriendos. ¶ Sed quia iſti doctores tãq̃ ancille
diuine ſapientie continue clamitant ⁊ vocant par- t
uulos vt veniant ad arcem: vbi tueant̃: ⁊ comedãt
panem ⁊ bibant vinum quod diuina ſapientia mi-
ſcuit in menſa: ideo oportet ꝙ iſta turris munita ⁊
ciuitas altis menibus murata habeat oſtium per
qḋ introducat paruulos ad arcem ⁊ ciuitatẽ: ⁊ ſic
eccl'ia dicit̃ arx ⁊ turris ardua ⁊ altiſſima habens
lac ad nutriendũ: ⁊ ꝓpugnacula ad defendendũ: et
oſtium ad introducendum fideles et paruulos ad
arcem. que omnia data ſunt eccleſie per Chriſtum
ſponſum eius. Et hoc eſt quod intendit dicere Sa
lomon in hac parte. vnde ait ſponſus ad angelos
ſodales ſuos. Soror noſtra eccl'ia nouiter conuer-
ſa de populo gentili: quam nouiter nobis in con-
iugium ſociauimus: paruula eſt ⁊ nouitia in fide.
Ideo mamillas lactis intelligentie noui ac ve. teſt.
nondum habet: quia non fuit nutrita ⁊ lactata ni-
ſi curioſitate philoſophorum ⁊ ſuperſtitione idolo
rum. Quid ergo faciemus ſorori noſtre in die qñ al
loquenda eſt. i. quando erit de fide, et intelligentia
ſacre ſcripture interrogãda: et ad diſputandum
contra hereticos vocanda: ⁊ ad expugnandos ⁊ ex
tirpandos et illiminandos eos ab eccleſia concitã
da: quaſi dicat oportet vt ipſi prebeamus auxiliũ
⁊ ex paruula ⁊ inermi faciamus eam magnã et for
tem et altam: ⁊ muniamus eam altis muris / et me
nibus ⁊ turribus ⁊ propugnaculis. et, ideo ( ſi pro
quia) quia murus eſt. i. quia eam muriset menibꝰ
muniuimus et ſepſimus edificemus ſuper eum ꝓ-
pugnacula argentea. i. imꝑatores ⁊ principes ad
defendendum eccleſiam armis ſecularibus cõtra
incurſus infidelium: vt illi qui ante erant eccleſie
perſecutores ⁊ impugnatores ſint eius defenſores
⁊ fautores: vt imperatores et reges terre: qui pro-
pter idola perſequebãtur ante chriſtianos: nũc ad
fidem conuerſi deleãt: idola propter Chriſtum: ⁊ fa
bricent nouiter eccleſias in honorẽ Chriſti: ⁊ tem-
pla idolorũ in eccleſias Chriſti faciant conſecrari
Item ſi pro quia oſtiũ eſt. i. feci eam oſtiũ: vel feci
oſtium in ea ad introducendos fideles ad arcẽ ec-
cleſie ⁊ menia ciuitatis: ideo cõpinguamus et cõiũ
gamus ⁊ claudamus illud tabulis. i. portis cedri-
nis. i. faciamus ipſi portas cedrinas: qui ſunt do-
ctores ⁊ prelati et miniſtri eccleſie: qui introducũt
paruulos ⁊ ſimplices in eccleſiam per eccleſiaſti-
ca ſacramenta. Unde doctores et predicatores vo-
cant paruulos ad arcem ſuis ſcriptis et predicatio
nibus: ſed prelati et miniſtri ⁊ ſacerdotes introdu-
cunt eos per oſtium: miniſtrando eis eccleſiaſtica
ſacramenta. ¶ E. nota quod prelati et doctores et
miniſtri eccleſie dicuntur porte eccleſie inquantũ
introducunt bonos in eccleſiam ⁊ excludũt malos
u per eccleſiaſticam poteſtatẽ. ſed dicũtur porte ce-
drine quo ad quatuor proprietates et conditiones
quas debet habere omnis bonus ꝑlatus et mini-
ſter eccleſie ſicut habet cedrus. ¶ Nã quatuor pro
prietates habet cedrus. Primo eñ eſt arbor altiſ-
ſima ſuper omnes alias. Secũdo ꝙ eſt odorifera.
Tertio incorruptibilis ⁊ immunis ab omni tinea.
Quarto ꝙ fugat et interficit ſerpentes: et oẽ ani-
mal venenoſum fugat. Has ergo quatuor proprie-
x tãtes debet habere omnis bonus prelatꝰ ⁊ miniſter
eccleſie. Primo qḋ ſi altus in ſcientia ſacre ſcriptu
re: vt ſciat inuigilare ſuper gregem ⁊ vocare par-
uulos ad eccleſiã per ſacrã doctrinã. Secundo qḋ
redoleat fragrantia ⁊ odorare virtutum ⁊ bone fa-
me ⁊ vite: ⁊ nõ ſolũ verbo ſed potius exemplo vite
diſcant ⁊ ſequantur ipſum ſimplices et minores.
Tertio qḋ ſit incorruptus ⁊ mundus ab omni vitio
ne alios inficiat. Quarto quod habeat eccleſiaſti-
cam poteſtatem: vt per eccleſiaſtica ſacramẽta om
ne venenum peccatoꝝ extinguat: ⁊ hereticos ⁊ ob
ſtinatos et incorrigibiles mucrone excommunica
tionis excludat. Tales ergo prelati ⁊ eccleſie mini
ſtri dicuntur porte cedrine ipſius eccleſie. Sꝫ om-
nia munera ⁊ bona ſpiritualia ſupradicta recepit
eccleſia a Chriſto ſponſo ſuo poſt conuerſionẽ ma
gni Conſtantini: quia tũc facta fuit turris altiſſima
⁊ munita ⁊ inexpugnabilis ⁊ ſecura. ideo dicit ſpõ
ſa ego murus. id eſt facta ſum murus ⁊ ciuitas et
turris bene murata: et vbera mea facta ſunt ſicut
turris. quia prelati non ſolum nutriunt fideles la-
cte ſacramentorũ ⁊ doctrine ſacre ſcripture: ſꝫ etiã
defendunt fideles et eccleſiam contra hereticos: ⁊
ſic non ſolum ſunt vbera ad lactandũ: ſꝫ turris ad
defendendũ: quia per eandem doctrinã, nutriũt et
defendunt fideles / et paruos contra magnos here
ticos ⁊ infideles. Et omnia iſta habui reperiens
quaſi pacem coram eo. ſ. ſponſo meo Chriſto per
conuerſionem Conſtantini et aliorum imperatorũ
⁊ regum quia ex quo facta ſum libera corã eo qua-
ſi pacem ⁊ quietem reperiẽs liberata ex preteritis
perſecutionibus ⁊ afflictionibus: ego iam ſuꝫ mu
rus. i. ciuitas bene murata ⁊ munita: ⁊ vbera mea
facta ſunt turris altiſſima ⁊ fortis et preſidiũ mu
nitiſſimum. ¶ Et nota ꝙ notãter dicit: quaſi pacẽ y
reperiens: qꝛ licet iſta ſponſa reppererit pacẽ quie
ſcendo a perſecutione idololatrarum ⁊ gentilium
tamen non quieuit ſimpliciter ⁊ abſolute ab omni
pugna ⁊ perſecutione: quia paulo poſt Conſtãtinũ
incidit in perſecutionẽ hereticorum maxime Ar-
rianoꝝ / que perſecutio fuit ſeuiſſima ⁊ atrociſſima
per vvandalos in Africa: ⁊ per Gothos in Europa
ſ. Italia ⁊ Hiſpania: ⁊ per Conſtantinũ imperato- arri-
rem ⁊ Iuſtinam in Italia ⁊ Grecia: vt patet in ec- no per
cleſiaſtica hiſtoria. Sed poſtea ſurrexit ſecta Ma ſecutiõ
hometica: que atrocius ⁊ vehementius vexauit et fuit a-
cõtinue infeſtat eccleſiã / ⁊ ſic eccleſia tanq̃ turris trociſſi
munitiſſima ſemper pugnat ꝯtra inimicos. ¶ Ul ma.
terius eſt aduertendum qḋ tota iſta particula po
teſt intelligi ⁊ exponi moraliter ⁊ myſtice referen z
do ad naturam corruptam. Unde ſupradixit ſpon
ſus: ꝙ tota natura mater nr̃a fuerat corrupta quo
ad ſenſualitatẽ et potentias naturales ſub arbore
prohibita: et ꝙ ibi fuit violata / id eſt ab omnibus
bonis gratuitis et habitibus originalibus violen
ter expoliata. ⁊ ſic manſit prona ad omne malum: ⁊
inepta ad bonũ faciendũ. et ſic manſit paruula ⁊ in
firma non habens mamillas ad eliciendũ ex ſe lac
alicuius boni operis: ⁊ manſit imbellis: quia dia
bolus et aper de ſylua deſtruxerat ſepem ⁊ muruꝫ
eius. Et ideo ipſa reſiſtere non poterat diabolo /
nec mundo nec carni: niſi per gratiam Chriſti ⁊ eiꝰ
ſacramenta muniretur et armaretur. Et ideo Chri
ſtus reperiens eam ſicut paruulam ⁊ expoliatam
et inermem ⁊ imbellem muniuit eam muro ſacra-
mentoꝝ: ⁊ armis virtutum. Et hoc eſt quod dicit.
vnde ait ſponſus de ſponſa: ꝙ ſponſa et ſoror nr̃a
ſcilicet tota humana natura et q̃libet anima / par
uula eſt de ſe in fortitudine ⁊ non habet de ſe ma-
millas nec aliquod bonum ſpirituale: eo qḋ in na
tura fuit corrupta ⁊ oĩbus bonis expoliata. Quid
ergo faciemus ſorori noſtre in die quando alloquẽ
da ⁊ impugnanda eſt ab inimicis ſcilicet carne et
mundo ⁊ diabolo: quaſi dicat. oportet ꝙ muniamꝰ
et roboremus eam per gratiam: poſtq̃ nil boni ha
bet per naturam. Ideo ſi murus eſt: muniamus eã
muro fidei et ſpei ⁊ charitatis. ⁊ poſtq̃ ſic fuerit
muratus: edificemus ſuper murum eius propugna
cula argentea donorum ſpiritus ſancti ⁊ omnium
moralium virtutum et ſi eſt oſtium id eſt quia fe-
cimus oſtium in ea per quod intramus ad eaꝫ per
baptiſmum: tunc impinguamus ⁊ claudamus eam
tabulis. i. portis cedrinis humilitatis ⁊ deuotiõis
et bone vite et ſancte conuerſationis. ⁊ ſic aĩa deuo
ta ſic muro virtutum munita dicit. Ego ſuꝫ murꝰ. i.

bene murata ⁊ roborata: ex quo facta ſum pacẽ re
periens. i. poſtq̃ per chriſtum ⁊ eccleſiaſtica ſacra
menta ſum deo pacificata ⁊ recõciliata.

Vinea fuit pacifico: in ea q̃ habet
populos.
Tradidit eam cuſtodibus.
Uir affert pro fructu eius mille
argenteos.
Uinea mea coram me eſt.
Mille tui pacifici: ⁊ ducenti his qui cuſto
diunt fructus eius.

Hec eſt ſecunda particula tertie partis
huius decimi cantici: in qua rex Salo
mon oſtendit quod ſponſa nõ ſolũ obli
gatur ad reſiſtendũ malo et declinan
dũ a malo pugnando contra mundum
membra diaboli q̃ ſint. ⁊ carnẽ ⁊ diabolũ ⁊ membra eius qui ſunt heretici
et praui homines ⁊ infideles: ſed adhuc obligatur
facere bonũ erga deũ ⁊ proximũ: vt reddat ſponſo vi
ces amoris. Et ideo ſicut in ſuperiori particula p
bauit ſiue monuit ſponſus qualiter ſponſa ſemper
cõtra hoſtes debet pugnare: ⁊ hoc inquantũ eccle
ſiſia eſt quedam ciuitas menibus ⁊ muris munita:
ĩ qua continue pugnant fideles. Ita in hac particu
la monet: vt ſponſa ſemper laboret operando et fa
ciendo bonum: inquantũ eccleſia eſt quedã vinea ĩ
qua fideles continue laborant diuerſimode vnuſ
quiſq; in ordine ſuo ⁊ dicit qđ iſta vinea non eſt ſita
in loco arcto: ſed eſt toto orbe diffuſa in ea parte et
regione que habet populos. i. vbicunque ſunt po
puli ⁊ ĩ omni parte mundi habitabili ibi eſt iſta vi
nea Chriſti regis pacifici: Et dicit ꝙ iſtam vineam
toto orbe diffuſam tradidit cuſtodibus cuſtodien
dam ⁊ cultoribus excolendam. Nã primo ipſe xp̃s
rex pacificus plantauit iſtam vineam in terrã pro
miſſionis in illo collegio apoſtolorũ ⁊ diſcipulorũ
et iuſtorum vtriuſq; ſexus: vt dictum eſt in cantico
tertio ⁊ quinto. Et poſtea rigauit eam ſanguine ſuo
vt dictum eſt in cantico ſexto. Poſtea tradidit eam
apoſtolis qui ipſam vineam per totum orbem ſuis
predicationibus ampliarunt ⁊ ſuo ſanguine riga
runt. Et ſic iſta vinea produxit ſuos palmites ab
Hieruſalem vſq; ad fines terre: a mari vſque ad ma
re: ⁊ a flumine vſque ad terminos orbis terrarum
pſalmo. lxxi. ⁊ lxxix. quia in omnem terram exiuit
ſonus eorum: ⁊ predicatio apoſtolorum: et in fines
orbis terre verba eorum. pſalmo. xviij. et ad Ro
ma. x. Et ſic iſtam vineam continue ampliarunt et
roborarunt prelati qui fuerunt ſucceſſores apoſto
lorum: et roborarunt eam martyres et ceteri fide
les multo labore. Sed iam fuit perfecte ampliata
et confirmata et paſcificata per conuerſionem Con
ſtantini: et tunc Chriſtus non ſolum tradidit eam
prelatis ad cuſtodiendum ſpiritualiter / ſed etiam
imperatoribus et regibus et principibus chri
ſtianis ad regendum ⁊ cuſtodiendum temporaliter
et ceteris fidelibus excolendam: vt vnuſquiſque in
ſuo ordine laboraret in hac vinea. Et ſic non ſolum
poſuit cuſtodes: ſed etiam cultores: vt excolerent ⁊
laborarent in ea dum dies eſt tanquam veniat nox
in qua nemo poterit operari. Joan. nono. Et ſic om
nes laborant in hac vinea vſque ad ſero et veſpe
ram mundi. Matthei. xx. vt vnuſquiſque colligat
fructum ⁊ recipiat denarium in fine laboris: vt p;
ibidem Et ideo dicit quod vinea fuit pacifico: id eſt
ipſi Chriſto qui omnia pacificauit in ſanguine ſuo
et attulit pacem mundo in cuius natiuitate canta
runt angeli. Gloria in excelſis deo. Luce. ij. Iſti er
go pacifico fuit quedam vinea quam ipſe plantauit
in ea religione et parte mundi que habet populos
id eſt vbicunq; ſunt populi: et tradidit et commiſit
eam cuſtodibus. i. prelatis et regibus cuſtodiendã
⁊ cultoribus ſcilicet omnibus fidelibus chriſtianis
excolendam: vnde ſicut omnes prelati et principes
mundi ad cuſtodiendam et regendam hanc vineã
vnuſquiſq; in ſuo ordine ſunt per Chriſtum cõſtitu
ti: ita oẽs fideles ſunt ad laborandũ vnuſquiſq; in
ſua hora ⁊ etate vocati ⁊ deputati: ⁊ ſic tradita eſt
cultoribus ⁊ cuſtodibus. ¶ Unde nota quod pro
pter tria Chriſtus dicitur pacificus. Primo / quia
duo teſtamenta nouum ſcilicet ⁊ vetus per ſeipm
adunauit ⁊ concordauit: ⁊ tanq̃ terminꝰ cõmunis
vtriuſq; teſtamenti fuit: ſcilicet finis vnius et prin
cipium alterius. Secundo q̄ per ſanguinem ſuum
nos deo patri reconciliauit ⁊ pacificauit. Tertio q̄
duos populos ſcilicet iudaicũ ⁊ gentilem ſub vna
fide ⁊ eccleſia congregauit ⁊ pacificauit: ⁊ ideo di
cit. Uinea fuit pacifico in ea. ſ. eccleſia que habet po
pulos ſcilicet duos ſub vna fide coniunctos: ſcilicet
iudaicum cum gentili: ideo dicitur princeps pacis
Eſaie nono: Sed ſicut apoſtoli ampliarunt iſtam
vineam per totum orbem: et ditauerunt eam bo
nis ſpiritualibus: ita poſtea Conſtantinus et re
ges ⁊ principes chriſtianorum dotarunt et ditarũt
eam bonis temporalibus / Nam primo Conſtanti
nus illico poſt conuerſionem conſecrauit palatium
ſuum in eccleſiam ſaluatoris iuxta portam Latera
nam: et poſtea edificauit duas baſilicas in hono
rem apoſtolorum Petri et Pauli et donauit eccle
ſie vrbem Romam cum toto patrimonio adiacen
ti: ⁊ lxxij. ciuitates in Italia cum multis alijs oppi
dis. Et relicta Italia elegit ſibi ſedem apud Conſtã
tinopolim in Grecia: et ſic exemplo eius multi re
ges et principes facti chriſtiani: aut templa idolo
rum in eccleſias conſecrauerunt: aut nouas eccle
ſias in honorem Chriſti edificauerunt: et eas ampliſ
ſimis donis ⁊ muneribus dotarunt et ornarunt.
Totum hoc autem fecerunt putantes per bona tẽ
poralia merita paſſionis Chriſti adipiſci et parti
cipare: ⁊ quaſi emere fructus huius vinee. Ideo di
cit Chriſtus: quod / vir id eſt Conſtantinus et quili
bet alius rex aut princeps catholicꝰ ⁊ deuotus chri
ſtianus afferet xp̃o mille argenteos pro fructu hu
ius vinee emẽdo ⁊ adipiſcendo. Et ponitur nume
rus determinatus pro indeterminato magno nu
mero: q̄ multa milia nummorum ⁊ talẽtorũ ⁊ põde
rũ argenti obtulit et expoſuit Conſtantinꝰ ⁊ alij re
ges pro fructu huius vinee acquirendo: quia ine
ſtimabile fuit pretium quod conſtantinus largitus
eſt eccleſie cum ipſi tradidit vrbem Romam que
erat caput mundi: ⁊ hoc cum ſuo adiacenti patri
monio / ⁊ ſic eſt dicendũ de ceteris regibus et prin
cipibus chriſtianorum Sed ne q̃ putaret ꝙ poſtq̃
Chriſtus tradidit iſtam vineã ſupradictis cuſtodi
bus tuendam ⁊ regendã in abſentia ſua poſt aſcen
ſionem: quod propter hoc ceſſauerit ab eius cura ⁊
cuſtodia nec amplius intenderit in eiꝰ tutela: ideo

Chriſtus propter tria ẽ pacificus.



ſubdit: Uinea mea coram me eſt: id eſt ſemp eſt añ
oculos meos: ⁊ inuigilo ſuper eam: quia p̃cipali
ter cuſtodio eam rogando patrem ne deficiat fides
Petri. Luce. xxij. q̄ niſi dominus cuſtodierit ciui
tatem: fruſtra vigilat qui cuſtodit eam. quia ſem
per mitto angelos meos ad docendos prelatos et
populos / eos docendo ⁊ auiſando vt precaueant fu
tura pericula: ⁊ etiam ad exterminandos inimi
cos ⁊ Sarracenos: vt ſepius compertum eſt: vt pa
tet ⁊ legitur in hiſtorijs Hiſpanie: ⁊ in hiſtoria Hie
roſolymitana. Ex quibus patet ꝙ hec vinea ſemp
eſt corã Chriſto ad cuſtodiã. Deinde cũ dicit. Mil
le tui pacifici ⁊c. explicat diuerſitatem meritorum
B ⁊ premiorum laborantium in hac vinea. ¶ Ad cuiꝰ
intellectũ eſt aduertendũ: ꝙ preſens eccleſia reſpe
ctu future quandoq; in ſacra ſcriptura dicit̃ ager
in quo ſeminamus. Sed futura eccleſia dicit̃ hor
reum / in quo reponimus fructus glorie quos hic ſe
minamus per gratiam. quia hic ſeminamus tẽpo
ralia: vt colligamus ſpiritualia ⁊ ideo dicit apoſto
lus ſecunde ad Corin. ix. ꝙ qui parce ſeminat ĩ hoc
agro huiꝰ eccleſie parce metet pro alio ſeculo: ⁊ q̃
ſeminat in benedictionibus. i. abũdãtia: de benedi
ctionibus. i. abundanter metet in alio ſeculo. Item
p̃ſens eccleſia quandoq; in ſacra ſcriptura dicitur
vinea: in qua oẽs laboramus per gratiam plantan
do ⁊ colendo: vt colligamus fructus glorie in alio
ſeculo. Ideo dicit apoſtolus. j. ad Corin. iij. ꝙ qui
plantat ⁊ qui rigat in hac vinea vnum ſunt: vnuſq̃ſ
q; autẽ propriam mercedẽ accipiet ſecũdũ laborẽ
ſuum. Hoc idẽ patet Mat. xx. de illis qui per totã
diem laborarunt in hac vinea: in ſero aũt accepe
runt denariũ pro mercede. Ex quibus patet: qđ to
tum tempus huius vite ⁊ vinee eſt tempus labo
randi / ⁊ colendi / ⁊ lucrandi / ⁊ merendi / ⁊ tempus
eccleſie future eſt tempus metendi / ⁊ colligendi: ⁊
premiandi: ⁊ fruendi. Hic ergo laboramus: vt ibi
colligamus / ⁊ metamus: ⁊ premiemur: ⁊ fruamur
⁊ hic negotiamur: vt ibi ditemur / ⁊ ſatiemur / ⁊ qui
eſcamus. ¶ Eſt verum ꝙ ſecundum mẽſurã ⁊ quã
C titatẽ meritorẽ laboris huius vite erit ibi quanti
tas ⁊ menſura fructus ⁊ premiorum: quia vnuſq̃ſ
q; propriam mercedem accipiet ſecũdum propriũ
laborem: vt inquit apoſtolus. Et ideo dicit ſalua
tor / Matthei decimotertio: ꝙ ex illo agro quidam
collegerunt fructum trigeſimũ: quidam ſexageſimũ
quidam autem centeſimum: prout quis magis aut
Qui poſt xp̃m laborauerũt ĩ vinea ⁊ qđ p̃mi um mererent. minus laborauit. Sed quia Chriſtus verus Salo
mon ⁊ pacificus plus laborauit in hac vinea q̃ om
nes ceteri: ideo abſq; proportione maius premium
⁊ maiorem numerum fructuum ⁊ premiorum col
legit et meruit colligere ex hac vineã: quia eã pri
mo plantauit ⁊ excoluit: et tandem proprio ſan
guine rigauit ⁊ augmentauit. Poſt Chriſtum au
tem magis laborarunt in hac vinea apoſtoli ⁊ mar
tyres. q̃ doctores: ⁊ magis doctores q̃ eremite ⁊ ce
teri confeſſores: ⁊ magis religioſi q̃ coniugati. er
go ſi fideles coniugati merentur fructum trigeſi
mũ: tunc religioſi boni merentur ſexageſimũ: ⁊ do
ctores centeſimũ: ⁊ apoſtoli ⁊ martyres ducente
ſimũ. ⁊ per conſequens Chriſtus qui primo vineã
plantauit: ⁊ ſanguine ſuo rigauit. meretur milleſi
mũ imo infinitũ: ⁊ ideo ſedet a dextris. in potiori
bus bonis patris. Et ideo deus pater tanq̃ iuſtus ⁊
principalis iudex / ⁊ diſpẽſator premiorum dicit ad
Chriſtum inquantum homo eſt. Mille tui pacifici:
⁊ ducenti his qui cuſtodiunt fructum eius. vnde ly
tui eſt genitiuus caſus huius pronominis tu. i. mil
le fructus meritoꝝ ⁊ premioꝝ erunt tui Chriſti pa
cifici. In hebreo aũt habetur. Mille tibi Salomo
ni. i. pacifico ⁊ tunc eſt litera magis plana. quaſi
dicat Deus pater. Mille fructꝰ meritoꝝ dabũtur
tibi pacifico qui plãtaſti hanc vineam: ⁊ rigaſti cũ
ſanguine tuo: ⁊ per conſequens quia plus labora
ſti. ſed ducenti fructꝰ meritorũ in premiũ dabũtur
his: ſcilicet prelatis ⁊ principibus: qui cuſtodiunt
fructũ eius. ⁊ ponitur vtrobiq; numerus determi
natus pro indeterminato. Nã Chriſtus in plãtatio
ne et rigatione huius vinee infinitũ numerũ meri
toꝝ adeptus eſt non ſolum pro ſe: ſed etiam vt poſ
ſet mẽbris ſuis diſpenſare: quia ſemper ſucceſſiue
diſpenſat merita ſue paſſionis que collegit ex hac D
vinea. tamẽ nunq̃ explentur eius merita nec defi
ciũt. merita aũt que dãtur cuſtodibꝰ ex vinea ſunt
finita. ¶ Sed cauſa quare ſunt ſub numero ducen
tenario iſta merita menſurata: eſt iſta. Nã dicit ſal
uator. Mat. xiij. ꝙ ex illo agro per Chriſtũ ſemina
to quidã collegerũt fructũ trigeſimũ: ſicut fuerũt
⁊ ſunt omnes iuſti coniugati: ⁊ quidam ſexageſi
mũ / ſicut ſunt virgines ⁊ continẽtes ⁊ religioſi: et
quidam centeſimũ: ſicut ſunt martyres. Sed q̄ pre
lati ⁊ paſtores habent duplicem laborem in hac vi
nea: q̄ ſimul ſunt cultores: ſicut ceteri: ⁊ vltra hoc
ſunt cuſtodes in vigilando ſuper gregem / ipſum
predicationibus ⁊ ſacramentis eccleſiaſticis pa
ſcendo ⁊ nutriendo: ideo colligunt duplicem fru
ctum ex hac vinea. nam ſi ceteris dãtur centum fru
ctus meritorum: ergo cuſtodibus ⁊ prelatis in du
plo laborantibus dabuntur ducẽti. ⁊ hoc eſt quod
intẽdit dicere. Sed adhuc reſtat magnum dubiũ. q̃ſtio.
Nam ſi Chriſtus tunc collegit mille: id eſt innume
rabiles fructus meritoꝝ ex hac vinea: quãdo p no
bis paſſus eſt: ⁊ eam plantauit: ſed poſtea cuſtodes
⁊ cultores colligunt cõtinue hos fructus ſecũdum rñſio.
quãtitatẽ laborum: queritur an Chriſtus poſt paſ
ſionem ⁊ aſcenſionem ſuam colligat fructꝰ huiꝰ vi
nec ſimul cum cuſtodibus ⁊ cultoribus / Ad hoc re
ſpondetur: ꝙ ſemper ⁊ continue Chriſtus colligit
fructus huius vinee: ⁊ iſta vinea parit ipſi fructus
nouos. ¶ Ad cuius intellectum eſt notandum: qđ
omnia bona que fiunt in hac vinea: tam per culto
res q̃ per cuſtodes / pariunt triplicem fructum: et
hoc triplici ⁊ diuerſo reſpectu: eo qđ omnis bona
operatio iuſti cedit in triplex bonũ: ⁊ triplicem fru
ctũ. Nam eleemoſyna quam facit vnuſquiſq; iuſtꝰ
amore Chriſti: cedit in fructũ latrie reſpectu Chri
ſti: quia offertur ipſi in latriam: ⁊ cedit ⁊ parit fru
ctum miſericordie reſpectu proximi: inquantum
ſubuenit ipſi: ⁊ releuat ipſum a miſeria: ⁊ parit
fructum meritorum reſpectu largientis ⁊ faciẽtis
eleemoſynam. Item bona que faciunt prelati ⁊ ſa
cerdotes in eccleſia exercendo ⁊ miniſtrando ſa
cramenta: ⁊ celebrando diuina officia: ⁊ oratio
nes. Primo pariunt Chriſto fructũ latrie inquan
tum illa acceptat in ſeruitutem ⁊ latriam ſibi gra
tam. Secundo pariunt toti populo fructum gra
tie. Tertio pariunt prelato fructum meritorum:
quia duplicem fructum colligit propter duplicem
laborem. Item bonus prelatus et predicator et
religioſus triplicem fructum parit in bene vi

E bona q̃ fiũt in hac vinea pariũt triplicem fructũ.

Plato bñ viuendo triplicẽ fructũ parit.

nendo ⁊ operando. Nam primo parit Chriſto fructum latrie. Secundo parit ſibi fructum meritorum. Tertio parit cuilibet proximo ⁊ toti populo fructū boni exempli. quia propter exemplum eorum omnes videntes / deum glorificant. Ideo dixit ſaluator omnibus prelatis ⁊ religioſis. Matthei. v. Sic luceat lux veſtra coram hominibus vt videant opera veſtra bona: ⁊ glorificent patrem veſtrū qui in celis eſt. Per oppoſitū autem mali prelati ⁊ ſacerdotes ⁊ religioſi male viuendo: primo offendūt deum. Secundo occidunt animam ſuam. Tertio ſcandaliʒant populum. Ex quo patet qualiter non ſolum cultores ſcilicet populus: ⁊ prelati cuſtodes: ſed etiā Chriſtus ſemper ⁊ continue colligit fructus ex hac vinea: quia continue colligit latriam que conſiſtit in tribus bonis: ſcilicet in adoratione: ⁊ oratione: ⁊ oblatione. ⁊ continue colligit numerum electorum ex hac vinea. Et ideo multo plures fructus colligit Chriſtus ex hac vinea ꝙ omnes prelati ſimul ⁊ cuſtodes. ⁊ ideo deus pater arbiter et iudex dicit: Mille fructus dabuntur tibi pacifico ex hac vinea: ⁊ ducenti his qui cuſtodiunt fructum eius. Tacet autem de cultoribus: quia ſi cuſtodibꝰ dantur ducenti: ſignum eſt qđ cultoribus dimidio labore laborantibus dabuntur centum fructꝰ: aut ſexaginta: aut triginta: vnicuiqʒ ſecundum quantitatem ſui laboris. vt patet Matth. xiij. Et ſic patet qualiter cultoribus debetur centeſimus fructꝰ huius vinee: et cuſtodibus ducenteſimus. ſʒ Chriſto plantatori debetur mileſimꝰ. Item cuilibet cultori huius vinee debetur centeſimus fructus. ſ. premium eſſentiale per diuinam viſionem. ſed martyribus et doctoribus ⁊ prelatis / qui fuerunt amplia tores ⁊ cuſtodes huius vinee / debetur fructus duplex. ſ. ducenteſimus. quia vltra premium eſſentiale debetur ipſis aureola tanꝙ premium accidentale. Chriſto autem plantatori debetur fructus milleſimus. i. plenitudo omnium meritorum ⁊ premiorum ad diſpenſandum. Et ſic ſedet a dextris / id eſt in potioribus bonis patris.

Triplex mali pariſiꝰ plati ⁊ ſacerdotes male viuendo.

Que habitas in hortis:
Amici auſcultant te.
Fac me audire vocem tuam.
Fuge dilecte mi:
Et aſſimilare capree hinnuloqʒ ceruorum
ſuper montes aromatum.

Hec eſt quarta et vltima pars huiꝰ decimi cantici: in qua ſponſus vocat et appellat ſponſam ad recipiendū premium vltimatum ſui laboris ⁊ peregrinationis: quod eſt premium glorie. Unde poſtꝙ ſuperius vocauit eā ad laborandum in vinea: ex qua collegit fructus meritorum: nunc finaliter vocat eam ad quietem in patriam celeſtem: vt ibi recipiat vltimatum finem ⁊ premium beatitudinis: ⁊ colligat fructus glorie.

I

¶ Ad cuius intellectum eſt primo notandum: qđ iſta ſponſa tria petiuit in primo cantico dum erat in ſtatu veteris teſtamenti. Nā primo petiuit oſculari a ſpōſo: ſecundo trahi: tertio introduci in thalamum ſiue cellaria eius. Sed plebs gētilis idololatria denigrata petiuit alia tria: ſcilicet cum ſpōſa Iſraelitica ſociari: et paſci: ⁊ ſub vmbra ſponſi quieſcere ſimul cum illa: que omnia cōpleuit ſponſus. Nam primo iam oſculatus eſt ſponſam Iſraeliticam per incarnationem ex ea carnem ſumendo. Secundo iam traxit eam ⁊ vocauit per predicationem: ⁊ iam introduxit eam in cellarium gratie per mortem ⁊ paſſionem ⁊ eccleſiaſtica ſacramenta vt patuit a cantico ſecundo vſqʒ ad ſextum ⁊ ſeptimū incluſiue. Item iam compleuit petitionem plebis gentilis: quia iam vocauit eam per apoſtolos: ⁊ dealbauit eam a nigredine idololatrie: ⁊ ſociauit eam cum plebe Iſraelitica ſub vna eccl'ia: ⁊ pauit eam eodem pabulo gratie ſacramentorum ⁊ doctrine: ⁊ fecit eam quieſcere ſub vmbra ſue protectionis ⁊ quietis: ⁊ introduxit eam in cellam vinariam: et in vineam eccleſie: vt patet ab octauo cantico vſqʒ ad decimum incluſiue. Poſtꝙ autem ſponſus compleuit petitionem ſponſe quo ad omnia que pertinebant ad gratiam: nunc in calce totius libri / ⁊ in fine cantici vocat eam ad cellarium glorie. i. in patriam celeſtem: vt introducat eam ad vltimas nuptias: ⁊ ad thalamū ⁊ amplexum glorie: ⁊ paſtum vltime ⁊ eterne fruitionis ſuper mōtes aromatū quod complebitur in die iudicij quo ad vniuerſam eccleſiam: ⁊ completur particulariter in fine cuiuſlibet iuſti. Uocabit ergo ſponſus ſponſam in nouiſſimo die ad recipiendum fructus glorie / dicens. Que habitas in hortis amici auſcultant te / fac me audire vocem tuam. ¶ Ad cuius intellectū eſt notandum: ꝙ dum Chriſtus fuit peregrinatus in carne mortali in hac via / ipſe loquebatur familiariter cum ſponſa predicando et miracula faciendo: et ipſa loquebatur cum ſponſo petendo neceſſaria: qr Magdalena familiariter loquendo ab ipſo petiuit veniam ſuorum pctōrum: ⁊ ſic oēs infirmi familiariter loquendo petebant ſanari ab eo: ⁊ omnes apoſtoli ⁊ diſcipuli familiariter loquendo cum Chriſto petebant doceri ab eo: ⁊ ideo dicebat ſponſa in cantico tertio. Dilectus meus loquitur mihi / ⁊ ego illi. Sed poſt aſcenſionem iam ſponſus non locutus eſt ſponſe familiariter ⁊ perſonaliter niſi per amicos angelos mediantes: ⁊ hoc durabit vſqʒ ad ſecundum aduentum in nouiſſimo die / quando nobis loquetur: poſt quod erit iudicium: ⁊ tunc introducet ſponſam ad vltimas nuptias: ſcilicet glorie: ⁊ ibi ſponſa perſonaliter loquetur ſponſo verba laudis: et ſponſus gaudebit ſuper ſponſam: et abſque medio perſonaliter audiet vocem ſponſe. Unde eccleſia per tria genera amicorum loquitur ſponſo pro ſtatu iſto. Nam primo loquitur ipſi per angelos / qui reuelant ſanctis hominibus ⁊ perfectis voluntatem dei per viſibiles apparitiones / auiſando eccleſiam de periculis futuris: vel reuelando nobis ſecreta myſteria: vnde angelus domini extraxit Petrum de carcere: ⁊ angeli reuelarunt apoſtolis propinquam ruinam Hieruſalem monētes eos vt recederēt inde: vt patet i eccleſiaſtica hiſtoria: ⁊ ſic angeli ſunt mediatores iter ſponſam et ſpōſum: prout fuit figuratū in viſiōe Jacob: qui videbat angelos deſcendentes de celo et aſcendentes per ſcalam. Geneſis. xxviij. Et ſic dicit Hieron. ſuper Matth. quod angeli deferūt orationes noſtras apud deum. Et ita etiam dicitur in canone miſſe Supplices te precamur omnipotēs deus iube hec perferri per angelum tuum in ſublime altare tuum. Et ſic patet qualiter angeli ſunt mediatores inter ſponſam ⁊ ſponſum. Secundo ſunt mediatores ſancti qui in patria ſunt. Nam qr nos ſumus indigni exaudiri: ideo interponimus virginem matrē xp̄i: ⁊ oēs alios ſanctos / vt intercedant inter nos ⁊ xp̄m ſponſum. ideo dicimus. Scta Maria ora pro nobis. ⁊ ſancte Petre ora ꝓ nobis. Tertio ſunt mediatores ipſi ſacerdotes: qui audiunt peccata noſtra per ſacramentum ꝯfeſſionis. Ex quibus patet ꝙ pro ſtatu iſto ſponſus non audit ſponſam familiariter niſi per amicos ſuos ſcilicet angelos ⁊ ſanctos ⁊ ſacerdotes tanꝙ per mediatores. Sed poſt diem iudicij quia nulla erit miſeria: nulla neceſſitas: ideo non erit opus interceſſione nec aliquo mediatore. Sed liberata a miſeria huius mundi ſponſa deum faciliter videbit / et facialiter eum in ſecula ſeculorum abſqʒ aliquo medio laudabit et eo fruetur. Et hoc idem preſtabitur vnicuiqʒ iuſto: quoniam ab hac mortali vita ad aliam vitam immortale transferetur. Et hoc eſt quod dicit ſponſus in fine huius cantici. vnde ait. o ſponſa que habitas in hortis eccleſie militantis offerendo mihi fructus latrie: ⁊ laborando in vinea / amici mei: ſcʒ angeli ⁊ ſancti et ſacerdotes auſcultāt te: ⁊ audiūt vocem tuam tanꝙ mediatores per me deputati: et ipſi deferunt mihi vota tua tanꝙ interceſſores. ergo veni ad patriam celeſtem et recipe fructum vltime beatitudinis: et fac me in patria audire perſonaliter vocem tuā. ſ. ſimul cum angelis me in ſecula ſeculorū laudando. hoc autē dicit ſponſus: quia ibi in patria ceſſabunt oblationes ⁊ ſacrificia: ⁊ ceſſabit omnis labor / ſed ſolū vocabitur dei laudibꝰ. vt inquit Augu. xxij. de ci. dei. cap. vltimo. Quia beati qui habitant in domo tua dn̄e in ſecula ſeculorum laudabunt te pſal. lxxxiij.

Augu.

Duplices nuptias celebrauit xp̄s cū eccl'ia ſponſa ſua.

¶ Ulterius eſt notandū ꝙ duplices nuptias celebrauit Chriſtus cum eccl'ia ſponſa ſua. Prime fuerunt nuptie redemptionis ⁊ incarnationis et myſtice vnionis: et ad has vocauit ſponſus ſponſam in primo aduentu. Secunde nuptie dicuntur nuptie glorificatiōis: ad quas vocabit Chriſtus ſponſam ſuā in ſecundo aduētu. de quibus dicitur apoc. xix. Gaudeamus ⁊ exultemꝰ qm̄ venerunt nuptie agni: ⁊ vxor preparauit ſe. Et hoc oſtendit Salomon in calce ⁊ fine totius libri. Nam poſtꝙ Chriſtus per ſupradicta decem cantica vocauit ſponſam ad primas nuptias dicens / Ueni de libano ſponſa mea: et celebrauit cum ea nuptias redēptionis dicens. Uenite amici ⁊ comedite ⁊c. ⁊ ornauit eā ornamentis gratie: vt patuit cātico quinto ⁊ nono: ideo in fine huius libelli vocat eā in ſecundo aduentu ad nuptias glorificationis dicens. Que habitas in hortis ⁊c. Deinde ſponſa p̄bet ſpōſo ſpontaneum aſſenſum cū dicit. Fuge dilecte mi: aſſimilare capree hinnuloqʒ ceruorum ſuper montes aromatū.

I

¶ Ad cuius intellectū eſt aduertendum. qđ iſta ſponſa in ſtatu vete. teſta. petebat trahi a Chriſto: et currere in odorem vnguentorum eius: ſed qn̄ venit Chriſtus in carnem effudit ſua vnguēta gratie: ad quorum odorem cucurrit ſpōſa: vt patet per omnia cātica ſupradicta. Ideo poſtꝙ experta eſt odorem vnguentorum gratie in preſenti: hinc eſt quod in fine huius peregrinationis petit trahi a ſponſo in celeſtem patriam: ⁊ currere in odorem vnguentorum glorie eius. ideo dicit / fuge dilecte mi ⁊c. quaſi dicat: aſcende in celum ⁊ trahe me poſt te: ⁊ curram in odorem vnguentorum tue glorie. Et ſic patet qualiter Salomon ſiue iſta ſponſa concludit finem ſui cantus in hoc libr. cum principio. Nā in principio petebat currere poſt xp̄m in odorem vnguentorum gratie: in fine autē petit ⁊ deſiderat trahi ⁊ currere in odorē vnguētorū glorie. ¶ Etiā iterum eſt notādum. ꝙ caprea dicitur capra ſylueſtris que quidem caprea habet quatuor proprietates: quarum prima eſt: ꝙ valde fugit conſortia hominum. Secunda: qʒ in currendo ⁊ fugiendo eſt animal velocius et leuius ceteris animalibus. Tertia qđ ſemper petit ardua ⁊ cacumina montium inacceſſibilia. Quarta: qđ cum cetera animalia tam volatilia ꝙ quadrupedia cum vulnerantur aut inſequuntur a venatoribus dimittant filios ⁊ fugiant: caprea tamen vexata a venatoribus nunꝙ dimittit nec deſerit filium: ſed innuit ipſi dando ſignum fuge: et trahit ſemper filium ſecum preuium vel ad latus: ⁊ animando et concitando filium ad fugam trahit: ⁊ ducit ipſum ſecum ad ardua et prerupta cacumina montiū inacceſſibilia hominibus: et ſic ſaluat ſe ⁊ filium. Et has eaſdem quatuor proprietates habet ceruus. ⁊ ideo filius cerui dicitur hinnulꝰ: eo ꝙ annuit et paret nutui et ſigno matris fugiendo conſortia hominum: ⁊ velociter ſequendo matrem vſqʒ ad cacumina montium vt ſaluet cum matre. vel hinnulus dicitur ab hinniendo: et eſt quoddam animal ſimile ceruo qđ vulgariter dicitur capreolus: que quidem animalia maxime abūdant in Corſica: que ſunt velociſſima curſu / ſimilia capreis ſupradictis quo ad proprietatem. Chriſtus ergo per has quatuor proprietates fuit ſimilis capree hinnuloqʒ ceruorum in die aſcenſionis. Nam primo ipſe fugit conſortia ⁊ miſerias hominū mortalium. Secūdo fugit ⁊ aſcendit velociter: quia in paruo ſpatio aſcendit vſqʒ ad celum empyreū. Tertio petiuit ardua ⁊ altiora: quia aſcendit ſuper oēs celos et hierarchias angelorū. Quarto nō dimiſit fideles filios ſuos: immo eduxit eos de ergaſtulo: ⁊ periculo inferni: ⁊ collocauit eos ſimul ſecū in celo. quia quando Chriſtus aſcēdit in altum / captiuā ſecum duxit captiuitatem pſal. lxvij. Et ita faciet i nouiſſimo die: quia in corpore glorificato ab iſta mundana miſeria liberatam ſponſam ſuam vniuerſalem eccleſiam collocabit ſuper montes aromatū celeſtis beatitudinis. et hoc idem facit continue de qualibet anima iuſti poſt tranſitum ab hac vita mortali. Et hoc eſt quod vult explicare ſpōſa in fine huius cantici: et totius libelli nuptialis et paſtoralis. vnde ait. O ſponſe tu dicis ꝙ faciam te audire preſentialiter in celo vocem meam: et non loquar tibi amplius per amicos et interceſſores: ſed perſonaliter loquar tibi. et ego dico: ſitibūdꝰ iam cupio diſſolui ab hoc corpore et vita mortali ⁊ miſera et periculoſa: ⁊ cupio eſſe tecum in celo. Ideo fuge dilecte mi ab hac mortali vita: et non ſis ſimilis lupo: et ceteris animalibus que deſerunt filios et fugiunt vt ſolum ſaluent ſeipſa. Sed aſſimilare et eſto ſimilis capree hinnuloqʒ ceruorum qui non deſerunt filios: ſed ſecum fugiendo ducunt et trahunt filios ad ardua montium: et ſic liberant ⁊ ſaluant eos. Fuge ergo tu ſuper montes aromatum id eſt ſuper montes altiſſimos ⁊ arduos celorum et hierarchias angelorum vbi ſemper ſpirant aromata glorie. Et fugiendo ad tales arduos mōtes: duc me tecum: ſicut capree et cerui ducunt ſecum

K Capree quatuor proprietates.

Hinnulus a quo dicatur.

Xp̄s in die aſcenſionis fuit ſimilis capree.

hynnulos ſuos.q.d.fuge tu:q2 ego ſequar te: ſicut hinul⁹ ſequit̃ matrẽ.vñ hinnul⁹ dr/q2 ãnuit τ obedit nutrui mr̃is:τ ſequit̃ eã:ita ego ſequar te in mõtes aromatũ:τ currã in odorẽ celeſtis glie et fruitiõis.i.ĩ qb⁹ mõtib⁹ xp̃s paſcit oues ſuas herbis virẽtib⁹.de quib⁹ dicitur Eze.xxxiiij. Ego ipſe requiram oues meas τ viſitabo eas:et liberabo eas de omnibus locis in quibus diſperſe fuerãt in die nubis τ caliginis:τ educam eas de populis et congregabo eas de terris:τ inducam eas in terram ſuam et paſcam eas in paſcuis vberrimis:et in montib⁹ excelſis Iſrael erunt paſcua eorum. Ibi requieſcant in herbis virentibus:et in paſcuis pinguib⁹. Item pſal.lxvij. Mons dei mons pinguis mons in quo deo beneplacitum eſt habitare in eo etenim dominus habitabit in finem. Et ſic patet qualiter ſponſa petit fugere cum ſponſo de fetoribus huius mundi:τ habitare ſuper montes aromatum celeſtis beatitudinis et fruitionis vt ibi ſponſus audiat vocem laudis eius. ¶ Ex omnibus ergo ſupra
Z
dictis in ſupradictis decem canticis patet/qualiter Chriſtus ſponſus eccleſie vtriuſq̧ teſtamenti compleuit deſiderium et omnes petitiones quas ſua ſponſa faciebat in veteri teſtamento:quas petitiones cantauit in primo cantico. Nam primo petebat oſculari oſculo incarnationis. Secundo petebat vt Chriſtus incarnatus effunderet ſua vnguenta odorifera ad reparandam naturam humanam:et traheret ipſam vt ipſa poſſet ipſum ſequi:et poſt ipſum currere in odorem vnguentorum ei⁹. Tertio petebat vt ipſam introduceret in cellaria ſua:vt ibi poſſet ſatiari talibus vnguentis/τ quieſcere cum ſponſo. Quarto plebs gentilis peregrina ſorde idololatrie denigrata petebat dealbari. Quinto cum plebe Iſraelitica ſociari. Sexto cum ea paſci bonis ſpiritualibus. Septimo ſub vmbra ſponſi quieſcere et tutari. Has quidem petitiones Chriſtus adimpleuit. nam primo venit in carnem et per conſequens oſculatus eſt ſponſam vniendo ipſi naturam noſtram in vnitate ſuppoſiti:τ poſtea vniendo ipſi totam eccleſiam in vnitate myſtica:vt patuit in ſecundo cantico. Secundo adimpleuit ſecundam petitionem:quia effudit decem genera vnguentorum aromaticorum quibus ad ſe traxit omnes fideles:et omnes cucurrerunt τ currunt poſt eum in odorem vnguentorum eius:vt patuit in tertio τ quarto cantico. Item tertio adimpleuit tertiam petitionem:quia ſponſam introduxit in thalamum ſuum:τ ipſam dotauit et ornauit bonis et ornamentis ſpiritualibus:vt patuit in quinto cantico. Item quarto impleuit ſextam petitionem:quia de cruce omnes vocauit ad comedendum et bibendum ſalutiferum cibum et potum ſue paſſionis vt patuit in ſexto cantico. Itẽ adimpleuit quartam et quintam petitionem:quia plebem gentilem per apoſtolos ſuos a nigredine idololatrie dealbauit:et ornamentis ſpiritualib⁹ decorauit:et cum ſponſa de populo Iſraelitico in vnam eccleſiam ſociauit:vt patuit in cantico octauo et nono. Item ſeptimo adimpleuit ſeptimam petitionem:quia ſponſam ſuam ex vtroq̧ populo cõgregatam ſub proſpero fauore ſuo amplexus eſt:et ſub vmbra:τ amplexu ſuo protexit:et copia bonorum ſpiritualium et temporalium ditauit et locupletauit. quia diuitijs ſpiritualibus τ temporalibus affluens innixa ſuper dilectum ſuum tempore Conſtantini/et eius ſucceſſorum in mundo apparuit:quã dilectus eius ſub arbore malo/id eſt ſub vmbra crucis ſuſcitauit:et in ciuitatẽ eccleſie muro inexpugnabili τ propugnaculis munitam ad pugnandũ ꝯ hereticos et infideles introduxit et exinde in vinea huius eccleſie per gratiam ad laborandũ τ lucrandam mercedem collocauit. Tandem autem ad ſupernos montes aromatum ad fruendum per gloriam appellauit:vt patuit in iſto decimo et vltimo cantico. Ex quibus omnibus patet q̃liter Chriſtus ſponſus eccleſie in ſuo aduentu compleuit totum deſiderium ſponſe ſue:et ſatiſfecit omnibus ſeptem petitionibus quas expoſuerat in primo cãtico. ¶ Ulterius eſt etiã aduertendũ ſicut dictum
M
fuit in principio:τ etiam in cantico ſcdo:q̃ Salomon in hoc libello voluit cantare τ deſcribere mutuum amorem Chriſti ad eccleſiam ſpõſam ſuam:τ ecõuerſo:τ quomodo Chriſtus voluit oſtẽdere omnia ſigna τ effectus amoris erga ſponſam ſuam.ſ. eccleſiam/quos poteſt oſtẽdere amicus ad amicũ. Unde dictũ fuit in ſecũdo cãtico:q̃ viginti ſunt effect⁹ veri amoris et charitatis. Primo/q2 zelat nõ patiens malum in amato. Secundo/q2 non patitur moras abſentie. Tertio/quia cum diligentia querit amatum. Quarto/quia trahit amantem ad amatũ. Quinto/quia languefacit amantem. Sexto/quia liquefacit cor eius ab omni duritia. Septimo/q2 vulnerat cor eius. Octauo/quia inebriat amantẽ. Nono/q2 inflammat. Decimo/quia vrit. Undecimo/q2 vnit amantem cum amato. Duodecimo/quia fortiter iuberet. Decimotertio/q2 fortiter tenet poſtq̃ reperit amatũ. Decimo quarto/q2 ordinat voluntatẽ τ omnes actus amãtis erga amatũ. Decimoquinto quia nõ querit que ſua ſunt/ſed que amati. Decimoſexto/quia ad mortem ſe exponit pro amato. Decimo ſeptimo/quia magis eſt in amato quã in ſeipſo. Decimo octauo/quia transformat amãtem in amatum. Decimonono/quia in eo extaſim et ſoporem facit. Uigeſimo/quia in amato ſtatuit in eternum quieſcere.

Uiginti ſunt effect⁹ veri amoris.

Et ideo Chriſtus tanq̃ verus ſponſus et amator humane nature τ eccleſie ſponſe ſue omnes ſupradictos viginti effectus oſtendit erga eccleſiã ſponſam ſuam:nam primo non patiens malũ culpe/nec maculam peccati/nec iugum ſeruitutis in ſpõſa ſua:nec patiens moras eius abſentie:de celo in terram deſcendit:τ venit in ſimilitudinẽ carnis peccati:vt peccatum noſtrũ damnaret in carne:τ tolleret culpam noſtrã:τ nos a ſeruitute peccati liberaret:et ſic oſtendit primum τ ſecundum effectum amoris:vt patuit in ſecundo cantico. Itẽ cum diligentia τ labore cum ſua predicatione τ doctrina τ operatione miraculorum nos queſiuit:et ad ſe traxit vt patuit in tertio τ quarto cantico. Et ſic oſtendit tertium τ quartum effectum amoris. Itẽ querendo nos amore languit:τ totus liquefactus fuit:τ amor noſter vulnerauit cor eius:vt patuit in cantico.v. Et ſic oſtendit quintũ τ ſextũ τ ſeptimũ effectum amoris. Item charitas inebriauit ipm in cruce:τ inflãmauit:τ vſſit:τ transformauit ipſum in amorem ſue ſponſe/intantum q̃ extaſim mortis fecit in cruce:q2 dum ibi dormiuit cor eius vigilabat in nr̃a redẽptione:vt p3 in cãtico.v.ſ.in qua cruce oſtendit oẽs viginti effectus amoris.vt poteſt patere intuenti τ deuote contẽplanti oĩa q̃ dicta ſunt in illo.vj.cantico/τ etiam in decimo cantico:vbi dicit chriſt⁹:Sub arbore malo ſuſcitaui te τc. Item ibidẽ. Pone me vt ſignaculũ ſup cor tuũ: quia fortis eſt vt mors dilectio:et dura vt infern⁹ emulatio.lampades eius lampades ignis atq̧ flãmarum τc. Sed vltimũ effectum amoris/qδ eſt in eternum velle quieſcere in amato/oſtendit xp̃s erga ſponſam in fine totius libelli cum vocauit eam ad eternas nuptias glorie:dicens. Que habitas in hortis/fac me audire vocẽ tuam τc. Sed omnes hos ſupradictos viginti effectus amoris oſtendit eccleſia erga xp̃m ſponſum ſuũ:volens rependere τ reddere vices amoris quo ad ſuã poſſibilitatem/querendo ſponſum τ currendo poſt ipſum/τ tenendo ipm fortiter/vt patuit in cãtico.iij.τ.vj. τ patiẽdo perſecutiones τ tormẽta vſq̧ ad mortem pro fide ſponſi:vt patuit in.ix.cantico.τ iugiter laborãdo in vinea ſponſi:vt patuit in.x.cantico. Et tandẽ vocata ad vltimas nuptias glie fugiendo pericula τ miſerias huius ſeculi ſecuta eſt ſponſum. vt patet in calce τ fine totius huius libelli. Ex quib⁹ patet qualiter Salomon in hoc libello ꝓphetice cãtauit mutuũ amorẽ xp̃i ad eccleſiam/τ ecõuerſo quem xp̃s oſtẽdit in ſuo aduẽtu operãdo noſtram redẽptionẽ τ reparationem. ¶ Sꝫ q2 qδ dicit apl's de tota eccleſia.ſ.q̃ eſt deſpõſata vni viro xp̃o/verificat̃ etiã de qualibet aĩa fideli.vt inq̃t Augu.li. de ſctã virginitate:hic eſt q̃ pro maiori parte oẽs ſancti exponẽtes hũc librũ nõ multũ curarunt de ſenſu prophetico:q2 iam preſupponebant fidem:ſꝫ omnes inſudarũt circa ſenſum moralẽ: inquãtum aĩa cuiuſlibet fidelis debet laborare reddere vices amoris ſponſo ſuo xp̃o:τ querere eũ per bona opa/ τ relictis rebus mũdanis iungi τ inherere ipſi per bona opa/τ per grãm τ fidẽ τ charitatem /vt poſt hanc vitã mortalẽ iungat̃ ipſi p glĩam. Et hec fuit ſãcta ſolicitudo oĩm ſctõꝝ antiquorum circa expoſitionẽ huius lib. Sed q2 nouimus nr̃is tẽporibus fidem minui τ tepeſcere:τ ex diminutiõe fidei charitatẽ frigeſcere:qδ forte accidit ex ignauia τ diminutione ſtudij ſacratũ lr̃arũ:q2 a maximo vſq̧ ad minimũ oẽs ſtudẽt auaritie τ honorib⁹ huius ſeculi:vt inq̃t apl's:τ q2 etiã nouim⁹ nr̃is temporibus cõplures recidiuãtes a vera fide τ intelligentia ſacre ſcripture apeſtataſſe/τ ad vomitum cerimoniarũ legis Moſaice a ſm diabolica fraude deceptũ reuocaſſe:τ forſan in mortifero ritu perſeueraſſe:ideo mihi viſum fuit in lib.pſal.Dauid:τ in hoc lib.canticorum Salomonis cũ diuino auxilio ſenſum propheticum perſcrutari τ inueſtigare:vt myſteria vere fidei euangelica:que maxime in his duobus libris ꝓphetice latebãt:in lucẽ ſimplicib⁹ ſacerdotib⁹ τ ceteris fidelibus manifeſtent̃:ne Iudei obſtinati et ceci cũ ſuis mẽdacibus τ callidis figmẽtis poſſint veritatẽ fidei in ſcriptura vete.teſta.latentẽ ſimplicibus xp̃ianis occultare:τ ad falſum ſenſum peruertere atq̧ retrahere. τ iδ cũ charitate τ humilitate rogo omnes fideles xp̃ianos: vt cum charitate velint legere hunc libellũ Salomonis cum preſenti expoſitione. Quia nil aliud oſtendit/niſi qualiter xp̃s deus τ homo /verbum incarnatum/eſt metrũ τ menſura τ principium et fons τ largitor omnium bonorum τ reparator humane nature lapſe per peccatũ primorũ parentum quã quidem naturam ſanauit τ reparauit per decem vnguenta que effudit per totũ mundum:τ prout dictum eſt in primo cantico. ſine quo nihil eſt bonum/nihil ſanctum/nihil perfectum nihil ſanũ nihil validum et firmum. Qua quidem expoſitione habita faciliter vnuſquiſq̧ mediocriter eruditus poterit ad expoſitionem moralem peruenire/applicando ea que dicuntur de tota eccleſia/vnicuiq̧ anime fideli et deuote.



Sed quia dictum fuit in primo cãtico qualiter tota humana natura expectabat τ petebat xp̃m vt ſanaret eã per effuſionẽ vnguẽtorũ ſuoꝝ:vt in odorem eorũ oẽs poſſent currere poſt xp̃m/τ dictũ eſt etiã per oĩa cãtica ſequentia qualiter xp̃s effudit vnguẽta aromatica ſue p̃dicatiõis τ mortis et paſſionis quibus reparauit ruinã humane nature:τ ſanauit infirmitates oĩm noſtrũ:et ſic cõcluſum eſt in fine huius libelli xp̃m fuiſſe metrum τ menſurã τ principiũ τ fontẽ oĩm bonorum τ reparatorem humane ruine. Ideo ad maiorẽ declarationẽ eoꝝ que dicta ſunt. ¶ Queritur vtrum ſolus xp̃s ſit metrum τ mẽſura τ largitor oĩm bonorum:et reparator humane nature:ita q̃ a nullo alio ruina humane nature potuerit reparari: ſed q̃ oporteat omnes currere in odorem vnguẽtorũ eius ad quodlibet bonũ cõſequendũ.

Queſtio.

Et arguitur primo q̃ non. Nam ante aduẽtũ xp̃i fuerũt multi viri ſancti τ virtuoſi in vete.teſt.qui p̃ter xp̃m conſecuti ſunt virtutes.quia xp̃s nõdũ venerat. ergo xp̃s non eſt principiũ τ largitor omniũ bonorum.

Obiectio.j.

Idem ſcdo:nõ ſolũ in pplo hebreoꝝ:ſed etiã in populo gẽtili fuerũt multi philoſophi virtuoſi:ſicut fuit Socrates τ Plato τ Pythagoras et ceteri:et apud Roma.fuerũt multi viri famoſi / q̃ geſſerunt τ fecerunt opera memoratu digniſſima: ſicut fuit Brutus τ Fabriti⁹ τ Cato τ Scipiones τ Marcus Regulus:τ ceteri quos Romana cõmendat hiſtoria:τ tñ illi nũq̃ habuerũt notitiã de xp̃o. Itẽ hoc idem patet apud Sarracenos: inter quos reperit̃ magna iuſtitia:τ multi viri eleemoſynarij et miſericordes:ſed Sarraceni non colunt nec ſequũtur xp̃m nec legẽ eius:ergo ſequit̃ q̃ preter xp̃m ſunt boni.

Obiectio.ij.

¶ In oppoſitũ autẽ eſt illud Ioã.j. Oĩa per ipſum facta ſunt.τ vidimus eũ plenũ grẽ τ veritatis.de cuius plenitudine oẽs accepim⁹. Item ca.xv. Sine me nihil poteſtis facere. Itẽ actu.iiij. Nõ eſt aliud nomen ſub celo:in quo nos oporteat ſaluos fieri τc.

P

¶ Reſpondet̃.q̃ veritas hui⁹ queſtionis cõprehẽdit quaſi totã theologiam viatoris.iδ vt ab oĩb⁹ ſimplicib⁹ fidelib⁹ intelligat̃ et capiat̃: oportet q̃ humano τ ſimplici mõ pertractet̃: q2 hic nõ mouet̃ niſi ad ſimplicẽ intelligentiã ſimpliciũ ſacerdotũ τ religioſorũ τ ceteroꝝ fideliũ. Ideo p eius deciſione erũt quatuor articuli. Nam in primo declarabuntur quidã termini cũ q̃buſdã diſtinctionibus/ne laborem⁹ in equiuoco. In ſcdo aũt videbitur qualiter humana natura bona per deum creata:fuit per pctm̃ primorũ parentũ diſſipata. Tertio vero videbitur qualiter per xp̃m fuit ſufficienter per gratiã τ gloriã reparata. In quarto autem articulo mouebũtur τ ſoluent̃ quedã dubitationes multum vtiles τ neceſſarie.

Q Rñſio ad queſtionez τ ad obiectiones.

Quantũ ergo ad primũ articulũ eſt primo aduertendũ: ꝙ iſta tria noĩa ſ. perfectio ſiue perfectũ / ⁊ optimũ / et bonũ / idē ſubſtãtialiter ſignificãt: ſed differunt penes modos ſignificandi. Nam perfectio dicit inquãtũ pficit rē: ⁊ ſic pfectũ dr̃ qđ per aliquã perfectionē pficit. Optimũ autē dicit inquantũ eſt optabile ⁊ appetibile ꝓpter talē perfectionē. Bonũ vero dicitur inquantũ beat. i. cõtentat ⁊ ſufficienter ſatiat appetitũ. Et ſic omne perfectũ eſt appetibile: ⁊ oē appetibile dũ poſſidetur beat ⁊ contentat ⁊ ſatiat ⁊ quietat appetitũ habentis. Nec eſt curandũ de conſuetudine grãmaticorum / qui hoc nomen optimũ per ſupplementum aſſignant in cõparatione ſummi gradus reſpectu

S

huius nominis bonum: dicendo bonum meli⁹ optimum. ¶ His ergo habitis ponitur pma diſtinctio ſcilicet ꝙ bona ſunt in triplici genere. nam quedã dicitur bona nature: quedam bona gratie: ⁊ quedam bona glorie. Nec eſt neceſſe poni quartum genus. nam bona moralia ⁊ bona fortune ſunt per ſe bona nature: ſed propter peccatum primi hominis amiſerunt nomen poſt lapſum: prout patebit.

Bona nature hoĩs q̄ ſunt. Bona grē q̄ ſunt.

Unde bona nature hoĩs ſunt illa que naturaliter perficiunt eius naturã ad ſuas naturales operatiões ſibi proportionatas. Bona autē gratie ſunt perfectiones preter naturam a ſolo deo gratis date: ⁊ nature ſuperaddite ad ſublimandũ eã ſupra eius facultatē vel ad ſupplendũ defectũ eius / prout patebit in tertio et in quarto articulo. Bona vero glorie ſunt illa que ſupnaturaliter ⁊ pfecte beatificãt

E

hoĩem in altero ſeculo. ¶ Scḋa diſtinctio. Bona nature ſunt in quadruplici gñe. nã quedam dicunt bona ſpeciei: ⁊ quedã bona modi: ⁊ quedã bona ordinis. et quedã bona finis nature hoĩs ꝓportionati. Bona quippe ſpeciei ſunt illa q̄ imediate perficiunt ſpeciē ab intrinſeco ſicut ſunt potentie aĩe q̄ oriunt ab aĩa: ⁊ per cõſequens fluunt ex principijs ſpeciei: ⁊ ſunt accidentia cõſequentia formã ⁊ principia operãdi ⁊ viuendi: ſicut ſunt potentie ⁊ vires vegetatiue ⁊ ſenſitiue ⁊ appetitiue ⁊ intellectiue. Iſta enĩ dicũtur bona nature ſpeciei: qr immediate ab intrinſeco perficiunt naturã ſpecificã: ⁊ ſunt immediata principia operandi. Sed eſt aliud bonum perficiens ſpeciem ab extrinſeco quod eſt eē actualis exiſtētie influxum a primo ente / perficiēs ⁊ actuans ⁊ ſuppoſitans naturã: ⁊ cõſtituens eam in eſſe actualis exiſtentie. ⁊ ideo Ariſtoteles pmo poſteriorum genus et differentiam ponit in primo modo dicendi per ſe: eo ꝙ ſunt principia eſſentialia ipſius ſpeciei. Sed accidentia propria ꝯſequentia formam ponit in ſecundo modo / eo quod fluunt ex principijs ſpeciei et ex forma. ſed eſſe actualis exiſtentie ponit in tertio modo / eo quod actuat et perficit totam ſpeciem cum ſuis potentijs: ⁊ contrahit ipſam ad actum indiuidualem et perſonalem: et ſic competit prime ſubſtantie. Eſt verum ꝙ Boetius in libello de hebdomadibus ponit eſſe exiſtentie in ſecundo modo dicendi per ſe / tanꝗ primum bonum naturale quod omnia appetunt. Et ſic patet qualiter potentie anime ⁊ eſſe actualis exiſtentie dicuntur bona naturalia ipſius ſpeciei immediata. Bona autem naturalia modi dicuntur habitus et diſpoſitiones potentiarum anime / eo quod naturaliter modificant et perficiunt eas et habilitant ad ſuas naturales operationes / ſine quibus potentie non poſſent exercere operatiões ſuas / nec exire in actum ſentiendi: nam ſicut potentie ſenſitiue non exirent in actum ſentiendi / niſi actuarentur ⁊ diſponerentur per ſpecies ſuorum obiectorum: ita pariter potentia intellectiua non intelligeret niſi diſponeretur per ſpecies intelligibiles / aut habitus obiectorũ: ⁊ ſic habitus ⁊ diſpoſitiones dicũtur perfectiones potentiarum. Bonũ autem ordinis nature hominis eſt quod partes inferiores ſubijciantur ⁊ obediant ſuperioribus / ſcilicet quod caro ⁊ ſenſualitas obediant rationi / et voluntati rationali: ⁊ voluntas obediat deo: ⁊ ſit cõformis per omnia diuine voluntati. Iſta ergo ſe habent per ordinem / ſcilicet anima: potentie: habitus ſiue diſpoſitiones / ⁊ ordo operationum ſiue ordo in operando. Bonum tandem naturalis finis ipſius hominis eius nature proportionati erat ante lapſum vt perpetuaret vitam felicem in illa terreſtri paradiſo cum dominio ⁊ imperio ſuper omnia animalia ⁊ plantas ⁊ mineralia / vtendo eis libere ad ſuam facultatem: ⁊ hoc erat ipſi premium meritum ⁊ promiſſum pro eius laborib⁹ / et ſic pa-

U

tent quatuor bona nature homini debita ⁊ proportionata. ¶ Tertia diſtinctio: quod licet omnes gratie conueniant ĩ hoc ꝙ omnes ſunt a ſolo deo gratis date ⁊ nature ſuperaddite: tamē aliqua eſt gratia que non ſolum eſt a deo gratis data: ſed etiam eſt gratum faciēs habentem: et iſta eſt gratia habitualis que datur in baptiſmo / et confirmatione / et penitētia: que perficit totam eſſentiam anime / et facit hominen deo gratum et acceptũ ex ſolis meritis Chriſti: cui⁹ homo per talem gratiam imaginem gerit ⁊ Chriſto cõfiguratur: oēs autem alie gratie perficiũt potētias anime: et nõ ſemper gratificãt habentē apud deũ: ſicut eſt gratia poteſtatiua ordinis: et gratia ſanitatũ ⁊ prophetie / ⁊ gratia ſermonũ ⁊c. que quidem dona gratiarum datur ad

X

vtilitatem toti⁹ eccleſie: put ait Ap̃ls. j. ad Corin. xij. ¶ Quarta diſtinctio: ꝙ preter gratias habituales ſupradictas reperitur ⁊ memorat in ſacra ſcriptura quedam gratia que dicitur motiua et auxiliatiua liberi arbitrij: ſine qua homo poſt lapſum nõ poteſt reſiſtere tētationibus interioribus / nec exterioribus / nec vitare peccata / nec implere diuina p̄cepta: vt infra patebit. Quam quidem gratiaꝫ defendit Auguſti. cõtra Pelagianos: ⁊ diuidit eam in preuenientem ⁊ incipientem ⁊ operantem ⁊ proficientem ⁊c. Et Magiſter ſentētiarum. in. ij. diſtinctione. xxvj. diuidit eam in preuenientem ⁊ ſubſequentem: in quas partes non poteſt diuidi gratia habitualis gratifica: que licet habeat gradus: tamen introducitur in inſtanti per ſacramenta / iſta

Y

autem datur preter ſacramenta: vt infra patebit. ¶ Quinta diſtinctio / ꝙ bonorum glorie quedã ſũt bona corporis / ſicut immortalitas ſiue impaſſibilitas: ⁊ claritas / ⁊ ſubtilitas: ⁊ agilitas: et quedam pertinent ad animam / ſicut viſio diuine eſſentie: et quedã pertinēt ad vtrumqꝫ / ſicut viſio humanitatis xp̄i: ⁊ fruitio: ⁊ ſecura poſſeſſio: qr homo glorificat⁹ poſt reſurrectionē per ſenſus exteriores videbit humanitatem Chriſti: ⁊ per oculos mentis videbit humanitatem cum diuinitate / ⁊ ſic totus homo videbit totum Chriſtum: ⁊ totus homo ⁊ corpore ⁊ oĩa beatificabitur et fruetur bonis glorie.

¶ Secundo eſt valde aduertendum ⁊ notandũ: ꝙ

Z

tres perplexus fuerũt apud philoſophos ante aduentum Chriſti: quos ipſi nunꝗ potuerunt ſoluere nec ad eorum cauſe cognitionē peruenire. Quorum primus eſt: ꝙ oĩbus eſt inſitus naturaliter quidã appetitus cuiuſdam ſtatus vite felicis abſqꝫ omni defectu ⁊ miſeria: puta qr oēs naturaliter deſiderant vitam immortalem: qr omne ens appetit permanere in hoc ſeculo: ⁊ deſiderat hanc immortalē vitã ſine omni defectu et miſeria cum ſufficientia omnium bonorum ad ſatietatē appetitus. quaꝫ vitã oēs putant eſſe beatã. Sed qr videbant philoſophi: ꝙ talis ſtatus non poteſt haberi in hac vita: nec vnꝗ aliquis habuit iſtum ſtatum: ideo mirabantur philoſophi vnde inerat omnib⁹ talis appetitus. et vñ priuatio talis ſtatus: cũ appetitus naturalis non ſit fruſtra: qr videntur iſta duo contradicere. ſ. ꝙ ſit naturalis appetitus oĩbus inſitus: et ꝙ ſit fruſtra. ⁊ ſic erant philoſophi in hoc perplexu

Tres perplexus añ xp̄i aduentũ ad q̄rum cognitionē phi nũꝗ potuerũt peruenire

A

ante aduentum Chriſti. ¶ Secundus perplexus philoſophorũ fuit ꝙ oēs experimur in nobis quãdã peruerſam inclinationem in carne ⁊ ſenſualitate totaliter contrariã ⁊ repugnantē ſupradicto naturali appetitui / ⁊ tollentē et impedientem totaliter effectũ ⁊ finem eius: immo ſubducentem ad totum oppoſitum. ⁊ hoc videmus manifeſte. nam inclinatio praua ⁊ appetitus carnis ducit hoĩem in varias ⁊ peſſimas infirmitates abbreuiantes vitã hominis vſqꝫ ad interitum: vt patꝫ de gula et luxuria: Item luxuria non ſolum inducit varias egritudines: ſed etiã cauſauit in mundo varia bella et ſeditiones ⁊ homicidia: vt patet de bello Troiano propter raptum Helene: ⁊ de bello fraterno Thebanorum: et inter Atreum ⁊ Thyeſtem: et de bello Tarquiſtorum propter ſtuprum Lucretie ⁊c. Item propter cupiditatem dominandi et diuitias acquirendi multi perierunt: vt non ſolum ſecularis: ſed etiã ſacra teſtatur hiſtoria: que omnia ĩpediũt ⁊ auferunt vitã hoĩs: ⁊ inducunt infinitas miſerias cõtra oēm felicitatem: quã naturaliter vnuſquiſqꝫ deſiderat ⁊ appetit. ⁊ iſte fuit ſecũdus perplexus quē philoſophi nunꝗ poterunt abſoluere. ¶ Tertius perplexus apud philoſophos fuit ꝙ oēs philoſophi cognouerunt iſtum inordinatum appetitũ ſenſitum eſſe peruerſum in hoĩe contra totum ordinē nature et totius vniuerſi. Nam in ordine nature omnia inferiora ſubordinantur et obediunt ſuperioribus: vt elementa obediunt corporibus celeſtibus / et celi obediunt intelligentijs mouentib⁹ et omnes intelligentie obediũt primo / ⁊ mouent propter deum amatum: et deſideratum: vt patꝫ. xij. metaphyſice: et primo celi: et primo meteororum. In ſolo autem homine reperitur iſte peruerſus ordo. quia ſenſualitas et caro que eſt pars inferior: ⁊ vilior: ſemper pugnat aduerſus ſpiritum et aĩam. i. aduerſus rationem: que eſt ſuperior et nobilior et ſemꝑ reſiſtit ipſi: ⁊ vt plurimum trahit voluntatem rationalem: vt ſibi cõſentiat in ſuo prauo appetitu et ſic licet vnuſquiſque cognoſcat talem prauam inclinationem eſſe contra rationem: ⁊ cõtra virtutes morales ⁊ cõtra legem dei: tñ oēs pro maiori parte temporis ſequuntur ſenſualitatem cõtra cõſcientiam et diuina precepta: et tamen ante aduentum Chriſti nullus philoſophorum potuit reddere rationem vnde proueniat talis peruerſitas in ſolo homine: et tale mõſtrum in humana natura: immo volentes philoſophi inquirere de hac peruerſitate inciderunt in diuerſos errores. Unde Anaxagoras dixit hoc monſtrum accidiſſe in principio

Anaxagore error.

mundi quando omnia erant confuſa in illo chao: qđ quãdo ille intellectus ſeparando diſcordia ⁊ cõbinãdo concordia creauit oĩa recta et ordinata in ſua natura. tamē nõ recte compaginauit hoĩem: qr compaginauit carnem ſic male diſpoſitam ⁊ diſcordem cum anima rationali: et ideo ſicut tunc in illo chao iſta duo erant diſcordia: ita ⁊ nunc: ideo ſemper diſcordant ⁊ pugnant inter ſe adinuicem in homine contra totum ordinem vniuerſi. Alij autē philoſophi dixerunt hoc inuenire ex celeſtibus cõſtellationibus. ſub quibus hoĩes generant ⁊ naſcunt. Ariſtoteles aũt nõ auſus eſt clare ſoluere hanc difficultatem: immo quandoqꝫ videt ſibi contradicere. Nam quandoqꝫ dicit ſenſualitatem eſſe naturaliter inclinatã ad malum: ſed cũ grandi difficultate per virtutes morales poſſe domari: et quandoque dicit qđ felicitas q̄ per morales ꝟtutes acquiritur eſt donum deorũ: ⁊ p cõſequens etiam ipſe morales virtutes in quarũ operatione conſiſtit et acquiritur felicitas eſſent donũ dei et nõ nature. et ſic Ariſtoteles nõ potuit reddere huius cauſam. Manichei autem volentes reddere cauſam huius peruerſi ordinis ⁊ monſtri dixerunt in homine eſſe duas animas vnã bonã factam ex ſubſtantia principis lucis: alterã malã factam ex ſubſtantia principis tenebrarũ: ideo in hoĩe erat continua pugna. Origeniani autem ſibi falſum nomen imponentes dixerunt ante huius mundi cõſtitutionē oēs aĩas fuiſſe in celo cõuerſatas: ⁊ peccaſſe cõtra deũ: ideo fuerunt poſtea poſite in corpora male cõplexionata: et adeo eſt ꝯtinua pugna inter carnem ⁊ animam. Quas quidem deteſtabiles opiniones improbat Auguſt. contra Manicheos in lib. de duabus aĩabus: et in lib. de natura boni. Ex quibus patꝫ: ꝙ nec philoſophi nec heretici potuerunt ſoluere tres ſupradictos perplexus: eo quod non nouerũt ſacras ſcripturas in quibus fuit nobis reuelatum qualiter iſta mala fuerũt humane nature inflicta in penam peccati primorum parētum: vt ĩ ſequenti articulo patebit. ¶ Sed nunc reſtat quartus perplexus qui ſcandalizat et facit titubare ſimplices chriſtianos ĩ hoc tempore. nam nos videmus hoĩes ſciētificos et ſacris literis eruditos qui ex ſacra ſcriptura ſciũt reddere cauſas ſupradictorum malorũ et ſoluere perplexus ſupradictos: ⁊ ſciunt et predicant qualiter nemo poteſt euadere penas eternas nec conſequi vitam eternam niſi per obſeruantiam legis euangelice: et ſciũt quod ſuperbis de⁹ reſiſtit: humilibus autem dat gratiam: et tamē cõplures eorum videmus inflatos tumore ſuperbie. Item ſacra ſcriptura quam predicamus nil aliud clãmat niſi bona temporalia eſſe trãſitoria et falſa et per conſequēs contemnēda: et bona futura querenda: tamen nos videmus complures eorum eſſe ſauciatos auaritia et luxuria et ambitione honorum ⁊ dignitatum / et ſic faciunt totum oppoſitum eorum que ſciunt et predicant. Item videmus omnes principes et reges terre: et prelatos eccleſie ſcientes ſe reddituros rationem de ſuis omnibus ſubditis. a maximo vſqꝫ ad minimum: ⁊

hoc ſub cōminatione pene eterne: et tamen plures eorum extorquentes bona temporalia cum ſollicitudine ita contēnunt ſalutem ⁊ vtilitatem populi: ac ſi nūquam eſſet morituri nec rationem deo reddituri: ideo iſte perplexus ſcandalizat ſimplices fideles: ⁊ facit eos titubare. Sed inferius ſoluet iſte perplexus: vbi videbit qualiter preter ſcientiam ⁊ fidē eſt neceſſaria gratia auxiliatiua liberi arbitrij ad vitandum omne malum: ⁊ ad implenda diuina precepta. Et hoc de primo articulo.

D

Prima cōclō.

Uantum autē ad ſcdm articulū ponunt octo concluſiōes de mēte Auguſtini ꝯtra Pelagianos. Quarū prima eſt iſta. ſ. ꝙ Adam fuit creatus cū oibꝰ quatuor bonis nature: Iſta concluſio ſic probat ex ſacra ſcriptura. Geñ. j. Nā oia q̄ fecit deus erant valde bona. i. integre ⁊ perfecte bona ⁊ non diminute ſm integritatem ⁊ ſufficientiam ſue nature: vt dicit gloſſa. Quia oia fecit deꝰ in numero pondere et menſura. Sapiētie. xj. aut ſub ſpecie ⁊ modo ⁊ ordine: et per conſequens propter aliquē finem: vt inquit Augu. iiij. ſuper Geñ. ergo ſequitur ꝙ deus creauit hominē cuꝫ omnibꝰ bonis proportionatis eius nature: ⁊ ſufficientibus ad integritatē ⁊ neceſſitatē eius. Sed quatuor ſunt bona neceſſaria ad integritatem ⁊ ſufficentiam humane nature. ſ. ſpēs / modus / ⁊ ordo / ⁊ finis hoi ſufficiens ⁊ ꝓportionatus: vt dictū eſt: ergo cū omnibus iſtis bonis fuit creatus homo: vnde bona ſpecici hominis ſunt potētie ⁊ proprietates ⁊ vires et eſſe: quibus homo operat. Sed quia homo oibus inferioribus debebat ꝓſidere. ſ. mineralibus ⁊ plantis ⁊ animalibꝰ / ideo fuit creatꝰ cū oibus viribꝰ eorum: vt cū oibus cōueniret: ideo habet eſſe cū mineralibꝰ: ⁊ habet oēs vires anime vegetatiue cum plātis et oēs potentias ſenſitiuas cū aialibus: ⁊ habet appetitiuā potentiā cum eiſdē. Sed vltra iſtas inferiores potētias habet vires ipſius anime intellectiue. ſ. intellectuꝫ ⁊ memoriam ⁊ voluntatem: que pertinent ad partem rationalem / in qua conuenit homo cū angelis. Habet ergo oēs vires ſenſitiuas vt cognoſcat oia ſenſibilia: ⁊ habet itellectū vt cognoſcat omnia intelligibilia: ⁊ ſic anima intellectiua hois cōtinet virtualiter oēs vires inferiorum: ⁊ oēs alie cōtinentur in ea / ſicut trigonū in tetragono: vt ait Ariſtoteles. ij. de anima. Oēs aūt iſte vires dicuntur bona ſpeciei humane / eo ꝙ immediate ſequuntur formam: ⁊ ſunt imediata principia operandi: Sed qꝛ oīa fecit deus cum ſuo modo et diſpoſitione ad expedite operandum: ideo creauit iſtas vires in hoie cuꝫ ſuis habitibus: vt abſq̄ impedimento ⁊ mora poſſet faciliter operari. Unde ſicut creauit oēs arbores in illo paradiſo cū fructibus ſuis: ita creauit intellectū ⁊ voluntatem ⁊ appetitū ſenſitiuū hoīs cū habitibꝰ ſuis: qꝛ aliter aīa hoīs nō fuiſſet valde ⁊ itegre bona: ⁊ ſic creauit intellectū cū oibus habitibus itellectualibꝰ. ſ. cū habitu intellectus / quo imediate adheſit primis principijs: ⁊ cum habitu ſapiētie / quo immediate incepit cōtēplari primas ⁊ ſupiores cauſas altiſſimas ſcꝫ deū ⁊ intelligentias: ⁊ cū habitibus oīm ſciētiarum rerū naturalium et mathematicaliū: quo ilico ſpeculabatur oīa naturalia: qꝛ ilico impoſuit noīa oibus rebus creatis ſm naturas ſuas: vt patꝫ Geñ. ij. Itē habuit Adā habitū prudētie de oibus agibilibus / ⁊ habitum artis de oibꝰ factibilibꝰ. Itē nō ſolū intellectus / ſed etiā appetitꝰ ſenſitiuus ⁊ ſenſualitas fuit creata habituata cū oibus habitibus ꝟtutū moraliū: puta cū habitu tēperantie: qua modificabat cōcupiſcibilē circa oīa delectabilia ⁊ vtilia: ⁊ cuꝫ habitu fortitudinis circa oīa terribilia: ⁊ cū ceteris habitibus modificantibus ſenſualitatē circa bona vtilia: ⁊ circa honores ⁊c. quos quidem habitus habebat ſine impedimento alicuiꝰ paſſionis.

E

¶ Itē ſicut creauit itellectū ⁊ ſenſualitatē cū ſuis habitibus / non creauit voluntatē ſine ꝓprio habitu naturali q̄ eſt iuſtitia modificās ipſam voluntatem ad recte volendū ⁊ eligendū et imperandū: vn̄ iuſtitia dr ꝑpetua volūtas tribuēs vnicuiq̄ qđ ſuū eſt. i. eſt perpetuꝰ ⁊ integer habitus volūtatis. quo volūtas tribuit vnicuiq̄ qđ ſuū eſt: ꝑ quē habitū ipſe Adā regulabat oēs ſuas operationes erga deū ⁊ hoies ⁊ erga ſeipſum: nō tribuebat deo verā latriā ipſi debitā. ⁊ hominibus mutuū obſequiū. Et recte voluntas imperabat ſenſualitati ⁊ ceteris animantibus ⁊ plātis ⁊ mineralibꝰ: vtebat in facultatem ſuā. Non enim voluntas fuit creata minꝰ integra ⁊ perfecta cū ſuo proprio habitu iuſtitie ꝙ intellectus cū ſuis habitibus ſcientificis et intellectiuis ⁊ ꝙ iraſcibilis ⁊ cōcupiſcibilis cū ſuis habitibꝰ ⁊ virtutibus moralibus: ⁊ iſta dicebat originalis iuſtitia in Adam. Dicebatur enim originalis in quantum ab origine creationis cū ceteris habitibꝰ traxit ipſam: et etiā inquantū oibus ſuis poſteris ꝑ generationeꝫ communicaſſet ipſaꝫ. ¶ Un̄ oēs iſti habitus ſupradicti dicebantur etiā originales et naturales primo inquantū ab origine fuerunt concreati ad modificandas vires naturales i ſuis operationibus. Scdo inquantū erant ꝓportionati et neceſſarij ipſe nature ad ſuas naturales operationes exercendas abſq̄ impedimento aliquo: et ſic pertinebant ad itegritatē nature: ⁊ ideo cōputabātur inter bona nature Sꝫ vltra nec bona modificātia ⁊ habilitātia vires naturales hoīs / fuit neceſſarium bonum ordinis in potentijs ſupradictis: q̄ quidem ordo cōſiſtit in debita cōformitate viriū et partiū inferiorū ad ſuperiores: et ideo phantaſia erat ſubdita intellectui: ⁊ ſenſualitas erat ſubdita ⁊ obediens voluntati rationali: ⁊ vniuerſaliter tota caro ⁊ corpus erat ſubditum ſpiritui: et voluntas hominis cum omnibus viribus erat ſubdita ⁊ obediens ⁊ tota intenta diuine voluntati: ⁊ in hoc cōſiſtebat tota originalis iuſtitia ipſius Adam / et debitus ordo eius: ⁊ iſte ordo dicebat naturalis in Adam. Nam ſicut oīa elemēta naturaliter ſubduntur celis: ⁊ celi parent intelligentijs mouētibus: ⁊ intelligentie parent diuine voluntati: qꝛ mouēt ꝓpter deū amatū ⁊ deſideratū. xij. methaphyſice: ita ſm ordinem nature ſenſualitas debet parere volūtati rationali: ⁊ volūtas debet parere deo. Et ideo ſpecies: modus: ⁊ ordo: ⁊ oīa predicta cōputantur inter bona nature hominis. Sed quia ſpecies et modus ⁊ ordo tendūt in aliquē finem nature ꝓportionatū: ideo naturalis finis ⁊ premium hominis erat habitare ⁊ viuere i hemiſpherio auſtrali: q̄ dicitur paradiſus voluptatis: eo quod ibi duxiſſet vitam beatā cum omnibus bonis naturalibus abſq̄ defectu aliquo bonorum naturalium ſine morte: et liber ab omni infirmitate / et dolore / et triſtitia.

F

Quid ſit felicitas.



Que quidem bona prouenicbant tribus ex cauſis Primo ex aſpectu celi nam ſcdm Ptolomeum / et Ariſtotelem ſcdo celi: hemiſpheriū auſtrale eſt vertex ⁊ caput et ſuperior pars mundi: ideo ille ſtelle ſunt fauorabiliores mittentes vberes et fauorabiles ⁊ ſalubres influentias. et ideo ꝓpter fauoreꝫ celi in illa parte nulla cauſatur nec accidit peſtilentia: nec ſterilitas nec vetuſtas nec calor exceſſiuus: nec tenebra: ſed aura placida et ſalubris et temperatiſſima in lumine ⁊ calore: ⁊ vniformis: prout dictum fuit pſalmo lxxſ. Et ſic conſeruabat omnes plantas ſucceſſiue cum fructibus earum: ⁊ ſic etiā conſeruaſſet Adam cum eius poſteris ineſſe ſalubri. et ſic prima cauſa erat aſpectus celi. Secunda vero: locus ille qui eſt ſub tali aſpectu. Tertia cauſa vite perpetuande ſine infirmitate ⁊ morte: erat lignum vite. ⁊ ſic primi parentes affluebant omnibus bonis naturalibus abſq̄ aliquo defectu. et in ſe conſiſtebat tota eorum naturalis felicitas et beatitudo tam corporis ꝙ aīe. Nam per intellectū cōtemplabātur oia creata ⁊ increata: licet nō viderēt deū per eſſentiam: ⁊ ꝑ volūtatē habebant quicquid boni naturalis volebāt: ⁊ nihil mali volebā⁊: et in corpore nullū patiebatur defectū. et ideo erat Adam felix ⁊ beatus naturali beatitudine: qꝛ felicitas nil aliud eſt niſi tranquillitas animi ab triſtitia ⁊ defectu vacātis: ⁊ bonū ſufficiēs delectās habentem. Ex quibus patet ꝙ primi parētes fuerūt creati cum oībus bonis nature in ſua integritate. Que quidem bona ſunt ſpecies / modus: ⁊ ordo: ⁊ ille finis ⁊ poſſeſſio illius loci cum ſuis bonis in quo Helias et Enoch ducunt viam felicem vſq̄ ad ſcdm aduētum Chriſti. Que quidem felicitas intantum dicitur naturalis: inq̄tum eſt proportionata humane nature.

G

¶ Ex quibus patet qđ omnes habitus quos modo morales appellamus: tunc poterant dici naturales quadrupliciter. Primo ꝙ a principio erant inditi nature. Secundo inquantum erant nature proportionati: nō excedentes naturam Tertio ꝙ pertinebant ad integritatem nature. Quarto qꝛ oēs poſteri traxiſſent illos habitus ab origine ⁊ natiuitate. Sed poſt lapſum iam non poſſunt huiuſmodi habitus dici naturales ſed morales: eo ꝙ per longam moram ⁊ frequentes actus nouiter acquiruntur. vnde tunc in Adam habitus preceſſerunt paſſiones ⁊ actus: ſed modo poſt lapſum in nobis paſſiones ⁊ actus precedunt habitus: qui contra paſſiones refrenandas ex actibus generantur. Item illa habitatio paradiſi erat homini naturalis: eo ꝙ erat ſuper oīa animantia nature hoīs proportionata ⁊ collata.

H

Secūda cōclō:

primo perdidit illam gratiam gratificã/que ipſum ſublimabat ſupra facultatem ſue nature/qua poſt longum tempus abſq; morte fuiſſet tranſlatus in vitam meliorem eternã: ⁊ incurrit vltra hoc iram ⁊ odium dei: deſtinatus cum tota poſteritate ad penam eternam: et dictum eſt etiã qualiter eiꝰ poſteri omnes trahũt originale peccatũ ex vtero matris quo dicũtur filij ire ⁊c. Ideo Chriſtus inſtituit ſacramẽtum baptiſmi: in quo ex meritis ſue paſſionis datur gratia gratũ faciens in qua baptizatus abſoluitur ab omni debito culpe et pene ⁊ reducitur in gratiam dei. Itẽ quia talis gratia gratum faciens datur per baptiſmũ aut per confirmationem aut per ſacramentum penitentie aut per euchariſtiam: ideo Chriſtus inſtituit ſacramentum ordinis/in quo datur gratia poteſtatiua ſacerdotibus/per quã poſſunt ⁊ habent poteſtatem adminiſtrandi eccleſiaſtica ſacramenta. Item quia homo fuit vulneratus in potentia intellectiua vulnere ignorantie: ideo Chriſtus quibuſdam hominibus prouidit ⁊ dedit ſpecialem gratiã prophetie ad preuidendum futura: et quibuſdã dedit gratiam ſermonum ⁊ quibuſdã gratiã interpretationũ ⁊ linguarum: et quibuſdã gratiam ſanitatũ. que quidẽ genera gratiarum diuidit vnus ⁊ idem ſpiritꝰ ſanctus ex meritis paſſionis Chriſti ſingulis prout vult ad vtilitatem eccleſie ⁊ totius corporis myſtici. vt inquit Apoſtolus. j. Ad Corin. xij. Sed quia adhuc poſt baptiſmũ ⁊ alia ſacramenta relinquit homini morbus concupiſcentie in carne: propter quẽ morbum caro corrupta ſemper militat et pugnat aduerſus ſpiritum: ex quo nemo ex proprijs viribus põt vitare peccatum nec implere diuina precepta: vt dictũ eſt: ⁊ inferius dicetur: ideo Chriſtus inſpirat ꝑter ſacramenta gratiam actualẽ ad roborãdũ liberum arbitriũ claudicatũ: vt valeat reſiſtere ſenſualitati ⁊ carni: ⁊ ipſam opprimere ⁊ in ſeruitutẽ redigeret: ⁊ non ſolum valeat reſiſtere tentationibus interioribus: ſed etiã exterioribꝰ: vt poſſit precepta dei ſeruare ⁊ adimplere. Item quia per ſupradicta genera gratiarum ſolum liberatur anima in preſenti ab omni debito et peccato: ⁊ manet corpus ſubiectum multis miſerijs/ſcilicet morti ⁊ infirmitatibus ⁊ paſſionibus: ideo in virtute ſue reſurrectionis/Chriſtus ſuſcitabit omnes fideles in nouiſſimo die in corpus glorioſum. per quam glorioſam reſurrectionem oẽs liberabimur ab oĩ miſeria corporis: ⁊ erimus perfecte beati in corpore ⁊ anima. Ex quibus patet qualiter Chriſtus reparauit per gratiam ⁊ gloriam humanam naturã. quam Adã diſſipauit per culpam. Et patet etiam qualiter ſolus Chriſtus eſt metrum ⁊ menſura ⁊ fons ⁊ largitor oĩm bonorum nature ⁊ gratie ⁊ glorie: qꝛ ipſe Chriſtus eſt filius dei/⁊ illud verbum eternum/per qð facta ſunt oĩa bona per naturam. Sed ex tempore factus eſt homo/vt hominẽ lapſum repararet per gratiã et gloriam. Et ideo Chriſtus per talẽ reparationẽ recuperauit oĩa que perdidit Adam. nã precio ſanguinis ſui ⁊ paſſionis non ſolum redemit hominẽ de poteſtate diaboli: ſed etiã emit regnum celorũ pro nobis: ⁊ recuperauit etiam paradiſum terreſtrẽ. Ideo poſt ſuam reſurrectionẽ habitauit in paradiſo terreſtri p. xl. dies vſq; ad aſcenſionẽ: ⁊ ſic reduxit Adam cum patriarchis ⁊ prophetis in priſtinam poſſeſſionẽ illius loci quem perdiderat.

Deinde introduxit eos in regnũ celorum. ¶ Scdã cõcluſio. ꝙ patriarche ⁊ prophete ⁊ fideles veteris teſtamenti non operabãt/nec ſaluabantur niſi cum gratia ⁊ fide Chriſti futuri. Ad cuiꝰ intellectum eſt aduertendum/quod ſicut agens naturale intendens introducere formam ſubſtantialem per prius diſponit ⁊ preparat materiam ſecundum exigentiam forme introducende: ita pariter deus poſtq̃ ab initio intendit ⁊ propoſuit redimere ⁊ reparare hominem per mortem ⁊ paſſionem ſuam/⁊ per gratiam legis euãgelice: ideo ab initio voluit ipm̃ preparare ⁊ diſponere per fidem Chriſti futuri: et per legem oblationum ⁊ ſacrificiorum ⁊ ceterorum legalium figurantium ⁊ ſignificantium mortem et paſſionem eius. Et ideo quãdo expulit primos parentes de paradiſo/ilico promiſit eis ſe in carnem venturum/⁊ pro eis ⁊ poſteris ſuis mortem paſſurum. Et ſic dedit eis legem oblationum ⁊ ſacrificiorum in figuram ſacrificij futuri in cruce offerendi: ⁊ ſub tali fide Adam ⁊ Abel ⁊ Seth et omnes poſteri offerebant illa ſacrificia. Sed iſta lex ſemper proceſſit ſumendo incrementum per proceſſum et diſcurſum temporis. Nam deꝰ iam in ſecunda etate dedit aliquas cerimonias ipſi Noe. Et in tertia etate dedit circunciſionem ipſi Abrahe. Et exinde dedit legẽ ſcriptam ipſi Moyſi cum. dcccccxiij. preceptis quorum maior pars erant cerimonialia ſignificantia Chriſtum ⁊ eccleſiam. Et ſub tali lege proceſſit ille populus vſq; ad Chriſtum. Que quidem lex nil aliud fuit niſi quedam diſpoſitio ⁊ preparatio ⁊ via ad Chriſtum ⁊ legem euangelicã: qꝛ omnia opera legis non fiebãt niſi cũ proteſtatione ⁊ fide Chriſti/inquantũ erant ſignacula fidei chriſti/vt fuit dictum in prologo libri pſal. ⁊ in tractatu contra Judeos: ⁊ vt explicat Apl's ad Hebre. xj. dicens: quod Abel ⁊ Enos ⁊ Enoch ⁊ Noe ⁊ Abraham Dauid ⁊ ceteri ſancti veteris teſtamenti per fidem Chriſti operati ſunt iuſtitiam per totum illud tempus: ſed non adepti ſunt repromiſſiones niſi nobiſcum per Chriſtum: qui per ſuã paſſionem ⁊ reſurrectionem reparauit naturam humanam ꝑ gratiam et gloriam: quã primi parentes diſſipauerant per culpã. Ex quibus patet: ꝙ omnes fideles veteris teſtamenti non operati ſunt aliqð bonum ſine fide ⁊ gratia Chriſti: qui eſt metrum ⁊ menſura omnium bonorum/et caput totius eccleſie ab Adam vſq; ad iudicium: cuius oẽs fideles vtriuſq; teſtamenti fuerunt membra. Unde licet Chriſtus nondum eſſet incarnatus in primo teſtamento: tamen iam erat patriarchis ⁊ ꝓphetis ⁊ ceteris fidelibus vete. teſta. creditus ⁊ expectatus: ⁊ per conſequens iam tunc per fidem oẽs currebant in odorẽ vnguentorum Chriſti: vt ſanarentur per ipſum: vt oſtenſum eſt in primo cantico/diſcurrendo per totam ſacram ſcripturam: qꝛ oẽs petebant oſculari oſculo incarnatiõis: ⁊ trahi in odorem ſanctitatis/⁊ in odorem vnguentorum ſacramentorum eccleſiaſticorum ⁊ doctrine euangelice prout poſtea in nobis impletũ eſt: vt patuit ſupra. Unde ſicut corpus aromaticum/puta muſcus/aut cynamomum: emittit odorem ante ⁊ poſt ⁊ ad oẽm differentiam loci: intantũ ꝙ vndiq; odore eius ſentit̃ anteq̃ videat̃: ita pariter Chriſtus iam premittebat odores ſuarũ virtutũ ante aduẽtũ ſuũ: ⁊ iam ꝑ fidẽ ſentiebant eius odorẽ patres ve. teſta. Unñ qñ Iſaac oſcu

Scdã cõclo.

Queſtio. finalis Solutio.

latus eſt filium ſuũ Jacob: iam ſenſit odorem veſtimentorũ humanitatis Chriſti per odorẽ veſtimenti ipſius Jacob. ideo dixit. Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni: quem benedixit dominus ⁊c. Geñ. xxvij. Ex quibus patet ꝙ patres vete. teſt. iam ſentiebant odorẽ virtutis et ſanctitatis Chriſti per fidem et gratiã Chriſti: per quã fidem iam operabantur bonũ: et non ſolum ꝑ virtutes theologicas: ſed etiam per morales: que per theologicas perficiuntur. vt oſtendit Ambroſiꝰ in libro ð officijs. ¶ Tertia concluſio: ꝙ licet philoſophi gentium ⁊ famoſi Romani non operarentur ſecũdũ veras virtutes morales nec theologales: tamẽ non cohibebant vitia: nec vitabãt enormia peccata/nec faciebãt opera inſignia abſq; gratia Chriſti. Prima pars huius concluſionis patet. nam illi non habebãt virtutes theologales nec cognitionem de Chriſto: ergo non operabantur per tales virtutes. Item ſi nõ habuerunt virtutes theologales: ergo non habuerũt veras ⁊ perfectas virtutes morales. Hanc concluſionem ꝓbat Lactãtius. iiij. ⁊ vj. libro ſuarũ iſtitutionum. vnde ait ꝙ nulla virtus põt eſſe vera ⁊ ꝑfecta ſine vera ſapientia: eo ꝙ virtus moralis eſt habitus electiuus in mente conſiſtens prout ſapiens determinaret. vt patet. ij. Ethi. Et per conſequens nemo poteſt eſſe virtuoſus niſi ſit vere ſapiẽs. Sed nullus illorum fuit vere ſapiens nec habuit veram ſapientiam: quia vera ſapiẽtia eſt vera cognitio veri ⁊ ſummi boni/qui eſt deus. Sed nullus illorum potuit peruenire ad veram cognitionem ſummi boni/nec veri dei/nec vere beatitudinis et veri finis: vt patet in diuerſitate ſuarum opinionũ: ergo ſequit̃ ꝙ nullus eorum fuit vere ſapiens: nec ꝑ cõſequẽs habuit veras virtutes. Item nulla vera virtus eſt ſine vera religione. ſed illi non habuerũt veram religionẽ/immo falſam. ⁊ ideo ſicut habuerũt falſam ſapientiam falſorum doctorum/ita exercebant falſã religionem/et falſam ⁊ deteſtabilem latriã per deteſtabiles ſuperſtitiones et ſacrificia. vt patet de bacchanalibus Bacchi/⁊ enormibus et execrabilibus honoribus dee Ueſte/et Ueneris. et Priapi ⁊c. Ex quibus omnibus patet ꝙ non habuerunt veras morales nec theologales virtutes: nec operabantur ſecundũ eas. Item Augu. v. de ciui. dei cap. xviij. ⁊ xix. ſpecialiter probat de Romanis qð non habuerunt veras virtutes/nec operabantur ſecũdum eas. vbi dicit ꝙ vera virtus eſt que diligit in optimum finem. ſed finis actuum Romanorum laudatorum ⁊ famoſorum non erat optimus nec bonus: ergo actus illorum non erant officia vere virtutis: quia non operabantur nec fecerunt opera famoſa gratia boni finis: ſed ſola cupiditate dominandi: ſicut Ceſar et Pompeius: aut cupiditate libertatis. vt fugerent ſeruitutem et verecundiam: ſicut Cato: qui occidit ſeipſum ne viueret ſub Ceſare victore: aut cupiditate immenſe et perpetue laudis: vt Marcus Regulus: et Marcus Curtius. Unde hac triplici cupiditate. ſ. imperij. et libertatis/et perpetue laudis apud poſteros Brutus interfecit filios ſub colore libertatis patrie. Uñ ait Uirgilius in. vj. Enei. Uis et Tarquinios reges/animamq; ſuperbam Ultoris Bruti: faſceſq; videre receptos? Conſulis imperiũ hic primus ſeuaſq; ſecures Accipiet: natoſq; pater noua bella mouentes Ad penã pulchra pro libertate vocabit. Infelix

Tertia cõclo.

Augu. Finis romanorum nõ erat bonus.

virgil.



vtcunq; ferent ea fata minores. Uincet amor patrie laudũq; immenſa cupido. Ex quibus verſibus patet qualiter ipſe Uirgilius confitetur ꝙ Brutꝰ non fecit illum actũ ꝓpter aliquem bonum finẽ: niſi ex propria paſſione ⁊ ſuperbia. ſ. cupiditate imperij et laudis ⁊ libertatis. ⁊ per cõſequens nec ipſe neq; ceteri fuerũt vere virtuoſi: nec habuerũt veras virtutes. quod nõ accidit niſi qꝛ non habuerunt verã cognitionẽ nec fidem de Chriſto: qui fuit ⁊ eſt metrũ ⁊ menſura oĩm virtutum/⁊ regula oĩm actuum humanorũ. Et per cõſequẽs: qꝛ non currebant in odorem vnguentorum Chriſti/ideo errabant in via et in termino. Et ideo dicit Augu. de verbis Apl'i ꝙ vbi deeſt agnitio veritatis incõmutabilis q̃ eſt deꝰ per fidẽ/falſa eſt virtus etiam in optimis moribꝰ. que quidem virtutes non ſunt vere virtutes/ſed ſimilitudines virtutũ. ¶ Secunda pars huius vndecime concluſionis ꝓbatur. ſ. ꝙ philoſophi gentiũ et famoſi Romani non vitarunt vitia ⁊ ſcelera enormia: nec fecerunt bona opera ſine gratia Chriſti: licet non habuerint cognitionem ð ipſo. Unde preſuppoſita ſententia Augu. explicata in. iij. ⁊ iiij. et v. et. vj. ⁊. vij. ⁊. viij. concluſionibus: manifeſtum eſt ꝙ Socrates ⁊ Pythagoras qui fuerunt caſtiſſimi/et Bias contẽptor diuitiarum/et ceteri famoſi philoſophi ex proprijs naturalibus non potuiſſent cohibere ſenſualitatẽ a vitijs: nec ſubijcere eã rationi: niſi ex aliquo ſuperiori auxilio fuiſſet eorum liberum arbitriũ roboratũ. quod quidẽ auxiliũ non põt dari niſi per gratiã Chriſti. vt dictum eſt. Sed ꝙ talis gratia ⁊ auxiliũ eſſet neceſſarium humane nature in illo ſtatu ppl'i gẽtilis: ꝓbat̃. Nam ſi vnuſquiſq; illorum gentiliũ fuiſſet derelictus abſq; aliquo auxilio in ſua natura corrupta inclinata ad omne malũ: ⁊ infirma ad omne bonũ ⁊ inepta: ꝓut dictũ eſt: tunc manifeſtũ eſt ꝙ vnuſquiſq; corruiſſet preceps in oĩa ſcelera deteſtabilia ⁊ enormia ⁊ ⁊ in adulteria/⁊ homicidia: intantũ ꝙ nulla reſpublica potuiſſet permanere: nec ciuitates/⁊ oppida nec ſocietates hominum potuiſſent ſtare nec perſeuerare/nec durare/⁊ ſic totum genus periſſet humanum: ⁊ per conſequens nullus illorum nec nepotes eorũ perueniſſent ad fidem Chriſti. ⁊ ſic fuiſſet fruſtra noſtra redẽptio. Et ideo licet illi nõ cognoſcerent nec haberẽt fidẽ Chriſti: tamẽ vt ciuitates eorum permanerent vſq; ad Chriſtum: fuit neceſſe vt Chriſtus ante ſuũ aduentũ in carnẽ daret gratiam ſpecialem auxiliatiuã liberi arbitrij aliq̃bus philoſophis ⁊ principibus de illo ppl'o: qui cohiberent paſſiones ſuas: ⁊ vincerent ⁊ vitarent vitia: ⁊ facerent bona multa vt poſſent alios docere exemplo vite: ⁊ inſtructione doctrine/⁊ ſimiliter vt ꝓnceps conderet optimas leges: vt earum metu humana cohiberetur audacia: tutaq; eſſet inter improbos innocentia. vt inquit Auguſt. et Iſidorus. Et omnia iſta fiebant: vt ille populus duraret ⁊ perſeueraret vſq; ad Chriſtũ: vt ipſi aut nepotes aut pronepotes eorum peruenirẽt ad fidẽ Chriſti: ꝓut videmus fuiſſe factum. ¶ Sed cõtra hoc fundamẽtũ poſſet aliquis inſtare: dicens ꝙ gratia Chriſti non poteſt eſſe ſimul cũ pctõ: ergo nõ põt eſſe in aliquo pctõre nec infideli. Ad hoc reſpondet̃/ſicut dictũ eſt in primo articulo: qð gratia Chriſti eſt duplex. Nam quedam dicitur habitualis et gratificans animam ad merendum vitã eternam. et iſta non poteſt eſſe

Z

Gratia xpi duplex.

Gratie ſectio.

cum peccato: nec in aliquo infideli nec peccato: et eo ꝙ non eſt ſine fide ⁊ ſpe ⁊ charitate. Sed eſt alia que dicitur gratia actualis ⁊ motiua: quam diuidit Augu. in preuenientē ⁊ diſponentem ⁊ operantem ⁊ cooperantē. Et ideo iſta gratia actualis ⁊ auxiliatiua liberi arbitrij non ſolū eſt neceſſaria peccatoribus: ſed etiam iuſtis: ne in tentationibus ꝑdant gratiam habitualem ⁊ gratificam. Et non ſolum eſt neceſſaria oībus fidelibus: ſed ⁊ oībus infidelibus ne derelicti in ſua natura corrupta / precipitentur in ſcelera deteſtabilia: ⁊ ne deſtruatur genus humanum: vt dictū eſt. (Augu.) Et ita datur talis gratia etiā Sarracenis ad cohibendum iniquum appetitum eorum ne deſtruant Chriſtianam religionem: ſed faciant aliqua bona: ⁊ ſeruetur iuſtitia inter eos. ⁊ perſeuerent vſquequo oēs conuertantur ad Chriſtum: prout expectat et continue orat eccleſiā. Et ſic patet quomodo talis gratia eſt neceſſaria etiā infidelibus. Sed ꝙ talem gratiā actualē preuenientē ⁊ auxiliantē habuerint ſpecialiter aliqui de populo gentili ante aduentum Chriſti / ꝓbatur ex ſacra ſcriptura. vnde legitur Exo. iiij. ꝙ deus dixit Moyſi. Ego indurabo cor Pharaonis: ⁊ non dimittet populum ⁊c. vbi dicit gloſſa: ꝙ deus non indurauit cor Pharaonis effectiue malitiam cōferendo: ſed defectiue gratiam ſubtrahendo et ipſum deſerendo. quia ſi deus contuliſſet ipſi gratiā / fuiſſet cor eius mollificatum ⁊ dimiſiſſet populū Iſraeliticum: ſicut fecit Cyrus: qui dimiſit captiuitatē Babylonie: ⁊ dedit licentiā vt poſſent reedificare templum ⁊ ciuitatem. et dedit multa donaria ⁊c. Sed oppoſitum accidit etiā ipſi Nabuchodonoſor: qui ex oratione Danielis obtinuit a deo gratiā ⁊ miam ⁊ fecit penitētiam de peccatis ſuis: ⁊ redemit pctā ſua orationibus ⁊ eleemoſynis: vt patet Danielis iiij. de quo myſterio dicit Aug. ⁊ habetur. xxij. diſ. queſt. iiij. cap. Nabuchodonoſor. vbi dicit Augu. ꝙ Nabuchodonoſor penitentiam meruit fructuoſam (Aug.) eo ꝙ poſt innumeras impietates flagellatus penituit: ⁊ ideo regnum qđ perdiderat rurſus accepit. ſed Pharao in ipſis flagellis durior eſt effectus: ⁊ ideo ſubmerſus eſt in mari rubro. Que diuerſitas nō accidit / vt inquit Auguſt. niſi quia Chriſti bonus odor alijs eſt odor vite in vitam: ⁊ alijs odor mortis in mortē. Quantū ad naturā ambo erant homines: ⁊ quantum ad dignitatē ambo erant reges: ⁊ quantum ad cauſam captiuū dei populū poſſidebant: ⁊ quātum ad penā ambo flagellis clementer ammoniti. Quid eorum fines fecit diuerſos: niſi qđ vnus manum dei ſentiens in recordatione proprie iniquitatis ingemuit: alter libero contra dei miſericordiſſimā veritatē pugnauit arbitrio? Ex quibus verbis Auguſtini ſequitur: ꝙ iſti ambo ſenſerūt odorem gratie Chriſti: vnus per ammonitionem Danielis: et alter ꝑ ammonitionē Moyſi. ſed ille admiſit ⁊ recepit gratiam mouentem ⁊ diſponentem / per quam egit penitentiam: iſte autem ex iniquo libero arbitrio reſtitit gratie Chriſti ſibi oblate. Ex quibus patet ꝙ ipſi Nabuchodonoſor data fuit gratia preueniens / per quam egit penitentiam. Item hoc idem patet de Niniuitis: quorum penitentiam commendat ſaluator Matt. xij. quia ad predicationem Ione prophete egerunt pniam conuerſi ex via ſua mala. Et ideo ex dei mia per quam datur gratia / euaſerunt ſubuerſionem ciuitatis cōminatam: vt inquit Gregorius. ⁊ habetur de peni. diſt. iij. Niniuite quoque. Ex quo patet: ꝙ illi licet per illam gratiam non euadebant penam eternam inferni: tū euadebant penā temporalem in hoc ſeculo: ⁊ per bona que faciebant ꝑ illā gratiā / merebantur bona tpalia huius mundi. Ex quibus patet ꝙ infideles ⁊ idololatre nō operabantur bonum: nec vitabant malum ſine gratia preueniente ⁊ roborante eorum liberum arbitriū: nec operabantur malū niſi inquantum erāt derelicti in ſua natura corrupta. que quidē gratia dicebatur gratia Chriſti: inquātum nō dabatur niſi ꝑ Chriſtum: ⁊ ordinabatur ad Chriſtū: vt illi vel nepotes eorum peruenirēt ad fidem Chriſti. vnde licet illa gratia nō ordinabatur immediate ad Chriſtum niſi ad cōſeruationem rei publice ⁊ humani generis: tū finaliter ordinabatur ad Chriſtum: eo modo quo dictum eſt. ideo dicebatur gratia Chriſti. Ex quibus patet: ꝙ etiam illi licet nō haberent fidem Chriſti: tū per illam gratiā adhuc currebāt in odorē vnguentorum Chriſti: vt ipſi vel nepotes M eorum peruenirent ad fidem Chriſti.

¶ Quarta cōcluſio. (Quarta concluſio.) ꝙ licet Chriſt9 fuerit virtualiter generalis ⁊ ſufficiēs redemptor ⁊ reparator totius generis humani ꝑ ſuam paſſionem ⁊ reſurrectionem: tū non oēs fuerunt redēpti actualiter / nec participarunt eius redemptionē niſi ſoli regenerati ꝑ baptiſmū. Prima pars probatur. Nam paſſio Chriſti fuit infinite virtutis ⁊ meriti tranſcēdentis omnem culpam ⁊ malum. ergo oēs hoīes potuit redimere volentes eius merita participare ⁊ ad Chriſtū accedere: ſicut ſol omnia poteſt calefacere que ad ſuam preſentiam accedunt. Secunda pars patet. nam ſicut Adā diſſipator generis humani nō potuit trāſferre in oēs poſteros reatum ⁊ penam ſui peccati: niſi ꝑ generationem carnalem ⁊ libidinoſam / ita Chriſtus reparator humani generis: vt ꝑ iuſtitiam vinceret aſtutiā antiqui ſerpētis / noluit trāſferre merita ſue paſſiōis in oēs homīes / niſi ꝑ baptiſmalem ⁊ ſacram regenerationē. Et ſic nō poſſunt participare redemptionē nec merita paſſionis Chriſti: niſi regenerati ꝑ baptiſmū: ꝑ quē baptiſmū transfertur in nos gratia Chriſti / ⁊ imprimitur in nobis imago eius. Et ideo dicit Apl's. j. ad Corin. xv. ꝙ ſicut oēs portauimus imaginem primi Adam terreni: portemus oēs imaginem ſecūdi Adam celeſtis qui eſt Chriſtus. Ex quibus patet. ꝙ ſi infideles non ſunt redempti nec reparati in actu: hoc non eſt ex defectu paſſionis Chriſti: que eſt infinite virtutis in virtute: ſed hoc accidit ex defectu ⁊ obſtinatione infideliū nolentiū accedere ad baptiſmū: ꝑ quē oēs regenerantur ⁊ partipant gratiā Chriſti. vnde ſicut de precedentibus aduentū Chriſti nō fuerunt redempti nec participarunt paſſionē Chriſti: niſi illi qui facti ſunt mēbra eius ꝑ fidem ⁊ ſpem Chriſti futuri: ⁊ acceperunt ſignaculū fidei ꝑ circunciſionē ac oblationē ⁊c. ita poſtea non ſunt redēpti: nec participant paſſionē Chriſti niſi baptizati baptiſmo Chriſti: ⁊ renouati per ſacramenta. vnde ſicut medicina nō ſanat niſi recipientes eam: nec ſol vel ignis calefacit niſi accedētes ad ipſum ita paſſio Chriſti ac baptiſmus nō iuſtificat niſi cum fide N ipſum ſuſcipientes.

¶ Quinta cōcluſio. ꝙ licet regeneratio baptiſmalis ſufficienter mundet aīam ⁊ tollat omnem culpam ab anima: ⁊ liberet eam ab omni pena eterna: ⁊ ab omni debito: tū non tollit



concupiſcentiam nec fomitē nec ceteras penalitates ex carne: quia adhuc poſt baptiſmum oīa iſta manent in carne. Prima pars probatur Mat. vlti. et Marci vlti. vbi dicit ſaluator qđ qui crediderit et baptizatus fuerit ſaluus erit. Item Joan. iij. Niſi quis renat9 fuerit ex aqua ⁊ ſpiritu ſancto: non poteſt introire in regnū dei ⁊c. Secunda pars patet ꝑ experientiam: quia adhuc manent in nobis morbi corporales: per quos egrotamus: ⁊ morimur / ⁊ miſerias patimur: ⁊ manet ſenſualitas corrupta ⁊ ſauciata per concupiſcentiam: ex cuius conſenſu anima frequenter maculatur mortali peccato poſt baptiſmū. vnde Apoſtolus Paulus iam regnat9 per baptiſmū adhuc conqueritur: dicens. Datus eſt mihi ſtimul9 carnis ſpūs Sathane: qui me colaphizet. ij. ad Corinth. xj. Itē ad Ro. vij. in ꝑſona cuiuſlibet Chriſtiani ⁊ hominis iam reparati ꝑ baptiſmum: dicit. Scimus enim quia lex ſpūalis eſt / ego autem carnalis ſum / venūdatus ſub peccato. Quod enim operor non intelligo: ⁊ non quod volo bonum hoc ago: ſed quod odio malum illud facio. Si autem qđ nolo illud facio: cōſentio legi qm̄ bona eſt. Nūc autem iam non ego operor illud: ſed quod habitat in me peccatum. Scio enim quia iam non habitat in me: hoc eſt in carne mea. bonū. Nam velle adiacet mihi: perficere aūt bonum nō inuenio. nō enim qđ volo bonum hoc facio: ſed quod nolo malum hoc ago. Si autem quod nollo illud facio / iam non ego operor illud: ſed quod habitat in me pctm̄. Inuenio igitur legē volenti mihi facere bonū: quoniam mihi malum adiacet. Condelector enim legi dei ſecundū interiorem hominē. video aūt aliam legem in mēbris meis repugnantē legi mentis mee ⁊ captiuantē me in lege pctī: que eſt in membris meis. Infelix ego hō qs me liberabit de morte corporis hui9? gratia dei per Jeſum Chriſtum dnm noſtrum. Igitur ego ipſe mente ſeruio legi dei: carne autem legi peccati ⁊c. hec apl's. Ex verbis ego apoſtoli cōcordando cum Ariſto. patet totus diſcurſus operationis ⁊ diſpoſitionis hoīs non ſolum poſt lapſum: ſed etiam poſt baptiſmum ⁊ reparationē / puta qualiter adhuc poſt baptiſmum habitat malum ⁊ corruptio ⁊ lex mēbrorū in eo / per quā ſeruit legi peccati. Et quomodo per legem dei quā habet in mente cognoſcit omne pctm̄ eſſe malum ⁊ per conſequens vitandū: ſed ipſi repugnat lex mēbrorum ⁊ carnis: per quā agit contra id quod in conſcientia cognoſcit eſſe malum. Et quomodo talis peſtis ⁊ corruptio carnis et ſenſualitatis ineſt ipſi ex peccato quo fuit venundatus in primis parētibus. Et quomodo de tali peſte nemo poteſt liberari: nec eam vincere niſi per gratiam Chriſti. Ex quibus patet eſſe veram ⁊ firmam poſitionem Auguſtini contra Pelagianos et omnes temerarios. ſ. ꝙ nemo poteſt vitare peccatum / nec implere diuina precepta ex proprijs viribus naturalibus: niſi fuerit adiutus gratia Chriſti auxiliatiua et roboratiua liberi arbitrij: ad refrenandum inordinatum appetitum et refrenandas paſſiones. Et ideo ſemper eſt orandum pro iſta gratia: ⁊ currendum in odorē vnguentorum Chriſti: vt ſanemur a ſupradicta peſte: ⁊ vt quod impoſſibile eſt fieri ex noſtris viribus / fiat nobis poſſibile per auxilium gratie Chriſti: cui oia poſſibilia ſunt. Matth. xix. Ex quibus oībus patet qualiter ſolus Chriſtus eſt generalis redēptor / et humane nature perfectus ⁊ ſufficiens reparator: et metrum ⁊ menſura ⁊ principium omnium bonorum. Et hoc de tertio articulo.

QUantum ad quartum articulū mouētur quatuor dubia que inſurgūt ex dictis in primo ⁊ ſecundo ⁊ tertio articulo. vnde dictum eſt in tertio articulo: ꝙ Chriſtus fuit verus redemptor ⁊ reparator humane nature lapſe: ⁊ totius ei9 ruine. poſtea dictum eſt: ꝙ licet per baptiſmum tollatur pctm̄ ab aīa / tamen adhuc manent penalitates in carne: puta egritudines / ⁊ corruptio / ⁊ concupiſcentia ⁊ mors ⁊c. prout manifeſte experimur in nobis. Ex quibus patet ꝙ Chriſtus non fuit perfect9 ⁊ ſufficiens redemptor ⁊ reparator totius ruine ⁊ miſerie humanē nature: quia non ſanauit nos a quinque vulneribus: quibus fuimus ſauciati in Adā. O ¶ Ex quo arguunt Judei moderni: ꝙ Chriſtus non fuit verus meſſias in lege promiſſus: eo ꝙ ille debebat ſufficienter ⁊ totaliter liberare humanā naturam ab omni infirmitate ⁊ morte ⁊ miſeria corporis et anime. vt patet Eſa. xxv. vbi dicitur Precipitabit mortem in ſempiternū: ⁊ auferet dn̄s deus lachrymam ab omni facie: et opprobriū populi ſui auferet de vniuerſa terra: quia dn̄s locutus eſt: ⁊ dicet in die illa. Ecce deus noſter iſte. expectauim9 eum ⁊ ſaluabit nos. Iſte domin9 ſuſtinuimus eū: ⁊ exultabimus ⁊ letabimur in ſalutari eius / quia requieſcet man9 domini in monte iſto ⁊c. Ex ſupradictis in hac prophetia arguunt Judei: qđ Chriſtus non fuit verus reparator nec meſſias quia non precipitauit mortem nec abſtulit omnē lachrymam a facie terre: quia adhuc manemus mortales ⁊ infirmi et miſeri ⁊c. P ¶ Ad quod rūdetur ꝙ ſi profunde volum9 contēplari ordinem noſtre redēptionis: Chriſtus vere et ſufficienter ⁊ perfecte redemit gen9 humanum. nā per mortē ⁊ paſſionem redemit nos et reparauit quo ad animā: ⁊ per reſurrectionē nos reparauit quo ad corpus. Sed illa redēptio fuit virtualis ⁊ poteſtatiua / inquantū pro oībus ſatiſfecit et habuit poteſtatem ⁊ virtutem ad liberandū oēs volentes participare ſuam mortē ⁊ paſſionē ꝑ baptiſmum ⁊ eccleſiaſtica ſacramenta quibus donauit virtutem ⁊ efficaciam ſue paſſionis / ſicut dictū eſt in quarta cōcluſiōe tertij articuli. Et ideo ſicut Chriſtus per ſuā mortē ⁊ paſſionem meruit a mortuis reſurgere in corpus glorioſum ⁊ aſcendere in celum: immo emere regnū celorū ꝓ oībus mēbris ſuis / ita quilibet baptizatus in Chriſto ex meritis ſue paſſionis meretur non ſolum liberari ⁊ mūdari a peccato in anima: ſed etiam reſurgere in corpus glorioſum et poſſidere regnum celorum cum Chriſto: Sed iſtud meritum datur baptizato ſub quodam ordine. nam per talem gratiā Chriſti collatam in baptiſmo meretur ilico liberari ⁊ de facto liberatur ab omni peccato ⁊ culpa anime de ꝓſenti: ⁊ per eandem gratiam meretur euolare ilico anima poſt mortem in celum ad futuram beatitudinem capeſſendam. Et per eandem gratiam baptiſmalem meretur reſurgere ī nouiſſimo die in corpus glorioſum ⁊ immortale / ⁊ abſolui ab omni lachryma et miſeria corporali. Et per conſequens ꝑ gratiam et regenerationem baptiſmalē merentur omnes fideles ſecundam regenerationem. ſ. glorio-

ſam reſurrectionē i nouiſſimo die. Et ſic baptiſm⁹ licet pro preſenti non ordinetur niſi ad regenerationem anime: tñ ordinatur in merito ad regenerationē corporis de futuro. Et ideo Chriſtus duas regenerationes promiſit fidelibus ſuis. ſ. vnam ꝺ preſenti quo ad animam de qua dicit Joan. iij. Niſi q̄s renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpiritu ſancto, non poteſt introire regnum dei. Secundam vero regenerationem promiſit in nouiſſimo die quo ad corpus. de qua dicit Matth. xix. Uos qui ſecuti eſtis me in regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſue: ſedebitis et vos ſuper ſedes. xij. iudicantes. xij. tribus Iſrael ⁊c. Item Joannis. v. Qui bona egerunt in reſurrectionē vite ⁊c. Item Jan. vj. Ego reſuſcitabo eū in nouiſſimo die. Item Apoca. xxj. Et abſterget deus omnē lachrymā ab oculis eorum: et mors vltra non erit neq̧ luctus neq̧ clamor neq̧ dolor erit vltra ⁊c. Ex quibus patet q̄ꝺ duas regenerationes promiſit nobis Chriſtus per ſuam paſſionē ⁊ baptiſmum. ſ. regenerationem anime / ⁊ corporis: ſed regenerationē primam. ſ. anime recipimus ilico in baptiſmo: ſed per illam regenerationem baptiſmalē meremur ſecundā. ſ. regenerationem glorioſam corporis in nouiſſimo die. Et ideo dicit Aug. in ſermone martyrū qui legitur tēpore reſurrectionis: qui quidem ſermo attribuitur etiam beato Ambroſio: q̄ꝺ licet martyres oēs nondum ſurrexerūt i corpore: attamē iam ſurrexerunt in merito: quia ſicut fuerunt ſocij paſſionis Chriſti: ita erunt ſocij reſurrectiōis: ⁊ nos cū ipſis Et ita etiam dicit apoſtolus ad Ro. vj. ꝙ ſicut omnes fuimus baptizati in Chriſto: ita fuimus in eo conſepulti ⁊ ſurreximus cum eo. ſ. in merito: ⁊ q̄ ſicut Chriſtus reſurrexit ita ⁊ nos reſurgem⁹. ¶ Ex quibus patet ꝙ quatuor facit baptiſmus. nam primo tollit omne peccatū ab aīa. ſecūdo tollit cōcupiſcentiā non vt nō inſit in carne: ſed vt non imputetur. vt inquit Aug. in libro de nuptijs. Tertio facit ipſum baptizatum meritorium vite eterne ilico poſt mortē Quarto facit ipſum meritorium vt reſurgat in corp⁹ glorioſum in nouiſſimo die. Ex quo patet: ꝙ gratia baptiſmalis cōtinet in ſe iſta quatuor merita que trahit ex paſſione Chriſti: per que quidem quatuor merita ſiue per quatuor effectus meritorium huius gratie ſucceſſiue abſoluitur homo ab omni miſeria corporis ⁊ anime: ⁊ conſequitur perfectam beatitudinem. Ex quibus ſequit̄ ꝙ Chriſtus fuit perfectus et ſufficiens redēptor generis humani ⁊ reparator humane nature lapſe. Et per hoc patet reſponſio ad auctoritatem inductam: quia Chriſtus vere p̄cipitauit mortē in ſempiternum: ⁊ abſtulit omnē lachrymam miſerie corporis ⁊ anime: ꝓut prophetauerat Eſaias. ¶ Secundo dubitatur. nam ſi per baptiſmum datur nobis meritum vt reſurgamus in nouiſſimo die ab omni miſeria: quare Chriſtus non abſoluit nos ilico a tali miſeria corporis: ſicut ilico nos abſoluit a peccato: et quare voluit Chriſtus vt tales penalitates relinquerentur nobis poſt baptiſmū poſtq̄ ita poterat ab eis nos liberare de preſenti ſicut ilico liberat animā a peccato / poſtq̄ contulit baptiſmo virtutem ſue paſſionis. Ad hoc reſpondet Augu. xiij. de ciuitate dei. cap. iiij. ꝙ hoc fecit deus ad maius bonum noſtrum. vnde dicit q̄ꝺ primo relictum eſt nobis experimentū mortis ⁊ ceterarū penalitatū in carne ad continuū exercitiū ⁊ pugnam: vt per victoriā talis pugne mereamur coronā glorie in futura beatitudine: q̄ nō coronabitur niſi q̄ legitime certauerit: quia ſi tolleretur talis pugna: tolleretur meritum ⁊ corona martyrum ⁊ omnium iuſtorū. Et ſic talis cōcupiſcentia ⁊ tales penalitates ſunt bonis bone: ⁊ malis male: q̄ iſtis cedunt in gloriam: illis aūt in penā eternam. Secūdo ſunt nobis relicte iſte penalitates ꝓpter meritū ſpei future reſurrectionis: q̄ ſi oēs baptizati ilico per baptiſmū liberarent̄ ab hmōi penalitatibus ⁊ morte / tūc oēs currerēt ad baptiſmū non virtutis amore: nec ſpe future reſurrectionis: ſed vt ilico liberarētur ab hmōi miſerijs: et ſic oēs cōtemnerent paſſionē Chriſti: q̄ talē virtutē contulit baptiſmo: ⁊ nullus curaret / nec appeteret futuram gloriam ex paſſione Chriſti ꝓmiſſam: nec etiā peteret gratiā auxiliatiuam ⁊ cōſeruatiuam: ⁊ per conſequens quotidie de nouo poſſet homo peccare ſicut fecit. Adā: Tertio hoc factum eſt ad cuſtodiendam ⁊ retinendam memoriam beneficiorum per Chriſti paſſionem receptorum: nam ſi per baptiſmum tollerent̄ oīa iſta penalia de preſenti: tūc oēs liberati ab huiuſmodi malis poſt longum tēpus obliuiſcerentur deū ⁊ beneficia recepta: ⁊ ſic putantes nunq̄ amittere / nec perdere preſentem beatitudinē: nec cadere a tali ſtatu: nunq̄ peterēt a deo gratiā: nec exhiberēt ipſi latriam: nec curarent facere aliquod bonum: et ſic poſſent a diabolo ſuperari / ſicut Adam: ⁊ per cōſequens poſſent iterum cadere: vnde Adā in tali felici ſtatu erat ante lapſum / ⁊ grām habitualem habebat: vt cōmuniter tenet̄: ſed quia non putabat cadere ab illo ſtatu: ideo forſan non curauit petere gratiam actualem ⁊ auxiliatiuam. q̄ conſeruat gratiam gratificam: vt dictum eſt: ideo non reſiſtit perſuaſioni diaboli: et ſic fuit ſuperatus et cecidit: et ſic perdidit non ſolum gratiam gratificā cum merito future beatitudinis: ſed etiam perdidit bona modi ⁊ ordinis ⁊ finis ſue nature / ſcilicet beatitudinem naturalem quā in illo loco poſſidebat. Quarto relicte ſunt nobis predicte penalitates propter ruinam angelorum reparandam: quia illa ruina non poterat reparari niſi aliqui homines per gratiam ⁊ merita laborum cōſcenderēt in gradum illorum angelorum qui ceciderunt per ſuperbiam: ſed hoc non poteſt fieri niſi per magnam pugnam ⁊ violentiam: quia regnum celorum vim patitur ⁊ violenti rapiunt illud Matth. xj. ergo oportet vt quidam hoies per violētiam pugnam ⁊ violentiā vincant carnem ⁊ mundum ⁊ diabolum. vt mereantur illorum ſedes poſſidere. que quidem pugna ⁊ per cōſequens corona tolleret̄: ſi tales penalitates nobis poſt baptiſmum non relinquerentur: ⁊ ſic maneret irreparata angelica ruina. Et ideo Chriſtus voluit vt iſte penalitates nobis poſt baptiſmū relinquerentur ad continuam pugnā ⁊ coronam adipiſcendam et ſedes inter angelos: et ad reparandam angelicam ruinam: et vt nos cognoſcamus preuaricatorum parentū filios. ⁊ nō ꝯfidamus de noſtra natura peccatrice: ſed ſemper petamus iſtā grām auxiliatiuā a xp̄o capite noſtro: et ſemper curramus in odorem vnguentorum eius. ¶ Sed adhuc tertio ex dictis i quinta cōcluſione tertij articuli ⁊ duobus dubijs precedentibus inſurgit aliud dubiū ſatis arduū. Nā ſi homo iā baptizatus non pōt in adulta etate bene operari nec vitare peccata niſi fuerit adiutus noua gratia actuali auxiliatiua liberi arbitrij: ſequitur ꝙ fruſtra datur fides ⁊ ſpes et charitas in baptiſmo: ⁊ dona ſpiritus ſancti in cōfirmatione ad vincendas tētationes: ⁊ ad bene operandū. Ad hoc rūdetur: ꝙ oī homini poſt lapſum eſt neceſſaria grā baptiſmi cum tribus theologicis virtutibus habitualiter infuſis ad ſalutem ante annos diſcretionis: ⁊ cum peruenerit ad annos diſcretionis ſunt ipſi neceſſarij habitus acquiſiti fidei ſpei ⁊ charitatis ad credendum ⁊ diligendum deum ⁊ proximum actualiter / ⁊ ſperandum bona futura / ⁊ eſt neceſſaria grā actualis auxiliatiua ad operandū ⁊ complendum diuina precepta. ¶ Ad cuius intellectū ſaluo ſemꝑ meliori iudicio ⁊ determinatione ſacroſancte matris eccleſie eſt aduertēdum: ꝙ anima nr̄a per cōſortium corporis corrupti in ſuo principio non ſolū contrahit priuationem ⁊ carentiā oīm bonoꝝ modi ⁊ ordinis ⁊ gratie: ſicut dictum fuit in quinta cōcluſione: ſed etiam contrahit odiū et iram dei: ⁊ debitum oīm bonoꝝ perditorum in Adam cum ſuis oꝑationibus: quia obligatur ad recuperandum illum ſtatum cū oībus bonis nature inditis ſ. cum illa originali iuſtitia in voluntate ⁊ cū oībus habitibus tā intellectualibus q̄ moralibus: ⁊ cum illo debito ordine ⁊ conformitate ſenſualitatis ad rōnē / ⁊ voluntatis ad deū: ⁊ cū illa grā gratifica qua fuiſſet poſt longam vitā tranſlatus hō in meliorē. Et ſic deus non ſolum requirit ab hoīe oēs illos habitus tunc inditos ⁊ concreatos: ſed etiā requirit operatiōes illorum. Et ſic manet infans ilico obligatus ad debitum oīm illorū. ideo peccatū originale nō ſolum eſt priuatio et carētia oīm illorū: ſed etiā cum debito eorū: immo ratio formalis originalis pc̄ti eſt debitum illorum cum ira ⁊ indignatione dei. Et ideo non eſt dicendū: ꝙ per baptiſmum tollat̄ priuatio ſupradictorū bonoꝝ: ⁊ ꝙ iuſtitia originalis cum ceteris habitib⁹ ⁊ bonis recuperetur: ⁊ corruptio et fomes auferatur: ſed ſolum abſoluitur baptizatus ab omni debito: ne priuatio illoꝝ bonoꝝ et concupiſcentia carnis ad culpā ⁊ penā imputet̄. ideo dicit Augu. in lib. de nuptijs: ꝙ baptiſmus non tollit concupiſcentiā vt non inſit: ſed vt nō imputetur ⁊ non obſit. Ergo eſt dicendum: ꝙ gratia gratifica habitualis que datur in baptiſmo reducit infantē in gratiam dei: ⁊ facit ipſum meritorū vite eterne ex ſolis meritis paſſionis Chriſti cui configurat̄ per talem gratiam: ⁊ habitus infuſi fidei ſpei ⁊ charitatis non reducunt bona perdita in Adā: nec operationes eorū: ſed tollunt et abſoluunt infantē ab omni debito eorum: ne talis priuatio ⁊ carentia imputetur ipſi ad peccatum vſq̧ ad annos diſcretionis. Et ideo mala que facit puer ante ānos diſcretionis non imputantur ipſi ad peccatum immo excuſatur propter illos habitus theologicos īfuſos cum gratia. Et ſic licet non operet̄ per tales habitus tamē excuſatur ⁊ meretur ex ſolis meritis paſſioni Chriſti: ex cuius paſſionis virtute infunduntur. Sed cum hō peruenit ad annos diſcretionis obligatur operari actualiter per tales habitus. ſ. credere articulis fidei: ⁊ diligere deū ⁊ proximū: et conſtituere finem ſuum in bonis celeſtib⁹. Sꝫ hoc non pōt facere per ſolos habitus infuſos niſi ipſi per doctrinā exponant̄ articuli fidei q̄b⁹ oꝫ credere: per quā doctrinam acquirat habit⁹ acq̄ſitos fidei ⁊ ſpei et charitatis. Vñ manifeſtum eſt: ꝙ ſi infans baptizatus nutriatur inter ſarracenos ⁊ infideles: nunq̄ per habitus infuſos poterit credere articulis fidei: niſi ipſi nouiter ⁊ actualiter exponantur: ⁊ faciat habitum acquiſitum conuerſando inter chriſtianos. ⁊ ſic habit⁹ infuſi excitātur per habitus acquiſitos ex doctrina parentum aut magiſtri: aut ex ſtudio ſacre ſcripture vtriuſq̧ teſtamenti. Et ratio eſt: quia tales habitus infuſi non reducūt habitus perditos in Adam / quibus homo poterit cognoſcere in actu: ſed tantū dātur ad abſoluendum a debito illorum vt dictum eſt. et ideo tales habitus ſunt quodammodo ſopiti. ſicut in dormiente: qui non poſſunt excitari niſi per habitus acquiſitos. ¶ Sed eſt iterū aduertendū: ꝙ ſi baptiſmus totaliter tolleret concupiſcentiam ⁊ fomitē ex carne: ⁊ ſanaret ſenſualitatem a tali morbo ne pugnaret aduerſus ſpiritum: ſed ipſi obediret: vt expoſcit ordo nature: tunc baptizatus libere poſſet bene operari ⁊ vitare omnia peccata: et precepta dei adimplere per habitus infuſos et acquiſitos theologicos. Sed quia adhuc manet talis morbus in carne: qui ſimul cum mūdo ⁊ diabolo nunq̄ ceſſat pugnare quibus trib⁹ inimicis voluntas reſiſtere non valet: ideo de ſe nō poteſt peccata vitare: nec precepta adimplere: niſi aliquo ſuperiori actuali auxilio fuerit adiuta. et hoc accidit ratione amoris naturalis: qui eſt inter voluntatē rationalem ⁊ ſenſualitatem corruptam: cui voluntas ſtudet complacere: prout dictum fuit in. vj. concluſione. Et ideo eſt neceſſaria gratia actualis nouiter a deo inſpirata ad excitandas virtutes theologicas infuſas: ⁊ ad roborandas acquiſitas: ⁊ ad mouendū ⁊ auxiliandum et roborandū liberū arbitrium: vt non ſolum reſiſtat tentationibus tā exterioribus q̄ interiorib⁹: ſed etiā vt valeat reſtringere ⁊ cohibere paſſiones / et confringere / et in ſeruitutem redigere ſenſualitatē corruptam: ⁊ ad oē malū cōtra rationē inclinatam: vt poſſit vitare oē peccatū: ⁊ adimplere diuina precepta. Eſt ergo iſta gratia neceſſaria non ſolū iuſtis ſed etiā peccatoribus vt ꝑ eā valeāt deteſtari pc̄tā in q̄b⁹ iacēt: ⁊ velint ipſa dimittere: ⁊ cupiāt agere penitentiam. Et iſta dicit̄ gratia preueniens bonam voluntatem. Scd̄o eſt neceſſaria iſta gratia eiſdē peccatoribus vt incipiāt ⁊ exequātur penitentiā. Et iſta dicitur grā incipiēs ⁊ operās. Tertio eſt neceſſaria iuſtis penitentibus vt proſequātur bū opari: ⁊ cōſeruent grām gratificā / quā hūt ⁊ recuperauerūt per penitentiā: ⁊ reſiſtāt futuris tētationib⁹ ne iterū cadāt. Et iſta dicit̄ grā ꝑficiēs: In fine autem totius curſus vite hoīs dicit̄ grā cōſummata ⁊ ꝑficiēs. Unde de gratia preueniēte dicit̄ p ſalmo. lviij. Miſericordia eius preueniet me. Et de gratia ſubſequente dicitur pſal. xxij. Et miſericordia ei⁹ ſubſequatur me omnibus dieb⁹ vite mee. Et ideo magiſter diuidit iſtam gratiam in preuenientem: ⁊ ſubſequentē. ij. ſententiarū diſt. xxvj. Et hāc duplicē grām petit eccleſia: cū dicit in collecta. Actiones nr̄as q̄ſumus domine aſpirando preueni: et adiuuando proſequere. Itē in alia collecta ait eccleſia. Gratia tua domine preueniat: et ſequatur ⁊c. ¶ Differt ergo iſta gratia actualis auxiliatiua liberi arbitrij multipliciter a gratia habituali gratifica: que datur

Margin notes:

De⁹ regenerationes promiſit. nobis xp̄s per ſuā paſſionem Augu.

Q Baptiſm⁹ facit nobis q̄tuor.

R

Augu.

Penalitates quare nobis relicte ſunt.

S Dubiū.

Rūſio ad dubium.

T

Augu.

No. de puero īter infideles nutrito.

U

X Grā actualis auxi-

ſati/na libe/re arbi/trij mu/tu dif/fert a/gr̄a ha/bitua/li grati/fica q̄/dat in/baptiſ/mo et/alijs ſa/cris.

in baptiſmo ⁊ ſacramentis. Primo qꝺ illa perficit totam eſſentiam anime/ſed iſta perficit liberū arbitrium ⁊ voluntatem. Secunda differentia: ꝙ illa conſiſtit in habitu totius anime: iſta autem in ſolo actu et motu liberi arbitrij/cuius eſt auxiliatiua. Tertia ꝙ illa gratificat ſemper habentē faciendo ipſum gratum et deo acceptum ad vitaȝ eternā. iſta aūt non ſemper facit gratum nec gratificat habentem: quia poteſt etiā reperiri in peccatoribus diſponendo eos ad gr̄am gratificam. Item quarto ꝙ illa gratia habitualis gratificat vel eſt ipſa charitas vel nunꝗ ſine charitate: iſta aūt qn̄ꝗ reperitur ſine charitate/puta in aliquo peccatore penitentiā deſiderātē. Itē quinto: ꝙ gr̄a gratifica communiter datur per ſacramēta: iſta vero vt plurimū datur preter ſacramenta. Item ſexto: ꝙ oēs operationes procedentes a gr̄a gratifica ſunt meritorie ⁊ deo accepte ad vitā eternā: ſed nō ſemꝑ oēs operationes facte per iſtā gr̄am actualem valent ad vitam eternam pro illo ſtatu / ſicut elemoſyne ⁊ cetera bona facta per homines peccatores. Septima differentia eſt. nam iſta gratia actualis quandoꝗ precedit tp̄e gr̄am gratificam: quia diſponit peccatorē ad illā recipiendā per penitentiam remouendo ꝓhibens: quia iuuat liberū arbitriū ad deteſtandum pctm̄: ⁊ dimittendū illud: ⁊ ad reſiſtendum ſenſualitati ⁊ ceteris tentatiōibꝰ exterioribꝰ. ⁊ ad ſubiugandam carnē. ⁊ ſic recuperat per penitentiam gr̄am gratificam: quam hō perdiderat per

Y culpam. ¶ Qꝺ quidē myſterium explicat ſaluator Luce. xv de filio ꝓdigo per penitentiam ad gratiā patris reducto: qui cū famelicꝰ cuſtodiret porcos. ad ſe reuerſus per gr̄am preuenientē ⁊ motiuā liberi arbitrij/dixit. O quāti mercenarij in domo patris mei abundant panibus: ⁊ ego hic fame pereo. Sed rurſus magis motus per gratiā incipientē/dixit. Uadam ad patrem meum ⁊ dicā: pater peccaui in celum ⁊ corā te ⁊c. Sed rurſus ꝑ gr̄am operātem procidens ad pedes patris/dixit. Pater peccaui ⁊c. Et tunc pater miā motus accurrēs cecidit ſuper collū eius/⁊ oſculatus eſt eū: ⁊ fecit ip̄m indui ſtolam primam. per quam deſignat gr̄a gratifica et charitas recuperata per illā penitētiā. Ex quibus patet: ꝙ ille filius prodigus per gr̄am preuenientē cognoſcendo ſeipſum deteſtatus eſt peccatū. ⁊ per gratiaȝ incipientē propoſuit dimittere / cum dixit: Surgam ⁊ ibo ad patrem meū ſed per gratiā iam operantem procidēs: dixit. Pater peccaui ⁊c. Sed tunc recuperauit gratiam gratificā: qn̄ pater oſculatus eſt eum ⁊ induit eum ſtolā primā ⁊c. Ex oibꝰ ſupradictis ſoluitur quartus ꝑplexus memoratus in primo articulo. nā quātūcūꝗ ſit aliquis peritus in ſcriptura vtriuſꝗ teſtamenti ⁊ habeat habitum fidei acquiſitū: tamen ſi non habet iſtam gratiam auxiliatiuam: nunꝗ de ſe poterit reſiſtere tētationibus nec implere diuina precepta: ⁊ hoc propter

S morbū concupiſcentie in carne manente. ¶ Quarto dubitatur ꝓpter id quod dictū eſt in octaua cōcluſione ſecundi articuli. ⁊ in quinta tertij articuli. ſ. ꝙ taliter fuit natura corrupta in Adam: ꝙ nemo ex proprijs naturalibꝰ pōt vitare pctm̄: nec implere diuina precepta nec agere aliqꝺ bonum abſꝗ diuina gr̄a. Quia ſequeretur: ꝙ hō non eſſet dn̄s ſuorū actuū: nec cōpos ſue voluntatis ⁊ liberi arbitrij quod eſſet contra illud eccleſiaſtici. xv. Deꝰ ab initio cōſtituit hominē ⁊ reliquit eum in manu cōſilij ſui. Itē ibidem ait dn̄s ad hominem. Appoſui tibi ignē ⁊ aquam: ad qꝺ volueris porrige manū. Item ibidem. Ante hominem vita ⁊ mors: bonum ⁊ malū: qꝺ placuerit ei dabit illi. Item Gen. iiij. Sub te erit appetitꝰ eius: ⁊ tu dominaberis illiꝰ. Itē Prouerb. xvj. Hominis eſt animū ꝑparare. Itē Augu. Nil tā in noſtra poteſtate ꝗ volūtas. Itē ex hoc ſequerent multa inconuenientia. Primo ꝙ nemo ex frequentatis actibꝰ poſſet cōſequi morales virtutes ſine gratia: qꝺ eſt falſum: nā Socrates ⁊ Plato ⁊ multi infideles nō habētes talem gr̄am cōſecuti ſunt morales virtutes. Itē ſcꝺo ſequeret ꝙ nullus poſſet culpari de aliquo malo: poſtꝗ de ſe illud nō pōt vitare/⁊ per ꝯñs nemo deberet puniri pro malefactis: poſtꝗ talia nō pōt vitare. Itē ſequeretur ꝙ fruſtra ponerentur leges: vt earum metu humana cohibeatur audacia: ⁊ fruſtra aſſignarent pene in legibus cōtra tranſgreſſores. Item ſequeret: ꝙ nemo obligaret ad ſeruanda ꝑcepta: q2 ad ipoſſibile nemo obligat: ergo ſequit/ꝙ ex ꝓprijs naturalibus vnuſquiſꝗ pōt implere ipſa. In oppoſituȝ eſt illud Hiere. x. Nō eſt hominis via eius: nec viri eſt vt ambulet ⁊ dirigat greſſus ſuos. Item ad Rom. vij. Nec qꝺ volo hoc facio ⁊c. prout in ſuperioribꝰ probatum eſt. Reſpōdetur: ꝙ quibuſdā catholicis viſa fuit nimis dura poſitio Auguſtini contra Pelagianos. ſ. ꝙ nullus de ſe pōt vitare malū/nec implere diuina precepta/ꝓpter auctoritates ſuperiꝰ inductas: ⁊ propter illa inconuenientia que videntur ſequi ex poſitione Auguſtini. Ideo dixerunt ꝙ Auguſt. in predictis libris cōtra pelagianos nō locutus eſt limitate nec determinate de iſta materia immo locutus eſt figuratiue ⁊ exceſſiue ad modū volentis rectificare lignum tortuoſum: qui curuat ipſum ad aliam partem vltra modum: vt deducat ipſum ad medium: ita ergo vt dicunt fecit Auguſt. nam vt reduceret Pelagianos ad rectitudinem veritatis: eo quod totaliter negabant gratiam: ideo excedebat modum in loquendo. Item dicunt iſti ꝙ ibi Auguſt. nō eſt locutꝰ niſi de gratia gratificante ⁊ meritoria. Et ſic bene cōcedūt ꝙ nemo poteſt implere diuina precepta/nec agere bonum meritorie ſine gratia gratū faciente. ſed cū hoc ſtat ꝙ quis ex ſolo influxu generali diuino abſꝗ aliqua gratia ſpeciali poſſit vitare precepta ⁊ facere bona naturaliter ⁊ conſequi virtutes morales ꝑ frequētatos A actus licet non meritorie. ¶ Sed in veritate ſi bene volumus inſpicere fundamenta Auguſtini contra Pelagianos: et maxime in libro de perfectione iuſtitie hominis/⁊ de natura/⁊ de gratia: ⁊ contra Julianum: ⁊ in ceteris / videbimus manifeſte qꝺ Auguſtinus loquitur limitate ⁊ ſerioſe et non exceſſiue: ſed recte attentis fundamentis eius vt probatum eſt in quarta ⁊ quinta concluſione: ⁊ ex fundamento apoſtoli ad Romanos. vij. cui valde concordat poſitio Ariſtotelis. iij. de anima. et. vij. Ethicorum. quomodo aliter operamur / quam ratio et conſcientia dictat: vt in ſuperioribus viſum eſt. Nec eſt dicendum quod Auguſtinus loquatur precise de ſola gratia gratificante et meritoria / immo loquitur etiā de iſta gratia auxiliatiua volūtatis: que ſcꝺm ip̄m qn̄ꝗ precedit ⁊ preuenit charitatem ⁊ gratiā gratificā: ⁊ qn̄ꝗ ſubſequitur ⁊ comitatur ipſam: ⁊ nō ſolum eſt in viris iuſtis: ſed etiam pec



